No._____

THE

LIBRARY OF THE

UNIVERSITY

OF

MARYLAND.

PLATES.

John Cranford,

M. D.

MAGNI

HIPPOCRATIS

MEDICORUM OMNIUM FACILE PRINCIPIS, OPERA QUÆ EXTANT OMNIA,

Græcè & Latinè.

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΙΑΤΡΩΝ ΚΟΡΥΦΑΙΟΥ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

Johannes MAGNI Gravfordi M. D.

HIPPOCRATIS

MEDICORVM OMNIVM FACILE PRINCIPIS, OPERA OMNIA QVÆ EXTANT:

In VIII. SECTIONES ex Erotiani mente distributa.

NVNC DENVO LATINA INTERPRETATIONE & Annotationibus illustrata,

ANVTIO FOESIO MEDIOMATRICO MEDICO AVTHORE.

Adiecta sunt ad VI. Sectionem Palladij Scholia Græca in librum περὶ ἁρμῶν, *& sua Latinitate donata.*

HIS PRÆTEREA ACCESSERE VARIÆ IN OMNES HIPPOCR. LIBB. LECTIONES Græcæ, ex reconditissimis manuscriptis exemplaribus summa diligentia collectæ, antea quidem partim Frobeniano Codici, partim verò ipsissimis Galeni Commentariis: nunc autem ipsissimis textus paginis ac lineis summo cum labore applicatæ: necnon etiam quorundam doctiss. virorum in aliquot Hippocr. libros Obseruationes.

HVIC NOVISSIMÆ OMNIVMQVE EMENDATISSIMÆ EDITIONI ACCESSERVNT *Hippocratis libri de Medicamentis purgantibus cum Commentariis Ioannis Heurnij & de Structura hominis. Item Erotiani & dictionum Herodoti Lexica cum Galeni Glossarum Hippocratis explicatione: & denique gemino Indice eorum qui in Hippocratis scripta commentati sunt, vel eum quauis alia ratione illustrarunt: vt fusius patebit in Epistola ad Lectorem.*

Cum INDICE QVADRVPLICI longe amplissimo & vtilissimo.

GENEVÆ,

Typis & Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LVII.

LIBRARY OF THE FOUNDED 1813

ILLVSTRISS. PRINCIPI

CAROLO LOTHARINGIO CARDINALI AMPLISS.

LEGATO PONTIFICIO ET

Mediomatricum Episcopo, &c.

HIPPOCRATIS *Medicorum Principis, vt autoris vetustißimi & grauißimi, ita certè obscurißimi Latinam interpretationem mihi longa animi reputatione meditanti, (Princeps Clariß.) existimaui me vestibula nimirum honesta adituſq; ad causam illustres facturum, si quæ ingeniorum nostrorum cursum sua difficultate retardabant, ea primum adhibita diligentia superarem. Statuebam nanque hunc esse amplißimum laudis campum, in quo virtus nostra excurrere posset, si ad Hippocratem Medicinæ parentem vertendum & explicandum omnem ingenij aciem intenderem, eumq; densißimis ignorantiæ tenebris oppressum, velut ex diuturna perturbatione valetudinis, ad aspiciendam lucem reuocarem. Quam ad causam obtinendam cùm curam omnem & diligentiam adhibendam mihi proponerem, in eo primùm elaborandum esse sentiebam, quod cùm propter abstrusam rei difficultatem, & à communi hominum opinione remotam intelligentiam, longè à se omnium conatus subduceret, tum verò ob reconditam & admirabilem autoris doctrinam nobilißima ingenia deterreret, id explanatum, in communem vsum & in omnes omnium manus veniret, acutorumq; hominum admirationem assensionemq; commoueret. Qua studiorum progreßione, me magnam à nostris hominibus initurum gratiam sperabam, si delitescentem, iam dudum optimi Medicinæ parentis operam, in apricum & apertum deducerem, eamq; ex obscurißimis doctrinæ vmbraculis, in publicum Medicinæ Candidatis proponerem. Feci igitur (Princeps Clariß.) vt primùm quam apud me habebam sepositam Hippocraticæ dictionis supellectilem, sub Oeconomiæ nomine non ingratiis in publicum ederem & superioribus aliquot annis nostros in secundum huius etiam autoris de Morbis Vulgaribus librum Commentarios, Augustiß. Principis & parentis tui auspiciis euulgarem. Qua veluti aggreßione ac velitatione ecquodnam curriculum habitura eßet nostra industria mihi proponerem, & ad istius operis designationem conficiendam non inanem mihi relictam esse spem, non dubia voluntatis confirmatione ostenderem. Ad quod munus persequendum cùm eam institutam mihi initio scribendi rationem viderem, vt non priùs integram huius operis interpretationem attingerem, quàm multis in Hippocratem nostrum consumptis lucubrationibus, tanquam salebrosa angustiarum voragine superata, difficilimisq; exantlatis laboribus, portum cernerem. Ex eo certè quod primum fecimus laborum nostrorum periculum, me bonis omnibus istam nostram causam satis probasse confido, eóque rem deduxisse videor, vt omnes intelligant ad istas reliquias persequendas, non tam mihi animum quàm consilium defuisse. Constitueram certè aliquot Hippocratis libros, velut*

ἀποτασμάτια quædam cum nostris Annotationibus editos, in publicam istam causæ cognitionem adducere, in idq; incubuissem, nisi me repente quædam fortunæ commutatio, vel potius ingenij æstus, in tam vasto mari periclitantem, procul à terra abripuisset, atque in altum à conspectu penè omnium abduxisset. Nam cùm plerique acuto ingenio homines, nec stulti alieni artificij existimatores, cursum nostrum quem cum periculo institueramus reuocarent, suis sanè rationibus effecerunt, vt importunissimis fluctibus iactatam nauem, non tamen afflictam, in firmam stationem deducerem, tandemq; ad littus applicarem. Quo in portu recreatis animis ac velut redintegratis viribus, ad reliquarum fortunarum subeundum naufragium erectior, & ad absoluendam nauigationem futurus videbar paratior. Ad eámque rationem eò facilius consilia nostra subduximus, quòd existimabam nauigationis nostræ cursum, non tam interrumpi quàm intermitti solere. Ac quod ferè in longa operis continuatione & verborum perpetuitate fieri assolet, vt ex liberali otio atque animi relaxatione eam mentis aciem contendamus, quæ possit & cogitando & scribendo promptam ingenij celeritatem explere: si ex hac honesta laborum vacatione & quiete, non tam extinctum quàm repressum, aut ipsa cunctatione maturatum studiorum nostrorum ardorem existimaui. Impetrarunt igitur illi ipsi efflagitatores assidui atque acres, vt quoniam iam pridem magna operis parte defuncti eramus, nostrum stylum ad integrum opus traducerem, & de existimationis alea potius in toto Hippocrate interpretando, quàm in quibusdam libris explicandis periclitarer. Existimabant enim si me ad id adiungerem, & communem vtilitatem cumulatiorem fore, & arti nostræ splendorem accessurum longe maximum, quod facultatis nostræ præsidia ad auctorem vt grauissimum ita artis complexione dignissimum contulissem. Qua in re qui mihi optimè consultum esse cupiebant, ij non tam otij aut mearum virium, quàm publicæ vtilitatis initam rationem videri volunt. Quam in causam etsi propensiore animo incubuimus, veritus tamen sum maximè, ne ingenij nostri tarditatem aut tenuitatem artis saluberrimæ prætenderem, quàm non nisi quis ab omni ingenij laude felicior, et ab omni denique disciplinarum cultura instructior, rectè verbis exornare, & mentis acumine comprehendere aut complecti queat. At verò cùm mediocriter nos à doctrina comparatos, angustiùs etiam à natura sentiamus, ne illi alienarum laudum profusi iactatores existimari debent, qui virium integritatis tantum ratione habita, colorem, succum, & sanguinem negligunt, & de totius existimationis iudicio aut famæ periculo decernere nos cupiunt. Ac veluti in sanitatis ratione non satis est integritatis, valetudinis, firmitatis & neruorum corporis curam habere, neque tam metuendum est ne vitiosum sanguinem colligas, quàm vt verum & incorruptum, in quo naturalis ineat non fucatus nitor, deperdas: sic in hac studiorum moderatione non vsque adeo aliorum de te existimationi innitendum est, vt non adhibeas in consilium mentis tuæ aciem, tuámque ingenij commendationem leui alienæ laudis obtentu in suspicionem venire patiare. Subductis igitur rationibus omnibus, summam cogitationum nostrarum fecimus, vt nos ad excellentium virorum voluntatem aggregaremus. Malui enim cùm eorum studio sim obsecutus, desiderari ab iis prudentiam meam, quàm si id non facerem, benevolentiam. Etsi autem me in hanc causæ quæstionem non leuia rationum momenta imposuerunt, imprimis tamen me plurimum mouit publica salutis ratio, quæ me ad artis comprehensionem velut ad quandam doctrinæ vsurpationem reuocat, quam non alunde melius quàm ex Hippocratis limpidissimis fontibus haurias. Quo in negotio hoc à me facilè passus sum extorqueri, vt velut commutatis velis inhiberemus, neque tam rei frustrationem, quàm temporis commutationem faceremus. Et nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt, & via quamuis in lubrico posita ingredienda, in qua certè insistenda, ad nominis nostri existimationem commendabilius videtur, mihi intentatam famæ causam de hoc loco dicere, quàm publicam studiosorum

vtilitatem

vtilitatem non ſolum deſerere verumetiam prodere. Qua in mentis aſſenſione, quem mihi ad laudem, qua non ſolum acuere, ſed etiam alere ingenium poſſet, aditum ſperabam ampliſſimum, eum mihi dicendi penè ieiunitate, & ſentiendi tenuitate interclusum eſſe ſentiebam, & verò multorum doctorum virorum prærepta gloria occupatum. In eóque negotio non tam depellendo quàm cunctatione morando, penè animo deſiciebar, niſi ad ſtylum prehendendum quodammodo factus eſſem animoſior, meque iſta oblectatione recreaſſem, quòd cum à natura ad dicendum non ſatis ſolutus eſſem aut expeditus, ad obtinendam tamen iſtam cauſam, curam etiam & ſtudium adhiberem maximum, aut conſideratam ingenij noſtri tarditatem, experiendis conficiendiſque rebus vincendam, aut ſubtilitate ſuperandam eſſe exiſtimarem. His tot tantiſque cauſis appetitus, rem ipſam aggredior (Princeps Clariſs.) Hippocratémque noſtrum Latinum in exiſtimantium arbitrium ſub tuis auſpicijs venire permitto. Qua in publicatione etſi fui aliquando faſtidioſior, quod profectò voluntatem nunc tibi facilè emetiar, rem ipſam adhuc potuiſſe non videar, id vt ignoſcas poſtulo. Nam & ſuſcipere tantam rem, quantam non modò facultate conſequi difficile eſſet, ſed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar eius eſſe qui vereretur reprehenſionem doctorum atque prudentium. Et hoc eorum eſſe munus videbatur, qui non ingenium modò acuiſſent exercitatione ſcribendi, ſed & ipſam aſſiduitatem locupletauiſſent grauiorum artium inſtrumento, & iiſdem artibus decus omne virtutis, cum ſumma rei Medicæ laude coniunxiſſent. Verùm cum ab iis Medicis qui totam ſcribendi facultatem ad Hippocr. transferrent, magna eſſet in foro iſto literario ſolitudo, non verendum mihi fuit exiſtimatorum doctorum & intelligentium iudicium, in eo præſertim opere, quod & in Clariſs. Principis nomine appareret, & ſuo ſplendore lætabile quoddam aut glorioſum ſcribendi genus pareret, tandémque ſua inexplicabili obſcuritate omnium in ſe fauorem conuerteret. Neque verò rei difficultas ſtudia noſtra tardauit, neque nos deſperatione debilitati id experiri noluimus, quod me aſſequi poſſe diffiderem, cùm etſi natura nos noſtra, aut illa præſtantis ingenij vis deficeret, præclarum tamen exiſtimauerim eum tenere curſum quem poſſemus, & prima ſequentem in ſecundis tertiiſque conſiſtere. Nam cùm neque illud ipſum quod eſt optimum deſperandum eſt, & in præſtantibus rebus magna ſunt ea quæ optimis proxima, tum verò id melius eſt quod ſplendidius & magnificentius, & in bonis omnia quæ ſumma ſunt iure laudantur. Quò ſanè æquius eſt (Princeps Clariſs.) nos ampliſſimi nominis tui dignitatem imbecillitati noſtræ prætendere, quod hæc tota tractatio, quam tibi iampridem ex longa animi reputatione deuouimus vaſtiſſimas habet ſolitudines, quæ omnium veniam merentur, & abrupta multa præcipitia, ex quibus tuo ductu, præclariſſimæq; familiæ veſtræ ſplendore nos emergere poſſe confidimus. Speramus enim te Hippocratem iſtum Medicinæ parentem, ea qua doctos omnes complecteris beneuolentia & fauore proſecuturum, tuáque ampliſſimi nominis dignitate aduerſus maledicentium calumnias defenſurum ac vindicaturum. Quam etiam ad hanc noſtram cauſam eò lubentius adiungimus, quod rei nouitas, operis difficultas, tractationis obſcuritas, in ſpeciem quidem honeſta, nobis certè ad obtrectationem & calumniam quàm ad gloriam procliuior videtur. Huius verò patrocinium eò æquiore animo tibi ſuſcipiendum videtur, quòd nobiliſſima Academia veſtra Mußipontana, & per vos feliciter inſtituta, & ampliſſimis muneribus & honoribus aucta, tum demum ad æternam nominis celebritatem ſit peruentura, cùm ad eam quam ſibi comparauit ex omnium artium excellentiſſimis vndique profeſſoribus dignationem, etiam Medicinæ & Mathematum autoritatem veſtra liberalitate adiunxeritis. Cùm igitur omnem ſtudiorum rationem ita moderati ſimus (Princeps Clariſs.) vt quantamcunque in his progreßionem fecimus, eam ſemper ad Ampliſſ. veſtræ familiæ ornamentum contulimus, æquum eſt ſanè te totius iſtius operis, quod tibi ſanctiſſimis votis nuncupamus, dedicationem

istam, tanquam non ingratam, sed officij plenissimam, memoris erga te animi testificationem à nobis repetere, & lucubrationes nostras, quæ quoniam de nomine & fama periclitaturæ videntur, in tui nominis splendore sibi, vt & doctis omnibus, constitutum esse patrocinium sentiunt, vestræ familiæ amplitudine protegere. Quæ & generis claritate illustris, & egregiæ stirpis propagatione, nominis antiquitatem tam sanctè tuetur, vt tanquam in vnam arborem plura genera, sic in istam vestram domum multum insitam atque illuminatam nobilitatem cernere possimus. Cuius fauore tecti, non dubitamus quin istam quam tibi dicamus operam maleuolentissimas hominum obtrectationes integris fortunis facilè effugere sentiamus. A te certè hanc habebunt gratiam Medicinæ studiosi, quòd ad Hippocratis reconditam doctrinam vsurpatione recolendam, cognitione renouandam, exercitatione reuocandam, & in vulgus enunciandam, facultatem omnem nostram Medicam quam toto ætatis nostræ decursu magna studiorum contentione ad eam augendam contulimus, sub tui nominis auspicijs gratissima animi propensione accepturi sunt. Quibus vt respondeamus, nos ad id toto corpore & animo semper incumbemus, nec vllis vnquam laboribus neque vigiliis parcemus. Tibi verò debebunt (Princeps clariss.) qui nobis hanc causam imposuerunt, quod hanc editionem etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Quibus cum hoc mihi tamen commune esse volo, vt si sustinere tantam causam non potuero, iniusti oneris impositi eorum culpa sit, mea recepti, in quo tamen iudicij nostri errorem laus tibi oblati muneris compensabit. Ex Mediomatricibus ipsis Non. Sextil. Anno 1594.

AMPLIS-

AMPLISSIMO AC CONSVLTISSIMO,
MEDICORVM PARISIENSIVM
ordini & Collegio.

ANVTIVS FOESIVS. S.

CVM Oeconomiam noſtram adornarem, (PATRES AMPLISSIMI) tum nihil de Hippocrate publicando cogitabam, quòd & ingenij noſtri viribus diffiderem, & ætatem noſtram iam nutantem & penè affectam, huic oneri minimè ſufficere poſſe exiſtimarem. Tantum tamen valuit apud me amicorum authoritas, vt ad id quod ſemper pudore, aut ingenua quadam timiditate defugeram, me publicæ vtilitatis cauſa tandem contulerim. Qua in cauſa verſanda, cùm me publici commodi ſpe ſuſtento, mei conſilij rationes (quæſo) accipite. Hippocratem ipſum ſummum Medicinæ principem ac veluti Deum, omnium Medicorum manibus teri, & per publica Medicorum theatra perſonare, non ſolùm nobis glorioſum, ſed & maximè vtile, & omnium noſtrûm ſalutis intereſſe ſemper exiſtimaui. Ideóque ex quo me veſtræ ſalubris militiæ, hoc eſt Medicæ, ſacramento addixi, omnes meorum ſtudiorum rationes ad Hippocratem ipſum verſandum, pertractandum & explicandum adiunxi, in eóque tanquam vitæ meæ tabernaculum conſtitui, vt Hippocrates per ſe preſſus & ſubobſcurus, Galeni copia & liberalitate peruius & detritus in noſtris omniũ manibus verſaretur. Ad cámque cauſam in multos eius libros ad Galeni exundantiſſimos fontes & profluentem copiam, noſtra qualiacunque ſcripta, hoc eſt, ieiunitatem noſtram appoſuimus. Quod cùm in meum ipſius vſum mihi compararem, ac mihi (vt dicitur) canerem, effecit importuna amicorum efflagitatio, vt me ad Hippocratem conuertendum applicarem, & quod mihi deſtinaram, ad publicam omnium vtilitatem non ingratiis proferrem. In quo vellem non ſolum coloris & ſanguinis vt aliptæ, ſed vt optimi etiam Medici, virium & facultatum noſtrarum rationem habuiſſent. Quod igitur experiundi magis ſpe, quàm perficiundi voluntate à me attentatum eſt, ſi minus vobis probabitur, veſtrum erit, vt aut maius opus quàm à me perfici potuerit inſtitutum putetis, aut dum amicis rogantibus voluerim obſequi, me verecundia negandi, ſcribendi impudentiam ſuſcepiſſe, in eóque impoſiti oneris amicorum culpam eſſe, meam ſuſcepti. Cùm igitur totum corpus Hippocraticum per ſe vaſtum admodum & confuſum, multorum animis tenebras offunderet, & ſpectatores à ſe auerteret, feci quod in mercibus explicandis fieri ſolet, vt eas in ſpeciem omnium ingeniis exponerem, & in ordinem ex Erotiani vetuſtiſſimi authoris mẽte redigerem, aut in ſectiones, quò faciliùs perferri & pertractari poſſent diſponerem, Primo igitur loco τὰ τεχνικὰ, ἢ τὰ εἰς ἃ περὶ τέχνης συντείνοντα λόγων, hoc eſt, quæ ad artem ſpectant, conſtitui, quod non inauſpicatè ab artis tractatione tanti operis auguria duci viderentur. Secundo loco σημειωτικὰ, quod πάσης αἰτιολογίας καὶ θεραπείας τὰ σημεῖα, ὀφείλῃ σημείωσις, vt loquitur Erotianus. Tertio, φυσικὰ καὶ αἰτιολογικὰ. Quarto, ὑγιεινητικὰ. Quinto, θεραπευτικὰ. Sexto, χρησυμῳδύμενα. Septimo, ὀπτίμικτα ἢ πολυμικτά. Octauo, παρέξωθεν ἢ ξενικά. In quibus omnibus cum ſexaginta (vt vocat Manardus) Hippocratis opera, quæ nobis ex tanto naufragio reſtant, comprehenderim, & in ſeriem ex Erotiani conſilio coegerim, in omnibus tamen eum me non eſſe ſecutum præ me fero. Neque certè hoc loco mihi de librorum Hippocratis dignatione & authoritate dicendum aliquid exiſtimo, tum quod in eo Galeni optimi Hippocratis interpretis iudicium & cenſuram interponendam eſſe cenſeam, vt aliàs à nobis ea de re ſcriptum ſit, tum etiam quod ea de cauſa à magnis huius tempeſtatis Medicinæ dictatoribus, in Claſſes & Centurias ſint diſtributi. Qua in recenſione etſi multa ſunt arbitraria, multa diligenti trutina examinanda. In Hippocratis tamen ſcriptis recenſendis, vt veluti bonorum publicationem fieri non probo, ita Galeni iudicio & cenſura firmiter nitendum ſtatuo. Et vt aliorum de Hippocratis ſcriptis trutinam minimè conuello, verùm etiam maximè probo, ita certè quidem hunc à nobis ſeruatum ordinem, & in ſectiones diſtributionem, ad eam quam nimis, nunquam tamen ſatis, ambitiosè quærimus publici commodi cauſam, vel maximè accommodatam exiſtimo. Prompta enim & expedita hoc modo Hippocratis opera, quæ omnium manibus atterantur, & quóuis gentium circumferantur, ſe offerunt, vt his non ſolùm in vmbram, ſed etiam in Solem & puluerem, hoc eſt ægrorum tri-

clinia dedictis, eorum autoritate & consilio nitamur, ex eorum præscripto res ægrorum procuremus, & medicinam faciamus, nobisque ex his tantum non ad cognoscendum, verùm etiam ad agendum vbique arma suppetant. Et certè mea semper fuit opinio, quam me viuo nunquam etiam eripi mihi patiar, in Medicina facienda, non aliam adhibendam esse quàm Hippocratis cynosuram, quod etiam locupletissimis scriptis confirmauit Galenus, qui eum nobis omnium bonorum ducem & authorem, πάντων τῶν καλῶν ἡμῖν ἡγεμόνα toties suis rescriptis clamat, & ad nominis æternitatem* commendat & consecrat. Ad eam igitur tanti nominis celebritatem, si omnes nostras rationes, omnes ingenij nostri facultates aggregauimus, vt eum omnibus viæ ducem proponerem, cuius vestigiis insistentes, huius vitæ vsum nō tam promptè & expeditè quàm salubriter hauriemus; magna certè ab omnibus nobis ineunda est gratia, quòd nostris lucubrationibus omnium tum publicæ, tum priuatæ vtilitati prospexerim. In quo si quod spero consecutus sum, id totum vobis acceptum ferent & gratias habebunt, qui ex nostris laboribus fructum reportabunt, meóque exemplo vestrum amplissimum nomen seculorum immortalitati cōsecrabunt. Sin minùs, me tamen ad publicæ salutis commodum omnes nostras rationes aggregasse semper præ me feram, eáque me specula consolabor, nobis in scribendo nunquam in publicum promerendi voluntatem defuisse. Quam vobis consultissimis Medicinæ Patribus, velut ex vberrimis vestris fontibus hausta m, & in vestro gremio auctam & altam, plenissimis vlnis remetior, dedico consecróque, petóque ab omnibus vt in nominis vestri amplissimi commendatione conquiescat. At verò Hippocratem ipsum suo nomine & vetustate satis commendabilem, post omnes omnium laudationes, non alia apud vos præcipuè, dignatione afficiam, quàm quod in Græcia olim omnis philosophiæ parente & alumna, illi diuini honores exhibiti fuerint, eúmque M. Tullius † locupletissimus author, Æsculapio adæquarit, & cum eo contulerit. Reliquas eius laudes ab omnibus nunquam satis decantatas, & ex vestris suggestis alternante sæculorum memoria sæpissimè ab excellentissimis ingeniis proclamatas, eas ne ingenij nostri culpa deterere videar, vobis præcipuè ex hoc lóco in animi notione non reponam. Satis erit si quod ad instituti nostri causam facit vobis aperuero, me ad hanc Hippocratis versionem multorum manu scriptorum codicum fidem adhibuisse, imprimísque membranas Vaticanas quibus etiam se vsum Fabius Caluus subscripserat ante annos quinquaginta perlustrasse, deinde etiam ex Bibliotheca Regia Fontanobellæa tres manu scriptos codices ad nostrarum rationum consilium adiunxisse. Quod cum D. Hollerij & D. Goupyli cura mihi procuratum fuisset, me etiam lectionum ex his codicibus à me descriptarum ante annos quadraginta D. Hollerio copiam fecisse. Quorum piis manibus hac parentatione meritam gratiam repono, vobis verò vt augustiss. Patribus, ex quorum sinu & disciplina hæc hausta sunt & delibata, nostram Hippocratis versionem, gratissimi erga vos animi testimonium, perpetua officij obseruantia deuoueo, dedico & offero. Quam si minus nostra commendatione, certè quidem nominis vestri amplitudine fartam rectam in publicum exire volo, vt illius patrimonium dignitatis ne ab aliquo nefario prædone diripiatur, quasi parentes boni & fideles tutores defendatis, eiúsque patrocinium suscipiatis. Ex Mediomatricibus ipsis Idib. Mart. 1594.

* *Lib. ad Glauc. initio. & lib. 1. de Vene sect. aduers. Erasistr.* † *Lib. 3. de Nat. Deor.*

Lectori

Lectori Candido.

CUM esset in procinctu nostra Hippocratis editio, & iamiam prælo submittenda (Lector Candide) eccè commodum Lutetia duo Hippocrat. exemplaria ad nos allata sunt, unum Aldinum Alberti Fevrei Medici celeberrimi, alterum Frobenianum Ludovici Servini Jurisconsulti clariss. & in amplissimo Senatu Parisiensi fisci Regii patroni, in quibus variæ ex manuscriptis membranis lectiones tam diligenter erant adscriptæ, ut mihi insperato & nil tale cogitanti contigerit, quod me vel votis omnibus consequi posse per ætatem diffiderem, scil. ut unico aspectu tot bibliothecas perlustrarem tot membranarum veteramenta, hoc est clarissimorum virorum monumenta perlegerem. In quibus recensendis hoc me summo Dei Opt. beneficio consecutum gaudeo, ut reconditissimas Bibliothecæ Regiæ Fontanobelleæ gazas, quas ante annos quadraginta conquisitas oculis avidè devoraveram potiùs quàm decerpseram, nunc demum agnoscerem, & jam tandem velut incudi redditas, suo splendori ac nitori restitutas, in lucem ponerem, & per ætatis maturitatem recoctas, jucundissima quadam temporis recordatione ad polituram & repumicationem revocarem. Quo in negotio cùm doctiss. & excellentiss. virorum arculas omnes & pigmenta quibus hanc nostram Hippocratis editionem colorari voluerunt consumpserim, opésque quas ex suis selectissimis κτηνλίοις prolixissimè pro sua liberalitate in usum publicum contulerunt omnes exhauserim, nostri consilii (quæso) rationem accipe. In Fevrei exemplari cùm multa sint ex Scholiis Græcis diligentissimè adscripta, marginibus & lineis interjecta, explicationibus & glossematis quibusdam referta, ea tantum selegimus, quæ ad Hippocrat. literam facerent, pauca & cum delectu quodam ex Scholiis adjecimus, eáque potissimum quæ ad sensus Hippocratici cognitionem mihi plurimum facere videbantur, multa negleximus, quasdam etiam lectiones, ut in veteribus membranis, parum integras rejecimus. In Servini verò exemplari, præterquam quod ad codices Regios accuratè mihi efformatum videtur, etiam M. Cordæi Medici excellentiss. manuscripti exemplaris lectione eximiè locupletatum est, ita me gessi, ut lectionem veterem sedulò ac diligenter apponerem, varias lectiones ex Galeni quamplurimis locis studiosissimè appositas, ut cuivis pervias, relinquerem, multas etiam ex Hippocrate ipso locorum explicationes fidelissimè annotatas omitterem, conjecturas (quas pro mentis acumine habet plurimas) omnino paucas adscriberem, eásque tantum quæ mihi ad Hippocrat. sensum appositissimè accommodatæ esse viderentur, ne vel excellentissimi viri ingenio meo judicio præjudicium aliquod afferrem, vel eum merita laude defraudarem. Has igitur doctissimorum virorum lucubrationes & vigilias, bona fide quoad licuit expressas, ad cujusque sectionis calcem apposuimus, eásque liberaliter acceptas ad hanc Hippocrat. editionem collustrandam liberalissimè contulimus, & fidelissimè repræsentavimus. At verò de librorum Hippocràticorum ordine te admonitum volumus, non unum & eundem in omnibus membranis esse; immò verò in Vaticanis quas ante annos sex & quadraginta jam pridem vidimus, longè varium & diversum, præcipuéque in his quas se secutum esse M. Fabius Calvus ex scripto testatus est. Sic enim ad calcem exemplaris cujusdam Vaticani adscriptum legimus. ἐγράφη περὶ ἀρτ. ἰᾶτ. καὶ φάβ. φαλάκρ. α. φ. ις. Præterquam quod etiam alium longè ordinem in sua interpretatione secutus videtur. Alium quoque esse eorundem librorum ordinem apparet in altero etiam exemplari Vaticano accuratissimè & elegantissimis literis Græcis descripto. Quin etiam M. Cordæi quondam doctiss. exemplar (cujus crebram suis scriptis mentionem facit, atque etiam antea meminimus) aliam & ordinis, & in multis inscriptionis rationem sequitur, ut Servini codex testatur. De quibus cum neque certi aliquid statuere, neque rectè judicare possimus te tantum admonere æquum nobis visum est. Quod si Capellani Archiatri quondam Regii & viri excellentiss. exemplar Medicæum quo eum usum audio, nobis videre licuisset, de eo etiam aliquid addidissemus, & fortasse sententiam tulissemus, etsi istud esse quod à Cordæo celebratur, non vana mentis assensione auguror. Verùm te hac nostra quantulacunque diligentia, & tot veterum exemplarium lectione, quibus nec toto fortasse peragrato orbe, aut plura, aut puriora invenias, pro tua æquanimitate contentum esse par est, nostræque jam ingravescenti propéque affectæ ætati ignoscere, cùm præsertim possint ista ab excellentissimis ingeniis, quorum Dei Opt. Max. beneficio his quantumvis exulceratissimis temporibus adhuc magna futura est, nova in dies accessione splendescere & augeri, plurimáque tenebricosa & obscura (in quibus nec mihi ipse satisfacio) meliorem lucem accipere. Ad hanc autem Hippocratis editionem accesserunt Joan.

Martini

Epiſtola ad Lectorem.

Martini Medici Pariſienſis celeberrimi & doctiſſ. in Hippocrat. libros Obſervationes, quas ipſe viva voce & publica profeſſione cum Hippocrat. Interpretatione aliquot annis (ut audio) teſtatus eſt. Eas cùm pro ſua humanitatè ad hanc noſtram operam liberaliſſimè contulerit, ad cujuſque lectionis calcem cum variis lectionibus appoſuimus. Acceſſit etiam Palladii cujuſdam (etſi non admodum vetuſti, non tamen, opinor, aſpernandi authoris) Commentarius Græcus in lib. περὶ ἀρθρῶν *Hippocrat. nunquam antea editus, & ex Medicæa Bibliotheca à D. Petro Laphilæo Pariſienſ. Medico viro humaniſſimo & doctiſſimo, mihique à primis Medicinæ incunabulis familiariſſimo, deſcriptus, & ad hujus operis dignitatem amplificandam magno animi candore & publicæ utilitatis ſtudio ad nos non ita pridem miſſus. Quem à Jacobo Santalbino in hoc publico medendi munere Collega noſtro, viro etiam doctiſſ. Latina interpretatione donatum, in Sectionem hujus operis ſextam (hoc eſt ſuum locum) repoſuimus. Additæ ſunt etiam variæ lectiones & correctiones quædam ex Medicæo codice ab eodem D. Laphilæo jam pridem collectæ, & ad hunc apparatum quem tibi proponimus liberaliter tranſmiſſæ. Reliquum eſt igitur, Lector Candide, ut his humaniſſimis viris & excellentiſſ. ingeniis quorum hîc tibi memoriam recolimus, quorumque opera & beneficio hæc noſtra Hippocratis editio plurimum dignitatis & acceſſionis accepit, quam debes, & tuo, & noſtro nomine gratiam referas, eámque perpetua grati animi recordatione, atque officio devincias ſempiterno. Bene vale. Ex Mediomatricibus ipſis* VIII. *Calend. Novemb.* CIↃ IↃ. XCIV.

Typographus Lectori.

CUM poſtremæ Hippocratis editionis exemplaria, pridem ubique deſiderari accepiſſem: nec quenquam interea qui novæ adornandæ curam in ſe reciperet viderem: pro eo quo ſum, & ſemper fui in rem literariam affectu, id onus, δυσβάσακτον licet, lubens ſuſcepi: eóque faciliùs quod non pœnitenda regiorum characterum ſupellectile τυπογεγαφεῖον inſtructum haberem: atque ideo præclarum opus, quod hactenus negligenter latis acceptum fuerat, literis minimè fugientibus, ac ignorabilibus, edere me poſſe ſperarem. Verùm cùm ea quæ per ſe utilia & grata ſunt, nova aliqua acceſſione gratiora fieri non ignorarem: nullum laborem vel ſumptus refugi, quo & menda quæ operarum incuria irrepſerunt tollerentur, & φιλίαζοι via proniore ad Hippocratis lectionem ferri poſſent: quoniam porrò plerumque voces vel obſoletæ vel poëticæ quæ paſſivitus apud hunc authorem occurrunt ἐπεὶ γέγονεν αἰνὴρ Ομηρικὸς τὸν φράσιν, ut loquitur Erotianus, lectoribus in hac palæſtra minus ſubactis; moram injicere poſſunt, operæ me pretium facturum exiſtimavi, ſi ea quæ Foeſii œconomiæ vicem, aliquatenus ſupplere valent adtexerem, cujuſmodi ſunt Erotiani & Herodoti Lexica, cum Galeni gloſſarum Hippocratis explicatione: horum enim ope ad omnia ferme graviſſimi ſcriptoris obſcuriora aditus pateſcit. Ne autem eadem in hac editione quæ in præcedentibus deſiderarentur, libros de Medicamentis purgantibus Græcè & Latinè cum Commentariis Joannis Heurnii, & de ſtructura hominis Latinè tantum, quod Græcum exemplar mihi ad manum non eſſet adjeci: ac denique mantiſſæ loco geminum indicem eorum qui ſive commentariis, ſive notis quibuſcunque, ſive verſionibus ἐμμελῶς vel καταλογάδην, ſive indicibus, ſive quavis alia ratione Hippocratem illuſtrarunt, quantum quidem mihi innoteſcere potuerunt conſtruendum & editioni præfigendum curavi. Hæc ſi tibi Lector accepta fuiſſe intellexerim, meliora in poſterum te ſperare jubeo: interea bene vale, & qualecunque eſt quod impræſentiarum tibi offertur æqui bonique conſule.

CL. PRÆ-

CL. PRÆSTANTISSIMOQVE

V.D. ANVTIO FOESIO DOCTORI

MEDICO MEDIOMATRICO, D. PLVRIMVM OBSERVANDO,

ÆMILIVS PORTVS, FRANCISCI PORTI, Cretenſis F. S. P. D.

AVREVM illud (Cl.V.) Hippocrateæ OEconomiæ maxima cum laude nuper à te conſcriptum, typiſque mandatum opus, ad accuratiorem Hippocratis lectionem me veheme[nter] inuitauit, à qua propter incredibilem grauiſſimorum errorum multitudinem, ac obſcuritatem inde manantem, ego medicinæ Studioſus, non mediocriter ante deterrebar: ſed fauente Deo, tuis auſpiciis, ductuque per denſiſſimas Hippocrateorum librorum tenebras ad ſatis claram intelligentiæ lucem haud infeliciter euaſi. Quare quod tuum eſt, tibi iure debetur. Ex alienis enim laboribus gloriam captare nolo. Si quid tamen & ego in iſta corruptiſſimi codicis emendatione præſtitiſſe videor, id ita demum ab aliis admiſſum iri confidam, ſi tu doctiſſimus, artiſque Medicæ peritiſſimus vir hoc ipſum tuo iudicio, ſententiaque comprobaueris. Equidem has meas animaduerſiones domi ſeruare, nec euulgare decreueram: ſed typographus, qui totum Hippocratem pulcherrimo veſtis Latinæ cultu recens à te exornatum, eruditiſſimiſque commentariis illuſtratum excudit, ſimul ac ab amicis admonitus, intellexit, quot, quantiſque mendis ſcateret Baſilienſis ille codex, quem in editione ſequendum ſibi propoſuerat, ſtatim pro ea familiaritate, quæ ipſi mecum intercedit, ad me ſcribit, ſuam mentem aperit, petit vt Hippocrati præter expectationem grauiter laboranti, Medicinam aliquam facere ne grauarer, ſi quam in præſentia paratam haberem, quod ipſa morbi grauitas diuturniorem dilationis moram non pateretur. Honeſtis igitur amici poſtulatis, votiſque ſatisfacere ſum conatus. Quoniam autem (Cl. V.) in hac Hippocratis laborioſa, difficilique curatione bonam pharmacorum partem ex præſtantiſſimis Oeconomiæ tuæ theſauris deprompſi, ne quis me beneficiorum acceptorum immemorem, ingratumque meritò vocaret, quin etiam vt omnem malæ fidei ſuſpicionem vitarem, vtque meæ mentis integritatem, animique candorem cuncti mortales meliùs cognoſcerent, autores ſyncerè laudaui, quorum ſcriptis, & autoritate ſum vſus. Inter hos tu, Medicæ facultatis columen, & ornamentum, ſine controuerſia principem obtines locum. Quamobrem etiam has iucundorum fructuum, quos ex Hippocratis lectione percepi, primitias nomini tuo (Cl.V.) cenſui dicandas. Hoc perexiguum honoris, quo tuas eximias virtutes proſequor, pignus alacriter accipies, & in eorum numero me pones, qui te omnibus felicitatis humanæ partibus auctum, ornatúmque cupiunt. Vale præſtantiſſimorum Medicorum decus. Datum Heidelbergæ Calend. Septembris CIↃ. IↃ. XCV.

ΑΙΜΙΛΙΟΥ ΠΟΡΤΟΥ,
ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΠΟΡΤΟΥ ΤΟΥ
κρητὸς ἐπίγραμμα εἰς τὼ Ἀνυτίε
Φοησίου ὀνομασίων, καὶ
σημασίαν.

Κλῄτὸν ὄπφρα δέως ὁδ' Ἀνύτιος ἔεργον αὐσας.
Κτήσατ' ἀθμήτου κύδεος ἀγλαΐδυ.
Οὕνεκα δ'' Ἱπποκράτει τὸ φόως ὁ Φοήσιος ἦσεν
Ἤλυθε τῷ ζοφερῷ, Τοῦωμα τῦτο φέρῃ.

Τοιοῦωμα τῦτο φέρει, τεκμήειον οὐ ματομήκως
Δῆλον ὄπῃσήμης, ἢ φρέπε διανοίας.
Τοῦ αὐτοῦ ἄλλο.

Δέλτιον ὁπραλέοι διζήμενες Ἱπποκρατείων,
Ὅππερ ἔχει ἐπόδει, νεῦ κέαρ ὑμὸν ἔχῃ.
Πᾶσαν τὼ σκοπέω ὁ Φοήσιος ἔνδεν ἀπῶτε,
Λαμπρὸν φῶς φορέων. φωσφόρος οὖν κυρέῃ.
Σοὶ χάριν Ἱπποκράτης ὡς πλείσ'ὼ οἶδεν, ἰδ' ἐξῆς
Νεῦ αὖτῷ δώσων, ὧν πόρες ἀθανάτων.

RVDOLPHVS MAGISTER MEDICVS REGIVS CAMPANVS AD D. ANVTIVM FOESIVM EGREGIVM PHILOSOPHVM, & diligentiſſimum Hippocratis interpretem, Carmen.

Stelliferum Hippocrates ſcriptis æquarat Olympum,
Quem nuper detruſit in Orcum
Demens barbaries, doctrinæ inimica priori,
Et virtutis neſcia veræ.
Ipſum, at reſtituis, Princeps aſſertor Anuti,
Antiquæ & vindex Medicinæ.
Tu explanas ſalebras, nodos & ſoluis acutè
Difficiles, & ſorde repurgas:
Nunc demum vt totus nobis appareat Author
Pulchrè antiquo, purus, honore
Splendeſcens: miræq; tuæ hoc debebitur arti
Olim ſic vt laude nepotes
Te exornent, atque Hippocratis dignentur honore,
Quem tu interpres reſtituiſti.

ΕΡΩΤΙΑΝΟΥ ΤΩΝ ΠΑΡ

Ιπποκράτει λέξεων σιναγωγή.

ΤΟ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΤΗΝ Ιπποκράτους θεραπευτικήν, ἀρχίατρε Ανδρόμαχε, ἐκ ὀλίγα συμβαλλομένῳ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁρῶν, ὅσοι λογικῆς ἀντιποιοῦνται παιδείας, καὶ τούτων ἐξαιρέτως τοῖς ἰατροῖς, οἱ δὴ πλὴν ἀρχαίαν ἰσοτιμίαν ἀποκηρύττουσι τῆς τέχνης, φιλοτίμως ἢ καὶ σφόδρα ὑπομόνως ἅ, τε ἐκ ἴσασι, μαθεῖν ὑπομένουσιν, ἃ δὲ καὶ ἤδη μεμαθήκασι, κενεὸν ἀπονοσφίζουσι· τὸ μὲν ἀδίδακτον, ὡς ἐνδεὲς, τὸ δ' ἄκειτον, ὡς ἄπιστοι, πλανώμενοι· εἰκότως ἠβουλήθημεν ταῖς ἐμφερομέναις αὐτῷ τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφείαις καὶ κατὰ πολὺ τὴν κοινὴν ἀνακεχωρηκυίαν ὁμιλίας ἐξηγήσασθαι λέξεις· αἳ δὴ ἀγνοούμεναι μὲν, ἱκανῶς ἀφηρούνται τὴν διανοίας τὸ πρὸς ὑπόνοιαν ἕτοιμον· ἐξαπολωλεῖσαι δ' ἢ καὶ ὅτι τὸ πλανητέον ἀχθεῖσαι, πολὺ παρέζον φῶς πρὸς τὸ δικαιότερον τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ σωτηρίας. καὶ μάλιστα ἐπεὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τῶν ῥάστου πάντα γινώσκειν ἐθελόντων ἰατρῶν οἱ μὲν οὐδ' ὅλως μετὰ χεῖρας ἔχοντες ἀπορίαζουσι, πλὴν πραγματείαν τινὸς χλοῦνης ποιοῦντες, οἷς ἐπετήδευσεν Ιπποκράτης ἀσαφὴς φανῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀνακεχωρηκέναι δύσπορῆσαι λέξεις ἀπορίαζουσι· καὶ ταῦτα, μακρὰν μὲν τῆς τέχνης, βραχὺ δ' τοῦ βίου οἰόμενοι, διὰ τὸ σαφῆ ποιῆσαι πλὴν ὁμιλίαν καὶ πᾶσι φανερὰν. δέδοται γὰρ ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως λόγος πρὸς τὸ τὰς μετὰ διάνοιαν γλυπτείσας φαντασίας τοῖς πέλας ἐκτυποῦν. λελήθασι δ' οἱ ταῦτα πρὸς τοῦ ἀνδρὸς ὅτι πλὴν μειρακίαν φλυαροῦντες, ὡς οὐ μᾶλλον καὶ Ιπποκράτους ταῦτα, ὅσον πλὴν αὐτῆς ἀμαθίαν εἰς ὑπαίθριον ἄγουσιν. εἰ μὲν γὰρ μόνον ἢ προφερόμενον ἐπλάτει τὰς φωνὰς, ἴσως ἂν τὸ προῆκτον ἐμέμψατο ἂν τις· ἐπεὶ δ' πάλαι αἱ συνήθειαι ταύτῃ κέχρηνται τῇ πρὸς πλὴν διάλεκτον φορᾷ (ἐξ ὧν οἵ τε πρὸς πλὴν ἀρχαίαν κωμῳδίαν καταγινόμενοι ἐμφαίνουσι· καὶ τῆς μὲν φιλοσόφων, Δημόκριτος, τῆς δὲ ἱστορικῶν, Θουκυδίδης καὶ Ηρόδοτος, καὶ σχεδὸν ὁ σύμπας τῆς ἀρχαίων γραφῆς συγγραφέων) πάντοτε τὸ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις εἰρημένον συμβέβηκεν, τοῦτο καθ' Ιπποκράτους κεκομίκασι μόνως; διζηθεῖσα δὲ ἐν τῇ μέθοδος ἐξηγήσῃ τὸ πρὸς πλὴν ταυτὸν ὁμιλίαν τῆς ἀρχαίων ὁμονοοῦσι, ἐπεὶ γέγονεν αὖθις Ομηρικὸς πλὴν φάσιν, καὶ πλὴν ὀνοματοποιίαν δύσκρητος; πρὸς γράφας καὶ διάνοιαν ἱκανὸς, καὶ τῆς κοινῆς καὶ εἰς πολλοὺς πεπλεόσης λέξεως ἐκλέξασθαι πλὴν κυριωτέραν. ἰῶ καθάπερ τινὲς τύποι καὶ σφραγῖδες αἱ πλὴν ἑρμηνείαν πεπιστευμέναι πιθέσθαι λέξεις. ὧδε ταύτην χέτοι πλὴν αἰτίαν πολλοὶ τῆς ἐλλογίμων ἐκ ἰατρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ γραμματικῶν, ἐπιτυχόντας ἐξηγήσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς λέξεις ὅτι τὸ κοινότερον τῆς ὁμιλίας ἀγαγεῖν. Ξενόκριτος μὲν ὁ κῶος, γραμματικὸς ὤν, ὡς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ηρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς· ὡς δὲ καὶ ὁ κιτιεὺς Απολλώνιος ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ηρόφιλου οἰκίας. μὴν ὃν φασὶ τὸν Ταναγραῖον Βακχεῖον ὑπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ, καὶ διὰ ξιῶν συντάξεων πληρῶσαι πλὴν προθεσμίαν, πολλὰς πλανηθέντων εἰς τοῦτο μαρτυρίας πιστῶν. ᾧ δὴ τὸν ἐμπειρικὸν συγχρονήσαντα Φίλινον ἐξ ἐξαβίβλου πραγματείας αὐτεπιστεῖν, καὶ παρεπικελεύσου κριτὸς ὑπιθεμένου τὰς Βακχείας λέξεις διὰ συντάξεων, Απολλωνίᾳ τε τῷ Οφέως τοῦτο ποιήσαντος, καὶ Διοσκορίδου τῷ Φακᾷ πᾶσι τούτοις αὐτεπιστάντος δι' ἑπτὰ βιβλίων, Απολλωνίου τε τῷ κιτιέως ὀκτωκαιδέκα πρὸς τὰ τοῦ Ταραντίνου ξία πρὸς Βακχεῖον διαγράψαντος· καὶ Γλαυκίου τοῦ ἐμπειρικοῦ δι' ἑνὸς πολυχίου πάνυ καὶ κατὰ στοιχεῖον πεποιημένου τοῦτο ὑπιτηδεύσαντος· πρός τε τούτοις Λυσιμάχου τοῦ κῴου καὶ βιβλίον εἰσπονήσαντος πραγματείαν, μὴν τὰ ξία μὲν γράψαι πρὸς Κυδίαν τὸν Ηρόφιλον, ξία δὲ πρὸς Δημήτριον. καὶ γὰρ ἀναλεξάμενος αὐτῶν Εὐφορίων, πᾶσαν ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ. τῆς δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔσιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. ἔτι δὲ Αείσαρχος, πρὸς ὧν γεγράφασιν Αειστοκλῆς καὶ Αειστοφάνης οἱ ῥόδιοι, καὶ μὴν πάντας Αντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ ἀλεξανδρεῖς. ὅθεν ἐπεὶ τινας τῆς ἀρχαίων οὐκ ἀποδοχῆς ἀλλὰ μέμψεως ἀξιοῦσι, δι' αὐτὸ τοῦτο μὴν τοὺς ἥρωας, καὶ αὐτοὶ τετολμήκαμεν πρὸς τὸ ἀνδρὸς σωτάξαι. δίκαιον οὖν ἡγούμεθα προειπεῖν τοῦτο, ὅτι πολλαὶ τῆς ὅτι τὰς γραφὰς ὁρμώντων γεγόνασιν ὑπολήψεις. εἰ μὲν ὅσα τινὲς δύσκρητα, ἐσπούδασαν φιλανθρώπως ἀναγράψαι, ἢ ὅσα δυσκρήτως οὐκ ἐφθόνησαν ἐμφανῆ ποιῆσαι, τούτοις τινὲς ἕτεροι δείξαντες, τῆς ἀμισοῦς μεταδόσεως ἱκανῶς ἀπηνέγκαντο μαρτυρίαν, ἢ κὰν τὰ μὲν συμφέροντα, ἰσορροπήσαντα διορθοῦν ἐσπούδασαν· κατηναγκάσθη ἂν ὀλίγοι πεποίηνται σωτάξεως ἀφορμῶν. οἷς πάλιν αὐτεπιστάντες ἕτεροι, σφόδρα που τὸ Ομηρικὸν ἐξεπλήρωσαν, Οπωσοῦν εἴπησθα ἔπος, ἕως κ' ἐπακούσῃς. ὧν αὐτηκατηγόρησαν τινὲς, ἐμφερόντως εἰδότες ἄνδρες ἐπαμυνάσθαι ὅτε τις πρότερον χαλεπήνη. πολλοὶ καὶ τὰ ἀποφάσθλια ποιοῦν εἰρημένα ἐφ' ἓν συναγαγόντες, οὐκ ἀκάρπου γραφῆς ὑπονοίας κυπόρησαν, καὶ τὰ ἀναποδείκτως ἰσορροπήντα, μὴν λόγου πλανηθέντων, οἱ δὲ καὶ τὸ σαφῶς λεγόμενον, ἐξαπλώσαι. καὶ τοῦτο ὅτι μακρῆς, συντομώτερον ὑποτεῖλαι, καὶ τὰ ἀμφίβολα ἐκεῖνα ἑρμηνεύσαι, δίκαιον δόξαν ἀπενεγκαμένους· τῆς δὲ εἰρημένων χαρακτῆρον εἰς ἕκαστος δίκαιου τετύχηκεν ἐπαίνου· πῶς οὐ μεῖζον ἀξιοῦσθαι δικαίως τυγχάνειν τῆς παρούσης γραφῆς ἡ ὑποχεσις διὰ πάντων τῆς εἰρημένων ἰδιωμάτων κεχωρηκυῖα. καὶ γὰρ σύρέσεως ἕνεκεν πολιὰ εἰσφέρεται πόνου, καὶ κεπικῶς πλανᾶσθαι πλὴν ἐν ταῖς φωναῖς ἀλήθειαν, διορθουμένην τὰ μὴ κατὰ τόπον ἀναγεγραμμένα, σφαγγυλώτερον δὲ ἀπαγγέλλουσα τὰ καινοτέρως εἰρημένα, τὰ σαφοῖς καὶ ταγμένου πολιὰ ἔχουσα λόγου· μὴν τὰ ἀποφάσθλια πολλοῖς εἰρημένα, ὑφ' ἓν σωναγαγεῖν. τοσαύτης γοῦν σωτάξεως καταβαλλόμενοι πλησθὺν, οἱ μὲν ἕνεκα τοῦτος δίκαιος ἀδεμίαν ἀπενέγκαντο δόξαν· ἐπεὶ σφοπορὲς ἰδίως παῦ τὸ πολύ· οἱ δὲ, ἀφ' τὸ ἄγαν ματαίως τὸ ἀκεβὲς ἐξηρύμενοι, τί ὄξι χλυ, καὶ τί τὸ πλατὺ, καὶ τί τὸ ἀσερονμικὸν, καὶ τί τὸ ἀκεφαλὸν, καὶ στενωπὸς, καὶ τὰ ἔτι τούτων φανερώτερα ῥήματα. εἰ γὰρ μέλλομεν τὰς πᾶσι γνωσιομένας ἐξαπλοῦν φωνὰς, ἤτοι πάσας ὀφειλήσομεν ἐξηγήσασθαι, ἢ τινας. ἀλλὰ πάσας μὲν ἀδύνατο, τινὰς δὲ δίκαιον. ἢ γὰρ ἀφὰ σωνήθων ἐξαπλώσομεν ἂν τὰς ῥημάτων, ἢ ἀφὰ τῆς μὴ σωνήθων. ἀλλ' αἱ μὲν ἀσωνήθεις εἰς τοῦτο ἀφυεῖς φαίνονται (δεκτὸν γὰρ τὰ ἧττον γνωσιόμενα ἀφὰ τῆς μᾶλλον γνωσιομένων ἐξαπλοῦν) αἱ δὲ σωνήθεις τὸ ὑπίσης εἶ) φανεραὶ, πρὸς τὸ δηλωτικὸν τῆς ἑρμηνείας, ἐκ ἔσονται, ὡς φησιν Επίκουρος. ἀπόλλυται γὰρ ἰδίως τῆς ἑρμηνείας τὸ φανερὸν, ὅθ' ὑπὸ λόγου καθάπερ τινὸς οἰκείου μαγγανεύεται φαρμάκου. τῆς δ' ἄλλων Επικλῆς μὲν ὁ κατὰ στοιχεῖον ποιησάμενος τὴν ἀναγραφὴν, ματαίου σωτομίας ἐφίετο ζηλωτής. πρὸς πρῶ γὰρ μὴ πάσας ἐξηγήσασθαι, ἔτι καὶ τὰ σωτάγματα, ἐν οἷς αὐτῶν ἕκαστος κατεγέγραπτο, σωσπῆς ἱκανῆς αὖπον ἐχρίετο τοῖς ἀναγινώσκουσι. πάλιν γὰρ ἐδέησε καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐξηγεῖσθαι μὴ πλὴν ἀνάγνωσιν, εἰ νοητή τις ὄξις, ἀλλὰ καὶ πλὴν λέξιν, εἰ κατατέτακται. Γλαυκίας τε ὁμοίως τὸ κατὰ στοιχεῖον ζηλώσας, μακρότερος ἐφάνη, καθ' ἑκάστην φωνὴν σχεδιασθέντων τὰς ἐν οἷς καταγεγραμμένου

μὴν

μὴν τυγχάνουσι αἱ γλῶτται συντάξεις. διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην γραφὴν συλλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, ἀφ' ὧν τὸ συγγράμματος διηλώσομεν ὁποίαν τυγχάνει πεῖραν, ἐν ὅσοις τε βίβλοις ἰσορεύεται αἱ μὴ σωιήθεις· ἀφ' ὧν δὲ τὴν ὀξυπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνει, μιμησόμενοι καὶ τῶν ἄπαξ εἰρημένων, καὶ τὰς ἀνακεχρημένας Διδύμου πειρώμενοι μαρτυρείας· τὰς ἢ οὐκ οὔσας ἀσαφεῖς εἰς τὸ αὐθ' ἑνὸς δηλουμένας, ὑπάρχοντες. θεσσεξαπλοῦς τὰς ἢ καὶ τὰς ὠδὰ τοῖς ἄλλοις πλέον ὠδαλελειμμένας. τό, τε δὴ πέρθεον τῶ πάθους οὐδεὶς αὐτῶν ἐξηγεῖται, καὶ τὰς αἰδόλικας, καὶ τὸ κερχνῶδες, καὶ τὰς τέρμινθας, τό, τε σπειῶδες, καὶ τὸ σκορδίνημα, καὶ τὸ σκίρρον, καὶ τὼν ἐκνύσθω μήτεον, καὶ τὸ ἐπιλυμαίνεσθαι, τάτε αἰμόκερχνα. καὶ τὸ φολλικῶδες, καὶ τὸ ἔναιμον νοῦσον, καὶ τὸ ἴκταρ, καὶ ἄλλας πλείους λέξεις, ὧν ὧν ἐν τοῖς καὶ μέσοις ἐσσῦμεν. ὅθεν καὶ ἐπεὶ τῶν ἀληθῶν νομιζομένων συντεταγμάτων ἔστι μὲν ἃ σημειωτικά, ἃ δὲ, φυσικὰ καὶ ἀπολογικά· ἔνια δ' εἰς τὸ θεῖ τέχνης συντείνοντα λόγον· καὶ τῶν θεραπευτικῶν, ἃ μὲν διαιρητικά, ἃ δὲ χρεσυρρούμενα, καὶ πάντας μικτά· δίκαιον ἡγούμην, θεοϊσορήσας τὸ τῶν βιβλίων ἀεθμὸν, τηνικαῦτα ὅπῃ τὼν τῶν λέξεων ἀνάπλωσιν ἥκειν. σημειωτικὰ μὲν ἔν ὅστι ταῦτα· Περσγνωστικὸν, Περῤῥητικὸν, ἃ καὶ β', ὡς ἂν ἔσιν Ιπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν. Περὶ χυμῶν. ἀπολογικὰ ἢ καὶ φυσικὰ, Περὶ φυσῶν, Περὶ φύσιος ἀνθρώπου, Περὶ ἱερῆς νούσου, Περὶ φύσιος παιδίου, Περὶ τόπων καὶ ὡρῶν, θεραπευτικὰ ἢ τῶν μὲν εἰς χρόνους ἀνακόντων, Περὶ ἀγμῶν, Περὶ ἄρθρων, Περὶ ἑλκῶν, Περὶ ξαυμάτων καὶ βελῶν, Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ ξαυμάτων, Κατὰ ἰητρεῖον, Μοχλικὸν, Περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. Εἰς δίαιταν. Περὶ νόσων α', β', Περὶ παθῶν. Περὶ τόπων τῶν καὶ ἀνθρώπων, Γυναικείων α', β', Περὶ ζοφῆς, Περὶ ἀφόρων, Περὶ ὑδάτων. ὑπόμικτα δέ ὅστι ταῦτα, Αφορισμοὶ, Επιδημίαι ζ'. τῶν ἢ εἰς τὸν θεῖ τέχνης τεινόντων λόγον, Ορκος, Νόμος, Περὶ τέχνης, Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Πρεσβυτικὸς δὲ καὶ Επιδώμιος φιλόπατριν μᾶλλον ἢ ἰατρὸν ἐμφαίνουσι τὸν ἄνδρα. ὥστ' ὅπῃ ταύτας πάσας βεβαίως Ιπποκράτους λέγομεν εἶναι διδασκαλίας, δυσήμου ἕνεκεν. ἀρκτέον οὖν ἀπ' εἴη ὅπῃ τῶν σημειωτικῶν, ἐπειδὴ πάσης ἀπολογίας καὶ θεραπείας θεσηγεῖσθαι ὀφείλει σημείωσις. λοιπὸν ἀρξώμεθα ὅπῃ τῶ θεσγνωστικοῦ.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α.

Αὐσμόν.] ὀσφρησιν, ἀμπχανίαν· ὡς καὶ Ομηρος ἐν τῷ ε' τῆς Ιλιάδος, ὅπῃ τῆς Αφροδίτης τετρωμένης φησὶν, Ως ἔφαθ'· ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο. αὖπῃ τὸ ὑπορθσα καὶ ῥίπτάζομένη. Βακχεῖος μέντοι ἐν τῷ θεσθτῳ τῶν λέξεων φησὶ, τὸ Αλύειν, ἀδυνατεῖν, πλανᾶσθαι, ἀχθεσθαι. ἀκ ὀρθῶς· οὐ γὰρ εἴ τις ἀχθεται, πλανᾶται, ἢ ἀδυνατεῖ πάντως καὶ ἀλύει. οἱ γοῦν ἀλύοντες, ἀχθονται μὲν ἐν τῷ ὀδυνᾶσθαι· οὐκ ἀλύουσι δὲ οἱ πλανώμενοι, ἀλλ' ὡς εἰκὸς, ἐπλάνησεν αὐτὸν Ηεφαιστος, συνώνυμον θεὶς τὸ ἀλύειν τῷ πλανᾶσθαι. κεῖται δὲν τῷ τετάρτῳ Επιδημιῶν, καὶ ἐν θεσθτῳ Γυναικείων, καὶ ἐν Αφορισμοῖς. ¶ Απεδείξαμεν.] ἐπιήσαμεν. ¶ Αλληκοιλίη.] αὖπῃ τῆς ἡ λοιπή. πολλαχοῦ δὲ αὐτὸς τὸ Αλλο ὅπῃ τῆς λοιποῦ πάθησιν, ὡς καὶ τῷ Περὶ ἄρθρων. ¶ Ατρεκέως.] Βακχεῖος μὲν ἐν τῷ ἀ φησὶν, ἀληθῶς, αὐτάρκως, ἀκριβῶς· Φίλων δ' ὁ μόνον ἀκριβῶς· Επικλῆς δὲ, σαφῶς, εἰλικρινῶς. ὁ μέντοι Ιπποκράτης ἁ καθ' ἑνὸς σημαινομένου φαίνεται τάτων πάντων τὴν λέξιν, ἀλλὰ πλεονάκις μὲν ὅπῃ τῆς ἀκριβῶς, ασυνιάκις δὲ ὅπῃ τῆς ἀληθῶς, λέγων, Οὐ δυνάται ἄλλησιν ἡμέρησι ζυτέων οὐδὲν ἀκριβέστερον ἀτρεκέως. αὖπῃ τῆς ἀκριβῶς. ὁμοίως καὶ τῷ Περὶ ἄρθρων, ὅταν λέγῃ, Κλινὶς δὲ καταγεῖσα, ἢν μὲν ἀτρεκέως ὑπακουσθῇ, δύσιατόν ὅστιν· ἢν δὲ ἀδιακριτέως, δυσιατότερον. νυνὶ γὰρ πῶν φαινόμενον ἁμαρτεῖν καὶ ὃ καυληδὸν τῇ ῥιζαιδὸν αὐτάξας; τὸ ἀτρεκὲς ὅπῃ τῆς ἀκριβάστερον καὶ θεὸς ἀκριβειαν διηρημένου ὁτέῳ πάθησιν· ὡς καὶ τῷ Περὶ ἀρχαίης ἰατρικῆς φησὶ, Χαλεπὸν, μὴ ζιαύτης ἀκριβείης ἐούσης θεὶ πῶν τεχνέων, τυγχάνειν τὸ ἀτρεκέστατον. πολλὰ οὖν εἴδεα κατ' ἰητρικὴν ὅστιν ἐς ζιαύτην ἀκριβείην. ὁμοίως καὶ ταῦτα τῷ ἀληθεῖ αὐτὸ διασέλλων. μαρτυρεῖ ἢ καὶ Ομηρος, λέγων, Ελθὼν ἐς κλισίην Αχαμέμνονος ἀτρείδαο; Παῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύεμεν. καὶ πάλιν. —πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω. καὶ Εὐριπίδης ἐν Κλεισθένει φησὶν, Ηκω ζαθέους ναὸς θεσπεσίων, οὗ αὖθις δύτις τιμηθεῖσα δοκοῖς τετανοῖς παρέχει χαλεποὺς πελέκεις. καὶ Θεσπέτῳ κολληθεὶς, ἀτρεκεῖς ἁρμαί. οὐκ εἶπεν ἀληθεῖς ἁρμαί, ἀλλ' ἀτρεκεῖς. ἐν δὲ τῷ Περὶ τόπων τῶν καὶ ἀνθρώπου, καὶ ἐν Γυναικείων θεσθτῳ, αὖπῃ τῆς ἀληθῶς χρῆται τῇ λέξει. ¶ Αλλοφάσσοντες] ὑποφυόμενοι καὶ τε θορυβημένοι, ὥς φησι Βακχεῖος. Ξενόκριτος δὲ ὁ κῶος φησὶ ὠδὰ τοῖς ἴωσι λέγειν τὸ Αλλοφάσσειν ὅπῃ τῆς ὀξυωίας ὠδαφόρου· πιθανῶς ἰσορῶν ὠδὰ τὸ ἄλλο φάσσειν καὶ ἄλλο φωνεῖν. ¶ Αμμέ.] Βακχεῖος μὲν ἤκουσε τὰ λεπτά· τινὲς δὲ τὰ πυκνὰ καὶ σεσαμένα, ὡς παρ' Ομήρῳ, —ἀμφὶ δ' εἴσσυτο ὄσσε. καὶ, Λάψαντες γλώσσησιν ἀφαμμῆσι μέλαν ὕδωρ. ἀγνοοῦσι ἢ οἱ ταῦτα λέγοντες, ὅτι ἡ λέξις οὐκ ἐν σημεῖ ὠδὰ τῷ αὐθρὶ, ἀλλ' ἐνθάδε μὲν καὶ ἐν ᾧ Επιδημιῶν, ἀραιὸν λέγει τὸ ὑπὸ διαστήματος καὶ μὴ ὀπταχωῦν· καὶ ἐνθάδε μὲν ἄλγημα σημαίνει, ὁμοῖ δὲ πνεῦμα. ἐν ἢ τῷ Περὶ ἀρθρων φησὶν ἀφαμὰ ὀστᾶ, τὰ διεστῶτα ἀλλήλων. ἐν ἢ ᾧ τῷ Γυναικείων, καὶ τῷ Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, φησὶ σώματα ἀφαμὰ καὶ ὄμμα. ¶ Αλυς.] ἀρκούμενος. ¶ Αποπελεμμένοι.] Βακχεῖος μὲν ἐν δυσὶν, οἱ πλήρεις ὄντες· ὁ δ' Επικλῆς, ζοφῆς γέμοντες. ἢ καθημερμένοι, ἢ ἀπειλημμένοι. φαίνεται δὲ ἡ λέξις οὐκ ἐν δηλέσα, ἀλλ' ἐνθάδε μὲν καὶ ἐν ᾧ Γυναικείων, ὅταν εἴπῃ ὑποπελελαμμένῃ κοιλίᾳ, ἐν ἴσῳ τῷ ἀπειλημμένῃ καὶ ἐσεχωμένᾳ. ἐν δὲ τῷ Περὶ ἄρθρων, ὅταν ὅπῃ τῆς ἀστραγάλου τάπῃ εἴπῃ τὸ ὑποπελελαμμένου, αὖπῃ τῆς ἀπειλημμένου καὶ ἐσφηνωμένου. ¶ Αχλυώδες.] Αχλὺς λέγεται πιά τις ἀμαύρωσις καὶ σκοτία θεὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς καὶ Ομηρος ἐν τῇ ε' τῆς Ιλιάδος φησὶν, Αχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν. ¶ Ασήμως ῥαστωνήσαντα.] αὖπῃ τῆς, χωρὶς φανερᾶς ὑπακουσίας εἰς τὸ βέλτιον ὑποκλίναντα. ¶ Ασκαρίδες.] λεπτὰ ἑλμίνθια, ὡς ὅπῃ παν ἐν τοῖς τῶν ἀδηφάγων παιδίων διαχωρήμασιν ὀφεισκόμενα· οἱ δὲ ἀλλογνώστατοι τῶν συγγραφέων εἶδος αὐτὰ σκωλήκων ἰσορῦσι τῶν ὅπῃ τοῖς σαυρώδεσι ὕδασιν ὀφεισκομένων. ¶ Απαρτί.] αὖπῃ τῆς ἀπηρτισμένως καὶ παντελείως καὶ ὁλοκλήρως. ¶ Αυασμόν.] ξηρασμόν. καὶ Αὖον λέγεται τὸ ξηρὸν. ὡς Ομηρος, -ξύλον αὖον ὅσον τ' ὀργυιά. ¶ Αϊρεταί.] ἐπαίρεται. Αλκτή.] βοτάνης ὄνομα. ¶ Αέκουσιν.] οὐ βούλονται. ¶ Ανθεῖν.] ἀκμάζειν. ¶ Αρκτῷοις.] ὄνπνες Αρκτοφύλακα θεσπαιρορθύουσιν. Οὗροι δὲ οἱ φύλακες καλεῖνται. ἔσι ἢ ὅθεν λαμπρὸς ἀστὴρ ἐν τῇ ζώνῃ τῆς Βοώτου κείμενος. ¶ Αρχαίη φύσις.] ἡ θεὸ τῆς ποσεῖν καὶ τῆς φύσιν οὖσα. ¶ Αμβροτολίω.] τῶν τῆς ἀμβροτημάτων εἴδησιν. ¶ Αλύκη.] ὑποεία μὴ χάσμης. ¶ Αφθα.] λέγεται ὀξυνθημάτων εἶδος θεὶ τὰ τῆς παιδίων σώματα μάλιστα γινομένων. ¶ Αναυδον.] ἄφωνον. Αὐδὴ δὲ ἡ φωνή. ὡς Ομηρος φησὶν, Αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ γλαυκῶπις Αθήνη. ¶ Ανεκαὶ.] αὖπῃ τῆς αὐωτάτω. σύγκειται γὰρ ὅπ τῆς ἄνω καὶ τῆς ἑκαί ὡς καὶ Αεισοφάνης ἐν Δαιδάλῳ φησὶν, ὁ μηχανοποιὸς, ὁπότε βάλει τὸν ζοχὸν ἐπ' κάνεκαι, λέγε, χαῖρε φέγγος ἥλιου. ¶ Αἱμόκερχνα.] τὰ μὴ τῆς σίαιμα ἢ καταξηρα. Κέρχνον γὰρ ἔλεγον οἱ ἀτθικοὶ τὸ ξηρόν. ¶ Ακολασώτατον.] ἀνασθέτατον. ¶ Ανάπλοον.] τὸ κοῦφον καὶ ἔχον ὑμιχωλίαν πνά. ¶ Απόξεα.] τὰ ὑποξηρα καὶ ὑποκεκομμένα, λέγοντα ὅκ πλάτους εἰς εσπὸν ἠγμένα. ¶ Ακμὴ πάθους.] ἡ τῆς τὸ μέγεθος δηλωτῶν σημείων παρουσία. ¶ Απαυδήσας.] ἀφωνον γενέσθαι. ¶ Αμφιδέξιος.] Βακχεῖος φησὶν ἀμφοτεροδέξιος, ὡς Αμφίκης, ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος. σαφὲς δ' αὐτὸ ποιεῖ ὁ Ευριπίδης ἐν Ιππολύτῳ, λέγων ἀμφιδέξιον σίδηρον, αὖπῃ τῆς ἑκατέρωθεν τέμνοντα. ὁ δὲ Ιπποκράτης οὐκ ὅπῃ τῆς ἀμφίκοος, ἀλλ' ὅπῃ τῆς εὐχρήστου πίπτεται καὶ ἀμφοτέρα τὰ μέρη. διδάσκει δὲ καὶ ὁ ποιητὴς, ἢ μὴ καθ' ἓν μόνον μέρος εὐχρηστον, ἀμφιδέξιον λέγων, Ηρως Αστεροπαῖος, ἐπεὶ ἀμφιδέξιος ἦεν. ὁμοίως καὶ ὁ Ιπποκράτης φησὶν, Αμφιδέξιος γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἀμάρτανω κόπτων. μέμνηται ἢ καὶ Ηρό-

ἀλλ' ὥστ' αὖ ἐπιτυχίην τοιαῦτα θεραπεύσαντες ἐωυτοὺς, ὁποῖά τ' ἂν ἐθεραπεύθησαν, εἰ καὶ ἐν ἰητροῖσιν ἐγένοντο καὶ τοῦτό γε τέως τεκμήριόν μέγα τῆς ἰητικῆς τέχνης, ὅτι ἐοῦσά τε ἰσχυρὴ καὶ μεγάλη. ὅπερ καὶ φαίνονται καὶ ④ μὴ νομίζοντες αὐτῶν εἶναι, σῳζόμενοι δι' αὐτῶν. πολλὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ χρωμένους ἰητροῖσι, νοσήσαντας ἢ καὶ ὑγιασθέντας εἰδέναι, ὅτι ἢ δρῶντές τι, ἢ μὴ δρῶντες, ὑγιάσθησαν. ἢ γὰρ ἀσιτίη, ἢ πολυφαγίη, ἢ ποτοῦ πλείονι, ἢ δίψῃ, ἢ λουτροῖσιν, ἢ ἀλγηδόσιν, ἢ πόνοισιν, ἢ ἡσυχίῃ, ἢ ὕπνοισιν, ἢ ἀγρυπνίῃ, ἢ τῇ ἀπάντων τούτων παραχρῆσει χρέωμενοι, ὑγιάσθησαν. καὶ τοῦ ὠφελεῖσθαι πολλὴ ἀνάγκη αὐτοῖς ἐστὶν ἐπιγνώμονα εἶναι, ὅ, τι καὶ τὸ ὠφελῆσαν, καὶ εἴ τι τ' ἔβλαψαν καὶ τὸ βλάπτον καὶ ὅ, τι καὶ τὸ βλάψαν. τὰ γὰρ τοῦ ὠφελεῖσθαι καὶ τὰ τοῦ βλάπτεσθαι ὠφέλιμα, οὐ πᾶς ἱκανὸς γινώσκειν. εἰ τοίνυν ἐπισήσεταί, ἢ ἐπαμύνειν, ἢ ψέγειν ὁ νοσήσας τῶν ἁμαρτημάτων τί οἱόσιν ὑγιὰς ἐὼν, πάντα ταῦτ' ἐν ἰητικῆς ὄντα εὑρήσει. καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧσσον τὰ ἁμαρτηθέντα τῶν ὠφελησάντων μαρτύρια τῇ τέχνῃ, εἰς τὸ εἶναι. τὰ μὲν γὰρ ὠφελήσαντα, τοῦ ὀρθῶς προσενεχθῆναι ὠφέλησαν· τὰ δὲ βλάψαντα, τοῦ μηκέτι ὀρθῶς προσενεχθῆναι, ἔβλαψαν. καὶ τὸ ὅπου τὸ ὀρθὸν, καὶ τὸ μὴ ὀρθὸν, ὅσον ἔχει ἑκάτερον, πῶς τοῦτο ἂν οὐ τέχνη εἴη; τοῦτο γὰρ ἔγωγέ φημι ἀτεχνίῃ εἶναι, ὅπου μήτε ὀρθὸν εἶη μηδὲν, μήτε ἂν ὀρθόν. ὅπου δὲ τούτων ἕνεσιν ἑκάτερον, πῶς τοῦτο ἂν οὐ τέχνης ἔργον, ἀλλ' ἀτεχνίης εἴη; ἔτι τοίνυν εἰ μὴ ⑤ ὑπὸ φαρμάκων τῶν τε καθαιρόντων καὶ τῶν ἱσάντων ἡ ἴησις τῇ τε ἰητικῇ καὶ τοῖς ἰητροῖσι μούνοις ἐγίνετο, ἀδυνήσιον ἂν ὁ ἐμὸς λόγος. Νῦν δὲ φαίνονται τῶν ἰητρῶν ④ μάλιστα ἐπαινεόμενοι, καὶ ἁμαρτήμασιν ἰώμενοι, καὶ δημόσιοί τε εἶδεσιν, ἃ οὐκ ἂν τις φαίη, μὴ ὅτι ἰητρός, ἀλλ' οὐδὲ ἰδιώτης αἰσχρήμων ἀκούσας, μὴ οὐ τῆς τέχνης εἶη. ὅπου δὴ οὖν οὐδὲν οὔτε ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι τῶν ἰητρῶν, οὔτε ἐν τῇ ἰητικῇ αὐτῇ ἀχρεῖόν ἐστιν, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοισι τῶν τε φυομένων καὶ τῶν ποιουμένων, ἔνεστι τὰ εἴδεα τῶν θεραπειῶν καὶ τῶν φαρμάκων, οὐκ ἔστιν εἴη οὐδενὶ τῶν αἴτιον ἰητρὸν ὑγιαζομένων, ὃ αὐτόματον αἰτιάσασθαι ὀρθῷ λόγῳ. ὃ μὲν γὰρ αὐτόματον, οὐδὲν φαίνεται ἐὸν ἐγγεγραμμένον. πᾶν γὰρ ὃ γινόμενον, δι' τι αἴτιον ἔχειν αὖ γινόμενον, καὶ ἐν τῷ λόγῳ. ὃ δὲ αὐτόματον, ὃ φαίνεται οὐσίαν ἔχον οὐδεμίαν, ἀλλ' ἢ οὔνομα μούνον. ἡ δὲ ἰητικὴ, καὶ ἐν τοῖς λόγοις τὰ προγνωσθέντα φαίνεταί τε καὶ φανεῖται ἐπ' οὐσίαν ἐχόντα. τοῖσι μὲν οὖν τῇ τύχῃ τὸν ὑγιείην προσιθεῖσι, τὸ ὃ τέχνης ἀφαιρέουσι, τοιαῦτ' ἂν τις λέγοι. οὐδ' ἐν τῆσι τῶν ἀποθνησκόντων συμφορῆσι τὸν τέχνην ἀφανίζοντας θαυμάζω ὅτῳ ἐπαυρεόμενοι ἀξιοχρέῳ λόγῳ τὸν μὲν τῶν ἀποθνησκόντων ἀχρησίην, οὐκ αἰτίην καθιστᾶσι, τὸν δὲ τῶν ἰητικὸν μελετησάντων σωτῆρα, αἰτίην. ὡς τοῖσι μὲν ἐν ἰητροῖσιν ἔνεστι, τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάξαι, τοῖσι δὲ νοσέουσιν, οὐκ ἔστι τὰ προσταχθέντα ποιῆσαι. καὶ μὴν πολύ γε βουλητώτερον τοῖσι κάμνουσιν ἀδυνατέειν τὰ προσταχθέντα ἐπιτελέειν, ἢ τοῖσιν ἰητροῖσι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάσσειν. ④ μὴ γὰρ ὑγιαινούσης γνώμης, μὴ ὑγιαίνοντος σώματος ἐγχειρέουσι, λογισάμενοι τότε πρέον τα, τ' τε παρεοικότων τὰ ὁμοίως ἁμαρτήματα τοῖσι πρεσσομένοισιν. ὥς τε ποτὲ θεραπευθέντα εἰπεῖν, ὅτι ἀπήλλαξαν.

④ ὃ

④ ὃ οὔτε ἃ κάμνουσιν, οὔτε δι' ἃ κάμνουσιν, οὔθ' ὅ, τι ἐκ τῶν παρεόντων ἔσαι, οὔθ' ὅ, τι δὴ ὧν ἐκ τῶν τοιούτων ὁμοίων γιγνώσκοντες ὑπιτάσσονται· δηλέοντες μὲν τὰ παρεόντι φοβούμενοι δ' ὃ μέλλον. καὶ πλήρεις μὲν τ' ἰόσου· κενοὶ δ' σιτίων. ἐθέλοντες τὰ τοῖς τοιούτοις νοσοῦσιν ἡδέα μᾶλλον, ἢ τὰ τοῖς ὑγιείαν παρασκευάζοντα. οὐκ ἀποθανεῖν ἐρῶντες, ἀλλὰ καρτερεῖν ἀδυνατέοντες. οὕτω δ' ἀμηχανημένους, πότερον εἰκὸς τούτους τὰ ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ὑπιτασσόμενα ποιέειν, ἢ μὴ ποιέειν, ἃ οὐκ ἐπεπάρθησαν. ἢ οὐ δι' ἃ γιγνώσκουσιν ἐκείνους ἀμηχανημένους, ὡς ὁ πρόσθεν λόγος ἠρμήνευσεν, ὑπιτάσσειν τὰ μὴ δέοντα. ἆρ' οὐ πολὺ μᾶλλον, οὐ μὲν δεόντως ὑπιτάσσειν· οὐ δ', εἰκότως ἀδυνατέειν πείθεσθαι, μὴ πιστευομένους δ' ὠφελιμώτερον εἶναι τοῖσι θανάτοισιν; ὧν ④ μὴ ὀρθῶς λογιζόμενοι, τὰς αἰτίας τοῖς οὐδὲν αἰτίοις ἀναδιδάσκουσι, οὐ δ' αἰτίοις ψέγοντες. Εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ οὐ μὴ ἐθέλοντας ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, μέμφονται τῷ ἰητρικῷ· λέγοντες, ὡς τοῦ μὲν καὶ αὐτὰ ὑφ' αὑτῶν ἂν δέξυμαλίζοιτο, ἃ ἐγχειρέοιεν ἰᾶσθαι· ἃ δ' ὑπικουείης δεῖται, οὐκ ἄπονται. δεῖν δ' εἴπερ ἐῶ ἡ τέχνη, πρὸς ὁμοίως ἰᾶσθαι. ④ μὲν οὖν τοῦτο λέγοντες, εἰ ἐμέμφοντο τοῖς ἰητροῖς, ὅτι αὐτέων τοιαῦτα λεγόντων, οὐκ ὑπιμελοῖντο ὡς διαφερομένων, εἰκότως ἂν ἐμέμφοντο μᾶλλον, ἢ σφέα μεμφόμενοι. εἰ γάρ τις τέχνῃ, ἐς ἃ μὴ τέχνη, ἢ φύσει, ἐς ἃ μὴ πέφυκεν, ἀξιώσειε δύνασθαι, ἀγνοεῖ μανίῃ ἁμίζουσαν ἀγνοίῃ μᾶλλον, ἢ ἁμαρτίῃ. ὧν γάρ ἐστιν ἡμῖν, τοῖσί τε τῶν φύσεων, τοῖσί τε τῶν τεχνέων ὀργάνοις ὑπηρετεῖν, τούτων ἔστιν ἡμῖν δημιουργὸς ἐμοί· ἀλλων δὲ οὐκ ἔστιν. ὅτου οὖν τι πάθοι ἂν ἀθεφτὸς κακὸν, ὃ χρεὼν ἐστὶ τῶν ἐν τῇ ἰητρικῇ ὀργάνων, ὑπὸ τούτου δεῖ σφέα ἰητρικῆς κρατηθῆναι ἂν. αὐτίκα γὰρ τῶν ἐν ἰητρικῇ κρινόντων, πῦρ ἐκάτερα φαίη. τούτου δὲ ἧσσον, ἢ ἄλλα πολλά. τῶν μὲν οὖν ἧσσόνων, τὰ κρέατα οὔπω δῆλον ὅτι κ' αἰνίσσα. τῶν δὲ κρατίστων, τὰ κρέατα πῶς οὐ δηλονότι αἰνίσσα; ἃ γὰ πῦρ ὃ δημιουργέει, πῶς ὃ τὰ τοῦτο μὴ ἀλισκόμενα δηλοῖ, ὅτι ἄλλης δεῖται τέχνης, καὶ ὃ τούτης, ἧς ἐνι ὁ πῦρ ὄργανον; ὅτου δέ μοι λόγος καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὅσα τῇ ἰητρικῇ ξυνεργέει, ὧν ἀπόντων φημὶ δεῖν ἑκάστου μὴ καταγιγνόμενα ⑤ ἰητρὸν τὸν δυνάμιν αἰτιᾶσθαι τὸ πάθεος, μὴ τὸν τέχνεων. ④ μὲν οὖν μεμφόμενοι τοῖσι τοῖς κεκρατημένοισι μὴ ἐγχειρέουσι, προσκελεύονται καὶ ὧν μὴ προσήκει ἅπτεσθαι σφέων ἧσσον, ἢ ὧν προσήκει, προσκελευόμενοι δὲ τοῦτο, ὑπὸ μὲν τῶν τὰ ὀνόματι ἰητρῶν, θαυμάζονται· ὑπὸ δ' τῶν τὴν τέχνην, καταγελῶνται. οὐ μὲν οὕτως ἀφελόντα ④ τούτης τ' δημιουργίας ἔμπειρον, ὅτε μεμπτὸν, οὔτ' αἰνετὸν δέονται· ἀλλὰ λελογισμένων προς ὅ, τι ἂν αἱ ἐργασίαι τῶν δημιουργῶν τελευτώμεναι, πλήρεις εἶσι. καὶ ὅτου ὑπολειπόμενα ἐνδεεῖς. ἐπὶ τε τῶν ἐνδεῶν, ἅ τε τοῖς δημιουργοῦσιν ἀναθετέον, ἅ τε τοῖσι δημιουργημένοισι. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας, ἄλλος χρόνος μετ' ἄλλου λόγου δείξει· τὰ δ' κατὰ τὴν ἰητρικὴν, οἷά τ' ἐστὶν, ὅτε κειτέα τὰ μὲν ὁ πρόσθεν λόγος διδάξει λόγῳ

Illi verò, neque quo morbo, neq; quam ob causam laborent, neque quid ex præsentibus euenturum sit, neque quid ex his, quæ sunt eiusmodi, fiat, intelligentes, imperata facere iubentur, præsenti quidem morbo afflicti, euentum verò rerum metuentes, & morbo quidem grauati, cibis verò vacui, ea quæ morbo grata sunt potius eligunt, quàm quæ ad sanitatem conferunt, non quòd mori desiderent, sed quòd tolerantes ferre morbum nequeant. Hos verò sic affectos an est verosimilius, quæ à Medicis imperantur, quàm alia quæ non imperantur facere? an Medicos eiusmodi quales antea exposuimus; ea quæ minimè conueniũt imperare? Nónne longè æquius est, eos quidem recte imperare, illos verò, vt par est, parêre non posse, eamq; ob causam mortem incurrere? Quorum quidem causam, qui non recta ratione reputant, in eos qui culpa vacant reiiciunt, illis absolutis, qui maximè culpæ sunt obnoxii. Non desunt autem, qui artem Medicam reprehendunt, eo quod nullus iis, qui à morbis sunt superati manus admouere velit, dicẽtes eos quidem morbos quos curatione aggrediuntur posse per sese sanari, eos verò qui auxilio indigent, non attingere. oportere autem, siquidem ars sit: omnib. ex æquo curationem admouere. Qui ergo huiusmodi verbis vtuntur, si Medicos accusant, quòd talia dicentium, tanquam delirorum, curam non suscipiũt, multò certe iustius, ob ea, quàm ob illa, incusant. Si quis enim artis facultatẽ, ad ea, quæ artis non sunt, aut naturæ, ad ea, ad quæ minimè apta est, requirat, is istud non intelligit magis ad insaniam cum ignorantia coniunctam, quam ad imperitiam accedere. Quorum enim facultatem tum per naturæ, tum per artium instrumenta cõsequimur, eorum nos opifices profiteri possumus, aliorum nõ item. Si quid igitur homini contigerit, quòd Medicinæ instrumenta superet, id ne sperandum quidem est ab arte Medica euinci posse. Atque vt exemplo rem ipsam doceamus; Ignis eorum omnium, quæ in Medicina vrendi facultatem habẽt, summè vrit, eo verò minus alia plæraque. Atqui certe ex leuioribus, quæ sunt præstantiora, an curari possint nondum planè constat. Ex potentissimis autem quis dubitet ea, quæ præstantiora sunt curari non posse? In his enim quæ ignis non efficit, an non ea, quæ ab ipso superari nequeunt, satis arguunt, alia opus esse arte quàm ea, quæ igne vtitur vt instrumento. Eadem verò mihi dicenda sunt de his, quæ Medicinæ subseruiunt, in quibus singulis si res Medico non succedit pro animi sententia, meo quidem iudicio, in morbi vehementiam, non in artem ipsam culpa reiicienda est. Qui igitur eos reprehendunt, qui victis à morbo manus non admouent, non minus adhortantur ad ea suscipienda, quæ attingere fas nõ est, quàm quæ fas est. In eóque apud eos, qui nomine tenus Medici sunt admirationem sibi conciliant, ab artis verò peritis ridentur. Neq; verò huius artificij periti tam imprudentes aut reprehensores, aut laudatores morantur, sed eos, qui recta ratione iudicant, quemnam ad finem deductæ artificum actiones perfectæ sint, & quanam in re deficientes, imperfectæ. Ac præterea earum imperfectarum actionum, quænam ad artifices, quænam etiam ad ipsa effecta sint referendæ. Quæ igitur alias artes spectant, aliud tempus aliámque orationem postulant. Quæ verò ad Medicinam pertinent, quænam sint & quomodo diiudicanda, partim quidem superiore, partim verò præsenti oratione dicentur.

Sunt enim apud eos, qui artem istam probè callent, morbi partim quidem non obscuri, iique pauci, partim verò non manifesti, iique multi. Qui enim ad internas corporis partes vertunt, obscuri, qui verò ad corporis superficiem erumpunt, aut tumorem faciunt, manifesti. Sui enim copiam faciunt, tum visu, tum tactu, vt eorum durities & mollitudo sentiatur, & quinam calidi, quinam frigidi, & quorum in singulis præsentia aut absentia tales existunt. Atque in eorum quidem omnium remediis non peccatur. non quod sint facilia, sed quòd inuentione constent. Et sanè non sunt à quibusuis inuenta, sed ab his qui recta inueniendi facultate valent. Valent autem tum qui in bonis disciplinis liberaliter sunt educati, tum qui à natura non infœliciter sunt comparati. Hoc igitur modo ad manifestos morbos curandos artem facultate abundare oportet. Neque sanè eam in minus manifestis deficere conuenit. Sunt autem hi qui ad ossa & cauitatem internam vergunt. Neque verò vnam corpus habet, sed plures. Duæ namque sunt quæ cibum recipiunt, & demittunt, aliæque præter has plures, quas ij norunt, quibus ista curæ sunt. Quæcunque enim membra carnem in orbem circundatam habent, quam musculum nominant, ea omnia cauitatem habent. Quicquid enim minimè coaluit, siue pellicula, siue carne tegatur, cauum est, quod dum homo valet, spiritu quidem, dum verò ægrotat, sanie plenum est. Habent itaque brachia huiusmodi carnem, habent & femora, habent & tibiæ. Quin & in partibus carnis expertibus, huiusmodi caro inest, qualem in bene carnosis inesse diximus. Nam & thorax dictus, quo iecur concluditur, & capitis orbis, in quo cerebrum comprehenditur, ipsumq; dorsum, cui annexi sunt pulmones, hæc omnia prorsus sunt vacua, multis interuallis referta, quæ ferè vasorum naturam obtinent, cùm res eas continent, quæ partim quidem eum, qui eas possidet, iuuant, partim etiam lædunt. Ad hæc etiam venæ sunt multæ, & nerui, non ij quidem in carne extantes, sed ad ossa protensi, articulos colligant. Quinetiam ipsi articuli, in quibus ossium, quæ mouentur, connexiones voluuntur. Quorum nihil est, quod non aliquantulum spumosum sit, & circa se latibula habeat, quæ sanies ipsa arguit, quæ iis apertis copiosa, & multis molesta effluit. Neque enim sanè eorum, quæ dicta sunt, quicquam oculis intuenti conspicere licet. Ideoque non manifesti morbi à me appellati sunt, & ab arte esse censentur, non tamen quia non manifesti, naturam nostram euincunt, sed, si modò fieri potest, ab ea superantur. Potest autem fieri, cùm & ægrorum naturæ se ad inuestigationem exhibent, & qui peruestigaturi sunt ad industriam recte sunt à natura comparati. Neque enim sine multo labore & longo tempore, oculis cernuntur & cognoscuntur. Quæ namque oculorum aspectum effugiunt, ea mentis acie comprehenduntur. Quæ verò ex eo ægris contingunt, quòd non protinus statim affectus cernatur, eorum culpa non in Medicos, sed tum in ægrotantis, tum in morbi naturam reiicienda est. Ille enim cùm neq; doloris causam oculis cernere, neque auditione cognoscere queat, ratiocinatione consequitur. Qui namque obscuro morbo laborant, si quid de morbo Medicis indicare conantur, id ex opinione potius quàm ex certa cognitione denunciant.

ἔστι γὰρ τοῖσι τοιούτῳ τῷ τέχνῃ ἱκανῶς εἰδέσι, τὰ μὲν τῶν νοσημάτων, οὐκ ἐν δισσοῖσιν κείμενα, καὶ ὀλίγα· τὰ δὲ οὐκ ἐν δυσὶ δήλοισι, καὶ πολλὰ ὄντα. τὰ μὲν γὰρ πρὸς τὰ ἐντὸς τετραμμένα ἐν δυσὶ πλοῖ· τὰ δ' ἐξανθοῦντα εἰς τὴν ἰδέην, ἢ οἰδαίνοντα, ἐν δυσὶ δήλοισι. πάρεστι γὰρ ἑαυτῷ τῇ τε ὄψει, τῇ τε ἁφῇ, τὸ θερμότητος, καὶ τὸ ὑγρότητος αἰσθάνεσθαι. καὶ ἃ τε αὐτῷ θερμά, ἃ τε ψυχρά. ἔν τε ἑκάστοις, ἢ παρεοῖσιν, ἢ ἀπεοῖσιν, τοιαῦτα ὄντα. τῶν μὲν δὴ τοιούτων πάντων ἐν ἅπασι τοῖσι ἀκέσιος, ἀναμάρτητος δεῖ εἶναι. οὐχ ὡς ῥηϊδίως· ἀλλ' ὅτι ἐξεύρηται. ἐξεύρηται γε μὲν οὐ τοῖσι βουλητοῖσιν, ἀλλὰ τούτων τοῖσιν δυνητοῖσι. δυνάμενοι δ', εἴσι τοῖσί τε τὸ παιδείης μὴ ἀποδεῖν, τοῖσί τε τὸ φύσιος μὴ ταλαίπωρον. πρὸς μὲν οὖν τὰ φανερὰ τῶν νοσημάτων. οὕτω δεῖ εὐπορέειν τέχνῃ. δεῖ γε μὲν αὐτῇ, μὴ δ' πρὸς τὰ ἧσσον φανερὰ ἀπορέειν. ἔστι δ' ταῦτα, ἃ πρὸς τε τὰ ὀστέα τέτραπται καὶ τὸ νηδύ. ἔχει δ' τὸ σῶμα, οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους. δύο μὲν γὰρ αἱ τὸν σῖτον δεχόμεναί τε καὶ ἀφιεῖσαι. ἄλλαι δ' τούτων πλείους, αἳ ἴσασιν, οἷσι τούτων ἐμέλησεν. ὅσα γὰρ τῶν μελέων ἔχει σάρκα περιφερέα, ἰὼ μιῇ καλέουσι, πάντα νηδὺν ἔχει. πᾶν γὰρ τὸ ἀσύμφυτον, ἰὼ τε δέρματι, ἰὼ τε σαρκὶ καλύπτεται, κοῖλόν ἐστι. πλησθὲν τε ὑγιαῖνον μὲν, πνεύματος· ἀσθενῆσαν δ', ἰχῶρος. ἔχουσι μὲν πάντων αἱ βραχίονες, σάρκα τοιαύτην. ἔχουσι δ' αἱ μηροί. ἔχουσι δ' αἱ κνῆμαι. ἔτι δ' καὶ ἐν τοῖς ἀσαρκοισι, τοιαύτη ἔνεστιν, οἵη καὶ ἐν τοῖσιν εὐσαρκοισιν δεῖ) δέδεικται. ὅ, τε γὰρ θώρηξ καλεόμενος, ἐν ᾧ ὁ ἧπαρ σεσάζεται· ὅ, τε τῆς κεφαλῆς κύκλος, ἐν ᾧ ὁ ἐγκέφαλος· τό, τε νῶτον, πρὸς ὃ ὁ πνεύμων, τούτων ἐνδὸν ὄν, ᾧ οὐκ καὶ αὐτὸ κενόν ἐστι, πολλῶν διαφύσιων μεσόν. οἷσιν ἐνδὸν ἀπέχει πολλὸν ἀγγεῖα εἶναι· τῶν μὲν τοῖσι βλαπτόντων τὸν κεκτημένον, τῶν καὶ ὠφελησόντων. ἔτι δ' πρὸς τούτοισι, καὶ φλέβες πολλαὶ καὶ νεῦρα, οὐκ ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ὀστέοισι, καὶ περὶ τὰ ἁρμόνια, σωδεσμός ἐστι τῶν ἄρθρων. καὶ αὐτὰ τὰ ἄρθρα, ἐν οἷσιν αἱ συμβολαὶ τῶν κινουμένων ὀστέων ἐγκυκλέονται. καὶ τούτων ἐνδὸν, ὃ, τι οὐχ ὑπαφρόν ἐστι, καὶ ἔχον πρὸς αὐτὸ θαλάμας, ἃς καταγγέλλει ἰχώρ, ὃς ἂν διαιτωμένων αὐτέων, πολύς τε καὶ πολλοὺς λυπήσας ἐξέρχεται. οὐ γὰρ δὴ ἐφθαλμοῖσί γε ἰδόντι τούτων τῶν ἐνερυθρίων, ἐνδὸν ἐνδόν ἐστιν εἰδέναι. δὲ καὶ ἄδηλα ἐμοί τε ὠνόμασται, καὶ τῇ τέχνῃ κεῖται εἶναι, οὐ μὲν ὅτι ἄδηλα κεκρύπται, ἀλλ' εἰ δυνατὸν κεκρύπται. δυνατὸν δ', ὅσον αἵ τε τῶν νοσεόντων φύσιες ἐς τὸ σκεφθῆναι παρέχουσιν, αἵ τε τῶν ἐρευνητόντων ἐς τὴν ἔρευναν πεφύκασι. μετὰ πλείονος μὲν γὰρ πόνου, καὶ οὐ μετ' ἐλάσσονος χρόνου τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαί τε καὶ γινώσκεται. ὅσα γὰρ τὴν τῶν ὀμμάτων ὄψιν διαφεύγει, ταῦτα τῇ τῆς γνώμης ὄψει κεχρήσιται. ὅσα δ' ἐν ταχυμῇ ταχὺ ὀφθῆναι νοσέοντες παρέχουσιν, οὐχ θεραπεύοντες αὐτοὶ αἴτιοι, ἀλλ' ἡ φύσις ἥτε τοῦ νοσέοντος, ἥτε τοῦ νοσήματος. ὁ μὲν γὰρ ἐπεὶ οὐκ ἰῶ αὐτῷ ὄψει ἰδεῖν τὸ μαθεῖν, οὐδ' ἀκοῇ πυθέσθαι, λογισμῷ μετιὼν. δὲ γὰρ δὴ καὶ πειρῶνται τὰ ἀφανέα νοσέοντες ἀπαγγέλλειν τοῖσι θεραπεύουσιν, δοξάζοντες μᾶλλον ἢ εἰδότες ἀπαγγέλλουσιν.

Εἰ γὰρ

εἰ γὰρ ἠπίσταιτο, οὐκ ἂν παρεπιτιθοι αὐτῆς. τῆς γὰρ αὐτῆς ξυνέσιός ἐστιν, ὅσαπερ δὲ εἰδέναι τῶν νούσων τὰ αἴτια, καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς ἐπίστασθαι πάσησι τῆσι θεραπείησιν, αἳ κωλύουσι τὰ νουσήματα μεγαλύνεσθαι. ὅτε οὖν οὐδὲ ὃν τῶν ἐπαγγελλομένων ὅστις τιν' αἰτιμάρτητον σαφίσιν ἀκέσασθαι, προσοφείλει καὶ τοῦτο τῶν θεραπευόντων. τούτης οὖν τῆς βραδυτῆτος οὐχ ἡ τέχνη, ἀλλ' ἡ φύσις αἰτίη ἡ τῶν σωμάτων. ἡμὲν γὰρ ἀθανατοφυῆς, ἀξιοῖ θεραπεύειν, σκοπέουσα ὅπως μὴ θᾶσσον μᾶλλον ἢ γνώμη, [36] καὶ ῥᾳστώνη μᾶλλον ἢ βίῃ θεραπεύῃ. ἡ δ' ἐς μὲν ἀρκέσει πρὸς τὸ ὀφθῆναι, ἐξαρκέσῃ καὶ πρὸς τὸ ἰαθῆναι· ἐς δ' ὃ τι τοῦτο ὀφείλει γενέσθαι, ἐν τῷ βραδέως αὐτὸν ὑπὸ τῆς θεραπεύσεως ἐλθεῖν, ἢ ἀφ' οὗ τοῦ νοσήματος τάχος, οἰχήσεται. ἔξ ἴσου μὲν γὰρ ὁρμωμένων τῇ θεραπείῃ, οὐκ ἔστι θᾶσσον. πρεσβύτερον δὲ, θᾶσσον. πρεσβύτερον δαίεται ἢ, ἀφ' οὗ τε τῶν τῶν σωμάτων γενότητα, ὃ ἢ οὐκ ἐν βύσσῳ οἰκέουσιν αἱ νοῦσοι. [37] ἀφ' οὗ τε τῶν κεκμηώντων ὀλιγωρέουσι. ὑπολήγουσι γὰρ, λαμβανόμενοι ἢ ὑπὸ τῶν νοσημάτων, ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι. ἐπεὶ δ' γε τέχνης τῶν δυνάμιν, οὐκ ἔστιν ὅτε τὰ ἄδηλα νοσεύντων αἰσθήσῃ, θαυμάζειν ἀξιώτερον, ἢ οὐκ ἔστιν ἐγχείρησιν τοῖς ἀδυνάτοις. ἔχειν δὲ ἐν μὴ δημιουργίῃ τῶν ἤδη βυρσευθέντων οὐδεμίη ἔνεστι οὐδὲν ποιῆσαι, [38] ἀλλ' αὐτέων ὅσαι πυρὶ δημιουργεῦσι, τοῦτου μὴ παρέοντος ἀεργέουσι· [39] μὴ ἢ τῶν τότε ἀφθῆναι ἐνεργεῖ. καὶ ὅσαι καὶ τοῖσιν βυσσοπορφυρέοισι τοῖσι σώμασι δημιουργεῦνται. αἱ μὲν μετὰ ξύλων· αἱ δὲ, μὴ σκυτέων. αἱ δὲ, γραφῇ ἢ χαλκεύτε καὶ σιδήρῳ. καὶ τοῖσι πάντων ὁμοίοισιν αἱ πλεῖσται. τὰ δὲ ὐκ πάντων ἢ μὴ πάντων δημιουργούμενα, καὶ βυσσοπορφυρέα, ὅμως οὐ τῷ πάντῃ μᾶλλον, ἢ τῷδε δὴ δημιουργεῖται, οὐ δὲ ὑπερβατέως· ἀλλ' ἰὼ ἀπὸ τοῦ τῶν ὀργάνων, [40] ἐλλιπέα, καὶτοι καλείνας τὸ βραδὺ πρὸς τὸ λεπτοτελέστερον ἀσύμφορον. ἀλλ' ὅμως προτιμᾶται. Ἰητρικὴ ἢ τοῦτο μὲν, τῶν ἐμπύων· τοῦτο ἢ, τὸ ἧπαρ ἢ σὺν νεφροῖς, πάντα δὲ τῶν ξυμπεπτώτων ὑπὸ τῆ νηδυϊνοστεώτων ἀποστερουμένη τῆ δεινοψίη. [41] τὰ πάντα πάντες ἰκανῶς ὁρῶσιν. ὅμως δηλοῖ βυσσοπορφυρέας ἐφθάρη. [42] φωνῆς τε γὰρ λαμπρότητα καὶ βραδυτῆτα καὶ ῥύσματα, ἃ δὴ ἀπ' ὀρέων εἰώθασιν ἐκπίπτειν, δι' ὧν ἔξοδοι δέδονται. ὧν τὰ μὲν, ὀδμῇσι· τὰ δὲ, χρώμασι τὰ δὲ, λεπτότητι καὶ παχύτητι διαισθανόμενοι τεκμαίρεται, ὧν τε σημεῖα ζωῦσι, ἃ τε πεπονθότων, ἃ τε παθεῖν δυναμένων. ὅταν μὲν ζωῦσα μηνύωνται, μὴ δὲ αὐτὴ ἡ φύσις ἑκοῦσα ἀφίη, [43] ἀναγκας βύρηκεν, ἧσιν ἡ φύσις ἀζήμιος βιαθεῖσα μεθίησιν. αἰεθεῖσα δ' δηλοῖ τοῖσι τὰ τῆς τέχνης ἰδόσιν, ἃ, ποιητέα. διάζεται δὲ τοῦτο μὲν πῦρ τὸ ξυνέφυον φλέγμα διαχεῖν, σιτίων δημιότητι, καὶ πομάτων. ὅπως τεκμαρῆται μὲν ὀφθὲν πρὸς ἐκείνων, ὧν αὐτὴ ἐμηχανήσατο ὀφθῆναι, τοῦτο δὲ αὖ πνεῦμα ὃν κατήγορον, ὁδοῖσι τε προσαντέσι τὰ δημοις σκιδᾶ) κατηγορέειν, ἱδρῶσί τε τοῖσι τοῖσι προειρημένοισιν ἄγουσα, ὑδάτων θερμῶν ἀποπνοῇσι τεκμαίρεται. ἔστι δ' ἃ καὶ διὰ τῆς κύστιος ἐλεύθερα, ἰκανώτερα πρὸ νοῦσον δηλῶσαι ἐστιν, ἢ διὰ τῆς σαρκὸς ἐξιόντα. ἐξέβρηκεν οὖν καὶ τοιαῦτα πρώτα

Neque enim si certo scirent: ipsis se committerẽt, cum eiusdem sit prudentiæ, tum morborum causas cognoscere, tum omnibus præsidiis, quæ morbos augeri prohibeant, eos curare nosse. Cum igitur ex his, quę denunciata sunt, nõ liceat ad aliquam certã cognitionem peruenire, alio sane, qui curationem instituit respicere debet. Huius igitur morę causa, ad corporum naturam, non ad artem ipsam referenda est. Hæc enim vbi morbũ percepit, curationẽ instituendam censet, id vnum spectans, ne temeritate magis quam consilio, & vt facilitate potius quam vi curationem adhibere videatur. Illa vero si tandiu morbum ferre possit, vt à Medico recte perspici possit, curationem etiam bene feret. Sin vero interim dum morbus cognoscitur, à morbo euicta fuerit, vel quod serius ad Medicũ accesserit, vel ob morbi celeritatem ęger peribit. Neq; enim, qui ex æquo ad curationem procedit, morbus celer existimandus est, sed qui pręuertit. Prævertit autem tum ob corporum densitatem, in qua non conspicui morbi delitescunt, tum etiam propter ægrotantium negligentiam, qua curationem differunt, sed tum demũ morbis correpti curationem expetunt. Quare artis facultatem admirari longe certe æquius est, si quem ex obscuro morbo laborantem restituerit, quam si, quæ fieri nõ possunt, aggressa fuerit. Neque vero in vlla quapiam arte iam inuenta tale quippiã inesse conspicitur, verum ex his quęcunq; igne opus suum perficiũt, si eis desit, ab omni opere feriantur, vb vero eũ contrectarunt, in opere cõtinentur. Et quęcunq; in facile emendabili materia opus suum exercent, vt in lignis quædã, alię in coriis, quędam etiã stylo, ęre, ferro, atq; id genus aliis quamplurimę. Quę tamen opera ex his & per has perficiuntur, quanquam facile emendari possunt, non tamẽ celeritatem magis ad opificium requirunt, quam vt rite minimeq; perfunctorie tractentur: sed si quod instrumẽtum defuerit, ab opere quiescunt: & quamuis illis mora sit ad emolumentum incommoda, ea tamen pluris ęstimatur. At vero Medicina, his quidem ex pure in thorace collecto, aliis vero ex hepate & renibus, aliis etiam ex omnibus, quę ventre continentur laborantibus, cum ea intensa oculorum acie contueri nequeat (quod certe omnes apertissime vident) aliarum tamen facultatum subsidia adhibuit. Ex vocis namque claritate & tarditate, & destillationibus, quę singulis, qua exitus datur, defluere consueuerunt, earumque partim quidem odoribus, partim coloribus, modo etiam tenuitate ac crassitudine diligenti trutina ponderatis tum iam affectarum partium, tum vero ad affectum opportunarum signa colligit. Vbi vero ista de se significationem prębuerint, neque ea sponte natura dimittit, necessarias vias quasdam inuenit, per quas vi impulsa citra noxiam ea emittat, remissa vero & languida, artis peritis, quę porro facienda sunt plane indicat. Ac partim quidem ignem in nobis connatum, cibi potusque acrimonia, vt pituitam diffundat cogit, partim vero spiritum ipsum, tanquàm morbi delatorem itinere & cursu per acciuia facto, morbum prodere cogit quo coniectura colligatur, quid sibi in his visum fuerit, quę vt cõspicerentur fabricata est. Quinetiam sudores prius commemoratis ciendos esse, ex aquarum calidarum exhalationibus colligit. Quędam prętereà per venam prodeuntia, euidentius morbum ostendunt, quã quę per carnes exeunt. Huiusmodi igitur cibos

& potus adinuenit,qui cum calidis ſuccis ſint calidiores,eos & eliquant & fluxiles reddunt, qui nunquam efflurent,niſi hoc illis contingeret. Itaque alia ex aliis,& alia per alia,tum corpus peruadunt, tũ morbum denunciant, vt proinde nemini mirum videri debeat,ſi ad eorum cognitionem longius tempus requiratur, eoſque pauci aggrediantur, cùm per aliorum expoſitionem ad Medici curantis cognitionem narratione deuenerint.Quòd igitur ars Medica adhibendi remedij abundántem per ſe habeat rationum facultatem,quodq; merito morbis, qui corrigi nequeunt,manus nõ admoueat,aut in iis aggredien-
dis inculpatam ſe exhibeat, tum præſens oratio manifeſte indicat, tum viri huius artis periti,re ipſa lubentius quam verbis demonſtrant, qui non tam orationis dictioni ſtudent,quam quod vulgi fidem ex his, quæ vidit firmiorem,quam ex his,quæ audierit, ſibi comparaturos exiſtimant.

χὴ βρώματα, ἃ τῶν θερμαινόντων θερμότερα γιγνόμενα, τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπείην καὶ διαφορέειν ποιέει. ἃ δὴ καὶ διερρύη, μὴ τοῦτο παλόντα. ἕτερα μὲν οὖν τοῖσ ἑτέρων, καὶ ἄλλα δ' ἄλλων ἐστὶ πάντε διιόντα, πάντ' ἐξαγγέλλοντα. ὥστ' οὐ θαυμάσιον αὐτῶν, [44] πάντες πίστιας, χρησιμωτέρας γίνεσθαι, ταύτ' ἐγχειρείσιας, θρασυτέρας, ὅτῳ δ' ἀλλοτρείων ἐρμηνείων τοῖς τὴν θεραπεύσασαν σωέσιν ἐρμηνευομένων. ὅτι μὲν οὖν καὶ λόγοις ἐν ἑωυτῇ δύναμις εἰς τὰς ὁπτικὰς ἰδέας ἔχει ἡ ἐπιστεικὴ, καὶ οὐκ ἀδιάφορα τοῖσι δικαίως ἂν ἐγχειρέοι τῆσι νούσοισιν, ἢ ἐγχειρυθμίας, ἀναμάρτητός ἂν παρέχη, εἴτε νῦν λεγόμενοι λόγοι δηλοῦσιν, αἵτε τῶν εἰδότων τὴν τέχνην ὑποδείξιες, οἳ ἐκ τῶν ἔργων ἤδεαν, ἢ ἐκ τῶν λόγων ὑποδεικνύουσιν, [45] ἃ δὲ λέγειν καταμελετήσαντες, ἀλλὰ τῇ πίστιν ὧν πλήθει ἐξ ὧν ἂν ἴδωσιν οἰκειοτέρην ἡγεόμενοι, ἢ ἐξ ὧν ἀκούσωσι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ἰητρικῆς.

HIPPOCRATIS DE PRISCA MEDICINA, LIBER.

QVI de Medicina dicere aut ſcribere conantur & ſuæ quæſtionis genus calidũ, aut frigidum, aut humidum,aut ſiccum, aut aliud quiduis propoſuerunt,ij,dum rem breui contrahunt,& idem morborum & mortis in vniuerſum cauſæ principiũ, vnũ vel duo conſtituunt,in multis quidem quæ dicunt, plane erraſſe arguuntur.At vero iuſtius artis nomine reprehendendi ſunt,quæ re vera exiſtit,quamq; omnes in rebus maximis adhibent,cuiuſq; peritos artifices ſummis honoribus dignantur. Sunt autem opifices,alij quidem mali,alij vero multum præſtantes. Quod ſane minime cõtingeret,ſi prorſus non exiſteret ars Medica,nihilq; in ea vel obſeruatione,vel inuentione conſtaret,omneſq; illius ex æquo inexperti & ignari eſſent,ægrotantiumq; rebus fortuna præeſſet.Verum aliter ſe res habet,ſed nõ ſecus ac in reliquis omnibus artibus,opifices longe inter ſe, tum mente præſtant,ſic etiã in arte Medica.Quamobrem equidem ipſam non cenſeo in inani quæſtione verſari oportere,ſicuti quę ſunt obſcura & dubia,de quibus ſi quis dicere velit,eum rei de qua agitur accõmodatam quæſtionẽ proponere neceſſe eſt. Velut ſi quis de rebus ſublimib.aut ſub terra poſitis differat, aut earum naturam ſe noſſe profiteatur, ea vera ſint necne,neq; iis,qui differunt,neq; iis,qui audiunt, ſatis fuerit manifeſtũ. Neq; enim datur ad quod quis veri cognitionem referat. At vero in Medicina iam pridẽ omnia ſubſiſtunt,in eaq; principiũ & via inuẽta eſt,per quam præclara multa longo temporis ſpatio ſunt inuenta,& reliqua deinceps inuenientur, ſi quis probè comparatus fuerit,vt ex inuentorum cognitione ad ipſorum inueſtigationem feratur. Qui vero his omnibus reiectis ac repudiatis, aliam inuẽtionis viam aut modum aggreditur,& aliquid ſe inueniſſe iactitat,is cũ fallitur,tum alios fallit. Neq; n. iſtud vllo pacto fieri poteſt.Quas autẽ ob cauſas iſtud fieri nequeat, poſtea oſtendá,vbi artẽ eſſe dixero ac docuero.Ex quo ẽt manifeſtũ fiet,nihil omnino alia ratione inueniri poſſe.Ac mihi quidẽ maxime videtur,qui de hac arte differere inſtituit,quę plebeiis notas sũt dicere debere,cũ de nullo alio vel quęrere,vel dicere cõueniat,quã de morbis quib.ij ipſi tentãtur.

Οἱ κόσοι ἐπεχείρησάν πω περὶ ἰητρικῆς λέγειν ἢ γράφειν, ὑποθέσιν σφίσιν αὐτέοισιν ὑποθέμενοι ὧ λόγῳ, θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ἄλλ' ὅ, τι ἂν ἐθέλωσιν ἐς βραχὺ ἄγοντες, τὴν ἀρχὴν τὴν αἰτίης τοῖσιν ἀνθρώποισι τῶν νόσων τε καὶ θανάτου, καὶ πᾶσι τοῦτ' αὐτὸ, ἓν ἢ δύο ποιεῦνται· ἐν πολλοῖσι μὲν καὶ οἷσι λέγουσι καταφανέες εἰσὶν ἁμαρτάνοντες. μᾶλλον δ' ἄξιον μέμφασθαι ἀμφὶ τέχνης ἐούσης, ἣ χρεώντας τε πάντας ὅτι τοῖσι μεγίστοισι, καὶ τιμῶσι μάλιστα τῶν ἀγαθοῖσι χρεωτέχνας. εἰσὶ δ' δημιοεργοὶ, οἱ μὲν φλαῦροι· οἱ δὲ πολὺ διαφέροντες. ὅταν, εἰ μὴ ἰῶ ἰητρικὴ ὅλως, μὴ δὲ συναύτῃ ἔσκεπτο, μὴ δὲ βούλοιτο μηδὲν. οὐκ ἂν ἰῶ, ἀλλὰ πάντες ἂν ὁμοίως αἱ τῆς ἀπαιδευσίης τε καὶ ἀνεπιστήμονες ἦεν, καὶ τύχη πάντα τὰ τῶν καμνόντων διοικεῖτο νῦν δὲ οὐχ ὅτως ἔχει, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων τεχνέων πασέων ἡ δημιοεργὶ πολλὸν ἀπολέοντας διαφέρεσι τοὺς χρεωμένους τοὺς γνώμιμα, ὅτω δὴ καὶ ὅτι ἰητρικῆς. διὸ οὐκ ἠξίουν ἐγωγε κενῆς αὐτέων ὑποθέσιος ὄντας ὥσπερ τὰ ἀφανέα τε καὶ ἀπορεόμενα· χρεὼν ἂν ἀνάγκη ἰῶ ὡς ὅτι χρεοίη λέγειν, ὑποθέσθαι χρεῶν. ὁκοῖσι περὶ τῶν μετεώρων ἢ τῶν ὑπὸ γῆν εἰ λέγει τις καὶ γινώσκει ὡς ἔχει, ὅτ' ἂν αὐτῷ λέγηται, ὅτε τοῖς ἀκούουσι δῆλα αὖ εἴη, εἴτε ἀληθέα ἐστὶν εἴτε μή. ἐν γὰρ ὅτι πρὸς ὅ, τι χρὴ ἐπαμυνέσθαι εἰδέναι ὃ σαφές. ἰητρικὴ δὴ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ' ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλά τε καὶ καλῶς ἔχοντα εὑρηται, ἐν πολλῷ χρόνῳ. καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἰῶν τις ἱκανός τε ὢν, καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητέῃ. ὅστις δὲ ταῦτ' ἀποβαλὼν καὶ ἀποδοκιμάσας πάντα, ἑτέρῃ ὁδῷ, καὶ ἑτέρῳ σχήματι ὅτι χρήσιμον ζητέει, καὶ φύσει εὑρηκέναι, δοκέει πάντα, καὶ δοκέει παπᾶται. ἀδύνατον γὰρ, δι' ἃς δὲ αἰτίας ἀδύνατον, ἐγὼ προφανέω, ὑποδεξάμενος, λέγων καὶ δηλώσας, τῷ τέχνῳ ὅ, τι ἐστίν. ἐκ τούτου καταφανὲς ἔσται ἀδύνατα ἐόντα ἄλλως πως βούλεσθαι. μάλιστα δέ μοι δοκέει περὶ ταύτης δεῖν λέγοντα τῆς τέχνης, γνώσας λέγειν, τοῖσιν δημότῃσιν. ἐγὼ γὰρ περὶ οὐδενὸς, ὅτε ζητέειν περὶ ποιεῖ, ὅτε λέγειν, ἢ περὶ τῶν παθημάτων ὧν ἀνθρώποι οὗτοι νοσέουσιν.

αὗτοι

αὐτοῖς νῦν οὖν τὰ σφέων αὐτῶν πα θήματα καὶ μαθήμα-
τα ὅστε μὴ οἶδ' καὶ παύεται, καὶ δι' οἵας τροφὰς αὔξεταί τε
καὶ φθίνει, ἰδιώτας ἐόντας, ῥᾴδιον. τὸν δ' ἄλλα δι' εὑρη-
μένα καὶ λεγόμενα, εὐπετές. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἀναμιμνή-
σκεται ἕκαστος ἀκούων τὰ ἑαυτοῦ ξυμβαινόντων. εἰ δέ τις τῶν
ἰδιωτέων γνώμης ἀποτεύξεται. καὶ μὴ ὀρθῶς τοῦτ' ἀκού-
σας, ἴσως τὰ ἐόντα ἀποτεύξεται. καὶ ὀρθῶς οὖν οὐδὲν
δεῖται ἐπιτηδείως. τῷ γὰρ ἀρχομένῳ αὖ εὑρέσθαι τέχνη ἡ
ἐπιτεχνᾶσθαι, ὅτ' αὖ ἐζητεῖτο. οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἐδεῖτο κειμένοις
τε αὖ ἐφ' ὑγιαίνουσι τοῖσι καὶ μισι τ' αὐτὰ προσφερομέ-
νοισιν, ἅπερ ὑγιαίνουσι ἐδίδοσαν καὶ πίνουσι, καὶ καὶ ἄλλα δεόμε-
νοισιν ξυνέφερε, εἰ μὴ ἓν ἕτερα βέλτιω. νῦν δ' αὐτὴ
ἡ ἀνάγκη ἐπιτεχνᾶν ἐποίησε ζητεῖσθαί τε καὶ εὑρεθῆναι αὖ-
τοῖσιν· ὅτι τοῖσι καὶ μασι τ' αὐτὰ προσφερομένοισι-
σιν. ἅπερ ὑγιαίνουσι ἐφέρετο· ὡς οὐδὲ νῦν ξυμφέ-
ρει. εἰ δ' ἀνῶδεν ἔφαμεν ἀνθρώπους ἐπὶ τοσόνδε ἐλθεῖν ἐπιστή-
μῃ τε καὶ τέχνῃ ἢ νῦν χρέονται εὑρεθῆναι, εἰ ὀξύρροπος
ὁ ἀνθρώπινος βίος τοῖσι καὶ πόνοισι, βοΐτε καὶ ἵπποις,
καὶ πᾶσιν ἐκτὸς ἀνθρώπου. δεῖται ἐκ τῆς γῆς φυόμενα καρ-
πός τε καὶ ὕλη, καὶ χόρτος. ἀπὸ τούτων τε καὶ τρέφονται,
καὶ αὔξονται, καὶ ἃ πόνοι διάγουσιν, οὐδὲν προσδεόμενοι
ἄλλης ὀρθρίτιος. καὶ τοι τῷ ἀρχομένῳ ἔφαμεν ἀξιοῦν, καὶ ἀν-
θρώπους τοὺς αὐτῇ τροφῇ χρεώμενα. τὰ δὲ νῦν ἐπιτηδεύμα-
τα βύρημα, τεχνήματα ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγενῆσθαί
μοι δοκέει. ὡς γὰρ ἐπάρρητα πολλά τε καὶ δεινὰ ἀπὸ ἰσχυρῆς
τε καὶ σπερμώδεος διαίτης σώματα, καὶ ἄκρητα, καὶ μεγά-
λας δυνάμεις ἔχοντα ἐσφερόμενοι, οἷά περ ἂν καὶ νῦν
ἔτι' αὐτέων πάσχοιεν, πόνοισί τε ἰσχυροῖσι καὶ νούσοισι πε-
ριπίπτοντες, καὶ διαφθαλέος θανάτοισιν, ἥσσονες μὲν οὖν τού-
των τότε εἰκὸς ἦν πάσχειν, διαφθαρῆναι, ἰσχυρῶς γε καὶ τότε,
καὶ τοὺς μὲν πλείστους τε καὶ ἀσθενεστέρην φύσιν ἔχοντας,
ἀπόλλυσθαι εἰκός· τοὺς δὲ τούτων ὑπερφέροντας, πλείω
χρόνον αὐτοὺς. ὥσπερ καὶ νῦν ἐκ τῶν ἰσχυρῶν βρωμάτων, οἱ
μὲν ἧσσον ῥᾳδίως ἀπαλλάσσονται· καὶ ἦ, μετὰ πολλῶν πό-
νων τε καὶ κακῶν. διαφέρει δὲ ταύτην τὴν χρείην, καὶ οὐδέν
μοι δοκέουσι ζητῆσαι τροφὴν ἀρμόζουσαν τῇ φύσει, καὶ
εὑρεῖν ταύτην, ἢ νῦν χρώμεθα. ἐκ μὲν οὖν τῶν πυρῶν
βρέξαντες καὶ τρίψαντες πτύσσα, καὶ καταμείσαντες καὶ
διαπήσαντες, καὶ φορύξαντες, καὶ ὀπτήσαντες, ἀποτε-
λέσαν, ἄρτον. ἐκ δὲ τῆς κριθῆς μαζαν. ἐψήσαντες τε συγ-
χνά, καὶ ταύτην παρεσκευάσαντο, ἔφθησάν τε καὶ
ὠπτήσαν, καὶ ἔκλιζαν, καὶ ἐκέρασαν ἰσχυρά τε καὶ ἄκρητα
τοῖσιν ἀσθενεστέροις. πλάσαντες πτύσσα πρὸς τὴν τῶν ἀν-
θρώπων φύσιν τε καὶ δυνάμιν. ἡγάθυμοι, ὅσα μὲν ἰσχυρό-
τερα ἦν, ἢ δυνατὸς κρατεῖν ἡ φύσις, ὡς ἐσθάλλοντα. ἀπὸ τού-
των δὲ αὐτοῖς, πόνους τε καὶ νούσους, καὶ θανάτους ἐστᾶσθαι. ὅσων
δ' αὖ δυνατὸς ἦν ἡ φύσις κρατεῖν. ἀπὸ τούτων ὑγείας τε καὶ αὔ-
ξησιν, καὶ ὑγιείαν. ὧν δὲ εὑρήματι, τί ἂν οὖν ὄνομα δικαιότε-
ρον αὐτοῦ προσῆκον νομίζοιτο, ἢ ἰητρικὴν; ἡ εὕρη-
σις τῶν ἀνθρώπων ὑγιείη τε καὶ τροφῆς καὶ σωτηρίη, ἀντὶ
τοῦ κακίης τῆς διαίτης, ἧς πόνοι καὶ νοῦσοι γίνονται. εἰ δὲ
μή τις αὐτὴν νομίζει εἶναι, οὐκ ἀπῴκως. οὐδὲ γὰρ μηδεὶς
ἔστιν ἰδιώτης, ἀλλὰ πάντες ὑπερήμενοι διαφέρουσί τε καὶ ἀνάγκη, οὐ προσήκει τούτοις οὐδένα τεχνίτην
καλέεσθαι. ἐπεὶ πάντα βήρημα καὶ μέγα καὶ πολλῆς

Cum igitur rudes sint, neque morbos quibus ægrotant nosse, neque quomodo oriantur, aut desinant, neque quas ob causas increscant, aut minuantur, iis est facile: ab alio vero inuentos & expositos, procliue, cum nil aliud quisque recordetur, quam quæ sibi contigisse audit. Quod si quis popularium sententiam non assequitur, nec se audientibus conciliat; is quod vere existit non assequetur, & neque propterea vlla proposita materia indiget. Principio sane neque inuenta fuisset, neque inuestigata ars Medica, neque enim ea ægrotis opus esset, si eadem victus ratio iis offeretur, qua qui valent, vtuntur, quin etiam alia victus ratio contulisset, nisi essent istis alia meliora. At nunc necessitate homines coacti, artem Medicam inuenerunt & inuestigarunt, quod ægrotis oblata bene valentium victus ratio nihil contulerit, vt ne nunc quidem confert. Ad hæc superioribus equidem sæculis, neminem istam bene valentium victus rationem & alimoniam, qua nunc vtuntur, inuenturum fuisse existimo, si idem cibus & potus homini, boui & equo, & cæteris præter hominem animantibus satis fuisset, ea nempe, quæ ex terra oriuntur, fructus, herbæ & fœnum; quibus nutriuntur & augentur, & sana degunt, nullo alio victu indigentia. Quanquam equidem per initia hominum eodem alimento vsum esse existimo. At cibaria, quibus nunc vtuntur, non nisi arte inuenta & excogitata, longoque temporis interuallo in vsum deducta mihi videntur, cum nimirum ex robusto & firmo victu, intemperatis & nimium valentibus ingestis cibariis, in multos & graues morbos homines inciderent, in quos etiam hoc tempore, si iisdem vterentur, incurrerent, ex quibus grauibus doloribus & morbis correpti, breui vitam cum morte commutarent. Etsi vero est simile his malis minus conflictatos fuisse propter consuetudinem, quamuis tunc quidem grauiter laborarint, & plurimos quidem imbecilliore natura præditos, interiisse, eos vero qui viribus præstarent, diutius exstitisse: non secus ac hoc tempore, quidam ex valentibus cibariis facile, alij non nisi cum multis doloribus & molestiis vindicantur. Eaque sane necessitate mihi adducti illi videntur consentaneum naturæ alimentum inuestigasse, & id quo nunc vtimur inuenisse. Triticum igitur macerantes, & omnino pinsentes, molis frangentes, cribrantes, subigentes, & assantes, panem confecerunt. Ex hordeo vero mazam, & plurima alia magna circa eam adhibita opera coxerunt, assarunt, miscuerunt, valentiaque & intemperata cum imbecillibus temperantes, omnia pro hominis natura & viribus composuere, rati cibos valentiores ingestos, quod à natura superari non possent, dolores, morbos, & mortem afferre, eos vero, qui à natura superarentur, alimentũ, incrementum & sanitatem præstare. Huic autem inuento quodnam iustius aut conuenientius quam Medicinæ nomen imponi queat? quandoquidem ad hominis sanitatem, nutritionem & salutem inuentum est, quod in illius victus rationis vicem succederet, ex qua dolores & morbi nascuntur. Quod si quis hanc ipsam artem esse non existimet, non absurde prorsus sentiat. Cuius enim artis propter vsum & necessitatem nemo rudis est, sed omnes periti, illius artificem aliquem vocari fas non est. Quanquam inuentum hoc longe præstans est, & multa

arte ac obſeruatione conſtat. Quinetiam in hodiernum vſq; diem, qui rei gymnaſticæ & viribus reficiẽdis præſunt, eadem via inueſtigando ſemper aliquid inueniunt, quo quis pro cibo & potu vſus, reliquis in certamine longe ſuperior & ſeipſo robuſtior euadat. Medicinam igitur, quam omnes ægrorũ cauſa inuentam eſſe fatentur, in conſiderationem adhibeamus, num & nomen & artifices habeat, ipſiſq; ſuperior eſſe velit, & vndenam originem traxerit. Ac mea quidem opinione (quod ſupra dixi) nemo ad Medicinã inueſtigandã animum applicaturus fuiſſet, ſi eadem victus ratio & ægris & ſanis accõmodata eſſet. Quare etiam in hunc vſq; diem barbari, & Græcis finitimi, apud quos nullus eſt Medicinę locus, eadem victº ratione, qua ſani ad voluptatem vtuntur; neque eo quod expetunt, abſtinent, neq; ſibi temperant. At vero qui Medicinam perſcrutando inuenêre, eandem quam qui à me ſuperiore oratione dicti ſunt ſententiam ſecuti, primũ quidem (vt ſentio) de ſuis cibis copiam detraxerunt, deinde pro multis paucos ſumpſerunt. Quod cum ægrotantibus quibuſdam ſatis eſſet, palamq; prodeſſe non tamen omnib. conſtaret, verũ quod erant quidam ita affecti, vt ne paucos quidẽ cibos conficere poſſent, quibus ſane imbecilliore quodam cibo opus eſſet, ſorbitiones inuenerunt, valentes cibos paucos multa aqua diluentes, eorumq; vim tẽperatione & coctione detrahentes. Quod, ſi qui neq; ſorbitiones ſuperare poſſent, iis etiam detractis, potiones ſubſtituerunt, obſeruantes vt & vſu & copia moderatæ eſſent, neq; iuſto copioſiores, neq; meraciores, neque pauciores exhiberentur. Imprimis a. animaduertere oportet, quibus in morbis ſorbitiones minime conueniunt, ſed continuo vbi aſſumptę, sũt, febres ac dolores exacerbari, ex quo efficitur, vt quod aſſumptum eſt morbum quidem foueat & augeat, corpus v. imminuat, & imbecillius reddat. At v. qui ita affecti cibum ſiccum, aut mazam, aut panem quantumuis modicũ aſſumunt, ij decuplo magis atq; manifeſtius læduntur, quã ſi ſorbitione vtantur, neq; aliam ob cauſam, quam quod cibus viribus ſit valentior quam affectus requirat, tum quod cui ſorbere, ei edere minime cõueniat. Quo namq; plura comederit, eo peius afficietur, ſi v. pauca, etiam dolebit. Atq; ad id ſane referuntur omnes doloris cauſæ, quod valentiſſima edulia maxime & euidẽtiſſime homini tã ſano quam ægro ſunt noxia. Quãnam igitur aliã habuiſſe mentem videtur, is qui Medicus, & omniũ cõfeſſione artifex vocatur, cum victus rationem, qua ægri vtuntur, inuenit, aut qui ab initio omnib. mortalibus victum illũ quo nunc vtimur, loco illius agreſtis ac ferinæ victus rationis adinuenit & apparauit? mihi equidẽ eadẽ eſſe ratio, & vno eodemq; modo excogitata videtur. Hic n. ea quæ occurrerent, & à natura humana bene valente propter feritatẽ & incõmoderationem ſuperari non poterant, ille v. quæ quiuis, quomodolibet affectº minime ſuperare poterat, detrahere ſtuduit. At quid inter hoc & illud eſt diſcriminis? niſi quod hoc multiplici & vario magis genere conſtat, & plº habet negocij, originẽ a. præbuit quod priº fuit inſtitutũ. Quod ſi quis in cõſiderationẽ adhibeat, atq; inter ſe cõferat, tũ ægrotãtiũ, tũ bene valẽtiũ victº rationẽ, is eam quę ferarũ eſt & cæterarũ animantiũ, illa quæ ægrorũ eſt, magis noxiã inueniet.

τέχνης τὲ καὶ σκέψιος. ἐλθὼν δὲ καὶ οὗτοι τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀσκητίσεων ὀπτιμελέσθαι, ἀεί τι πειρώμενοι καὶ τοῦτο καὶ τοῦτο ἐξευρίσκουσι, τῷ αὐτῷ σίτῳ καὶ ποτῷ χρώμενοι, τῶν ἄλλων ἁπάντων κρείσσους καὶ ἰσχυροτέρους ἑωυτοὺς ἐς ἀγῶνα καθιστάντες. Σκεψώμεθα γὰρ, καὶ τὸ ὁμολογούμενον ἰητρικὴν, τὸ περὶ τὴν ἀγωνίην βούλημα, εἰ καὶ ὄνομα ἔσχηκε τέχνης, καὶ προσῆκεν αὐτῇ τοῦτο αὐτέων ἐθέλειν, καὶ ὁπόθεν πολέμηται. ἐμοὶ μὲν γὰρ ὧδε ἐφαίνετο ἐν ἀρχῇ εἶναι· ὃς ἂν ζητήσας δοκέῃ ἰητρικὴν εὑρεῖν, εἰ τοῦτο μὴ ἐμελέτησε τοῖσί τε κάμνουσιν, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ὁκόσα ἁρμόζει ἐπὶ γῆν καὶ νοῦσον, ὁκόσοι ἰητρικῇ μὴ χρέονται, οὔτε βάρβαροι τῷ ἤθεϊ τῶν ὁμοίων, τοῦτο αὐτὸ ἔστιν ὃ τι περ ὑγιαίνοντες δρώσιν, πρὸς ἡδονήν. καὶ ὅτ' ἂν ἀπόσχοιντο σφέων ὧν ἐπιθυμέουσιν, οὐδὲν βελτίονες ἔσονται οἱ δὲ ζητήσαντες τε καὶ εὑρόντες ἰητρικὴν, τῷ αὐτέων κείνοισι ὁμοίαν ἔχοντες, πολλῷ ἂν μοι δοκέουσι τῶν πρόσθεν λόγος εἰρῆσθαι, πρῶτον μὲν ὀλίγα, ὑφελὸν τὸ πλῆθος τῶν σιτίων αὐτέων τουτέων, καὶ ἀντὶ πλεόνων ὀλίγα ἐποίησε· ἔπειτα δ' αὐτέοισι τοῦτο ἤδη μᾶλλον ὅτε πρός τινας τῶν κεκμηκότων ἤρχεσε, καὶ φανερὸν ἐγένετο ὠφελῆσαι, οὐ μέντοι πᾶσί γε, ἀλλ' ἦσάν τινες οὕτως ἔχοντες, ὡς μηδ' ὀλίγων σιτίων δυνατὰ βρῶσαι· ὀπισθοτέρω δή τινες ἐδόκεον τοῖσδε δρᾶσθαι, οὖρον ῥοφήματα μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ ὕδατι, καὶ ἀφαιρεόμενοι τὸ ἰσχυρὸν τῇ κρήσι τε καὶ ἕψησι. ὀκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδυνάμην κρατέειν, ἀφεῖσαν καὶ ταῦτα, καὶ ἀφίκοντο ἐς πόματα, καὶ ταῦτα τῇσι τε χρήσεσι, καὶ ὧν πλήθει διαφυλάσσοντες ὡς μετρίως ἔχῃ, μήτε πλείω τῶν δεόντων, μήτε ἀκριτέστερα προσφερόμενοι, μή τι σφέας βλάπτοι. οὗτοι δὲ χρὴ εἰδέναι τάδε, οἷσι τὰ ῥοφήματα ἐν τῇσι νούσοισιν ὀξύμφορά, ἀλλ' αὐτίκα ὁτιοῦν τοῦτο ποιήσουσι παροξυσμόν· σφίσιν οἵ, τε πυρετοὶ καὶ τὰ ἀλγήματα καὶ δῆλον ὅτι προσενέξεται, τῇ μὲν νούσῳ ξυφή τε καὶ αὔξησις ἐπιμένον· ὧν δὲ σώματι φθίσις τε καὶ ἀρρωστίη. ὁκόσοι δ' αὖ τῶν αὖ ἐναντίων, ἐν ταύτῃ τῇ διαθέσι ἐόντες, προσενέγκωνται ξηρὸν σιτίον, ἢ μάζαν, ἢ ἄρτον, καὶ ἐπὶ πολὺ σμικρὸν, δεκαπλασίως ἂν μᾶλλον καὶ ὀπισθοφανέστερον κακωθεῖεν, ἢ πρόσθεν ἔοντες, διὰ τὸ δῆλον ἅτε τὸ ἰσχυρὸν τοῖσι βρώμασι πρὸς τὴν διάθεσιν. καὶ ὧν ῥοφὴν συμφέρῃ, ἐνθάδε δή. εἰ γὰρ πολὺ φαίη τις, πολὺ ἂν ἔλκωσε καὶ εἰ ὀλίγα, πονήσει ἂν· πολλὰ δὲ τὰ αἴτια τοῦ πόνου, εἷς ὁ αὐτὸς ἀνιᾷ. τὰ ἰσχυρότατα μάλιστά γε καὶ ὀπιφανέστατα, λυμαίνεσθαι καὶ ἄνθρωπον καὶ ὑγιέα ἐόντα; καὶ νοσέοντα. τί οὖν φαίνεται ἕτερόν τι ἀμηχανήσας, ὁ χαλεπὸς μῦθος ἐκεῖνος, καὶ ὁμολογούμενος μεγίστης τέχνης, ὃς ἐξεῦρε τῷ ἀμφὶ τὸν κάματον, διαίτῃ τε καὶ σοφίῃ, ἢ κεῖνος ὁ ἀπ' ἀρχῆς τοῖσι πᾶσιν ἀνθρώποισι σοφίῃ, ἢ νῦν χρεώμεθα ὀξ ἐκείνης τῆς ἀγρίης καὶ θηριώδεος, βίων τε καὶ σιτοδιαίτης; ἐμοὶ μὲν γὰρ φαίνεται οὗτος τρόπος, καὶ ἓν τι καὶ ὅμοιον τὸ βούλημα. ὁ μὲν, ὅσων μὴ ἠδύνατο ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ὀπιστεμένη ὑγιαίνουσα, ἐμπιπτόντων διὰ τὸ ἀγριότητά τε καὶ ἀκρησίην· ὁ δὲ, ὅσων ἡ διάθεσις ἐν οἵῃ αὐξήσει ἑκάστοτε ἕκαστος τύχῃ διακείμενος, μὴ ἰῶ δυνατὸς ὀπισθοτέρω, τοῦτο ἐζήτησε ὠφελεῖν. τί δὴ τοῦτο ἐκεῖνο διαφέρει; ἀλλ' ἢ πλέον τὸ, τε εἶδος, καὶ ὅλῃ ποικιλώτερον καὶ πλείονος πρόσ-

γματείης. ἀρχὴ δὲ κείνη ἡ πρώτεον ἐξευρεθεῖσα. εἰ δέ τις σκέπτοιτο τίς ἡ τῶν κεκμηκότων διαγωγὴ πρὸς τὸ τῶν ὑγιαινόντων, βύσσοι ἂν βλαβερωτέρω, ἢ πρὸς τὸ ἥ τις τῶν κεκμηκότων θηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀνὴρ

αὐτῷ γὰρ κάμνοντι νοσήματι, μήτε τῶν χαλεπῶν τε καὶ ἀφύρτων, μήτ' αὖ πρὸς ταῦτα πάσαν δύναμιν, ἀλλ' οὔτε αὐτέων ἁμαρτάνοντι μέλλει δῆτα δηλον ἔσεσθαι, εἰ ἐθέλοι καταφαγεῖν ἄρτον, κρέα, ἢ ἄλλο τι ὧν ὑγιαίνοντες ἐσθίοντες ὠφελέονται, μὴ πολύ, ἀλλὰ πολλῷ αἰ ἐλάσσω ἢ ὑγιαίνων ἠδυνάζετο. ἀλλ' ὅσῳ τε τῶν ὑγιαινόντων φύσιν ἔχει μήτε πρὸς ταῦτα πάντα ἀδύνατα, μήτ' αὖ ἰσχυρά, φαγὼν τι ὧν βοῦς ἢ ἵππος φαγών, ὠφελοῖτό τε καὶ ἐσθίοι, ὁρόδους, ἢ κριθάς, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων μὴ πολύ, ἀλλὰ πολλῷ μᾶσσον ἢ δύναιτο. καὶ ὃς ἂν ὑγιαίνων τοῦτο ποιήσας ποιήσειε τὴν κινδυνεύσειε, κείνου τοῦ νοσέοντος, ὃς ἂν ἄρτον ἢ τἄλλα μάζαν ἀκράτως προσενέγκατο. τοῦτο δὴ πρῆγμα τεκμήριον, ὅτι ταύτην ἡ τέχνη ἡ ἰητρικὴ τὴν ὁδὸν ζητουμένην, εὑρίσκοι ἄν. εἰ δὲ μὴ τοῦτ' ἀπλῶς ὥσπερ ὑφηγοῖτο, ὅσα μὲν ἰσχυρότερα, ἐκβάλλειν· ὅσα δ' ἰσχυνότερα, ὠφελεῖ τε καὶ ἔτρεφε τὸν κάμνοντα καὶ ὑγιαίνοντα. βούλεται δὲ τοῦτο τὸ χρῆμα. πολλὸν γὰρ τὸ ἀσφαλέος ἂν ἐλάσσω προσλαμβάνοντας, ἀλλ' ὅτι ὀλιγιστον ἀδυνατέσθαι. πῶς γὰρ οὐκ ἔλασσον ἁμάρτημα, ἢ πᾶσαν λιμοῦ ἔμφασιν ἄνθρωπον ἐλάσσονα καὶ ἀσθενέστερα τῶν ἰσχυρῶν προσφέρηται. ὃ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος, δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὑγιαίνουσι καὶ ἀσθενέσι ποιῆσαι, καὶ ἀποκτεῖναι. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα κακὰ ἑτεροῖα μὲν τοῦ ἀπὸ πληρώσιος, οὐχ ἧσσον δὲ καὶ νεώσιος. δι' ὧν πολλοὶ ποικιλώτερόν τε, καὶ ἔτι πλέονος ἀκρισίης ἔσονται. οὐ γὰρ μέγεθος ἴσως στῆσαι ἔστιν, οὐδὲ σταθμῷ, οὐδὲ ἀριθμῷ οὐδενὶ ἄλλῳ τῷ ἀπὸ ἑτέρων εἴσῃ ὃ ἀκριβές, οὐκ ἂν εὑρίσκοις ἄλλο ἢ τοῦ σώματος τὴν αἴσθησιν. ὅ τι ἔστιν ὅτῳ καταμαθεῖν ἀκριβῶς, ὥστε μικρὰ ἁμαρτεῖν, ἔνια ἢ ἔνθα. καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἰσχυρῶς ἐπαινέοιμι, συμπεσεῖν ἁμαρτάνοντα. ὃ δ' ἀκριβὲς ὀλιγάκις ἐστὶ καὶ δύσκριτον. ἐπεὶ καὶ πολλοί γε τῶν ἰητρῶν, ταῦτα μοι δοκέουσι τοῖσι κακοῖσι κυβερνήταις πάσχειν. οἳ γὰρ ὀκῆνοι ὅταν ἐν γαλήνῃ κυβερνῶντες ἁμαρτάνωσιν, ὃ καταφανέες εἰσὶ· ὅταν δ' αὖ τοὺς κατάσχῃ ἀνέμους τε μεγάλους, καὶ χεῖμων, φανερὸς ἤδη πᾶσιν ἀνθρώποισι δι' ἀγνωσίην καὶ ἁμαρτίην δῆλοί εἰσιν ἀπολέσαντες τὴν ναῦν. ὥστε δὴ καὶ ἐνταῦθα κακοῖσι πλῆξαι ἰητροῖσι, ὅταν οὐ μεγάλα πάσωσιν ἄνθρωποι μηδὲν δ' ἧσσον ἐργάσωνται, ἐς ὃς ἂν τις καὶ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνων, οὐδὲν δ' ἧσσον ἐργάσαιτο (πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καὶ πολὺ πλέον τῶν δ' ἧσσον ἀνθρώπους συμβαίνει) ἐν μοῖρ' δὴ τοῖσι τοιούτοισιν ἁμαρτάνοντες, ὃ καταφανέες εἰσὶ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. ὁκόταν γὰρ τύχωσι μεγάλων τε καὶ ἰσχυρῶν ὑπὸ σφαλῆ νοσήματα, τότε σφέων τὰ ἁμαρτήματα καὶ ἡ τέχνη πᾶσι καταφανὴς ἔστιν. ὃ γὰρ ἐς μάχην αὐτέων ἑκάστου αἱ λυμφεῖαι, ἀλλὰ σμικρὰ τοῦ πάντος πρῆξιν. ὁκόταν γὰρ ἐλάσσονος ἀπὸ κενώσιος ἀκρίσιος κακῶς παθεῖν γίνονται τοῦ ἀνθρώπου, ἢ καὶ ἀπὸ πληρώσιος, καταμανθάνειν καλῶς ἔχει, ἐπὶ μᾶσσον ἔσεσθαι ὅτι οὐκ ὑγιαίνουσι. ἔστι γὰρ οἷσιν αὐτέων ξυμφέρει μανοσιτέειν. καὶ τοῦτο μὲν γὰρ ὃ ξυμφέρον τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐπράξαντο, ἄλλοισί τε ἀρίστοις, καὶ τοῖσι αὐτοῖσι αἰεὶ ἀνάγκη. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ξυμφέρει, καὶ μανοσιτέουσιν οἱ δὲ ἡδονῆς ἢ δι' ἄλλο τινὰ συγκυρίην, ἐπιτηδεύσαντο μᾶσσον ἑτέρων. τοῖσι μὲν γὰρ πλείοσι τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν διαφέρει πότερον αἰεὶ ὀλίγα ἐσιτεῦνται. εἴτε μανοσιτέειν, εἴτε ἀρίστοις, τοῦτο ὧδε ἔχει χρῆναι. εἰσὶ δ' οἳ ὅκα ἂν δύνανται ἔχειν τὸ συμφέρον, τοῦτο ἐσιτέονται, οὐδὲν διαφέρει ἀπὸ ἀστοῦ. ἔνια δὲ ξυμβαίνει αὐτέων ἑκατέροισι πρὸς ἡμέρην μίαν καὶ παύτην ὀλίγην μεταδήσαι, ὑπὸ φύσιος καὶ ἀπὸ τύχης.

Si quis enim morbo tentetur neque omnino difficili & intolerabili, neque prorsus leui, sed quem neque qui peccat sit cognoturus, si panem, aut carnem, aut aliud quiddam eorum quod sanos iuuet, comedat, non multum quidem, sed longe parcius, quam sanus poterat: contra verò aliquis sanus natura non omnino imbecilla, neque rursus robusta, aliquid eorum quæ boui aut equo prosunt, comedat, nempe eruum, aut hordeum, aut aliud quippiam eiusmodi, non multum quidem, sed multo minus quam ferre possit: quamuis id sanus fecerit, nō minus vtiq; grauabitur aut periclitabitur, quam qui ægrotus panem aut mazam intempestiue assumpsit. Ex quibus omnibus colligitur, artem Medicam via quadam inuestigatam & inuentam esse. Quod si re vera, quemadmodum existimant, quæ quidem sunt valentiora læderent, quæ verò imbecilliora, tum ægros, tum sanos iuuarent & nutrirent, res facili negocio conficeretur. Longe enim tutius ageretur, si res ad imbecillimum deducatur. At nunc non leuius peccatur neq; minus læditur si quis pauciora & infra modum assumat. Fames enim plurimū potest in hominū natura, tum ad sanitatē & imbecillitatē, tum ad mortē inferendam. Multa verò alia mala & varia quidem ex plenitudine oriuntur, neq; verò minus grauia ex inanitione, vt proinde in his maxima insit varietas, & magna diligentia requiratur. Modū enim quadá cōiectura colligere oportet. Modū autem, neq; pondus, neq; vllum alium numerū, ad quē ista referas, vt exacte cognoscas, nō vllum alium inuenias, quam corporis sensum. Quocirca istud adeo exacte cognoscere, vt leuiter in vtramq; partē pecces, operosa res est. Quanquā equidē vehementer hunc Medicū laudarim, qui parum peccet. At exacta certitudo raro cernitur. Quare Medicorū plæriq; malorū nauium gubernatorū mihi similimi videntur, qui si tranquillo mari nauem regunt, nemo eos peccare deprehēdat. Quod si eos vehemens ventus aut tempestas oppresserit, iam omnibus manifeste constat eorum imperitia & culpa nauem fuisse perditam. Ad hunc sane modum improbi plærique Medici, dum leuiter affectos curant, in quibus vel grauissimi errores commissi, nihil periculi admittunt (cum multi huiusmodi morbi ac longe frequentius quam grauiores, hominibus contingant) in iis quidem si delinquant, plebeios latent: vbi vero in magnum & vehementem, ac periculosum morbum inciderint, tum ipsorum ars & errores omnibus sunt conspicui. Horum enim cuiusque vindices pœnæ præsto sunt, neque in longum differuntur. Quod autem non minores affectus ex intempestiua vacuatione quam repletione homini contingant, ex bene valentibus probe cognoscas. Quibusdam enim semel tantum cibum sumere confert, idque quod conferat sibi constituerunt. Quidam etiam prandere ob eandem causam, quod iis conferat, coguntur. Quod non iis contingit, qui propter voluptatem aut alium quemuis casum, horum alterutrum facere studeant. Plærisque enim nihil refert vtrumlibet secuti, vel semel tantum cibum capere, vel prandere etiam assuescant. Quidam verò si quid incommode fecerint, non facile degunt; verum eorum vtriusque die altero vix nec temere exacto, supra modum grauis oritur affectio.

Si enim pransi fuerint, quibus prandere non conducit, ij continuo graues totoq; corpore & mẽte segnes euadunt, cum oscitatione, somnolentia, multaque siti. Quod si insuper etiam cœnauerint, & flatus & tormina excitantur, & venter erumpit. Ac multis magni morbi origo fuit, si cibos quos semel absumere consueuerant, bis assumpsissent, nec quicquam amplius. Ad hæc si quis prandêre consuetus, atq; cui prandêre conducat, non prandeat, protinus vbi tempus præteriit, statim grauis impotentia exoritur, tremor, & animi defectio, ad hæc oculi pallidiores fiũt, vrina crassa & calida redditur, os amarulentum euadit, viscera ei pendere videntur, tenebricosa vertigine corripitur, vehementer irascitur & mœret. Ista vero omnia cœnare volenti cõtingũt, neq; cibos quos priore cœna assumpsit, qui prandere consueuit, cõficere potest, sed cum torminib. & strepitu descendũt & aluum concludunt, ipsi vero noctẽ inquietá agunt, & insomniis perturbatis ac tumultuosis vexantur, quod pleriſq; etiam morbi initium extitit. Quæ quas ob causas his accidunt, cõsiderãda sunt. Nẽpe quod is opinor, qui semel tantũ cibũ assumere cõsueuit, nõ expectauerit idoneũ tempus, dum venter hesternos cibos plane cõfecerit, superauerit, emollitus fuerit, ac conquieuerit, sed in ipsum feruentẽ & fermentatum recentes ingesserit. At huiusmodi ventres multo tardius concoquunt, maioreq; ocio & quiete opus habent. Qui verò prandêre cõsueuit, quoniam, vbi quá primum aliméto corpus indiguit, prioribus cibis cõsumptis, nec habuit amplius quo frueretur, nõ statim ipsi nouũ alimẽtũ adfuit, ideoq; fame imminuitur & contabescit. Quæcunq; enim eiusmodi hominibus accidunt, ad famem referenda censeo. Quinetiã iis omnibus qui duos aut tres dies sine cibo transierint, eadem contingere dico, quæ de his, qui minime prãdent, diximus. Ac eiusmodi naturas, quæ celeriter ac vehementer suorum delictorum incommoda percipiunt, equidem reliquis imbecilliores esse censeo. Qui vero imbecillus est, proxime ad eum, qui ægrotat, accedit, estque imbecillior qui ægrotat, multoque grauius afficitur, si quid intempestiue fecerit. Cum autem eiusmodi exacta diligentia in arte Medica adhibenda sit, quod est certissimum semper assequi difficile est. Multa tamen in re Medica, tam exactã diligentiam obtinent, de quib. dicetur. Neq; sane priscam artem Medicam ideo quod omniũ exactá diligentiã non habeat, quasi ars nulla sit, aut non recte inuestigata, reiiciendam censeo: verum cum prope ad veritatẽ accedere liceat, simulq; eo ratiocinando peruenire, multo magis admiranda veniunt quæ sunt ex magna ignoratione eruta, velut probe & recte, non autem fortuito inuenta. At vero nunc ad eos, qui noua quadam ratione artem ex proposita materia inuestigant, nostra reuertatur oratio. Si quidem est calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum quod hominẽ lædit, & eum, qui recte mederi volet, oportet calido per frigidum, frigido per calidum, sicco per humidum, & humido per siccum opitulari. Exhibeatur mihi aliquis natura non admodum robusta, sed imbecilliore, qui triticum crudum, & inelaboratum edat, quale ex area sustulit, & carnes crudas, & aquam bibat. Ex qua victus ratione non dubiũ est quin multa & grauia sit perpessurus. Nam & dolorib. cõflictabitur, & imbecillo erit corpore, & ventriculus corrũpetur, neq; diu vitá tolerare poterit. Quodnã igitur ita affecto præsidiũ comparandũ?

[18] Ἢ μὴν οὐδ' ὧδε ἀριστήσωσι μὴ ξυμφέροντες αὐτοῖσιν· οὐδὲ βαρέες, καὶ νωθρὸν τὸ σῶμα. καὶ τὴν γνώμην, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ καὶ διψης πλήρης. ἰὼν δ' ὅπως δειπνήσωσι, [19] καὶ φῦσα, καὶ τορφος, καὶ ἡ κοιλίη καταῤῥήγνυται. καὶ τοῖσιν ἀρχὴ νούσου αὕτη μεγάλης ἐλθεῖν, ἰὼν τὰ αὐτὰ σιτία, ἃ μέμακεν εἶκε ἄπαξ ἀναλίσκειν, δὶς προσενέγκῃ) καὶ μηδὲν ἔτι πλέον. τοῦτο δ' εἰ ἀριστᾶν μέμακεν ὡς, καὶ ὅτως αὐτέῳ ξυμφέρει, μὴ ἀριστήσῃ, ὅτεῳ τάχιστα πρὸ ἐλθῃ ἡ ὥρη, βαθὺς ἀδυναμίη δίψη, ζῆμος, ἀψυχίη· ὅτι τοῦτοισιν, ὀφθαλμοὶ χλωρώτεροι· ἔδεσθαι παχὺ καὶ θερμόν, σῶμα πυρρόν. καὶ τὰ σπλάγχνα οἱ δοκέειν κρεμᾶσθαι· σκοτοδίνη, δυσωρίη, δυσθυμίη. ταῦτα δ' ἢν πάντα, ὅταν δεῖπνον ἐπιχρήσῃ. ἀναλίσκειν δ' ὃ μὲν δυνατὸς ὁ ἀριστοζώμενος, ἃ προτέρην ἐδείπνησεν· τῷ δ' αὐτὰ μὲν τροφὴ τε καὶ φορὴ καταβαίνουσα συγκλείει τὴν κοιλίην δυσκινητέουσί τε καὶ συμπιλέονται τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα. πολλοῖσι δὲ καὶ τουτέων, αὐτὴ ἀρχὴ νούσου ἐλθεῖν. σκέψασθαι δὲ χρὴ ἀπὸ λιμὸς πρόφασιας αὐτοῖσι τοῦτο ξυμβέβηκεν. τὰ μὲν οἶμαι μέμακεν ὑμῖν μονοσιτέειν, ὅτι οὐκ ἀνέμεινε τὸ χθὲς ἱκανὸν μέλαν αὐτέῳ ἡ κοιλίη, τῇ τῆ προτεραίῃ προσενηνειγμένων σιτίων ἀπολαύσῃ τελέως, καὶ ἐπικρατήσῃ, καὶ λαπαχθῇ τε καὶ ἡσυχάσῃ· ἀλλ' ὅτι ζέσασά τε ἐξυμφορέουσα καινὰ ἐπεισοιέγκαθε. αἱ δ' ἐσαῦται κοιλίαι, πολλῷ τε βραδύτερον πέπτουσι, [21] καὶ πλέονος δέονται ἀναπαύσιος τε καὶ ἡσυχίης. ὁ δὲ μέμακεν ὡς ἀριστέεσθαι, ὅτι οὐκ ὀπῷ τάχιστα ἐδεήθη ξυφῆς τὸ σῶμα, ἐς τὰ προτέρα κατομάλωσε. ἐς οὐκ εἶχεν εὐθέμιαν ἀπολαῦσαι, βυθέως αὐτέῳ παρεμβέβληκεν ξυφὴ φθινὴ δὲ καὶ σμικρὴ ἐστηκε) ἐπὶ τὸ λιμῶδες πρόπαν δέ, ἃ λέγω πάσχειν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, λιμῷ αὐτὸν ἀπολλύναι φημί. φημὶ δὲ ἐς μὲν ἀνθρώπους ἀπονέατας, οἵ τινες ἂν δύο τοῖσι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἡλίων), ταῦτα πείσεσθαι, οἷα περὶ τῶν αὐαρίστων ἡμολόγηται εἴρηκα. τοῖσι δὲ τοιούτοισι φύσιας ἐγὼ γέ φημι, ταχέως τε καὶ ἰσχυρῶς [22] τὴν ἀμβλυτέρην ἀπολωβώσας, ἀσθενεστέρας εἶναι τῶν ἑτέρων. ἐκλυτέστατοι δὲ τῶν ἀσθενεόντων ἐστὶν ὁ ἀσθενής. ἐστὶ δὲ ἀσθενέστερος ὁ ἀσθενέων, καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσπέσῃ, ὅτῳ ἂν τὸ καιρὸν ἀποτυγχάνῃ, πονέῃ. χαλεπὸν δὲ τοιαύτης ἀκριβίης ἑόσης περὶ τὴν τέχνην, [23] τυγχάνειν αἰεὶ τοῦ ἀτρεκέος τὸ. [24] πολλὰ δὲ εἴδεα καὶ ἰητρικῶν ἐστὶ τοσαύτην ἀκριβίην ἧκε. περὶ ὧν εἰρήσε). ὃ φημὶ δὴ δεῖν τὸ δεῖν τὴν τέχνην ὡς οὐκ ἐοῦσ', οὐδὲ καλῶς ζητεομένην τὴν ἀρχαίην ἀποβεβλῆσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντα ἀκριβίην· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον δεῖ· ὃ ἐπὶς εἰ) τὸ ἀτρεκέστατον· ὁμοῦ δύνασθαι ἧκειν λογισμῷ, ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης, θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα, ὡς καλῶς ἐς ὀρθῶς ἐξεύρηται, καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης. ὅτι δὲ τὸ καινὸν ζητεῖν τὴν τέχνην ἐξ ἐτοίμου ἐόντων λόγων ἐπιμεληθῆν βάλλεται. εἰ γάρ ἐστι θερμόν, ἢ ψυχρόν, ἢ ξηρόν, ἢ ὑγρόν, ὃ λυμαινόμενον τὸν ἄνθρωπον, ἐς δεῖ τὸν ὀρθῶς ἰητρεύοντα βοηθεῖν, ὧδε μὲ θερμῷ, ὅτι ψυχρόν· ὧδ' ὂ ψυχρῷ, ὅτι θερμόν. ὧδε δὲ ξηρῷ, ὅτι τὸ ὑγρόν. τῷδε ὑγρῷ, ὅτι ξηρόν. ἔστω μοι ἄνθρωπος, μὴ τὴν ἰσχυρὴν φύσιν, ἀλλὰ τῶν ἀσθενεστέρων. [25] ἔστω δὲ πυρὸς ἐσθιέτω ὃς ἂν ἀπὸ τἄλλων αἱρέηται, ὡμοὺς ἐς ἀρνός. ἐς κρέα ὠμά· ἐς πινέτω ὕδωρ. ταύτην χρώμενος τὴν διαίτην, ὃν οἶδ' ὅτι πείσε) πολλὰ ἐς δεινά. ἐς γὰρ πόνους πονηρὰς ἐς τὸ σῶμα ἀσθενὲς ἔσται· καὶ ἡ κοιλίη φθαρήσε). καὶ ζῆν πολὺν χρόνον ὀδυνήσε). τί δεῖ οὖν βοήθημα προσπυθέσθαι ὧδε ἔχοντι;

θερμὸν,

θερμόν, ἢ ψυχρόν, ἢ ξηρόν, ἢ ὑγρόν; ἁπάντων γὰρ ὅλως τούτων ἁπλῆ. Εἰ γὰρ τὸ λυμαινόμενον αὐτῷ ὅτι τούτων ὂν ἕτερον, παντὶ τῷ ἐναντίῳ τοιοῦτος λύσαι, ὡς ὁ σκείνων λόγος ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ βεβαιότατόν τε καὶ τοῖς φθινύσιν φάρμακον, ἀφελόντα τὰ διαιτήματα, οἷσιν ἐχρῶτο· ἀντὶ μὲν τῶν πυρῶν, ἄρτον διδόναι· ἀντὶ δὲ τῶν ὠμῶν κρεῶν, ἑφθά· πίειν τε ὀπὶ τούτοισιν οἶνον. Τοῦτ' μεταβάλλοντα ἄνευ τοιοῦτου τε μὴ ὑγιὲα γενέσθαι. Ἰσως γε μὴ πάντα πᾶσιν ἡ διεφθαρμένος ἐστὶ χρόνῳ τε καὶ διαίτῃς. Τί δὴ φήσουσιν; πότερον αὐτέῳ ἐστὶ ψυχρῷ καυσοπαθέοντι θερμὰ τοῦτ' προσενεγκόντες ὠφέλησε, ἢ τἀναντία; οἶμαι γὰρ ἔγωγε πολλοῦ ἀποδεῖν ἐρωτηθέντι τοῦθ' ἁμαρτεῖν. ὁ γὰρ ἄρτον σκευάζων τῶν πυρῶν τὸ θερμόν, ἢ τὸ ψυχρόν, ἢ τὸ ξηρόν, ἢ τὸ ὑγρὸν ἀφείλετο. ὁ γὰρ πυρὸν καὶ ὕδατι δοὺς καὶ πολλοῖσιν ἄλλοισιν ἐλαύνασι, ὧν ἕκαστος ἰδίην δύναμιν καὶ φύσιν ἔχει. καὶ τὰ μὲν τῶν ἐσθιόντων ἀποβέβληκεν· ἄλλοισι δὲ κέκρηκε καὶ μέμικται. οἶδα μὲν γὰρ καὶ τάδε δήπου, ὅτι ἀφαιρεθεὶς τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, καθαρὸς ἄρτος[27] ἢ συκάμινος,[28] ἢ ἀπύρων πυρῶν, ἢ ἐπιπεπασμένων, ἢ πολλῷ ὕδατι πεφυρημένος, ἢ ἀφύρητος, ἢ ἔξοπτος, ἢ ἔνωμος· ἀλλά τε τοῖς τοιούτοισι μυρία. ὡς δὴ αὕτως καὶ τοῖς μάζης. Καὶ αἱ δυνάμεις ἑκάστου, καὶ οὐδὲν ἡ ἑτέρῃ τῇ ἑτέρῃ ἐοικυῖα. ὅστις οὖν τοῦτ' μὴ σκεψάμενος, οὐκ οἶδε, πῶς ἄν τι ἔστ' δύναιτο τῷ ἀνθρώπῳ πάσῃ μηχανῇ εἰδέναι. ἐστὶ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου τούτων, πάσαν τε ἑτερογνώμων ὢν, ἄνθρωπος, ἢ τοῖον, ἢ τοῖον. καὶ ἐκ τούτων πῶς ὁ βίος καὶ ὑγιαίνουσι καὶ νόσῳ ἀναιρεθομένῳ καὶ κάμνουσι. Οὐκ ἄν οὖν ἕτερα τούτων χρησιμώτερα, οὐδ' ἀναγκαιότερα ἔτι εἰδέναι δήπου. ὡς οὖν καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες, περὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν οὕτω δὴ καὶ προσῆκον δοκοῦντες, καὶ ὠφελοῦντες ἀξίως τὴν τέχνην θεῷ προσθεῖναι, ὡς καὶ νομίζω. Οὐ γὰρ τὸ ξηρὸν οὐδὲ τὸ ὑγρὸν, οὐ τὸ θερμόν, οὐδὲ τὸ ψυχρόν, οὐδ' ἄλλο τούτων οὐδὲν ἡγησάμενοι, οὔτε λυμαίνεσθαι, οὔτε προσδιαφθείρειν οὐδενὸς τούτων τὴν ἀνθρωπίνην. Ἀλλ' ὅ, τι ἰσχυρὸν ἑκάστου, καὶ τὸ κρεῖσσον τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης, οὐ μὴν ὑπερφυὲς κρατεῖν, τοῦτο βλάπτειν ἡγήσαντο, καὶ τοῦτο ἐζητηκέναι ἀφεῖναι. ἰσχυρότατον δὲ ὅστι, τὸ μὲν γλυκέος, τὸ γλυκύτατον· τὸ δὲ πικροῦ, τὸ πικρότατον· τὸ δὲ ὀξέος, τὸ ὀξύτατον· ἑκάστου δὲ τῶν πολλῶν τῶν ἐόντων, ἡ ἀκμή. Τοῦτο γὰρ ἐώρων καὶ ὧν ἀνθρώπῳ ἐνεόν τα, καὶ λυμαινόμενα τὸν ἄνθρωπον. ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ πικρόν, καὶ ἁλμυρόν, καὶ γλυκύ, καὶ ὀξύ,[30] καὶ τρυφνόν, καὶ πλαδαρόν· καὶ ἄλλα μυρία πολλῶν δυνάμεις ἔχοντα, πλήθός τε καὶ ἰσχύι. Τοῦτ' μὲν μεμιγμένα καὶ κεκραμένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπέει ἄνθρωπον. ὅταν δέ τι τούτων ἀποκριθῇ καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ γένηται, τότε καὶ φανερόν ἐστι, καὶ λυπέει ἄνθρωπον, τοῦτο ὃ τῶν βρωμάτων ὁρᾷ ἡμῖν ἀνεπιτήδεά ἐστι καὶ λυμαίνεται ἄνθρωπον ἐμπεσόντα, τούτων ἕκαστον, ἢ πικρὸν ἢ ἄκρητον ἐστιν· ἢ ἁλμυρόν· ἢ ὀξύ· ἢ ἄλλο τι ἄκρητόν τε καὶ ἰσχυρὸν καὶ ὅλως τοιοῦτον ἀνθρώπου.[31] ὥστε καὶ καὶ ἐκ τοῦ σώματος ἀποκρινομένων. πάντα ὅ ὅσα ἄνθρωπος ἐσθίει ἢ πίνει, τὰ ἰσχυρὰ τὰ βρώματα ἥκιστα τούτου χυμὸν ἄκρητόν τε καὶ ἀπαφέρονος, δῆλα ἔστι μετέχοντα. οἷον ἄρτος τε καὶ μάζα, καὶ τὰ ἐπόμενα τούτοισιν οἷσιν εἴθισται ὁ ἄνθρωπος πλείστοισί τε καὶ αἰεὶ χρέεσθαι· ἔξω τῶν ἡδυσμάτων τε καὶ κρεῶν, ἠρτυμένων τε καὶ ἐσκευασμένων.

calidumne, an frigidum, an ſiccum, an humidum? ſi quidem horum quodq; ſimplex eſt. Namque ſi quod lædit ab his ipſis eſt diuerſum, contrario diſſoluere conuenit, velut ipſi fatentur. Eſt enim certiſſima & euidentiſſima medela, ſublatis quibus vtebatur cibis, pro tritico panem exhibere, & pro crudis carnibus, coctas, & inſuper vinum propinare. Neque fieri poteſt quin his commutatis conualeſcat, niſi diuturniore iſta victus ratione prorſus fuerit corruptus. Quid ergo dicemus? Num ei à frigido malè affecto, calida hæc exhibita profuerunt, an cõtraria? Equidem quid ad interrogata reſpondere debeat, multum dubitaturum exiſtimo. Qui enim panem ex tritico apparat, calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum tollit. Quod namq; in ignem & aquam mittatur, multiſque aliis modis confectus ſit, quorum ſingula propriam facultatem & naturam obtinent, eorum quidem quæ natura exiſtunt, quædam reiiciuntur, aliis vero temperantur & commiſcentur. Nam & hoc ſane noui plurimum referre, vtaturne quis pane puro, aut non puro, aut ex tritico cortice non repurgato, aut purgato, aut copioſa aqua ſubacto, aut nullo modo ſubacto, aut excocto, aut crudiore, aliiſque præterea innumeris. Similiter quoque de maza. Quorum cuiuſque magnæ ſunt facultates, ac nihil inter ſe ſimiles. At qui hæc ſubducta ſecum ratione non reputat, quonam modo is affectum vllum, quo quis detinetur, cognoſcere poterit? Cum ab eorum quoq; hoc vel illo modo afficiatur & immutetur, atq; ex his & bene valentium omnium, & ex morbo conualeſcentium, & ægrotorum vita conſtet. ex quo ſane efficitur, vt nihil neque ad cognitionem vtilius, neq; magis neceſſarium exiſtat. Vt recte conuenienterq; ratiocinando inueſtigaſſe mihi videantur, & ad hominum naturam accommodate primi iſta inueniſſe; artemque dignam iudicaſſe, quæ ad Deum authorem ex maiorum inſtitutis referretur. Nam neque ſicco, neque humido, neque calido, neque frigido, neque horum quoquam hominẽ lædi exiſtimauerunt, neq; horum aliquo ei opus eſſe. Sed quod in vnoquoque potentius eſſet, & ſupra naturam humanam adeo vt ab ea ſuperari non poſſet, id lędere cenſuerunt, & tollere conati ſunt. Eſt autem valentiſſimum inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida acidiſſimum, & quod in re quaque ſummum eſt. Hæc enim in homine ineſſe, eique nocere videbant. In homine namque ineſt & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & inſipidum, aliaque ſexcenta, quæ pro copia & viribus, varias habent facultates. Et hæc quidem mixtione & mutua inter ſe contemperatione, neque cernuntur, neque quenquam moleſtia afficiunt. At vbi horum quidpiam ſecretum fuerit, & per ſe extiterit, tunc & conſpicuum fit, & hominem moleſtia afficit. Quinetiam ex cibariis, quæ minime nobis conueniunt, quæque in corpus ingeſta homini ſunt noxia, eorum quodque aut amarum eſt, & minime temperatum, aut ſalſum, aut acidum, aut alio quodam modo intemperatum & vehemens, ideoque perturbationem in corpore efficiunt, non ſecus ac ea, quæ ex corpore excernuntur. At edulia, quæ homo nunc edit aut bibit, ea huius intemperati & præſtantis ſucci minimam partem habere conſtat, panem dico & mazam, atque his finitima, quibus homines copioſe & ſemper vti conſueuere, præter ea, quæ ad voluptatem & ſatietatem condiuntur, & apparantur:

Ex quibus quamuis magna copia ingerantur, turbatio & facultatum corporis secretio minime contingit, sed robur, incrementum, & alimentum, idque nullam aliam ob causam, quam quod probe contemperata, nihil habent intemperati neque vehementis, sed omnia vnum fiunt, & simplex, & validum. Neque vero mihi satis compertum est, qui hac oratione vtuntur, & artem Medicam ab ista via ad materiam propositam abducunt, quonam tandem modo homines ex materia proposita curaturi sint. Neque enim (opinor) ipsis est inuentum quidnam sit per se calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, ac nullius alterius particeps. Verum vt sentio, iidem apud illos potus & cibi existunt, & ij quibus omnes vtimur, sed huic calidi, illi frigidi, huic sicci, illi humidi nomen apponunt. Quandoquidem illud dubitationem habet, si Medicus vt aliquid calidum ægro offeratur imperet, cum si protinus quæratur quodnam illud sit, vel nugari cogatur; vel ad horum aliquid confugere. Quod si sit calidum quoddam acerbum, aliud vero calidum insipidum, aliud quoque calidum turbulentam in corpore motionem excitans (sunt enim & alia calida, quæ contrarias inter se facultates habent) quodnam eorum offerri debeat, anne calidum & acerbum, vel calidum & insipidum, an frigidum simul & acerbum (tale namque quoddam est) an frigidum & insipidum? Namque equidem noui plane contrarium in eorum quoque euenire, neque in homine solum, verumetiam in corio & ligno cæterisque plærisque homine longe hebetiorem sensum habentibus. Neque enim calidum est, quod magnam vim habet, verum acerbum & insipidum, cæteraque de quibus dixi, tum in homine, tum extra hominem, in iis, quæ eduntur aut bibuntur, vel foris illinuntur, vel quacunque forma corpori admouentur. Frigidum quidem & calidum inter omnes facultates, minimum in corpore posse has ob causas existimo. Quandiu enim calidum & frigidum inter se permixta fuerint, molestia neutiquam afficiunt. Contemperationem enim & commoderationem habet frigidum à calido, & calidum à frigido. At vbi alterum ab altero seiunctum fuerit, tunc offendit. Quo itaque tempore frigus innascitur & hominem affligit, primum ex eo ipso calidum indidem ex homine præsto est, sine vllo præsidio atque apparatu, idque tum in sanis, tum in ægrotantibus efficit. Quod si quis sanus hyeme siue lotione frigida, siue quouis alio modo corpus refrigerare volet, quo plus id fecerit, si plane corpus non congelarit, is vbi vestimenta sumpserit, & sub tectum se receperit, eo magis & vehementius corpore incalescet. At vero si multum calefieri, vel balneo calido, vel copioso igne cupiat, moxque cum eadem veste, eodem loco quo quis perfrigeratus fuerat, commorari, is multo frigidior, atque alias magis inhorrescere conspicietur. Aut qui in magno æstu ventulo per flabellum excitato, hoc modo sibi frigus conciliare parat, is decuplo maiorem ardorem & æstum sentiet, quam qui horum nihil fecerit. Atque istis sane sunt multo maiora, quæ qui per niues,

χὴ ἀπὸ τ̃τ̃ων πλείστων ἐσιόντων ἐς ⓦ αὖ ἀνθρωπον, ταραχὴν τε [32] καὶ ἀπόκρισιν τ̃ῦ ἀμφὶ τὸ σῶμα διυσάμιων, ἥκιστα γίνεται. ἰσχύς τε καὶ αὔξησις, καὶ τροφὴ μάλιστα δι' ὧνπερ ἕτερον ἕτερου, ἢ ὅλως βύτε συγκέκριται, ἢ οὐδὲν ἔχει ἄκρητον, ἁ ἰσχυρόν. ἀλλ' ὅλον ἕν τε γέγονε, [33] καὶ ἁπλοῦν, ⓒ ἰσχυρόν. ἀπορέω δ' ἔγωγε, ⓘ ⓝ λόγων σκιῶν λέγοντες καὶ ἀπαίροντες ἐκ τούτων τ̃ ὁδοῦ ὅπῃ ἐπόδησιν τιν τέχνῃ, [34] τινά ποτε δόξουσι θεραπεύσειν ὀρθ αὖ ἀνθρώπους, ὡς ἔοικεν ἐπιστήσονται. οὐ γὰρ ἔστιν αὐτοῖσι, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ὀξυρημόνον αὐτὸ καθ' ἑωυτὸ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, μηδενὶ ἄλλῳ εἰδέι κοινωνέον. ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε τοῖσι πόματα καὶ βρώματα αὐτοῖσιν ἐπαρχὴν, οἷσι πάντες χρώμεθα. τροφὴ δὲ ἐστὶ τ̃ῷ μὲν, ἢ θερμῷ τ̃ῷ δ', ψυχρῷ τ̃ῷ δ', ξηρῷ τ̃ῷ δ', ὑγρῷ. ἐπεὶ ἐκεῖνό γε ἄπορον τροφὴν τ̃ῷ κάμνοντι, θερμὸν ἢ τροφὴν ἢ τροφὴν ἐνεγκεῖν. βύβλος γὰρ ἐρωτήσει ἢ ἔστιν, ὥστε πληρῆ ἀνάγκη, [35] ἢ ἐς τετέων ἢ τῶν ἡμιμιθίων καταφυγεῖν. εἰ δὴ τυγχάνει τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν τριφνὸν· ἄλλο δ' θερμὸν, πλαδαρὸν· ἄλλο δ' θερμὸν, [36] ἄρδον ἔχον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα τε θερμὰ, καὶ ἄλλας δυνάμιας ἐναντίας ἑωυτοῖσιν ἔχοντα, [37] δεήσει δ' ἢ αὐτέων τροφὴν ἐνεγκεῖν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ τριφνὸν· ἢ τὸ θερμὸν καὶ πλαδαρὸν· ἢ ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ τριφνόν. ἔστι γὰρ καὶ τ̃τ̃ο ⓒ τὸ ψυχρὸν τε καὶ πλαδαρὸν. ὡς μὲν γὰρ ἔγωγε οἶδα, πῶν ἐναντίον ἐφ' ἑκατέρου αὐτέων ἀποβαίνει· καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν σκύτεϊ, καὶ ἐν ξύλῳ, καὶ ἐν ἄλλοισι πολλοῖσι, ἃ ἔστιν ἀνθρώπου ἀναισθητότερα. οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ἔστι τὸ μεγάλιον δυνάμιον ἔχον, ἀλλὰ τὸ τριφνὸν καὶ πλαδαρὸν, ⓒ πάλλα ὅσα μοι εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἔξω τ̃ῦ ἀνθρώπου, ⓒ ἐσθιόμινα καὶ πινόμινα, καὶ ἔξωθεν ἐπιχειρόμινά τε καὶ πῶς πλασσόμινα. ψυχρότητα δ' ἔγωγε καὶ θερμότητα πασέων ἥκιστα τ̃ῶν δυνάμιων νομίζω δυνασ̃τ̃εύειν ἐν τῷ σώματι, ἀφ' ἑαυτέων τοιῇδε τοι τροφάσιας. ὅν μὲν αὖ δ̃πτ̃ε χρόνον μεμιγμένα ἀλλὰ αὐτέοισιν, ἄμα τὸ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ἢ, οὐ λυπέει. χρῆσις γὰρ καὶ μετεσότης, τῷ μὲν ψυχρῷ, γίνεται ἀπὸ τ̃ῦ θερμοῦ, τῷ δὲ θερμῷ, ἀπὸ τ̃ῦ ψυχροῦ. ὅταν δ' ἀποκριθεὶν χωρὶς ἑκατέρου, τότε λυπέει. ἐν δ' δὴ τ̃τ̃ῳ τῷ χειμῶνι, ὅταν τὸ ψυχρὸν ἐγχώσηται, καὶ λυπήσῃ ⓦ ἄνθρωπον. ἀφ' ἑαυτοῦ, τροπ̃τ̃ος δ' αὖ τ̃τ̃ο πάρεστι τὸ θερμὸν αὖθην ἐκ τ̃ῦ ἀνθρώπ̃τ̃, σὺδεμιῆς βοηθείης, σὺδὲ παρασκευῆς δεόμινος. καὶ τοῦτο καὶ ἐν ὑγιαίνοισι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀσφαλίζεται καὶ ἐν κάμνουσιν. τ̃τ̃ο μὲν, ⓔ ἴτις θέλει ὑγιαῖνον χλιδνὸς ἀραιῦξαι τὸ σῶμα, ἢ λουσάμινος ψυχρῷ, ἢ ἄλλῳ τ̃ῷ τοιῶτῳ, ὅσῳ αὖ αὖτὸ ὀπτιπλέον ποιήσῃ. καὶ ἰῶ γε μὴ πάντα πασιν παγῆ τὸ σῶμα, ὅταν εἵματα λάβῃ καὶ ἔλθῃ ἐς τὸν σκέπιον, μᾶλλον καὶ ὅπῃ πλέον θερμαίνεται τὸ σῶμα. τ̃τ̃ο δὲ, εἰ θέλοι [38] ἐκθερμανθῆναι τερεῶς, ἢ λουσ̃τ̃ῷ θερμῷ, ἢ πολλῷ πυρί. ἐκ δ' τουτέου, τὸ αὐτὸ εἵματα ἔχων ἐν τῷ αὐτέῳ χωρίῳ τὸν χρόνον ποιέεσθαι· ὥσπερ ὁ διεψυγμένος πολὺ φανερ̃τ̃αι ⓒ ψυχρότερος, καὶ ἄλλως φερικαλεώτερος, ἢ ῥιπιζόμινος ὑπὸ πνίγεος καὶ σὺδαμοῦ ἀναζώννυσι ἑωυτῷ ψύχος [39] ἐκ τουτέου τ̃ῦ τρόπου ἀφαιρέσας. τῷ τ̃τ̃ο ποιοῦντι δεκαπλάσιος πάρεστι τὸ καῦμα καὶ τὸ πνίγος, ἢ τῷ μηδὲν τουτέων ποιοῦντι. τὰ δὲ δὴ καὶ πολὺ μείζω, ὅσοι αὖ ἀφ' χρόνος ἢ ἄλλης

ἢ ἄλλης ψύξιος βαδίσαντες, ῥιγώσωσι ὑφαφεφέντως πόδας, ἢ χεῖρας, ἢ κεφαλήν, οἷα πάσχουσιν ἐς τὴν νύκτα, ὅταν περιταλέωσί τε καὶ ἐν ἀλέῃ γένωνται ὑπὸ κνήμης καὶ κνησμοῦ, καὶ ἔστιν οἷσι φλυκταῖναι αὖις ἀνίστανται ὡς ἀπὸ πυρὸς κεπαυκεναυρθμοῖσι. καὶ ἡ παρέτερον τοῦτο πάσχουσιν, πρὶν ἢ θερμανθῶσιν. ὅτως ἑτοίμως ἑκάτερον αὐτέων ὑπὸ θατέρου παραλαμβάνει. μυελὸς δ' ἂν καὶ ἕτερα ἔχοιμι εἰπεῖν. ταῦτ' οὖν τοῦ νοσέοντας, ἔχ οἷσιν ἂν ῥίγος γλήνηται τοιούτοισιν ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπῃ, καὶ ἔχ οὕτως ἰσχυρῶς, ἀλλὰ καὶ παυόμενος δι' ὀλίγου, καὶ ἄλλως τὰ πολλὰ ἀσινής, καὶ οἷς ἂν χρόνον, πρῶτα μὲν θερμὸς, καὶ διεξιὼν μετὰ πάντος τελευταίων ἐς τοὺς πόδας μάλιστα, ἔνθα δὲ ῥίγος καὶ ἡ ψύξις νευρικωτάτη, καὶ ὅτι πλέον ἐχρόνισε. πάλιν δ' ὅταν ἱδρώσῃ καὶ ἀποδιαγνῷ ὁ πυρετὸς, πολὺ μᾶλλον ἐψύξατο, ἢ εἰ μὴ ἔλαβε τὴν ἀρχὴν ὑφ' οὗ μετεσχέως οὕτω διαγίνεται ὃ ἐναντιώτατον τε καὶ ἀφελούμενον τὴν δύναμιν ἀπὸ τοιούτου, ἢ ἄν τις ἀπὸ τοιούτου μέγα ἢ δεινὸν ὠφελοῖτο; ἢ τίνος δὴ πολλῆς ὅτι τοιούτου βοηθείας; εἴποι ἄν τις. ἀλλ' οἱ πυρετιῶντες τοῖσι καύσοισί τε καὶ περιπλευμονίῃσι, καὶ σὺν οἷσιν ἰσχυροῖσι νουσήμασιν οὐ ταχέως ἐκ τῶν θερμῶν ἀποδιδόασιν. οὐδὲ πάρεστιν ἐνθάδε τὸ θερμὸν ὅτι τὸ ψυχρόν. ἐγὼ δὲ τοῦτό μοι μέγιστον τεκμήριον εἶναι, ὅτι οὐ δηλοῖ τὸ θερμὸν, ἁπλῶς πυρεταίνουσιν οἱ ἄνθρωποι, ὃ δὲ τοῦτο εἶπε τὸ ἄριστον τῶν κακώσεως μοιρῶν· ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν, καὶ θερμὸν τὸ αὐτό· καὶ θερμὸν καὶ ὀξὺ· καὶ δριμυῶδες καὶ θερμόν· καὶ δριμὺ μυελός· καὶ πάλιν γε ψυχρὸν μετὰ δυνάμεων ἑτέρων. τὰ μὲν θερμὰ λυμαινόμενα, ταῦτα ὅτι. συμπάρεστί δὲ τὸ θερμὸν, ῥώμης μετέχον. ὡς ἂν τὸ ἡγεμόνευον, καὶ προηγούμενον, καὶ αὐξανόμενον ἅμα κεῖνο. δύναμιν δὲ οὐδεμίαν πλείω τοῦ παρεσπόμενος δηλαδή. ταῦτ' ὦδε ἔχει. ὅτι τῶν δεῶν σημείων, τοῦτον μὲν ὅτι φανερώτατα, ὧν πολῖται ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐσμέν τε καὶ γιγνόμεθα. τὸ μὲν ὀσμισιν αὖ ἡμέων κόρυζα ἐγλήνηται, τὸ ῥοῦμα κινηθῇ διὰ τῶν ῥινέων, τοῦτο ὡς πολὺ δριμύτερον τοῦ πρότερον γινομένου τε τοῦ ἰόντος, ἔχ τῶν ῥινέων καθ' ἑκάστην ἡμέρην, καὶ οἰδέειν μὲν ποιέει τὴν ῥῖνα, καὶ συνεχῆ θερμὸν τε καὶ διάπυρον ἑκάτερον. ἰὼ δὲ τὴν χεῖρα τοῦ σφέρης, καὶ πλείω χρόνον πρῇ, καὶ ὀξελκοῦται τὸ χωρίον, ἀλφικόν τε καὶ σκληρὸν ἐόν. παύεται δέ πως τοῦτο καῦμα ἔκ τῶν ῥινῶν, οὐχ ὅταν τὸ ῥοῦμα γίνηται, καὶ ἡ φλεγμονὴ ἦ. ἀλλ' ἐπειδὴ παχύτερόν τε καὶ ἧσσον δριμὺ, πέπονται καὶ μεμιγμένον μᾶλλον, τοῦ πρότερον γινομένου, τότ' ἤδη καὶ τὸ καῦμα πέπαυται. ἄλλοισι δὲ τοῦ ὑγροῦ φύσεος, φανερῶς αὐτὸ μόνου γίνεται μηδενὸς δηλοῦ ξυμπαθαλγουμένου. πᾶσιν δὲ αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ, ἔχ μὲν τὸ ψύξιος διαθερμανθῆναι· ἔχ δὲ τὸ καύματος, διαψυχθῆναι καὶ ταχέως διαγίνεται· καὶ πέψις οὕτω μᾶλλον πρόσθεν. καὶ δὴ δηλοῖ χυμὸν δριμύτητας καὶ ἀκρησίας φημὶ ἔγωγε γίνεσθαι, καὶ αὐτὸν τρόπον ἀποκαθίστανται τε κρανθέντα, καὶ πεφθέντα. ὅσα τ' αὖ ὅτι τοῦ ὀφθαλμοὺς πρέπει τῶν ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ πάντοίας δριμύτητας ἔχοντα· χολὴ μὲν, βλέφαρα, κατεσθίει δὲ, ἐνίοτε γναπτούς τε καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς, ἐφ' ὅ, τι ἂν ὑπερρυῇ, ῥήγνυσί τε καὶ διεσθίει· ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιτῶνα. ὀδυνᾶται δὲ καὶ καῦμα καὶ φλεγμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι χρόνου, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πέφθῃ, καὶ γλήνηται παχύτερα, καὶ λήμη ἀπ' αὐτέων ἔληται

aut alia frigora itinere facto, supra modum pedibus vel manibus, vel capite perfrigerati, noctu patiuntur, cum vestibus contecti, & loco calido se continentes, pruritu & ardore diuexantur, quibusdam etiam pustulæ velut igne ambustis attolluntur, neq; id iis sine caloris sensu accidit. Tam facile eorum alteri alterum succedit. Quibus & sexcenta alia adiicere possem, verum quæ circa ægrotos accidunt, spectemus. An non quibus rigor exoritur, iis acutissima febris instar flammæ emicat? Et quæ non adeo vehementer affligit, sed intra breue tempus quiescit, & alioqui fere innoxia, quæque quandiu adfuerit, calore totum corpus peruadit, ea maxime in pedes desinit, in quibus rigor & frigus vehementissimum diutissime perdurarunt. Rursus vbi sudor eruperit, & febris decesserit, multo vehementius perfrigescit, quam si per initia non prehendisset. Ab eone igitur, quid magnum aut graue exspectes, aut cuiusnam magni præsidij indigeat, cui contrarium tam cito succedit, quod eius vires sponte aufert? At obiiciat aliquis febre ardente, aut pulmonum inflammatione, vel aliis vehementibus morbis detentos, qui neque calore cito liberantur, neque frigori calor succedit. Illud vero mihi magno argumento esse videtur, quod neque calidum simpliciter febricitantium, neque ipsum solum affectionis causa sit, sed est & amarum & calidum idem, & calidum & acutum, & salsum & calidum, aliaque innumera, ac rursus frigidum aliis facultatibus coniunctum. Hæc sunt igitur, à quibus noxa prouenit, sed & calidum adiunctum est, robur ac veluti principatum habens, quod incitat, & vna cum eo, cui coniunctum est, auget, nullam tamen peculiarem vim, quam conueniat, maiorem obtinet. Atque ista ad hunc modum se habent. Ad hæc vero accedunt indicia imprimis quidem manifestissima, quorum iampridem omnes sæpius vsum accepimus, & in dies periclitationem percipimus. Siquidem vbi nobis grauedo exoritur, & ex naribus humor effluit, qui priore, & eo, qui quotidie per nares fertur, cum longe sit acrior, nasum non modo in tumorem attollit, & calentem summeque feruentem exurit. Quod si longiore tempore perseuerauerit, & manum admoueas, etiam locus exulceratur minime carnosus & durus. At vero narium ardor tum sedatur, non cum fluxio fit, & inflammatio adest, sed cum humor crassior, & minùs acris extiterit, ac concoctus, eique, qui prius aderat, magis permixtus. Quibusdam vero ex sola frigiditate, & nullius alterius accessione, hic affectus plane excitatur. Qui omnes liberantur, si ex frigore quidem percalescant, ex ardore vero perfrigescant, quæ celeriter contingunt, & nullius concoctionis indigent. Reliqua autem omnia, quæ ex humorum acrimonia & incommoderatione oriri asserо, eodem modo sedantur, commoderata & concocta. At fluxiones in oculos irruentes ex vehementi & cuiusuis humorum acrimonia, palpebras quidem exulcerant, & quibusdam genas, subiectásque oculis partes, ad quas confluxerint, erodunt, tunicam etiam pupillam ambientem rumpunt & exedunt. Dolor autem & ardor summaque inflammatio tandiu detinet, dum fluxio concocta fuerit, & crassior euaserit, lemæque ab iis redditæ fuerint.

Concoquitur vero vbi mutua fuerit permixtio, contemperatio & cum aliis coctio. Quinetiam quæ in fauces feruntur, ex quibus raucedines oriuntur, anginæ, erysipelata, & pulmonũ inflammationes, hęc omnia primũ quidẽ salsa, humida & acria demittunt, & in his morbi confirmantur. At vero vbi crassiora & magis cocta fuerint, omnemq; acrimoniã deposuerint, tum iam & febres, & quæ molestia afficiebant, desinunt. Eas vero rei cuiusq; causas existimare oportet, quæ quidẽ cum adsunt, hoc modo prouenire necesse est, & quib. in aliud temperamentũ cõmutatis, cessare. Quando igitur ab ipsa pauca caliditate & frigiditate, nulliusq; alterius facultatis participe, hæc cõtigerint, hac ratione cessabunt, si ex frigido in calidũ, & ex calido in frigidũ cõmutata fuerint. Cõmutantur verò ad eum, quẽ dixi modũ. Præter hæc quæcunq; hominem malè afficiunt, ea omnia ex facultatib. oriuntur. Veluti quidẽ, si amarus humor aliquis, quẽ bilem flauam nuncupare solemus, effusus fuerit, quænam anxietates, æstus & impotentiæ detinent? Quib. interdũ liberati vel spontanea purgatione, vel medicamẽto, si quid horum tempestiuè cõtingat, doloribus planè & calore defungũtur. At quãdiu ista sublata, incocta & minime cõtemperata fuerint, nulla arte neq; dolores neq; febres finiẽtur. Et quibus quidẽ acuti, acres & æruginosi humores instant, quinam furores, & viscerũ ac thoracis lancinationes, animiq; abiectio inde oriuntur? Neq; prius hæc quiescunt, quã emaciati, deiecti, & aliis permixti fuerint. Multis autem variisq; modis concoqui, permutari, tenuari, & in humorũ naturam crassescere possunt. Ideoq; in istis, & iudicationes, & temporum numeri, magnum pondus habere mihi videntur. At nihil istorũ sine calido aut frigido contingere solet, cùm neq; putrescere, neque incrassari possit. Quid vero hoc ipsum esse dicemus? Nempe eorum contemperationem esse, verum ea cum mutuo inter se fiat, tum vim habere. Quandoquidem calidum nullius alterius permixtione, quam frigidi calidum esse desinet, neque contra frigidum, quã calidi. At reliqua omnia, quæ in homine insunt, quo plurib. permiscentur, eo mitiora & meliora euadũt. Isque tum demum optime affectus est, vbi concoquit, & quietem agit, nihilque in eo existit, quod propria facultate præpolleat. Ac de his quidẽ abunde mihi dixisse videor. At vero Medici quidam & sophistæ fieri non posse dicunt, vt quis artem Medicam cognoscat, nisi idem nouerit quid sit homo, & quænam eius prima generatio & compositio. Equidẽ quæ ab his de natura vel dicta vel scripta sunt, non tam ad artẽ Medicam, quam ad pictoriam spectare existimo. At manifestam naturæ cognitionem non aliunde quam ex arte Medica haberi censeo, quam is facile percipiet, qui vniuersam artem Medicam probe complexus fuerit. Quo quidem plærique mihi peruenisse videntur, & istorum notitiam habuisse, vt quid sit homo, quænam eius ortus causæ, reliquaque certe cognoscerent. Quandoquidem naturæ cognitio mihi Medico esse necessaria videtur, isque omni studio contendere debet (si modo quid recte præstare volet) vt intelligat, quonam modo quis ad ea, quæ comeduntur & bibuntur se habeat, & quidnam cuiq; ex singulis eueniat, neq; simpliciter tantum existimet caseum malum esse edulium, quòd qui se eo ingurgitat, dolorem sentiat, sed noscat quemnam dolorem, & quasnam ob causas inferat, & cuinam eius vsus minime sit accommodatus.

ὃ γ' πεφθῶμαι, γίγ' ἐκ δ' μὴ φθῶμαι, χρὴ σῆναί τε ἀλλήλοισι, καὶ συνεφθῶναι. ἔστι δ' ὅτε ἐς τὸ φάρυγγα, ἀφ' ὧν βράγχοι γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμονίαι· πάντα ταῦτα τὸ μὲν πρῶτον λεπτά τε καὶ ὑγρά, καὶ δριμέα ἀφίησι· καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισιν, ἔρρωται τὰ νοσήματα. ὅταν δ' παχύτερα καὶ πεπαίτερα γένηται, καὶ πάσης δριμύτητος ἀπηλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ αἱ πυρετοὶ λύονται, καὶ τὴν τὰ λυπέοντα ἄνθρωπον. διὰ δ' δὴ τοῦτο τὰ αἴτια ἑκάστου ἡγητέον· ὧν προεόντων μὲν, τοιοῦτον χρὴ τὸν τρόπον αἰτίην γίνεσθαι· μεταβαλόντων δ' ἐς δύναμιν χρῆσιν, παύεται· οὐκοῦν ὅσα ἀπὸ αὐτέης τῆς θερμῆς ἐλλιπρινέος ἢ ψυξίος γίνεται, καὶ μὴ μετέχη δηλῆς δυνάμεως μηδεμιῆς, ὅτῳ παύσεται αἰτίη, ὅταν μεταβάλλῃ ἐκ τοῦ ψυχροῦ, ἐς τὸ θερμόν· καὶ ἐκ τοῦ θερμοῦ, ἐς τὸ ψυχρόν· μεταβάλλει δ' οὐ μοι δοκέει τρόπον. ἔστι τοίνυν τάλλα ὅσα κακοπαθέει ἄνθρωπος. πάντα ἀπὸ δυνάμεων γίνεται. τοῦτο μὲν, ὅταν πικρότης χὴς ἀποχυθῇ, ἢ ὧν χολὴ ξανθὴ καλέομεν, οἵη ἄσαρκα καῦμα, καὶ ἀδυναμίας κατέχουσιν; ἀπαλλασσόμενοί τε τούτέων σπέρ, καὶ καθαιρόμενοι, ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκου, ἢ ὅτῳ χαίρω τις αὐτέων χρήσηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων καὶ τῆς θερμῆς ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ' αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα ἢ καὶ ἄπεπτα καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμίη, ὅτε τῶν πόνων παύσασθαι, ὅτε τῶν πυρετῶν. καὶ οἷσι μὲν ὀξύτητες ταραίσιαν δριμύσαι τε καὶ ἰώδεες, οἷαι λύσασι, καὶ δηξίες ἀπαλάγχων καὶ θώρηκος καὶ ἀποείη· καὶ παύεται τούτέων ταῦτα πρὶν ἀποκαθαρθῆ τε καὶ καταστρεαδῆ, καὶ μιχθῇ τοῖσιν ἄλλοισι. πέπτεται δ', καὶ μεταβάλλει, καὶ λεπτύνεται καὶ παχύνεται ἐς χυμῶδέα, διὰ πολλῶν ἐδέων καὶ πομάτων. διὰ καὶ αἱ κρίσιες καὶ αἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων, ἐν τοῖσι τοιούτοισι μέγα δύνανται. πάντων δὴ τούτεων, ἥκιστα παρέσηκε θερμῷ ἢ ψυχρῷ πάσχειν. ὅτε γὰρ αὖ τοῦτο πάσχῃ, ὅτε παχύνηται. τί δ' αὖ αὐτὸ φαίημεν εἶναι; χρῆσις τε αὐτέων ἐστὶ, πλεῖστα παρὸς ἄλληλα ἔχουσα δύναμιν. ἐπεὶ ἄλλῳ γε οὐδενὶ δ' θερμὸν μιχθὲν παύσεται τὸ θερμὸν, ἢ τῷ ψυχρῷ· οὐδέ γε πάλιν δ' ψυχρὸν, ἢ τῷ θερμῷ. καὶ δ' ἄλλα παρέσηκε ἄνθρωπον, ὅσῳ αἱ πλέοσι μίσγηται, τοσούτῳ ἡπιώτερα καὶ βελτίονα. πάντων δὴ ἄρίστα διάκειται ὧν ἄνθρωπος, ὅταν πέπανται καὶ εὐεστίη ᾖ, μηδεμίῃ δυνάμιν ἰδίῃ ἀποδεικνύμενος. παρὲξ μὲν δὴ τούτεων, ἱκανῶς μοι δεδήλωται ὑπιδεδεῖχθαι. λέγουσι δέ τινες καὶ ἐπιστήμην, καὶ σοφιστὰι, ὡς οὐκ ἔνι δυνατὸν ἰητρικὴν ἐπίστασθαι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅ, τί ἐστιν ἄνθρωπος καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη. ἐγὼ δ' τούτεων μὲν ὅσα μοι εἴρηται περὶ φύσιος ἢ ἰητρῷ, ἢ γέγραπται παρὲξ φύσιος, ἥσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν, ἢ τῇ γραφικῇ. νομίζω δ' ὅτι παρὲξ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς, ὅθεν δαιμόθεν ἥκουσιν ἔσαι, ἢ ἐξ ἰητρικῆς. τῶν δ' οἷόν τε καταμαθεῖν, ὅταν αὐτοῖσι τις τὴν ἰητρικὴν, ὀρθῶς πᾶς περιλάβῃ. μέχρι δ' τούτου πολλούς μοι δοκέει ἰδεῖν. λέγω δὲ τὸ ἰσοστέον τούτοισιν ἐπίστασθαι, ἄνθρωπος τί ἐστι, καὶ δι' οἵας αἰτίας γίγνεται, καὶ τὴν ἀκριβέος. ἐπεί τοι γέ μοι δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι πρῶτα ἰητρῷ, παρὲξ φύσιος ἐπίστασθαι, καὶ πρὸν ἄρασθαι ὡς ἐπιστήμων, εἰ καὶ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν. ὅ, τι ἐστὶν ἄνθρωπος παρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. καὶ ὅ, τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται. καὶ μὴ ἁπλῶς ὅτῳ δοκέῃ, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυγχάνει. πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτέου.

Ἀλλὰ

ἀλλά τινα τὲ πόνον, καὶ δίψαν, καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπων ἐνεόντων ἀνεπιτήδειον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ βρώματα καὶ πόματα φύσει πονηρά, καὶ διαφθείρει Ⓦ ἄνθρωπον, οὐ αὐτὸν ἕνεκα. ὥσπερ οὖν μοι ἔγωγε τὸν λόγον οἶνος ἄκρητος πολεῖς πολλοὺς, διαφθείρει πως Ⓦ ἄνθρωπον, ἀσθενέα. καὶ ἅπαντες ἂν ἰδόντες, τοῦτο γνοίης, ὅτι αὐτῆ ἡ δυνάμις οἴνου, καὶ αὐτός ἐστιν ἄλυσις. καὶ οἷόν γε τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μάλιστά γε δύναται, οἶδα μὲν. τοιαύτην δὴ βούλομαι ἀληθείην καὶ περὶ τῶν ἄλλων φανῆναι. τυρὸς γὰρ, ὅπερ τυτέῳ σημείῳ ἐχρησάμην, ὀ πολλοὺς ἀνθρώπους λυμαίνεται· ἀλλ' εἰσὶν οἳ ἱκανῶς πληρούμενοι, οὐδ' ὁπωσοῦν βλάπτονται· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσχνοῖσιν ἀνυμφόρειν δοκιμασίως πρέχεται. εἰσὶ δ' οἳ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι. διαφέρουσι δ' τυτέων αἱ φύσιες. διαφέρουσι δ' κἠ τοῦτο, ὅταν ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πολέμιον τυρῷ, ἐκεῖνο τοιοῦτόν ἐγείρεταί τε καὶ κινέεται. οἷόν ὁ τοιοῦτος χυμὸς τυγχάνει πλέον ἐνεών, καὶ μᾶλλον ἐνδυναστεύων ἐν τῷ σώματι, τυτέου μᾶλλον καὶ κακοπαθέων εἰκός. εἰ δ' ἅπασι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἰὼ κακὲ, πολλοὺς ἂν ἐξυμαίνει. τοῖσι δ' ἐν ἴοις ἐιδόσι, οὐκ ἂν πάθοι. τὰ δὲ ἐν τῆσιν ἀνακομιδῆσι, τῆσιν ἐκ τῶν νόσων, ἔνι δ' καὶ ἐν τῆσι νόσοισι τῆσι μακρῆσι γίνονται πολλαὶ συμπαθείαι. αἱ μὲν, ἀπὸ ταυτομάτου αἱ δ', καὶ ἀπὸ τῶν προσενεχθέντων τῶν τυχόντων. οἶδα δ' ἐγὼ ἰητροὺς ἐγὼ πολλοὺς, ὡς ἐγὼ ἰδιώτας, ἰὼ τύχωσι περὶ τὴν ἡμέρην ταύτην τὴ κεκαθαρμένοι, ὡς λουσάμενοι, ἢ περιπατήσαντες, ἢ φαγόντες τι ἕτερον, τοῦτο δ' πάντα βελτίω, προσενενεγμένα ἢ μὴ, ἐδόκεον ἧσσον τὴν αὐτὴν τυτέων ἰσχνὶ ἀναλθέα ἔχειν. ὃ μὲν ἄλιον ἀγνοεῖν ἔοικε· ὃ δ' συμφορώτατον, ἰὼ ὥσπερ τύχωσιν, ἀφανίσαντες. δεῖ δ' οὐ· ἀλλ' εἰδέναι τί λυθὲν ἀκαίρως προσπεφορημένον ἐργάσεται, καὶ τί κόπος. οὐδέποτε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθίη τυτέων, οὐδ' ἑτέρου, οὐδέ γε ἀπὸ πληρώσιος, οὐδέ γε ἀπὸ βρώματος, τοίου ἢ τοίου. ὅστις οὖν τοῦτο μὴ εἰδήσεται. ὡς ἕκαστα ἔχει πρὸς Ⓦ ἄνθρωπον, ὥστε γινώσκειν τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτέων δυνήσεται, οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς. δεῖν δέ μοι δοκέει καὶ τοῦτ' εἰδέναι, ὅσα τῶν ἀνθρώπων πάσχματα. ἀπὸ δυνάμιων ἔρχεται, καὶ ὅσα ἀπὸ σχημάτων. λέγω δὴ τί τοῦτο· δυνάμιν μὲν εἶ), τῶν χυμῶν εἰδέναι, τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχύς. σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. τὰ μὲν γὰρ, κοῖλά τε καὶ ὀξέος εἰς τενὸν ὀξέ στεινωμένα· τὰ δὲ, καὶ σκεπεπαμμένα· τὰ δὲ, στερεά τε καὶ [illegible]ώλα· τὰ δ', πλατέα καὶ ὀπισχρεμάμενα· τὰ δὲ, ὀβριστεταμένα· τὰ δ', μακρά· τὰ δὲ πυκνά· τὰ δ', μανάτε [illegible] καὶ τεθηλότα· τὰ δὲ, ἀσπογγοειδέα, καὶ ἁραιά. τοῦτο μὲν χρῆσιν ἐφ' ἑαυτὸ, καὶ ὁπισσασθαι ὑγρότητα ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος· πότερον τὰ κοῖλά τε καὶ σκεπεπαμμένα, ἢ τὰ στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ κοῖλά τε καὶ ἐς τενὸν ὀξέος στεινωμένα, δυνατ' ἂν μάλιστα. οἶμαι μὲν τοι τὰ τοιαῦτα εἰς τενὸν στεινωμένα ἐκ κοίλου τε καὶ βυρέος. καταμαρτύρειεν δ' δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φανερῶν. τοῦτο μὲν γὰρ, τῷ σώματι κεχλιωὼς, ὑγρὸν οὐδὲν ἀναπάσας [illegible] προσμυλλαίνας δ' καὶ συσείλας, πιέζας τὲ τὰ χείλεα. ἔνι τὲ αὐλὸν προσδήσαντα, ῥηϊδίως ἀναπάσας ἂν, ὅτι θέλεις. τοῦτο δὲ, αἱ σικύαι προσδησάμεναι ὀξέος εἰς στενώτερον ἐστενωμέναι, προὸς τοῦτο τετμέαται, προὸς ὃ ἕλκειν ἀπὸ τῆς σε-

Cum enim alij plærique sint, tum cibi, tum potus; natura praui, non tamen eodem modo hominem afficiunt. Quod ita se habere hac oratione veluti exemplo confirmo. Vinum merum copiosius epotum hominem quadam imbecillitate afficit, idque qui vident, omnes nouerunt eas esse vini vires, & in ipsum noxiam referunt, sed & quasnam hominis partes præcipue afficiat, nouimus. Quod & in reliquis ita plane constat. Caseus siquidem (quoniam hoc in medium protulimus) non omnibus est noxius, sed sunt nonnulli, qui vbi eo se expleuerint, ne tantillum quidem offenduntur, quinetiam gracilibus mirum in modum conferre perhibetur, quidam etiam non nisi cum molestia degunt. Horum autem naturæ hac ratione inter se differunt. Quod in corpore caseo est inimicum, ab eo excitatur & commouetur, in quibus eiusmodi humor plurimus in corpore redundat, quoque maiorem dominatum in corpore habuerit, eo grauius affici æquum est. Quod si vniuersæ hominum naturæ infestus esset, omnibus vtique noceret. Quæ si quis nouerit, nullo modo ab eis offendatur. In iis vero, qui ex morbis conualescunt, ac præterea longis morbis conflictantur, multi velut instructa acie conflictus fiunt, partim sponte, partim ex iis, quæ sine delectu offeruntur. Plerosque autem Medicos noui, qui non secus ac idiotæ, si quid forte eadem die innouassent, leuando videlicet, aut deambulando, vel alienum aliquem cibum edendo, quæ omnia etsi adhibuisse quam omisisse præstiterat, nihilominus tamen in eorum aliquod causam reiecerunt, cum quidem causam non agnoscerent, & id fortasse quod forte maxime erat commodum prorsus extinguerent. Quod certe minime facere conuenit, sed nouisse oportet quid balnei vsus intempestiui efficiat; quid item defatigatio. Neque enim ista eodem modo malè afficiunt, neque quicquam aliud, vt neque repletio, nequc hic vel ille cibus. Qui igitur hæc singula quemadmodum se ad hominem habeant, ignorat, is neque, quæ ab iis proueniunt, cognoscet, neque iis recte vti poterit. At vero mihi etiam cognoscendæ affectiones videntur, quæ homini tum à facultatibus, tum à figuris proueniunt. Facultatem quidem intelligo, extremas humorum qualitates & vires nosse; figuras vero, ea quæ in homine insunt. Quædam enim caua sunt, & ex latitudine in angustum coacta; quædam etiam expassa, alia solida & rotunda, alia lata & pendentia, alia distenta, alia longa; alia densa, alia rara & florida, alia vero spongiosa & laxa. Videndum certe quodnam ex his humorem ex reliquo corpore ad se attrahat & pelliciat, num quæ caua & expassa, an solida & rotunda, an quæ caua & ex latitudine in angustum contracta sunt, id maxime efficere possint. Ac mea quidem sententia, quæ ex cauo & lato in angustum contracta sunt. Ista vero ex rebus externis manifestè percipere licet. Veluti quidem si ore hiante fueris, nullum humorem attraxeris, vbi verò protensis labris constrinxeris ac compresseris, prætereaq; fistulá admoueris, quicquid libuerit, attrahes. Hoc vero quæ admouentur cucurbitulæ ex latitudine in angustũ contractæ declarant, quæ eum in vsum fabricatæ sunt, vt ex car-

ne trahant & auellant, aliaq; id genus permulta. Est autem earum, quæ intra hominem sunt, partium natura & figura eiusmodi, vesicæ, capitis, & vteri in mulieribus, eæq; maxime attrahere, & semper attracto humore refertæ conspiciuntur. Quæ vero caua sunt & expassa, ea affluentem quidem humorem omnium maxime recipiunt. Verum non perinde attrahunt. At solida & rotunda neque attrahunt, neque affluentem humorem recipiunt, qui certè circum elabitur, cum sedem in qua permaneat, non habeat. Spongiosa autem & rara, velut lien, pulmo & mammæ, prope admota maxime exugunt, eaq; præcipue accedente humore indurescunt & augentur. Neque enim, si in ventriculo humor insit, eumq; foris contineat, & singulis dieb. euacuetur, verum cum eum in seipso receperit, eumq; vacua & rara, ac parua penitus imbiberint, pro raro & molli durus & densus euadit, neque concoquit, neq; emittit. Istaque illi ex figuræ natura contingunt. Quæ vero flatus eorumq; conuolutiones in corpore efficiunt, ea in cauitatibus ac laxioribus spaciis, velut ventre & thorace, strepitum & sonitum excitare æquũ est. Cum enim non sic impleant, vt cõsistant, sed mutationes & motiones habeant, ab ipsis strepitum & euidẽtes motiones fieri necesse est. Quę vero tum carnosa, tum mollia, in iis stupores & repletiones quales iugulatis fiunt. Quod si in latum & renitens incurrat, eiq; aliquid resistat, quod natura neq; sit adeo robustum, vt vim eius sustinere, neque ab eo male affici queat, neq; ita molle & rarum, vt in se recipiat & cedat, sed tenerum, floridum, sanguine præditum, & densum velut hepar, ob densitatem quidẽ & latitudinem renititur, neq; cedit, flatus vero subiẽs increscit, robustior efficitur, & impetu in id, quod obluctatur, fertur; verum quia tenerum & sanguine præditum, doloris expers esse non potest. Easque ob causas tum grauissimi creberrimique dolores eo in loco excitantur, tum suppurationes & tubercula quã plurima. Quæ etiam circa septum transuersum, sed longe minore vi contingunt. Septi enim transuersi natura in latum protensa & renitens, cumque sit neruosior & robustior, ideo doloribus minus opportuna. In his tamen & dolores & tubercula exoriuntur. Permultæ præterea tum intra, tum extra corpus existunt figurarum formæ, quæ pro affectuum ratione magnopere differunt, tam in ægris, quam in bene valẽtibus, velut capita parua aut magna, ceruices graciles aut crassæ, longæ aut breues, ventres longi aut rotundi, thoracis & costarũ latitudo aut angustia, atq; alia sexcenta, quorũ omnium differentias nouisse oportet, quo cognita cuiusq; causa, eas recte obseruare possis. De humorum autem facultatibus, quemadmodũ etiam antea dictum est, quid eorũ quisq; in homine efficere possit, considerandũ, quaq; inter se cognationes habeant. Quod est, si dulcis humor in aliã formã mutetur, non per alterius contemperationẽ, sed ab aliis separatus qualis nam plurimũ futurus sit, amarus, an salsus, an acerbus, an acidus. Certe omniũ humorum, qui assumuntur, acidus minime accommodatus fuerit, siquidẽ dulcis omnium maxime accommodatus existit. Ad hunc modum si quis rerum externarum naturam inuestigando assequi possit, is semper ex omnibus quod melius est facile eliget. Optimum vero id est, quod lõgissime abest ab eo, quod humanæ naturæ minime est accommodatum.

κὴς ἓ ὁπιασᾶ ὃς, ἀνθ̀ά τε πολλὰ τοιαῦτ' ἔχοντα. τὰ μ̀ὲν ἔσω ὧν ἀνθρώπου, φύσις τε χρῆμα τοιοῦτον· κῦστίς τε ἓ κεφαλὴ, ἓ ὑστέρα γυναικός. τὰ φανερῶς τοῦτο μάλιστα ἕλκει. τὰ πλήρεα ἐστὶν ἐπάκτου ὑγρότητος ἀεί. τὰ δ' κοίλα τε σπλάγχνα, ὁπόταν ῥυῶσαν μὲν αὐτὰ ὑγρότητα μάλιστα δέξαιτο πάντων. ὁπιασάσαιτο μ̀ὲν αὖ, οὐχ ὁμοίως. τὰ δὲ στερεὰ ἓ τροχοειδέα, ὅτ' αὖ ὁπιασάσαιτο, ὅτ' αὖ ὁπόταν ῥυῶσαν δέξαιτο. ἀφιστάμενοι τε γὰρ αὖ, οὐ πάνυ ἔχει ἕδρην, ἐφ' ἧς μένῃ. τὰ δ' ἀσυμφυέα τε ἓ ἀραιὰ, οἷς ἁπαλὸν, πνεύμονι, καὶ μαζοὶ ἀφεστηκόσι μάλιστα αὐξάνεται καὶ σκληρύνεσθαι καὶ αὐξηθῆναι ὑγρότητος προσγιγνομένης τοῦτο μάλιστα. ἢ γὰρ αὖ ἦν ἐν κοιλίῃ ἐνῇ ὃ ὑγρὸν, ἔξω τε ἀφιείη, ἔξω τε ἀφιείη αὐτὴν ἡ κοιλίη τοῦτο, καὶ ἑξαπίνης οἱ αὖ καθ' ἑκάστην ἡμέρην. ἀλλ' ὅταν πίνῃ καὶ δέξηται ἐς ἑωυτὸν ὃ ὑγρὸν τὰ κενὰ καὶ ἀραιὰ, καὶ τὰ σμικρὰ πάντα. καὶ αὖτε ἀραιά τε καὶ μαλθακὰ, σκληρός τε καὶ πυκνὸς ἐγίνετο. καὶ ὅτ' ἐκπέσοι, ὅτ' ἀφίοι. τοῦτο δὲ πάσχει διὰ τὴν φύσιν τῶν χρημάτων. ὅσα δὲ φύσιν τε καὶ ἀφλέβια ἐνεργάζονται ἐν ᾧ σώματι, προσήκει ἐν μὲν τοῖσι κοίλοισί τε καὶ εὐρυχωρήτοισιν. οἷς κοιλίη τε καὶ θώρηξ, φόβον τε καὶ πάταγον ἐμποιέει. οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐμπλησθῶσιν ὧδε ὥστε ξηναι, ἀλλ' ἔχει μεταβολάς τε καὶ κινήσεις, ἀνάγκη ἐστὶν αὐτέων ἓ φόβον καὶ κτύπους φανεὰς κινήσιας γίνεσθαι. ὅσα δὲ σαρκώδεά τε ἓ μαλθακὰ, ἐν τοῖσι τοιούτοισι νάρκας τε ἓ πληρώματα, οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγεῖσι γίνεται. ὅταν μὲν ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ αὐτικνήμῳ, καὶ μὴ προὸς αὐτὸ αὐτιπέσῃ, ἓ φύσεσθαι τύχῃ, μήτε ἰσχνὸν ἐὸν, ὥστε δυνατὸν αὐτέχεσθαι τὸ βίης, ἓ μηδὲν κακὸν παθεῖν. μήτε μαλθακόν τε καὶ ἀραιὸν, ὥστ' ἐκδέξασθαί τε καὶ ὑποείξαι, ἀπαλόν τε καὶ τεθηλὸς, ἓ ἔναιμον ἓ πυκνόν. οἷς μὲν οὖν τὴν πυκνότητα καὶ πλατύτητα, αἰσθήσεταί τε καὶ οὐκ ὑποείκει. φύσας δὲ ὑποδεχόμενον, αὐξήσεταί τε καὶ ἰσχυρότερον γίνεται. καὶ ὁρμὰς μάλιστα προὸς ὃ αὐτιπᾶσον. ὅταν δὲ τὴν ἀπαλότητα καὶ τὴν ἀναιμότητα, ἃ δύναται αὖθις πόνων εἶναι. καὶ ὅταν μὲν ταύτας τὰς προσφάσιας, ὀδυνᾶται τε ὀξύπαντα καὶ πυκνότατα προὸς τὸ χωρίον γίνονται ἐκπυήματά τε ἓ φύματα πλεῖστα. γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ φρένας ἰσχυρῶς. ἥσσων δὲ πολλὸν. ὅταν μὲν γὰρ φρενῶν πλατείη ἓ αὐτικειμένη. φύσις δὲ νευρωδεστέρη τε καὶ ἰσχυροτέρη. διὰ ἥσσονα ἐπώδυνα γίνεται. τὰ δὲ τοιαῦτα, καὶ πόνοι καὶ φύματα. πολλὰ δὲ καὶ ἔσω καὶ ἔξω τῶν σωμάτων εἴδεα σχημάτων, ἃ μεγάλα διαφέρει προὸς τὰ παθήματα καὶ νοσέουσι καὶ ὑγιαίνουσι. οἷς κεφαλαὶ σμικραὶ ἢ μεγάλαι. τράχηλοι λεπτοὶ ἢ παχέες. μακροὶ ἢ βραχέες· κοιλίαι μακραὶ ἢ τροχοειδέες καὶ θώρηκες καὶ πλευρέων πλατύτητες ἢ στενότητες· καὶ διὰ μυελοὶ, ἃ δεῖ πολλὰ εἶδέναι ἢ διαφέρει· ὅπως τὰ αἴτια ἑκάστων εἰδὼς, ὀρθῶς θεραπεύσῃς. προσὸς δὲ δυνάμιος χυμῶν, αὐτέων τε ἕκαστος ὅ, τι δύναται ποιέειν ἐν ἀνθρώπου ἐσκέφθαι, ὡς τὸν καὶ τὰ προσφορώτερον εἰρέαι τὰς ξυγγενείας ὡς ἔχουσι προὸς ἀλλήλας. λέγω δὲ ὃ τοιοῦτον· εἰ γλυκὺς χυμὸς μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος, μὴ ἀπὸ ξυγκρήσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἑξισάμενος, ποῖός τις προσθεν ἦν οἷος, πικρὸς. ἢ ἁλμυρὸς· ἢ στρυφνὸς· ἢ ὀξύς. ἆρα ὀξὺς χυμὸς ἀνεπιτηδειότατος προσφορώτερον ἂν τῶν λοιπῶν μάλιστα εἴη. εἰ γὰρ ὁ γλυκὺς γε πάντων ὁπιτηδειότατος. ἔστιν εἰ τις δύναιτο ζητέων ἔξωθεν ὁπιτυγχάνειν,

δύναιτ' ἂν πάντων αἱρεῖσθαι ἀεὶ τὸ βέλτιον. βέλτιον δὲ ἐστὶ, τὸ προσωτάτω τοῦ ἀνεπιτηδείου ἀπέχον.

ΙΠΠΟ-

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

HIPPOCRATIS DE MEDICO, LIBER.

HOc ſcripto Medico imperamus & dicimus quomodo officinam Medicam inſtruere debeat. Ad eius quidem authoritatem mihi pertinere videtur, vt perſpiciat, quoad eius natura feret, bene colorato & optimè habito ſit corpore. Qui enim bona non ſunt corporis habitudine, vulgo exiſtimantur cæterorum curam non rectè habere poſſe. Deinde eius cultus mundus eſto, veſtis ſit decora, & vnguentis vtatur beneolentibus, citra omnem odoris ſuſpicionem. Iſtud enim iucundum eſſe ægrotantibus ſolet. Eum quoque ſpectare oportet, vt animi temperantiam excolat, non taciturnitate ſolum, verumetiam reliqua totius vitæ moderatione. Quod ad illi comparandam gloriam plurimùm adfert adiumenti. Bonis etiam ac honeſtis ſit moribus, vnaq; grauitatem cum humanitate coniunctam habeat. Temeraria nanque procliuitas & promptitudo, quáuis valde ſit vtilis deſpectui eſt. At conſiderandum quando his vti liceat. Eadem enim apud eoſdem, cũ rara ſunt, æſtimantur. Quòd ad geſtum attinet, vultu ſit ad prudentiam compoſito, non aſpero tamen, ne ſuperbus, & inhumanus videatur. Qui vero in riſum effuſus eſt, & ſupra modum hilaris, moleſtus habetur, quod vel imprimis vitandum eſt. Æquum autem in omni vitæ conſuetudine ſe præſtare debet. Nam cum omnibus in rebus multum ſit in iuſtitia præſidij, tum verò Medico cum ægris non parum eſt commercij. Ij enim ſe huic tractandos ſummittunt, iſq; nunquam non ferè cum mulieribus virginibus conuerſatur, réſque magni pretij contrectat, à quibus omnibus ſibi temperare debet. Atque his tum animi, tum corporis virtutibus, eum præſtare oportet. Quę verò ad artem Medicam præcepta pertinent, ex quibus artifex habendus eſt, & à quibus diſcendi initia ſumi debent, ab initio nobis breuiter ob oculos ponenda. Quæ ergo in officina Medica curantur, ea propemodum diſcenda ſunt. Ac primùm quidem domus locus tam commodus habeatur, vt neque accedens ventus moleſtiam afferat, neque ſol aut ſplendor grauis ſit. Lucis enim ſplendor, vt non ſit curantibus moleſtus, non item tamen iis, qui curantur. Is ergo prorſus vitandus eſt, per quem oculos offendi contingit. Atque hoc quidem de lumine præcipitur. Deinde verò vt nequaquam ſplendori facies ſit aduerſa. Oculorum enim aciem debilem moleſtia afficit, cùm quæuis occaſio debiles oculos perturbare poſſit. Atque hic luminis vſus eſto. Sellæ quo ad eius fieri poteſt, altitudine ſint æquales, vt illis ſeſe accommodent. Æris, præterquam in inſtrumentis, nullus vſus eſto. Talis enim ſupellectilis vſus, apparatus quidam moleſtus eſſe mihi videtur. Aqua iis qui curantur, potui commoda & pura exhiberi debet. Deterſoriis puris & mollibus vtendum, ad oculos quidem, linteis; ad vulnera verò ſpongiis. Hæc enim per ſe magno auxilio eſſe videntur. Inſtrumenta autem omnia ad vſum aptè comparata eſſe oportet conuenienti magnitudine, grauitate & tenuitate. Quæ verò admouentur, omnia quidem vt conferant, attendendum, potiſſimúmque ſi ad laborantem partem diutius adhæreſcere debeant, cuiuſmodi ſunt vincula, medicamenta, & ad vlcus adhibita linteа & cata-

1 Τὸ μὲν γράμμα ὅτιν ἐν τῷδ τοιῆσαι, καὶ τὸν δράγ-
γμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἐντεῦθεν. ἐν τῷδ μὲν
τοίνυν τοιῆσαι, ὁρίων δύναμιν τε καὶ δύσκρασιν ἔστι τοῖς
τὸν ἀφίξυσαν αὐτῷ φύσιν. ἀξιοῦν γὰρ τὸν τοῦτον πολ-
λοὶ μὲν οὐ δοκεύμενοι τὸ σῶμα ὅπως, ὡς δεῖ αὐτὸν ἑτέρων
ἐπιμελήσθαι καλῶς. ἔπειτα τοῦτο αὐτὸν καταίρειν, ὡς
ἔχειν ἐσθῆτι χρηστῇ, καὶ χείσμασιν εὐόδμοις· ὀδμὴν ἔχειν
αὐτοπρεπῶς τοῖς ἄπτεσθαι. τοῦτο γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαί-
νει τοῖς νοσέουσι. ὁ δὲ τὸν σκυθρωπὸν παιδεύειν τὸν ἥμερον
σώφρονα, μὴ μόνον τὸ σιγᾶν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸν βίον πᾶν εὖ
κατακτᾶσθαι. μέγιστα γὰρ ἔχει τοῖς δόξαν ἀγαθοῦ, τὸ δὲ ἦθος εἶναι
καλὸν καὶ ἀγαθόν. τοιοῦτον δὲ ὄντα πᾶσι καὶ σεμνὸν καὶ φιλάν-
θρωπον. 2 Τὸ γὰρ προπετὲς καὶ τὸ προχείρεον καταφερὲς ἐστι,
καὶ πάνυ χρήσιμον ἦν. σκοπεῖν δὲ ὅπῃ τὸ ὄξυσκον. τὰ γὰρ αὐ-
τὰ ταῦτα τοῖς αὐτοῖς ἀσμενέως ἔρχεται, ἀγαπᾶν. σημαίνει δὲ
ὅτου μὲν προσώπου, γνώσιος μὴ πικρὰς· αὐχμηρὸν γὰρ δο-
κεῖ εἶναι καὶ μισάνθρωπος ὁ δὲ εἰς γέλωτα αἰεὶ ἕτοιμος καὶ λίαν
ἱλαρὸς, φορτικὸς νομισθείη. φυλακτέον δὲ τὸ
τοῦτο, μάλιστα δίκαιον τοῖς πᾶσιν ὁμιλέειν εἶναι· χρὴ
γὰρ πολλὰ ἐπιχειρέειν, δικαιοσυνέων. τοῖς δὲ ἐν ἔργοις ὁ
μικρὰ γυναλλάγματα τοῖσι νοσέουσι ἐστιν. καὶ γὰρ αὐτοῖς
τοιαῦτα ποιέουσιν τοῖς ἐπεργάσι καὶ πᾶσαν ὥρην ὀντυ-
χάνουσιν γυναιξὶν, παρθένοις, καὶ τοῖς ἀξίοις πλείστου κτή-
μασι. ἐγκρατέως δὲ δεῖ τοῖς ἅπτεσθαι ἔχειν ταῦτα. τὸν
μὲν οὖν ψυχρὸν καὶ τὸ σῶμα, ὅτῳ δέχεσθαι. τὰ δὲ εἰς
τὸν ἰητρεῖον τοιοῦτον τοιῆσαι, δι' ὧν ἔστιν εἶναι 3
τεχνικὸν, ἀπ' ἀρχῆς γινωσκέειν, ἀφ' ὧν καὶ μανθάνειν
αὐτὸν ἄνθρωπος ἄρξαιτο. τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῳ θεραπεύσιμα,
σφέων μανθανόντων ἔστιν. δεῖ δὲ τοῦτον μάλιστον ἔχειν
τῆς οἰκίης. ἔστω δὲ τοιοῦτος οἷος μήτε πνεῦμα εἰς αὐτὸν προσ-
γινόμενον ἰσχυρὸν μήτε ἥλιος ἢ αὐγὴ λυπέῃ. φῶς δὲ
τηλαυγὲς τοῖς μὲν θεραπευομένοις ἄλυπον· οὐχ ὁμοίως
δὲ τοῖς θεραπεύουσιν ὑπάρχει. πάντως μὲν οὖν
τοιαύτην τὴν αὐγὴν μάλιστα φευκτέον, δι' ἣν ξυμ-
βαίνει τοῖν ὀφθαλμοῖν νοσέειν. τὸ μὲν οὖν φῶς, τοιοῦτον εἶναι
παρήγγελται. τοῦτο δὲ ὅπως μηδαμῇς ἐναντίως ἔξῃ τῷ 4
προσώπῳ τοῦ αὐτοῦ. προσπίπτουσα γὰρ τοῦ ὄψιν ἀσθενέως
ἔχουσαν. πᾶσα δὲ ἰσχνὴ προσφορὴ, ἀσθενέα τοῦ ὀφθαλ-
μοῖς ὑπολαβεῖν. τῷ μὲν οὖν φωτὶ, τοιοῦτον τὸ ἕδρον
χρηστέον ἐστίν. ἕδρη δὲ διφρεῖοις ὁμαλοῖς εἶναι τοῖς ὑψώσιν οἷς μήτε
ἄνισα, ὅπως κατ' αὐτοῖσιν. χαλκώματα δὲ, πλὴν τῶν ὀργά-
νων, μηδενὶ χρῆσθαι, κνημοπιτύς γὰρ οἷς εἶναι μοι δοκεῖ
φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. τὸ δὲ ὕδωρ παρέχειν
δεῖ πόσιμον τοῖς θεραπευομένοις, καὶ καθαρόν. τοῖς δὲ ἐπι-
πλάσμασι, καθαροῖς καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι. τοῖς μὲν
οὖν ὀφθαλμοῖς, ὀθονίοις· τοῖς δὲ τραύμασι, σπογγοις· 5
αὐτόματα γὰρ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. τὰ δὲ ὄργανα
πάντα δύνοιτο τοῖς τοῦ χρείαν ὑπάρχειν δεῖ μεγέθει
καὶ βάρει, καὶ λεπτότητι. τὰ δὲ προστιθέμενα ἅπαντα
μὲν χρὴ σωφρόνως ὅπως σωθείη. μάλιστα δὲ πλεῖστον, εἰ ὁ
μελεῖν μέλλει ᾧ νοσοῦντι μέρει. ταῦτα δέ ἐστιν ἐπισπάσματα,
καὶ φάρμακα· καὶ τὰ τοῖς τὸ ἕλκος ὀθόνια, καὶ τὰ κατα-

plasmata, quæ diutissimè in affectis partibus commorantur. At verò, quæ postea consequuntur, horum ablatio, refrigeratio item, & perpurgatio, & aquæ perfusio, parui cuiusdam sunt temporis. In quibus, si quid faciendum, magisne an minus adhibendum sit diligenter attendere oportet. Permagni enim interest, an his tempestiuè vsus fueris, an verò ea neglexeris. Est autem Medicinæ accommodata deligatio, ex qua, qui curatur vtilitatem percipit. Hæc autem duo, quibus vtendum est, maximè iuuát, comprimere vbi expedit, & remissè deligare. Quòd ad anni tempora videndum, quando contegere oporteat necne, simúlque ne imbecillitatis ignarus, vtro horum vtendum sit hæreas. Deligationes autem concinnæ, & ad speciem comparatæ, quæque nihil prosunt, repudiandæ. Sunt enim eiusce modi molestæ & omninò ad ostentationem factæ, ac plærunque ei, qui curatur, noxiam afferunt, qui non tam ornatum quàm vtilitatem requirit. At verò in iis, quæ manus operam postulant, & sectione aut vstione efficitur, celeritas ac tarditas ex æquo cõmendantur, cùm vtraque opus sit. Nam quibus quidem vna sectione manus opera perficitur, ea celeriter fieri debet. Nam cùm sine dolore sectio minimè contingat, debet id quod dolorem facit quàm minimo tempore adesse, quod fiet celeriter administrata sectione. At vbi multas fieri sectiones necesse est, tarda manuum opera vtendum. Qui enim celeriter sectionem adhibet, continentem multúmque dolorem infert. At qui intermittit, alleuationem quandam iis, qui curantur, exhibet. Quod de instrumentis etiam dicatur. Gladiolis enim acutis & latis vt vtendum, ita non in omnibus id ex æquo fieri edicimus. Quædam namque corporis partes velocem habent sanguinis impetum, quem continere non est facile, cuiusmodi sunt varices, & aliæ quædam venæ, quarum angustas sectiones esse oportet. Sic enim nunquam fiet immodica profusio, ab his tamen sanguinem interdum detrahere confert. In his verò partibus, in quibus nihil inest periculi, & quæ tenuem sanguinem minimè continent, latioribus gladiolis vtendum, alioqui sanguis nequaquam profluet. Est autem turpissimum per manus operam non assequi quod cupias. At verò cucurbitulæ duobus modis vtiliter admoueri possunt. Cùm enim procul ab exteriore carne fluxio constiterit, eius circulum paruum esse oportet, ipsa verò ventrem minimè amplum habeat, sed qua parte manu apprehenditur, prominens sit, & minimè grauis. Quæ enim est eiusce modi, in directum trahit, & procul distantes serosos humores ad carnem probè reuellit. At dolore per carnis magnitudinem dispersо, in reliquo quidem similis, sed circulus magnus sit. Hoc enim pacto, quod dolorem mouet, ex plurimis partibus quo oportet adducere comperies. Neque enim circulus magnus esse potest, quin caro ex pluribus locis contrahatur. Quæ verò grauis est, ad superiores partes vergit, ab inferioribus tamen magis detrahit, ita vt plerunque morbos minimè attingat. Instantibus igitur fluxionibus, proculque à superioribus partibus positis, lati circuli multa simul ex reliqua carne attrahunt. Quod facit vt inde tracta humiditas, ad serosum humorem, in inferioribus partibus collectum apponatur, & ea quidem, quæ molestiam afferunt, relinquantur, quæ verò nihil nocent, detrahantur.

τῆς ὀδὶ φύσει πρεπτοιημένη, κίνησιν ὁκὸς ἄλλοτε ἄλλη, ἀλλὰ λίην τὸ θύραμος ἔοῦσα πυθμαίνεται τε καὶ θερμασίῃ, καὶ χυμῶν κατεργασίῃ. πρώτῃ τε, ἐς πάσῃ διαίτῃ ἐς ἕκαστα ξυμπασι δεδημιουργημένη. ἐὼ μή τι ἐκ ἠρμοσμένης ἢ ἀπ' ἀρχῆς, ἔλλημμα ᾖ. ἐὼ δ' ἂν ᾖ ῥηϊτὸν τι ἐξιτήλου ἐόντος, πειρᾶσθαι ἐξομοιοῦν τῇ ἐπιτηδεμένῃ. φῦσιν γὰρ φύσιν ἐ μινύθημα καὶ ἀφαίρεσιν. φθυτὸν ὃ καὶ τείψις ὑπερβολίδων ἀφαίρεσιν ἀκέσιος. ὀδύνη τε πρόσκαιρος. ἀφαίρεσις γὰρ ἰητρείων ἀξιωσείων, ἀφαίρεσις κέκτησαι. ἀφαίρεσις ὃ τ' ὀλίζων, θύραμος ἐόν. ἐν γὰρ μέρεϊ, πόνος ὀλίζος· ἐν πάσῃ, ἱκανός. θύραισι ὃ θ' ὑπερβάλλω. ἀξίη γὰρ ἐπιτεχνῆς πρόσκασις. πρόσθεσις ὃ δ' ὀργάνων, καὶ σημείων ἐπιδείξιος, καὶ τῶν τοιούτων δήπουθεν μνήμην πρεῖναι. ἐὼ δ' ἐς εἵνεκα ὁμίλου θέλης ἀκροάσιν ποιέεσθαι, ὄκ ἀγαπητὸς ἐπιθυμέεις. μὴ ὦν τοι γε μὴ μαρτυρίης ποιητικῆς. ἀδυναμίῃ γὰρ ἐμφανὴς φιλοπονίης. ἀπρηνέομαι γὰρ ἐς χρῆσιν, ἑτέρῃ, φιλοπονίῃ μὴ πόνῳ ἰσοφυλλίῃ. δὲ ἐν ἑωυτῇ μοιρίῃ, αἵρεσιν ἐοῦσ' ἐχρίεσθαι. πρόσκαιρος γὰρ κηφιῶδος μὴ πρόσπομπῆς ἑτοιμοκοπίῃ. θύκτερη ὃ δ' ἀφάνεσις, ἐκτὸς ἐοῦσα ὀφθαλμοῦ. πρέσντων μὲν, οὐδὲν ὑπερτελές· ἀπεόντων ὃ, μνήμη ἀνεκτή. γίνε᾽ τοίνυν πάμμαχος ἀτυχίη, μὴ λοιμὴς νάφης. ἀφρόντις ἐοῦσα θύραπτος, ὁρισμοῖς τε καὶ ἐπαγγελίῃ, ὅρκοις τε πάμμεγέθεσι θεῶν, εἵνεκεν ἐν ὅσῳ πρόσκατέοντος νόσου, ἀναγνώσιος ξυνεχείης, κατηχήσιός τε ἰδιωτέων φιλαλυσιέων λόγως ἐκ μεταφορῆς δαιδαλευόμενοι, καὶ πρωϊνώτερον καταπορέων ξυνηθεσμένοι. τῶν μὲν οὖν τοιούτεων ὅποι ἂν καὶ ὑπισχνήσαιμι, ὄκ ἂν ὑπὲρ θεραπίης ξυλλόγου. αἰτήσαιμι δ' ἂν θαρσελέως βιάθλιον. ἰσοείης γὰρ θύραμος σωτεσις ἐν τοιούτοισι διεσταλμένη. τοιέων δ' ἂν δ' ἀνάγκαιον ἀξιωτέων ἐόντων πρόσκελεύομαι χρησίμων εἶ τι τρίβωμεν ὑστέρησιν δολιχῆς ἰσοείης. ὃς γὰρ ὑπερθύμως δολιχῆς μὲν πολυκρεδίης, ἀτρεκέως ἐπέλθῃ ἰσορέᾳ, μήτε χειροτεχνίης ἀτρεμοίτης. δὲ πρανέως τοιούτοισι, λέγεσι μὲν, πρόσεχειν ποιέεσι ὃ, ἐγκόπτων ξωεσταλυθίης διαίτης. μὴ μακρὴν ἐγχειρέῃ, τὸ κάμνοντος χρονίην ὑπιθυμίην αἴτησι. ἡ ξυγχωρεῖ ἐγχρονίη νόσῳ. ἐὼ ὃς πρόσεχε τυφλῶς ὃ δέον ὡς μέγας φόβος φυλακτέος. καὶ χάριν δ' ἧς ἐνότης πέρος ἀφανίζη πρόσεχε φυλακτέη. ἀκμὴ ἡλικίης, πρώτα ἔχει χαρίεντα. ἀπόλειξις ὃ, τοιοῦτον. ἀσαφὴς ὃ γλώττης γίνεται, ἢ δι' παθος, ἢ δι' τὰ ὦτα. πρίν τε πρότερα ἑξαγγέλλῃ, ἕτερα ἐπιβάλῃ. ἢ πρὶν ὃ δέον σημῆναι εἰπεῖν, ἕτερα ὑπιδέξασθαι. ὃ μὲν αὖ πάθος ὁρατῶ λελεγμένου μάλιστα ξυμβαίνει, φιλοτεχνοῦσιν. ἡλικίη σμικρὸς ἐόντος τῶ ἐπιστοχειρίῳ, δυνάμιος ἐνίοτε πάμπολλος. νόσος ἀταξίη, μηχὴς σημῆναι. κρίσις ὃ, ἀπόλυσις νόσου. μικρὴ αἰτίη, ἄκεσιν λύεται. ἐὼ μήτι πρὸς τόπον καίριον πάθῃ. δὲ τι ξυμπάθησις ἐπὶ λύπης ἐοῦσα ὀχλέει, δι' ἕτερου συμπαθείης ἐνίοτε ὀχλέονται. καταῤῥόθησις λυπεῖ φιλοπονίης χαλεπὴς ὕπο. πρᾴτησις ἀλυώδης, τόπος ὀνησιφόρος.

IN

IN SINGVLOS HIPPOCRATIS LIBROS, BREVES NOTÆ.

IN HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

VORSVM pertineat hoc libris Hippocratis præfixum iusiurandum, ex Diuo Hieronymo & Scribonio Largo aperuit Turnebus cap. 21. lib. 19. Aduersariorum, aliique adscripserunt. Præterea quoque Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri Cæsarij fratris, adiuratorem vocat Hippocratem, quod ex hoc iureiurando, velut formula quadam, conceptis verbis iurare cogerētur, quicunq; Medicinæ artē profiteri atq; exercere constituissent, vt ad artē sanctè & integrè exercendā, iurisiurandi religione adigerentur. Hanc velut ex scripto sponsionē, ac stipulationē scripto consignatā ξυγγραφὴν hic vocat, qua se exoluturum, eamq; plane præstiturū, religioseq; obseruaturū spondet & vouet. ὅρκον autem istum εἰς τὴν τῶν τέχνης σωτευόντων λόγον primum reponit Erotianus, quod ad artis splendorem spectet vel maximè, eaq; ratione ab eo τὰ τέχνης auspicati sumus.

[2] Ἀπόλλωνα ἰητρὸν] ἰητρὸν Medicum, tanquam Medicinæ inuentorem, Medicorum Deum ac præsidem.

[3] ἡγήσασθαι μὲν] ἡγήσασθ᾽ ἢ legunt exemplaria quædam manuscripta Regia. Sed ἡγήσεσθαι, ἢ καὶ νάσεσθαι, & πείσεσθαι videntur legisse omnes interpretes, quos etiam secutus sum, idque alij quoque annotarunt.

[4] ἴσα δ᾽ ἡδίστην ἐμοῖην] ἴσα δὲ legunt exemplaria manuscripta. Et in quodam manuscripto exemplari ad hunc locum adscribitur, οἱ μὲν πρὸς γονέα, οἱ δ᾽ συνηδίστην, additurque testimonium ex Philebo & Rintho, neque tamen id satis purum, quæ videtur esse illius dictionis (ἡδίστην) explicatio.

[5] ἀλλὰ μισθοῦ δὲ ξυγγραφῆς] Hic ξυγγραφὴ ex scripto sponsionem, aut pactum ex scripto & syngrapha significat, & literas sponsorias, rectè Latinè syngrapha, aut syngraphus dicitur, velut cum populo agere ex syngrapha, apud M. Tullium Orat. pro Murena, & per syngraphas argentum reddere, in oratione de Respons. aruspicum. Istumque locum in nostra OEconomia subnotauimus.

[6] παιδαγωγέλιός τι ἢ ἀκρόασις] Quid sit hic παιδαγωγέλιον, quidque ἀκρόασις satis videmur explicasse in nostra OEconomia, hoc subnotato loco. Quædam tamen exemplaria παιδαγωγέλιος pro παιδαγωγέλιος adscribunt. Dicuntur autem συγγεγραμμένοι οἱ μαθηταὶ, qui Medicinæ sacramento addicti, nomina dederunt, eamque profitentur, velut συγγεγραμμένοι πατέρες Plutarcho, qui patres conscripti Latinis, & in senatum allecti.

[7] ὅτι δικαίως ἢ] Istud ad ægros referri potest, quemadmodū etiā retuli cum interpretibus omnibus, vt profiteatur se victus rationem pernicioſam & improbam euitaturum. Potest etiam de se intelligi, quo sanctius Medicinam tractet, sibi ab omni maleficio & improbitate temperaturum, vt longe à se omnem noxiam facessat, quemadmodū sumpsit Caluus. Qui sensus ad Medici dignitatem & integritatem prorsus mihi spectare videtur. εἴρξω autem vt χρήσομαι, aut χρήσεσθαι vt εἴρξειν legendum, quod recte annotauit Opsopœus, etsi χρήσασθαι quidam adscribunt.

[8] ὃ δίκαιον ἢ δὲ φάμακον] Meminit huius totius loci Scribonius Largus in Proœmio. Cum enim scientia sanandi, non nocendi Medicina, magni æstimauit Hippocrates, eius nomen decusq; conseruare, pio sanctoque animo quemque secundum ipsius propositum se gerentem. Adeo vt ne hostibus quidem, malum medicamentum daturus sit, qui sacramento Medicinæ legitimè est obligatus. Quia Medicina, non fortunā, neque personis homines æstimat, verùm omnibus æqualiter auxilio suo succursuram se pollicetur, nullique vnquam nociturum profitetur.

[9] ἐκχωρήσω ἢ] Hoc loco mihi duplex sensus animaduertendus videtur, vt dicantur ἐρκεῖ ὀφείλειος ἢ ἢ, magistri secandi calculi periti (quos publico nomine etiam operatores vocant) quique eam artem profitentur: vel ἐκχωρήσω ὀφείλειος, ἢ δι, vt sit, id muneris illis concedam, aut hoc munere illis cedam, locumque secandi calculi & eius rei faciendæ facultatem dabo.

[10] ἢ φθορίοις] φθορίῳ hic Gorrhœus abortiui fœtus eiectionem & corruptionem intelligit. Mihi vero φθορίῳ omnem morum corruptelam, & vitam omnem scelerum genere coinquinatam significare videtur, nec tam animi quam corporis impuritatem respicere, & ad pudicitiam læsam referri. Idem quoque ἄλλοις legit, & ἢ πλάνοις exponit, quod ab aliis annotatum video, tum etiam quod quædam exemplaria φθορῆς hic pro φθορίοις legunt.

[11] καὶ αἰδρείοισι] αἰδρείοις legunt alia exemplaria, αἰδρείοισι verò exemplaria Regia manuscripta, quam lectionem etiam alij annotant.

[13] καὶ μὰ ξυγχέοντι] Id eleganter nec sine translatione dictum videtur, ab his qui numerorum aut calculorum rationes permiscent, confundunt, conturbant, & inanes reddunt, aut ab iis qui nimio ære alieno obruti, rationes omnes & fortunas conturbant, vnde Conturbatores dicuntur.

IN HIPPOCRATIS LEGEM.

ΙΗΤΡΙΚΗ [1] πρηΐων μὲν] Hic libellus ab Erotiano accensetur inter eos qui εἰς τὴν τῶν τέχνης πεπόντων λόγον referuntur, & post ὅρκον adscribitur, ideoq; hic illi locum secundum attribuimus.

[2] σεῖσμον γὰ] Exemplaria quædam Regia manuscripta in margine ζημία adscribunt, quod videtur esse glossamentum quoddam, vt adscripsimus in nostra OEconomia.

[3] τοῦ ἐξ αὐτέης συγκειμένης] συγκειμένης vitiosè legunt quædam exemplaria manuscripta.

[4] ὅτιόλον ἡμέσθαι] Istud quoque in OEconomia nostra exposuimus, simulque indicauimus exemplaria Regia manuscripta ἐπίδολον legere, & μαπχὸν aut γνωσικὸν explicare.

[5] πρόπω δ᾽φύσις] πότω δ᾽φύσις legi cum Cornario & Zuinggero, & locum natura accommodatum ad Medicinam tum faciendam, tum tradendam intelligo: etsi πρόπω δ᾽φύσις non reiicio, quemadmodum alij legunt & Caluus, vt optimam morum indolem intelligas, quæ sit à natura comparata, & sub ea comprehendatur.

[6] ἐν πρόπῳ] Sic legunt omnia exemplaria veluti antea, sed ἐν πότῳ legendum.

[7] ἀμάθησις ἐμφυσιωθεῖσα] Sic legunt quotquot nobis videre licuit exemplaria, vt sit sensus, quo inflata ac veluti tumefacta disciplina, hoc est impleta aut fœta, & veluti grauida reddita, fœlices & bene maturos ac copiosos fructus proferre queat. Nos grauidatam diximus, velut M. Tullius libr. 2. de nat. deor. terram seminibus grauidatam. ἐμφυτευθεῖσα tamen legisse videntur Caluus & Cornarius, aut ἐμφυθεῖσα.

[8] ἢ δὲ ἐνισχύσει πότῳ] ἐνισχύει legunt exemplaria Regia manuscripta, & ἢ πραφλώσῃ.

[9] ἐς τὸν ἰητρικὸν τέχνῳ ἐσεγκεκμένους] ἐπισεγκεκμένους habent exemplaria quædam manuscripta, quædam etiam ἐπισεσεγκεκμένους.

[10] ἢ ὅταν δ᾽ ὕπαρ] Hunc locum in nostra OEconomia expressimus & exposuimus.

[11] ἀ μὲν οὖν ὑπεσήμανα] Hæc deleui ex melioribus codicibus, cum neque ab interpretibus legantur, neque in Aldino codice adscribantur.

[12] ἀρχίσιον ὑπεσήμανα] Et hunc locum in nostra etiam OEconomia expressimus.

IN LIBRVM DE ARTE.

HVNC libellum Hippocr. tribuit finitionum Medicarum author. Erot. verò illius multa citat testimonia, eumque εἰς τὴν τῶν τέχνης τεπόντων λόγον tertium refert, & τῶν τέχνης passim inscribit.

[2] ἃς μὲν εἶσι] Manuscripta exemplaria Regia legunt, ἃς μὲν εἶσι τῶν ἀξιοφανερόμενοι, ἢ χ᾽ ὑγιὰ λέγω. Quæ lectio etiam adscripta est à Zuinggero.

[3] ἀλλ᾽ ἰσοείσεικεν] Hic adscribit Gorrhœus ex communi sermone locutum Hippocratem, ideoque ex sensus consecutione indicasse eos suam imperitiam manifesto prodere. Quæ interpretatio etsi vera est, & à Cal. fortasse etiam animaduersa, qui (quales essent demonstrauerunt) dixit: mihi tamen ad nō ambitiosam cognitionis & scientiæ suæ ostentationem referri aptissimè videtur, quod etiam fecerunt reliqui omnes interpretes, vt mihi valde suspecta sint exemplaria, quæ hic εἰκάσις præfermittūt. Adde quod codices manuscripti Regij quidā pro ἰσοείσεικεν ἰσάσεως adscribūt, quod mihi videtur glossema esse quoddā.

[4] ἐμοὶ δ᾽ τὸ μὲν π τῷ μὰ ὑφηλῷν] Codices manuscripti Regij quidam legunt, τῷ ἐκατῷ ὑσεισκωμῷν.

[5] ἀλλὰ καπηγελίη μᾶλλον] καπηγελίη legitur apud Galen. in Exegesi, & exponitur καπορρᾴωσιν, καπολογίαν, vt scripsimus in nostra OEconomia, istumque locum subnotauimus & aperuimus. ἀπιχίης etiam legitur in quibusdam codicibus manuscriptis, quod annotauit quoque Zuinggerus. Verum ἀπιχίη habent meliora exemplaria.

6 κακίης ἐπαυρέειν] τῇ κακίῃ ἐπαυρέειν legit Gorrhœus.

7 τοῖς ἐς ἰητρικὴν οὕτως ἐμπορευομένοις] Hæc elegans est phrasis, qua indicantur qui calumniando artem Medicam quæstũ aucupantur, aut ex artis reprehensione nundinationem faciunt, quã aperuimus in nostra OEconomia. In codicibus autem Regiis quibusdam manuscriptis, ad hunc locum adscribitur, ἐμπορευομένοις καθεδοπορεῦσι κέρδεος ἕλευθερίῃ χρέεν. Quod certè mihi videtur esse interpretamentũ quoddã, præsertim cum addatur Homericum testimonium, his verbis: Ομηρος φησι, ἐμπορον δ' ἀνὴρ ἐπήβολον, ἠδ' ἐρέτην. qui versus est 319. ὀδυσ. β. decurtato tamen sensu. Addendum enim γίνομαι ex sequẽti versu videtur.

8 οὐ γὰρ δὴ ἔστι γ' ἰδεῖν] Cornarius & Zuinggerus μὴ δὴ ἔστι γ' ἰδεῖν legunt cum Caluo, quod ea quæ non existunt, verè intueri non liceat. Sed malui codicum pluralitatem sequi cum Gorrhœo, & mihi hæc lectio optimè quadrare videtur.

9 ἀλλ' ὅπως μὴ ἐκ εὖ] Hoc aliter sumunt interpretes, mihi tamen hæc vera videtur interpretatio, Gorrhœus ad ea quæ verè existunt retulit, quod quæ oculis cernuntur, & mente esse cõprehenduntur, ea verè existere inficiari quis nequeat. Caluus & Zuinggerus ad ea quæ non existunt referunt, quæ non æquè ac ea quæ verè existunt, percipiuntur. Sed mihi propius ea quæ oculis cernuntur, & verè esse mente comprehenduntur, respicere videntur, quæ & perpetuò talia esse cernuntur, & animo concipiuntur, veréque existunt, neque aliter contingere in rerum natura potest. Quo etiam sequens ratio refertur.

10 ἐν ἄλλοις αὖ λόγοις] Exemplaria quædam Regia manuscripta λόγοισι legunt, quædam etiam αἰαλόγως, quod etiam annotauit Zuinggerus.

11 ἰητρικὴν ἔξι] Hanc artis definitionem sumit author definitionum Medicarum, vbi legitur πάσχειν ἀπαλλάσσειν τῆσι νοσημάτων τοὺς κάμνοντας.

12 καὶ τὸ μὴ ἐγχειρεῖν] Huius cautionis meminit Galen. Comm. ad aphor. 19. lib. 2.

13 εἰδότας ὅτι τοῖσι ἐοῦσι ἐ δοκέοντι] Caluus ὅτι πάντα τοῖσι ἐοῦσι ἐ δοκέοντι legisse videtur, quam lectionem etiam sequitur Definitionum Medicarum author, nisi quod illic legitur ὅτι πάντα τοῖσι δοκέουσι.

14 ἢ αἱ ἕκαστος ὠνῆται] Istud ad eos qui suis rationibus artem Medicam turpiter incessunt retuli, cum Cornario & Caluo, Gorrhœus & Zuinggerus ad rationes ipsas, & earum pondus aut momentum.

15 ἢ κ δοκιμάσῃ μὴ ἐπ' αὐτοῦ] πρὸ τέχνου legunt exemplaria Regia quædam manuscripta, non omnino improbando sensu.

16 καὶ ὅτι μὴ ἀρθὸν] ἓ εἶτε μὴ ὀρθὸν legunt exemplaria Regia quædã manuscripta, eademq; ἀλλ' ὃς αὖ ἀφιτύχοιεν legunt. Quas etiã lectiones annotauit Zuinggerus. Quædam etiam ἄλλως τ' ὅτι τύχοιεν ποιοῦσι habent, quam lectionem secutus videtur Cornarius. Verum peruulgata lectio mihi multò magis probatur.

17 ἢ τῇ ἁπάντων τέκτοσι παρεχῇ χρῆσθαι] Παρεχῇ legũt exẽplaria Regia & Vaticana, vt istorum omniũ promiscuũ vsum indicent.

18 καὶ εἴτι τ' ἐβλάβησαν] Pro his omnibus exemplaria Regia manuscripta habent, ἢ ὅ, τι τὸ βλάψαι ἐο τῇ βλαβείῃ. Quæ lectio minimè aspernanda est.

19 ἐσσὸ φαρμάκων] ὅτι φαρμάκων legunt exemplaria Regia manuscripta.

20 ἀγνοεῖ μανίῃσι ἁμίζεται ἀγνοίῃ μᾶλλον] Quædam exemplaria ἀνοίῃ μᾶλλον legunt, quæ secutus est Cornarius.

21 ἐ μὲν ὅτως ἀφρόνων] ἄφρονες legunt exempl. quædam manuscripta, vt Aldina, quam lectionem secutus est Cornarius, reliqua & plurima ἀφρόνων. Manuscripta etiam quædam exemplaria Regia, ἢ ὅτι ὑπολειπόμενοι legunt.

22 τὰ μὲν δὴ ἐς τὰ ἐντὸς] Hæc non legũtur in duobus codicibus Regiis manuscriptis, neque ea legit Caluus, vt suspicio sit in Vaticanis desiderari exemplaribus, vt & in Aldino. Quædam etiam exemplaria, pro ἢ εἰδαίνοντα, ἢ οἰδήμασιν legunt, vt videtur etiam legisse Caluus.

23 ταὐτὴ ἐστὶ] ταὐτὰ ἐστὶ legunt manuscripta exemplaria Regia & Vaticana.

24 ὅπου δεῖ εὐπορέειν τέχνου] τῷ τέχνῳ legunt exemplaria Regia manuscripta & Vaticana.

25 καὶ τῷδε νηδυῒ] Hic νηδυῒ cauitatem dixi, quod Erotianus πᾶσαν κοιλότητα hic exponat. Potui nihilominus ventrem eam cauitatem dicere, vt cæteri interpretes, idque fecimus in nostra OEconomia, vbi hunc locum expressimus.

26 πᾶν γὰρ τὸ ἀσύμφυτον] πᾶν γὰρ τὸ ξύμφυτον legitur apud Erotianum, sed vitiosè vt apparet.

27 ἐν τοῖσιν εὐσάρκοισιν ἔξι δέδεκται] ἐν τοῖσιν εὐσάρκοισιν ταὐτὰ ἔξι δέδεκται, legunt exemplaria quædam Regia manuscripta.

28 πολλαὶ δ' ἀφορύσιαι μεσέουσιν] ἀφορύσιες hîc quid sint, exposuimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco.

29 φορβεσμὰ] φορβεσμὰ legunt exemplaria Regia manuscripta.

30 ὅ, τι οὐκ ὕπαφρόν ἐστι] Erotianus hic ὕπαφρον legit, & πρυσῶν exponit. Quem locum in OEconomia nostra exposuimus. Ad eamque lectionem accedunt exemplaria quædam manuscripta, quæ ἐσπόφορον legunt, hoc est cauernosum. Idem etiam θαλάμας hic καταδύσεις exponit, latibula diximus, loculos, cellas & penetralia, aut foculos intelligentes.

31 ὃς ἐκ διοιγμῶν] διοιγμῶν legũt exemplaria Regia manuscripta quædam. Quam lectionem etiam adscribit Zuinggerus.

32 οὐ γὰρ δὴ ἀφθαλμοῖσι] Hæc ratio facit vt Erotiani lectio quæ ὕπωφρον legit mihi plurimum arrideat, eamque veluti genuinam & ἀρχαῖαν esse spondeam, etsi mihi defecta & vitiosa videatur. οὐκ ὕπωφρον enim legendum esse res ipsa clamat, & quod idem subiicit, εἰ σωθεῖεν καταδύσεις θαλάμας λέγοντο, εἰκότως πᾶν τὸ κεκρυμμένον, κρυφαῖόν ἐστι καὶ ὕπωφρον.

33 διὸ δὲ ἄδηλα] διὸ δὴ legunt exemplaria Regia manuscripta.

34 ὅσον αἵ τε τῶν νοσεόντων φύσιες] ὅσαι τῶν νοσούντων φύσιες legunt exemplaria quædam Regia manuscripta & Vaticana.

35 μετὰ πλείονος μόχθου] Hîc codicum pluralitatem secuti sumus, etsi plurimum mihi arridet Gorrhœi lectio, quam ex Aldino codice hausit. Exemplaria autem quædam Regia manuscripta hic legunt, ἓ μετ' ἐλάσσονος χρόνου ἔξι, ἓ ὧν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶται τε καὶ γινώσκει.

36 καὶ ῥᾳδιώνη μᾶλλον] Hic ῥᾳδιώνη facilitatem ac lenitatem quandam significat, qua ars Medica inter curandum vtitur, cum medicamenta dolores alleuantia & benigna potius quam exasperantia instituit, amicéque potius ægrum, & vt Medicum naturæ administrum æquum est, quam aspere, & hostiliter tractat. Alioqui ῥᾳδιώνη dici potest matura quædam tarditas & cum prudentia coniuncta, quæ præcipiti temeritati & inconsideratæ lenitati opponitur.

37 ὅσῃ τε τῶν τῶν κεκμηώντων ἐλιγωρείῃ. ὑπιόντα γὰρ] Hanc lectionem secutus sum codicum pluralitate fretus, cum Corn. & Zuinggero, in qua ὑπιόντα pro αἰαβάλλον aut αἰαπτάν mihi poni videtur, vt ægri ipsi sua negligentia curationem differant, sed tum demum morbis correpti, curationi se committunt. Vaticana exemplaria cum Aldino sic legunt, ὅσῃ τε τῶν τῶν κεκμηώντων ἐλιγωρείῃ ὑπιόντα, quod morborum impetum & vehementiam respicit, qua velut hostiliter ægris ob negligentiam insidiantur, eosque inuadunt & aggrediuntur. Quæ lectio certè arridet, eamque secutus est Caluus & Gorrhœus. Verùm in eo quod sequitur vitiosa sunt exemplaria, οὐ λαμβανόμενα N. expungenda enim negatio videtur. Exemplaria manuscripta Regia, hic σεσηπότα pro σεσηπότα legunt. Zuinggerus etiam ὑπερπίπτον pro ὑπιόντα legi adscribit.

38 ἀλλ' αὐτέων ὅσα] ὅσα πυρὶ δημιοργικῷ] legunt exemplaria Regia manuscripta, & ἄλλοι.

39 μὴ τὸ τοῦτο ἀφθῆναι] Exemplaria quædam Regia manuscripta cum Vaticanis & Aldinis istud sic legunt, ἢ ὅσα μὴ τὸ ἀφθῆναι ἀμφὶ, alia etiam ἔμπροσθεν legunt, quæ lectio magis probatur.

40 ἐλλιπνύει] Hæc mihi videtur germana lectio, etsi ἐλλιπνύειν legunt exemplaria Regia manuscripta, cum Vaticanis & Aldinis. Eadem quoque Regia habent καίτοι εἰ κἀκάνας. Hic autem mihi sensus esse videtur, artes non tam operis celeritatem requirere, quam vt ritè & decenter, neque perfunctoriè tractentur, in quibus sine idoneo instrumento nulla sit operis efficacitas, eaq; instrumenti mora quamuis operis perfectionem retardet, ideoq; ad emolumentum plurimum officiat, ea tamen pluris æstimatur & præfertur. Et mihi tamen probè conscius sum, reliquos interpretes aliam huius loci notionẽ esse secutos: verum ista mihi magis probatur. Adscribendum quoq; videtur quędam exemplaria λισπελέου pro λισπελέπρον adscribere.

41 τὰ πάντα πάντες] Ionica est phrasis pro ἃ πάντες, idque ad id quod omnibus est manifestum retuli, pluralitatem secutus. Caluus & Gorrhœus ad aliarum artium artifices retulerunt.

42 φωνῆς τε γὰρ λαμπρότητα] Quædam exemplaria manuscripta λαμπρότητα ἓ βραδυτῆτα, ἢ ῥευμάτων legunt.

43 ἀνάγκας εὕρηκεν] εὑρήσει legunt exemplaria manuscripta Regia, Vitiosa est autem Vaticanorum manuscriptorum lectio, ἀνάγκῃς εὕρη, κενῆσιν ἡ φύσις ἀζήμιος μεθῆσιν.

44 τὰς τε πίστιας] Vaticana exemplaria τὰς τ' ἀπίστιας legunt, quæ videtur secutus Caluus, sed πίστιας lego cum reliquis omnibus interpretibus, & ad morborum cognitionem retuli, alij ad fidem quam ægri Medico adhibent. Cornarius etiam βραδυτέρας pro βραχυτέρους legisse videtur.

45 ἢ τολμῆσαι καθαιρεθέντες] Hic mihi artis Medicæ peritos exprimit, qui non tam persuasoriam verborum eloquentiam affectant, quam vt bene medendo, & bene curando, ipsisque artis operibus suam scientiam probent. Scio alium esse interpretum sensum, sed hic mihi valde probatur. καθαιρεθέντες etiam quidam legunt, hoc sensu, non quod orationis dictionem negligant;

gligant. Tum enim vel maximè arti Medicæ sua dignitas constat, cum ad operis fidem, dictionis puritas aut oratio non inelegans accessit.

IN LIBRVM DE PRISCA MEDICINA.

1 Ὅσοι ἐπεχείρησαν Hunc quoq; librum Erotianus tertium εἰς ἃ ἐβουλήθη τέχνης τινόντων λόγων recenset.

2 ἀμφὶ τέχνης ἐούσης] αὐτὴ τέχνης legunt exemplaria Regia quædam manuscripta.

3 μὴ δ' ἐν αὐτῇ ἔσκεπτο] Exemplaria Regia M.S. μηδὲν αὐτῇ ἔσκεπτο, ἢ μηδὲν αὐτῇ δέοιτο legunt, & ἀνεπίσκεπτοι pro αἰτιώμενοι habẽt.

4 ἢ φύσει π] Sic ferè omnia exemplaria, sed φησί π, lego, aut φησί π, vt Vaticana & Aldina.

5 ἐδόκει γὰρ ἕτερον] Sic legunt omnia quotquot videre licuit exemplaria, quæ secutus sum. Caluus & Cornarius pro ἕτερον ἀδύτερον legisse videntur.

6 ἢ καὶ ἄλλα δέοιτο μυθώδεις] Hanc lectionem ex codicum pluralitate secutus sum, quæ sic mihi constare posse videtur. Etsi probo eam lectionem quam adscribunt exemplaria Regia manuscripta, εἰ μὴ καὶ ἄλλα δέοιτο μυθώδεις ξυνίφερε, ἢ μὴ ἐοῦ ἕτερα τοιούτων ἐελπίω, propterea quæ sequuntur. Scio Gorrhœo aliam placuisse lectionem. Vitiosa sunt exemplaria Aldina, quæ δέοιτο μὴ legunt, & ἢ εἰ μή.

7 οἱ ἀπὸ τυτίων ὄ] Sic legunt ferè omnia exemplaria, οἱ ἀπὸ τυτίων quædam manuscripta, ἀπὸ τυτίων Aldina. Corn. & Gorrhœus, ἀπὸ τυτέων γὰρ legunt.

8 ἢ φορύξαντες] φρύξαντες legunt exemplaria Regia manuscripta, & Vaticana & Aldina. φορύξαντες autẽ ex hoc loco mihi videtur legisse Galenus in Exegesi, & φυράσαντες exponere, vt scripsimus in nostra OEconomia.

9 ἅμα δὲ τυτίῳ φρυγματινοειδέϊ] Cum maza antiquis vilior cibus fuerit, illud varium eius & operiosiorem apparatum indicare mihi videtur. Est enim apud antiquos μάζη τετμὴ & ῥαστὴ, & μάζα ἄτμητος, & μάζα ξηρὴ ἢ ὑγρὴ, & μάζα πεφυρμένη, & ἐυθὺς πεφυρμένη ἥδε. Est & μάζα μαλθακὴ de quibus omnibus agitur apud Hippocrat. variis in locis.

10 σωπεΐη] Pro σωπείη, σωπείης vitiosè legitur in quibusdam exemplaribus Regiis manuscriptis.

11 ὅπερ καὶ τὸ αὐτέων] Cornarius & Zuinggerus ad ciborum confectionem illud referunt, ego vero malui ad certatores & athletas referrre cum Caluo & Gorrhœo.

12 ἢ τῷδε ἑλλίων ὄμοιοι] ὅμοιοι legunt exemplaria quædam Regia manuscripta pro ὅμοροι.

13 ἢ ταῦτα τῷσι τε χρήσεσι] πιχνήσεσι pro χρήσεσι legunt exemplaria Regia manuscripta, qua notione variam præparationem ciborum ac medicamentorum comprehendunt.

14 τὰ ἰσχυρότατα μάλιστα] Illud ad vehementissimas & euidentes dolorum causas retulit Gorrhœus, ego ad valentissima edulia, quę sunt euidentissimæ & maximæ dolorum causæ, quod etiam cæteri fecerunt interpretes.

15 ἀλλ' ὕπαυτόν] Mihi placet occultum morbum esse, & quem neque qui in victu peccat sit cogniturus.

16 ἢ ὕδατον ὑγιαίνων] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Mihi tamen videtur legendum, ἢ οὐχ ὕδατον ὑγιαίνων τῶν ποιήσας ποιήσει. Apta enim sic & congrua mihi videtur redditio. Quod alioqui effecit vt Cornar. & Zuinggerus aliam sibi lectionem finxerint. Sed nos exemplarium consensum secuti sumus, idq; mihi velle Hippocr. videtur, non aliam fuisse mentẽ eius qui agrestem illum ac ferinum victum, in mitiorem & politiorem commutauit (quamuis ea victus ratio sit ægrotantiũ victus ratione magis noxia) & illius qui ægrotis debitam victus rationem instituit, proindeq; vtramq; vt rectè esse inuentam, ita & eam quæ ad Medicinam spectat, via & methodo esse inuestigatam & constitutam.

17 ἀλλὰ ξυμβαίνῃ αὐτέων ἐπιτέρεσι] ξυμφέρει pro ξυμβαίνῃ legũt exemplaria manuscripta Regia & Vaticana, quæ secutus est Cal.

18 οἱ γὰρ ὧδε ἐσθίουσι] Eadem fere scribuntur lib. 2. de rat. vict. in morb. acut. vbi eos qui minimè prandere consueti, si prandi fuerint, fieri scribit, ἐυθὺς αἰρόμενοι καὶ βαρέα ὅλον τὸ σῶμα καὶ ἀσθενέες, καὶ ἀνηκουστέουσι. ἢν δὲ ὀλίγον ἐπισιτίσωνται, ἐξυρεσμώδεες. ἐνίοισι δὲ, καὶ ἀσαπέλη γίνεται αὖ, ὁκόταν ἐπὶ τὸ ἦθος ἀληθοφορήσῃ ἡ κοιλίη. Et lib. 4. οὔκουν δὲ γαστρὸς, καὶ νυκτὸς μὲν, καὶ πλησθέντων adscribit, etsi insuper cœnauerint, καὶ ἧσσον ἐπιταραττομένων.

19 καὶ φύσει] ὁ ὅσα τοῖσιν ἡμῖν πνεύματα ex hoc loco hoc lib. sumit Erotianus. Vide porro quæ eadem in re scribuntur lib. de rat. vict. in morb. acu.

20 καὶ ἐξυμωμένων] ἐξυμωμένων κοιλίων ex hoc loco abundè exposuimus in nostra OEconomia.

21 καὶ πλόνος δέκτικα αἱματώδεος] αἱματώδεος legunt fere omnia exemplaria, quo nomine contractio ventriculi indicatur, cum se ad concoquendos & amplectendos cibos colligit & cõtrahit. vt scripsimus in nostra OEconomia, etsi aliter Zuinggero, sumi non ignoro. αἱματώδεος tamen legunt quædam exemplaria manuscripta Regia & Vaticana, quæ secuti sumus cum omnibus interpretibus.

22 ἢν δ' ἀμορτημάτων ἀπολαυόσας] Sic legunt omnia ferè exemplaria. Regia vero manuscripta & Vaticana ἀπολυόσας. quædam etiam ἀπολλυόσας. & ἀπολιπόσας.

23 πυξάριν ἀεὶ τῷ ἀτρεκεστάτῳ] Hic ἀτρεκέστατον, quod est certissimum & exactissimum, ac rectitudinem ipsam significat Erotiano, eiq; à vero distinguitur, & αὐτῷ τῷ ἀκριβεστάτῳ ponitur, vt in OEconomia nostra indicauimus, simulq; ipsius lectionem adscripsimus quam hic valde operæ pretium est animaduertere, quod longè ab hac vulgari differ. Sic enim legit, χαλεπὸν, μὴ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης ἐοῦ τὸν τέχνῳ, πυξάριν τῷ ἀτρεκεστάτῳ.

24 πολλὰ ὦ εἴδεα] Sic legit Erotianus, πολλὰ οὖν εἴδεα κατ' ἰητρικὴν ὧδε ἐς τοιαύτην ἀκριβείην.

25 ὅσα ὑπ' αὐγῆς ἐκπέπεται] αἰγὶ πυροὶ quinam dicantur ex hoc loco exposuimus in nostra OEconomia.

26 ὃ γὰρ πυρὶ ἢ ὕδατι δίδοται] Sic ferè legunt plæraque omnia exemplaria, quædam etiam ὃ γὰρ, & manuscripta quædam ὅπ γὰρ adscriptum habent in margine, quod lectionem ex se perplexam videtur quasi explicare, & phrasim obscuram euoluere.

27 ἢ συγκομισὸς] Hic συγκομισὸν ἄρτον πρὸ καθαροῦ oppono ex Galmente, qui cum ῥυπαρὸν ἢ μὴ καθαρὸν exponit, vt scripsimus in nostra OEconomia.

28 ἢ ἀπίσων πυροῦ] Ex hoc loco mihi videtur Galen. in Exegesi, ἀπίσων exponere, ὁλοχερῶς, εἰς ὁλοχερῆ ἄλευρα διακρινομένων, ἐλλιπῶς κεκομμένων, μὴ δοκιβεβρασμένων τὸ πιτυρῶδες. Istumq; etiã locum subindicasse mihi videtur Erotianus, cũ ἀπίσων ἀλεπίσων, exposuit, vt subnotasse nobis videmur in nostra Oeconomia.

29 πρὸ τοῦ πεφθεῖναι] πεφθεῖναι legunt exemplaria manuscripta Regia & Vaticana. 30 Ἐ τρυφτὸν, ἢ πλαδρὸν] πλαδρὸν cur hic insipidum cum Gorrhœo dixerim, cuiq; τῷ τρυφερῷ opponatur, diximus in nostra OEconomia.

31 ὥσπερ ἐν τοῦ ἐν τῷ σώματος ἀποκεινομένων] Quædam exemplaria manuscripta ἐοῦ non legunt, quædam etiam ἀποκειναμένων habent.

32 ἢ ἀπόκεισις ἢ ἀμφὶ τὸ σῶμα δυτάμιον] ἢ ἀμφὶ τὸ σῶμα δυναμένων leg. exẽplaria quędã, quæ secuti sũt Gorrhœus & Caluus.

33 ἢ ἀπλέον] ἄπλεον legunt exemplaria Regia manuscripta. Hic verò ἐπ ἰσχυρὸν legisse videtur Cornarius. Verùm ἰσχυρὸν habent quotquot videre licuit exemplaria, quod validum dixi ex quo robur, incrementum, & alimentum corpori cum proba temperatione comparatur.

34 πινά ποτε τρόπον θεραπεύσει] θεραπεύσῃ vitiosè legunt plæraq; exemplaria.

35 ἢ ἐς τετέων τὰ ἢ ἐθέλουμεν καταφυγεῖν] Dixi vel ad aliquid horum confugere, vt senius sit, necesse enim vel delirare, vel ad eorũ aliquid quę facta sunt, aut fiunt recurrere, hoc est ad eos cibos qui quotidie vsurpantur aut apparãtur cõfugiendũ esse.

36 ἄραδον ἔχει] Hic ἄραδον ex Erotiani mente τεταραχώδη κίνησιν ἢ σάλον accipio, vt monuimus in nostra OEconomia. Ad hunc enim locum mihi illa Erotiani explicatio rectè referri videtur. ἀραιὸν legisse videtur Cornarius, aut ad id retulisse quod ἀράδους λεπτὰς exponit Hesychius.

37 δείσῃ δὲ τὰ αὐτέων] εἰ δείσει τὰ αὐτέων legunt exemplaria quædam Regia manuscripta & Vaticana.

38 ἐκθερμαθλεῦσι στερεὸς] pro στερεὸς, ἰχυρὸς legunt exemplaria quædam Regia manuscripta.

39 ἐκ τετέων τῶ τρόπου δέξασθαι] Hãc lectionẽ vt valde popularem & pluribus codicibus cõtestatam secutus sum. Gorrhœus & Cornarius δέξαιτο legunt, cum quibusdã codicibus manuscriptis & Vatic. Quidam etiã παῦσαι pro δέξασθαι habent.

40 οἷα παχυσιν ἐς τὰς νύκτα] οἱ ἀπέχουσιν ἐς τὰς νύκτα legunt exemplaria manuscripta Regia quædam & Vaticana, quæ secutus est Cornarius. Nos valde popularem istam lectionem cum reliquis retinuimus.

41 ὁ πυρετὸς ἐκλάμπῃ] ἐκλάμπειν hic per translationem dici de his quæ vires intensas exerunt, scripsimus in nostra OEconomia, vt hic de febris intensissimo calore intelligatur. Hæc vero mihi per interrogationem legenda cum cæteris videntur.

42 ὅπερ τὸ ῥίζος] ὥσπερ legunt exemplaria manuscripta quædam Regia & Vaticana. Potest quoque hic locus per interrogationem legi vt legit Zuinggerus.

43 ἀλλ' οἱ πυρετώδεες τοῖσι κρύσισί π] κρύμασί π legunt exemplaria Regia manuscripta.

44 ὅπῃ δ' ἂν τὸ θερμὸν ἀπλοῦς] θερμὸν ἁπλοῦς intelligit calidũ per se non iunctum secundis qualitatibus, θερμὸν εἰλικρινῆ postea vo-

cat. ἀπὸ δὲ autem deest in duobus exemplaribus Regiis manuscriptis,& videtur deesse in Vaticanis,neque id legisse Caluus, neque μειῶσον.

45 λιῶ δ' ἢ πλὼ χεῖρα θερμοτέρης] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria.Nos nihil immutauimus & receptam lectionem secuti sumus. Zuinggerus istud ad superiora retulit, & legit,λιῶ δ' ἢ πλέω χρόνον παρῇ.Quod certe ad longã manuum admotionem referunt nonnulli, nos ad diuturnam fluxionis perseuerantiam.Cæterum exemplaria Regia manuscripta tria ἐξελκοῦται legunt,& Vaticana etiam. Aldina vero ἐξογκοῦται, quæ minus probo.

46 ἢ ἀμφὶ πλὼ ὄψιν χλιδῶσα] ὄψις etsi totum oculum interdum denotat,præcipuè tamen videndi aciem qua cernimus, ipsamque pupillam,quæ κόρη dicitur,atq; sæpe sic,vel nunc maximè vertimus , quod μάλιστα αἱ ὄψιες ἕλκεσθαι ἐλκώμεναι (vt scribitur Prorrh.2.)& insignem noxiam facit pupillæ acies exulcerata.

47 ὅταν πικρότης τὸν ἀποχυθῇ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria.Zuinggerus tamen ἀπακεισθῇ legisse videtur. οἷαι ἢ ἄσαι,legunt quædam exemplaria manuscripta, alia etiam κίεσαι vitiosè. Hunc autem locum per interrogationem lego cum Cornario.

48 ἢ εἶσι μᾶλλον ξύμπτυξις]Hunc etiam locum per interrogationem lego cum Corn.Quid autem hic indicet καταστορεσθῇ, satis apposite videmur expressisse,& exposuisse in nostra OEconomia, in dictione καθαρίσαι.

49 κρῆσις τὶ αὐτῶν ἔῃσι]Id mihi innuere videtur Hippocr.calidũ & frigidum secundis qualitatibus permixtum,nullam agendi aut patiendi vim habere,sed tum demum cum mutuo inter se contemperata fuerint, sicque morborum curationem procere,cum alterum alteri sit remedium.

50 ἢ δ' ἄλλα πῇ ἢ αὖ ὁρῶπον] ἄλλα πῃ τε legunt exemplaria manuscripta Regia & Vaticana.

51 ἐγὼ δ' τυχίων μᾶλλον] τᾶδε μᾶλλον legunt exemplaria manuscripta Regia.

52 πολλαὶ συμφοραὶ ἄξιες] Hanc dictionem adeoq; hunc totum locum appositissimè nobis videmur in OEconomia nostra explicasse & aperuisse,συμπράξιες tamen videtur legisse Cornar.

53 ἢ τιθηλότε τιθηλόεσα cum à θάλλω deduxerim in nostra OEconomia,rationem etiam addidi,cur florida dicerem, hoc est succo turgida,aut succulenta.Adscripsi etiam cur mollia Gorrhæus,sugentia Caluus dixerit. Cornarius vero cur hiantes verterit,non satis apparet,nisi quod mihi κεχλιῶτα legisse videtur.Quędam autem exemplaria manuscripta Regia hic μανὰ non legunt,vt nec Caluus legisse videtur.

54 θερμυλλιώδεας δ']Sic legunt exemplaria omnia publicata,manuscripta verò θερμυλλιώδεας, quædam etiam προσβατρίφας adscribunt, sed προσβατρίφας scribendum videtur, vt sit interpretatio quædam.Hunc autem mihi locum subindicare videtur Galenus in Exegesi,θρομυλλιώδεας exponens τροπίνας ὄζω δ' χείλη,etsi per simplex λ scribitur , huncq; locum in Oeconomia nostra expressimus & exposuimus. Ac nescio an hic etiam δπομυλλιώδεας legerit Galenus, quod idem exponit in Exegesi, τροβαλὰν δ' χείλη σωμμιξύσας,licet etiam per vnicum λ scribatur.Nam solet sæpe in Exegesi varias vnius loci scriptiones producere & exponere. Certè exemplaria manuscripta hic quoque ἀιασπάσῃς pro ἀιασπάσαις bis legunt

55 ἐπάκτε ὑγρότητες] Sic legunt meliora exemplaria,quædã vero manuscripta ἐπ' ὠτῶ,& ὑπερρυείσας ὑγρότητας in plurali legunt.

56 δὲ μάλιστα] Hic pulmonem addidit Cornarius contra omnium codicum fidem.

57 ἀυτὴ ἡ κοιλίη τὸ ὑγρὸν]Exemplaria Regia manuscripta ἐν ᾗ τὸ ὑγρὸν legunt. Deinde pro ἐξαγγίζοιτ' αἱ, ἐξαγγίζοι & ἐξαλίζοι habent,ex quo ἐξαλίζοιτο Galenum legisse, & ἐκκενοῖτο expotuisse suspicatus sum in nostraOEconomia.Gorrhœus ἐξογκίζοιτο aut ἐξογκοῖτο legisse videtur. Vult autem Hippocrates,cauas partes quæ humorem in se continent,neq; à se emouent aut emittũt, vbi eum in sese imbiberint,pro mollibus duras, pro laxis solidas,& pro paruis elatas & tumidas euadere.Exemplaria porro Regia manuscripta pro πίη,ἶη habent.

58 αἰειλήματα]αἰειλήματα στρόφους Galenus in Exegesi in hoc loco mihi exponere videtur, vt notauimus in nostra OEconomia, ideoque torminum aut flatuum conuolutiones aut inuolutiones diximus.

59 νάρκην τὶ ἢ πληράματα]νάρκας legunt exemplaria Regia manuscripta. Quædam etiam exemplaria ἃ ἐν τοῖσι ἀποφαγῖσι legunt.Quinam vero mihi οἱ ἀποφαγμῖται dici hic videantur,satis docuimus in nostra OEconomia , simulque hunc locum subnotauimus,& lectionis varietatem indicauimus.

60 ἢ ὁρμᾷ μάλιστα πρὸς τὸ ἀπιτῶον]ὁρμαὶ legunt exemplaria Regia manuscripta.

IN LIBRVM DE MEDICO.

1 Τὸ μὲν γράμμα]Hic libellus etsi ab Erotiano in proœmio inter cætera Hippocratis scripta non recensetur,ad artis tamen dignationem maximè pertinere, & inter τεχνικὰ præcipuè reponendus videtur.Hoc enim Medici authoritatem tuẽdam suscipit Hippocrates,qua maximè ægrotis præsit ac præscribat.Quæ præpositio est velut totius operis argumentum, veterum scriptorum more.προστάσσει enim cùm varia significet, hic mihi non incommodè imperium indicat , quo imperat ac præscribit Medico Hippocrates,quonam modo officinam instruere oporteat,vt paulò post,dignitatem & authoritatẽ qua ægro præficitur,ac præcipit quæ agenda sunt. Ad artis igitur authoritatem cum plurimum conferre censeatur,huc mihi potius quam inter χειρουργούμενα collocandus videtur,etsi Medici officinam non ineptè instruit & accommodat.

2 ὁρῶ δ' χρως τὶ] Illud ὁρῶ ad aspectum Medici & exteriorẽ corporis habitum,qui colore & superficie continetur,referũt, interpres, nos ad curam & Medici studium respiciendum existimamus. εὔχρως autem hic eum qui bene habito est corpore indicat,& qui σύμμετρος dicitur,mediocri temperamento ac fere nullis vitiis obnoxio. Etsi Plato lib.3.de repub. Medicum omnes morbos expertum & natura valetudinarium requirit. Exemplaria M.s.Regia quædã hic pro ὑπάρχουσι, ὅταν legunt.

3 καθαίρειν ὡς ἔχειν] Hic mihi valde probatur Hieronymi Mercurialis lectio quam hoc loco adscribit cap.20.lib.3.variarum lectionum,ἔπειτα δ' οἷόν αὐτὸν καθαρὸς ἔχῃ.

4 δ' γὰρ προσπίτ]Hunc locum in nostra OEconomia subnotauimus & exposuimus.

5 σκοπὸν δ']Hic locus subobscurus mihi sic populariter intelligendus videtur,vt præcipuè animum intendat Medicus, rectq; prospiciat, quando his vti liceat,vt non se quibusuis,neque omni tempore propensum & procliuem exhibeat,ne sit despectui,cum eadem etiam apud eosdem,non nisi cum recta sunt,æstimentur.Scio tamen omnes interpretes aliter sentire, sed is mihi facilior sensus videtur. σκοπὸν autem legere malim, quam σκοπὴν aut σκοπιὰν.

6 ἀυθάδης γὰρ] αὐθάδης quinam dicatur ex hoc loco in nostra OEconomia aperuimus.

7 ἀφ' ἧς ὠφελεῖας ἢ θεραπεύσῃ]ἢ θεραπεύσῃται legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit,sed ἢ θεραπεύμενον cum interpretibus malo.

8 ὅκως μηδὲ ἀσθενῇ] Hic locus non parum mihi suspectus est, etsi in eo mirum in modum sibi constent quotquot videre licuit exemplaria. Quidam istud ad deligationem referunt,vt ne leuior quam par sit adhibeatur.Cornarius etiam fortiorem adhibuit,vt ἐνισχῇ legisse videatur.Mihi sic satis expeditus sensus videtur,vt intelligas pro anni tempestate partem vel integendã esse,vel nudandã,videndũ tamẽ esse,ne partis imbecillitate deceptus,vtro horũ vtendum sit, hæreas,ac veluti ignoranter hæsites.Scio tamem aliam esse mentẽ Cal.& Gorrhœo.

9 ἐν γὰρ οἵῳ τε] καταχορῦσαι ex hoc loco in nostra OEconomia aperuimus & exposuimus.

10 ἐν γὰρ οἵοισι] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria,οἵῳ τε tamen lego cum Gorrhœo.

11 ὅταν δ' κατακρύψῃ] Ex hoc loco κατακρύπτειν κατακλίζειν mihi videtur Erotianus & Gal.apud Hippoc.exponere, etsi κατακλίζειν pro κατακλίζειν interpretes legunt,vt scripsimus in nostra OEconomia.Vbi etiã κατ' κουφὼ pro κατακρύειν Dioscoridem legisse ex Gal.coniecimus,illumque totum locum aperuimus.

12 ἀπονωτέρη γάρ ἐστιν]ἀπονωτέρη videtur legisse Cornarius,qui debiliorem carnem vertit.Indicat autem carnem compactã magis esse & contentam,aut solidiorem,sanguine & humore attracto distentam.

13 πλὼ γὰρ φλέβα ἐμφυσᾶσ]ἐμφυσᾶσ intumescentẽ & inflatã venã mihi simpliciter indicare videtur,etsi ἐμφυσᾶσ mihi legisse videtur Cornarius.Zuinggerus autem longe aliter accipit.

14 πᾶσαι δ' κοιναὶ τὸ ξυμφέροντος] Id mihi simpliciter intelligendum videtur de communi curandi methodo, quod omnibus eadem conferat , cum in ista scriptione sibi admodum constent exemplaria omnia.

15 ἕρηται σημεῖα]ἔρηται simpliciter leg.Cornarius & Zuinggerus.

16 δ' ὅθόνιον φυλάσσῃ] Sic legunt exemplaria meliora, eamq; notionem secuti sumus,quædam etiam φλάσσῃ, quæ secutus est Cornarius.

17 ἐπὶ πλεῖον προσῇκται] ὅπῃ πλεῖω προσῇκται vitiosè legunt exemplaria quædam.

18 ὅταν χλωρχίται] χειρουργίται legunt exemplaria M.s. Regia.

IN LIBRVM DE DECENTI HABITV, AVT DECORO.

Hic quoq; liber ad Medicinæ dignitatē tuendam & Medici authoritatem ſpectat, quanquam ab Erotiano ſubticetur, & ab omnibus inter artis Prolegomena adſcribitur, iſtaq; οἷσι εὐσχημοσύνης inſcriptione proponitur, quæ animi habitus, eaq; morum moderatio ab Hipp. explicatur, quā poſſit Medicus velut ſibi impoſitā perſonam ſuſtinere, eaq; velut caduceo ornatus, per ora hominum & ægrorum triclinia obambulare, dignitatemq; ſuam cum decoro tueri. Iſtam vero εὐσχημοσύνης dictionē apertiſſimè mihi videtur explicare Zuinggerus, & nos in noſtra OEconomia aperuimus, quam ſub Decoro Latini non malè mihi comprehendere videntur.

[2] ὁρὰς ἀθυμηρίλιν φαίνονται] ἀθυμηρίλιν in noſtra OEconomia, hoc ſubnotato loco aperuimus & expoſuimus.

[3] ἐφελκύσατό τε] τ legunt exemplar. manuſcripta Regia, quam lectionem videtur ſecutus Cornarius.

[4] μᾶλλον ἐς τὰ χείλεα πεπιεσμένα] Sic legunt omnia fere exemplaria, πεπιεσμένα tamen legunt Cornarius & Zuinggerus. μᾶλλον δὲ etiam habent exemplaria quædam.

[5] ἀλλ' εἴγε μὴ ὁρὰς αὐτοῖσιν] Hūc locū in noſtra OEconomia ſubnotauimus & expreſſimus hoc ſenſu, vt niſi eæ partes innocēter & cum integritate opus ſuum exerceant, publicentur, h.e. vileſcāt, aut publica pœna multētur eorū artifices & ſophiſtę. Vbi δημεύῃ cum Zuinggero legimus, etſi δημευτὰ habent reliqua exemplaria, quædam etiam Regia manuſcripta δεσμεύῃ.

[6] ἀκριβέστερον ἢ δι' ἐνυπνίου] Sic quoque hunc locum in noſtra OEconomia expoſuimus. ἰδιώτας autem pro ἰδρῶτας legiſſe videtur Cornarius.

[7] ἢ γὰρ ἀγρίου] Iſta omnia diuerſis locis in noſtra OEconomia expoſuimus.

[8] πολὺ μᾶλλον φευκτέοι ἢ μισητέοι] φευκτέον ἢ μισητέον habent exemplaria quædam.

[9] πικροὺς ὁρὰς τοὺς σωματώδεας] Hic πικροὺς graues potius quam amarulentos mihi ſignificare videntur, quique ſeueritatem aut grauitatem magis ad occurſus, quam amarulentiam vultu præ ſe ferunt.

[10] ὁρὰς τοὺς ὁμοιότητας ὀξυηκόους] εὐσχήμονες videntur acutè ac ſolerter proſpicientes in ſimilium conuerſatione, quique ſcitè ac rectè iudicant in ſimilium familiaritatibus contrahendis, in eiſque ſe comes ac affabiles præbent.

[11] εὐκράτως ὁρὰς ἅπαντας] εὐκράτως ad animi moderationem aut morum modeſtiam mihi referri videntur.

[12] ὁρὰς τοὺς ἀποκρινομένους] Hunc totum locum expreſſimus in noſtra OEconomia, & ad reſpondendū margutos, acutos, aut acres ſignificare diximus, vt ſuperioribus reſponderent, qui aduerſus eos qui inſiſtunt, aut ad eos qui commouentur, ſunt taciturni.

[13] ὁρὰς λόγους αἱρετοὺς] Sermonibus aut oratione potentes & efficaces intelligimus, tum perſuadendo, tum ratiocinādo, aut ad ſermones expeditos & verbis promptos, vt expoſuimus in noſtra OEconomia.

[14] παῦ τὸ ὑποδιδαχθὲν] ὑποδιδαχθὲν idem quod ὑποδιδαγμα ſignificat & quod doctrina aut ſubmonitione acceptum eſt, vt illud in commune aut medium libenter proferant aut communicent.

[15] ἐς ἀναθέλιν ὁρὰς τὸ ὑποδεδιγμένον] Hunc locum etſi in OEconomia noſtra aperuimus, eam tamen interpretationem non ingratiis adhibemus.

[16] ἐς δεῖξιν] ἐς ἐνδειξιν legunt exemplaria manuſcripta Regia.

[17] δεήσονται χρόνου ὅσου] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhucvſq; videre licuit. Cornarius tamē & Zuinggerus ἐφεξαμαρτάνειν legunt. Qui igitur ad artis vniuerſales præceptiones ſingularū experientiā non adiungunt, eadem via progredi videntur, qua qui ex vtriſq; rationibus alteram tantum adhibent.

[18] εἶναι δ'] ἀμείνω μὲν legunt exemplaria quædam, alia ἀφίλω.

[19] καὶ ὅσοι ὀλιγοσάρκου ἢ ὀφέρματος] Locus eſt ſubobſcurus. ὁμωγλώσσους mihi videtur Sophiſtæ dici, qui in vniuerſaliū cognitione, & verborū lenocinio, ſine ſingularium ſenſu artem conſtituūt, quibus χρῶνται ἢ μὴ πάνυ adhibet, eiuſmodiq; prædictionē qua eorum Methodū inutilem & inefficacem ſeſe prodere dixit, ad intelligentiam nihil conferre indicat, quod quam rectus finis ſit cognitio ipſa, quæ fallax eſt, indicet. Sic enim ſimplex iſta notio mihi probatur, ne nodum in ſcirpo quærere videar. Scio alium eſſe huius loci ſenſum Zuinggero, qui ὁμωγλώσσους legit, & ad naturæ cognitionem ad opera ſingularia refert.

[20] Ὑλέα κατάσταιεν] Hunc locum in noſtra OEconomia aperuimus in dictione ὕλας, ſimulq; variam exemplar. ſcriptionē indicauimus, quæd. M.s. Regia ὑλαλία legere, quæd. etiam ὑλαλία vitiosè legunt. Significat autem illorum artem qui vniuerſalium cognitionem cum rerum ſingularium actione aut experientia coniungunt, rectè procedere & tempore abſolutionem conſequi, cum temporis ſucceſſu experientiam coniungant & requirant, tumq; proſpero artis ſucceſſu vtantur, ad eamq; rectè amplificandam temporis diuturnitatem eis ampliſſimas facultates aut opportunitates ſuppeditare.

[21] πολλὰ γὰρ] Sic legunt omnia exempl. & Cal. ἀ πολλὰ tamē lego cum aliis. [22] ἐπιχάρη, ἀπαίτιος] Iſta ſimul coniungi poſſunt, vt leuem occurſationem aut occurſum indicent, & ſermonis affabilitatem & comitatem in Medico commendet, aut morum lenitatem, etſi aliter ſumunt interpretes.

[23] ἀπαμπίλιος] Hunc locum in noſtra OEconomia aperuimus, ſimulq; varium ſenſum & variam lectionem indicauimus. Exemplaria autem Regia M.s. τῇ ὁρὰς βίᾳ χρᾶσθαι legunt, & καθαρσίοις pro καθάρσιον. [24] ἀδαιμονίᾳ] Superſtitioſi Deorū metus aut ſuperſtitioſæ religionis fugā ſignificat, ſed Caluus δεισιδαιμονίᾳ legiſſe videtur. [25] ἢ ὡς ἔκπωμα τὸ] ἢ ὡς ἢ ἐκπώματι τὸ legunt exemplaria quædam. Regia vero manuſcripta, ἢ ὡς μὲν ἔκπωμα τὸ. Locus certè ſubobſcurus, & (vt quidem ſuſpicor) non leuiter ſuſpectus.

[26] ἐν νέῳ αὐτῷ ἰμαλέῳ] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria. Sed ἀυτῷ aut αὐτῷ legimus cum omnibus interpretibus.

[27] ἢ γὰρ αὐτοῖσιν ἐκείνοισιν] Locus eſt admodum lubricus & nō parum ſuſpectus, cuiq; non ſine melioris codicis opera mederi queas. Quidā ad Deos referunt, vt & τὸ δωρητὸν antea, ad numen. Sed mihi ſimpliciter intelligi poſſe videtur, vt Medicinā cum ſapientia coniungi velit Hippocrates, ex qua deorum cognitio, tum via etiam & ratio quędam, hoc eſt Methodus ipſa pendeat, ad quam veram, certam & indubitatam artis cognitionem referendam cenſeat. Scio tamen hunc locum aliter legi & accipi interpretibus omnibus.

[28] μὴ πολλὰ φαίνοντα] φαίνονται legunt exemplaria quædam vitioſè, vt etiam paulo poſt λεγομενωτέρων, vt annotauimus in noſtra OEconomia.

[29] ἐς ὀφέλλειαν διαπείρας] Hanc lectionem ſecuti ſumus ex codicū pluralitate. ὀφέλλειν tamen habent exemplaria Regia manuſcripta, hoc ſenſu. Hoc enim vis quædam ad curationis poſtulationem aut prouocationē eſſe ſolet, hoc eſt, ipſa otioſa & longa loquentia vi quadam curationem expoſcere aut poſtulare videtur, aut vt ipſa loquentia in curationis ſubſidium neceſſario adhibeatur. Vtramque lectionem in noſtra OEconomia adhibuimus & expoſuimus.

[30] ὁρὰς τοὺς ὑποδιδομένους] Sic legunt omnia quæ huc vſque videre licuit exemplaria, eamq; lectionem ſecutus eſt Caluus. Sed ἀποδιδομένους malim cum reliquis interpretibus.

[31] ἀδ' ἢ εὐχερέστατα] ἐνδυνεστάτα legunt exemplaria manuſcripta Regia, eamque lectionem ſecutus eſt Caluus.

[32] ἀδιαφθορώτατος] Hanc dictionem in noſtra OEconomia ex hoc loco aperuimus, vbi etiam monuimus quædam exemplaria manuſcripta ἀδιαφθορώτατος legere.

[33] ἀπλέξιος ὁρὰς τὰ ἀπαντώμενα] ἀπαντώματα legūt exempl. quædam. Dicuntur autem τὰ ἀπαντώμενα quæ obiiciuntur aut occurrunt, quibus vt prompte reſpondeat verbis ſe opponere debet Medicus. [34] τὸ γὰρ κατ' ἰη] Locus ſubobſcurus ob variā interpretationem. Mihi εὐπετώτερον ἢ ἐμπυρότερον dici videtur, quod ad experiendum magis eſt appoſitum & accommodatū, quodq; ſenſu & experientia magis cognoſcitur, ideoq; facilius tollitur & curatur. εὐπετώτερον alij ſumunt quod facilius in integrum reſtituitur aut curatur.

[35] ὑπερῶν ἢ δὴ] ἐμπειρίαι pro ἐμφρασίς habent exemplaria quædam.

[36] ἐπὶ τὰ μεσαίτατα πτώματα λαμβάνοντες] λαμβάνοντες legiſſe videtur Caluus & Cornarius. Verūm hanc lectionem conſentientibus omnibus codicibus ſecuti ſumus, quod etſi ingratas potiones ſumerent, eas neque vt decet, neque totas aſſumerent.

[37] εἰ δὲ γὰρ αὐτὸν ἐς ὄφεις] Quædā exemplaria ἐς πῦας vitioſè legunt, quædam ἐς ὕπνους, quæ videtur eſſe explicatio quædam dictionis ὄφεως, vt in OEconomia noſtra ſcripſimus.

[38] ἢ ποιέοντα ὑποκριτικώτερον ἄλλο τι καὶ] Sic legunt multa exemplaria, quædam etiam ἄλλο τι καὶ θρασυλεύοντα. [39] φύσεται ἢ ὑποκρίσεως πόρωσιν] Id obſcuram habet interpretationem. Poteſt intelligi vt ſua ac propria repudiet ac reiiciat, quomodo accepiſſe videtur Caluus, aut vt Medicus ægrum à ſuis cupiditatibus deterreat aut dehortetur.

[40] μὴ σικελίης ἢ ὀστάσιον] ὀστάσιον habent exēplaria manuſcripta quædam, quam lectionem videtur ſecutus Cornarius.

[41] ἢ ὑποκλίξις] ὑπόκλιξις legunt exemplaria manuſcripta Regia, ſed nos vulgatam lectionem amplectimur, eamq; in OEconomia noſtra aperuimus. Cornarius vtramque ſua interpretatione incluſit. Caluus manuſcriptorum codicum lectionem ſecutus eſt.

42 ἐφ' ἑκάτερα] Hoc est ad alterutram partem, alterutrum extremorum dixi hoc sensu, vt aut ægri omnino Medicas manus respuant, animum abiiciant, ideoque vitam cum morte commutent, animum despondeant, dixit Caluus.

43 ἐὰν μὴ ποτ' ἀμφιβολαῖς ἔχῃ] ἐὰν ᾖ μὴ ποτ' ἀμφιβόλως legunt exemplaria quædam minus implicato sensu, quæ secuti sumus vt alterum sit ratiocinationis membrum.

44 πλὴν ἑτέρῳ] πλὴν ἑκατέρῳ legit Cornarius, contra omnium quos hactenus videre licuit codicum fidem.

IN HIPPOCRATIS PRÆCEPTIONES.

HIc etiam libellus ad artis dignitatem constituendam spectat, ideoq; iure quodam inter σφηγμύμενα & τεχνικὰ à nobis reponitur, eandemq; apud omnes habet inscriptionẽ, etsi cum duobus superioribus ab Erotiano in proœmio tacitus est prætermissus, vt neq; ab eo, neque à Galeno lecti videantur, cùm nullas inde dictiones eos attigisse & explicasse satis constet. Tum verò orationis series cum illis duobus superioribus ferè consentiens, à reliquis multùm differre videtur.

2 ἓξ παρίσασι] Exemplaria quædam ἓξ prætermittunt.

3 πλὴν φύσιν ὑπὸ τῆς πολλῶν] πλὴν φύσιν πλὴν ὑπὸ τῆς πολλῶν legunt exemplaria Regia manuscripta.

4 εἰ ᾗ μὴ ἐξ ἐναργὴς ἐφόδου] Hic ἔφοδος ἐναργὴς dici videtur, euidens obseruatio aut aggressio ex singularibus, & iis quæ sub sensum cadunt ducta, cui opponit πλὴν παντελῶς λόγου ἀπάτασιν, quemadmodum exposuimus in nostra OEconomia. ἔφοδον autem naturæ tribuit (vt sæpe alias) externam illam & sensibus comprehensam notionem aut actionem, per quam ad singularium & sensilium comprehensionem deducimur, ex qua experientia ipsa constat.

5 ἢ ἐς ἓξ ξυναυλισθῶσι] ξυναυλισθῶσι exposuimus in nostra OEconomia, & translationem elegantem indicauimus, etsi ξυναυλισθῶσι mihi videntur legisse Caluus & Cornarius. ἐς ταυτὸ ξυναυλισθῶσι etiam legunt exemplaria quædam.

6 μὴ ξυνδύμους]Sic legunt omnia quæ adhuc videre licuit exemplaria, tum manuscripta, tum publicata, μὴ ξυνδύμους ᾖ cum interpretibus lego.

7 ἐν ὀξεῖ νοσήματι] Sic mihi videntur meliora legere exemplaria, quædam etiam ὦ, alia ὄπ.

8 ὁλεθρίως ἔχοντας φορμύσσῃ] φορμύσσῃ hic quid significaret ex hoc loco indicauimus in nostra OEconomia. Est autem hic φορμύσσῃ idem quod ἀπομύττειν, quod est Polluci apud veteres Comicos ὀπὶ κίρδι ἐξαπατᾷν, argẽto emungere dixit Terentius.

9 μετακολῆς ὅτι σάλυ]Hanc lectionem omnibus codicibus contestatam sequimur, etsi μὴ ὁλῆς legit Cornarius, & cum bolidis iactu dixit. Sunt qui etiam μὴ ὁλῆς legi posse existiment.

10 ἢ ἀτραμυΐη] Quid sit hic ἀτραμυΐη indicauimus in nostra OEconomia, vbi istum locum bis exposuimus.

11 ἢ στενῶν] ἐν στενῶν cum Cornario lubenter lego, etsi aliter habent exemplaria omnia variamque adferunt notionem interpretes.

12 Τὰ δ' ἐκ τέχνης αὐτοπάθεια]Hunc totum locum in nostra OEconomia aperuimus.

13 ὀλοφύδεσιν φθεγγάδια]Hæc simul iunximus in nostra OEconomia, sicq; hunc locum exposuimus, vt miserabilem aut querulam affectionem diceremus, hoc est, eiulatu & clamoribus plenam, periculosam & difficilem, etsi hæc vox celebrem affectionem denotare potest, id est, multorum sermonibus illustrẽ & claram, ob ægrotantis authoritatem. Quidam autem hunc locum sic legunt. φωὴς γὰρ θεραπείῃ ὅτι γίνονται, sed ὃ γίνονται habent fere omnia exemplaria. Caluus certè cum affirmatione legisse videtur, sed idem ὃ σκοπέοντες ὀλοφύδεσιν σφυγμώδεα legit, Cornarius ὀλοφύδεσιν φθειρώδεα, aut φθινώδεα.

14 ὀλιγτλίζοντ' ἐπὶ μισθαποδίῃσι]Hunc locum aperuimus in nostra OEconomia, & variam scriptionem indicauimus, cum aliter distinguant codices omnes, & reliqui interpretes, aliamq; videatur secutus lectionẽ Cornarius. Locus autẽ est subobscurus, mihiq; indicare ęgrorum ingratitudinem videtur, qui cum maximè sani esse cupiant, de mercede numeranda valdè sunt soliciti, plurimumq; angũtur, cũ tamen ex suis reditibus quæstum minimè percipere curent, sanitatiq; redditi Medicum negligant. Potest etiã ita accipi, vt fœnerandis pecuniis, aut agriculturæ intenti, de Medico remunerando parum sint soliciti.

15 ἐξηγησιασις τοιαύτης]ἐπὶ ἐπιμασίης legunt exemplaria Regia M.S. quam lectionem secutus etiam videtur Caluus.

16 ὑπνώσσουσιν ἰητρικῶν] Hunc quoque locum in nostra OEconomia subnotauimus.

17 ἢ γὰρ κακοπαθίης παρεδρείης] Sic legunt omnia exemplaria tũ scripta, tum publicata, sed ἐν ᾗ κακοπαθίης παρεδρείῃ lego cum Cornario, & aliis.

18 ὧν ποτε γὰρ] Hic locus est lubricus & variè scribitur ab Interpretibus & explicatur. Mihi hæc simplex notio verissima videtur, quæq; proximè ad lectionem omnium codicum accedit, quam temerè immutare mihi summa religio est.

¹³ ὧν δὲ κάμπυλον] Galenus hic testatur ἰσόμπυλον aut ῥινὸν legiin quibusdam exemplaribus, in nonnullis etiam κάμπυλον tantū, velut hic legitur, & Comm. 1. in lib. 6. epid. In nostris omnibus exemp. tū manuscriptis, tū publicatis, κάμπυλον ἢ ῥινὸν legitur. Quæ lectio ad Vatic. mēbranas permanauit, vt satis ex Cal. patet. Ex illoq; loco mihi ῥινὸν ῥυπᾶν, aut potius ῥυσὸν in Exegesi mihi videtur exponere Gal. Aldinus codex κάμπυλον ἢ ῥυγὸν habet. ¹⁴ οἱ δὲ προπεσὴς γλυσιᾷ] Hic προπεσὴς, προπέπλων, procliuus, qui pronus ad pedes fertur aut delabitur, exponitur Erotiano. At hic iacentis habitus Galeno ὑπόῤῥισις dicitur Comm. 1. in libr. κατ' ἰητρεῖον, & ὑπόῤῥισις ex lib. περὶ χυμῶν, & lib. de tremore & palp. vbi etiam illum locum exponit.

¹⁵ ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει] ἀλυσμὸν hic disertis verbis Galenus ἀπορείαν καὶ ῥιπασμὸν exponit in Exegesi, & in Comm. δυσρεξίαν ἄπαντες χήμαπες. Erotianus verò, ἀπορείαν & ἀμηχανίαν. Quam per anxietudinem, anxietatem & angorem non malè exprimi posse puto, etsi corporis incontinentem iactationem, inquietudinem & æstuationem hic propriè significat.

¹⁶ ἢ τὸ κεχλιάσθαι καθεύδειν] τὸ κεχλιάσθαι καθεύδειν exponit Galen. lib. 2. de Motu musculorū, τὸ χάσκειν κοιμώμενον. Etsi verò id de dormientis habitu potissimū accipitur, immoderatū tamen somnum & eum dormientis habitū comprehendit Celsus, cum dixit, *Vbi hiat, vbi assiduè dormit. Quod etiam expressit Gal. Commentario. *Cap. 6. lib. 2.

¹⁷ ἢ διαπλεγμάτα] Hic vulgatam lectionem secutus sum cùm διαπλεγμάτα σκέλεα, crura implexa dixi, quod ea lectio sit omnibus codicibus testatissima. At certum est veram ac genuinā lectionē esse διαπεπλυμμένα aut διαπεπληγμένα sicq; legisse Galenum in Exegesi apparet, aut potius διαπεπλιγμένα aut διαπεπλισμένα. Quam etiam vocē in nostra OEconomia satis expressimus. ¹⁸ ἀπέδειξαν] Hic ἀπόδειξαν etsi propria notione sumi potest, Erot. tamen ἐπαίνεσαν exponit, itaq; nostra interpretatione hoc loco expressimus, & in nostra OEconomia, simulque codicum Erotiani vitium deteximus, qui ἀποδείξαμεν pro ἀπέδειξαν, & ἐπαινέσαμεν pro ἐπαίνεσιν habent.

¹⁹ ἢ τῷ δακτύλῳ ὑποείκοντα] ἢ τῷ δακτύλῳ περιόμενα & ὑπείκοντα habent codices quidā tum scripti, tū publicati. Sed libello περὶ κρισίων, vbi hæc repetuntur, ἀνώδυνα ἢ ὑπείκοντα ἐπὶ δυσγλάσης legitur. ²⁰ ἢ τοῦ ἢ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ] & τὸν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ καὶ τῶν τὸ legunt publicata omnia exemplaria. Verùm manuscripta quædam habent, ἢ τοῦτο ἢ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ καὶ τῶν τὸ, hoc sensu, idq; in reliquo ventre ad eūdem se habet modum. Quod certè magis accedit ad lectionem libelli περὶ κρισίων vbi hoc modo scribitur, ὡσαύτως ἔχει ἢ περὶ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ φυσήματα. Hic verò quod legitur ἢ τὸ οἴδημα μὴ καθίσαι, μὴ καθισάμενον. leg. Vaticana exempl & pro ὀλιγοχρόνιον, ὀλιγοχρονίως. Et vt semel dicam, variæ aliæ huius libri lectiones ex Vaticanis mēbranis sunt diligentissimè à Hieronymo Mercuriali adscriptæ in suo Hipp. quas breuitatis gratia omittimus. ²¹ ἥκιστα δὲ τὰ ὑποκάτω] Hunc locum disertis verbis mihi sic expressisse Celsus videtur cap. 7. lib. 2. Cumq; omnis tumor longus ad suppurationē spectet, magis eò tendit is, qui in præcordiis, quam is qui infra est.

²² ὁμόχροον φαίνεσθαι] ὁμόχροον ἔξω χωρίου, externam regionē vnius coloris esse dixi, vt huiusmodi tumores, neque tumore, neque dolore, neque colore, vllam de se fotis significationē prodant. Quod eadem in re in coac. præn. dicitur, μήτε ἔγκωμα, μήτε πόνος, μήτε χρώματα ἄδηλον ἔξω ποιέει. Atq; ea mihi simplex & minimè fucata interpretatio videtur, & quæ τὸ ὁμοχροὲς ambiguitatem refugit. Quam etiam appositissimè mihi Celsus imitatus videtur, cū istum locū his verbis *expressit. Et ex his (suppurationibus) quæ intus procedunt, hæ leniores, quæ contra se cutem non afficiunt, eamq; sine dolore esse, & eiusdem coloris, cuius reliquæ partes sunt, sinunt esse. Rursusque, Ex suppurationibus hæ pessimæ sunt, quæ intus tendunt, sic vt exteriorem quoque cutem decolorent. *Cap. 8. lib. 2.

²³ θυμὸς τύσεως ἐγγίνεται [θυμὸς hic tussiendi propensionem ac promptitudinē exponit Galenus, nos tussiendi voluntatem aut cupiditatē ex Celso diximus. Hunc enim mihi locum disertissimis verbis propriè exprimere videtur. "Idem propositū periculū est, his quibus voluntas tussiendi est, venter nihil reddit, nisi ægrè & durum, tumor in pedibus est. Vbi tamen codices omnes desiendi voluntatem legunt, sed nos tussiendi voluntatem ex hoc loco legimus, quemadmodū idem postea ad finem eiusdem capitis, in suppuratis ex eodem prog. βῆξαι θυμὸς ἐγγίνεται αὐτόσε, ἢ ὀπτήσιν ἐδὲν ἄξιον λόγου, vertit, cupiditas tussiendi est, & penè nihil in tussi excreatur. "Cap. 7 lib. 2.

²⁴ ἐξάμβια τε καὶ καταπαύμενα] Hæc etsi de tumoribus ventris dicūtur, qui appressu subsidunt, moxque attolluntur: malim tamen cum Gal. ad initia generationis tumorū referre, vbi ferè sublati tumores statim euanescunt, mox attolluntur, iterumq; oriuntur ac repetunt. Quod appositissimè mihi dixisse videtur Celsus. Tumor in pedibus est, idem q; modò dextra, modò sinistra parte ventris inuicem oritur atq; finitur. "Idem rursus. Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. "Cap. 8. lib. 2.

²⁵ μήτε πεύζῃ] Ex hoc loco πεύζῃ exponit Erot. τὸ μὴ ἀσύμφορα διαχωρεῖν. Idemq; ex Bacchio πεύζῃ esse scribit, τὸ μετὰ πόνου τροφῶδες ἀκωλυσίας καὶ προθυμίας διαχωρεῖν. Quod ἀπὸ τοῦ πεύ-

γύνος dici teſtatur, ὅτι ἀσήμως καὶ λογισικῶς φθείρεται. Quibuſdã etiam σφύζειν ſcribi aſſeuerat, quod & in Comm. adſcribit Galen.

[26] πλείονα δ' ὅτι τὸ περὶ] Hic plurimum variant exẽplaria. Vulgata quidem hoc modo legunt. Quædam, πλεῖστον δ' ὑπίλιον τοῦ περὶ, quod eſt, plurimũ tamẽ prima luce ſubeat, eãq; lectionẽ videtur agnoſcere Gal. qui & πλέον ὑπὸ τὸ πρωΐ etiã adſcribit.

[27] ὀπισθότονον ἢ καὶ ἕλμινθας] Hunc de lumbricis locum aliter mihi legiſſe videtur Cælius Aurel. cap. 8. lib. 4. Tard. Paſſionũ, cum quædam attribuit Hippocr. de ægrotantis interfectione, cùm mortui fuerint excluſi lumbrici omnibus in morbis.

[28] ἢ ἀνὰ εἰλέεται] ἀνειλέεται eſt ἄνω εἰλέεται καὶ συστρέφεται, ſurſũ volui, aut reuolui & contorqueri, quemadmodũ ἀνελιχθῆναι, συστραφῆναι exponit Gal.

[29] καὶ αὐτὸς δὴ περαιώθεις] Hic variant membranæ ſcriptæ & publicatę. Quędã enim legũt, καὶ αὐτὸς δὴ περαιωθεὶς, ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑπακλαδὰς ἐς τὰ κάτω χωρία, eoq; modo legit Gal. com. 2. in lib. 6. ep. Reliqua exẽpl. hãc ſequũtur lectionem velut & Vatic.

[30] ψιφέλαι ἐμφερόμεναι] Hanc lectionẽ publicatã & Gal. conteſtatã ſecuti ſumus, quanquã mẽbranæ quædam Regiæ manuſcriptæ ἀναιωρόμεναι pro ἐμφερόμεναι, legunt, quã lectionẽ annotare operæ pretiũ viſum eſt, quod eam aſſecutus ſit vetus interpres, cùm nebulam pendentem in vrina dixit.

[31] ἐς' ἂν ᾖ πυῤῥόν τι ὦσι] πυῤῥὸν ὕδωρ ſuluam vrinam hic dixit, nõ ſecus ac aph. 5 ſ. 1. lib. 6. ep. ψαμμία πυῤῥά, arenulę fuluę dicũtur, quod πυῤῥὸν Hip. & Gal. omnes colores cõplectatur qui intra pallidũ & fuluũ aliquid albi & rubri admixtũ habent, excepto cinereo. Qua ratione neq; malè hic rufam vrinam intellexeris, vt rectè omnes vertunt interpretes. Rubram etiam vrinam ex hoc loco dixit "Celſus, qui ὑποπύῤῥου in deiectionibus alui °antea, rufam quoq; vocauit." *Cap. 6. lib. 2.* °*Cap. 3. lib. 2.*

[32] ὧν ᾖ καὶ πολυχρόνιον] Hic quoq; publicatam lectionem ſecutus ſum, etſi planior mihi Galeni lectio videtur, οὗ καὶ πολυχρόνιον εἶναι τὸ νόσημα, τοῦτ' ἔστιν ἐπὶ.

[33] ἐς' ἂν πεπαυθῇ τὸ ὕδωρ] Et hic quoq; publicatos codices ſecutus ſum. Quædam enim M. S. membranę, πεπαυθῇ ἡ νοῦσος legunt, quomodo legere videntur Vaticani codices & vetus Interpres. Quædam etiam membranæ Regiæ manuſcriptæ, παυθῇ ἡ νοῦσος legunt, aliæ quoq; vtriuſq; lectionis eadem habent veſtigia, quanquam parum integra. Quædam quoq; πεπαυθῇ ἡ νοῦσος legunt, eamq; lectionem mihi ſecutus Copus videtur, diligentiſſimus huius lib. interpres.

[34] ἐκόσιοι δ' ἀνέδρῃ] Hunc mihi locũ diſertiſſimis verbis ſic expreſſiſſe videtur "Celſus. Interdum quoq; vrina tenuis & cruda ſic diu fertur, vt alia ſalutaria ſigna ſint, ex eoq; caſu plærunq; infra ſeptum tranſuerſum, (quod διάφραγμα Græci vocant) ſit abſceſſus. "*Cap. 7. lib. 2.*

[35] ἄνω ὑφισαμένου] ἐφισαμένους cũ melioribus exempl. & Gal. lego, qui bis com. 3. in lib. 3 ep. hanc lectionẽ amplectitur, & libello περὶ μελαίνης χολῆς, τὸ ἄνω ἐφισαμένων habet. Idem quoq; in fine ſt. peſt. lib. 3. ep. hunc locũ de alui excrementis accipit, & ægr. 5. lib. 3. epidem. poſt ſt. peſt. ὀπτικέπλους pro μέφιδος legit. Quinetiam membranæ Vaticanæ ἐφισαμένους legere videntur, vt & vetus Interpres. At publicati codices ὑφισαμένους habent.

[36] ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος] ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα, lego cũ Interpr. & Gal. (etſi idẽ ξυμμεμιγμένος μάλιστα legiſſe videtur poſtea) Iſtamq; lectionẽ mihi ſecutus antiquus interpres videtur, cùm phlegma valde permixtum dixit. Ac Celſus vulgatam lectionem ſecutus videtur cum *dixit, ſi quis autem incidit vomitus, mixtus eſſe ex bile & pituita debet. *Cap. 3. lib. 2.*

[37] πλύελον χρή] Hunc totum locum exponit Gal. lib. 1. περὶ κρίσεων.

[38] τὰ δὲ ἐμπυήματα] Iſtũ totũ locum propriè his mihi verbis exprimere videtur "Celſus. Sputũ etiã bilioſum & purulentũ, ſiue ſeparatim iſta, ſiue mixta proueniant, interitus periculũ oſtendunt. At ſi intra ſeptimum diem tale eſſe cœpit, proximum eſt, vt is circa quartũ decimum diẽ decedat, niſi alia ſigna meliora peioráve acceſſerint: quæ quo leuiora grauioráve ſubſecuta ſunt, eò vel ſeriorẽ mortẽ, vel maturiorẽ denunciãt." *Cap. 6. l. 2.*

[39] καὶ ᾗ εἴη τὸ ἐμπύημα] Ad hunc locum propriè mihi referri videtur quod ſcribit "Celſus. Quod ſuppurat, ab ea parte quã afficit, dolorem inflammationemq; cõcitat, ipſum calidum eſt, & ſi in partem ſuam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur. Sed apparet locum eſſe corruptum, & partem ſanam ex Hipp. eſſe legendum. *Cap. 7. lib. 2.*

[40] ὅτι δὲ ξύμπαντα ἐμπύεται] Huc quoq; refertur quod ſcribit Celſus ibidem. Omnis etiã ſuppuratio, quæ nondũ oculis patet, ſic deprehendi poteſt. Si febris non dimittit, eáq; interdiu leuior eſt, noctu increſcit, multus ſudor oritur, cupiditas tuſſiendi eſt & penè nihil in tuſſi excreatur, oculi caui ſunt, malę rubẽt, venę ſub lingua inalbeſcũt, in manib. fiunt aduncі vngues, digiti maximeq; ſummi, calẽt, in pedib. tumores ſunt, ſpiritus difficilis trahitur, cibi faſtidium eſt, puſtulæ toto corpore oriuntur.

[41] ὁκόσα ᾗ ὁλιγοχρόνια ᾖσι] In coac. præn. hæc eadẽ repetũtur & expeditiorem habent explicationẽ his verbis: Τὰ ᾗ σωλώμενα ῥηγνύμενα σημαίνουσι τόπων τε εἶσιν ὀδηγμοὶ, καὶ εἶσιν ἐν ἀρχῇ πόνοισι ἅμα ᾗ καὶ ἢν δυσπνοώτερος γίνῃ. [42] γίνεται ᾗ ἀνάληψις] προσγίνεται legũt exẽpl. quædã, tũ ſcripta, tũ publicata, quæ ſecuti ſunt multi interpretes. In Coac. præn. legitur προγίνεται ᾗ ἀνάληψις quam lectionem etiam ſecuti ſunt quidam, cùm præire dixerunt.

[43] ἐξεγίνοντο ᾗ] Hęc quibuſdã in cod. deſiderãtur, & à quibuſdã interpr. omittuntur. In coac. Præn. breuiorib. verbis repetuntur. Gal. tamẽ legiſſe videtur. Celſus etiam variis & diſperſis locis reddidit cap. 8. lib. 2. [44] ὁκόσοισι ᾗ ὕπνος ἀσυστάτως γίνεται] Hoc apertiùs repetitur in Coac. Præn. his verbis: ὁκόσοισι ᾗ ἐν πεπτευμονίῃ ὕπνος ἀσυστάτως παρ' ὃ εἰώθει τὰ κάτω γίνεται, καὶ ἐκπυήσει τε καὶ ἐκνευστήσει, ἔνθα πεφλέγμαινε. Quam lectionẽ hic ſequitur * Gal. & lib. 3. de Crit. vbi iſta repetit. Nos populariem magis & pluribus codicibus conteſtatam lectionem ſecuti ſumus. *Cap. 11.*

[45] ὑπηρετεῖ ᾗ] In Coac. Prænot. hæc expeditiorẽ habent notionem, Τὰ τε ἄλλα σημεῖα ἔχοιν, vt reliqua ſigna ſalutem promittant, quod hic obſcurius dicitur. ὑπηρετεῖ ᾗ πεπεπτικὰς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν πεπεπτικότων σημείων, quod eſt, ſuffragentur vero ad ſalutẽ reliqua omnia ſalutaria ſigna, hoc eſt, ſalutem ſuggerãt, ſubminiſtrent ac ſpondeant, aut ab his ſalus indicetur & promittatur. Etſi varia eſt ſcriptio, & ὑπηρετεῖ quædam exemplaria legunt, & πεπεπτικὸς, & πεπεπτικῶς, & πεπεπτικῶν σημείων.

[46] αἱ ᾗ ἄνω] Apertius in coac. præn. εἰσὶν ἂν πεπὶ τὰ ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίνῃ] [47] τὸ ᾗ ἐμπύον] Huc propriè refertur quod ſcribit * Celſus. Atq; ex his quidẽ ſuppurationibus, quas pulmonis morbi concitarunt, ferè ſenes moriuntur, ex cæteris iuniores. * *cap. 8. l. 2.* [48] ὁκόσοι ᾗ τὸ ἐμπύων] Iſta omittuntur à quibuſdam interpretibus, ſed in omnibus exemplaribus adſcribuntur, & conſentiunt cum aph. 44. lib. 7.

[49] οἱ ᾗ ἀναίσιμοι] Ex hoc loco ἀναίσιμος ἀνορμῦντες Exponit Erotianus apud Hipp. ἀίσιμον τὸ ὁρμᾶν λέγων.

[50] ὧν μὴ τῷ ὕδατι] In Coac. Prænot. vbi iſta repetũtur, aperta eſt & valde expedita lectio, μὴ λυομένων ᾗ τῶν, μήδὲ τὸ κύτος λαπασσομένης. Hic verò ambigua eſt Gal. lectio, quam tamen ex Artemidori & Dioſcoridis exemplaribus comprobat & explicat, eamq; videtur ſecutus vetus Interpres.

[51] εἴπερ ᾗ ἀνδίσαται] Hic locus repetitur libello περὶ κρισίων, ſed ibi βεβαίως deſideratur, & pro κακοηθίσαται φονικώτατοι ſcribitur. Hunc etiam totũ locum adducit Gal. lib. 2. περὶ κρισίμων ἡμερῶν. vbi pro παύονται χρόνου legit. Et lib. 3. περὶ κρίσεων, & Com. 3. in lib. 1. ep. Ex hoc autẽ loco Erot. ἀνδίσαται, εἰ μὴ κακοήθως exponũtur.

[52] αὖται μὲν ὧν ἐκ τῶν ὀξυτάτων] Libello περὶ κρισίων hoc paulò aliter legitur, αὖται μὲν ὧν ὅτι τῶν ὀξυτάτων διὰ πεσάρων εἰς παῖ εἴκοσι προσθέσεις, hoc ſenſu, vt huiuſmodi quaternariorũ circuituũ acceſſiones, in morbis acutis, dies viginti cõficiant, & in eas deſinant. Quæ lectio cũ iſta optimè quadrat. Gal. etiã lib. 2. de dieb. decret. hunc locum ſic legit αὖται μὲν ὧν ἤδη διὰ πεσάρων εἰς πλεῖ κ ἐκ πολλαπλασιασμοῦ ἐκ προσθέσιος ἀφικνοῦνται. hoc ſenſu, Hi igitur circuitus in morbis acutiſſimis, per quatuor aucti, acceſſione facta ad vigeſimũ perueniunt. Etſi poſtea lib. 3. εἰς πλεῖ κ ἐκ προσθέσιος ἀφικνοῦνται ſimpliciter legit. Et verò Com. ad aph. 24. lib. 2. αὖται μὲν ὧν διὰ πεσάρων ἐκ τῶν ὀξέων εἰς πλεῖ κ'. ἐκ τῶν προσθέσιος πελεῖσθαι. [53] ἀιθμοειδῶς ἀπεικάζει] Ex hoc loco ἀπεικάζειν pro ἀκριβῶς. ſumi ſcribit Erot. vbi tamẽ ἄλλησιν pro ὅλησιν vitiosè ſcribi diximus in noſtra OEconomia. Hunc etiã locũ integrũ explicat Gal. lib. 3. de dieb. dec. [54] μὴ ᾗ θᾶσσον] Sic legunt exemplaria omnia. Gal. autẽ lib. 2. de dieb. decret. μὴ πάντας legit ἤγουν πᾶς, exponens. [55] ἐκ τῶν ποιητικῶν κόσμου] Hic Erotianum ſecutus ſum, qui κόσμον τάξεως hoc loco exponit, vt dierum criticorum ſeriem & ordinem intelligerem.

[56] ἀλλοφάσκοντες] Ex hoc loco ἀλλοφάσκοντες exponũtur Gal. in Exegeſi παραφρόνες, παραφερεῖς. Erotiano vero ἀπορρύμους καὶ πεπορευμένους, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, quas omnes notiones etiã Galenus hic cõprehendit, in huius dictionis explicatione, & nos Galeni mentem maximè ſecuti ſumus, etſi alteram interpretationem nonnulli ſequuntur interpretes.

[57] ὅτι πυρετὸς ἔχοι] Hæc verba quibuſdã in exemplaribus deſiderantur, neq; adſcribuntur in Coac. Præn. vbi iſta repetuntur, neq; leguntur à Gal. lib. 3. περὶ κρισ. vbi hunc totũ locũ fuſiſſimè exponit. Vbi etiã pro ὑποσκέπλους προσεπισκέπλους ſcribitur.

[58] ἐς' ἂν ᾗ ὁδωιάκη πεπαρὰ] πόνον σώματος ponit in Coac. Præn. quã hic ὁδωίλου πεπαρὰν vocat. Vtrumq; * Celſus cõſecutus videtur cũ propriè hunc locũ expreſſit. Quicunq; etiam dolorem ingentẽ circa tempora & frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet, magiſq; ſi iuuenis erit, per ſanguinis profuſionem, ſi ſenior, per ſuppurationem. Gal. quoq; in Com. πεφὰν ὁδωίλου σφοδρὰν exponit, quemadmodum quoque πεπικῶς, σφοδρῶς, ἰσχυρῶς, γλυκέως ſæpe apud Hipp. ſignificat. * *Cap. 7. lib. 2.*

[59] οἵτε γὰρ πυρετοὶ] Hunc locum diſertiſſimis verbis ſic expreſſit *Celſus. Et ex eo caſu inniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardiùs, quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neq; æquè inſaniunt, ita ſuſtinent dum is affectus in pus vertatur. Sic enim lego, cùm [intus verſatur] legatur. * *Ibidem.*

[60] αἱ δὲ κωλαγχαι] Multis locis celebratur hic locus Gal. vt lib. 4. de loc. aff. & lib. 3. ἐπιδ. ſum. & Com. 2. in lib. 3. ep. Repetitur etiam longè aliis verbis in Coac. Præn. Vbi αὐθημέρους ἢ τριταίους κτανεῖ legitur, quemadmodum ἀκυπρᾶτον & τριταῖον tantùm legit etiam Gal.

[61] χρονιώτεραι δ'] Lib. 4. de loc. aff. legitur, χρονιώτεραι δ' ἐλίσσουσιν οὖσαι, & deſiderantur hæc verba, ὡὸ τὸ ἐρυθῆμα μίαν γίνεσθαι.

[62] ἐκόσιον δ' ξυναζερυθᾶν] ξυναξερυθᾶν pro ξυναξερυθᾶν habent quædam exemplaria, qua lectione tumor in faucibus & ceruice comprehenditur. Cui ſuffragatur aph. 37. lib. 6. At tumorem & ruborem ſimul comprehendit aph. 49 lib. 7. Vtrunque etiam Celſus ſic expreſſit. Itaque rubore & tumore in præcordiis orto ſcire licet fauces liberari. In Coac. Prænot. vbi iſta repetuntur. ὡὸ μὲν παλινδρομέει τὰ ἐρυθήματα legitur, quòd hîc ἐρυσίπελας dicitur. Et teſtatur Galenus ἔρευθος aut ἐρυσίπελας in multis exemplaribus legi, cui lectioni ſuffragatur aph. 49. li. 7.

" *Cap. 4. lib. 4.*

[63] ὡὸ πιὸ πεπαντὸς ἰάσιος] Expeditior eſt oratio & apertior lectio in Coac. Præn. ὡὸ δ' ἀφανίζεσθαι, μὴ τι φύματος συμφοίτου ἔξω, μήτε πύου αἰσχρεμπυρδύου ἀφανεῖς ἢ δόκιμος, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι, ἀλίβροα γίνεσθαι.

[64] ὡὸ δ' ἐς τὰ πλεῖστα τρατεύ] In quibuſdam codicibus hæc verba deſiderantur: neque horum fit mentio in Coac. Prænot. vbi iſta repetuntur, etſi illic adſcribitur, ἀρά γε ὕμπυοι γίνονται;

[65] εἰ δὲ χαραδριώδης] Gal. lib 6. compoſ. med. κατὰ γέν. cap. 3. hunc locum exponit & his verbis legit, εἰ δὲ χαραδριώδης ὀθνείως καὶ ἀκατεμέτως, ἢ ὀξυκοιλίας, ἢ ἀκροχάλους, ἐς αὖ ἐρυθρὰ ὧδε ἢ μέλανα ἢ γλαυκὸν ὀθνεῖον τοῖς πυκνοῖς καὶ αἱμορραγίαι. At exemplaria Regia M. S. quædam χιζέως ἢ ἀκατεμέτως legunt, pro ἀκατεμέτως ἢ ἀκροχάλους. quædam etiam ἀκροχίζεσθαι.

[66] ἐκκρισιν οὖ δὲ οἱ πυρετοὶ] Iſtud multis locis repetitur apud Hipp. tanquam caput in tota diſciplina iudiciorum celeberrimum, præcipuè ta nen lib. περὶ κρισίων. ἢ [ὑποστροφὰς λαμβάνοντα] ὅσοις αἱ οἱ πυρετοὶ παύουσι, μήτε σημείων γραμμὼν λυπρείων, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι. Et in Coac. Prænot. ἢν πυρετῷ οἱ μὴτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι. μήτε μὴν σημείων λυπρείων ἀφιέντος, ὑπὸ πρὸς ἔζουσι. Iſtum verò locum propriè mihi ſic expreſſiſſe "Celſus videtur. Febris autem quæ ſubitò ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, ferè revertitur. " *Cap. 7. lib. 2.*

[67] ἔστι δ' αὖ τῷ πυρετῷ] Hunc totum locum adſcribit & exponit Gal. lib. 3. περὶ κρίσεων, & repetitur in Coac. Prænot.

[68] ἢ ἐν πόνοις] Lib. 3. de criſ. legit Galen. ἐν ἅπασι πόνοις, τῷ φθινοπώρῳ πλάσει.

[69] ἕβδομα τριάκοντα ἐτέων] Exemplaria quædã M. S. Regia πρὸς πεντεκαίδεκα ἐτέων legũt. & in Coac. Præ. ἕβδομα ἐπὶ τριάκοντα γεγονόσιν ſcribitur. Gal. autẽ hîc & li. 3. περὶ κρισ. ἕβδομα ἔτεσι legit.

[70] ἢ ἢ ἐρυσίπελάς τι] Hunc totum locũ adſcribit & exponit Gal. lib. 3. περὶ κρισ. & Com. 2. in lib. 1. epid. & lib. 1. de loc. aff. Ex hoc etiam loco ἐρυθρὸς ἀστὴρ exponit Erot. apud Hip. ἐρυσιπελατικὸν ἐκκαῖ. Exempl. quædam Regia M. S. habent, ὡὸ δ' ἢ ῥῖγος ἐπιλάβῃ, quam lectionem ſequitur Gal. libr. de criſ. & ἐκλάβῃ legit Com. 1. in lib. 1. epid. Idem etiam ἐμέσῃ pro ἐμεῖται habet.

[71] πταφαῖοι πίζονται] πταφαῖοι πίζονται μᾶλλον ἢ πιμελαῖοι legit Gal. Com. in lib. 1. epid. & libr. 3. de criſ. Et exempl. quædam M. S. μᾶλλον ἢ πιμελαῖοι. Corn. autem priorem lectionem ſecutus videtur.

[72] ἐς τὸν παραιτεχμηριώτατον] Sic legunt exempl. omnia. Gal. tamen Com. 2. in li. 1. ep. legit, ἐς τὸν ἐπ' ἀκριβέστατον, & lib. de criſ. ἐς παραιτεχμηριώτατον, ſine addito. Idem pro χλαίζονται πίζονται legit Com. 2. in lib. 1. epid.

[73] ἢ μύρμαγκαι] Ex hoc loco μύρμαγκαι exponuntur Erot. λαμπηδόνες πυκναὶ ἢ οἷον ἀστραπαὶ πυκναὶ, αἰφνίδιοι, πυρώδεις. Quædam ante oculos tanquam imagines obuerſari dixit * Celſus, & Protrh 2. vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi & locum iſtum expreſſimus, & dictionem fuſiſſimè expoſuimus. * *Cap. 7 lib. 2.*

[74] ἕβδομα δὲ παιδίοισι] In Coac. Prænot. iſtud paulò obſcurioribus verbis exprimitur. παιδίοισιν ἐξὸ πυρετὸς, ἢ κοιλίης ὑπαρχούσης μὴ ἀνεχυρώσῃς, ἢ τὸ χρῶμα μεταβάλλῃ, ἢ ἴσχνῃ ἢ ἀφ' ὧν, ἀπαγωνώδεις. Vbi ea de re mente noſtrã aperuimus. Huc verò propriè mihi referri videtur quod ſcribit Celſus. Si in cõtinua febre puero venter nihil reddit, mutaturq; ei color, nec ſomnus accedit, ploratq; is aſſiduè, metuenda neruorum diſtentio eſt. " *c. 7. li. 2.*

[75] χρὼ δ' ἢ μᾶλλον] Hunc totum locum explicat Gal. Com. 4. in lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. vbi ἐκλεγόμενον legit.

[76] χρὼ δ' ἢ τὰ φορᾶ] Hîc ſecuti ſumus vulgata exemplaria. Interpretes autem omnes Galeni lectionem, quæ eſt, ἢ μᾶλλον ἐν τῷ τὸ ὦρος κρατῆσαι, quã etiam idem repetit Com. 1. in li. 1. epid.

[77] ὅπου ἢ ὁ λιβυὴ] Operæpretiũ videtur apponere quod ad hũc locum his verbis adſcribit Erotian. λιβυὴ, λάλαψ, σκυθίη. τῶν Ἱπποκράτης ἐν ἕλκεσι τρία κλίματα τὰ εἰκυμόνια διηλάσαι. λιβύαι μὲν αἱ πικραὶ εἰσὶν, τῶν δὲ λοιπῶν ἡ μὲν ἀπὸ τὸ λάλα, τῶν εὐρώπαι δὲ ἀπὸ τὸ σκυθίαι.

[78] ὅσ' ὧν χρὴ ἐνδίνει] Ald. χρὼ εἰδίνει legit Galenus, & quædam exemplaria, τὰ μὲν ὁ τὰ πολλαχόθεν αὐτῷ ξυντυγχάνει, habent; quam lectionem videtur proximè ſecutus vetus interpres.

IN LIBRVM DE HVMORIBVS.

[1] Τοῦτο βιβλίον περὶ χυμῶν] Hunc libellum περὶ χυμῶν indicationem apud omnes inſcribi vt conſtans eſt fama, ita multis locis à Galeno Hippocrati attribui, qui tria etiam in eum conſcripſit ὑπομνήματα, idem fatetur Com. 3. in lib. 6. epidem. & initio quarti, quæ an ea ſint quæ non ita pridem in lucem prodierũt, & hominum manibus nunc teruntur, non parua mentis ſpeculatione indiget. Hunc verò libellum Erotianus inter σημειωτικὰ Hippocratis recenſet, quem hac in re ſequimur.

[2] ὅτι μὲν ἀμφοτέρῃς ἔξει περὶ χυμῶν] Hunc locum planè expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia, & ad eius intelligentiam alios Galeni locos qui plurimùm conferre videtur accommodauimus. Ex quibus locis apparet Galenũ ὥσπερ αἰθίον legiſſe. In Commentariis verò qui hodie circumferuntur, ὥσπερ αἰθίον legiſſe videtur, vt ad colorem in cute efflorescentem referatur, etſi αἰθίον quoque explicat. ἢ ἀκτὶς ἡ ῥίπτ] Hunc accommodatur aph. 21. lib. 1. eumq; adducit Galenus in Comment.

[4] δ' λαδεῖν] Ante hæc verba apparet alia multa adſcripta fuiſſe in veteribus exemplaribus ex Gal. Com. qui hodie circumferuntur.

[5] ἄκη] Hunc locum in omnibus codicibus corruptum eſſe apparet. Nam in his Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur, ſic legitur, κάθαρσις. χύσις. ἄκη purgatio, vacuatio, remedia. illicq; multa de purgatione & vacuatione ſcribuntur, quæ duo ſane remediorum aut ſanationum generibus corpori humano idoneis comprehenduntur, ſiue à natura, ſiue à Medico adminiſtrentur. ἄκη autem τὰ ἰάματα ſanationes, medelas exponit Galenus in Exegeſi, hoc fortè ſubindicato loco.

[6] ἔκκλισις] Sic quidem legunt exempl. omnia. Gal. tamen ἔκκλυσις legiſſe videtur. ? παροχέτευσις] Hunc locũ mihi ſubindicare ac explicare videtur Gal. lib. 4. Meth. med. vt etiam in noſtra Oeconomia ſubnotauimus. [8] ἢ ξυρῶσι] ξαρλῶσι legendum vt legunt Ald. etiam exempl. [9] μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα] Hunc locum expreſſimus & indicauimus in noſtra Oecon. ἄφοδοι autem hîc intelligi videntur, ea ſpatia quæ vaſa circumdant, eaque cutis partes in quas ſanguis ex vaſis effunditur & ſecedit, aut carnis laxitates (τὰ τ' αὐτοῦ ἀραιώματα dicuntur) quas quidem modicè calefacere & exiccare conuenit, vt ſugillationes illæ curentur. Aut certè per πᾶσι ἀφόδοις, ipſum in has partes ſecedentem & ſecretum ſanguinem intelligit.

[10] ὅθεν ἀδίλως] Hunc locum Galeno indicari ſcripſimus in noſtra Oeconomia, cùm ἀδίλως exponit in Exegeſi, δηλονότι, δηλαδή. Sic enim pro παφλῶ legendum illic eſſe monuimus, vbi & plures huius loci expoſitiones ex Erotiano & Heſychio adduximus, alteriusq; Galeni lectionis meminimus.

[11] ἀθηλεῖον] Iſtum quoque locum ex Galeno in noſtra Oeconomia indicauimus & expoſuimus.

[12] ἐγκάρσιος] Poſt ἐγκάρσιος apparet Commentarios eos qui Galeni nomine circumferũtur iſta addidiſſe, ἴσα, χάσμα, φείσεις, quorum tamen in noſtris codicibus nulla omninò fit mentio.

[13] παίδευσις ἐμέτου] Hunc quoque locum in Oeconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.

[14] φύσις] φύσεως lego cum interpretibus omnibus, etſi φύσις legunt exemplaria omnia tum ſcripta, tum publicata, & Vaticana vt patet ex Caluo.

[15] πλησμονὴς] Poſt πλησμονὴς, κενώσεως videtur legere Galenus, vt & poſt ὕπνων, ἀγρυπνίης aut ἐγκαρσίου quemadmodũ etiã poſt πόνων δόσεως additur, vt per cõtraria curatio indicetur, cuius rei etiam Commentarij Galeno adſcripti mentionem hîc faciunt.

[16] μετέμπνους] Poſt μετέμπνους videtur legere Caluus. At pro μετέμπνους γενέμενοι legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

[17] τῇ ὀσμῇ καθάρσεως.] Sic quidem legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Cornarius tamen τὰ ὑπάρχοντα καθάρσεως legiſſe videtur & ſuperioribus iunxiſſe.

[18] εἶτα δ' ἢν παύσῃ] εἶτα δὴ παύσει, ἢ ἤν, legit Caluus.

[19] ἐν οἷσι ῥίπτει] Codices Regij manu ſcripti, ἢ ἐν οἷσι ῥίπτει legunt. Eſt autem iſta velut ſcoporum medicorum recenſio quædam.

[20] ὀργασμὸς] ὀργασμοὺς vitioſè legunt exemplaria quædã manu ſcripta. Hanc autem dictionem expoſuimus in noſtra Oeco-

nomia, simulque hunc locum indicauimus variamq; explicationem adhibuimus, siue emollitionem ac subactionem, aut veluti præparationem intelligas, siue irritationem, aut concitationem, aut irrumpendi impetum, à verbo ὀργᾶν, quod fecerunt omnes interpretes præter Caluum.

21 ὦβλ δ' ὑ] Post hæc verba multa adscribuntur de alui egestionibus in Commentariis Galeno adscriptis, quæ tamen in veteribus exemplaribus non leguntur.

22 τὼ ἐῤῥῖφιν] Hunc locum exposuimus & expressimus in nostra Oeconomia. ἐῤῥῖφιν hîc explicat Galenus lib. ϖϵὶ τρόμ. ϗ ῥίγ. ϖς, τὸ μὲν καπνώδης δ' ὠὰδης ζέπος τρόπον, ἀλλὰ καθὼ καθάπερ νεκρὸν ἄψυχον σῶμα καταῤῥέϵσθ. Sic enim scribit, τοῦτο ἐν τῷ ϖϵὶ χυμῶν ἐῤῥῖφιν ἐκάλϵσϵ, τὸ καταῤῥεῦλῆδες δίκλιν ἀψύχου σώματος, πυπὸς τὸ πᾶν πλέως ἐκλευκυμένου τι ϗ ἀπολωλότος. Quæ ferè omnia hîc repetuntur in his Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur.

23 ϗ ϟ αὐασμὸν] αὐασμὸν ξηρασμὸν ex hoc loco mihi videtur exponere Erotianus, vt & αὖον τὸ ξηρὸν, adducto Homeri testimonio, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

23 ϗ τὸ θολερὸν πτύσμα] Hanc dictionem ex hoc loco & Protrhetico exposuimus in nostra Oeconomia, vbi de hac dictione eadem ferè quæ in his Commentariis scribuntur, ex Comm. 2. in Prorrh. adduximus.

25 τὰ ἐγγύς] Hunc mihi locum innuere videtur Galenus lib. 11. de vsu partium, cùm rationem reddit cur temporalium musculorum vulnera sint admodum noxia, ita scribens, ἐπιπροσθῶς ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγϵ, πότϵ ἐγγύς, ϗ τὰ κοινὰ, ϗ ϖϵῤὶ τὰ μάλιστα κακοῦται, ὅτϵ δι' ἐγγυτέρω τῆϛ κροταφιαίης μυὸς, ὅτι δῆλα πλείονων νεύρων ἐγκεφάλῳ, μᾶλλον κακοηθϵύϵται ἕτϵρος μύς. εὔλογον ἐπαίϵιν τῆϛ κατ' αὐτοὺς παθημάτων ἐπὶ πλῆϑος τὼ ᾠχλῳ. Eundem quoq; istum mihi locum subindicare videtur Galenus Com. 3. in lib. de art. his verbis, quæ vitiosissimè scribuntur nostris in codicibus, συμπάσχῃ ϑ' τὸ ὁμόζυγον ϗ τὰ πλησίον, ἅπερ ἐλίσϵτο καὶν τῷ σωματοῦς ϗ τὰ κοινὰ, ϖ μάλιστα κακοῦται.

26 οἷαι ὠφϵλήσουσι] οἷα ὠφϵλήσουσι lego cum interpretibus omnibus.

27 ἴδιον ἐν ἴδιοι ϖϵῤὶ δοσιν] Hæc repetuntur ex aph. lib. 1.

28 ᾗπῃ] Sic quidem legunt quotquot nobis videre licuit exemplaria. Commentaria tamen Galeno attributi, & Gal. Com. ad aph. 20. lib. 1. hîc ἀπαρὴ legunt, quam dictionem in nostra Oeconomia exposuimus.

29 πίπονα φαρμακύϵιν] Hæc repetuntur ex aph. 22. lib. 1. At verò ante hæc verba Commentarij Galeno attributi hanc sententiam adscribunt. τὰ κρίνοντα ὅτι τὸ βϵλτίον μὴ αὐτίκα ὀῤθαίνϵσθ. Quam sententiam Galenus etiam ex hoc libro profert cap. 7. libr. 1. de Crisib. In codicibus tamen Græcis omnibus desideratur, & ab Hipp. scribitur lib. 2. Epid. sect. 1.

30 ἃ δϵῖ ὀγϵιν] Hæc melius scribuntur aph. 21. lib. 1. Ideoq; scribendum videtur, ὅτι αὐ μάλιστα ῥέπει δῆλα τῆῖ ξυμφορόητι χωρίων, ταύτῃ ὄγϵιν.

31 ἔχϵι ϑ' ἀϵὶ γναῦσι] γναῦσαι & λῳπουμῶσαι legendum vt scripsimus in nostra Oeconomia, etsi γναῦσαι & γναῦσαι vitiosè scribunt exemplaria omnia.

32 ϗ ἡ κατάστασις ϖϵιαύτη ἐῃ τῆῖ παροξυσμῶν] τοιαύτη ἐῃ τῆῖ παροξυσμῶν legunt exemplaria quædam.

33 ϖῶϛ ϑ' ἐγγὺς ἐπικείσιος] ἐγγὺς ὐ ἐ κείσιος lego.

34 ἐν ἴδιοι πυρϵτοῖσιν] Hæc ex aph. desumpta sunt 31. 32. 33. lib. 4.

35 ϖῆ ϗ ἴδιοιν ἐν ϖϵῤὶνθῳ] Constitutionis in Perintho tussiculosæ & pestilentis in fine sect. 7. lib. 6. Epid.

36 ϗ ψυχῆς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & Galeno adscripti Commentarij. ψύχϵς autem pro ψυχῆς legere videntur Cornarius & Caluus. Cæterùm Vaticana exemplaria hunc locum sic legunt, ϗ ϟ αὐτὴν λόγος συμβαίνῃ σώματος ὑπὸ χυμῶν σωπῆξις.

37 ϗ σώματα σφρεῖ] οἰδήϵι videtur legisse Cornarius & Galeno attributus Cõmentarius, vt tumor qui in naturali est corporis habitu, respõdeat lienis tumori ex morbo. σφρεῖ tamẽ legitur in omnibus exẽplaribus, idq; exposuimus in nostra Oeconomia.

38 ψυχῆς ἀκρασίη] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ψύχϵς ἀκρασίη legisse videtur Caluus.

39 αἱ μϵταβολαὶ ὀξϵῖων] Hunc mihi locum subindicare videtur Galenus lib. 2. de Temp. cùm scribit, ϖῶϛ οὖν ἀμῦναι τὰ ϖϵῤὶ κράσϵων ἡμῖν ὑπομνήματα καταλϵλοιπότϵς, ἔτι δ' ὑμῖς τοῦτϵς, ὅτι μηδὲ μίμνουσι τῶν ϖαλαιῶν Ἱπποκράτϵς ὀρθῶς ἐξηγησάμϵνοι παρηνημῦϑ, τῶ δϵῖν ὑπηκριβοῦσθαι τὰς μϵταβολὰς ὀξϵῖων ϵἰς οἷα γίγνϵται. Rursus Com. in aph. 11. lib. 3. his verbis, ϵἰρήκαμϵν δ' αὐτὸς, οὐκ ἁπλῶς χρὴ σκοπϵῖσθαι τὰς ἐνϵοῦσας κατασάσϵις, ἀλλὰ ϗ τὸ ὀξϵῖων ϵἰς οἷα ϵἰσὶν αἱ μϵταβολαὶ ϖϵῤισκοπῆσθαι. Similisque locus est sect. 8. lib. 6. Epid. aph. 18. & 21.

40 ὦ ζητίων] Pro ζητίων ζητησίων legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana.

41 ϖῶϛ τϵ κοῖλον ϖαῤόντ] Huius loci meminit Galenus Com. 1. in lib. 3. Epid. his verbis, λέλϵκται χολῶδϵς πᾶν τὸ ϖϵῤὶ χυμῶν, ϗ ϖῶϛ κρημνὸν ϖαῤόντα τὰ σκέλϵα τρίβϵιν, ὅῤῆ ϟ φόβον δηλονότι ϟ καταλύοντά τῶν δυνάμων. Vbi etiam eadem ferè de tremore scribuntur, quæ in Commentariis istis Galeno attributis. Libro quoque de motibus manifestis & obscuris Galeno attributo, cap. 8. hoc exemplum apponitur. Vbi certè pro ϖῶϛ κοῖλον, ϖῶϛ κρημνὸν etiam mihi interpres legisse videtur, cùm incedere super apicem pinnaculi, aut montis excelsi dixerit.

43 ἔῤις ἐξαίφνης] Hoc exemplum etiam adscribitur libro de Motibus manifestis & obscuris Galeno attributo.

43 ὅπως ὑπακύϵι] ὅπως ὑπακύϵι aut ὅκως videtur legisse Galenus & Cornarius.

44 ἐν ἐϵίοισι κοίλοι πτώσϵσι] πτώσϵσι ῥυπαροῖς ex hoc loco mihi exponere videtur Erotianus apud Hippocratem. κοῖλα autem ouile aut ouium sordes intelligit.

45 ϗ τὸ ϖῶϛ βασιλϵῖ λϵγόμϵνον] Cuminum Æthiopicum Regium Hippocrati dictum testatur Dioscor. c. 68. lib. 3. & Pl. c. 15. libr. 20. videlicet quia efficacius in Ægypto iudicauit. Cuminum autem potum aut illitum colorem pallidum reddit, vndè pallens dicitur, vt pallentes curæ, quòd pallorem inferant.

46 ὅσα κϵφαλῆς ἀγωγὰ] ἐκ κϵφαλῆς ἀγωγὰ videntur legisse Galenus & Cornarius; cùm intelligantur ea quæ pituitam euocant, eamque per nares ex capite educunt, aut lachrymas cient, caputque expurgant.

47 ὥϟπϵρ ϖῶϛι δίνδρϵσιν ὁ γῦ] Hunc locum profert & explicat Galenus lib. 6. de Plac. Hippocr. & Plat.

48 ὥϟπϵρ γῦ κουρϵυομῦνη] Istum locum longè aliter mihi videtur legisse Caluus.

49 ὥϟπϵρ ὑδϵίων] Hic locus mihi videtur à Galeno subindicari in Exegesi, cùm ὑδϵίων ἡ μϵτρὰ ὑδϵία ὑγιεινοτϵρικὴ, exponitur, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

50 ϗ κατασάσιος ὑγϵίης] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, quod etsi tolerari potest, vt ex morbi constitutione, circumscriptione, ac veluti quadam ex totius morbi temporibus compositione, forma quædam morbi dignoscatur, veluti peracutúsne sit, an acutus, an diuturnus. Malim tamen τὴ κατασάσιος τοῦ ἀϵρὸς legere, vt aëris nos ambientis temperiem ac conditionem obaudias, vt ex ambientis nos status natura tum vniuersali, tum singulari, morborum forma & prægnitio ducatur, quod etiam iudicauit Hippoc. lib. 1. epid. sent. 3. Eamq; mihi lectionem secuti videntur ferè Galeni Commentarij & Cornarius.

51 αὐώμαλον θάλπϵι] Eadem ferè scribuntur aph. 4. lib. 3. Quod sequitur, ϗ ἐντὴν ἄλλησιν χῦ λόγον, mihi rectius præcedentia spectare videtur.

52 τὰ μὲ ὀϑὸν ὀδμίων βορβορωδίων] Sic quidem rectè legunt exẽplaria omnia, etsi quædã Regia manu scripta βορῥωδίων habent.

53 ὄρνις ϑ'] Hunc locum aliter mihi legisse videntur omnes interpretes.

54 ὅταν οὖν ϖῦ ὁ αὐρ] ὁ ὖρ legunt quædam exemplaria Regia manu scripta, vt etiam Vaticana, ὖρ verò Aldina. Sed πῦῤ aut πῦαρ lego cum Galeno & Cornario.

55 ϗ ἐπιθοχάμῶν] Hanc dictionem exposuimus in nostra Oeconomia, simulq; hunc locum expressimus.

56 ϗ φθινοπώρῳ] Sic quidem legunt omnia exemplaria, sed φθινοπώρῃ lego cum omnibus interpretibus.

57 ἐὰν ϖϵριεκρηγνύωνται] Istum locum expressimus & fusissimè ex Galeni mente exposuimus in nostra Oeconomia.

58 νότοι βαρυήκοοι] Vide aph. 5. lib. 3.

59 ἰῶ μᾶλλον πλϵωάζῃ] Hic quidem codicum pluralitatem secutus sum, vt ad sequentia referrem: etsi quædam exemplaria præcedentibus adiungunt. Hæc autem verba idem significare videntur, quod scribitur aph. 7. lib. 3. ϗ ἰῶ μὲ ὅτι πλέον ἢ τὸ ἴτϑον ἐϵὸν, οἷον τῶ κατάσασιν ἐποίησϵν, ὡς ὑπὸ πολὺ, ϗ τὰ ῥϵυσήματα τοιαῦτα δῆ ϖϵριμϵϑύϵι, quibuscunque etiam redundantibus in corpore excrementis, & quomodocunq; affectis corporibus, aut ex alio anni tempore, aut illo temporis statu, & quocunque in corpore inualescente humore.

60 αἱ μϵταβολαὶ] Eadem ferè scribuntur aph. 1. lib. 3.

61 ϗ τὼ ἄλλας κατασάσιας τῆῖ νόσων] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed τὰς ἄλλας μϵτασάσϵις lego, deinde τῆῖ νόσων ἄλλαι ϖρὸς ἄλλας, vt ὥρας subintelligas, quo facilius aph. 3. lib. 3. respondeat. Quam lectionem etiam sequuntur Galeni Commentarij, iidemq; τὰς κατασάσιας aëris statum ac conditionem, & ambientis temperiem exponunt. Ex cuius varietate pro cuiusque natura morborum genera dependent.

62 ϗ ὡρὸς κατασάσιας νόσων] Sic legunt omnia quæ vidimus exẽplaria, istamq; vulgatam lectionem secuti sumus. Hæc autem verba sequentibus iungunt Commentarij Galeno attributi.

63 ὕδατα ϗ αἵμϵς] Hîc ὕσματα pro ὕδατα habent exemplaria quædam, vt etiam paulò pòst, quam etiam lectionem sequuntur Galeno attributi Commentarij.

[4] ἰῶ μᾶλλον ὅτι πλέον Vide aph.7.lib.1.

[5] ὅτι τούτῳ χρεμώδεος φερομένου] φερομένου legunt Aldina exemplaria, & πίων ἢ ἀπὸ θερμοῦ ἔσαι.

[6] οἱ αἱμορροΐδας ἴσχοντες] Hic locus repetitur aph.28. sect.3.lib.6.Epid. vbi eum fusissimè exposuimus, vt & in nostra Oeconomia.

[7] ἴσως δὲ καὶ ἀλφοῖσιν] καὶ ἄλλοισιν legisse Galenum apparet ex Commentariis qui eius nomine circumferuntur, velut etiam libr.6. Epid.

[8] συχνοὶ ἔσται ἐπιστάσιες] συχνοὶ legisse Galenum & Cornarium apparet, quam lectionem etiam secuti sumus ex lib.6.Epid.

[9] ἢ ὅσοι ἄλλαι ἀποστάσιες] Hunc esse nobis sensum diximus, id esse spectandum in reliquis abscessibus, quemadmodum in hæmorrhoidibus multos intempestiuè curatos, ex suppressa humorum redundantia, multis & perniciosis morbis corripi solere. Quod verò ἐπίρρυτον ὄγκος scribitur, etsi de reliquis abscessibus, qui humorum redundantiam ex toto corpore effundunt, intelligi potest, ad fistulas tamen proprio quodam modo referunt Galeno attributi Commentarij. ὑποστάσιες autem pro ἀποστάσιες legitur in Epid. & longè aliter.

[10] ὅσα πέφυκεν] Hic mihi horum verborum sensus esse videtur, quæ in omnibus exemplaribus hoc modo leguntur, etsi longè aliter libr.6. Epid. scribuntur, & ab Hippocratis interpretibus variè scripta & agitata esse testatur Gal. Commentariis in li.6. Epid. & hoc loco. φερομένα tamen legisse Galenum apparet, cùm φερομένα habeant exemplaria omnia. Eadē tamen est notio, siue eadem accedant impedimenta, siue ea impedimenta antè fiant, cùm ea si prius fiant, morbos præcaueant, eosque fieri prohibeant. Veriorem tamen scripturam esse, lib.6. Epid. diximus. Quòd verò in fine scribitur, ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι, etsi in codicibus omnibus scribitur & Galeno attributis Commentariis, ea tamen valde suspecta sunt, quod in Epidemiis & à Cornario omittantur, etsi possunt ad sequentia referri, vt fecimus.

[11] οἱ ὑποπλοι τόποι] ἄλλα τινα ὑποκείμενοι videntur legisse Galeno attributi Commentarij & Cornarius, quæ lectio ex lib.6. epid. desumpta videtur. Cuius magnam esse in codicibus varietatem cùm indicent Galeno hîc attributi Commentarij, & Galenus Com. in lib.6. Epid. eadem tameñ est vtrobiq; notio.

[12] ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι] Hîc vulgatam scripturam & exemplaria omnia secuti sumus cum Caluo, & ista sequentibus adiunximus, cuius etiam lectionis meminit Galenus Com. in lib.6. Epid. & Commentariis in hunc locum. Manu verò scripta exemplaria quædam ἀλλ' οἷσιν αἱ κοινωνίαι legunt, vt scripsimus nostris in lib.6. Epid. annotat.

[13] κώλυσις] Hic secuti sumus Galenum & interpretes, idq; sequentibus adiunximus, etsi istius lectionis meminit Galenus Comm. in lib.6. Epid. in fine sect.3. vbi hæc sententia repetitur.

[14] τὰ ῥηγὸς τὸ ὕδ] Hæc eadem sententia paulò aliter legitur initio sect.4. lib.6 Epid. & lib. περὶ κρισίων. Vbi autem hic legitur in omnibus codicibus, τὰ ὑποστροφῆς κεκόμμενα, τὰ ὑποστροφῆς γλωμμένης legisse videtur Cornarius & Galenus ex lib.6.Epid.

[15] ἢ πάνυ] Hæc verba duplici notione intelligi possunt, vt multò magis abscessu liberentur, si larga & liberalis contingat è naribus sanguinis profusio. Aut si abundè & copiosè sanguis ex naribus erumpat, longè certiorem fieri iudicationem, cùm alioqui futura non sit morbi solutio, quomodo sumpsit Galenus in Commentario. Legitur autem hæc sent. lib.6. Epid. sect. 4. & libello περὶ κρισίων paulò aliter. Cæterùm omnia exemplaria hîc legunt, ὀξὺ τὸ τῶ Αρχηγένεος, sed Αρχαγένεος legunt Galeni exemplaria, vt & lib.6. Epid. Caluus verò Αντηγένεος legit.

[16] ὦ τὸ ἕτερον] Hæc sent. etiam aliter legitur lib.6. Epid. sect. 4.

IN LIB. DE IVDICATIONIBVS.

ΠΕρὶ κρισίων] Huius libelli aliud fuisse principiū Caluo satis constat, in quo quid Crisis sit in morbis, & quantum Medico conferat, ostenditur. Videturq; libellus iste parum integer, sed variè ex aphorismis, Prognostico, & aliis Hipp. locis consarcinatus. Exemplaria verò quædam ἄπρ ὑγιῶς legunt, quædam etiam ὑγιλῶς.

[2] ἰσχναὶ γὰρ ἄριστοι εἰσὶ.] Hæc ex Prognostico sumpta sunt, eoque referenda.

[3] παχυαὶ δὲ χεῖ] Hæc quoq; ex Prognostico sumpta sunt.

[4] ἀποστέροι γὰρ ἐξαπίνης] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἀπύστεροι legere malim, cùm paulò post iis δυσπνοῦντες opponat.

[5] οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνουσι] Ista ex lib.3. Progn. desumpta sunt.

[6] μόνον μᾶλλον ἐόντα] Caluus istud de vrinis sumpsit, & μόνον μᾶλλον legisse videtur.

[7] ἀλλὰ ὑγιὴς γίνεται] ὑγιὲς legunt Aldina & Vaticana exemplaria.

[8] τὸ θερμὸν ἀπόντος] τὸ θερμὸν ἐπαπόντος legunt Aldina exemplaria.

[9] ἢ ἐξὸν ὑγιείλω ἰσχυρῶ] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria, sed Vaticana ἐξαρρόϊλω ἰσχυρῶ legunt.

[10] ἢ δὴ ἀλλὴ ἐφίσταται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἀφίσταται lego cum interpretibus.

[11] τριταίῳ] Id de tertiana febre dici testatur aph.59. lib.4. quanquam Caluus aliter accipit, & τριταῖος legere videtur.

[12] ὀκέσοις ἐν ἀφορήσις] Hæc sententia sumpta est ex aph.63. & 64.lib.4.

[13] τὰ ὀξέα νοσήματα] Aph.23. lib.2. & in Coac. Prænot. vbi hæc sententia repetitur, non additur ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

[14] ἐξαῖος] Hæc sententia scribitur aph.36.lib.4. sed trigesimū primum diem hîc adscribit Cornarius ex aphorismis, cùm τριακοσαίοις scribant exemplaria omnia, vt τριακοσαίοις Aldina, cùm in eam diem iudicationes cadant ex Hippocratis doctrina, etsi septimus & vigesimus dies & trigesimus primus, & trigesimus quartus rarò per sudores iudicent; vt scribit Galenus.

[15] ὠφελέ ενγμα δὲ] Caluus hoc cum negatione legisse videtur, contra omnium codicum fidem.

[16] ἰῶ τὸ νόσημα παριγμένο] ἰῶ lego cum cæteris omnibus exemplaribus, & ἐπὶ πάντα.

[17] ἐν τοῖσιν ὑποχειρίοισιν] Hæc ex Prognostico desumpta sunt.

[18] μὴ καθαρὸν ᾖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia: istaque lectio retineri potest. Verùm cùm ista ex Prognostico sumpta sint, nos cum Cornario negationem sustulimus, & ad id quod scribitur in Prognostico retulimus. εἰ δ' ἐκλείποι, ἢ ποτὲ μὲ καθαρὸν ἐρέοιτο, ποτὲ δ' ὑπίσταται τὸ λευκὸν ἢ λεῖον, χρονιωτέρα γίνεται ἡ νόσος, ἧσσον ἀσφαλής. Quod etiam paulò post eadem notione repetitur. Nos tamen in reliquis vulgatam lectionem retinuimus, vt χρονιωτέρη ἡ κρίσις legimus. Aldina verò exemplaria pro κρίσις κίνησις vitiosè legunt.

[19] ἐκόλα δ' ὑποδυσηρικὰ] Hoc desumptum est ex aph.49.lib.6.

[20] ὅσα ἰδρῶτας] Id etiam ex Prognostico sumptum est.

[21] ἔσται δ' ἐπὶ τὸ πολὺ] Ista sine ordine repetita tumultuariam huius libelli consarcinationem arguunt, sumpta tamen sunt ex Prognostico. Aldina verò exemplaria πολὺ χρόνῳ, pro πολλῷ χρόνον legunt.

[22] ἐν τοῖσι πυρετοῖσι] Eadem scribuntur lib.4. de rat. vict. in morb. acut. vrinarum variam mutationem morbi diuturnitatem, indicare, quod plures & varias subesse affectiones necesse sit, vt illic scribit Galenus.

[23] ψυχροὶ ἰδρῶτες] Hæc ex Prognostic. & aph.37.lib.4. desumpta sunt.

[24] ἢ τέτταρα ἐν ὅλῳ τῷ σώματι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen aph.39 & 40.lib.4. secutus est.

[25] κἀὰ πυρέσσοντα] Aph.est 56.lib.4.

[26] ὑγιαίνοιτο] καὶ ὑγιαίνοντα legunt Aldina exemplaria. ἀκρήτως quoque suspectum est, & ἀκρίτως malim.

[27] ἐς τὰ αὐτὰ χωρουῦτα] Apparet decerptum esse ex apho.69.lib.7. ideoq; incertum est, an de alui egestionibus, an de vrinis accipi debeat. Et certè id mihi parum integrum videtur.

[28] ἑκόσοις δ' ἐν τῇ κάτω ὑποχωρήσι] Istud sumptum esse ex aph.70. lib.7. apparet, etsi detruncatum videtur.

[29] ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι] Istud de febribus intelligendum, in quibus magna est temporum pulsatio, largaque sanguinis ex naribus profusio expectanda, satis indicant quæ scribuntur in Coac. Prænot. & lib.2. Epidem. sect.6. vbi hæc repetuntur, ibique exposuimus, etsi vtrobique non similiter scribuntur, vt etiam in calce huius libelli. Quod etiam hîc ἐδαῶδες ἰσχυρῶς scribitur, illic ἐδαῶδες ἰσχίον. Hic etiam simpliciter venæ pulsare dicuntur, quod de arteriarum in temporibus pulsatione intelligitur in Coac. Prænot. etsi de venarum in manibus pulsatione in huius libri fine & lib.2. Epid. accipitur, de quibus etiam παλμὸς sequente sententia scribitur.

[30] ὅσοι ὑπὸ πυτιάν] Aphorismus est 6.lib.5.

[31] μὴτε σημείων γλωμμένων] γλωμμένων lego, etsi γλωμμένα legunt exemplaria omnia vitiosè.

[32] αὖται δὲ αἱ ὑποστροφαὶ] Vaticana exemplaria αὖται δ' αἱ καὶ ὑποστροφαὶ legunt.

[33] καὶ ἐὰ μίαν ἡμέραν λάθῃ] Sic legunt exemplaria omnia publicata. Vaticana verò, καὶ ἐὰ μέσην ἡμέραν λάθῃ legunt, quæ secutus est Caluus.

[34] ἢ νῆσις κεισίμῳ ἡμέρῃ] ἢ νῆσις κείσιμος legunt exemplaria Aldina.

[35] ὅταν δ' ἐν ὑποχρίσι] ὅτι δ' lego cum Cornario.

[36] τὰ παρ' ὕδ] Hæc sumpta sunt ex sent.1. sect.4. lib.6. Epid. & lib. περὶ χυμῶν, vbi paulò aliter leguntur.

37 ὠὺ ὄρον πάχυ] ἢ ὄρον πάχυ legunt Aldina & Vaticana exẽplaria, quæ secutus est Cornarius, vt id ad præcordia referatur, ex aph. 74. lib. 4. 38 ἅπις τεταρταῖος] Siue id ad quartanas referas, vt faciũt Interpretes, siue ad iudicationem quæ quarto die cõtingit, certum est parum tutam & valde suspectam esse iudicationem, quæ per sanguinis ex naribus eruptionem cõtingit, & τεταρταῖα αἱμορραγίαι Hippocratis rescriptis multis locis dãnantur, hicque de infida iudicatione & recidiuam faciente agitur. Quod sequitur, ᾗ τῆς πύα ὑποχωρίοντα ὑγιάζειν νόσους, valde suspectũ est, etsi in eo cõsentiunt omnia exẽplaria. Cornarius ᾗ τῆς δὲ ὑποχωρίοντα ὑγιάζειν νόσους legisse videtur, vt sanguinis profluuia eos morbos qui per alui deiectiones sanari solẽt, nõ soluãt. Sed lego, ᾗ τῆς πύα ὑποχωρίοντα ὑγιάζει νύξις, hoc sensu, vt sanguinis profluuia minimè eos morbos liberẽt, quibus pus prodiẽs sanitatem confert. 39 τῆς μελαγχολικοῖς] Aphorismus est 11. lib. 6. sed pro φρενιτίδων τεφειπαλν lubentius legerem. 40 ὅσοι μαίνονται] ὅσοι μαίνονται αὐτομάτως ἀπαλλασσόμενοι, legisse videtur Cornarius, cùm tamen ἢ αὐτομάτως legant exemplaria omnia. 41 ἐκέσοι ἐν τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι] Hunc locum mihi videtur subindicare Galenus in Exegesi, παφλάζουσι exponens & φλάζουσι, vt scripsimus in nostra Oeconomia, qui etiam repetitur li. 2 Epid. vnde sumptus videtur, vt in eorum altero φλάζουσι legisse videatur. 42 ἢ ὀδωὼν ἰσχυρὴ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed lectionem libr. 2. Epid. secutus sum cum Cornario.

43 ἢ μανίη] ἢ μανίη lego cum Cornario ex libr. 2. Epid. etsi illic locus iste parum est integer, quem tamen illic abundè nostris Commentariis exposuisse videmur, atq; etiam expressisse quirã morbus magnus dicatur ἐν ἕδρῃ ῥεύμασος, vt & in nostra Oeconomia. Sunt autem hæc omnia iudicationum difficilnũ valdè obscura exempla, ideoq; etiam parum integra. 44 ἔσοις ἐν τῆσι καύσοισι] Hæc solutionis febris ardentis exempla repetuntur li. 2. Epid. sect. 5. & morbi comitialis solutiones esse scribuntur, vt illic exposuimus. 45 ὑπὸ καύσου ἰχρώδεα] Aphorismus est 58. lib. 4. qui etiam repetitur in Coac. Præn. 46 ἔσις ἐν τῆσι καύσοισι] Hæc repetuntur ex aphor. 26. lib. 6. & Coac. Prænot. vbi istam sententiam abunde exposuimus. 47 ἔσοισι αἷμ ἐν τῆς πυρετοῖς] Hæc ex aph. 60. lib. 4. sunt petita. 48 ἔσοισιν ὀδωὼσι γίνεται ὀξαπίνης] Hæc sententia mihi videtur subobscura & parum integra, & ex Coac. Prænot. repetenda, vbi illius explicationem attulimus, & ἢ περὶ σκίλικα ὀδωὼσι pro περισκελίης ὀδωὼσι legendũ diximus, etsi περισκελίες ὀδωὼσι dolores molestos & graues significare possunt, quòd περισκελὴς, σκληρὸς, δυσχερὴς exponitur Hesychio. Quod sequitur, ἀ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς, mihi ad solutionũ exẽpla referri videtur, cùm dolor ad inferiora secedit, velut ad coxẽ lices, & crura, aut tibias. Neq; enim vehemens febris corripit, nisi præcipua viscera attententur. 49 ὑπὸ ὕδρωπος ἰχρώδεα] Aphor. est 14. lib. 6. qui etiã repetitur in Coac. Prænot. Illud verò κῇ φλέβας non alium mihi sensum habere videtur, quàm quod scribitur in aphorismis, τὸ κῇ τὴν φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, aut quod scribitur in Coacis, κῇ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος. Siue igitur aquosa proluuies in venis cõtineatur, siue in spatiis inanibus & corporis cõceptaculis, ea si per venas in vesicã aut aluũ effundatur, soluitur morbus, nec aliter depellitur (quod etiam rectè dixit Horatius) nisi causa morbi Fugerit venis & aquosus albo Corpore languor. 50 ὠὺ ὑπὸ λιπόος φλέγματος] Ex aph. 29. lib 7. petita est sententia, quæ etiam multoties repetitur apud Hippocratem in Coac. Prænot. & li. 1. de morb.

51 ἴδιοι ὑπὸ δριμυτέρης] Codices Vaticani ante hãc sententiã hæc apponũt, ὑπὸ δριμυτέρης ἐχρώδεα ἰχυρῆς, ἴσασος ὀπηνιώμενος ὑπὸ τοῦ αὐτομάτου λύσις. Quam lectionẽ sequitur etiam Caluus. Est autẽ aph. 15. lib. 6. lib. 1. de Morb. repetitus. Reliqua subobscura & parum integra videntur, vt & Aldina exemplaria, quæ πολλὼ χρόνῳ legunt. 52 ἐλαιώδεα ὀπηνιώδεα] Hic locus ex lib. 2 Epid. sumptus videtur, sect. 6. vbi repetitur, & paulò aliter legitur, quem nostris in illum locum Commentariis abundè exposuimus.

53 κεφαλὼ περιωδυνοῦσι] Aphorismus est decimus lib. 6.

54 ὀκόσοισιν ὑγιαίνουσιν] Aphorismus est 51. libr. 6. libr. etiam 2. de Morb. repetitus. 55 ὀφθαλμιῶντι] Sumpta est hæc sententia ex aphor. 17. lib. 6. in Coacis Prænotionibus etiam repetita.

56 ὑπὸ σπασμοῦ] Ex aph. 57. li. 4. petita est hæc sententia, multis aliis locis apud Hippocratẽ repetita, vt li. 1. de Morb. & Coac. Prænot. 57 ὑπὸ πυρετοῦ ἰχρώδεα] Hæc sententia ferè iisdẽ verbis repetitur in Coac. sent. 157. vbi eam abundè exposuimus, & ex lib. περὶ παθῶν τῶν κατ' ἄνθρωπον desumptam esse meliusq; adscriptam testati sumus. Quod etiam satis indicant quæ sequuntur, ὁπόταν ξυμπεπτώκῃσι τὰς χεῖρας ἢ τοὺ πόδας μανίῃ ἐμπίπτουσιν, quæ illic suo ordine adscribuntur, hîc verò omnia interturbãt nihilque cohæret, vt nec ea quæ sequuntur de venarũ in manibus pulsatione, quæ iam semel hoc libro repetita, vitium manifestè arguunt, vt ne addam vitiosam & parum constantem exemplarium lectionem. Quare ea omnia cum Cornario omittenda & resecanda censemus. Et certè Vaticana exemplaria defecta esse videntur & aliquid desiderari suspectant, vt etiam ex Galeno patet.

IN LIB. DE DIEBVS IVDICATORIIS.

Μεγα μέρ] Hic libellus ex variis Hippocratis scriptis ferè consarcinatus, non longè meliore fortuna quàm superior vsus est. Et vterq; cùm ad σημείωσιν & prædicendi rationẽ pertineat, ab Erotiano est præteritus. Exemplaria autẽ manu scripta Regia & Vaticana μέγα κέρδ legunt, sed in Vaticanis supra μέρ adscriptũ est, quam lectionẽ etiam secutus est Caluus. Hoc verò principium ex fine lib. 3. Epid. hîc adscriptũ est.

2 ἀ γὰρ γνοιὴ] ὁ γὰρ νοῦς legunt exemplaria Vaticana pro γνοιὴ, sed vtramq; lectionem apposuit Caluus. 3 ἐκέσι ὅ, τι νόσημα ἀγαθὸν] ἐκέσθαι videtur legisse Cornarius faciliore sensu, & ad κατέσασιν reculisse, quemadmodum scribitur in fine li. 3 Epid. vbi ista iisdem verbis repetũtur, & nos ad finem pest. status apposuimus. Potest & publicata lectio ferri, vt sigillatim quinam morbus bonus, quinam periculosus sit, aut in temporis constitutione, aut in morbo, nosse oporteat. Possumus etiam hîc sequi lectionem lib. 3. Epid. vt communem temporum cum morbis affectionem & habitudinem respiciamus. Quam lectionem etiam nostris in illum locum Commẽtariis ex melioribus codicibus integram reposuimus. 4 ἐαὶ αὐτή τι ἢ ἄρη] Aldina exemplaria & Vaticana ἐαὶ μὲ αὐτή τι ἢ ἄρη τῷ νυσήματι ξυμμαχήσῃ legunt, quã lectionem cum Interpretibus omnibus secuti sumus, etsi αὐτῇ τῇ ἄρῃ vitiosè legunt Aldini codices. Si verò anni tempus cum morbo ægrum oppugnat, & illi copias auxiliares adfert, sinistri augurij non superstitis futuri ægri signum est. 5 ἐπειδὴ ὃ ὧν πρὸ τοῦ τὸ σέσηπτον] Id videtur sumptum ex Coac. Prænot. sent. 150. vbi prædictionis ex facie notæ apponuntur, vbi istud etiam exposuimus. 6 ᾗ τὸ πνεῦμα μαλάκτερον ᾗ λεπτότερον] λειότερον videtur legisse Caluus cùm leniorem spiritum dixit, velut etiam legitur in Coacis Prænot. 7 ᾗ ἐς τὸ ὦθεν δικρουῶ] Sic legunt exemplaria omnia publicata vitiosè, & manu scripta Regia, ἐ τῷ παραδικῷ, nõ magis integrè. Lego autẽ ἢ εἰ ὦθεν τὸ δικρουῶ τὸ γλώττης ὥσπερ πάλῳ λευκῷ ἐπαλείφῃ, velut nostris in Coac. Prænot. Annot. scripsimus, vnde totus hic locus sumptus est, eumq; abundè exposuimus. Caluus verò ἐπαλείπῃ pro ἐπαλείφῃ ex scriptis codicibus legisse videtur, quemadmodum etiam in Coac. Prænot. κεπαλείπεται pro κ. παλείφεται ex manu scriptis codicibus adscripsimus. 8 ἢ μὲ οὐῶ] εἰ μὲ οὐῶ σμικρὰ ἔδη lego cum Cornario, & Caluo. 9 ὠὺ δέπ πάχυπρον] Sic vtrobique legunt exemplaria omnia, sed vltimo loco lego cum Cornario, ὠὺ ὃ ἔπ πάχυπατ, aut ὠὺ δέπ πάχυτατον, ex codicibus scriptis, quod etiã fecit Caluus. 10 τῶπ ὃ] Hæc ex sent. 213. Coac. Præno. desumpta videntur, vbi etiam à nobis explicantur. 11 πὸ ὃ ὀξέα τῶν νοσημάτων] In codicibus Regiis manu scriptis, περὶ ὀξέων νοσημάτων adscribitur. Quæ verò hoc loco acutis morbis tribuuntur, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, περὶ παχέων scribuntur, etsi aliquantulũ variant. 12 ᾗ περσφαίρισις] περσφέρισις lego aut περφαίνεις, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. 13 ᾗ πιαὺπε λέγ ὡς ὁρίων] ὡς ὁρίων μάχας ᾗ πολέμους legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. 14 ἢ ὠὺ πι ἐρίμιλω ὁδὸν ἐν βαδίσῃ] Hunc locũ aliter legit Cornarius, & lectionem libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν adhibuisse videtur. 15 ὠὺ μὲ ἐπὶ τρώματι γλώσσῃ] Hic lectionem libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν adhibeo cũ Cornario. 16 πὶ σάρκα αἰσίγλυ ὑ δωὰ] ὑ δωὰ melius legitur ex lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. 17 ὁ ὃ πάπανος] Hic mihi sequẽda fuit lectio libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, quã hîc vitiatã esse apparet, & ex illa desumptã. 18 φύσῃ γὰρ ἄπαξ] Sic quidẽ legunt exemplaria omnia. Cornarius tamẽ pro φύσῃ, φλέγῃ legisse videtur. Hũc autẽ mihi sensum hæc verba habere vidẽtur, vt febris ardens sua natura cùm semel inuaserit, totum corpus accendi necesse sit. 19 δ'ἶφα μὴν οὐδ' πολλὰ ἔχει] τὸ ἄνθρωπον lego, istaq; desumpta videntur ex lib. 3. de Morb. in febre ardente, vbi iisdem ferè verbis repetuntur. Hi linguæ in febre ardente ad pernicium tendente gradus, abundè mihi explicati videntur sentent. 219. Coac. Prænot. vbi etiam istum locũ adscripsimus. 20 ἰχιάδες ὃ] Hæc repetuntur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vnde desumpta videntur. 21 ὑ μπακινέῃ] Hic interpretes omnes lectionem libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vt puriorem secuti sunt, & ὅταν δὲ μάλιστα δωὰ ᾖ lego. 22 γίνεται ὃ ὑπὸ χολῆς] ἢ φλέγματος addendum videtur, vt locus sit integer. 23 βλαχρὸς] Post hæc verba legunt exemplaria omnia, ἀλλὰ χρὴ ὧδε αἱλεῖν, quæ reiecimus cum Cornario, quod translationem ex lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν arguant.

24 ἴκτερος ὃ ὅδε] Hæc desumpta sunt ex lib. 3. de Morb. vbi paulò aliter leguntur. 25 ἢ ὃ περιπλευμονίη] Hæc quoque ex libr. 3. de Morb. repetuntur, & paulò aliter scribuntur.

26 τελευτῶσι ὃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed τελευτῶσι lego vt lib. 3. de Morb.

ΠΡΟΡΡΗ-

ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ
HIPPOCRATIS,
Hoc est,
PRÆDICTORVM,
LIBRI DVO,

Quorum vnus post iustos Galeni Commentarios, noua interpretatione Latina, & breuibus Scholiis est illustratus, alter verò Latinitate etiam & Annotationibus, quæ vice Commentarij esse possint, nunc recens donatus.

ANVTIO FOESIO *Mediomatrico Medico, &c.*

IN LIBRVM PRÆDICTORVM HIPPOCRATIS PRÆFATA.

ΠΡόρρησις *eorum quæ mentis acie prouidentur aut præsentiuntur prædictio, magnam habet in re Medica celebritatem & nominis auctoritatem, adeoque prænotioni ancillatur, vt eius sensa in animi notione recondita, in lucem producat & explicet. Quarum inter se tam arcta est necessitas, vt ad tuendam quam sibi vendicant artis dignationem, mutuas ferant operas. Nam & prænotionis vis animi septis, velut tenebris immersa, non nisi prædictionis ope enitet, & prædictio, nisi quæ magna artis præceptione sunt comprehensa, aut diuturno vsu comprobata, aut denique contenta mentis agitatione longe ante prouisa, in medium proferat, fatilis quædam & inanis loquentia potius quam futura prologuens oratio esse videatur. Vnde existit vt prænotioni fere iuncta prædictio, illustres faciat aditus ad totam iudicatorum disciplinam, quæ & Medico admirabilitatem parit, & præcipuam arti conciliat existimationem. Nam & quod animo informaris aut præconcipis, in vulgus vt emanet, & in artis præcepta concludas, prædictione opus est. Eumq; in modum Medicina parens Hippocrates præsagium artificiose instituens, προγινώσκειν τὰ παρεόντα Medicum iubet, & apud ægros præterita, præsentia, & futura ex arte enunciare. Et accuratius quodammodo lib. 1. Epid. Medicum velut ad officium reuocans, λέγειν τὰ προγεγονότα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, eumq; in his exerceri vult. Quæ sane totam præsentiendi artem ita concludunt, vt & ex firmissimis artis præceptionibus informata præcognitio, longe ante notatam euentorum consequentiam velut acutè animo cernens ad prædictionem viam muniat amplissimam. Quæ tandem erecta mentis acie, velut iisdem calcatis vestigiis, ad præsensionem contendens, artis mysteria tenebris abstrusa eruulgat, enunciat, & in publicum educit, ac temporum vices moderando, tantam arti gratiam accumulat, vt in præsagiendi disciplina sola ferè prædictio primas teneat. Hinc prædictorum, prædicendi ac prædictionis exorta Latinis nomina, eademq; Medicis trita, πρόρρησις, προκατάγνωσις aut προδιαγνώσις, & προλέγειν. Vt cum ad rectè præsagiendum & præsentiendum multum adiumenti aliunde suppetat, præcipuum tamen instrumentum, velut & præconium, ex prædictione petatur. Quam certe ex arte & dignitate vt exerceas, cum multa ad præcognoscendum & præsagitione rectè vtendum ab Hippocrate & Galeno scripta sint, demumq; per totam iudicationis tractationem latissimè fusa, prædictionis tamen aperta professio ac explicatio his solis duobus prædictorum libellis insignitur. Etsi sanè quidem illius exacta cognitio ex limpidissimis fontibus & germanissimis parentis fatibus, aut ex iis quæ per totam Hippocratis Oeconomiam ad prædictionem informandam sunt sepositæ, potius quàm ex turbulentis his riuulis hauriendæ est. Quam ad rem plurimum conferet exactissima Galeni diligentia totam iudicationis disciplinam multis voluminibus comprehendens, ipsamq; præcognoscendi & præsagiendi rationem ex fidelissimis Hippocratis monimentis contestatam, velut in medicinæ adytis absconditam suis plurimis commentariis in lucem proferens, & ad eam manu ducens. At certe ea tritissima via est quæ ad totius præsensionis amplitudinem retinendam & confirmandam compendium adfert maximum. Est tamen in his duobus quiddam quamuis minime idoneis prædictionis præconibus, quod ita probè artis existimationem tuetur, vt germanitatis sensum præ se ferat, & ex genuina stirpe decerpti surculi in Asclepiadarum familiam rectè insiti esse videantur. Quamuis enim antiquam illam originis celebritatem & Asclepiadarum dignationem sartam tectam non habent, ex eadem tamen familia, quæ totum orbem nominis fama compleuit, tanquam ex schola prodierunt. Siue namq; ad Polybum, siue ad Thessalum, siue ad Euryphontem ortum referant, in Asclepiadarum tamen familiam, quæ numerosissima fuit, velut retro repetitis cognationis ordinibus transeunt. Cuius rei sententiam fert Hippocratici nominis vindex acerrimus Galenus libris de diffic. spirandi, qui reliquos Hippocratis libros Polybo aut Thessalo adscriptos, velut exauthoratos milites, militiæ sacramento restituit, & in Hippocratis familiam ac disciplinam cogit, eoq; nomine in populo venditationem habere existimat. Quod sane in-*

dicium non temerè secuti sunt antiqui, eos qui passim circumferuntur libros, tanquam vnum Medicinæ corpus in Hippocratis nomen imponentes. Et certe, si his duobus mancipiis quæ nunc in libertatem asserimus ac velut producimus, præconium facere nostris scriptis fas est, eos satis locupletes existimamus, qui & nobilissimæ arti grauissimum testimonium ferant, & amplissimæ dignitatis existimationem tueantur. Ac vt de priore Prædictorum istorum libro sileam, cuius vt enarrator ita laudator est optimus Galenus, satis constat ex eo integras sententias tanquam sumptiones aut lemmata quædam ab antiquis artis nostræ magistris, Galeno præsertim & Aretæo, vsurpari. Et hic quoque verborum pondere, sententiarum grauitate, styli magnitudine, & breuitatis circumscriptione tam facilè Hippocratis maiestatem testatur, vt minimè abdicari debeat. Quinetiam doctrinæ genere, & dictionis nouitate, ac tractationis serie cum Coacis Præsagiis tam apertè conspirat, vt ex iisdem ducantur fontibus & vtriusque idem auctor esse videatur, qui (vt in actionibus perscribi solet) de re eadem ferè fecerit alio modo. Neque verò ideò eius doctrina in totum respuenda est, quòd in eo næui plurimi, & vt in tumultuario opere ac ad memoriæ subsidium proiecto, voragines quædam ac vastitates deprehendantur. Cuius quidem calamitatis infortunium ex Galeni monimentis solandum venit, cuius industria hiatus velut aggestione facta oppleti, æquatæ salebræ, & miserabilis vastitatis species depulsa est. Quæ lamentatio à nobis aliàs id ipsum quiritantibus iam sæpe expressa, hoc tempore supprimenda est, præsertim cum extra causam sit, & in vnius Galeni diligentia conquiescat, qui horum Prædictorum librum primum suis Commentariis & laboribus ita complanauit, vt iam in omnium ora veniat. Quo faciliore opera ideo defuncti sumus, vt in eundem leues tantùm velitationes nostras emiserimus. In altero versatur nostra quæstio, atque eò sanè maior, quò & deterior illius est conditio, & profectò obscurior cognitio. Ac primùm (vt iam ad id quod instat aggrediamur) in eo nobis magnum est propositum negotium explicandum, quod cùm vterque in prædictionis & nomen & causam veniat, tam sint inter se & toto tractationis genere, & serie, & ordine, ac dictionis ornatu dissimiles, vt de germanitatis iure contendant. Deinde ea est styli varietas, & scriptionis, totius habitus & formæ tanta dissimilitudo, vt vtriusque non vnum aut eundem esse authorem res ipsa clamet. Certè scriptum istum librum ab eo apparet, qui prædictionis Medicæ dignitatem à maledicentium obtrectationibus tueretur, cùm vaticinationis aut diuinationis nomen incurreret, ac præstigiarum potius quàm præsensionis speciem obtineret. Quod Medicorum quorundam ignauia, ne dicam ambitione, illis temporibus accidit, qui vt famam in populo quærerent, ad illiberalem quæstum prædictionis nomine turpiter abutebantur, & ad quiduis potiùs quàm ad artis Medicæ dignationem obtruderent. Cuiusmodi sanè plurima prædictionum genera hic conuelluntur, ac tandem quòd longius aberrarint, ad artis saluberrimæ metas flectuntur, dimumq; quanam prædictionis specie Medicus velut caduceo ornatus per omnium ora hominum clarus obambulet, artiq; summam conciliet gratiam, præclare ostenditur. In eoque (quod satis apparet) versatur totius quæstionis cardo, vt prædictionis legibus optimè constitutis, ad eorum modulum, quæ sunt tam ad præcognoscendum quàm ad rectè præsagiendum in arte facienda necessaria, appositissimè accommodentur. At verò vt in vtroque rectè omnia ad prædictionis leges examinantur, & quod palam profitentur, re ipsa satis præstant, tam dissimilis tamen inter se est oris habitus, tam varia species, vt esse eiusdem parentis fœtus mihi in animum inducere nequeam. Cuius rei suspicionem etiam auget Galenus passim in vocum obscurarum explicatione, hunc librum Prorrheticum maius vocans, & quibusdam Prorrheticum secundum dici scribens. Quæ quidem nomenclatura etsi tolerari potest, eam tamen cùm in aliorum opinionem confert, minùs probabilem facit, atque eò magis quòd sæpius vbi mentio huius libri incidit, eum semper Prorrheticum maius vocat. Neque verò illi longè æquior esse videtur Galenus in libello περὶ τῆς προγνώσεως, qui multorum Medicorum existimatione hunc librum Hippocratis familia abdicat, quod etiam de vtroque palam fatetur Erotianus, librorum Hippocr. locupletissimus & vetustissimus censor. Quæ profectò sunt grauissima quibus hoc tempore premimur præiudicatæ authoritatis testimonia, quæque nos ab eo instituto, in quod iamdudum longa animi cogitatione incumbimus, reuocare facilè possint, nisi & publicæ vtilitatis ratio, & causæ in quam iam pridem sumus ingressi æquitas, ad eum quem tenere cœpimus cursum persequendum animos adderent. Imprimis verò nos in hanc causam imposuit Cornelius Cellus, qui multis magnorum Medicorum decretis oppressam huius Prorrhetici secundi dignitatem, ita suis vigiliis recreauit & subleuauit, vt ex eo multa in rem suam medicam tanquam in fundum transfunderet, & ex huius fontibus suos hortos irrigaret. Nam cùm cæterorum Hippocratis operum, tum verò huius libri tam est æmulator & mirator eximius, vt integras penè sententias in suum vsum transtulerit, & (quod solet) liberius paulò Latinè reddiderit. Quorum omnium nihil à nobis esse neglectum, tam erit his nostris Annotationibus manifestum, vt & cuiusque loci notata ac expressa vestigia, & aptè loco posita, & verò plurima ad regulam tanquam in lucem reuocata esse videantur. Magna sanè fateor habenda Celso gratia pro reddita huic operi salute. At certè illi tam cumulatè beneficium reponitur, vt huius opera ex insaniat- & perturbatione quadam ad sanitatem & tranquillitatem, ipseq; sibi quodammodo restitutus videatur. Hunc igitur nacti tam nobilem istius fabulæ actorem, non est cur ad verbis exaggerandas huius operis laudes, ambitiose nimis cuiusquam præconium requiramus. Est enim per se satis ampla & ferè popularis rerum ac verborum exornatio, doctrinæ verò cognitio ad eam quam præ se fert prædictionis scientiam non minimùm accommodata. In qua tamen à Celso plurima vbi breuitatis studio contractius concluduntur, ea latius aliquantulo & diffusius nobis dicenda fuere. Atque ista nobis sit ad hos Prædictorum libros excursio, velut præmonitio quædam.

ΙΠΠΟ-

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ. ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

HIPPOCRATIS PRÆDICTORVM LIBER PRIMVS.

Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι, ἢν κεφαλῆς, ὀσφύος, ἢ στομάχου δεινὰ, πραχήλια ὀδυνώδεα, ἀργυπνέοντες, ἄρα φρενιτικοί εἰσιν; μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποτάζων ὀλέθριον, δήλως τε καὶ ἢν τεταρταίοισιν ἐγγυθρόισιν.

QVi inter initia sopore detenti, capitis, lumborũ, præcordiorum, ceruicis dolore ac insomnia cõflictantur, eos considerare oportet, num sint phrenitici. In his narium stillatio perniciem ostentat, idq; præcipuè si quarto inter initia die contingat.

Galenus in libello περὶ κώματος cap. 6. & 7. hanc sententiam explicat, eiusq; scriptionis quam ambiguam facit in Commentatio meminit. Hunc verò affectum ex Lethargo & Phrenitide mixtum, quem Typhomaniam dici quibusdam in Comment. eodẽ nomine etiam donari scribit libr. περὶ κώματος cap. 4. & imperitis medicis de illius nomine ambigi, cum tamen in Pulsuum Ilagoge & lib. 4. de Caus. puls. eundem affectum proprio carere nomine fateatur. Hippocrat. κῶμα ἄγρυπνον vocat eodem teste cap. 4 libr. περὶ κώματος. Typhomaniam etiam vt hic quoque & libris de pulsibus, in Exeg. μικτὸν ἐκ φρενίτιδος καὶ ληθώδους πάθημα exponit Gal. Meminit autem huius sent. Gal. initio Comment. 2. in lib. 3. Epid. & in ægr. 11. vbi sententiæ secundæ initium primæ extremo etiã annectitur. Quod ex quibusdam codicibus non rectè fecisse Caluum etiam apparet. Vitiosa sunt quoque exemplaria quæ κωματώδεος & ὑσπρίος legunt.

Κοιλίης ῥεύματα ξηρὰ, καὶ χολὴν μὴ ἐν πᾶσι τοῖσι νοσήμασι. ἀχρήιστα ἢ ὅτι τοῖς περιφρονέουσι.

Alui prærubra proluuies, cùm in omnibus quidẽ morbis, tum verò vel maximè in prædictis, malo est.

Hoc præsagium cùm ad præcedens referatur, potest tamen distingui, quod etiam facit in Cois Præsagiis, vbi etiam ῥεῦμα non satis vsitatè legitur, quod hìc quoque faciunt exemplaria quædam manuscripta. Nam ῥεῦμα κοιλίης antiqua vox Hipp. valdè vsitata, cùm aluus liquidis & tenuibus distillat, qua etiam vtitur Aretæus cap 5. lib. 1. περὶ αἰτίων. Hæc autem signorum diuersa generis concursio, quæ horum Prædictorum authori valdè est familiaris, & ad prædictionis iustam commentationem non multum adfert adiumenti, (vt scribit in Com. Gal.) affectionum inter se mixtiones facit. Sunt autem αἱ σύμπτωσεις ἐξ ὑγιείης καὶ ἀλλήλας ἀλλοιώσεις, ἐν αἷς πλεῖόν τι πονηρὸν μοῖρα, ex Gal. Com. 2. in lib 3. Epid. Exemplaria porrò quædam manuscripta ἐν πᾶσι νοσήμασι legunt.

Αἱ δασέαι γλῶσσαι ἢ καταξηραὶ, φρενιτικαί.

Lingua ex resiccatione densa & aspera, phrenitidem portendit.

Δασεῖαν γλῶσσαν, ex resiccatione densam & asperam diximus vt vtramq; interpretationem includeremus. Nam δασεῖαν, τραχεῖαν Galenus exponit. Potest etiam & ἡ πεπεγυῖα intelligi, aut quæ σκληρὰ & παχεῖα in febre ardente dicitur lib. 3. de Morb. vt scripsimus in Cois Præsagiis. Dicuntur etiã quibusdam δασεῖαι γλῶσσαι, αἱ ἔτι ὑπὸ πυρετοῦ ἐπεχόμεναι, ὡς μὴ ἔξω ἔρευθρουῦσθαι τὸ λεγόμενον. δασὺς γοῦν ὄχθος καὶ φωνὴ δασεῖα λέγεται, ἢ πεπαχυσμένῳ πρὸς τῷ τῶν φορτικῶν γινομένῳ πνεύματι. Ex Scholio quodam.

Αἱ διὰ παραφρόνησιν ἀγρυπνίσιαι, ὧρα ἄχροα, μέλανα, ἐναιωρεύμενα ἐφ' ἱδρῶσι, φρενιτικά.

In iis qui præter rationem perturbantur & vigiliis torquentur, vrinæ decolores, nigris sublimamentis interspersæ, cum tenuibus sudoribus circa caput obortis, phrenitidem prænuntiant.

Varia hìc est lectio in ἐφ' ἱδρῶσι. Galenus ἐφ' ἱδρῶτι & ἐφιδρῶσι legisse videtur. Quædam exemplaria ἐφιδρῶσι habent, alia ἐφιδρώσιν. Nos dictionis ἐφιδρώσεως sensum amplexi, tenues circa caput sudores ex Galeno diximus. Quod in toto hoc loco malè mihi omitti videtur à Caluo. Vitiosa quoq; sunt exemplaria quæ νεφελικὰ legunt. Quæ secutus Caluus, ἐφιδρώσιν νεφελικὰ sequenti sententiæ adiunxit.

Εὐπνοιά τε ἐν φρενιτικοῖσιν ἀναργής.

Quin & quæ in phreniticis manifesta apparent insomnia prouidenda sunt.

Hoc præsagium alio quidem sensu effertur in Cois Prænotionibus. sent. 90.

Ἀναχρεμψις πυκνὴ, εἰ δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον παρέσῃ, φρενιτικά.

Excreatio frequẽs & irrita, siquidem aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

Exemplaria quædam scripta ἀναχρεμψις πυκνή γε legunt. ἀναχρεμψις πυκνὴ dicitur in Cois Prænot. vbi etiam φρενιτικὴν pro φρενιτικὸν melius sonat.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ πυρετῷ παρεψυχθέντος, κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐφ' ἱδρῶσιν.

Relicti in præcordiis æstus cum febre in qua totius corporis habitus perfrigeratur, malo sunt, idq; præsertim si cum sudoribus contingat.

Huius Prorrhetici partem cum superiore malè iunxisse videtur Caluus, vt sensus satis indicat. & nulla ita testentur exemplaria. Hoc verò prædictum quodammodo exprimitur sent. 69. Coacorum Præsagiorum, vt illic scripsimus.

Αἱ παρεξαδυνατήσαντων παραφρονέουσαι, κάκιστα, καὶ Θρασυώνδι.

Desipientiæ quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus succedunt, pessimæ sunt, non secus ac Thrasynonti.

Membranæ Vaticanæ (vt audio) ἀπαυδησάντων παραφρονέουσαι legunt, & codices Regij manuscripti quidam παρεπαυδησάντων quę lectio ad veterem scriptionẽ propius accedit, & παρεπαυδησάντων legi debere testatur, quod facit Erotianus vbi hanc dictionem exponit his verbis, παραπαυδησάντων, παρασαφωνησάντων, ἐξ ὧν δηλοῦται τὰ κεκμηκόσιν ἢ δυνάμει. φησὶ γὰρ παραπαυδησάντων παραφρονέουσαι κάκιστα. Quibus verbis vt haud dubiè hic locus subnotatur, ita & φρασαφωνησάντων vitiosè, pro φρασαφωνησάντων apud Erot. legi existimo. quòd ἀπαυδῆσαι idẽ Erotianus antea εἶσιν ἀφωνον γῆρας explicet quod extremã virium defatigationẽ significat, vt & ἀπαυδῆσαι in Epigrammatis fessum & defatigatum denotat, & ἀπαυδηκὰς confectus & viribus defectus dicitur. Galenus certè, vti popularẽ & vulgatam lectionẽ est secutus, τοῦ παρεξαδυνατήσαντος, παρακεκμηκότας ἢ δυνάμιν alibi explicat, viribus fractos & delassatos, ἢ τοῦ μετ' ἐκλύσεως, ἢ ἀσθενείας. Caluus haud dubiè longè aliter legisse videtur, velut ἀπαυδησάντων, aut aliud quid tale, contra omnium exemplarium fidem & Galeni intelligentiam, quod item fecit in Thrasynonte, ita tamen vt quoddam germanæ lectionis vestigium ab eo expressum esse facilè intelligas. Quòd autem ad scriptionẽ attinet, in Erotiani verbis κάκιστα pro κάμνουσαι, & κακὸν pro κακὰν scriptũ esse facilè quis suspicetur, nisi quis illud κάκιστα sumat, quemadmodum lethargo phrenitidem succedere bonum esse dicimus, &

probat Gal.Com.6.in lib.6.Epid.Solenne est autem Hippocrati per ἀφωνίαν neruorum principij offensam & sensus priuationem sumere. A

Vehementes phrenitides in tremorem desinunt.

[9] Τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς, τρομώδεα τελευτᾷ.

Vomitus virulenti & æruginosi,cũ capitis dolore, surditate & insomnia,promptã insaniam significant.

[10] Τὰ ἐν κεφαλαγίῃσι ἰώδεα ἐμέσματα μετ' κωφώσιος ἀχρυπνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει.

Huius præsagij initium cum præcedentis fine coniungit Caluus,velut & νεανικῶς τρομώδεα copulat contra Galeni intelligentiã & exemplarium fidem.Hæc quoq; prædicta in Cois Prænot.paulùm immutatis verbis repetita,eandem tamen habent notionem.

Vbi fauces in morbis acutis dolent, graciles sunt, paruæ & suffocantur,atque vbi os hiarit nõ promptè adduci ac claudi possit,mentis emotionem portendi oportet.Ex his phrenitis pernicioſa est.

[11] Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγα ὀδυνώδεα, ἰσχνά, σμικρά. πνιγώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως σωάγχην τε καὶ κλείθρον τὸ στόμα, τὰ δακρυσικὰ, ἐκ τουτέων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι. B

Caluus hoc Prorrheticum in tres sententias distraxit & valdè obscurauit.Quod ideo dico quia haud scio an hominis ingenio, an verò codicum vitio contigerit:vt ne quis exemplaria Italica, quæ ad hanc vsq; diem magnam de se opinionem commouerunt, & quibus liberaliter vsus esse ille creditur,in hoc negotio plurimùm habere ponderis existimet.Repetitur etiam in Cois præsagiis paulùm commutatis verbis Vitiosa sunt autem exemplaria quæ ἀάγχιν pro σωάγχιν & ἐκλείῃν pro κλείθρον habent.

In phreniticis initio moderatum esse,sedatum & facilem, crebrò verò permutari malum est. Quin & sputatio frequens mala est.

[12] Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ὀπτικὲς, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν κακὸν τοιοῦτον. καὶ πτυελισμὸς κακόν.

ἐν ὄψεσι videtur legisse Caluus vitiato sensu. Idem quoque hanc sententiam sequenti annectit,cùm vbique separatæ sint.Repetitur etiam in Cois Prænotionibus hoc Prorrheticum cum sequente aliquantulum tamen diminutè.

Albicans deiectio in Phreniticis mala est, quod Archecrati accidit.Num & in his torpor fit ? His si rigor contingat pessimum. C

[13] Ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις, κακόν, ὡς τῷ Ἀρχεκράτει. ἆρα καὶ ἐπὶ τούτοισι καὶ νωθρότης γίνεται; ῥῖγος ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.

In furiosa & vehementi mentis emotione succedentes tremores malignitatem denunciant.

[14] Τοῖσιν ὀξέσι μανίοισι μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγίνονται, κακὸν σημαίνουσι.

Quod hîc κακόν in Cois Prænotionibus κακὸν dicitur.

In grauiter & acutè mente emotis,si febris iterum repetat cum sudore,phrenitici euadunt. D

[15] Οἱ ἐκστάντες ὀξέως, ἐπιπυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι, φρενιτικοὶ γίνονται.

In Cois Prænotionibus etiam paulò aliter repetitur hæc sententia.

Phrenitici parum bibunt, ex leuibus strepitibus facilè irritantur ac percelluntur,tremuli sunt.

[16] Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφῳ καθαπτόμενοι, τρομώδεες.

βραχυπόται dicuntur qui rariùs & per multa interualla bibunt,vt explicat Gal.lib.1.περὶ δυσπν. & Com 3.in lib.3.Epid. Quæ vox sæpe celebratur in phreniticis à Galeno & vsurpatur etiam Aretæo. Dicuntur quoq; ψόφῳ καθαπτόμενοι,qui strepitum facilè sentiunt ac percipiunt ab eoque promptè irritantur,aut qui ad quemuis strepitum expauescunt,consternantur & percelluntur. Sic Gal.in Exeg. ψόφῳ καθαπτομένους,ψόφου ῥᾳδίως αἰσθανομένους,καὶ μᾶλλον καὶ πρὸς ἀκοὴν, ὡσεὶ καὶ ψοφώδεις explicat,qui strepitum facilè sentiunt, & animo consternantur:velut ψοφώδεις,h.e.ad quemuis strepitum expauescentes,formidolosos & meticulosos, hunc nimirum locum designant.Idem καθαπτομένους, σφοδρῶς αἰσθανομένους,h.e.valde sentientes interpretatur.Alia est lectio in Cois Prænot, quam illic aperuimus.Celebratur multis in locis hunc in senium hic locus à Gal.ac præcipuè lib.περὶ δυσπν. & lib.5.de loc.aff.Quo magis miror Caluum satis per se alioqui illustrem istam sententiam,tam breuiter cum superiore conclusisse. vbi etiam βραχύποτε ψόφῳ καθαπτόμενοι legisse videtur.Huc porrò locũ de Hydrophobia accipere videtur Cælius Aurel.lib.3.acut.cap.15 his verbis.Ipse quoque Hippocrates,etsi non principaliter de ipsa passione tractans,sensa tamen dictorum hanc passionem memorasse monstratur, in Prædictiuo libro dicẽs Phreniticos paruibibulos,sono quolibet pulsatos,tremore affici.Ita hîc βραχυπότους dici existimat quòd modicum biberent ob liquoris timorem.Etsi sanè mutata quasi vehificatione, id rectè phreniticis non hydrophobis attribui asserit. Quos rectè βραχυπότους dici scribit,quòd fastidio pellecti non solùm cibum verùm etiam potum refugiunt,vel quòd imaginatione læsa accipiendum potum non existiment,vel suspicione ob delirationem affecti,admixta putent venena liquori. Idem etiã phreniticos tremore affici asserit ob neruorũ debilitatem,facileq; ad omnem sonitum cõmoueri,scilicet alienationis proprietate. E F

Vbi post vomitum anxiosum vox stridula est oculi squalidi & puluere obsiti,insania portenditur,non secus ac Hermozygæ coniugi accidit, quæ vehementi insania correpta,voce defecta interiit.

[17] Τὰ ὀξέμεσα ἀσώδεος, κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπίχνοιον ἔχοντα μανικὰ, οἷ καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐκμανεῖσα ὀξέος ἄφωνος, ἀπέθανε.

ἐπίχνιον ἐπίπαχυ,χνοῶδες exponit Gal.in Exeg concretum,lanuginosum,vt sint ὄμματα ἐπίχνιον ἔχοντα, oculi concretam quandam lanuginem habentes aut puluere & sorde obsiti,squalidi,quod ex nimia siccitate accidit,velut per æstum iter facientibus.Simile est quod in Cois Prænotionibus πτισσὲς ἀχνώδεις in oculis dicitur,concreta quædam tenuis lanugo ac sordes.Quod ex nimia siccitate & magna imbecillitate accidit. Idemq; quod lib 6.Epid.scribitur,τὸ ἐπιξηραινόμενον οἷον ἄχνη.Scribitur ex scholio quodã quod tamen non satis probatam habet fidem.ὄμμα ἐπίχνιον ἐκ τοῦ τὸ ὀξυκίνητον,ὡς ἔνιοι φασὶν,ἀλλὰ τὸ ἐναντίον δυσκίνητον καὶ κατέχειν εἰρηκέναι,παρὰ τὸ χνοῦς καὶ δηλοῦν πῶς περὶ πῶμα μύσιγγα φλεγμονὴν καὶ ξηρασίαν.Quod videtur secutus Caluus,cùm obrigescere oculos dixit, dictionis Hippocraticæ vim non satis assecutus.Repetitur etiam hæc sent in Cois Prænot. verbis paululum immutatis. G

In febre ardente si tinnitus aurium cum visus hebetudine fiant,& ad nares accedat grauitatis sensus, furiosa mentis emotio indicatur.

[18] Ἐν πυρετῷ καυσώδει ἠχῶν περισκιομένων μετ' ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ ῥῖνας περισκελοῦντος βάρεος, ἐξίστανται μελαγχολικῶς.

ἐξίστασθαι μελαγχολικῶς, vehementem ac furiosam mentis insaniam cum Galeno diximus,quòd ἐξίστασθαι.φρενοπλανῶ σφοδρὰν καὶ μανιώδη,aut φρενοκλονεῖν σφοδρὰς eidem significet.Indicat autem vehemens delirium,ex quo in insaniã erumpunt,& atra bili perciti ἐκστάντες μελαγχολικῶς dici videntur,velut de vxore Amphitr.Plantus Amphytr.atra bili percita fit. Nulla res tam delirantes homines concinnat citò.Repetitur hoc præsagium in Cois Prænot.sed sanguinis profluuium velut signum criticum additur.

Desipientiæ cum voce stridula & linguæ conuulsione tremula,voce quoq; ipsæ tremulæ, mentis vehementem alienationem significant. In his durities aut asperitas perniciem minatur. H

[19] Αἱ φρενοβλαβέσιαι σὺν φωνῇ κλαγγώδει, γλώσσης ἀσασμοὶ τρομώδεες. καὶ αὗται τρομώδεες γλῶσσαι, ἐξιστᾶσαι. σκληρυσμὸς τουτέοισιν ὀλέθριον.

Caluus hanc sententiam tribus membris distinxit,cum tamen in omnibus exemplaribus coniunctè legatur, eodemque modo in Cois Prænot.repetatur. Idem quoque omisit, καὶ αὗται τρομώδεες γλῶσσαι.

[20] Αἱ

[20] Αἱ ἴλιγγοφόδεες γλῶσσαι σημαίνουσιν ἀχίδρυμόν γνώμης.

Linguæ tremulæ inſtabilem mentem & à ſede conſtantiæ deturbatam ſignificant.

Repetitur etiam hæc ſententia in Cois Prænot. iiſdem verbis.

[21] Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι, τὸ ἀφροῶδες ἐπώδυνόν κακόν. ἀμφὶς τε γὰρ ὀσφῦν παραλλάσσει καὶ τὰ παρεγχέοντα.

In biliosis & ſinceris deiectionibus ſpumoſa efflorescentia malo eſt, iis præſertim quos antea lumborum dolor ac deſipientia vexauit.

Scribitur ex Scholio quodam, ἀφροῶδες ἐπαίθυσμα τὸ ποικίλον, αὐτὴ δὲ ἡ αὔρα χρώματα τὰ ποικίλα καὶ ἐνίοτε ὃ τὰ παρευείροντα ἐς εἶσω διαμαίνουσι. Vbi tamen vitium ſubeſſe videtur, & pro χρώματα διαχωρήματα legendum apparet. Codices manuſcripti ἀκρήτοισι omittunt, vt & Caluus, & in Cois Præſagiis, vbi hæc ſententia repetitur. παρεγχέοντα autem quidam ſumunt de deiectionibus, quæ non ea modò quæ lumbis adhærent, ſed reliqua quoq; inteſtina permeant, ex Galeni etiam opinione. Nos deſipientiæ vexato ægro attribui poſſe exiſtimamus, quòd eo ferè ſenſu ſemper vſurpetur Hippocrati, tum quòd iſta phrenitidem longè promptius præſagiunt. Quod etiam in totum omiſit Caluus.

[22] Τὰ ἀραιὰ καὶ πλευρὴν ἐν τοῖσιν ἀλγήμασιν ἀδιαφέροντα σημαίνει.

In his leues & per interualla lateris dolores delirium ſignificant.

Τὰ ἀραιὰ ἀλγήματα dolores leues & per interualla dicimus, non continuos ſed intermittentes. Sic nanq; Erotianus in dictione ἀραιὸν, ἀραιὰ ἀλγήματα hîc ſignificare ſcribit τὰ ἐκλείποντα ἢ μὴ διηνεκῶς ὄντα, dolores qui ex interuallis affligũt neq; cõtinẽter vrgẽt. Illic n. procul omni dubio locũ iſtũ deſignare mihi videtur. Gal. quoq; ἐδαφίως δὲ καὶ χρόνῳ exponit & τῇ συνεχεῖ opponit. In Cois Prænotionibus. ἀραὶ δὲ τοῖσιν ἀλγήμασι; legitur, nec dubiũ quin ex hac ſententia ſit diminuta & vitiata lectio, vt alibi ad Criſimus.

[23] Αἱ μετὰ λυγγὸς ἀφωνίαι κάκιστον.

Vocis defectiones cum ſingultu peſſimæ.

[24] Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, κάκιστον.

Vocis defectiones cum viriũ exolutione peſſimæ.

[25] Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷς τοῖσι πνιγμώδεσιν ἐπέχει, πονηρόν. ἀφάνεα καὶ παραφρονικὸν τὸ τοιοῦτον.

In vocis defectione reſpiratio, velut in iis qui ſuffocantur, conſpicuè elata & viſui expoſita, perniciosa eſt. Num verò etiam delirium prænunciet animaduertere oportet.

Has duas ſententias diſiunximus, velut etiam in Cois Præſagiis longo interuallo ſeparantur παρέχειν πονηρὸν Caluus iunxit, & Hippocraticæ dictionis vim mirificè Gal. celebratam & explicatã neglexit. Quod etiã vitiũ ad Coicas Prænotiones permanauit.

[26] Αἱ ἐπ' ὀλίγον φάσεις παραφρόσιες θηριώδεες εἰσίν.

Quæ pauco tempore feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt.

Codices manuſcripti tres Regij ἐπ' ὀλίγον φάσις legunt. In Cois etiam Prænotionibus conuulſionis quoque denunciatio additur. Hîc verò ἐπ' ὀλίγον eas quæ ſenſim procedunt mentis emotiones ſignificat, neque ſolùm eas quæ paucis interiectis interuallis, vt ſatis patet ex Galeni Commentario. Ex quo vitioſa eſſe exemplaria conſtat quædam quæ huic ſententiæ iſta addunt, ἢ μόνον ἐπ' ὀλίγον χρόνον ἡδύναντο. Nam præterquam quòd ſuperuacanea, ſunt etiam mendoſa. ἐ μόνον enim potius legendum eſſet: Caluus ſuperioris ſententiæ extremum huic prorrhetico annexuit.

[27] Αἱ μετὰ καταψύξεως ὄκνα ἀπυρέτῳ ἐφιδρώσει τὰ ἄνω, δυσφορίαν φρενιτικὴν καὶ Αἰσχάνην, καὶ μᾶλλον ἢ ὀλέθριαι.

Corporis iactationes & incontinentiæ in febre cum perfrictione & ſuperiorum partium tenui ſudore, phrenitim denunciant (quod in Ariſtagora expertum eſt) atq; etiam perniciem.

Meliùs effertur hæc ſententia in Cois Prænotionibus & ad artis præceptiones magis accommodatè. αἱ μετὰ καταψύξεως δυσφορίαν κάκιστα. Incendium enim internum minantur. Codices manuſcripti ἐφιδρώσει pro ἐφιδρώσῃ vitioſè legunt.

[28] Τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα, ἀπαρεμφάτεα.

Crebræ in phreniticis permutationes, conuulſiones denunciant.

Repetitur quoque in Cois Prænotionibus hoc præſagium.

[29] Τὰ ὀρθρίδια μὴ ὑποστήσαντων, ὀλέθρια. ἀφάνεα τοῖσιν ὀφείλει οἷς εἰ τὶν ὑποστάσιν ἀναπεφάνθαι;

Si quibus vrinæ non recordantibus nec admonitis effluunt, pernicies portenditur. Animaduertendum etiam eſt, num & ab iis tales redduntur quales fiunt vbi ſubſidentiam conturbaueris.

Huius præſagij luculentiſſimum proponitur exemplum ægro. 4. lib. 1. Epid. Eadem etiam ſententia repetitur in Cois Prænot.

[30] Οἱ παλμώδεες δι' ὅλης, ἀφάνεα ἀφώνως τελευτῶσιν.

Quos palpitationes in totum occupant, num plærumque voce defecti pereunt?

Iiſdem ferè verbis repetitur hoc præſagium in Cois Prænotionibus.

[31] Τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξεως πτυελίζοντα, μέλανα ἀνεμέσματα.

Crebræ in phreniticis ſputationes cũ perfrictione, nõ longè poſtea nigrorũ vomitum affuturũ indicant.

Hîc πτυελίζειν frequentem ſputationem aut crebram oris ſaliuationem ſignificat, vt ſatis ex Galeno patet, & nos copioſiùs in ægr. 12. lib. 1. Epid. quod eſt accommodatiſſimum huic præſagio exemplum. Repetitur etiam in Cois Præſagiis eadem omninò notione.

[32] Κώφωσις, καὶ ὦρα ἀκατάστατα. ξήρου ὦρα, διαιωρήματα, παραφρονικά. τοῖσι τοιούτοισιν ἐκτρέπεσθαι καὶ κάκιον. κακὴ δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ἐκτρώσεως. τύφοι ἀφώνοι μὲν, ἀλαλητικοὶ δὲ συμβαίνουσι. οἴμωγή τε καὶ κοιλίαι καταῤῥέουσαι τοῖσιν, οἷς ἐγένετο Ἑρμίππῳ, καὶ ἀπέθανεν.

Surditas cum vrinis prærubris, non ſubſidentibus, & ſublimamentis, mentis emotionem minantur. In his morbo regio corripi malum eſt. Quinetiam malo eſt ex morbo regio fatuitas au ſtupiditas. Hos quidem vox deficere ſolet abſq; ſenſuum læſione. Quin & aluus nonnunquam affatim prorumpit, quale quid Hermippo contigit, & mortuus eſt.

Ad iſtam ſignorum concurſionem magnam dediſſe occaſionem videtur Hippocrates exemplum lib. 3. Epid. quod eſt huius ſcriptoris ſolenni. Meminitq; huius ſententiæ Gal. Com. 1. in lib. 3. Epid. eamq; temerè ad delirij prædictionem à Lyco & cæteris interpretibus commemorari ſcribit. Vbi tamẽ mendoſa eſt Galeni lectio, vt ſatis apparet. ἀκατάστατα autem ὦρα ἐναωρεύματα dicũtur quæ in Epidemiis μὴ καθιζάνοντα, & quod ab Hippocrate ſcribitur ἐναώρημα μετέωρον ἐκ ἵζουσα. ægr. 12. & 9. lib. 3. Epid. delirium q; coindicare ſæpiùs animaduertitur & Gal. ſignificat in Com. ξήρου ὦρα etiam ὦρα quæ hic ponit, rectius in Cois Præſagiis ὑπέρυθρα dicuntur, quòd feruorem ſanguinis ſeroſi & exæſtuationem ſignificent, & ad delirij denunciationem potiùs conducant quàm ἐρυθρά, quæ renum laborantium indicia præ ſe ferunt, Codices manuſcripti Regij κάψωσις legunt non μώρωσις. Quæ lectio etiam ad Italica exemplaria redundauit, vt ſatis ex Caluo patet. μώρωσιν autem fatuitatem aut ſtupiditatem diximus, quòd ναρκώσεται Gal. exponat in Com. Exemplaria quoq; manuſcripta pro οἷσι ἐγένετο ὃ legunt. In Cois Præſagiis repetitur hæc ſententia, ſed diuulsè & mutilatè, quam tamen ex hoc præſagio illi reſtituimus. Iſtius etiam ſententiæ pars adducitur à Gal. Com. ad aph. 51. lib. 6.

In præcipitibus & turbulentibus morbis obueniens ſurditas perniciem minatur.

[33] Κώφασις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι τῶν ἀκηλήθουσα, κακόν. A

Repetitur quoque in Cois præſagiis hæc prædictio.

Dementiæ in quibus tremuli fiunt ægri, obſcurè aut vix quidem deſipere videntur, aut aliquid inueſtigantiũ more ſenſim contrectant & palpant, miro quodam modo phrenitim prænunciant, non ſecus ac Didymarcho in Co contigit.

[34] Αἱ τρομώδεες, ἀσαφέες, ψηλαφώδεες τῶν ἀκρήσιες πόνου φρενιτικάς, ὡς ἐπὶ τοῦ Διδυμάρχου ἐν Κῷ.

Repetitur quoque in Cois Prænot. hæc ſententia, ſed aliquantulum diminutè. Codices manuſcripti Regij καὶ ψηλαφώδεες legunt & Διδυμάρχου, quod etiam fecit Caluus qui tamen huius ſententiæ germanum ſenſum non videtur aſſecutus.

Vbi rigori torpor ſuccedit, mentis alienatio ſignificatur.

[35] Αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες ὑπὸ πόνου πρὸς οὐδέτερα. B

In Cois Prænotionibus νωθρώδεα ῥίγεα κακώδεα dicuntur.

Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatæ ſignificationem quandam præbent. Sub iudicationem verò his plurimus & creber flatus cum ſingulari contenſione prodit. Quin & ad ſuram dolores in his mentis alienationem indicant.

[36] Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἐχόμενοι μὲν καὶ γνώμης παραφορήν, περὶ κρίσιν δὲ τοῖσι πνεῦμα ἄλις ξὺν τόνῳ διέρχεται, ἐπὶ δὲ τῇ γαστροκνημίῃ πόνοι, ἐν τούτοισι γνώμης παραφορή.

In Cois Prænot. repetitur hæc ſententia, & φλέγμα ἄλις συχνὸν legitur, quam lectionem agnoſcit Gal. in Com. Codices etiam manuſcripti Regij, παραφόρησις pro παραφορήν legunt, quos ſecutus videtur Caluus, qui etiam πνεῦμα ἄλις συχνὸν & ξὺν πόνῳ legiſſe videtur vt ſcribitur quoque in Cois Præſagiis. C

Femoris dolore euaneſcente, ſi quid ſublime per vrinam innatet, mentis emotionem expectare oportet, taliaq; qualia circa aurium ſonitus contingunt.

[37] Ἢν ἀπαωρηθῇ καὶ ταῦτα ὕρῳ, τῷ κατὰ τὸ μηρὸν ἀγήματος ἀφανισθέντος, παραφρόνησιν, καὶ οἷα περὶ ἠχέας γιγνόμενα.

Caluus in extrema hac ſententia, καὶ οἷα περὶ κώφωσιν γιγνόμενα, videtur legiſſe, atque ἐν πυρετῷ addidiſſe. Cuius lectionis veſtigia agnoſcit Gal. Cuius etiam in codicibus hæc adduntur, ἄλλως τε δὲ καὶ ὅσα ἐναιωρηθῇ, ἢ οἷα ἄλλα κατ' αὐτὸ γίγνεται, παραφρενικὰ σημεῖα, quod eſt præſertimque ſi quid ſublime in vrina innatarit, aut alia quæcumque in ipſa apparere ſolent mentis emotæ indicia. Verùm iſta parum habent ponderis, neque in melioribus codicibus ſcripta extant, videturque ſuperioris lectionis eſſe quædam interpretamenta.

Vbi aluus humeſcit, æger laſſitudine, capitis dolore, ſiti, vigiliis torquetur, obſcurè loquitur, & admodum eſt impotens, in his caſibus vehementem mentis emotionem expectare oportet.

[38] Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἀγρύπνῳ, ἀσαφεῖ, ἀδυνάτῳ, οἷσι τὰ τοιαῦτα, ἐλπὶς ἐκφρονῆσαι. D

Bis repetitur in Cois Prænot. hoc præſagium, vtrobique tamen vitioſè, vt illîc oſtendimus.

In grauibus malis tenues maximè circa caput ſudores oboriri, & corporis incontinentiæ quadam iactari, malum indicat: tum verò præcipuè pernicies intenditur, ſi iſta cum vrinis nigris contigerint, & ſpiritus magnus & concitatus adfuerit.

[39] Οἱ ἐφιδρωῶντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσιν ἐπιδυσφορέουσι, κακόν. ἀγὼς τε καὶ ἔτεα ὄρεσι μέλασι, καὶ τὸ θολερὸν ὅτι τοιούτοισι πνεῦμα, κακόν. E

Θολερὸν πνεῦμα, dictio eſt huic ſcriptori affectata inter obſcuras repoſita, ac ab interpretibus exagitata. Nos Galenum ſecuti magnum & concitatum ſpiritum diximus, crudum, halituoſum & flatuoſum ſpiritum, qui in magna expiratione & concitata plurimus emittitur, & exæſtuans incendium denotat, deſiguantes; qualis turbulẽtus & turbidus ſpiritus ab interpretibus dicitur, ac vitalis & animalis facultatis extinctionem aut reſolutionem indicat, cùm lucida & ſimplex ſpiritus natura perturbatur & quodammodo offuſcatur. Θολερὸν enim cœnoſum & turbidum ſignificat & Θολερὸς Heſychio βορβορώδης exponitur, Galenus in Exegeſi vocum Hippocr. Θολερὸν πνεῦμα, μέγα καὶ δεδιττόμενον exponit, etſi illic quidam διαλερὸν legunt, Repetitur autem iiſdem verbis hæc ſententia in Cois Præſagiis.

Quæ præter vacuationem fiunt impotentiæ, neq; vacuatione exiſtente, perniciem intentant.

[40] Αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικὴν ἀδυναμίαι, μὴ ἐούσης κενεαγγείης κακόν. F

In Cois Prænot. his verbis repetitur, εἰ παρὰ λόγον, κενεαγγείης μὴ ἐούσης ἀδυνάτοι κακόν. Quæ eſt iſtius ſententiæ veluti explicatio quædam. Hîc verò exemplaria quædam manuſcripta κενεαγγικῷ legunt, quæ ſecutus videtur Caluus.

Vbi aluus intercepta eſt & arctè concluſa, paruaq; & nigra caprarum ſtercoribus ſimilia, nec niſi coacta emittit: Hoc caſu ſanguis è naribus erumpens periculo eſt.

[41] Κοιλίαι ἀποκεκλεισμέναι, σμικρὰ καὶ μέλανα σποδοειδέα περὶς ἀνάγκης χαλῶσαι, μυκτηρικὸν ὅτι τοιούτοισι ῥῆγνυμένοις, κακόν.

Aliis verbis ſcribitur in Cois Prænot. hæc ſententia, eadem tamen notione. Hîc autem ἀποκεκλεισμέναι κοιλίαι ἀποπεπλεγμέναι καὶ ἐστραγγαλωμέναι Eroticno exponuntur, Galeno verò Com. 2. in hunc lib. ἀπεχόμεναι.

Si lumborum dolor diu detinet cum æſtu implacido, tenui ſudore circa caput & thoracem oborto, pernicies denuntiatur. Num plærumq; ij tremuli euadunt, & vox velut in rigore cõſpicuè tremula exiſtit?

[42] Οἷσιν ὀσφὺς ἄγημα ὅτι πολὺ, καῦμα ἀσώδεος, ἐφιδρωῶντες ὅλοι, κακόν. ἆρα γε τοιούτοισι τρομώδεα γίνεται; καὶ φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει ἀδόκητος; G

Aliter quoque ſcribitur hoc pronuntiatum in Cois præſagiis, ſed vitioſè & diminutè, quod ibi ſcripſimus.

Celeres extremorum corporis ad vtraq; extrema permutationes, perniciem denuntiant. Quin & ſitis huiuſmodi (hoc eſt celeriter in contraria permutata) malo eſt.

[43] Ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, κακόν. καὶ δίψα τοιαύτη πονηρόν.

Iiſdem verbis repetitur in Cois Prænot. δίψα τοιαύτη dicitur Galeno ἡ ὅτι τάχιστα μεταπίπτουσα ἐπὶ τἀναντία, celeriter ad contraria permutata. Quod non eſt aſſecutus Caluus.

Ab homine moderato ferox & audax reſponſum, malum portendit.

[44] Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀποκρίσις, κακόν. H

Celebratur hoc pronuntiatum Galeno lib. 1. & 3. περὶ δυσπν. & Com. 3. in lib. 1. Epid. Scribitur etiam lib. 3. Epid. ægr. 16. poſt ſt. peſt. inſigne phrenitidis exemplum huic prædictioni valdè conſentiens, quam in notionem etiam à Galeno adducitur libr. 3. περὶ δυσπν. Repetitur quoque in Cois Prædict. ſed vitioſè vt illîc admonuimus. Hanc verò ſententiam exprimit Celſus, cùm ſcribit, Inſaniam

A saniam timendam vbi subita loquacitas orta est,& hæc ipsa solito audacior. κωφώσις autem ὑποάκουσις exponit Erotianus, moderato, modestos,& qui compositis sunt moribus.

45 Φωνὴ ὀξεῖα, ὅταν χονδρία τοῖς τείνοισιν εἴσω εἵληται.

Quibus vox in morbis acuta redditur iis præcordia intro trahuntur & tendunt.

εἵληται quidem codices legunt,quod Erotianus apud Hippoc. ἕλκεται exponit.εἵληται tamen agnoscit Galenus quod est plurale Ionici præt.perf.quo etiam vsus est Homerus Il.a.etsi alia notione.

46 Ὄμμα ἀμαυρούμενον, φλαῦον, καὶ ὃ πεπηγὸς καὶ ἀχλυῶδες κακόν.

Hebescentes oculi & obtusi improbandi sunt. Quin & fixi ac caligine obducti malum portendunt.

In Cois Prænot. ὃ πεπηγὸς ὀρθὸν legitur. Quam lectionem sequuntur exemplaria quædam manuscripta, eamq; ac hic amplectuntur quidam vt ex Caluo patet. ἀχλυώδες autem cum Galeno legisse videtur Erotianus, quam dictionem exponens scribit, ἀχλὺς λέγεται παρὰ τοῖς ἰατροῖς ἀμαύρωσις ἢ σκότος τῆς ὄψεως. ἀχλὺν quoq; σκότον καὶ ἀόρασίαν exponit Hesychius. Scribitur etiam lib.6. Epid. καὶ πάμμαυρον κακόν, καὶ οἱ παντάπασι ἀφανεῖς ὀφθαλμοί.

B

47 Ὀξυφωνίη κλαυθμώδης πονηρόν.

Vox acuta & stridula malo est.

In Cois Præsagiis ὀξυφωνίη κλαυθμώδης legitur. Quam etiam lectionem hic Gal.agnoscit,& habent exemplaria manuscripta,tum regia tum Italica. vt satis ex Caluo patet.

48 Ὀδόντων τρίσις ὀλέθριον, οἷσι μὴ σώφροσι ἐοῦσι, καὶ ὑγιαίνουσιν, πτυελμὸς ἐπιτείνεται πόνοις κακοῖσι.

Dentium stridor quibus per sanitatem minimè est consuetus periculum denunciat,suffocatio in his valdè praua.

Aliis verbis repetitur in Cois Prænotionibus.

49 Πρόσωπον εὐχροιη, καὶ ὃ λίην σκυθρωπὸν πονηρόν.

Benè colorata facies & valde tetrica ac supercilliosa perniciem intentat.

Scribitur etiam in Cois Prænot.hoc præsagium aliis verbis. Caluus nihil quid de oculorum contractione addidit, contra omnium exemplarium fidem,velut quiddam de frontis contractione scribitur in Coacis.

50 Τὰ τελευτῶντα τῶν ἐπιστρωμάτων εἰς ἀφρώδεα, ἀχνώδεα, παχυζωϊκά.

Alui recrementa si in spumosa & sincera desinant, mali incrementum significant.

Repetitur hæc sententia in Cois Prænot. atque iterum hîc posita.

51 Αἱ ἐκ κεφαλῆς ὑπὸ ὀξέων ῥῆξιν ἀπολήξιες κακίσται.

Vrinarum in præcipitibus malis ex perfrictione interceptiones,pessimæ.

In Cois Prænot. vniuersaliorem habet notionem hæc sententia. Caluus ἐκ κεφαλῆς ῥήξιος non legisse videtur.

52 Τὰ ἐλέφια ἀσημοτέρως διαστήσαντα, ἧσσον σημαίνει.

Quæ perniciem minantur, ea si absque vlla significatione alleuant,mortis periculum denunciant.

Τὰ ἀσήμως διαστήσαντα, τὰ ἀλόγως ἢ ἀσαφέστερον διαστήσαντα alibi dicuntur,quomodo adducuntur Gal. Com.3.in Progn. & ἀσήμως διαστῆναι dicit lib.1.de dieb.decret.eamq; exponit Gal. ἐπὶ μήτε μιᾷ σημείων λυτικῶν μήτ' ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἔνδοξα πεπαυθῆναι Com.3.in Progn. Sic Prorrhetico 2. ἀφανῶς ἢ ἀδήλως dicuntur μήτ' ἐν ἡμέρᾳ κρισίμῳ μηδὲ σημείων ἀγαθῶν ὑπαρχόντων. τὰ ἄδηλα γοῦν ἐπὶ τοῖς κακοῖς dicuntur lib.2. epid & ἀσήμως ἀφανιζόμενα. Cuius generis multa ex Hippocr.adscripsimus nostris in lib.2.Epid.Commentariis. Erotianus τὰ ἀσήμως διαστάντα, φησὶ, φασὶν ὑπονοεῖσθαι εἰς τὸ δεῖλαιον ἀποκλίνοντα hic exponit,quæ citra vllam manifestam opem in melius tendunt.

53 Τὰ ἐν ὀξέσι χολώδεσιν ἐκλυόμενα, ἀφρώδεα, ἢ ἐπὶ χρόα διαχρήματα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ ὅταν περιαύτα, ἀφ' ἑαυτῶν, ἀφ' ἑαυτοῖσιν ἢ ἐπ' ὀλίγον ἐπαυδήσῃ.

In grauibus malis & biliosis exactè candicantes, spumantes,& circumbiliosæ egestiones, malo sunt. Quin & huiusmodi vrinæ damnantur. In his animaduertendum est num iecur affectum sit.

In Cois Præsagiis bis repetitur hæc sententia,& aliis quidem verbis. At melius quidem ἐκλυόμενα disparatè legitur. Caluus χολώδεσιν omisisse videtur,ac ὀξέσι tantùm legisse,quomodo etiam in Coic.Prænot.scribitur.

54 Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐξιστάνται σιγῆς, ὀλέθριον.

Vocis in febribus defectiones, quæ conuulsionis speciem præ se ferunt,in vehementem mentis emotionem cum silentio vertunt,& perniciem ostentant.

Melius & apertiùs scribitur in Cois Prænot. αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐκστᾶσαι σιγῇ ὀλέθριον. Quidam ἢ pro εἰ legunt, etsi exemplaria scripta istam lectionem retinent,eamq; scriptionis vetustate & interpretum auctoritate cõfirmatam fatetur Galenus. Hic Caluus σιγῇ omisit,idq; haud scio an exemplaribus Italicis fretus,an quòd eius explicatio plurimum negotij facesser. Quod etiam nonnullos fecisse interpretes fatetur Galenus.Hîc autè videntur intelligi quæ alias in Cois Prænot ἔκστασις σιγῆς dicuntur.

55 Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσπόνως ἴσχουσι.

Vocis ex dolore defectiones,tandem cum summo cruciatu mortem afferunt.

Iisdem verbis repetitur in Cois Præsagiis.

56 Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀρξάμενοι πυρετοὶ, κακοήθεες.

Ex præcordiorũ dolorib.obortę febres malignę sunt.

Hanc quoq; sententiam velut circumscriptione vacuam & indefinitam sugillat Galenus initio Com.2.in lib.3. Epid. & Commentariis qui ei attribuuntur in lib.1.de humor.ad sent.10.Quæ etiam iisdem verbis repetitur in Cois Prænot.

57 Δίψα τῶν ἀλόγως λυθῆσα ὑπ' ὀξέσι, κακόν

In præcipitibus malis,si sitis temerè ac præter rationem cesset,malo est.

Luculentum est huius pronunciati testimonium ac celebre exemplum in Hermocrate lib 3.Epid.vbi & facultatum & caloris nativi extinctio indicari a Galeno significatur,si sitis nullo merito sedetur,aut si febris in maximis morbis præter rationẽ desinat. ἀλόγως autem est ἄνευ κυρίων σημείων, aut χωρὶς σημείων, ὅπου ἐκείνους ἢ πίστεως quod etiam vt hic quoque,exponit Galen.Com. ad aph.27.lib.2.ac longè apertiùs lib.1.de dieb.decret.Repetitur autem hæc sententia in Cois Prænot.

58 Ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετοῖσιν ὀξέσι, χρηστὸν φλαῦρος.

Sudor in febrib. acutis multus & copiosus dãno est.

Hoc præsagium cum aph 56.lib.4.magnam habet affinitatem & huic coniunctam ac planè conuenientem habet intelligentiam, & paulò aliter scribitur in Cois Prænot.

59 Καὶ θέα δ' ἐπὶ πονηροῖσι, πονηρὸν, καὶ τὰ ἐνυφιστάμενα ἐν τοῖσιν οὐροῖσι πτερύγια κατερυθρήματα, καὶ τὰ ἰλυώδεα πονηρά. καὶ ὃ μικρὰ ὑπόφαρεα, οἷον σταλάγματα.

Quin & laborioſæ vrinæ damnantur, atq; ab his detentæ rubræ quædam efflorescentiæ,& eruginosę, paruæq; veluti quædam stillæ apparentes.

Exemplaria scripta fere omnia πόνοις legunt. Quæ lectio etiam ex codicibus Vaticanis est contestata, vt ex Caluo suspicari licet.Quam suspicionem augent quæ in Cois Prænotionibus scribuntur & aliis verbis efferuntur, ita tamen vt hunc locum vnde petita videntur satis apertè referant,quodq; ne hoc loco signorum criticorum male decernentium quædam enumeratio facta videatur. Atque hæc certè à me afferuntur,non quo scriptorum exemplarium lectionem Galeni explicationi præferam, sed quòd nec temerè tantum exemplarium consensum damnandum existimem, vbi præsertim ad æquitatem cum ratione deflectit opinio

Cuius quidem ſententiæ explicatio ex noſtris in Coas Prænot. annotat. petenda eſt, quòd illîc aptiùs loco poſita eſſe videatur. Quæ ſequuntur etiam ferè repetuntur in Coisprælagiis, etſi nobis in alium ſenſum ſunt tradu&ta.

Vomitiones quoque variæ malo ſunt, præſertim ſi continenter & aſſiduè prodeant.

60 Καὶ ἐμέσεις μὴ ποικιλίας κακὴν, δηλῶς τε καὶ ἐπὶς δηλίων ἐόντων.

Summi totius corporis perfrictiones in diebus iudicationis, cum angore & corporis inquietudine, ſi ſine ſudore fiunt, damno ſunt, præcipuè verò damnantur qui ex his ſuperueniunt rigores.

61 Ὁκόσα ἐν κρισίμοισιν ἀγυσμῷ ἀνδρώσι παρέψυχε-ται, κακὸν καὶ τὰ ὑπορριγώσεα ἐν τουτέοισι κακά.

Aliis verbis repetitur hæc ſententia in Cois Prænot.

Vomitiones ſinceræ & cum angore aut incontinenti corporis iactatione, damnandæ ſunt.

62 Ἐμέσματα ἄκρητα, ἀσώδεα, πονηρά.

Aliter etiam ſcribitur in Cois Prænot. hæc ſententia, vbi & multis aliis reſcriptis tum ſinceræ vomitiones, tum quæ cum angore contingunt damnantur.

Animaduertendum eſt diligenter num profundus & altus ſopor omninò damnari debeat.

63 Τὸ καρώδες ἀρά γε πάντα κακόν.

In Coispræn. aliter effertur hæc ſententia, καρώδες autem καταφορὰν ὑπνώδη exponit Erotianus, hoc fortaſſe ſubindicato loco.

In rigore familiares non agnoſcere & eorum quę geſta ſunt obliuiſci, malum indicat.

64 Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια κακόν. κακὴν δὲ καὶ λήθην.

Iiſdem etiam verbis repetitur initio Coarum Prænotionum. Vitioſa eſt autem lectio quorundam ſcriptorum codicum & Aſulani, qui ἄπνοια pro ἄγνοια habet, vt ſatis ex Gal. patet.

Ex rigore perfrictiones quæ ad calorem non reuocantur, malæ ſunt.

65 Αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες, μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακαί.

Galenus lib. περὶ τρόπων καὶ παλμῶν etiam rationem reddit cur ex rigore corpus caleſiat & ſudores oriantur: Deinde etiam cur extincto calore natiuo perfrictiones permaneant, vbi huius ſententiæ meminit his verbis: ὅτι ῥίγει ψυχθέντα μηκέτι ἀναθερμανθῶσι, πονηρόν. At certè quòd hoc pronunciatum cum præcedente illîc ſignificare videatur, manifeſtiſſimum eſſe apparet. cum ſcribit, αἱ ἐκ ῥίγεος κατάψυξαι μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακόν. Scr.bendum enim exiſtimo, αἱ ἐκ ῥίγεος ἄγνοιαι καὶ κατάψυξις μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακόν. Nec; enim illis verbis vſpiam apud Hippocr. ſcribitur, & certè hæc præſagia ſubindicari videntur.

Ex perfrictione exudantes ad calorem reuocati periculum denunciant: præſertim verò ſi accedat lateris æſtus cum dolore, & ſubinde rigeant, malum impendet.

66 Οἱ ἐκ κατα-ψύξιος ἱδρῶδεες ἀναθερμαινόμενοι κακὴν, ὅτι τοῖσιν ἐν πλευρῇσι καῦμα ὀδυνῶδες, καὶ ὑπορριγῶσαι κακόν.

Huius præſagij pars repetitur in Coispræpaulò aliter. Cal. vt præſagiū diſtraxit, ita aliter legit, nec autoris mentē eſt aſſecutus.

Rigores cum æſtu nonnihil periculi denunciant, & facies incenſa cum ſudore, in his malum ſignificat. Inſuper poſteriorum partium frigus conuulſionem prouocat.

67 Τὰ καυματώδεα ῥίγεα ὑποπόλι ὀλέθρια, καὶ ὃ φλεγμῶδες ἐν τῇ προσώπῳ μετ' ἱδρῶτος ἐν τούτοις κακὸν, ὅτι τούτοις ἡ ψύξις τὴν ὄπισθεν ἀσασμὸν ὑποκαλέεται.

In Coispræn. repetitur hæc ſententia, vbi καυματώδεα legitur, quam ſcriptionem etiam agnoſcit Galen. & ſecutus eſt Caluus, qui etiam μετ' ἱδρῶτα legiſſe videtur.

Ex ſudoribus peruigiles & ad calorem reuocati, malè habere iudicantur.

68 Οἱ ἐφιδρῶντες ἀγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι κακόν.

Repetitur etiam iiſdem verbis hæc ſent. in Coispræn.

Ex recurſatione dolorum in lumbis, oculi peruerſio & diſtortio malo eſt.

69 Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς ὀφθαλμοῦ ἴλλωσις, κακόν.

Hanc ſententiam fugillat Gal. Comm. 2. in lib. 3. epid. quæ etiam repetitur in Coispræn. vitioſè tamen vt ibi monemus. Vitioſa quo-que ſunt exemplaria quæ ἐρεύος pro ὀσφύος & εἴλωσις pro ἴλλωσις legunt. Caluus hoc præſagium malè ſequenti annexuit.

Dolor in pectore fixus cum torpore malum denunciat, Hi ſi ſuborta febre exæſtuent, celeriter mortem oppetunt.

70 Ὀδυνη ἐς στῆθος ἱδρυθεῖσα σὺν νωθρότητι κακόν. ὅτι πυρετῷ ὑπαιτιωθέντες ὀξέως ἀποθνήσκουσιν.

Scribitur etiam hoc præſagium in Coispræn. paulò aliter. ὀξέως ἀποθνήσκουσιν iunximus ex ſcriptis & publicatis exemplaribus, quæ eſt etiam lectio Coarum Prænotionum.

Qui nigra vomitione refundunt, cibos auerſantur, deſipiunt, ad pubem nonnihil dolent, cū aſpectu feroci & clauſis oculis, eos medicamentis purgare tutum non eſt. Neq; verò ſubtumidos, aut tenebricoſa vertigine vexatos, at eos qui vel leuiter moti animo deficiunt, aut cibos auerſantur & decolores ſunt, vt nec eos qui in febre exoluti aut fracti decumbunt, ſi ſopore tententur purgatione aggredi tutum eſt.

71 Οἱ ἐπομεμέσηκοτες μέλανα, ἀποσιτοι, παραφορεες, καθ' ἥβην μικρὰ ὀδυνώδεες, ὄμμα δρασυ, κεκλασμένον, τούτοις μὴ φαρμακεύειν, ὀλέθριον γάρ. Μηδὲ τοὺς ἐπιδεδοτας, σκοτώδεας, ἐν τῇ πλανᾶσθαι ἐκλείποντας, ἀποσιτους, ἀχρόους. μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ, εἰ καματώδεες, καὶ καταπεκλασμένους. ὀλέθριον γάρ.

Scribuntur hæ ſententiæ in quadam Hippocr. epiſtola ad Democritum de Veratri potione, vt ex hoc Prorrhetico adducuntur, vitioſè tamen, vt ſatis apparet. Vbi etiam quibuſnam medicamentum purgans ex Hippocr. ſuſpectum ſit exponitur, vt & lib. 4. de rat. in morb. ac. Quæ omnia effecerunt vt has diſparatas ſententias, cum me horum codicum aſſenſu in vnum præſagium complecterer. Quòd verò ad ſcriptionem attinet Galen. καματώδεες agnoſcit, quæ lectio eſt publicatorum & Mſs. exemplarium, etſi quædam καυματώδεες habent, vt etiam idem ſcribit, & teſtatur Caluus. καταπεκλιμένους etiam habent Galeni exemplaria, cùm omnia, tum publicata, tum ſcripta. καταπεκλασμένους legant. Nos vtranq; lectionem noſtra interpretatione quoad potuimus comprehendimus. ὀλέθριον γάρ etiam optima habent exemplaria, Gal. ὀλέθριοι.

Oris ventriculi dolor cum præcordiorum contenſione, atq; etiam capitis dolor, malignum quidpiam & ſuſpirioſam quandam affectionem indicat. In his certè animaduertendum eſt num de repente moriantur, velut in Dyſode euenit, cui vrinæ valdè fermentatæ & prærubræ aderant.

72 Καρδίης πόνος ἅμα ὑποχονδρίῳ ξυντόνῳ καὶ κεφαλαλγίη κακόηθες, καὶ ἀδηματῶδες. ἀρά γε ὀξαφνης δόξει τελευτῶσιν; ὡς ἐν Δυσώδει, τοῦτο καὶ ἔδρα ἐξυμφορώδεα, ἐφλέγετο βιαίως ὀξέως δρα.

Variant

Variant hic exemplaria. Quædam enim ἄμα ὑποχονδρείου legunt, & κρίσιμοι ἀσθματώδεις, quæ tamen vitium præ se ferunt. Codices manu scripti Regij ὡς ἐν ὀδυνωδῶ legunt. Caluus, ὡς ἡ λυσίας ἐν ὀδυνωδῶ legisse videtur. Gal. ὡς ἐν Δυσώδει agnouit. & ἐ ζυμωμένα διαίτας.

73 Τρομώδης πόνος, κακὸν μὲν ἐν πάσῃ πυρετῷ, κάκιστον δ' οἷς ἐκμανίαι φόβος.

Ceruicis dolor in omni quidem febre malus est. In his verò pessimus in quibus vehementem insaniam metuimus.

Iisdem omnino verbis scribitur hoc pronunciatum in Cois Prænot.

74 Κωματώδεες, κερκιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, ἐφιδρῶντες πυρετοὶ κακοήθεες.

Febres quæ soporem lassitudinemve inducunt, aut in quibus caligant ægri, insomnia ac tenuibus sudoribus vexantur, malignæ sunt.

Repetitur etiam in Cois Prænotionibus hæc sententia aliis quidem verbis, eadem tamen notione.

75 Ἐκ νώτου φρίκαι πυκναὶ, ὀξέως μεταπίπτουσαι, διάφοροι, ὄρθρου ἀπόληψιν ἐπώδυνον σημαίνουσιν.

Crebri ex dorso horrores subinde locum commutantes, graues & difficiles, laboriosam vrinæ suppressionem minantur.

Repetitur hæc sententia initio Coarum Prænot. iisdem ferè verbis & vna notione comprehenditur, etsi distingui potest, vt ex Galeno patet. Caluus tamen aliter quam Galenus hoc præsagium separauit, & ὄρθρου ἀπόληψις ἐπώδυνον σημαίνει legisse videtur, quomodo etiam alias legitur, in Cois Prænot. Exemplaria etiam quædam Regia manu scripta vitiosè ὄρθρου ἀπόληψιν habent.

76 Καὶ ἀθυμώδεες, ἀνέμετοι προξυσμώδεες, κακοί.

Quin & corporis æstuatione & iactatione conflictati, citra vomitum ingraueſcentes, malè habent.

Scribitur etiam in Cois Prænot. hæc sententia iisdem verbis.

77 Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, σημεῖον ὀλέθριον.

Corporis perfrictio cum rigiditate, perniciem denunciat.

Initio Coacarum Prænotionum iisdem verbis scribitur hoc pronunciatum.

78 Ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ μὲν ἀμαθανομένῳ διέναι, ἐόντι παρ' ἑωυτῷ κακὸν, οἷς τῷ ἥπατι κῷ.

Tenues ex aluo absq; mordacitatis sensu prodeũtes deiectiones, ei qui sibi bene constat, malum portendunt, velut nonnunquam iocinoroso contingit.

Illud μὴ ἀμαθανομένῳ de deiectionibus mordacitatis sensu carentibus exponimus Galenum secuti, non secus ac in hepatico quòd iocinorosis id nonnunquam vsu venire soleat.

79 Τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπαγρυπνήσωσιν. μυκτὴρ δὲ τουτέοισιν ἀποσταζων ὀλέθριον.

Vomitiones exiguæ, bilioſæ, malo sunt, tum vero potissimùm si peruigilio conflictentur ægri. In quibus stillans nasus perniciem minatur.

In Cois Prænotionibus scribitur hæc sententia, diminutè tamen, vt illic monuimus.

80 Αἷς ἐν τῷ γε λευκὰ ὑπεξάντα δὲ ἅμα πυρετῷ, κώφωσις, ἢ ἐς πλευρὴν ὀδυνὴ ὀξεῖα, ὀξίζαντα ὀλέθρια.

Quibus ex partu purgamenta alba subsistunt cum febre, & surditatem ac acutum lateris dolorem afferunt, eæ in vehementem & pernicioſam mentis emotionem incidunt.

Hoc quoque præsagium repetitur in Cois Prænot. iisdem penè verbis. Caluus pro ὑπεξάντα ἀποσταζοντα legisse videtur, & contrarium sensum affinxisse. Constat nanque præsagium intelligi de partus purgamentis & iis quæ à partu effluunt temerè suppressis. Quare melioribus verbis codices scripti Regij ὑπεξάντων legunt, vt & in Cois Prænotionibus.

81 Ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν ὑποπαθεμένοισι διαχωρήμασιν, ὑδατοχόλοις, συχνοῖσιν, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, σημεῖον κακὸν, ἄλλως τε καὶ ὦν κάτοχοι γένωνται.

In febribus ardentibus cum aliqua summi corporis perfrictione, ac egestionibus aquæ similibus & crebris, oculorum peruersio & distortio malum significat, tum vero præcipue, si alto quodam stupore, (quem catochon vocant) deprehensi detineantur.

Scribitur quoque hæc sententia in Cois Prænotionibus, sed (vt apparet) diminutè, sed adducitur a Gal. Comm. in ægr. 11. lib. 3. epid. Vbi tamen vitiosè legitur.

82 Τὰ ὀξέα φίνης ἀποπληκτικὰ, λειμώδεος ὑπιπυρετιώδεος χρονίου ὀλέθρια, οἷς ἢ ἐπεπόνθει ὁ Νουμηνίου υἱός.

Syderationes quæ repentè contingunt, si insuper febris mediocris accedat, quæ diu trahat, perniciem minantur, quale quid Numenij filio contigit.

Iisdem penè verbis repetitur in Cois Præsagiis. λειμώδεος autem ὑπιπυρετιώδεος & χρονίου iunximus Galenum secuti, mediocrem & moderatam febrem quæq; diutius trahat intelligentes. Galenus βλαχρὸν ἢ χρόνιον vocat, & ὀξεῖ ἢ πυρώδει opponit. Omnia tamen exemplaria ἀποπληκτικὰ λειμώδεος scribunt, vt & de apoplexia intelligatur quæ debilis sit neq; omnino desperata, sed veluti solubilis ac sanabilis. Quædam etiam οἷς ὁ Νουμηνίου υἱὸς simpliciter legunt, alia quoque οἷσι περιπέπτωκε ὁ τοῦ Νουμηνίου υἱός.

83 Ἐξ ὀσφύος ἀγήματος ἀναδρομὴ ἐς καρδίην, πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀναμῦσαι ὑδατώδεα, λεπτὰ, πλέονα, παρενεχθεῖσαι, ἄφωνοι, ἐμέσασαι μέλανα, τελευτῶσιν.

Ex lumborum dolore ad os ventriculi recursationes, cum febre, horrore, multorum tenuium & aquosorum vomitu, delirio, vocis defectione, eæ in nigrorum vomitionem desinunt.

Repetitur in Cois Prænotionibus longè melius, vt ex Galeno patet. Etenim illic κακοζηλίαι vitiantur, quam non animaduertens Caluus istud præsagium fœminis attribuit, vt ne addam quod illud φαρενεχθεῖσαι minimè allecutus est, aut aliud quiddam legisse videtur.

84 Ὄμματος καπάκλωσις ἐν ὀξέσι κακόν.

In præcipitibus malis oculi obseratio aut perfractio, malo est.

Nos Galenum secuti vtranque lectionem nostra interpretatione comprehendimus. Caluus κατάκλισιν legisse videtur. Antea verò prorrh. 71. ἅμμα κατακεκλεισμένον & κατακεκλασμένους ægros pernicioſè habere significauit. Quædam etiam exemplaria ἐν ὀξείᾳ pro ἐν ὀξέσι legunt.

85 Ἀναζητέειν τοῖς ἀσώδεσιν ἀνέμετοισιν, ὀσφυαλγέσιν, ἢν θερμαστέως ἀναφρώσωσιν, φρὶξ μέλανα διελθών.

Considerandum est in æstuabundis & corporis iactatione citra vomitum & lumborum dolore conflictatis ægris, si audacter desipuerint, num nigra per secessum proditura sint.

Repetitur hæc sententia in Cois Prænotionibus iisdem penè verbis. Quod efficit vt vitiosa exemplaria existimanda sint, quæ

istud præsagium præcedenti coniungunt. Cæterum exempl. quædam manu scripta, ὦ ὀλίγον θρασέως παραφρόνων legunt, vt & in Cois Prænot. quod etiam fecit Caluus.

Dolentes fauces absq; tumore, cum labore & molestia ac suffocatione, præceps exitium minantur.

86 Φαρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ μὴ δυσφορείης, πνιγώδης, ὀλεθρίη ὀξέως.

Scribitur quoque hoc præsagium in Cois Prænot. paulùm diminutè.

Qui spiritum trahunt cum voce strangulabunda, si cerui cis vertebra intro subsidet, iis ad exitum, velut ex conuulsione, respiratio ducitur.

87 Οἷς πνεῦμα αἰέλκεται, φωνὴ δὲ πνιγώδης, ὁ αὐχὴν δυλος ἐγκάθηται, τούτοισιν ἐπὶ τὴν τελευτὴν, ὡς συαπάντος λυὸς τὸ πνεῦμα γίνεται.

Iisdem quoque verbis repetitur in Cois Prænot. hæc sententia.

Ex capite dolentes, & alto stupore (catochum vocant) detenti ac delirantes cum alui interceptione & ferociente intuitu, floridi, in scapulas rigescunt ac posteriorum partium distensione tentantur.

88 Οἱ κεφαλαλγικοὶ, κατόχως παραφρόνεοντες, κοιλίης ἀπολειαμβάνης, ὄμμα θρασύνοντες, αὐθημερὸν, ὀπισθοτονώδεες γίνονται.

Repetitur etiam iisdem verbis in Cois Prænotionibus. Mirum autem subit hic Caluum κοιλίαν ἀπολειαμβάνω ventrem solutum dixisse, repugnante communi dictionis notione & locutionis proprietate ac Galeni explicatione, ideoque aliam lectionem mihi secutus vi detur. Quædam exemplaria manu scripta ὄμματα θρασύνοντα legunt.

Febribus & lassitudinis sensu detento, cum oculorum peruersione, rigor perniciem minatur. Atque in huiusmodi casibus soporati, malum denunciant.

89 Ἐπὶ ὀμμάτων διαστροφὴ, πυρετώδεϊ, κοπιώδεϊ, ῥῖγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι, κακόν.

Huius præsagij partem adscribit Gal. lib. d. Rigore, & iisdem omnino verbis repetitur in Cois Prænot. Caluus autem huius sententiæ prius membrum per se legit, velut adducitur à Gal. lib. de Rigore, alterum huic sententiæ coniungit sicque legit, οἷσιν ἐν πυρετῷ κοπώδει πνεῦμα ταχέως αἰέλκεϊ. φωνὴ δὲ ἠᾴδης, ῥῖγος ὀλέθριον. Οἱ δὲ κωματώδεες ἐν τούτοισι πονηρόν. Cuius quidem lectionis ne vllum quidem nostris in exemplaribus extat vestigium.

Præcordiorum dolores in febribus cum loquendi impotentia, si sudore non soluantur maligni sunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atque aluus affatim prorumpens, perniciem ostentant.

90 Αἱ ἐν πυρετοῖσι πόνοι ὑποχόνδριον ὀδυνῶσαι, αὐαύδως, ἰδρῶτι λυόμεναι, κακοήθεες. τούτοισιν ἐς ἰσχία δήγματα ἅμα καυσώδεϊ πυρετῷ, καὶ ὦν κοιλίη καταῤῥαγῇ, ὀλέθριον.

Hæc sententia bis repetitur in Cois Prænotionibus, vbi αὐδρωπὶ & αὐδρωπίῃ legitur, & nos αὐδρωπὶ legendum duximus, vt sit ἄνευ ἱδρῶτος, quo & hoc quoque vsurpari potest, sed tum κακόηθες impropriam habebit notionem, & in malignorum ingenio ac infidorum genere ponetur, vt & postea. Sed nos cum interpretibus Galeni expositionem sequi malumus. Caluus huius præsagij extremum per se legit, vt & alias in Cois Prænot. legitur. ἐν κούτῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα θανάσιμον.

Quibus cum febribus voces post iudicationem deficiunt, ij tremore & sopore correpti intereunt.

91 Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσι κριθέντος μὴ κρίσιν, τρόμῳδεες, καὶ κωματώδεες τελευτῶσιν.

Paulò aliter scribitur hoc præsagium in Cois Prænot.

Quibus ardore conflictatis, fatuitate & alto stupore (quem catochum dicunt) detentis, præcordia variant, & in contrarias subinde affectiones transmutantur, ac venter in tumorem præter naturam sublatus est cum ciborum interceptione, & tenui circa caput & thoracem oborto sudore: in his animaduertendum est, num, si concitatus & magnus spiritus, aut genituræ similis excretio accidat, singultũ prænunciet, aut etiam ex aluò spumantia & bilìosa proditura sint? Eos splendescens quiddam aut coruscans per vrinam redditum iuuat, aluus verò in his etiam commouetur.

92 Οἷσι καυσικὰ, μεμφορωδέα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια, καὶ κοιλίαι ἐπηρμένοι, σιτίων ἀπολειαμβάνων, ἐφ' ἱδρῶσι, ἆρα τούτοις τὸ θολερὸν πνεῦμα, καὶ ὁ γενοειδὴς ἐπελθὼν, λύσις ἀθασημάνῃ, καὶ κοιλίη ἢ ἔπαφρος χλιάδεα παρασείσεται; ὃ λαμπρῶδες ἐν τούτοισιν ὠφελέῃ δρηδὸν, κοιλίη δ' ἐνίοισιν ἐπιταράσσεται.

Caluus in hac sententia αὐάδεα ἢ βορδοείζοντα ὑποχόνδρια etiam legisse videtur. Repetitur quoq; in Coacis Prænot. vbi dispa ratè & corruptè legitur. Hic autem τὰ μεμφορωδέα exponit Gal. τὰ μάρσιον ἐμπιοιοῦντα τὴν διανοίαν. In Exegesi verò τὰ αἰσθητὰ. vt & antea Comm. 1. in hunc lib. μάρσιον τὸ ψυχρόν. Porrò pro σίτων ἀπολειαμβάνων, σιτίων ἀπολειαμβάνοι quidam legunt, vt satis apparet ex Gal. Comm. alij ἀπολειαμβάνοι simpliciter, velut in Coacis Prænot. fieri legisse videtur Erotianus, qui ex Bacchio πλήρεις ὄντας exponit, aut ex Epicle πρὸς τὴν χύμωσιν, ἢ καθηρημένους, aut etiam ἀπειλημμένους, quam posteriorem expositionem approbare videtur. Gal. etiam in Com. vt anque explicationem includit, cum σίτων ἀπολειαμβάνων αὐορέκτους, ὡς εἰ μὴ ἀποκεκλεισμένης τῆς σίτων φορᾶς, ἢ ἐπεχημένους πρὸ γαστέρα exponit. Hunc quoque locum disertè ut ibi subindicare videtur Erotianus, cum γλοιώδης exponit τὸ ὄμιον χυμὸν τυπτόμενον, & γλοιώδες ἄφρον, πλευκὸν καὶ παχύ. Vbi γλοιώδης quibusdam legi innuit, quod exponit, τὸ πνεῦμα τὸ μὴ πάνυ καὶ πίνος σωματώδες ἀναπεφυρμένον, vt & Galen. antea Comm. 1. in hunc librum. ξυὼ πνεῦμα, μὴ πάνυ τετάσθαι μὴ παθυμίας ἰσχυρὰς exponit. λαμπρώδες autem hoc loco Erotianum legisse apparet, & Bacchium λαμπρώδες, quod significat ex Erotiani mente vrinam spumam crassiorem innatantem habentem, quod λάμπη sit crassior spuma in aceto ex vino adulterato innatans.

In sopore affectis ægris, spumantibus prodeuntibus deiectionibus, febris acuta ingraueſcit.

93 Οἷς κῶμα γίνεται ἐπ' ἄφρων ἀφειελθόντων, πυρετὸς ὀξὺς ἐπιδοξώσει ὀξύς.

Sic legunt exemplaria omnia publicata cum Galeno, & repetitur ea sententia in Cois Prænotion. his pene verbis, vitiosè tamen scripta, vt satis apparet. Codices manu scripti omnes has sententias ita legunt & distinguunt, οἷς κῶμα γίνεται ἐπ' ὀμμάτων διαστροφὴ ὀλέθριον ὀξέως. οἷσι πνεῦμα αἰέλκεϊ, φωνὴ δὲ ἠᾴδης, ἐπάφρων παρασειελθόντων πυρετὸς παροξυσμόν. Quæ lectio ad Vaticanas membranas peruasit, vt ex Caluo apparet. Minutum vero est quod hic ἐπάφρων habent exemplaria quædam, alia ἐπ' ἄφρων.

In febre cum sudoribus, vocis ex capitis dolore defectiones, si per se resoluuntur ægri ac præter voluntatem excrementa demittunt, malumque remitti videatur, diuturniorem morbum metuere oportet. In his nouus subortus rigor damnandus non est.

94 Αἱ ἐν κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες χαλῶνται ἐφ' ἑαυτὰς, ἐπιμένοντα χρονιώτερον, ἐπιῤῥιγώσσῃ τούτοισιν ὁ πόνος ἐφ'.

Repetitur hæc sententia in Cois Prænot. paulum immutatis verbis. Interpretes ἐπανιόντα legunt, nos ἐπανιέντα ex codicibus scriptis cum Galeno retinuimus. Caluus vtrunque legit & sententiam istam perturbauit, & λύσιν pro χαλῶνται legisse videtur. Codices manu scripti ἐὰν κεφαλαλγίαι legunt, & ἐπὶ σφᾶς pro ἐφ' ἑαυτάς.

Quibus manus sunt tremulæ, cum capitis & cerui-

95 Χεῖρες τρομώδεες, κεφαλαλγίαι, τραχήλου ὀδυνώ-

δεες

A δεες, ὑποκωφοι, ὀρέοντες μέλανα δεδασυμμένα, οἷσιν ζωὴ ἢ, μέλανα περιδέχεσθαι ἤξιν ὀλέθριον.

cis dolore, ieiui aliqua furditate affecti, nigricãtes reddunt vrinas & densas. In his casibus nigrorum progressum expectare & suspectum habere oportet.

Caluus ὑποκωφοι pro ὑποκωφοι legit, & ζωὴ περιδέχεσθαι, neque μέλανα addit. Repetitur autem hæc sententia in Cois Prænot. Vbi nigrorum vomitus definitur, quod hic ambiguè ponitur.

[96] Αἱ μετ' ἐκλύσεως καπώδεις ἀφωνίαι, ὀλέθριαι.

Vocis defectiones cum virium exolutione, alto stupore (catochon vocant) detentis, perniciem minãtur.

Repetitur iisdem ferè verbis hæc sententia in Cois Prænot.

[97] Πλευρικὸν ἄγημα ὑπὸ πύοισι χολώδεσιν ἀλόγως

B ἀφανιζόμενον, ἐξίσανται.

Lateris dolor cum biliosis sputis temerè ac præter rationem euanescens, ægros in vehementem & furiosam mentis emotionem agit.

Scribitur etiam in Cois Præsagiis hoc prognosticum, vitiosè tamen, vt illic ostendimus.

[98] Ἐπὶ τραχήλου ἀγήματι κωματώδει, ἱδρῶσι κοιλίη φυσηθείσα, ἐὰν δέλτῳ περὶς αὐτὰ ὑγρὰ χαλῶσα, ὑποπεριπλυθεῖσα, ἐκ τουτέων ἄχολα ἐξίσανται, τὰ τοιαῦτα ἀμαυρωζόμενα μακροτέρως μαίνοιτ'. ἆρ' ἂν εἶσιν ἄχολοι περιπλύσιες βύηθέσεραι, καὶ ὁ φυσώδης ὄγκος

C περισωφελέοι;

Nos Galeni mentem secuti ἐξίσανται pro ἐξίστανται legimus.

[99] Κοιλίης περίτασις περὶς αὐτὰ ὑγρὰ χαλῶσα, ταχὺ ὀγκουμένη, ἔχει δὲ ἀσπασμώδεις, οἷς καὶ τῷ Ἀσπασίου υἱῷ, ὃ ὑπερρίγησεν τρίτοις ὀλέθριον. ἐκ τουτέων ἀσπασμώδης ἠμπλεῖς, καὶ ἐμφυσηθείς, μακρότερον μαίνοισας, σὺν αἰφνὶς σῆψις χλωρὴ ἐπεγένετο.

Aluus circumtensa, ex Medici industria liquida demittens, celeriter intumescens, conuulsionis significationẽ quandam præ se fert, quod Aspasij filio cõtigit. In his nouus subortus rigor perniciem facit. Ex his casibus cõuulsione tentato ac inflato, vbi diutiùs morbũ traxerit, ex ore putrida & virulenta prodeũt.

Huius sententiæ initium aliter legitur in Cois Prænot. & cæteris connexum magnam parit obscuritatem vitiumq; præ se fert.

D [100] Τὰ κατ' ὀσφῦν καὶ λεπτὸν χρόνια ἀγήματα περὶς ὑποχόνδριον χειφώμενα ἀποπτικὰ αἷμα πυρετῷ, τούτοισιν ἢν κεφαλαίου ἄγημα σιώπιον ἦδον κτείνῃ ὀξέως θᾶσσον ἀσπασμώδει.

Lumborum dolores diuturni qui sensim fiunt, circum præcordia inuoluti, cum febre & ciborum fastidio, si intensum capitis dolorem aduehunt, non sine conuulsionis specie celeriter interficiunt.

Aliis verbis repetitur hæc sententia in Cois Prænot. χειφώμενα autem ἀλγήματα, ἐνειλήμενα exponit Gal. inuolutos dolores & circum præcordia implicatos & irretitos, ac sese reuoluentes, ἐπιειλήμενα dicit Gal. in Exeg. Alij eos intelligunt dolores, qui sensum & quibusdam interuallis ad præcordia adducuntur, contrahuntur, & quasi conuelluntur. Alij eos qui præcordia contingunt, τὰ συναγίζοντα καὶ συνάπτοντα exponunt, vt Bacchius, quem Scholium quoddam reprehendit, quod περὶς ὑποχόνδριον χειφώμενα ἀλγήματα,

E non simpliciter ad præcordia pertingentes dolores significent, sed eos qui quibusdam inuolucris, aut obscuris quibusdam ductibus ac sinuosis circumflexibus, aut implicatis conuolutionibus præcordia petunt. Sic enim scribitur ex Scholio quodam manu scripto, Βακχεῖος ἐν β φησὶν συνεγίζοντα καὶ συνάπτοντα, ὁ γοῦν, ἔστι γὰρ ἁπλῶς συνάπτοντα, ἀλλὰ μὴ σχολιότητός τινος. χείφον γὰρ οἱ παλαιοὶ τὰ εἰλήματα τὰς καὶ σκολιὰν λέγουσι, καὶ χείφον τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον, ὅπου δ' ἂν τῷ πλοκίῳ σχολιώσεως, εἰκὸς οὖν καὶ ὁ Ἱπποκράτης τὸ σύμπαντες τῷ νεύρων, καὶ οἷς συνελκόμενον ἀσπασμῶδες ἐπιπίπτει. Quam etiam explicationem mihi videtur significare Hesychius, cùm χειφώμενα (χειφώμενα malim) συνελκύμενα καὶ ἀσπασμῶδες συμπαθοῦντα exponit, οἱ δὲ ἐγχίζοντα. Idem quoque χειφώμενα ἐπανειλήμενα exponit & γραφόμενα. Quod etiam videtur eam notionem respicere quam Gal. in Com. ad χειφοῦμένου ὕδατος refert. Hanc autem retis piscatorij translationem sequitur Galen. in explicatione vocum Hippocrat. quam tamen hic conuellere videtur, etsi notum est χείφειν sagenam & rete piscatorium significare. Qua de re plura scripsimus in nostra OEconomia. Cæterùm membranæ manu scriptæ, & περὶς ὑποχόνδριον χειφόμενα legunt, quam lectionem etiam sequitur Caluus.

F [101] Τὰ ὑπερρίγεωντα καὶ ἐς νύκτα μᾶλλον καὶ πρόξυνόμενα, ἀγρυπνα, φλεβοδονώδεα ὀπτὰ ἐν τοῖς ὕπνοις, ἔστιν ὅτε ἕδρα ὑφ' ἑαυτὸν χαλῶντα, ἐς ἀσπασμὸς ἀποτελοῦντα κωματώδεας.

Qui subinde rigore prehenduntur, & sub noctem aliquanto grauius habent, peruigiles, in somnis nugantes aut delirantes, interdum sese lotio perfundentes, ij in conuulsiones cum sopore tendunt.

φλεβοδονώδεα cum Galeno legimus, qui περιπλυνῶσι explicat. Sic quoque in expositione vocum obscuratum Hippocr. φλεβοναδία legit, & φλέγμον exponit. φλεβόνες γὰρ φλυκτίδες. Repetitur verò hæc sententia inter Coacarum Prænotionum, sed adeò dum corruptè, quomodo & hæc dictio vbique vitiosè legitur. Caluus φλεγματώδεα vt in Cois Prænot. legisse videtur, vbi huius prognostici sensum abundè aperuimus & lectionis ac exemplarium varietatem subindicauimus, & vulgatæ lectionis notionem expoſuimus. Ac sanè mirum subit quonam Erotiani expositio referatur, qui etiam φλενεδώδη legit, cuius tamen lectionis ne meminit quidem

G Galenus, alioqui varias huius dictionis scriptiones sedulò adscribens. Quæ eni φλενεδώδη μὴ πνευματώδεα καὶ ἔκκρισιν ἐκκρινόμενα significari vult, neque loco huic neque Cois Prænot. satis congruunt. Quin & φλεβοναδη (quam in lectione tamen inclinat Erotianus, nisi si φλεβοδονώδη potius legendum sit) huic loco parum quadrare videntur, cum ea dictio eadem quæ φλεβοδονώδεα fere indicet, & de venarum aut arteriarum agitatione, pulsu ac concussione dicantur. Et certè istum erotiani locum mendosum existimo, & pro φλενεδώδη φλεβοτιδώδη vbique scribendum spondeo, vt abundè docuimus in nostra OEconomia, vbi de huius vocis obscuritate & varietate plurima adscripsimus.

[102] Οἱ δὲ ἀρχῆς ἐφιδροιῶντες, ὅσοισι πέπονσι καυστικοὶ, ἀκρίτως περιψύχοντες ἀφ' ταχέως περικαέες,

H νοσέοισι, κωματώδεες, ἀσπασμώδεες ὀλέθριοι.

Quibus circa initia tenues suboriuntur sudores, & vrinæ concoctæ emittuntur cum magna totius corporis æstuatione, si præter rationem perfrigescant, & rursus celeriter perurantur, & torpore, sopore, aut conuulsione tententur, ij perniciosè affecti sunt.

Aliter paulò scribitur in Cois Præn. nihil tamen immutata notione. Hic autem ἀκρίτως περιλογως & ἀσήμως indicare videtur vt in Cois Præsagiis. Galenus autem ἀφ' ταχέων legisse videtur, vt in Cois Præsagiis.

[103] Τῆσιν ὑπερφόροισι κεφαλαλγικὰ, καρώδεα μὴ βαρέος γινόμενα, φλαῦρόν, ἴσως δ' ταύτῃσι καὶ ἀσπασμώδεσι δι' παθὴν ὀφειλή.

Vterum gerentibus capitis dolores cum sopore & grauitate, malo sunt. Quin & huiusmodi naturæ conuulsionibus quibusdam forte sunt obnoxiæ.

Bis scribitur hæc sententia in Cois Prænot. vtrobique tamen vitiosè, vt satis apparet. Mirum est autem Caluum præter Galeni opinionem ὑποφόρας hippiatrum & epiphoris attribuisse, cùm satis sit tritum ex Cois Prænot. hanc dictionem huic authori de veterum gestantibus dici. Vitiosa sunt autem exemplaria scripta quæ ἀφελεῖ. aut ἀφέλῃ. pro ὀφέλῃ habent. A

Faucium gracilium dolores suffocantes conuulsionẽ minantur, tum verò præcipuè si ex capite originẽ ducũt, quale quid Thrasinontis consobrinæ contigit.

[104] Τὰ ἐν φάρυγξι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα ἔχει ἢν ἀσασμῶδες, δηλοῖ τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμᾶται, οἷ καὶ τῇ Θρασινόντος ἀνεψιῇ.

In Cois Prænot. iisdem propè verbis repetitur hæc sententia.

Tremoribus quæ conuulsiones accedunt cum sudoribus, recidiuas minantur. In his iudicationem facit nouus obortus rigor, qui prius ardore circa ventrem oborto prouocatur.

[105] Τὰ τρομώδεα ἀσασμώδεα ῥιγώματα ἐφ' ἱδρῶσι φιλυπότροφα, τούτοισι ἡ κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. ὕστοι ἐπιῤῥιγέσι τοῖσι κοιλίῃσι καύματι προεγκληθέντες. B

Iisdem etiam verbis repetitur in Cois Prænot.

Lumborum & capitis ac oris ventriculi dolor, cũ forti excreatione, conuulsionem suspectam facit.

[106] Ὀσφύος πόνος, καὶ κεφαλαλγικὸς καὶ καρδιαλγικὸς μετ' ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι ἀσασμῶδες.

Caluus κεφαλαλγικῷ καὶ καρδιαλγικῷ legit, vt habent exemplaria quædam manu scripta, & legitur in Cois Prænot. vbi iisdem verbis repetitur hoc præsagium, sed deest capitis dolor. Idem Caluus δέγχωρίπος pro ἀναχρέμψιος legisse videtur.

Quinetiam nonnihil metuendus est cum iudicatione rigor.

[107] Τὸ ἐπάφωνον ἅμα κρίσι ῥῖγος.

Hoc præsagium ex codicibus manu scriptis & Galeno in contextum transtulimus. Exemplaria omnia manu scripta ἐπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος legunt, quam lectionem in Cois Præn. retinuimus, vt subabsurdum cum iudicatione rigorem intelligamus. Quam etiam noti nem habet Galeni lectio, quæ pro ἐπάφωνον ὑπόφοβον habet, quam hic secuti sumus, ideoq, disparatum præsagium fecimus, etsi membranæ omnes scriptæ superiori sententiæ coniungunt. Caluus quoq; ἀσασμῶδες ὑπάφωνον legit, quam scriptionem etiam ex vetustis exemplaribus agnouit Galenus. Mirum certè est exemplaria publicata nullam huiusce lectionis habere notam. C

Ex ventre quæ prodeunt subliuescentia & turbulenta, vrinæ etiam tenues ac dilutæ suspectæ sunt.

[108] Ἀπὸ κοιλίης ὑποπέλια, ταραχώδεα, καὶ ὄφεα λεπτά, καὶ ὑδατώδεα, ὑποπτα.

Caluus etiam vrinas turbulentas legit, & πεπαγμένα ex codicibus addidisse videtur.

Fauces leuiter exasperatæ, & aluus ad inanes & irritas exurrectiones obmurmurans, frontis dolores, in ægris palpitantibus, & more inuestigantium sensim contrectantibus, delassatis, & ex stragulis aut vestimẽtis dolentibus, & si quæ ex his increscunt, molestiam exhibent. Somnus in his multus conuulsionem minatur, & frõtis dolores graues, ac mictio molesta est. D

[109] Φάρυγξι τραχυνθεῖσα ἐπ' ὀλίγον, καὶ κοιλίη δρμῶσα κενεοῖσι ἐξαναστάσεσι, καὶ μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, κεπιώδεες, ἐν ῥώμασι καὶ ἱματίοισιν ὀδυνώδεες, ἢν ἐκ τούτων αὐξανόμενα. δύσκολα ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι ἀσασμώδης, καὶ τὰ ἐν μετώπου ἀλγήματα βαρέα, καὶ οὖρησις δυσκολαίνουσα.

Prima lectio præsagij pars iisdem penè verbis repetitur in Cois Prænot. Extrema verò pars ibidem etiam aliàs scribitur. Caluus eam sequenti sententiæ iunxit, & hoc præsagium variè distraxit.

In iis quibus rigores imminent vrina restitat, & in conuulsoriis affectionibus, velut huic mulieri contigit, quæ vbi inhorruit sudore correpta est. E

[110] Οὖρον ἐπίστασις καὶ οἷσι ῥίγεα ἐπὶ τούτοισι ἀσασμώδεσι, οἷ καὶ αὐτὴ φελξασα ἐφίδρωσεν.

Duplex huius præsagij notio, restitantes vrinas & rigorem imminentem, & conuulsionem suspectare, quem in sensum posita habitum Prorrh. 154 & repetitur in Cois Prænot. τὰ μὴ ῥίγεσι ὑπερχώμενα ὕρα πονηρὰ καὶ ἀσασμώδεα. Quo etiam inclinat Galeni lectio, quæ τούτοισι ἀσασμώδεσι habet. Altera est notio in rigore imminente & conuulsoriis affectibus vrinas detineri. Rigoris autem imminentis indicium esse vrinam restitantem satis indicat aph. 9. sect. 1. lib. 6. epid. quem huc profert Gal. & quæ scribitur in Cois Prænot. ex hoc præsagio traducta sententia, οἷσι ῥίγος ὕρα ἵστησι. Conuulsionis etiam solutio quæ fit per confertam vrinarum copiam, earum detentionem præ se fert. Qua ratione scribitur in Cois Prænotion. ἀσασμῷ λυπηρὸν ὕρα διέξοδος ὑαλοειδὴς πολλή. Reliqua de conuulsione agens ibidem, λύσις δ' ὑρίων ὑζοπίνης ἐλθούσιν πολλοῖσιν ἀφρίσιν. Atque ad hanc notionem calculum adfert Galeni explicatio, & quæ eiusmodi indicio melior est lectio, ὑρῶσι ἵστησι οἷσι ῥίγεα, καὶ ὅλῃ πῖ, ἀσασμώδεσι. Istam enim lectionem ab eo intellectam & probatam indicio est quæ hic profertur explicatio, & quod scribitur in sententiam sequentem. Caluus hanc sententiam adeò perturbauit, vt nullus inde sensus erui possit. F

Quæ in synceras tendunt vacuationes, omnibus quidem ingrauescentis mali significationem præbẽt, his vero (supradictis) vel maximè. Atque in huiusmodi casibus ad aures tubercula exoriri solent.

[111] Αἱ ἀκριητοι τελευτῶσαι καθάρσιες, ἐν πᾶσι προξυντικαί. τούτοισι δὲ καὶ πάνυ ἐν τούτοις καὶ τὰ πρὸ οὖς ἀίσσει.

Repetitum in Cois Prænot. hæc sententia, & antea quoque (prorrh. 50.) ferè simile quiddam effertur. Quod effecit vt hic quoque eas quæ in synceras tendunt vacuationes intelligerem, etsi aliter illud τελευτῶσαι capi potest, de iis quæ synceræ esse desinunt, quod hic de synceris tantum agatur, cum supra & in Cois præsagiis spumantes synceris adiungantur: spumantes autem deiectiones ingrauescentis mali semper significationem præbeant, vt scripsit Gal. antea Comm. in hunc librum. Illud autem τούτοισι quod de conuulsoriis affectibus intelligitur de quibus agitur superiore sententia, satis ex Galeno est conspicuum & Cois Præsagiis, in quibus istud hoc modo scribitur, τοῖσι δὲ ἀσασμώδεσι καὶ πάνυ. Quod adscriptionem attinet, καὶ τὰ παρ' οὖς ἀίσσει) legendum est, vt habent meliora exemp. tum scripta, tum publicata, & legitur in Cois Præn. G

Turbulentæ & valdè confidentes è somno exurrectiones conuulsiones minantur, præsertim verò si cum sudore contingant.

[112] Αἱ ταραχώδεες θρασύταται ἐπεγέρσιες ἀσασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μὴ ἱδρῶτος.

Ceruicis & dorsi perfrictiones, & quæ totum corpus videntur pertingere, insuper & spumantes mictiones, cum animi deliquio, ac oculorum hebetatio, conuulsionem in proximo esse significant.

[113] Καὶ αἱ ταραχὴν καὶ μεταφρένου καταψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου τοῦ σώματος. ἐν τούτοισι δὲ ἀφρώδεες οὖρησιες ἅμα ἀψυχίῃ, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, ἀσασμὸν ἐλθὺς σημαίνει. H

Variè distractum est hoc præsagium & diuersa scriptione exagitatum. Mihi omnino probanda videtur lectio Coarum Prænotionum, qua hæc sententia repetitur, & quia conuulsio vtrinque denunciatur hoc præsagium conuulsionis præsensione cum sequente connectitur. Quæ etiam est Gal. notio in Commentario. Exemplaria scripta cum publicatis θρασύται legunt, alia θρασύνουσι. Caluus delirij meminit, vt in Cois Prænot. In reliquis etiam post μεταφρένου μετώπου addidit, & frontis perfrictiones ponit. δοκέουσι in Cois Prænot. pro δοκήσαι vitiosè scribitur, vt illic monuimus, & Galeni est lectio δοκέουσα δ' ὅλου τοῦ σώματος. Caluus ἀφρώδεις

&

& πυώδεις ὑπόστας, simul posuit. Nos ἀφρώδεις hic retinuimus Galeni mentem cum interpretibus & exemplarium consensum secuti: Etsi ὑαλώδεις, vt in Cois Prænotionibus, huc non inuiti obtrudimus, quanuis etiam alias, vbi etiam hæc sententia adiungitur, κεκμηκόσιν ὑρίοις ponantur. Cuius rei indicium fecimus nostris in Coac. Prænot. annotationibus. Quod sequitur ἅμα ἀφυχίῃ sequentibus iungendum contra publicatorum omnium codicum fidem, & per se distinguendum est, vt etiam his verbis tribuitur in Cois Prænot. ὁμοίως ἀναίρεσις ἅμα ἀψυχίῃ, ἀπυρεξίαι σωτήριαι. Quæ est Galen. assensio quam secutus est Caluus, qui etiam (vtsi extra rem & causam) Galeni verba ex Commentario in contextum abripuit.

114 Πήχεος δ' ἄλγήματα μετὰ τραχήλου ἀσημώδεα. ἀπὸ προσώπου ὁ ἱδρὼς καὶ μετὰ φάρυγγα, ἤχοι συχνοὶ σιελίζοντες. ἐν τούτοισιν ἐν ὕπνοις ἱδρῶτες, ἀγαθόν. ἀφαιρεῖ καὶ τὰ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι τοῖς πλείοσιν οὐ φαινόμενα; ⓐ Εἰς τὰ κάτω μέρη πόνοι, τούτοισιν εὐφορεῖ.

Cubiti ceruicisque dolores conuulsionem minantur. Ex facie autem prodeunt ista, fauciumq; sonitus crebri cum saliuatione. Iis sudores in somnis bono sunt. Nempe & ex sudore leuari plurimos consentaneum est. Quibus si dolores inferiores partes occupent, toleratu faciles euadunt.

Variè distractum est hoc præsagium & perturbatum in Cois Prænot. vbi etiam repetitur. Caluus pro ἤχοι συχνοὶ, ἀχοὶ ἰσχνὸν legisse videtur, quæ est Coarum Prænotionum lectio & Capitonis authoritate Galen. contestata. Idem σιελίζοντες pro σιελιζώντες legit, etsi vtriusq; apud Galenum est altum silentium. Quod sequitur huic præsagio annexum, tum scriptorum, tum publicatorum codicum fidem secuti, veluti etiam legitur in Cois Prænotionibus. Mirum tamen est Caluum ista distraxisse.

115 Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρωῶντες κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ἀσημώδεες.

In febribus tenuiter exudantes, cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulsiones proni sunt.

Iisdem omninò verbis repetitur in Cois Prænot. hoc præsagium.

116 Τὰ ἐπιπολάζοντα ὑγρὰ διαχωρήματα εὐκίνητα ὄντα ἀπύρως φλεβοῖ. Τὰ δὲ παχύτερα εἶναι, κύστιν καὶ χειλίην ἐπιλαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. ἆρα δὲ καὶ μανιώδεες τόποισιν ἔχουσιν ἀσυμφόρους; ὅταν αἱ γοναὶ παύωνται.

Quæ inter se non cohærent, sed facilè dissoluuntur, & aliquantulum friabilia sunt alui recrementa, liquida, cum summi totius corporis perfrictione, non sine febre, improbanda sunt. Ac præter hæc, si rigores vesicam & ventrem cum dolore inuadant. Proinde in his ex sopore aliquod conuulsionis periculum impendere, nemini mirum videri debet.

Aliter paulò scribitur in Cois Præsagiis, vbi ἄπυρα φάσματα pro ἄπυρα ψάμματα legitur. Sunt autem τὰ ἄπυρα φάσματα παχύτερα Galen. in Exegesi vocum Hipp. Caluus aliud quid legisse videtur, vbi subalbida vertit & pro ἀπύρως ἀχόλως.

117 Τὰ δὲ ἔξω ἐμέτοιόσιν ἐχόμενα φλεβοῖ, καὶ αἱ λῦκαι διαχωρήσιες δυσελεῖς. ἀγλισχρὰ ἐν τούτοισιν διεξελθόντα ἔξιστᾶσι τὴν καυσώδη πολλάς. ⓐ ἐν τούτοισι καματώδεες καὶ ὀξεῖς, ἀσταθέες. Τὰ δὲ ἐν τοιούτοισι μακροτέρως ἐπίστασθαι. ἆρα δὲ κρίσιν ὅτι ξηράδες δύσπνοοι;

In grauibus & præcipitibus malis distorqueri velut qui vomitione conflictantur, malum est, quin & albæ alui egestiones molestæ sunt. Quæ ex his prodeũt nõ viscosa, in vehementẽ mentis emotionẽ cum multo ardore agunt, videndumque est, num postea soporati ac torpescẽtes euadant. Qui ex his conflictãtur, diutiùs laborant. In his animaduertendũ est, num imminente iudicatione arescentes difficultate spirãdi teneãtur.

Caluus τὰ δὲ ἔξω ἀκαταστοίοις ἐλκυδρὰ legisse videtur contra omnium exemplarium fidem. Sunt autem τὰ ἐμετοειδῆ ἰκμώδη, qui in Cois Prænotionibus οἱ παραπλήσιοι αἰτίαις dicuntur. & inani vomitionis auditate distorquentur aut vellicantur. ξηράδες etiã tabidi & resiccati dicuntur vt in Cois Præsagiis, εἰ δὲ διαπνοιὴ ξηράδες. Sed pro ξηράδες ἀνιγάδες aut χολώδες legisse videtur Caluus.

118 Τὰ δὲ ὀσφύος εἰς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα καὶ καταλύσαντα, κατὰ παλμικὴν τρόπον ἀσημώδεα καὶ ἀκρόνυκτα. ἀφαίρεσις μὲν τὰ τοιαῦτα ἀσημῶ; ἐν τῷ τοιούτων ποικίλως διαστέλλει καὶ διὰ τὴν αὐτὴν ἰόντες.

Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundant, & leuis syderationis more resolutionis sensum inducunt, conuulsionem ac mentis emotionem minantur. Videndumq; est, num talia conuulsione soluantur. Qui huiusmodi conflictantur, variè morbum trahunt, atque eadem diutiùs perseuerant.

Παλμικὴν τὰ καταληκτικὴν τρόπον quæ leuis syderationis modo resolutionis sensum inferunt diximus, quòd καταληξία sit partis alicuius resolutio aut leuis quædam syderatio, qualis est καταληξία totius corporis. Sic enim in Galeni Commentario legendum existimo, etsi non animaduertit interpres) vt postea hoc in Com. idem verbis repetit Gal. quanquam vitiosè scribitur. Passim autem apud Hippoc. & Galen. καταληξία & καταληγία idem denotant, & partium resolutionem ex apoplexia aut epilepsia succedentem significat. vt scribit Gal. com. 2. in lib. 1. epid. & comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Vbi etiam qua ratione huiusmodi affectibus conferat conuulsio eleganter explicatur. Cæterum repetitur quoque hoc præsagium in Cois Prænotionibus, vbi huius extremum paulò aliter legitur.

119 Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἀπύρως ἀσημοὶ θνήσκουσι, οἷς καὶ Δορκάδι.

Mulieres quæ ab vtero promptè strangulantur, idque sine febre, in conuulsiones propensæ sunt, quod etiam Dorcadi contigit.

Hoc præsagium bis repetitur in Cois prænot. etsi paulò aliter legitur.

120 Κύστις ἀπολῃφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ κεφαλαλγίης, ἔχει τὰ ἀσημώδεες. Τὰ ἀρκιώδεως ἐν τούτοισιν ἐκλυόμενα δύσκολα, ἢ μὴν ὀλέθρια. ἆρα καὶ παλμικὸν τοιοῦτον;

Vesica intercepta, præsertim cum capitis dolore, conuulsionem minatur. Quæ in his cum torporis sensu exoluuntur, molestiam exhibent, non tamen perniciem afferunt. Videndumque est num tale quid etiam mentem excutiat.

Scribitur quoque hoc præsagium in Cois Prænot. etsi paulùm vitiosè.

121 Ἆρ' ἔχει καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὀστέων ἀμαχητὶ ἀσημῶν ἐπιπαλέσαι; ἢ ἢ μεγάλου τὰ πληγῆναι: ἢ ῥηγνὺς πολὺν ἐν ἀρχῇσι, ἐν τούτοις ἀσημώδεα;

Quinetiam considerandum est num ossium ad tempora præcisiones conuulsionem prouocent, an verò madido vulnus inflictum, aut circa initia sanguis magna copia effluens, conuulsionem accersit?

In Cois Prænotionibus aliter his verbis scribitur huius præsagij initium. ἆρα καὶ τὰ κατὰ κρόταφον ὀστέων ἀφαιρέσεις ἀσημώδεις; Quinetiam aliàs in Cois Præsagiis temporum sectiones conuulsiones prouocare scribitur, vbi temporum vulnera quam grauia & periculi plena sint, quamq; promptè conuulsiones accersant ex Hipp. proposuimus. Caluus autem hanc totam sententiam mirum in modum perturbauit.

122 Ἐν ἱδρῶτι πτύελα καταῤῥέοντα πυρετώδεϊ ἐόντι,

Febricitanti cum sudore sputa defluentia leuia sunt

& minimè maligna. In quibus videndum est num ad aliquot dies alui madescant, quod equidem reor. Animaduertendum quoque est, num his ad articulos aliquid abscessurum speres.

ἀΐδεα pro ἄϋδεα legimus contra omnium exemplarium fidem, Galeni authoritatem secuti, qui ἄϋδη ἄτερα exponit, etsi vitiosè in omnibus codicibus ἄϋδη legitur. Quod rectè viderunt interpretes. In Cois Prænotionibus etiam repetitur hæc sententia, etsi tamen vitiosè; vbi ἄϋδια rectè scribitur.

Quæ sensim feroces fiunt mentis emotiones, in vehementes & melancholicas euadunt. Quod si ex muliebrium suppressione accidat, in ferinas tendunt, qualia sæpius contingunt. Videndum igitur num fœminæ huiusmodi conuulsionibus sint obnoxiæ. Animaduertendum quinetiam est, num vocis defectiones cum alto sopore conuulsionem quoque minentur, qualiter Cerdonis filiæ comparentibus muliebribus purgationibus contingere cœpit.

[123] Τὰ ὑπ' ὀλίγην θερμότητος ὠδαχρύοντα, μελαγχολικά. ἰὼ ἰὼ ἀπὸ γυναικείων ἢ, θηριώδεα. ὅτι πλείω ἢ τῶν συμπιπτῇ, ἆρά γε καὶ σπασμώδεες αὖται; ἆρά γε καὶ αἱ μὴ κάρου ἄφωνίαι, σπασμώδεες αὖται; οἷς τῇ δ' Σκυτέως θυγατρὶ ἤρξατο γυναικείων πρεόντων.

Huius præsagij caput antea quoque (prorrh. 26.) quod etiam scribit Galenus repetitum, & in Cois Prænotionib. bis scriptum. Cuius sensum omninò inuertit Caluus. Exemplaria autem scripta Regia ἤρξατο γυναικείων παρόντων πυρέξαι legunt, vt & Caluus.

Quibus dum conuelluntur oculi fixi & immoti splendent, iis mens è sede constantiæ deturbatur, & diutius morbum trahunt.

[124] Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ σκληρύνουσιν ἀτενέως, ὅτε παρ' ἑωυτοῖσιν εἰσὶν, θρενοσέοισί τε μακροτέρως.

Scribitur etiam in Cois Prænot. hæc sententia iisdem verbis, vitiosè tamen vt illic monuimus.

Quæ ex parte aduersa & præpostere fiunt sanguinis eruptiones, malo sunt, velut in lienis tumore, si ex nare dextra effluat. Quod & circa præcordia eodem modo se habere expectandum est. Maius autem malum denunciatur, si cum tenui circa frontem & thoracem sudore istud contingat.

[125] Τὰ αὖ πάλιν αἱμορραγέοντα κακόν, οἷ ὅτι σπληνὶ μεγάλῳ ἐν δεξιοῦ ῥέῃ, καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως, ἐφιδρώντι ἢ κακόν.

Celeberrimum est hoc præsagium & Hippocratis Œconomia dignissimum, ad hæmorrhagiæ æstimationem & quanam ex parte fieri debeat accommodatissimum. Cuius partim in iudicationis disciplina & pro dignitate meminit Galenus, vt Comment. 1. in Progn. τὰ κατ' ἴξιν τοῖς αὖ πάλιν opponit, & his verbis explicat: αἱμορραγίας τε ἐπ' ὠφελείᾳ γίνεσθαι φησιν ἐκ ῥινῶν, ὠφελεῖσθαι πεπαυομένους αὐτῆς, ὅπερ ὅτι τῇ κατ' ἴσιν τὸ ἐκ πολλοῦ φλεγμαῖνον συμβαίνῃ μάλιστα, διὸ καὶ ἀλλαχοῦ, ἢ τὰ κατ' ἴξιν αἱμορραγεῖν ἐπαινεῖ ἢ τὰ αὖ πάλιν ἢ μέρος, διδάσκων αὐτὸς, τί δύναται λέγειν τὰ αὖ πάλιν, ἢ τὰ ὑπὸ σπληνὸς μεγάλου καὶ ἐν δεξιᾷ μυκτῆρι ῥέοντα. Huius quoque præsagij meminit Comment. ad aph. 21. lib. 1. vbi cum τὰ αὖ πάλιν, τὰ κατ' ἴξιν ὑπὲρ ὀξυωπίας κατ' εὐθυωρίαν τὰ πεπονθότα μᾶλλον opponit. Et lib. 3. περὶ κρίσεων his verbis: εἰ ἢ τὰ μὴ αὖ πάλιν αἱμορραγεῖν ἐκ ἀγαθόν ἐστι, τὰ ἢ κατ' ἴξιν ἀγαθόν, ὡς Ἱπποκράτης λέγει, ἢ πῶς ἂν διδάσκει, ῥῆξιν ἤδη ἐν ἢ αἱμορραγήσοντα προσιστᾶν μυκτῆρα, ἀφορμὰς δ' αἱμορραγίας ζητοῦντα. Sunt igitur τὰ αὖ πάλιν αἱμορραγέοντα, quæ sanguinem non è directo, sed ex aduersa parte, & oppositò quadam declinatione profundunt, non κατ' ἴξιν aut κατ' εὐθυωρίαν, vt voluit Hippocrates qui lib. 6. epidem. omnem naturæ motum in directum tendentem, quod κατ' ἴξιν dicitur, probat. Et quod circa præcordia eodem modo spectari debere dicit, id in laterum doloribus ac præcordiorum contensionibus & tumoribus diligenter animaduertendum monet libr. 6. epid. sect. 2. aphorismo 10. & lib. 2. epid. sect. 1. Vbi in naturæ motionibus & excretionibus quæ solutionem adferunt naturæ ductum & ordinem rectè spectandum admonet. Hoc porrò prognosticum reperitur in Cois Prænot. ferè iisdem verbis.

Vbi sanguis ex naribus effluit cum tenuibus sudoribus & corporis totius perfrictione, morbi malignitas & pernicies denunciatur.

[126] Ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσιν παρεψυχθήμασι, κακοήθεα, μοχθηρά.

Iisdem omninò verbis bis repetitur hæc sententia in Cois Præsagiis.

A sanguinis eruptione nigrarum deiectionum pertransitus malo est. Quin & prærubra damno sunt, præcipuè vero si sanguinis ista eruptio quarto die contingat, quod animaduertendum est. Quibus ista contingunt, ij tandem sopore & conuulsione conflictati moriuntur, ac fortè prægressis nigris deiectionibus & ventre in tumorem sublato.

[127] Μετ' αἱμορραγίαν μελαίνων διόδους, κακόν. πονηρὰ ἢ καὶ τὰ ὀξέρυθρα, εἰ ἢ ἆρά γε τεταρταίοισι τῶν αἱμορραγέων, κωματώδεες; ἐν τοιούτων σπασμῷ τελευτῶσιν. ἆρα μελαίνων παροδιλθόντων καὶ κοιλίης ἐπορθείσης;

Repetitur etiam in Cois Prænotionibus bis hoc præsagium iisdem verbis. Galenus autem legisse videtur, vt satis apparet, ἆρά γε τεταρταίοισι τῶν αἱμορραγέων, κωματώδεες; ἐν τοιούτων σπασμῷ τελευτῶσιν. Quem secuti sumus contra omnium codicum fidem. Quædam etiam exemplaria σπασμῶν vitiosè legunt.

Qui ex vulnere cum tenui sudore sanguinem fundunt, ij malignè habent, & inter loquendum de repente moriuntur.

[128] Τὰ αἱμορραγέοντα ἐφιδρωῶντα τρώματα, κακοήθεα. ὅτοι ἀλεγεθμυοι λαθραίως τελευτῶσιν.

Scribitur quoque in Cois Prænot. hoc præsagium, sed pro ἐφιδρωῶντα, ἐπῤῥιγοῶντα scribitur.

In præcipitibus malis, quæ post paucam sanguinis eruptionem, aut nigrorum per aluum refusionẽ surditas obuenit, malum denunciat. In his sanguinis egestio perniciem affert, surditatem tamen discutit.

[129] Ἡ μετ' αἱμορραγίαν βραχεῖαν ἢ μελαίνων διαχώρησιν ἐν ὀξέσι κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις ἐν τοιούτοισι ὀλέθριον, κώφωσιν ἢ λύει.

Alio sensu scribitur hoc præsagium in Cois Prænot.

Lumbis dolentibus si oris ventriculi dolor accesserit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis signum est, ac fortè etiam eam præcessisse significat.

[130] Ὀσφύϊ ἐπωδυνοῦσι καρδιαλγικὰ παρεστῶτα σημεῖα αἱμορραγώδεα. οἷσιν ἢ ἐπαγγελθησόμενον σημεῖον.

Eodem sensu repetitur hæc sententia in Cois Prænot. etsi paulò aliter legitur.

Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si siticulosi sint, molestiam ac virium exolutionem sentiant, nec sanguinem effuderint, in morbum comitialem transeunt.

[131] Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμορραγέοντα, διψώδεα, δύσκολα, σκληρύνθμενα, μὴ αἱμορραγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ.

Repetitur quoque eodem penè sensu hoc præsagium in Cois Prænot. Exemplaria verò quædam manu scripta δύσκολα omittunt, quod fecit Caluus, neque legisse videtur Galenus, vt nec scribitur in Cois Prænot.

[132] Τὰ

A 132 Τὰ βῆξι παραχώδεα, ἄγρυπνα, ἀποσάξυντα, ἐκταῦα κουφιδέντα, νύκτα πονήσαντα, εἰς τὴν αὔριον ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, παραφρόσαντα αἱμορραγήσαντα λαύρως. ἀρᾶγε δ' ὑδατώδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;

Qui statim sine ratione perturbantur, peruigiles sunt, sanguinem è naribus stillant, sexto die alleuantur, noctu laborant, ac postridie tenui sudore correpti & in somnum delati delirant, iis largam sanguinis è naribus fluxionem affore spes est. Ac fortè etiam tale quid diluta vrina significat.

Hæc sententia integra repetitur in Cois Prænot. & aliàs diminutè. In quibusdam autem codicibus manuscriptis huius sententiæ extremum, sequenti præsagio adscribitur. Quibus exemplaria Italica consentire videntur, (vt satis ex Caluo patet) & Coarum Prænot. lectio, idq; sequenti præsagio adscribere videtur Gal. Exemplaria etiam quædam ἄδετα pro ἀθῦ legunt, tuncq; modesti & compositi ægri indicantur, qui statim nec opinantes perturbantur. Caluus quoq; κατενεχθέντα omisit.

B 133 Οἷσιν αἱμορραγίαι πλείους, παρεληλυθότος χρόνου καὶ λίαν πονηρεύονται, ἢν μὴ τὰ οὖρα πεπάνθῃ.

Quibus sanguinis fluxus diu perseuerauit, in his temporis processu aluus malè habet, nisi vrinæ concoctionem præ se ferant.

Iisdem omninò verbis scribitur hoc præsagium in Cois Prænot.

134 Ἐν κεισίμοις παρέχουσι τῶν αἱμορραγιῶν αἱ νεανικαὶ κάκιστα.

Sanguinis eruptiones vehementes cum totius corporis perfrictionibus iudicatoriis, pessimæ sunt.

Scribitur quoque paulò aliter hæc sententia in Cois Præsagiis, eamque lectionem secutus hîc videtur Caluus.

135 Οἱ καρηβαρικοὶ, καὶ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμορραγικοί, δηλοῖ τε καὶ ἢν τι ἐν παχήλῳ ἐν-
C τείνῃ.

Qui capite grauati, ad sinciput dolorem sentiunt, peruigilio torquentur, iis sanguinis eruptionem fore spes est, tum verò præsertim si aliquis tensionis sensus in ceruice apparet.

In Cois Prænot. repetitur etiam hoc præsagium iisdem penè verbis.

136 Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμορραγῆσαι δεῖ τε καὶ ἢν μή τι παρέρρυη, ἀρᾶγε φείξαντα;

Qui insomnia vexantur cum subita corporis iactatione & inquietudine, iis sanguinem erupturum sperare oportet, idque præsertim si non antea quid profluxerit. Animaduertendum verò num id post horroris sensum contingat.

Bis repetitur hoc præsagium in Cois Prænot. paulòque aliter.

137 Παχήλου ὀδυνώδεα, ὄμματα ὀξέρυθρα, αἱμορ-
D ραγικά.

Ceruicis dolor, oculi prærubri, sanguinis eruptionem prænunciant.

Galenus lib. 3. περὶ κρίσεων in propriis hæmorrhagiæ signis, oculorum fluxus lachrymationes & rubores, cum genarum & nasi rubore adscribit. Ceruicis verò dolor & tensio, ac capitis grauitates annotantur lib. 1. epid. ad finem sect. 2. Quinetiam oculos prærubros sanguinis ex naribus profluuium denunciare scribit. tum in Cois Prænot. his verbis, ὄμμα ὀξέρυθρον αἱμορροεῖ, quod ex hoc loco traductum videtur.

138 Οἷσι κοιλίης ὀπισάσης αἱμορράγεαι, καὶ ὀπιεικές, ἀρᾶ καὶ λίην λεπτεώδης, καὶ ὀπίσκληρος, ἢ ἀσκαρίδες,
E ἢ ἀμφότερον.

Qui suppressa aluo sanguinem ex naribus fundũt, aut nouo subinde oborto rigore corripiuntur, iis fortasse aluus intestinorum læuitate laborat & obdurescit, aut tenues lumbrici (ascarides dicti) infestant, aut vtrunque.

Scribitur in Cois Prænot. hoc præsagium paulò aliter. Exemplaria quædam manuscripta legunt, ἆρα τὰ αἱμορρόων τοῦτοι κοιλίαν λεπτεώδεα ποιεῖ καὶ ὀπίσκληρον, καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα; Quæ lectio ad exemplaria Italica permanauit, & in Cois Prænotionibus (etsi paulũ vitiosè) retinetur. Cuius scriptionis etiã vestigia retinet Diocoridis lectio Gal. attestata, ἆρα καὶ πρὸς τὰ αἱμορραγίαν ποιοῦσι.

139 Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν καὶ χεῖρας, ναρκώδεες καρδιαλγικοὶ, ἰχωρώδεες, αἱμορραγέουσι
F λαύρως, καὶ κοιλίην ὑπαρρήγνυται τοῖσι παραχώδεσιν.

Quibus lumborũ dolor in caput & manus recursat, & torpore affecti, oris ventriculi dolorem sentiũt, tenuibus ac serosis humoribus abundant, ij liberaliter sanguinem profundunt. At verò his cum mentis perturbatione aluus effunditur.

In Cois Prænotionibus scribitur hoc præsagium paulò aliis verbis & melioribus, eodem tamen sensu, ad sanguinis ex naribus profluentis prædictionem. Caluus hanc sententiam temerè distraxit, & Galeni lectionem ex codicibus scriptis secutus videtur, cùm pro ἰχωρώδεες χολώδεες legit.

140 Οἷς ἐφ' αἱμορραγίῃ λαύρως πυκνῇ, μελάνων, συχνῶν ἀφορμήσασι ὀπίσασις αἱμορραγήσιν, οὗτοι, κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δὲ ῥιγεδανοὶ ἐφιδρῶσι πολλοῖς; ὃ αἰ ἀτεπαραγμένον ἐν τούτοισιν ἔργον
G ἢ πονηρὸν, οὐδὲ τὸ ὑφισάμενον γενοφόες. ὀπίσυχον ἢ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν.

Quibus ex frequenti & larga sanguinis eruptione, nigrorum recrementorum copiosa fit deiectio, cùm alui contensione, aut suppressione & dolore ij sanguinem profundunt, cum aliqua verò fluxione bene habent. Ac fortè hi frigidos, crebros, tenues sudores emittunt. In his turbida vrina mala non est, neque quod in ea subsidet genitali semini simile. Crebrò autem dilutas vrinas reddunt.

Repetitur quoque in Cois Præsagiis hoc sententia iisdem ferè verbis. Caluus ex codicibus manuscriptis, ἅμα ἢ τὴν φύσιν οὖφοι legisse videtur, quę est Coarum Prænotionum lectio. ὀπισάσης κοιλίης ferè pleraque habent exemplaria, etsi quædam ὀπίσασις. Nos vtramque lectionem nostra interpretatione comprehendimus. Quędam etiam ὑφισάμενον, sed meliora & pleraque ὑφισάμενον habent.

141 Οἷς αἰ ἀπὸ ῥινῶν ὀπικώφωσις, καὶ νωθρίη μικρὴ ἢ ἀπόταξις, ἔχῃ τι δύσκολον, ἔμετος τούτοις συμφέρῃ καὶ κοι-
H λίης παραχή.

Quibus pauca sanguinis è naribus stillatio cum surditate & torpore obueniens, molestiam quandam exhibet, iis vomitio & alui perturbatio confert.

Bis repetitur in Cois Prænotion. hoc præsagium, & meliore scriptura, & facili sensu. Sic enim hîc legi videtur. οἷς αἰ ἀπὸ ῥινῶν ὀπὶ καφώσῃ καὶ νωθρίη, μικρὰ ἢ ἀπόταξις, ἔχῃ τι δύσκολον, repugnante tamen omnium exemplarium fide. Alia est in quibusdam lectio, οἷς αἰ ἀπὸ ῥινῶν ὀπὶ καφώσῃ καὶ νωθρίη, μικρὰ ἢ ἀπόταξις, ἔχῃ τι δύσκολον.

Quibus ex rigore febres adsunt, cum lassitudinis sensu, in iis muliebrium profluuium expectare oportet. Quòd si ceruicis dolor prehenderit, sanguinis ex naribus eruptionem fore spes est.

142 Οἷσιν ἐκ ῥίγεος πυρετοὶ κοπιώδεες γυναικεῖα καταγέχῃ, τεφάχηλος δ' ἐν τούτοις ὀδυνώδης, αἱμορραγικόν. A

Οὖρον δὲ χρὴ] οὖρον cum sit (vt scribit Aristot.) ὑγρὸν περίττωμα potui copia respondere oportet. Aëtius quoque cap 28 lib.5. in vrina quæ secundum naturam est, πάντος ποτοῦ τὸ πινόμενον adscribit. Quæ sunt in eum librum qui περὶ ἑρῶν inscribitur & malè Galeno attribuitur, translata. Actuarius etiam lib.1.Meth.cap.12. vrinæ probatæ notam facit, quæ potus quantitati proportione respondeat. Τὸν autem hic æqualem vrinam vocare videtur æquali & eodem tenore ac impetu procedentem, nullatenus restitantem aut se subducentem. Quo etiam ἀθρόον referri debet, vt simul omnis & vniuersè effundatur. Eadem quoque crassitudinem mediocrem habere debet, & vt loquitur Gal.cap.12. lib.1. de Cris. εὐθὺς ἐκ πάχους ἴσχῃ συμμέτρου.

εἰ δ' ἔπι ὑδατώδες] Aquosa vrina, quæ & dilata dicitur, extremæ cruditatis significationem præ se fert, & venosi generis summam imbecillitatem indicat. Quæ si copia abundet, aut liberaliorem potum, aut venosi generis colliquationem & ὕδερον εἰς ἀρίδα denunciat, vt scribit Gal. Caluus ἢ ὡς δυνάσθαι ἀναπαφιῶσαι legisse videtur.

εἰ δὲ κατ' ὀλίγον τρύζοι] Stridor in excrementis flatuum cum tenui humiditate permixtam copiam & meatuum angustiam indicat, vt scribit Gal. lib.1. Crit. & lib.6. de Sympt. Caus. Sic vrina quæ cum stridore emittitur meatuum interceptionem, ac valorum obstructionem à crassis humoribus significat, aut materiæ contumacis & flatulentæ agitationem, & caloris concoquentis imbecillitatem. Aut igitur medicamentis attenuantibus liberandæ sunt obstructiones & intercepti aditus reserandi, & materia propulsanda est, aut certè ad vesicam labor est quæ imbecillior reddita flatuum aut materiæ magnam copiam collegit, ex quo libera vrinæ emissio præpeditur, sed quodammodo tarda lens & obstrepens redditur. Est autem τρίζειν Erotiano, τὸ μὴ ἀσήμως ὑφ' ὁμιχωρῆν, ex tabulatione sumptum, ἀπὸ τῶν τρυγόνων ἢ τῶν ἀσήμως καὶ μογγυσμοὺς φθεγγομένων. Quod gemere de turture dixit Maro. Dicitur & τρίζειν & τρύζειν.

αἷμα δὲ ῥῆσαι] Sanguinis mictus vt variæ sunt causæ, ita diuersis ex locis profluit. Est vbi ex renum imbecillitate, aut ex meatuũ qui ex vena caua ad renes feruntur laxitate & amplitudine, tenuis sanguis per vrinas effunditur, similis excrementis quæ hepaticorum affectuum initio excernuntur, nisi quòd magis cruentus apparet, vt scribit Galenus lib.6. de loc.aff. Atque hic nullus dolor subest, aut omnino exiguus, & electo lotio leuari melius habent. Sed in corporis exenuationem & emaciationem promptè labũtur. Scriptum quoque est ab Archigene quibusdam per circuitum sanguinis profluuium ex renibus excerni, quemadmodum per ora venarum in ano sanguinem fundere solita, quas hæmorrhoidas dicunt. Quod testatur Aëtius cap.3. lib.11. & Paulus lib.3. cap.45. Idque vere inclinante contingere & in ætatis vigore, iisque qui licentius rebus venereis vtuntur, testatum est. Ex quo sanguinis profluuio, quod circa initia citra dolorem vllum excernatur, nihil formidandum est, & quòd inde plurimum ægri leuentur. Nam si cohibeatur vbi pro more excerni consueuit grauitatem inducit plurimorumque morborum causa existit, alio translata multitudine. Quibusdam nanque articulares morbi, aut vertigines, aut deliria, aut insaniæ, & oculorum cæcitates contingunt, aliáque id genus quæ cohibitis hæmorrhoidibus fiunt. Huc igitur spectare videtur criticum istud & per circuitus repetens sanguinis profluuium, quod sine febre ac dolore obortum, lassitudines & corporis grauitates soluit. κενωθέντες δὲ ἀπικαθίζουσι (scribit Paulus) ἐφ' ὧν ἥδεν δεῖν παρενοχλεῖν ταχέως αὖθις στελλομένῳ τῷ αἵματι. Oribasius quoque lib. Synops. 9. cap 29 ante sanguinis excretionẽ grauitatem in lumbis & humeris percipi scribit, sanguine vero reiecto leuitatem consequi. Aretæus etiam huius profluuij sanguinis his verbis meminit cap.3. lib.2. περὶ χρονίων παθῶν αἵτε ξὺν πόροισι ἐρέουσι αἷμα, τοῖσι δὲ αἱμορροΐδων ἐκέλη ἴδιε ξυμφορή. ὁμοίη δὲ καὶ πάντως κώφωσις, ἐξωχροι, νωθροὶ, ἀφρικτοι, δύσποτοι, ἄπεπτοι. κὴν μὲν ἐκκριθῇ, ἔκλυτοι πάρεσι τὰ μέλεα κεφαλαὶ δὲ κέφοι καὶ ἀλαφρότεροι. ἢν δὲ ἐς τὸ πρὶν ἀφίκηται, κεφαλαλγέες, ἀμαυροὶ τὰς ὄψιας, σκοτώδεες, ἀμφιδινεόμενοι. ἐντεῦθεν ὑδέλπιδες μυδέοι ἄλλοι, ἐσάλιοι, ἀπαχλυόμενοι, ὑδρωπιώδεες. ἄλλοι δὲ μελαγχολώδεες, ἢ ἐπιληπτικοί. ἐπὴν χρόνος δὲ αἱμορρόης ξυνήθεος, δύσπνοα τάδε. Nonnulli per quosdam circuitus sanguine mictu reddũt, qui affectus sanguinis profluuio qui per ora venarũ quæ in ano sunt effunditur simi'is est: Similis est quoq; corporis constitutio, cum valde pallescant, torpidi & ignaui sint, cibum auersentur, cruditate laborent. Et cũ sanguis excretus fuerit, languidis sunt & resolutis membris, caput verò leuius & agilius euadit. At si per circuitum nihil effluxerit, capite dolent, oculorum acies hebescit, tenebræ eis obuersantur, vertigine tentantur. Hinc alij sexcenti in morbum comitialem incidunt, tumidi, caligine perfusi, aqua intercute tentatis similes, alij atræ bilis morbo aut neruorum resolutione conflictantur. Ex consuetæ enim sanguinis profusionis suppressione, ista malorum soboles prouenit. Hunc autem locum mihi exprimere Celsus videtur cap.4. lib.4. cum scribit, Neque ignorari oportet, eis quibus fluere sanguis solet, aut quibus spina dolet, coxæue, aut post cursum vehementem, vel ambulationem, dum febris absit, non esse inutile sanguinis mediocre profluuium, idque per vrinam redditum, ipsam quoque lassitudinem soluere. Quod sequitur de renum inflammatione aut abscessu intelligendum venit, quo concocto, pus mictu reddi-

tur

tum, laborantem dolore liberat, & vlceris periculum creat, vt scribit Gal. lib. 6 de loc. aff. cap 3. Caluus paulo aliter hunc locum distinxisse videtur.

παχὺ δ' ὕδωρ] λευκὰ ὑποστάσεις ἴσχει legendum censeo, contra tamen omnium exemplarium fidem, quod & fecit Cornarius, malim re fortasse exemplari vsus. Vrina nanque multa, crassa & alba prodiens, febres cum lassitudinis sensu atque articulorum affectibus obnoxias, absessa liberat, ex aph. 31. & 74. lib. 4. & aph. 2. sect. 4. lib. 6 Epid. Præterea idem hic author extremo hoc præsagio in articulorum doloribus & tumoribus, λευκὰ ὑποστάσεις in vrina non λεπτὰ ponit, his verbis, εἰσὶ δὲ οἷσι τὰ ὄμφακα ἐοικότα τὰ μὲν νοσῇ ἢ ἐπάρσιες, ἢ καταπαύσῃ ἢ ἐν τῷ πολαγρικῷ τρόπῳ, εὑρήσεις τὰ τε ἀστράγαλα μικρὰ, ἢ ἐν τῇ ὑρῃ λευκὰ ὑποστάσεις. Caius quoque cap. 7. lib. 2. hunc locum haud dubiè exprimens, λευκὰ ὑποστάσεις legisse videtur cùm scribit, Vrina autem crassa, ex qua quod subsidet album est, significat circa articulos, aut circa viscera dolorem metúmque morbi esse. Quem secutus Plinius lib. 28. cap. 6 de vrina scribit, Mala signa rubræ, pessima nigræ, mala bullantis & crassæ, in qua quod subsidit si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere. Quibus omnibus ex locis, vt restitutus sibi locus, ita propè diminutus videretur, nisi vnus ellet omnium codicum consensus. Nam & phrasis illa cum disiunctiua particula diminuti aliquid redolere, & alteram disiunctiuam desiderare videtur, quæ hoc modo integra esse possit. σημαίνει ἢ οἷσι τὰ ἄρθρα πρὸ ἰδιώτου ἢ ἔπαρσιν, ἢ οἷσι τὰ ἀστράγαλα, aut ἢ οἷσι τὰ ἀστράγαλα ἔπαρσιν, aut certe ἢ ἔπαρσιν pro ἢ legendum.

αἱ δ' ἄλλαι] Reliqua sedimenta intelligit, quæ proprios partium ex quibus excernuntur affectus indicant: non totius corporis; cum qui exercitationibus defatigantur, alioqui satis integra valetudine fruantur. Hic verò vesicæ nomine, & renes, & vrinam deferentia vasa subaudiri possunt vt in Prognostico, quod scribit Galenus lib. 1. de Cris. cap. 7.

ὧν δ' ἀκρίσεων] Videtur exquisitas illas prædictionum narrationes intelligere, quas prius in his qui exercebantur & defatigationibus vrebantur irrisit & reprehendit. Hunc autem locum mirum in modum Caluus perturbauit.

ἐλεχωιτικῶν] Codices manu scripti quidam ἐλεχωιτικῶν legunt, quos secutus est Asulanus, vt λεχωιτῶν dicatur, sed λεχωιτᾶν & λεχωιτᾶσθαι melius effertur. Et Erotianus apud Hippocratem λεχωιτικῶν ἐμπλεκτῶν exponit, vt scripsimus in nostra Hippocratis Oeconomia & locum subindicauimus. Nec cuiquam dubium videri debet quin hùc subindicet Galenus in Exegesi vocum obscurarum Hipp. cum ἐλεχωιτικῶν exponit, τοῖς πολὺν διελίξθαι, quod est, diu multumque differri. Sic enim legendum esse satis hic locus & dictio λίσσει indicat (quod etiam postea ab Henrico Stephano omnis doctrinæ refertissimo penu scriptum esse animaduerti) cum præpostere & vitiosè ἐλλιγωτικῶν passim scribatur, interdum quoque ἐλιγωτικῶν. Significat igitur se diutius ac longiore confabulatione & otij plena de huiusmodi prædictionibus cum his fuisse collocutum, neque temerè se ad ista scribenda contulisse.

C Περὶ δὲ ὑδρώπων τε καὶ φθισίων, καὶ τῶν podagrorum, τῶν τε λαμβανομένων ὑπὸ τῆς ἱερῆς νόσου καλουμένης, τάδε λέγω. χρὴ μὲν δὴ οἷσι πάντων, ὃ αὐτὸ τ' ἄριστον καὶ ἀσφαλέστατον, τοὺς ἐκ τούτων τῶν νοσημάτων ἔστιν ἐλπίδα δυσπάλακτον ἔοντα. τὰ δ' ἄλλα καθ' ἕκαστον γράψω. χρὴ δ' τ' ὑπὸ τῶν ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα σωθήσεσθαι, εὖ σπλαγχνόν τε εἶναι, καὶ ἀνατείνεσθαι, καὶ φύσιν ἅμα πεπλεῖσθαί τε εὔπετέως, εὔπνουόν τε εἶναι, ἀνώδυνον εἶναι καὶ χλιαρὸν ὁμαλῶς πᾶν τὸ σῶμα ἔχειν, καὶ μὴ σφόδρα τι D ταπεινὰ ἔχειν. κρέσσον δὲ ἐπάρματα μᾶλλον ἔχειν ἐν τοῖσιν ἀκρωτηρίοισι. ἄριστον δὲ μηδὲ ἕτερον τούτων, ἀλλὰ μαλακά τε χρὴ καὶ ἰσχνὰ εἶναι τὰ ἀκρωτήρια. ἐν τῇ γαστρὶ μαλθακὴν εἶναι. ὑγρομιγέα. βῆχα δὲ μὴ σφόδρα, μηδὲ δίψαν, μηδὲ τὴν γλῶσσαν ὑπεξηραίνεσθαι, ἔν τε τοῖς ἄλλοις χρόνῳ. καὶ μὴ σφόδρα ὕπνος. γίνεται δὲ τοῖσι καρηβαρικοῖσι. τὰ δ' σιτία ἡδέως δέχεσθαι. καὶ ἐσθίοντα ἱκανὰ, μὴ πόνῳ E δοθαι. τὴν δὲ κοιλίην πρὸς μὲν τὰ φάρμακα ὀξέως εἶναι. τὸν δὲ δηθὸν χρόνον ἀφαιρεῖν μαλθακὸν ἐκτετυπωμένον. ὃ δ' ἥδιστον φαίνεσθαι περαιούμενον πρὸς τὰ ὑποτιθέμενα, καὶ τῶν οἴνων τοὺς μεταβολάς. τὴν δὲ γαστέρα μαλθακὴν εἶναι βύπετῶς φέρειν, καὶ ἄκοπον εἶναι. ἄριστον μὲν οὕτω πάντα ἀφικέσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀσφαλέστατα τὰ παρόντα ὑγιᾶ. εἰ δὲ μὴ, ὡς πλεῖστα τούτων ἐχέτω. ἐν ὑπτίῃ γὰρ ἕξει ἀφεληθήσεται. ὃς δ' ἂν μηδὲν F τούτων ἔχῃ, ἀλλὰ τὰ ἐναντία, ἀνέλπιστον ἐόντα ἐλπίζειν. ὃς δ' ἂν τούτων ὀλίγα ἔχῃ, ἃ φημὶ χρῆσθαι εἶναι τῶν ὑδρωπικῶν ἀφεστῶτα, ὀλίγας ὑπτίης αὐτῷ. ᾧ δ' ἂν ἁμαρτάδες πολλὸν ἄνω ἐκ κάτω, καὶ πυρετὸς ὑπολήπτει, ὕδατος ἐμπλησθῆναι πολλαὶ ὑπτίης τούτων, καὶ τῶν ὑδρώπων, ὅτου ὀλιγοχρονιώτατός τε, καὶ ἐν τοῖσιν ἀφυκτοτάτοισιν. δηλοῖ δὲ τὸ σημαινόμενον ὧδε τάδε. οἷσι δὲ οἰ- G δήματα μεγάλα γινόμενα καταῤῥήγνυται, καὶ αὖθις ἐπαύρεται, ὅτοι δὲ μᾶλλον ὧδε γίνονται τῶν ἐκ τῶν αἱμάτων ἢ ἀναῤῥήξιος ἐμπιπτομένων. ἐξαπατῶσι δὲ τοὺς ἀγνοέοντας ὅτοι ⓐ ὕδρωπες, ὡς τε ποιέουσιν αὐτοὺς ἀπόνους εἶναι ἐν τοῖσιν ἐπάλλυσθαι.

τὴν δὲ ξυγγενίαν] Noua est phrasis ideóque exemplaria quædam manu scripta habent, ἢ γὰρ ξυγγενὴς ἢ, ἢ ξυγγενὴς τοιούτων τῶν νοσημάτων, quod tamen mendosum est, & videtur cuiusdam additamentum esse.

χρὴ δὲ ἐκ τοῦ ὑδρωπος] Locus valde celebris & à Cornelio Celso in totum fere expressus cap. 8. lib. 2. ex quo salutis spes ante aquę inter cutem curationem inauguranda est. Ergo cũ hydrops non nisi vitiato ac refrigerato hepate gigni possit, vt scribit Galenus

cap.1.lib.6.de loc.aff. & Oribaſ. cap.98. lib.4. de loc. aff.cur.& Trallianus cap.3. lib.8.) ſiue id illi propriè , ſiue aliarum partium communione contingit, vt lienis, ventriculi, meſenterij, tenuium inteſtinorum, ieiuni, folliculi, fellis, pulmonis, ſepti tranſuerſi, renum: Eum qui ſeruari volet viſceribus firmis, ac integris & contentis viribus optimáq; natura eſſe præditum oportet. Nam vbi corrupta, ſyderata aut vitioſa viſcera ſunt, etiamſi ſponte vel arte vacuata ſit materia, malum tamen redit, quod experientia multis retroactis ſæculis eſt conteſtatum. Neque enim ſanat emiſſus humor, ſed medicinæ locum facit, quam intus incluſus impedit. Non temerè igitur Eraſiſtratus iecinori ſuccurrendum putauit. Nam & aquam inter cutem iecinoris morbum reputauit. Id. óq; ita ſe habet. Aquam ſanandum, fruſtráq; aquam emitti, quæ vitiato illo ſubinde naſcatur. Idem quoq; teſtatur Aretæus imprimis grauis author, hydropis prauitatem in viſcerum intemperie totum corporis habitum corrumpente conſtituens, his verbis, cap.1.lib.2. περὶ χρονίων παθῶν. ὑ γὰρ τὴν τῆ κοιλίη τῆ κάτω ἀλλόμενον ὑγρὸν ὕδρωπα καλέομεν. ἐπεὶ ὑδὲ τὸ πάθος τῆδέ ἐστι , ἀλλ' ὅτε ξυμπαρομαρτίῃ τῆ νόσῳ ὁ ὄγκος, τὸ οἷόν τε , ἡ χροιὴ, ὑδὲ ἐς τὸ ὕδωρ ξωυτὸν ἕλξις , ὕδρωψ τί ἐστι ἢ καλέεται, κὴν γὰρ ἐπαραγῇ κοτὲ τὸ ὕδωρ αὐτομάτως ἔξω, ἢ ἰητρῶν τις τὸ ὑποχόνδριον ἐκχέῃ. ἐφ' ἑδρης ἔασι οἱ ὑδρωποδεες. Neque enim in inferiore ventre fluctuantem humorem aquam inter cutem nuncupamus, quandoquidem neq; ea parte affectus reſidet, ſed cum morbum conſequitur tumor, inflatio, color fœdus; iſte habitus in aquam colliqueſcens, hydrops & eſt & appellatur. Etenim etiamſi ſponte ſua nonnunquam aquas foras erumpit, aut aliquis præcordia reſcindens effundit, ſede ſua adhuc perſiſtunt hydropici. Rurſuſq; paulò ante, ἢ γὰρ ἐν ἀπλάγχνῳ χαμαίῳ νίσιμα φωλεύσαν ἔτρεψε εἰς κακοξύλῳ τὸ πᾶν, ἢ τὸ ξύμπαν σπλῆν & λοιμῶ κατάρξαντος, εἰς κακοχυμίῃν ὕμεψε τὸ ἀπλάγχνα. οὕτε ἄλλοισι ἄμφω εἰς τὸ κακὸν ξωυτημορίῃ. ἀσινὲς ἦ ὑδὸν, ἐξ ὅτου & σμικρὸ τῇ φύσει ζήνοιτο αὖ ὀπίσεεν. Aut enim in præcipuo quodam viſcere morbus latitans totum in malum habitum conuertit, aut totum corpus ingruente peſtilentia in vitioſum ſuccum viſcera permutauit quando ſibi inuicem vtraq; ad perniciem ſuffragantur, nullaque pars eſt noxa carens, quæ vel modicam naturæ afferre opem poſſit. Quibus ex verbis viſcerum impuritatem ac vitium præcipuam hydropis cauſam coniicias licet, adeo vt ad ſalutem ipſam viſcerum firmitas & robur, ac virium integritas & conſtantia præcipuè faciant, cùm ſint totius vitalitatis arx & propugnacula. Illud verò & αἰατεόνως per ſe lego exemplarium pluralitate fretus, non vt quidam αἰατεόνως ἐν φύσει , quanquam ſic quoque retineri poteſt. Ac mihi αἰατεόνως contentis eſſe viribus, erectis ac integris, contráq; obnitentibus ac firmis ſignificare videtur: & αἰατεόνως & φύσιν de contenta natura & viribus ſe ad morbum propulſandum erigente ac quaſi obnitente, ac velut comparata & exerta dici. Celſus id totum per firma viſcera complexus eſt. Caluus quid per (demittere) intellexerit non ſatis liquet. Vitioſa autem ſunt exemplaria, quæ ἄπλαγχνον legunt.

& χλιαφὸν] Exemplaria quædam ſic legunt & χλιαρὸν. ὁμαλῶς πᾶν τὸ σῶμα ἔχῃ ἐν μὴ θερμοπυρετοῖς περὶ τὰ ἄκρα. Quod feciſſe videtur Celſus, qui hunc totum verborum ambitum facili notione complexus eſt, cùm dixit. Si ſine calore corpus eſt æqualiterq; in extremis partibus macrum eſt. Caluus aliud ſequutus eſt cum poſtrema non tumere dixit.

βῆχα δ' ὑ μὴ προσῇναι] Spem tollit in hydrope tuſſis, vt ſcribit Celſus ex aph.35.lib.6.& 47.lib.7. Tuſſim quoque in aqua inter cutem laborantibus damnat Hipp.lib.2.Epid.ſect.5. Verùm ea inaudienda venit, quæ tumoris & aquæ pulmonum arterias aſperas prægrauantis ratione contingit, ægrúmq; in diſcrimen præcipitat.

περὶς τὰ ὀπτικὰ ἀκρόασις] Hic ὀπτικὰ ἀκρόασις inſtitutam vitæ rationem hydropicis congruentem, vrinas mouentem, aquaſque educentem, & cætera quæ ad id præſtandum inſtituuntur, ſignificare videntur. Nam cùm magna curationis ſpes in vrinas mouentibus medicamentis & aquas deducentibus collocetur, plurima eam in rem ab artis noſtræ dictatoribus conſcribuntur, præcipuè à Gal. lib.9. Comp. med. κῇ τόπους & Paulo lib.3. cap.48. & Aëtio cap.26. lib.10. Hipp. quoque lib.4. de rat.vict. in morb. ac. in hydropis curatione, ſiccorum & acrium eſum imperat, quibus maximè vrina moueatur. Celſus * etiam quamuis quam minimam potionem concedit, eam tamen optimam cenſet, quæ vrinam mouet. Sed idipſum tamen moliri cibo quàm medicamentis melius eſt. Quæ igitur plurima in hydropicorum victus ratione ad eam rem inſtituuntur tum medicamenta, tum cibi, tum potus, cæteráq; remedia, hic ὀπτικὰ ἀκρόασις mihi vocare videtur Celſ. cap.8.lib.2. vbi hunc totum locum diſertis verbis exprimit , ὀπτικὰ ἀκρόασις per epota medicamenta quibus vrina mutatur explicat, his verbis, Si vrina & vini mutatione & epotis aliquibus medicamentis mutatur. Quanquam autem aliæ ſunt inſignes vrinarum in hydropicis mutationes, præcipuè tamen laudatur quæ copioſa redditur, & ſua multitudine aquas minuit, ventrem deplet, cum alioqui potionis inopia, victus ratio exiccans & calida, & ſudorum prouocatio, quæ ſunt hydropicorum conſilia, vrinas minuant. Neque ideo alienum eſt (vt ſcribit Celſ.) metiri potionem & vrinam. Nam ſi plus humo is excernitur quam aſſumitur, ita demum ſecundæ valetudinis ſpes eſt. Caluus huius loci ſenſum non eſt aſſecutus, cum lotium perfectum digeſtumve dixit, & πραινόμενον legiſſe videtur.

* *Cap.21.lib.3.*

πλοῖ ἢ βαλανείῳ] Magna curationis pars in tolerando labore, motu, deambulationibus, exercitationibus, nauigationibus, frictionibus, ſudationibus, ſole, inunctionibus & illitibus. Communia omnibus hydropis generibus remedia eſſe ſcribit Gal. ex Hipp. βαλανεῖα, πυρίαι & ἐγκαύσεις. Lib. quoq; περὶ παθῶν hydropicorum hæc victus ratio inſtituitur, σιτίοισι ἢ ἐν ποτοῖσι, ἐν πόνοισι, ἐν ἀφεμπάτοισι διαίτῃσιν. Multum ambulandum (inquit Celſus) currendum aliquando eſt. Ideóq; facilius in ſeruis hoc morbi genus quam in liberis tollitur. Quia cùm deſideret famem, ſitim, mille alia tædia, longámq; patientiam, promptius his ſuccurritur qui facilè coguntur, quàm quibus inutilis libertas eſt. Idem quoque hoc exprimens dixit, ſi corpus ſine laſſitudine eſt, & morbum facilè ſuſtinet, & ſi modò vera ſunt exemplaria, morbum pro motu poſuiſſe videtur. ἄειρε μὲν ὕπω] Hunc locum Celſus ſolita breuitate ſic complexus eſt, Siquidem in quo omnia hæc ſunt, is ex toto tutus eſt, in quo plura ex his ſunt, is in bona ſpe eſt. Et paulò poſt, At aqua inter cutem ad ſanitatem raro perducitur, vtique ſi contraria his quæ ſupra poſita ſunt ſubſequuntur.

ὧ δ' ἂν αἱμορῤῥαγέῃ] Vna eſt hydropis cauſa & periculi pleniſſima ſanguinis nimium profluuiũ, quod anaſarcam aut leucophlegmatiam inducit. Nam ex hauſto cum ſanguine ſpiritu & calore, crudi humores & pituitoſi venas ſubeunt. ὅτι ἢ λευκῷ φλέγματι ὑδρωψ ὀπτάνει ex placito 76. lib.7. & libris περὶ παθῶν. Hic igitur αἱμὰ σάρκα aut ὑποχαρκίδια intelligi videtur. Eſt enim (vt ſcribit Hippocrat.) ἐγχειρέων γένεσις ἄφυκτος. Etſi libris περὶ παθῶν curabilis morbi notas indicet, præcipuéq; nondum ſeneſcentis. Aretæus etiam, etſi anaſarcam à leucophlegmatia diſtinguit, eam tamen ex hydropum generibus ideo periculoſiſſimam, quod totum corpus noxam ſentiat, & ideo ſit immutandum, his verbis cap.1.lib.2. de ſig. περὶ χρονίων παθῶν. χαλεπὴ ἢ τυμπανίης, ἐν τῇδε ὁ αἱὰ σάρκα μᾶλλον. ἐν ᾧ ἰητρὸν ἐν τῷδε πάθεϊ ἕλκειν χρὴ ἄνθρωπον ἀλλόξαι. πάλε μέντοι ὑδὲ θεοῖσι ῥητέον. Difficilis autem Tympanias eaq; adhuc difficilior anaſarca. Hoc enim in morbo totus homo medico eſt immutandus quod certè ne diis quidem ipſis facile fuerit. Celſus quoque breuiſſimis hiſce verbis hunc locum complexus eſt. Item ſi ſanguis ſurſum deorſumq; erupit, & aqua medium corpus impleuit. At alteri denunciandum eſſe perniciem præmonet author, tum ad liberandam medici fidem, tunc etiam ad artis dignitatem & admirationem conciliandam. Vitioſa ſunt porro exemplaria quæ ἀφλεκτατάτοισιν pro ἀφυκτατάτοισιν legunt.

οἷσι ἢ οἰδήμασι] Pulcherrimè hunc locum ita reddidit Celſus. Quibuſdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde deſinunt, deinde rurſus aſſurgunt. Hi quidem tutiores ſunt, quam qui ſupra comprehenſi ſunt, ſi attenduntur, ſed fere fiducia ſecundæ valetudinis opprimuntur. καταμαραίνεσι autem de tumoribus dicitur qui euaneſcunt, emarceſcunt, ſubſidunt, remittuntur, & deſinunt aut detumeſcunt, quod eſt καθίσασι in Prognoſtico.

ἐμπυραμιδίων] Sic habent vulgata exemplaria, verum ἐμπλαμυρίων ex melioribus legimus, quod magis ſuperiori lectioni conſentiat, quæ ex ſanguinis profluuio aqua impleri laborantes voluit, etſi eos quoq; incendi non eſt abſurdum, humore circa viſcera torpeſcente, ideóq; ſalſedinem & putredinem concipiente, vnde & ſitis & febris inaugeſcit. Ferè enim in totum plurimi ex hydropicis febricitant (vt ſcribit Aëtius.) Vtramq; autem lectionem pro codicum varietate complexus eſt Caluus.

ἐξαπατέουσι ἢ] Iſtud non videtur aſſecutus Caluus, dum à Medicis necatos ægros dicit. Eſt autem vſu & opere medico tritiſſimum, vt ſponte, vel arte, materia vacuata & detumeſcente tumore malum redeat, eſtq; ſignum omnino peſſimum, quod cauſa ſit pertinax & malum viſceribus penitus inhæreſcat. Ideóq; ferè fiducia ſecundæ valetudinis ſeſe in exitium præcipitant, quòd relictis medicis negligentia ſibi conſulunt. Multi ſanè obſeruantur qui ex alui profluuio, vacuata materia & detumeſcente ventre melius habuerunt, ſed paucis poſt menſibus ex relicta cauſa repetens morbus, interitum attulit. Adeo non ſatis eſt ratum, hydrope correptum, aqua in ventrem aut veſicam confluente, à morbo liberari, quod ſcriptum eſt ab Hipp. paſſim, aph.14. lib.6.& 29.lib.7. & libello περὶ κρισίων. Ac de his ſcriptum videtur in Cois Præſagiis, ὕστερος περὶς θεραπείῃ ἐσόδῳ, παλιμδρομίῃσιν, ἀπολήψιος.

περὶ

A Περὶ δὲ τῶν φθινόντων, καὶ τῶν ὀλίγου δεῖν τελευτώντων, ἐκ τούτου λέγω, ἀπὸ τοῦ τὰ τῶν ἐμπύων ἐγγύτατα φύσιν. χρὴ γὰρ τὸ πτύελον τῶν μελλόντων καλῶς ἀπαλλάξειν, εὔπεπτέως τε ἀναβήσεσθαι, καὶ εἶναι λευκόν, καὶ ὁμαλόν. καὶ ὁμόχροον. καὶ ἀφλέγματον. ὃ δὴ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταῤῥέον, εἰς τὰς ῥῖνας τρέπεσθαι. πυρέττειν δὲ μὴ λαμβάνῃ, ὥστε τῶν δείπνων μὴ κωλύεσθαι, μηδὲ διψῶν. ἡδὺ γὰρ ἐπιχωρείτω παντὸς μᾶλλον. τὸ δὲ ἐπιχωρέον ἔστω σκληρόν. πλῆθος δὲ κατὰ τὸ εἰωθός. τὸν δὲ ἄνθρωπον ὡς ἥκιστα λεπτὸν εἶναι. τὸν δὲ σῖτον ἐπαινῶ χρῆναι, τετραγώνου τε εἶναι, καὶ λάσιον. καὶ ὁ χόνδρος αὐτοῦ μικρὸς ἔστω. καὶ σεσηκωμένος ἰσχυρῶς. ὅσοις μὲν γὰρ τοῦτο πάντα ἔχει, σωθῆναι πλεῖστα γίνεται. ὅσοις δὲ ἂν μηδὲν τούτων ἔχῃ, ὀλεθριώτατος. οἱ δὲ ἂν ἔμπυοι γίνωνται, νέοι ἐόντες ὀξὺ ἀποσκήψιος, ἢ σύριγγος. ἢ ἀπὸ μηροῦ τινος τῶν τοιούτων, ἢ ὀκνοπαλινδρομίης ἀπεστάσιος, ἢ σωθήσονται, ὧν μὴ πολλὰ καρτερὰ αὐτοῖσιν ἐπιγίνηται τῶν ἀγαθῶν σημείων. ἀπόλλυνται δὲ καὶ ἄνδρωποι ὀλίγοι, ἐς ὃ φθινοπωρον. ἰσχυρῶς δὲ ἐκ τῶν μεγάλων νοσημάτων μακρὰν. ἐς τὸ ὥρην ταύτην τελευτῶσιν οἱ πλεῖστοι. τὰ δὲ μεγάλων ἥκιστα σωθήσονται, αἵ τε παρθένοι καὶ αἱ γυναῖκες, ἦσιν ἀπολήψεται ἐπιμηνίων ἡ φθίσις γένηται. εἰ δὲ μέλλοι τις σωθήσεσθαι τῶν πρότερον, ἢ τῶν γυναικῶν, τά τε μεγάλων σημεῖα, τά τε ἀγαθῶν δεῖ πολλὰ ἐπιγενέσθαι, καὶ τὰ ἐπιμηνία λαμπρῶς τε καθαρῶς ἐπιφανέσθαι, καὶ εὐέλπιδα ἐλπίς. οἱ δὲ ἐκ τῶν αἱμάτων τὰ ἀναῤῥήξιος ἔμπυοι γινόμενοι τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, καὶ τῶν παρθένων, σωθήσονται μάλιστα ἄνθρωποι. τὰ δὲ σημεῖα χρὴ πάντα ἀναλογιζόμενον τά τε σωθήσων καὶ τῶν ἐμπύων καὶ τῶν φθινόντων σκοπεῖν, ὅν τε σωθησόμενον, καὶ τὸν ἀπολλύμενον. μάλιστα δὲ σωθήσονται, ἐκ τῶν αἵματος ἀναῤῥήξεων, οἵσιν ἂν ἀλγήματα ἐπὶ ἀρχῇ μελαγχολικὰ, ἔν τε τῷ νώτῳ καὶ ἐν ταῖς ἰγνύῃσι. καὶ μετὰ τὴν ἀναῤῥῆξιν ἀνωδυνώτεροι γένωνται. βῆχες τε δὲ ἅμα ἐπιγίνονται, καὶ πυρετοὶ καὶ πλῆθοι διαπεπόνηκότες, διψαν εὐπετέως φέροντες. ὑποχροᾶσθαι δὲ τὰ ἀναῤῥήξιος μάλιστα γίνονται τὸ δεῖσιν, εἰ μὴ ἐπισάσεις ἐπιγίνοιντο. αἱρέσεις δὲ τὰ ἐπισάσιος, αἱ αἵματος ἀναῤῥήξεις, ὁκόσοι δὲ ἐν τοῖσι φήσιν διηνεκέα λεπτὰ ἔσεσι, καὶ μάλα χρόνιον λεπτύνονταί τε καὶ βήσσουσι, καὶ δύσπνοιαι γίνονται, ὥστε πυρετὸν ἐπιλαμβάνειν, ὥστε ἐμπυημάτων ἐπιγινομένων, τούτους ἐπιμένεσθαι, ὀκνεῖ βήσσουσί τε καὶ δύσπνοοι ἐοῦσι, καὶ ξυνεστεμμένον τι καὶ μικρὸν ὀλίγον ἔχειν, ὀκνοῦσι.

At de ſputo & tuſſi eorum quos tabes malè habet eadem mihi dicenda ſunt quæ de purulentis ſcripſi. Eum nanq; qui probè leuari volet cõuenit ſputũ facilè tuſſi reiicere, eſſeq; albũ & æquale, vnius coloris, & ſine pituita. Quod à capite defluit ad nares vertatur, neq; febris prehẽdat, vt nec cibos impediat, neq; ſitim faciat. Aluus autẽ quotidie deiiciat, & quod ſecedit durũ eſto, & iis quæ aſſumuntur cõueniẽs. Hominẽ quam minimè tenuẽ eſſe cõuenit. Pectus verò laudandũ quadratũ & hiſpidũ, cuiuſq; cartilago exigua & admodũ carnoſa eſt. In quo nanq; hæc omnia inerunt, is maximè ſuperſtes futurus eſt. At qui nihil horũ habuerit, exitio maximè eſt affinis. Iuuenes verò qui in pectore pus colligunt ex humorũ decubitu aut fiſtula, aut alio quopiã id genus, aut ex abſceſſus reuerſione, ij, niſi multa admodũ bona ſigna aſſecutĩ ſint, minimè euadunt. Moriuntur vero eiuſmodi homines ſub autumnũ, valdeq; & ex aliis morbis longis plæriq; ſub hoc tempus pereunt. Ex reliquis autem minimè euadunt, tũ virgines, tum mulieres, quibus ex menſtruorũ ſuppreſſione tabes cõtingit. Quod ſi ex his aliqua ſupereſſe volet, cùm multa laudabilia ſigna accedere tũ verò menſes luculẽter & manifeſtè cõparere oportet, alioqui nihil ſpei relictũ eſt. At qui ex ſanguinis eruptione pectore pus colligunt tũ viri, tum mulieres, ac virgines. ij certè haud minus ſuperſunt. Cæterùm omnia ſigna tam ſuppuratorum quàm tabeſcentiũ, animo reputantem, tum ſuperfuturũ, tum etiã periturum prædicere oportet. Ex ſanguinis autem eruptione maximè ſuperſunt, quibus in dorſo & pectore dolores adſunt melancholici, & ex ſanguinis eruptione dolore quodammodo leuantur. Neq; enim tuſſes admodũ, neq; febres ſuccedũt, ac plæriq; ſitim ad extremum vſq; facilè tolerãt. Sed recurrunt ferè ſanguinis eruptiones, niſi abſceſſus ſuccedant, ex quibus, ij ſunt optimi, qui maximè cruenti. Qui verò in pectore dolores ſentiũt, & temporis tractu extenuantur, tuſſi & difficultate ſpirandi conflictantur, ſi neq; febres prehendant, neq; ſuppurationes ſuccedant, ex iis percontari oportet, ſi quãdo tuſſiunt & difficulter ſpirant, num etiam concretum quiddam & modicè olens per tuſſim reiiciant.

F περὶ τῶν ἐμπύων] Videtur Coacas Prænotiones intelligere, in quibus multa de purulentis ac tabeſcentibus ſcribuntur, atque hæc eadem ex Prognoſtico ſumpta repetuntur. Libro quoq; de Morbis primo & ſecundo & lib. περὶ τῶν παθῶν multa de cuiuſuis generis ſuppuratis ſcribuntur, vt non temerè περὶ τῶν ἐμπύων inſcribantur.

χρὴ γὰρ τὸ πτύελον] Hæc in Coacis Prænot. ex Prognoſtico repetuntur, & reliquæ addiuntur ſalutis purulentorum notæ. Cornelius verò Celſus hunc totum locum eleganter ſic expreſſit cap. 8. lib. 2. At in tabe eius qui ſaluus futurus eſt, ſputum eſſe debet album, æquale totum eiuſdemq; coloris, ſine pituita, eiq; etiam ſimile eſſe oportet ſi quid in nares à capite diſtillat. ἀφλέγματον autẽ cũ Celſo, ſine pituita diximus & pituita vacuum ſignificat, quod ſit in Prognoſtico φλέγματος ἀπηλαλυμένον. Quod etiã in Coacis retinuimus & probauimus. Laudabiles etiam puris in ſuppuratis notas iſtas prædicat Aretæus, his verbis cap. 9. lib. 1. περὶ σημείων χρηστῶν παθῶν, ἀφρὸν μὲν πάχεϊ, ὁκοῖα δὴ λιπαρὰ, πίονα, ἄδυσμα, λεῖα, στρογγύλα, καὶ ἀναδίδοντα ἄδατον, καὶ ἐπιφέρεται, θερμὰ πάντα. In ſumma autem de pure dictum ſit, quæcunq; alba ferunt concocta, inodora, læuia, rotunda, & promptè extudiuntur, aut per aluum deturbantur, ea ſunt ſalutaria. τὸ δὲ ἀπὸ κεφαλῆς καταῤῥέον] Celſus ſimile eſſe vult ſputo quod in nares diſtillat, breuitatis ſtudioſus. Sed certè, etſi hoc valde eſt optabile, aliud quid tamẽ hæc verba ſonant. Nam cum maximè periculoſæ ſint tabes, quæ ex capitis diſtillatione oriuntur (vt ſcribitur in Coac. Præſagiis & lib. 1. de Morb.) ad id omni conſilio contendere oportet, vt quod ad thoracẽ confluit, ad nares deriuetur. Quamobrem lib. 2. de Morb. medicamenta naribus admoueri iubet, quæ pituitam eiuſmodi euocent, his verbis, καὶ ἐπὶλυέτω τὸ στόμα τῷ νυκτὶ ὑπὸ φοίτης ἄλμη, φρὸς τὰς ῥῖνας ὑπὸ σφυγμοῦ φάσματα πυκνότερα. ὑπὸ μὲν γὰρ, σφυγμοῦ ὑπὸ δὲ πλείονος ὁ χρόνος. Cum q; noctu ad os ſalſuginoſus humor concedit, ad nares ei crebriora medicamenta apponito. At ſi nõ confluit, apponito quidem, verùm ex longiore interuallo. Rurſuſq; καὶ ἢν μὲν πτύελον ἐς τὸ στόμα ἴῃ πολλὸν καὶ ἅλμυρὸν, φρὸς τὰς ῥῖνας φερέτω ἐλάχιστα, καὶ χρόνῳ μᾶλλον ἄγειν. ὑπὸ δὲ μὴ ἴῃ τὸ ῥεῖθρον ἐς τὸ στόμα μὴ φερέτω ἐπὶ πολὺν χρόνον φρὸς τὸ κεφαλόν. Ac ſi ſaliua quidem multa & ſalſuginoſa ad os proceſſerit, ad nares apponito quod bilem minimè educat. Si verò fluxio in os non feratur, capiti ne apponito. Nic quoq; lib. περὶ παθῶν, in tabe naribus admoueri medicamenta quæ caput vacuent conſulit. τῷ δὲ κεφαλῷ αὖτε φέρειν κηθαίῃσι, φρὸς τὰς ῥῖνας φέρεσθαι φάσματα.

πυρετὸν δὲ μὴ λαμβάνῃ] In Coacis præſagiis & prædictionibus in ſuppuratorum ſalute febrem abeſſe vult, ἀπυρεσίην χρῆναι. Celſus, longè optimum eſt febrem omnino non eſſe: ſecundum eſt, tantulam eſſe, vt neq; cibum impediat, neq; crebram ſitim faciat. Idẽ quoque, At in tabe ſputum mixtum purulentum, febris aſſidua, quæ & cibi tempora eripit, & ſiti affligit, in corpore tenui periculum ſubeſſe teſtatur. δεῖπνον autem cibum diximus, Celſum ſecuti, eamq; in rem ſæpius accipitur. Exemplaria quædam manu ſcripta ὕπνον pro δεῖπνον legunt, quod etiam ſignificauit Caluus.

ℭ τὸ ἔκθυμον] Alui profluuia in tabidis exitium minantur, vt ſcribimus in Coacis Præſagiis. Hunc locum ita Celſus exponit, Aluus in hac valetudine ea tuta eſt, quæ quotidie coacta, eáque conuenientia his quæ aſſumuntur reddit. A

τὸν δ' ἄνθρωπον] Sic Celſus hunc locum vertit. Corpus id quod minimè tenue, maximeq; lati pectoris atque ſeroſi eſt, cuiuſque cartilago exigua & carnoſa eſt. Corpus certè minimè extenuatum & tenue, ſed carnoſum eſſe oportet & oprimè quadratū, ſi quis exitium effugere volet, cùm in dies extenuatur & à morbo contabeſcat, vt ſcribitur lib. 2. de Morb & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Et in corpore tenui & longo cauendam eſſe tabem teſtatur Celſus. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν φησὶ τὸν τοιοῦτον νοσέοντα, ὑ ξυμφορὴ λεπτὸς ἦν. Quo magis mirandum eſt Caluum contra omnium codicum quos adhuc videre licuit fidem, pectoris muſculos non carnoſos probare.

ὅσοι δ' ἂν ἔμπυοι] Hunc locum etſi alio ſenſu ſic expreſſit Celſus. Solent etiam in adoleſcentibus ex eo morbo vomicæ fiſtulæq; oriri, quæ non facilè ſaneſcunt, niſi ſi multa ſigna bonæ valetudinis ſubſecuta ſunt.

ἐς τὸ φθινόπωρον] Autumnum tabeſcentibus noxium eſſe ſcribitur placito 11. lib. 3. & ferè plæroſq; ad autumnum perire ſcribit Hipp. lib. 1. epid. & lib. 3. Ideoq; φθινόπωρον φθινώδης dicitur lib. 6. epid. Ibidemq; aph. 13. ſect 7. Τῶν φθίνοντα τὸ φθινόπωρον κακὸν ſcribitur. Sic autumno grauiſſimos & maximè exitiales morbos circumferri ſcribit Hipp. lib. 2. Epid. & aph. 9. lib 3. Eaq; notione φθινόπωρον θανατώδες nuncupatur Hippocrati lib. 2. & 6. Epid. Celſus autumnum longè periculoſiſſimū quiq; multos opprimat dixit cap. 1. lib. 2. Horatius graue tempus autumni vocat, & Iuuenalis lethiferum. Hunc porrò locum Celſus tabidorum exitium indicans ſic expreſſit, Vtiq; ſi tempus autumni eſt, quo ferè qui cætera parte anni traxerunt, reſoluuntur. B

τὴν δ' ἄλλων ὕβριν] Celſus hunc locum etſi alia longè notione ſic expreſſit, Et reliquis verò minimè facilè ſanantur virgines, aut hę mulieres, quibus ſuper tabem menſtrua ſuppreſſa ſunt. Porrò ex menſium ſuppreſſione exitioſiſſimam tabem ſuboriri, & ex qua ſupereſſe nefas ſit, ſcribit Hipp. lib. 1. περὶ γυναικείων.

μάλιστα δ' ἀφεύσιον)] Sic Celſus hunc totum locum exprimere videtur. Super tabem ſi mulieri quoque ſuppreſſa menſtrua fuerint, & circa pectus atq; ſcapulas dolor manſit, ſubitoque ſanguis erupit, leuari morbus ſolet. Nam & tuſſis minuitur, & ſitis atque febriculæ deſinunt. Sed iiſdem ferè, niſi redit ſanguis, vomica erumpit, quæ quò cruentior, eò melior eſt. Verùm Celſus longè alio ſenſu, quæ hic ſanguinis eruptioni in vniuerſum tribuuntur, mulieribus ex menſium mora tabe conflictatis concedit. Dolores verò melancholici hic innui videntur diutius permanentes & pertinaces, nimirum ex humoribus craſſis & crudis ſuborti, quemadmodum apoplexia & conuulſio morborum melancholicorum nomine accenſentur aph. 56. lib. 6 & 40. lib. 7. Quod etiam ſignificare per (dolorem manentem) Celſus videtur, & quòd tandem hi humores tractu temporis in abſceſſus vertuntur. Aut certè eos dolores intelligit, qui ex tumoribus denigratis & liuidis oriuntur, quales in eas partes translato & impacto craſſiore ſanguine fieri ſolent, vnde tandem abſceſſus conſequuntur. Ἀποσκέσεις autem hîc ſunt, quæ ἐκπυήματα aut ἐκπυήσεις in Prognoſtico dicuntur, vomicas vocat Celſus. C

τὴν πυρετῶν] Iſtud ſuperioribus iunximus, meliora exemplaria & Celſum ſecuti, reliquum membrum per ſe diſtinximus.

εἰ τὴ ξυνεστραμμένον τι] ξυνεστραμμένον τι quiddam concretū, contortūm, compactum aut conglobatum intelligit, veluti concretam quandam pituitam, & grandiniſimile quiddam & induratum, velut συνεστράφθαι concreſcere & colligi, ac coaceruari denſarique ſignificat Hippocrati aph. 40. lib. 5. quod alibi συνέχεσθαι dicitur. Lib 2. de Morb in Phthoe ſcribitur, αἱ δὲ βῆσσαι ἢν τὸ πῦον ᾖ χάλαζα, ἢ ἐλατηρίῳ ὁμοῖον ἐκ πύου δακτύλοισι συνιὸν ἢ κόνδυλοι γίνωνται). Pus veluti grando tuſſi reiicitur, & digitis attritum durum & graueolens exiſtit. Ex ſputi autem graueolentia quàm exitialis tabis ſigna cenſentur, vt ſatis patet ex aphoriſmis, Coacis Præſagiis & libr. 2. de Morb. Vnde effectum eſt vt Caluus pro ἐκπυήσεις ἀνθρῆσις legiſſe videatur. Etſi enim ea indicia proximam perniciem indicant, exemplarium tamen conſenſum ſequi malim. D

At de his qui podagra tentantur iſta nobis dicēda videntur. Qui in ſenectute roſos aut callos in articulis induratos habēt, aut laboriosè vitam tolerant, cū aluo ſicca, ij ſanè omnes (vt ſentio) humana arte ſanari nequeunt. His certè ſuccedentes inteſtinorum difficultates optimè medentur, quin & quæcunq; aliæ colliquationes infernæ, eos valde iuuant. Iuuenis verò cui nec dū circū articulos calli indurueruūt, cuiq; victus ratio curæ eſt, ad laborē eſt impiger, aluumq; habet vitæ inſtituto probè cedentem, is ſanè prudentem hactenus medicum, ſanus euadet.

Περὶ ὧν ποδαγεώντων ταῦτε. ὅσοι μὲν ἢ γέροντες, ἢ παῤ ἡβέων τοῖσιν ἀρθρίοισιν ὀπισθώματα ἔχουσιν, ἢ ὅπου τα-λαίπωρον ζώουσι κοιλίας ξηρὰς ἔχοντες, ὅσοι μὲν πόρρω ἀδυώπιοι ὑγιέες γίνεσθαι αὐθρωπίνη τέχνη, ὅσον ἐγὼ οἶδα. ἰώνται μὲν τάχιστα, ἄεισα μὲ δυσεντερείαι, ἰὼ ὀπισθίων), ἀτὰρ ἢν δηλαὶ ἐκτήξιες ὠφελέουσι καθαραί, αἳ ἐς τὰ κάτω χωρία ῥέπουσαι. ὅστις δὲ νέος ἐστὶ, καὶ ἀμφὶ τοῖσιν ἀρθρίοισιν ὀπίσω ὀπισθώματα ἔχει καὶ τὸ ὄφρον ἐστὶν ὀπιμελὴς τε καὶ φιλόπονος, καὶ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχων, ὑσταικὴν τοῖς τὰ ὀπισθώματα, ἔστ' ἂν ἡ ἡδυγνώμων ἔρηται ὀπιτυχών, ὑγιὴς αὖ γένοιτο.

ὅσοι μὲ ἢ γέροντες] Hunc locum ſic expreſſit Celſus. Articuli verò qui ſic dolent, vt ſuper eos ex callo tubercula quædam innata ſint, nunquam liberantur: Quæq; ex eorum vitia vel in ſenectute cœperunt, vel in ſenectutem ab adoleſcentia peruenerunt, vt aliquando leniri poſſunt, ſic nunquam ex toto finiuntur. ὀπισθώματα autem vocat, quos alij πόρους dicunt, lapidolas in articulis duritiem, & roſos aut callos induratos, qui vbi ſemel increuerint, priſtinæ ſanitatis in articulo ipſum tollunt, vt ſcribit Gal. lib. 10. Comp. med. κῆ τόπ. Hos vero Aurelianus inſolenter admodum tranſitus vocat, πόρους, cum πῶροι dicendi ſint. Vitioſus porro eſt codex Aſulanus, qui pro ἀδυώπι ἀδυώπιον legit. E

ἰώνται μὲ τάχιστα] Sic Celſus expreſſit & ſequentibus iunxit. Articulorum verò vitia, vt podagræ chiragreq; ſi iuuenes tentarunt, neq; callum induxerunt, ſolui poſſunt, maximeque torminibus leniuntur, & ex quocunq; modo venter fluit. Vbi ἐκπτώσεις αἳ ἐς τὰ κάτω χωρία ῥέπουσι, humorum receſſus & eliquationes per aluum effuſæ, ac humorum profluuia, quæ corpus eluunt, exinaniunt & exoluunt intelliguntur. Sic πίνειν apud Theonem gymnaſten pro λύειν ἢ κενοῦν accipi ſcribit Galen. lib. 2. Salub. Alui autem ductiones & infernæ purgationes in articulorum vitiis plurimum habent momenti, eaſq; conſulit Hippocrates lib. περὶ παθῶν. Quas tamē Eraſiſtratus in podagricis expulit ne in inferiores partes factus curſus pedes repleret, cum tamen euidens ſit omnia purgatione, non ſuperiora tantummodo, ſed etiam inferiora exinaniri. Hunc autem locum innuere videtur Aurelianus cap. 1. lib 5. Chronicon ſcribens vtilem inquit Hippocrates iſchiadicis dyſenteriam. Habet enim imitationis quidā recorporationis faciundæ, quanquā plurima vexatione corpus afficere videatur. Vitioſum autem eſt quod in quibuſdam exemplaribus ἐκπώσεις pro ἐκπτώσεις legitur. F

καὶ ἢ τρόπον ἐστὶν ὀπιμελὴς] Attentum ac maximè ſolicitum & diligentem in victus ratione, gnauumq; & ad labores impigrum requirit eum qui articulorum vitiis curandis prouidere vult. Celſus quoque, quibus articulorum dolor certis temporibus reuertitur hos ante & curioſo victu cauere vult, ne inutilis materia corpori ſuperſit.

καὶ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχων] Aluum pro inſtituto vitæ genere bene reſpondentem, ac vitæ ſtudiis & moribus audientem requirit, hoc eſt liberam & medicamentis facilè parentem, quod magnum eſt in articulorum vitiis præſidium. Idque reſpondet ærumnoſæ vitæ quam ſupra poſuit cum aluo ſicca.

Ex morbo ſacro, quem comitialem dicūt, ægerrimè emergunt, quibuſcum vnà à puero increſcit morbus, & in virilem ętatem ſimul adoleſcit, deinde quibus ætate floreūte ortus eſt, nempe poſt annum quintum & vigeſimum, ad quadrageſimū quintum vſque.

Τῶν δ' ὑπὸ τῆς ἱερῆς νόσου καμνομένων, χαλεπῶταται μὲν ἕξιν ἔχουσιν, ὅσοισι δ' ἂν ἀπὸ παιδὸς ξυμβήσεται καὶ ζωὸν ἀνδρωθῆ τὸ νόσημα. ἔπειτα δὲ ὅσοισιν ἂν ἥβης ἐν ἀκμάζοντι τῷ σώματι τῆς ἡλικίης. ἦν δ' ἂν ἀπὸ εἴκοσι, καὶ πέντε ἐτέων, ἐς πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτεα. C

μῆ

A μετ' ὀλίγα νόσους, ὅσοις αἱ ἡλικίαι τὸ νούσημα μηδὲν παρεσημήνωσιν, ὁκόθεν ἄρχεται τὸ σῶμα ἕλκος. οἷσι μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς δοκεῖ ἄρχεσθαι, ἢ ἀπὸ τῶν πλευρέων, ἢ ἀπὸ τῆς χειρός, ἢ ποδός, εὐπετέστερα ἰᾶσθαι. διαφέρει γὰρ καὶ τοῦτο. τὰ μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, τούτων χαλεπώτατα, ἔπειτα τὰ ἀπὸ τῶν πλευρέων. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ τῶν ποδῶν μάλιστα οἷά τε ἐξυγιαίνεσθαι. ἐπιχειρέειν δὲ χρὴ τουτέοισι τὸν ἰητρὸν, ἐνιδόντα τὸν τρόπον τῆς ἐπίσιος, ᾧ ἐωσιν ἄνθρωποι νέοι τε καὶ φιλόπονοι. παλιὼ ὅσων αἱ φρένες ἢ κακὸν ἔχουσιν. ἢ ἐπῆλθε ἀπὸ πλήκτου τινὸς γενέσθαι, ἢ μὴν μελαγχολικὴ αὐτῶν ἐκκάθαρσις, ἢ λυσιτελέει. αἱ δ' ἄλλαι, αἱ ἐς κάτω τρεπόμεναι, πάσας ἀγαθαί. ἄμεινον δὲ καὶ ἐν τούτοισι πολλῷ, αἱ αἵματος ἔρασται. ὁπόσοι μὲν γεγόντες, ἤρξαντο λαμβάνεσθαι, ἀπὸ θηλέων τε μάλιστα, καὶ ἐὼν μὴ ἀπόλλωνται. πάχιστα ἀπαλλάσσονται ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου. ἀπὸ δὲ τῶν ἰητρῶν ἥκιστα ὠφελέουν.

Quos deinceps consequuntur quibus morbus accidit, neq; ante in corporis partibus aliquis venienti mali sensus est. Quibus nanq; ex capite initium ducere videtur, aut latere, aut manu, aut pede, ij facilius sanantur. Hæc tamen etiam inter se differunt. Ex his nanq; molestissimi sunt qui à capite originem trahunt, deinde ex latere, qui vero à manibus ac pedibus, præcipuè sanitatem recuperant. His autem manum admouere medicum oportet, qui rectè curationis ratione renuerit. vbi iuuenes fuerint, & laboribus dediti, nisi si cui mens malè sit affecta, aut quis attonitus fuerit. Eiusmodi nanq; vehementes mentis emotiones, nihil conducunt. Reliquæ verò omnes naturæ emotiones, quæ ad inferna tendunt, probantur, longeq; optimæ hoc loco censendæ sunt, quæ maximè cruentæ. At senes qui corripi cœperunt præcipuè moriuntur, ac nisi pereant, celerrimè sua sponte seruantur, minimumq; à medicis iuuantur.

B

C

ἡ δὲ ἱερὴ νόσος] Comitialis morbus Græcis ἱερὰ νόσος, dicitur, aut ob magnitudinem, vnde etiam magnus vocatur morbus Hippocrati lib. 6. Epid. aliis Herculeus, vt scribit Galenus Comment. 6 in lib. 6. Epid. aut quòd sacer sit & à diis immissus (vnde diuinus Apuleio & Aureliano appellatur, quæ tamen opinio exploditur libello de morbo sacro. Quod etiam testatur Gal. Com. in lib. 6 Epid.) aut quod sacram mentis arcem, hoc est cerebrum, aut sacram animam occupet, vt vult Aurelianus & Alexander Trallianus. Eius etiam nomenclaturæ causas plurimas affert * Aretæus his verbis, ἀλλὰ γὰρ δόξειε ἂν ξυμφορὴ δεινὴ γὰρ δοκεῖ ἐς τὸν σελήνιον ἐπιπέμπειν ἀνθρώποισι θεός. ἔστιν, ἵνα μὴ κεκλάσωμαι τῷ πάθεϊ. ἀπὸ τοῦ δὲ ἄλλας αἰτιάσεται. ἢ αἰτίη δὲ τοῦ καλεῖσθαι ἱερὴν γὲ τὴν νόσον. ἢ ἰσότης ἐν ἀνθρώποισι. ἀλλὰ θεῖός ἐ δοκέουσιν ἔξης ἐς τὸν ἄνθρωπον ἐκπέμπειν θεόν. ἢ ξυμπάσην ὁμῶς πάντα ἐπιλαμβάνειν ἐπίληψιν. Quin & præter opinionem hominum euenit hæc calamitas. Nam & quidam existimant flagitiosis hominibus à Luna immitti, cuius rei causa sacrum hunc morbum nominant. Verùm & alias ob causas istud nomen fuit impositum, aut ob mali magnitudinem (quod enim magnum sacrum dicitur) aut quod humana ope minime tollatur, sed diuina, aut quod dæmone correptus homo videatur, aut ob hæc omnia simul, sacrum appellarunt. * *Cap. 4. lib. 1. de sign. diutur. morb.*

D

ὀκόθεν δ' ἂν ἀπὸ παιδὸς] Morbus comitialis ante pubertatem ortus, ætatis mutatione profligatur (ex aphor. 45. lib. 2. & 7. lib. 5. & aph. 4. sect. 1. lib. 6. Epid. & ante pubertatem ortus, non ægrè finitur, vt scribit Celsus. Vbi verò pubertatis tempus exegerit, & ad virilem ætatem adoleuerit, diuturnus esse solet, velut cæteri morbi qui neq; pubertate, neque primis coitibus, neque in fœmina primis menstruis finiti sunt, ex aphor. 28 lib 5. Quem expressit Celsus cap 1. lib. 2. & Plin cap. 4. lib. 28. his verbis, Multa genera morborum primo coitu soluuntur, primoque fœminatum mense. Aut si non id contingat, longinqua fiunt, maximeq; comitiales. Quod etiam innuit Hippocrates lib. 6. Epid. sect. 5 his verbis, τὰς ἐπαυξήσιος νόσους μίξις. Morbos qui successu temporis augentur, coitus lædit. Hanc etiam morbi comitialis solutionem ex ætatis immutatione eleganter circumscribit Iligoges author Hippocratem exprimens, his verbis ἔστιν ὅτε μὲν γὰρ παῖδες ὄντες τὸ πρῶτον ἀφροδίσια παιδῶν ἢ φύσις ἐκλάμψασα περὶ ἥβην, ἢ κρίσιν τοῦ ἐπιγενομένου ἐπιφαύσῃ τῷ ἐμφύτῳ ἀκμῇ ἀναζεούσα τὸ ἄσημα. Affectum autem sanat in pueris impuberibus natura circa pubertatem elucens, & calore innato exiccatis causis morbum indicatione terminans. Sic Aretæus in morbi comitialis curatione, pubertatis profectum per hæc verba intelligit † ὑπὸ γὰρ τὴν ἥβην ἐς αὖθις ἐπιστρέφεται ἀκμάζοντα θείως. Quandoquidem naturalis in virilitatem mutatio aliquid boni efficit. Rursus cap. 4. lib. 1. de sig. diutur. morb. ἐξηλάθη δ' ἂν κατ' ἐπιτυχίης, ἢ ἄλλης ἡλικίης μίξιος ἢ ὅτε τῷ καλῷ συνέξηναι τὸ ἄρης. Interdum secunda fortuna per succedentem prouectiorem ætatem abigitur, quando simul cum ætatis flore euanescit.

E

† *Cap. 4. lib. 1. Cur. diutur. morb.*

ἔστιν ὅτε δ' ἔθησιν] Hanc totum locum sic expressit Celsus cap. 8. lib. 2. Morbus quoque comitialis post annum quintum & vigesimum ortus ægrè curatur, multeq; ægrius is qui post quadragesimum annum cœpit, adeo vt in ea ætate aliquid in natura spei, vix quicquam in medicina sit. Hippocrat. quoq; aph. 7. lib. 5 morbum comitialem post annum quintum & vigesimum ortum ferè ad mortem comitari scribit. Et Aretæus, " ἐὼν ἐσβαλὼν τῷ ἀκμαίῳ ἡλικίης, ξυγγηρᾷ τε ἐξωπαύσατο. Si ætatis vigorem excedit, consenescit cum ægro commoriturque. Hic autem iuuentus siue ipse ætatis flos intelligitur, & ab anno quinto & vigesimo ad trigesimum quintum circumscribitur, vt scribit Gal. Com. ad aph. 30. lib. 3. & 9. lib 5. Et iuuenibus morbos comitiales familiares facit Hippocr. aph. 20. lib. 3. Virilis quoque ætas quæ iuuentutem sequitur, & constans ætas, ac ἀκμὴ Galeno dicta lib. 6. Salub. hic compre-

F

henditur, quæ à quinto septenario ad septimum & annum 49. extenditur, vt scribit Gal. Com. ad aph. 30. lib. 3.

" *Cap. 5. lib. 1. Cur. ac.*

μετ' ὀλίγα τάδε] Sic Celsus, In eodem morbo si simul totum corpus afficitur, neq; ante in partibus aliquis venientis mali sensus est, sed homo ex improuiso concidit, cuiuscumq; is ætatis est, vix sanescit. Attingit autem tertium morbi comitialis genus rarum vt scribit Galenus lib. 3. de loc. affect. nostris tamen temporibus satis frequens, in quo ab vna corporis parte venientis accessionis sensus incipit, & auræ cuiusdam venenatæ, aut frigoris notione in parte quadã sentiunt, qua deinde cerebrum attentari videtur, vnde casus & totius corporis concussio accidit. Quod in iuuene ex pedis tarso Trallianus annotauit, multi ex tibia suscitari animaduerterunt. Quibusdam è pedis pollice aut manus digito quodam mali venientis significatio editur, vnde membri tremor aut torpor, deinde conuulsio & capitis concussio. Quæ omnia variè animaduertuntur in opere medico.

ἔστιν ὅτε δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς] Comitiales ex parte aliqua obortos sine totius corporis concussione, sed ex solius partis affectu intelligit, in quibus epilepticæ quædam videntur in parte affecta conuulsiones, & veluti quædam per intercapedines palpitationes, citra peruetuam conuulsionem, vt loquitur Galenus. Atq; id mihi indicare visus est Celsus, cum totum corpus simul affici dixit, & hominem ex improuiso concidere. In capite autem solo, citra vllam subiectarum partium concussionem epilepsiam fieri solo capite cõcusso, esse rarum est, à quibusdam tamen est annotatum. Celsus quoque hunc locũ elegantissimè his verbis expressit. Item morbus comitialis ante pubertatem ortus, non ægrè finitur & in quo ab vna parte corporis venientis accessionis sensus incipit. Optimum est à manibus pedibúsve initium fieri, deinde à lateribus, pessimum inter hæc à capite.

G

πλὴν ὅταν αἱ φρένες] Cellus etiam hunc locum his verbis adumbrat. Si verò aut mens læsa est aut neruorum facta resolutio, medicinæ locus non est. Aut igitur malè affectam mentem simpliciter intelligit, quod in morbo comitiali in errore ea teneatur, vt scribit Aretæus. * ξυνίσταται δ' ἔστι ὅτε ἐς ἑτέρους ἢ νόσος, ὡς τὰ πάντα μαραίνῃ. Aut humore ventriculorum cerebri obstructiones committentem, in cerebri substantiam sese immisisse, & eius temperamentũ commutando ei nocere, quod ὅπερ τῷ ἐξαίφνης φρενῖτις fieri Hippocrates †, vt scribit Galenus. Ex quo efficitur vt epilepsia sæpe in melancholiam aut furorem transeat. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐς παρίλιον vt scribit Aretæus, interdum etiã mentem in furorem adegit. Qua de re permulta scripsimus nostris in lib. 2. Epist. Commentariis. Apoplexia autem morbo comitiali valde affinis est, quod eodem humore & loco affecto consentiant, vt scribit Galenus Comment. ad aphor. 45. lib. 2.

H

* *Cap. 4. lib. 1. de sign. diutur. aff.* † *Lib. 3. de loc. aff. cap. 6.*

αἱ μὲν γὰρ μελαγχολικαὶ] ἔκστασις μελαγχολικὴ, vehemens & furiosa mentis emotio Hippocrati crebro dicitur Prorrhetico primo Hic igitur vehementes mentis excessus intelliguntur, cùm in melancholiam aut furorem morbus comitialis conuertitur, quæ tantùm non conducibiles existimandæ sunt, vt etiam morbū deteriorem faciant. Etsi ἔκστασις pro vehementi mentis emotione, quæ magna causarum perturbatione & naturæ impetu obstructiones ventriculorum cerebri leuat, sumi potest, aut quæ lentum humorē ex cerebri meatibus in eius substantiam & mentem propellit: Qua ratione morbi comitialis impropria quædam solutio furor aut insania dicitur lib. 2. Epid. & libello περὶ κεισίων. Eoq; intellectu ἔκστασις vehementem naturæ conatum, excessum & perturbationē molientem ad solutionem morbi futuram, aut commutationem ac dimotionem quandam significare videtur, velut aphor 5 lib 7. ἔκστασιν τινὰ κίνησιν καὶ βραχὺ μέλλουσαν κρίνειν, interpretatur Philotheus. Sic αἱ κάτω τρεπόμεναι ἐκστάσεις hic dicuntur vehementes naturæ motiones & commutationes, quæ per alui excretiones fiunt, & veluti quadam solutione morbi materiam ad infernas partes trāsponunt. Quod satis indicat Celsus qui hunc locum disertis verbis exprimens, hunc humorem depositum per deiectiones excerni scribit, his verbis, Atq; in his quoq; ea maximè prosunt, quæ per deiectiones excernuntur. Quòd autem ἔκστασις μελαγχολικὸς nomen apoplexiæ tribuatur, id aut ob morbi vehementiam, aut humoris naturam, pertinaciam & crassitudinem contingere posse videtur, vt patet ex aph. 56 lib. 6. & 40 lib. 7. A

τρεπόμεναι πᾶσαι] pro πᾶσαι ἀποστάσεις legit Cornarius. Cuius tamen lectionis in codicibus scriptis quos quidem videre licuit, nusquam extat vestigium. Verum illum id in eam causam impulit, quod hic idem quod supra abscessibus est attributum. Deinde quod eiusmodi naturæ emotiones & commutationes ἐκκρίσεις designant, quæ ἀποστάσεων κατ' ἴχνιον genere cēsentur. Et Aretæus in Epilepsiæ curatione alui deiectiones plurimum probat cum scribit, κοιλίης ἔκκεισις δὴ τοῖσι ὑπνώδεσι ἄκεσιν, μάλιστα πνευμάτων & φλεγμάτων. Verū hic maximè cruentæ excretiones intelliguntur, cum αἱμαπορὰ δυσεντερία totum corpus veluti per abscessum eluit ac expurgat. B

Cap. 1. lib. 1. de cur diutur. aff.

ἐκλέγει ἡ γέρων τις] Celsus. Multoque ægrius curatur is morbus comitialis qui post quadragesimum annum cœpit, adeo vt in ea ætate aliquid in natura spei, vix quicquam in medicina sit. Aëtius quoque cap. 24. lib. 6. senum curationem edocet, & quinam senes ab eo morbo vindicentur.

Pueri vero quibus oculi de repente peruertuntur, aut peius affecti sunt, aut tubercula sub ceruicem enascuntur, aut aliquantulum lingua hæsitant, aut tusses siccæ trahentes permanent, aut vbi adoleuerint, ad ventrem dolor contendit, neque conturbatur, aut iis latera distorquentur, aut venæ crassæ circa ventrē in varices conuertuntur, aut omentum descendit, aut testis intumuit, aut manus extenuatur & impotens redditur, aut pes & tibia tota citra aliam occasionem claudicat. In his omnibus animaduertendū est, morbum ista omnia præcessisse. Id quod plærique eorum qui pueros educant interrogati fatebuntur, quidam etiam, quod eos lateat, tale quid accidisse se scire negant.

Οἷσι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης ἡ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μᾶλλον ἢ ἐλάσσων ἔπαθον, ἢ φύματα ὑπὸ τὸν αὐχένα ἔφυ ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο, ἢ βῆχες ξηραὶ χρόνιοι παραμένουσιν, ἢ ἐς τὴν γαστέρα μείζοσι γλωμῶσιν ὀδυνῶν φοιτᾷ, καὶ οὐκ ἐκταράσσεται. ἢ ἐν τοῖσι πλευρῇσι διαστρέμματα ἔχουσιν ἢ φλέβας παχέας παρὰ τὴν γαστέρα κιρσώδεας. ἢ ὀπίπλοον καταβαίνῃ. ἢ ὄρχις μέγας γέγονεν, ἢ χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατής. ἢ πούς. ἢ κνήμη ξυμπασα ἐχωλώθη, ἄτερ προφάσιος δήλης, τούτοισι πᾶσιν ἐνδέηται οἶδεν ἢ νοῦσος προελθοῦσα πρὸ τῶν παιδίων ἀπόντων. καὶ οἱ μὲν πλέστοι τῶν τρεφόντων καὶ παιδία, ἐρωτώμενοι ὁμολογήσουσι. σφὼν δὲ καὶ λανθάνειν καὶ φάσιν ἐνδέναι τοιοῦτον οὐδὲν γλυκύθυμον. C

οἷσι δὲ τῶν παιδίων] Hic attingere videtur morbi comitialis depulsiones & solutiones, quæ in aliqua corporis parte labem cū quadam impotentia firmant, vt non leuiore quam partis cuiusdam interritmento, portentosi illius morbi liberatio contingat. Has morbi huius veluti successiones exprimit Hippocr. lib 2. Epid. his verbis, τὸ νοσήμαθος τὸ μεγάλον ἐν τῇσι γλωμώδεσι λύσεσι, ἰχῶρες ὀδυνῶν, ὀφθαλμῶν διαστροφαὶ, πύφλωσις, ὀρχέων οἴδησις, μαζῶν ἄρσις. Magni morbi quem comitialem dicimus vehementiam soluit coxendicum dolor, oculorum peruersiones, occœcatio, testium tumor, & mammarum eleuatio Et nos fusioribus verbis ac exemplis probauimus nostris in eum locum Commentariis, vbi & huius loci autoritatem interposuimus. Libro quoq; de Morbo sacro hæ morbi comitialis reliquiæ, veluti nota quadam ac vestigio ex labe partibus quibusdam impresso celebrantur. Eamq; notam partibus inustam eleganter ὀπίσημα θεῖναι, aut ὀπίσημα γίνεσθαι dicit, quemadmodum eos qui in totum sine partis cuiusdam vitio liberantur, ἀσήμους θεῖναι γίνεσθαι. Qui loci s mirificè hic quadrat & huius authoris sensum optimè aperit. καὶ ὅκοσα δὲ παιδία σμικρὰ καταλήπια γίνεται τῇ νούσῳ ταύτῃ, δὲ πολλὰ χαποθνήσκει ὧν πικρὸν τὸ ῥεῦμα ὀπηγμένον καὶ κόπον ἔχει. δὲ γὰρ φλέβια λεπτὰ ἐόντα καὶ διὰ τοῦτο ἧσσον δεχόμενα τὸ φλέγμα ὑπὸ πάχεος καὶ πλήθεος, ἀλλαὶ ἀπορύσσεται καὶ πίνυται τὸ αἷμα, καὶ ὥσπερ ἀποθνήσκει. ὧν δ' ὀλίγον ἐὸν ἐς ἀμφοτέρας ταῖς φλέβας ἢ καταῤῥέον ποιήσῃ. ἢ ἐς ταῖς ὀπῇ θάτερα, θᾶσσον μὲν ὀπίσημα ἐόντα. ἢ γὰρ στόμα θᾶσσον ἅπτει, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ αὐχὴν, ἢ χεὶρ, ὁκόσον αὖ τὸ φλέβιον πληρωθῇ τῷ φλέγματος, καπιθῇ καὶ ἀπορυῶθῃ. τάχιστα μὲν οὖν τῷ φλεβίῳ αὐάλεπτα ἀδενέστερον ἔῃ καὶ εὐρυτέρην τοῦ τοῦ πίματος. τὸ θλαβέν. ἐὰν δὲ πλείονα χρόνον ὠφελεῖ ὡς ὀπιπολύ. ὑγρὸν γὰρ ἐπιλαμβάνον γίνεται. διὰ δὲ ταῦτα ὀπισθεν ἀσθενέστερα μὲν τοιούτοισι θᾶσσον ἐπιλείπει. ἀδενέστερα μὲν τοιούτοισι καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἔῃ τῇ φλεβῶν κακωθεισῶν. Pueri quidem parui hoc morbo correpti, vt plurimum moriantur, si nulla fluxio contingat eaq; humida existat. Venæ enim tenues cùm sint, pituitam propter crassitudinem ac copiam suscipere nequeunt, verùm sanguis refrigeratur ac congelatur, sicque moriuntur. Quod si modica existens in vtrasque venas defluat, aut in alteram partem, supersunt, nota tamen ex morbo inusta. Aut enim os conuellitur, aut oculus, aut ceruix, aut manus, quacunq; quidem parte venula pituita referta extenuata fuerit & euicta. Hanc itaque venam necesse est infirmiorem esse, & hanc corporis partem affectam defectuosiorem. Vt plurimum verò id in longum tempus prodest. Neque enim amplius hoc morbo corripitur, si semel nota inusta fuerit. Eamq; ob causam ex necessitate reliquæ venæ affliguntur, ac ex parte simul extenuantur, vt aërem quidem capiant, pituitæ autem fluxio non amplius eo modo allabatur. Venis tamen affectis membra æquè imbecillia esse æquum est. D E

ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο] ἰσχνοφώνους hic lingua hæsitantes & qui inter loquendum hærent intelligit, ex imporentia quadam musculorum gutturis, & neruorum ad eos perreptantium stupore, ab humore frigidiore in illas partes transfuso, balbutientemq; quandam linguæ impotentiam efficiente, non secus ac in naturalis conformationis imbecillitate & frigidiore temperie ἰσχνόφωνοι accensentur & in balborum genere numerantur, vt fusioribus verbis indicauimus nostris in lib. 2. epid. Commentariis, vt huius loci mentio iniecta est. ἐν τοῖσι πλευρῇσι διαστρέμματα] διαστρίμματα sunt laterum obliquationes cū latera distorquentur & peruertuntur, quod fit aut mole quadam incumbente, aut malo cum quarundam partium conuulsionibus aut peruersionibus erumpente. Possunt hic intelligi tumores quidam in latere decumbentes, quos per μαζῶν ἄρσιν innuere videtur Hippocr. lib. 2. epid. vt alias diximus. ἢ φλέβας παχέας] Varices magnorum malorum sæpe tutissima præbent effugia. Varicum in imo ventre meminit Celsus cap. 17. lib. 7. & Paulus lib. 6. cap. 82. F

ἢ ὀπίπλοον καταβαίνῃ] Rupto aut laxato peritonæo omentum in scrotum deuoluitur, vnde herniæ nomen indecorum ὀπιπλοκήλη nascitur De omenti procidentia agit Celsus cap. 18 lib 7. & Paulus cap. 63. lib. 6. Est alius omenti prolapsus vulnerato aut rupto peritonæo cuius meminit Hipp. aph. 58. lib. 4. & Gal 6. Meth. & Celsus cap. 21. lib. 7. & Paulus cap. 52. lib 6.

ἢ ὄρχις μέγας γέγονεν] ὄρχεως οἴδησιος meminit lib. 2. epid. in morbi comitialis depulsione, aut testium tumor ille ad protrahentem tussim ticcam & diuturnam refertur ex lib 2. epid. sect. 1. G

χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατὴς] Aretæus cap. 4. libr. 1. de signis diutur. morb. in morbi comitialis reliquiis χειρὸς ἀκρασίαν ponit, ἢ σφακελισμὸν ἢ παράλυσιν ἢ πήρωσιν ἢ ἀπόστασιν. Huius autem extenuationis aut exolutionis membrorum causa adscribitur lib. περὶ ἱερῆς νούσου.

Τὰ

Τὸν δὲ περὶ τῶν ἑλκέων μέλλοντα γινώσεσθαι, ὅκως ἕκαστα τελευτήσει, χρὴ μὲν καὶ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων ἀξιοπίστασθαι, πάντε ἀμείνω πρὸς τὰ ἕλκεα καὶ τὰ κακίω. ἔπειτα τὰς ἡλικίας εἰδέναι, ὅποι ἦσιν ἕκαστα τῶν ἑλκέων, δυσπάλλακτα γίνεται. τά τε χωρία ὑποκεῖσθαι τὰ ἐν τοῖσι σώμασιν, ὅσον διαφέρει θάτερα θατέρων. τά τε ἄλλα ὁκοῖα τὰ ἐφ' ἑκάστοισιν ὑπογίνεται ἀγαθά τε καὶ κακὰ εἰδέναι. εἰδὼς μὲν γὰρ ἄν τις ταῦτα πάντα εἰδείη ἂν καὶ ὅκως ἕκαστα ἀποβήσεται. μὴ εἰδὼς δὲ ταῦτα, οὐκ ἂν εἰδείη, ὅπως αἱ τελευταὶ ἔσονται ἀμφὶ τὰ ἕλκεα. εἰδέα μὲν γὰρ ἀγαθὰ ὅδε τὰ τοιάδε. ἐλαφρὰ καὶ ξύμμετρα. καὶ οὔτε παχέα λίην, μήτε σκληρά. καὶ τὸ χρῶμα ἔστω λευκὸν. ἢ μέλαν. ἢ ἐρυθρόν. ταῦτα γὰρ πάντα ἀγαθά, ἄχρηστα δὲ τὰ εἰ μὴ εἴη μιξόχλωρον, ἢ χλωρόν, ἢ πελιδνὸν τὸ χρῶμα, κάκιον γίνεται. τὰ δὲ εἴδεα ὅσα αὖ τοῖσι περιγεγραμμένοισι ταῦτα πεφύκη, εἰδέναι χρὴ κακίω ἐόντα.

At vlcera qui nosse volet qualem quæq; exitum habitura sint, is imprimis quidem hominum naturas animaduertere debet, quæná ad vlcera melius, quænam etiá deterius affectę sunt. Deinde ętates in quibus sua cuiusq; generis vlcera non facilè profligantur. Locos etiam corporis in considerationẽ adhibere, quantum alij aliis præstent. Ac præcipuè quænam horum cuique bona maláve accedunt, nosse debet. His siquidem omnibus cognitis, quænam cuiusq; euenta futura sint facilè assequetur. Neq; existimandum est eum qui hęc non cognouerit, quinam futuri sint vlcerum exitus perspicere posse. Corporis autem naturæ probandę sunt leues, moderatæ, firmis visceribus præditæ, neq; admodum carnosæ, neque duræ, tum quæ colore sunt albo, aut nigro, aut rubro. Hæ etenim omnes probantur si puræ sunt. Deterius est, si ex pallido mixtum colorem, aut pallidum, aut liuidum habeant. Quæ verò naturæ supra positis aduersantur, eas deteriores esse constat.

τῶν δὲ περὶ τῶν ἑλκέων] Vlcus hic pro vnitatis solutione in carnosa parte sumitur, quemadmodum apud veteres, vt patet ex Gal. 3. & 6. Meth. Præclarè autem vlcerum prædictio instituitur & grauiter. Nam qui probè euenta cognoscere volet, is hominum naturas, ætates, tum vniuersalem corporis temperiem, tum particularem partis affectæ naturam, ac vlcerum symptomata & differentias in considerationem adhibere debet, vt ex Gal. curandorum vlcerum methodo satis patet lib. 3. Meth. med.

εἴδεα τῶν ἀνθρώπων] Naturas diximus, hominum formas, species, ac cuiusque propriam temperiem aut habitum, quibus inter se præstant homines, intelligentes. Nam ad vlceris curationem corporis natura æstimanda est, mollisne an laxa sit aut humida, an dura, sicca & compacta, vt scribit Gal. 3. Meth. Præterea corporis quædam habitudines ad vlcera melius, quædá deterius habent ac peius offenduntur, pro innata cuiusq; ac proba qualitatum inter se temperie. Hic igitur hominum naturæ spectandæ docentur tam quæ à prima conformatione suscipiuntur, & innatam cuiusq; temperiem designant, quam quæ adscititiæ sunt, & corporum habitudines faciunt, χύσις vocat Gal. ex Hipp. lib. 3. de caus. puls. Atq; eum in modum Hipp. lib. de artic. in articulorum luxationibus, tum hominum naturas, tum etiam corporum habitus spectari iubet. ἡλικίας] Etsi ad vlcerum curationem, tum ætatum, tum anni temporum & aëris temperiem in considerationem adhibere oportet, hic tamen sua quæq; ætatibus vlcera cõuenientia indicare videtur. Atq; hos vniuersales scopos eleganter his verbis in curationibus iudicium adhibet Cels. cap. 26. lib. 5. Quin etiam confert aliquid & ætas, & corpus, & vitæ propositum, & anni tempus, quia facilius sanescit puer vel adolescens, quàm senior, valens quàm infirmus, neque nimis tenuis neq; nimis plenus, quàm si alterum ex his est: integri habitus quàm corrupti, exercitatus, quàm iners, sobrius & temperans quàm vino veneriq; deditus. Opportunissimũ curationi tempus vernum est aut certe neq; feruens, neque frigidum. Siquidem vulnera & nimius calor, & nimium frigus infestant, maximè tamen horum varietas, ideoq; pernicios issimus autumnus est. πάντε ἄλλα ὁκοῖά τε] Locorum corporis natura inter se comparanda est, vt de vulnerum differentia iudicium fiat, tum symptomatum complexus cum vulnere coniunctorum aut superuenientium habenda ratio, vt de vulneris malignitate & toto curationis euentu æstiment. Quæ igitur singulis corporis locis bona maláve contingunt, ad symptomatum complexum & partis cuiusq; naturam referentur, ex quibus maximè existunt inter se vulnerum differentiæ. Potest id quoque referri inter eas corporis partes quę sunt eiusdem generis, ad occultam quandam partis cuiusq; temperiem aut ἰδιοσυγκρασίας, vnde totius curationis exitus pendet, vt de pollice pedis in articulorum genere scribit postea. Hunc autem locum ita perturbauit Caluus vt inde germana intelligentia erui non possit.

εἴδεα μὲν γὰρ ὧδε τὰ τοιάδε] Corporũ naturæ ad vlcera benè habẽt neq; nimis tenues, neq; nimis plenæ (vt loquitur Celsus) sed moderatæ ac tẽperatæ, neq; admodũ carnosæ neq; valenter extenuatæ aut durę, dẽsę & asperæ, sed molli mediocritate ac visceũ firmitate prędite.

εἰ δὲ μὴ μιξόχλωρον] Ex cutis colore corporis integritas aut impuritas æstimatur. Qui visceũ aut humorũ corruptela prauum habitũ contraxerunt, eumq; vultu & colore produnt, ad vlcera malè habent, quales qui ex virore pallescunt, ac luteo ac liuido colore bilis redundantiam succorumq; prauitatem indicant. Quibus pituita aut sanguis abundat, ij promptius sanantur.

Περὶ δὲ ἡλικιῶν, φύματα μὲν ἔμπυα γίνεται, καὶ τὰ χειρώδεα τοῦ πλήθεος τῶν παιδίων ἴσχουσι. καὶ ῥᾷστα δὲ ἐξ αὐτέων ἀπαλλάσσει. τοῖσι δὲ γεραιτέροισί τε τῶν παιδίων, καὶ νεηνίσκοισιν, φύεται μὲν, ἐλάσσω, χαλεπώτερον δὲ, ἐξ αὐτέων ἀπαλλάσσουσι. τοῖσι δὲ ἀνδράσι, τὰ μὲν τοιαῦτα φύματα, οὐκ ἄρτα ὑπογίνεται. τὰ δὲ κηλεῖα, δηλητήρια. καὶ οἱ καλούμενοι οἱ ἀστροβύλιοι. καὶ οἱ ἐκ τῶν ὀπινυκτίδων ἕρπητες ἐς ἂν ἑξήκοντα ἔτεα συχνῶν ἀφανίσκωσι. τοῖσι δὲ γέρουσι τῶν μὲν τοιούτων ὄγκων φυμάτων, οὐδὲν ὑπογίνεται. ἢν δὲ καρκίνοι οἱ χρυσαλλοὶ καλούμενοι οἱ ἀχρόπαγοι γίνονται, καὶ ξυναποσήπουσι τῶν χωρίων, μαλάκιαι δυσπαθέστεραι. καὶ νεκρώσιες τε μηροῦ. ἱστάσιές τε γὰρ ἐν αὐτοῖσι γίνονται, καὶ ἱστορροφαί.

Quod ad ætates autem attinet, tubercula quidem suppurantur, atque eadem strumosa magna ex parte pueros exercent, facileq; ex his leuantur. At iisdem, vbi paulùm ætate processerint atq; adoleuerint, nascuntur quidem minus ac difficilius tolluntur. Viris autem id genus tubercula non admodum fiunt, verum faui formidabiles & cancri abditi, demersi, & ex pustulis noctu inquietantibus (quas ὀπινυκτίδας vocant) vlcera serpentia, quos herpetes nominãt, donec annos sexaginta longè superarint. Senibus verò ex huiusce modi tuberculis nullũ accidit, at cancri latentes quiq; summa corporis infestant, fiunt, & ad mortem comitantur. Ex locis difficilius sanantur ale, ac laterum cauitates & femora. In his nanque humores subsident & recidiuæ fiunt.

φύματα] φύματα in vniuersum tumores omnes in qualibet corporis parte erumpentes significant, qui statim accenduntur & ad suppurationem tendunt, quorum plurima est in alis & inguinibus propter glandulas generatio, vt scribit Gal. Comm. ad aph. 26. lib. 3. Ideoq; proprie φῦμα est Galeno glandularum inflammatio ad suppurationem spectans, lib. 2. ad Glauc. & Paulo lib. 4. cap. 22. Quam in notionem hic sumi videtur, quod his strumas adiungat, quæ sunt glandulæ indurate Paulo cap. 33. lib. 4. & vitiosi succi soboles in cutem irrumpentis, pueris admodum familiares. Hunc quoq; locum sic meo iudicio videtur adumbrasse Celsus cap. 28. lib. 5. de phymate scribens. Id autem in pueris & sæpius nascitur, & facilius tollitur, in iuuenibus rarius oritur, & difficilius curatur. Vbi ætas indurauit ne nascitur quidem.

κηλεῖα] κηλὶς Græcis dicitur vlceris genus cutem frequentibus foraminibus perrodens, ex quibus humor melli similis effluit, vnde nomen sumpsit & fauus Latinis vocatur. Plinius cap. 2. lib. 20. ceria vlcera in modum faui concreta vocat, Theodorus Priscia-

nus Ceriones. Interdum musculosas corporis partes afficit,pleruncq; verò capitis cutim,vt patet ex lib.1. καὶ πόπως & Paulo cap. 3. lib.6.& Aëtio lib.6.cap.68.vbi & Meliceris dicitur.Gal.lib.de tumor.præter naturam ἔστι δὲ κηλὸς μικρὸν ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς.εἰκάσαις δ' αὐτὸ φλύκταινάν τινα ἀλμυρὰν ἢ νιτρώδους ἐγγόνου ὑπάρχειν. ἐκρεῖ γὰρ αὐτοῦ τι ἰχὼρ,οὔθ' ὑδατώδης ἁπλῶς,οὔτ' ἤδη παχὺς ὥσπερ τὸ μέλι, καθάπερ ἐπὶ τῶν κηλείων ὀνομαζομένων.καὶ γὰρ καὶ ταῦτα σῦριγγί τινι καὶ κατατήσει πλείστῃ χίγνεται μελιτώδεσι ἐκρέουσι ὑγρῷ. μικρὸς δὲ καὶ τούτων ὁ ὄγκος, ἀλλ' ἐκ εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἀχῶρες. Achor est vlcus paruũ in cute capitis,idq; coniicias pituitæ salsæ & nitrosæ esse sobolẽ.Ex eo igitur sanies quædã effluit,neq; simpliciter aquosa,neq; iam crassa vt mel,velut in iis quę κηλεῖα,hoc est faui,nominantur Hæc enim cũ tumore quodam & pluribus foraminibus fiunt.melito effluente humore.Paruus autem horum est tumor, neq; tamen tantum quantum qui Achoris est. Sic quoque Isagoges ac Medici author inter capitis affectus κηλεῖον καὶ μιλικηρίδα annumerat.Author verò Medic. Definit.κηλεῖον in vniuersum sic describit κηλεῖον δέ ἐστιν ἕλκος συνεχεῖς ἔχον καταπήσεις,ἐξ ὧν μελιτώδης ὑγρὸν ἐκκρίνεται.Ac fauum intelligit qui toto corpore redundat,quemadmodum Paulus de fauo propriè agens cap.35.lib.4.& Celsus cap.28. lib. 5. sub μιλικηρίᾳ comprehendit,si modò vera est lectio,pro qua tamen μιλικηρὶς melius audit,& quidam ex codicibus manuscriptis cerium legunt. μιλικηρὶς tamen alia notione in abscessuum corporis numero recensetur,vt satis patet ex Gal.libello de tumor.præter naturam. Atque hoc loco melius ista audiuntur,quam quod apud Erotianum ex hoc loco κηλεῖα pro latis vermibus accipiuntur. A B

οἱ κρυπτοὶ καρκῖνοι] Abditi cancri & occulti dicuntur Galeno qui sine vlceratione sunt,aut absconditi nec apparentes,sed in corporis profundo demersi sunt,quos hic ὑποβρυχίους eleganter vocat,alte demersos & corporis penetralia exercentes,quibus τοὺς ἀκροπάθεις postea opponit,eos qui extrema corporis occupant ac conspicui sunt,τοὺς ὀφθαλμοὺς vocat Gal.Comm. ad aph.38. libr.6. κρυπτοὶ igitur καρκῖνοι οἱ ὑποβρύχιοι hic dicentur cancri,qui sine vlceratione in profundo corporis sæuiunt,velut in vtero,intestinis,sede ac palato.Quanquã peculiariter κρυπτοὺς vocabant antiqui(velut Philoxenus)eos qui in vtero ac intestinis essent, & Paulus veteri cancris Hippocratis aphorismum accommodat cap.67.lib.3.Postea verò κρυπτοὶ καρκῖνοι καὶ οἱ ἀκρόπαθοι vocantur οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ χαλεπὰ ἑλκώσεως,vt loquitur Galenus.Ac fortè hoc loco non malè & οἱ ὑποβρύχιοι legatur,vt postea καὶ οἱ ἀκρόπαθοι.

ἐπ' ἐφηλίδων πυκνῶν] Epiphycidas pustulas liuidas noctibus inquietantes vocat * Plin. notationem secutus. Inde enim Græcis nomen habent quod noctu oriantur vt ait Celsus,aut quod noctu quàm interdiu grauius infestent,vt vult Paulus cap.9. lib.4. & Aëtius cap.61.lib.16.In genere vlcerum aut pustularum cutim infestantium reponuntur,& à Galen.tumoribus præter naturam ad cutim protuberantibus accensentur.Quare non video cur hic pustulas oculorum manantes vocarit Caluus,etsi secutus Plin.videtur, Sed pustulæ intelligi videntur subliuidæ vel subnigræ,vt vult Celsus aut vlcuscula sponte erumpentia [vt alij,] pustulosa,subrubra,cutim infestantia,pessima,vehementer inflammantia,& graues dolores inferentia,& bilioso & feruente sanguine sub cutem effuso orta.Ideoq; hic herpetibus adiungit,quod ex bilioso & efferuescente sanguine vtraq; ortum habeant,& vitiosi succi sint soboles,ἕρπητες autem φλυκταινώδεις hic intelligi videntur.Celsus verò herpetas velut cancros maximè in senibus fieri scribit, vel his quorum corpora mali sunt habitus,quos hic etiam ad sexagesimum annum producit. C

* *Cap. 6. lib. 20.*

ἀκρόπαθοι] Sic videntur dici qui extremas partes,aut qui etiam corporis summa tentant.Id enim vitium(vt scribit Celsus)fit maximè in superioribus partibus,circa faciem,nares,aures,labra,mammas fœminarum.

ὑποστάσεις] ὑποστάσεις hic intelliguntur cùm humores intro sistuntur,subsistunt ac subsident,velut humorũ quos vacuari oporteret status ac cõcretiones,cùm intus manent ac remorantur. Cornarius ideo non ineleganter moras vertit,si vim dictionis expressisset.In his igitur locis velut reconditis ac profundis,humorũ crassitiẽ altè subsidentẽ & fundum petentem, introq; subsistẽtem,qui nec facilè digeri aut educi possit intelligit,atq; ideo recidiuas faciat. Atq; in eundem sensum ὑποστάσεις sumit Hippocr. lib.περὶ ἄρθρων in auris fractura. ὡς γὰρ ὁ χόνδρος ἀρξηται ψιλοῦσθαι,καὶ ὑποστάσιας ἴσχη πυώδεας ἢ μυξώδεας,ὀχληρόν.Vbi enim cartilago nudari incipit,in eaque purulenta aut mucosa subsident,id molestum est.Sic enim legit Gal.contra omnium exemplarium fidem, idemq; ὑποστάσεις exponit τινὰ ὕγρωσιν ἀναίσιον τοῦ ὑγροῦ ἀποστῆναι ἐκκείμενον. Atq; inde fortè manauit vt ὑπόστασις κοιλίης pro alui suppressione crebrò vsurpetur apud Hipp.in Coac.Prænot.Caluus autem hic ἀποστάσεις legit,& crebros abscessus fieri voluit. Quod etsi experientiæ suffragatur,& humorum crassitudo ac mora,abscessus aut recidiuas in iis locis creet:neq; tamen ideo tam temerè ex quibusdã codicibus vulgata & germana lectio labefactari debuit.Hunc portò locum his verbis adumbrasse Celsus videtur. Præter hæc malum vulnus est quodcunque in alis vel fœminibus,vel inanibus locis,vel in articulis,vel inter digitos est. D

In his quæ circum articulos contingunt,in maximum discrimen præcipitant pollices, ac præcipuè pedum.Quibus verò ad linguæ latus vlcus fit diuturnum,animaduertendum ex dentibus qui iuxta sunt num aliquis acutus sit.

Τῶν δὲ περὶ ἄρθρα ὀπισθιωτάτω ἀ μεγάλοι δάκτυλοι,καὶ μάλιστα ἀ τῶν ποδῶν.οἷσι δὲ τῆς γλώττης ἐν τῷ πλαγίῳ ἕλκος γίνεται πολυχρόνιον, καταμαθεῖν τὰ ὀδόντων,ἢν ὀξὺς τις αὐτῶν κεῖται. E

οἱ μεγάλοι δάκτυλοι] Pollicis vulnera,ac præcipuè pedum valde suspecta esse indicat Critonis exemplum lib.1.epid.quem ex pollicis dolore insania & mors postridie sustulit.Harpali quoq; filius lib.5.& 7. epidemiõn ex pollicis luxatione opistothono periit. Q. Æmilius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi exanimatus est.C. Ausidius egressus cùm in Senatum iret, offenso pede in comitio, (vt testatur Plin. cap.53.lib.7) Ac vt in totum dicam, maximos cruciatus exhibent ac conuulsionis periculum minantur,pollicis tum manus,tum pedum fereque extremarum partium vulnera.vt summorum digitorum, sedis, pudendorum, calcanei, oculorum plurimorum molestiæ faciunt,chirurgisque suspecta sunt,vt scripsimus nostris in lib.1. epid. annotat. in ægr.9.

οἷσι δὲ τῆς γλώττης] Hunc locum haud dubiè æmulatus est Celsus cap.12.lib.6. Sed quæ in latere linguæ vlcera nascuntur, diutissimè durant. Videndumq; est,num contra dens aliquis acutior sit,qui sanescere sæpè vlcus eo loco non sinit,ideoq; limandus est. Asulanus vero codex hic vt paulò antea asteriscum apponit,nullo tamen (vt opinor) merito.

Vulnera autem ferè quidem mortem afferũt,quæ magnas venas quę sunt in collo & inguinib. lęserũt, deinde quę cerebrũ & hepar,deinceps quę in intestina &vesicã pertingũt.Quę sanè omnia magnã perniciẽ afferũt,nõ eã tamẽ,vt(quod quidã existimãt) nemo ex his seruari possit.Nam & his nominib.prędiți loci multũ inter se differunt,atq; ipsi modi.Nec parũ etiã cuiusq; corporis cõstitutio differt. Incidit enim interdum vt neq; febre, neq; inflãmatione tentetur sauciatus,interdũ etiã nulla ex causa febricitat, nec aliquam corporis partẽ inflãmatio prorsus occupat. At vbi is qui vlcere infestatur delirat, & vulnꝰ facilè perfert,ad vulnꝰ aggredi oportet,quod ex arte medica,& eorum quę cõsequuntur ratione adhibita, speratum exitum est habiturum.Ex cuiusuis enim generis vulneribus mori homines contingit. Multæ nanque in corporibus venæ tum tenues tum crassę, si eo

Τὰ δὲ τρώματα θανατωδέστερα μὲν τὰ ἐς τὰς φλέβας τὰς παχείας τὰς ἐν τῷ τραχήλῳ τε καὶ τοῖς βουβῶσιν.ἔπειτα ἐς τὸ ἐγκέφαλον,καὶ ἐς τὸ ἧπαρ ἔπειτα τὰ ἐς ἔντερον καὶ ἐς κύστιν. ἔστι δὲ ταῦτα πολλὰ ὀλέθρια ἐόντα ἰσχυρῶς, οὐχ ὅτως ἀφύκτως δοκεῖ. τὰ τε γὰρ χείρια ὀνόματα ἔχοντα ταῦτα, μέγα διαφέρει. ἐς οἷ αὖ τοῖσι. πολὺ δ' διαφέρει,ἢν αὐτὸν ἄνθρωπον τὸ σῶμα νοσήσῃ. ἔστι μὲν γὰρ ὅτε οὔτ' αὖ πυρετὸν ἔχειν,οὔτε φλεγμαίνειν πρῶτος. ἔστι δ' ὅτε καὶ αὖθις τοιοῦτος ἐπυρέτησεν αὖ,καὶ φλεγμαίνειν οἷ τὸ σῶμα νοσήσῃ,ἀλλ' ὡς ὁ τέλκος ἔχων τοιοῦτο διαφέρον,δυσπετέος τε φέρειν τὸ τρῶμα,ἐγχειρέειν τε τῷ τρώματι ὡς ἀποδυσομένῳ καὶ λόγον τ' ἐπιτρέπειν τε,καὶ τὰ ὀπτιανομένων. ἀποθνήσκουσι μὲν γὰρ ἄνθρωποι καὶ τοιούτων πολλοί. πολλαὶ μὲν γὰρ φλέβες εἰσὶ,καὶ λεπταὶ καὶ παχέαι. αἵ τινες

ἀμορραγῆσαι ἀποκτείνουσιν, ἢ αὐτῷ τύχωσιν ὀργῶσαι. ἃς ἐν ἑτέρῳ καιρῷ δεικτέον, ὠφελέουσι τὰ σώματα. πολλαὶ δ' αὖ τραύμασι, συγχωρήσαιμι τε ἂν καὶ δοκέειν τι δεινὰ φανόμενα, ὅτως ὠδυνήσεν ἡ πληγή, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀναπνεῦσαι. ἄλλοι δ' ὑπὸ τῆς ὀδύνης τὸ τραῦμα τοῦ, ὀδὲν δή τι δεινοὶ ἐόντες, τὸ μὲν πνεῦμα ἀπέλειπον. πρόφρων δ' ἦν καὶ πυρετιώντας ἀπέθανον. ὅσοι γὰρ ἂν ἢ τὸ σῶμα πυρετῶδες ἔχωσιν, ἢ τὰς γνώμας θορυβώδεας, τὰ τοιαῦτα πάσχουσιν. ἀλλὰ χρὴ μήτε τοῦτο θαυμάζειν, μήτε ὀρρωδέειν, καλὰ εἰδότα, ὅτι αἱ ψυχαί τε καὶ τὰ σώματα πλῆθος διαφέρουσιν αἱ τ' ἀνθρώπων, καὶ δυνάμιν ἔχουσι μεγίστην. ὅσα μὲν οὖν τῶν τραυμάτων καιρὸν ἔτυχεν, ἢ σώματός τε καὶ γνώμης τοιαύτης, ἢ ὀργῶντος ὅτῳ τοῦ σώματος, ἢ μέγεθος τοσοῦτα ἢ, ὥστε μὴ δυνάσθαι καταῖναι τ' ἂν ἄνθρωπον εἰς πλεῦσιν καταφερέοντα, τοῖσι μὲν ὀξέως θανέεσθαι χρὴ ὁποῖα ἂν ᾖ, πολλὰ τῶν ἐφημέρων λειποψυχιῶν. τοῖσι δ' ἄλλοισι πᾶσι ὑπισχνέεσθαι, νεοτρώτοισι ἐοῦσιν, ὡς ἂν τύχῃ τε πυρετοῦ διαφθύγωσιν ἄνθρωποι, καὶ τὰς ἀμορραγίας τε καὶ τὰς νούσους, εὐλαβεόμενοι. ἀτρεκέστατα δὲ χρὴ ὅτι πλεῖστον χρόνον τὰς φυλακὰς αἰεὶ τῶν δυνατῶν ποιέεσθαι. καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως.

sponte sua ferri contingat, sanguinis profusione interimunt, quæ si alio tempore pertundatur, vtilitate afferunt. Non pauca autem vulnera, quæ in contemnendis locis, ac nulla re formidabilia esse videtur, in iis tanto dolore plaga cruciat, vt ægri respirare nequeant. Quidam verò præ vulneris dolore, quod nullo merito terreat, spiritum quidem traxerunt, delirio tamen ac febre perierunt. Quibus enim aut corpus ad febrem est opportunum, aut mens promptè perturbatur, iis talia contingunt. Sed hæc mirari aut formidare desinet qui illud in animum induxerit, quòd & cuiusq; animi & corpora plurimùm inter se differunt & præstat. Vulnera igitur quæ talem occasionem, aut corpus, aut mentem nacta sunt, aut adeò cōcitatum sanguinem, aut magnitudinem tantam habent; vt curatione sensuum integritas restitui nequeat, ab iis quidem, cuiusq; modi sint, præter diarias animi defectiones, abstinere oportet. Cæteris verò omnibus recèns illatis manus admouere oportet, quò eos qui superfuturi sunt, à febribus & sanguinis profusione, ac depascētib⁹ vlceribus (nomas vocant) vindices. Diligētissimè autē ac diutissimè aduersus ea quæ maximè terrent munire se æquum est.

Τὰ δὲ τρώματα] Vulnerum cognitio maximè ad prædictionē medicam facit. In his enim ante omnia scire medicus debet, quæ insanabilia sint, quæ difficilem curationem habeant, quæ promptiorem. Est enim prudentis hominis, primùm eum qui seruari non potest, non attingere, nec subire speciem eius, vt occisi, quem sors ipsius peremit. Deinde vbi grauis metus, sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis in difficili rem esse, ne si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videatur. Atqui huiusmodi prædictiones medicis sunt splendidæ ac glorioſæ, vt scribit Hippocr. lib. de art. τὰ δὲ τραύματα λαμπρὰ καὶ ἀγωνιστικά, διότι τὸ δεῖμα ὠφελεῖ, ὅπου ἔκστασις, καὶ εἴως, καὶ ὁκόταν πολυπόσῃ, ὥστε καὶ ἐς τὸ ἄκρητον, καὶ ἐς τὸ αὐτόματον. Hic verò vulnera lethalia recensentur ex partis dignitate & actionis præstātia, velut in Coacis Præsagiis & aph. 18. lib. 6. de quibus Celsus fusissimè lib. 5.

ἐς τὰς φλέβας τὰς παχείας] Celsus. Periculosa etiam vulnera sunt vbicunque venæ maiores sunt, quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt. Idque euenit non in alis tantùm atque poplitibus, sed etiam in his venis quæ ad anum testiculósque perueniunt. Idem. Seruari non potest, cui circa fauces grandes venæ vel arteriæ præcisæ sunt.

τὰ ἐς ἔντερον] Tertius est vulnerum gradus eorum quæ ventrem attingunt, & intestina. Inter quæ tenuius intestinum aut ieiunum vulneratum spem tollunt. Vixque ad sanitatem perueniunt (vt scribit Celsus) quibus vlla parte vllum intestinum vulneratum est. Aut τὰ ἐς ἔντερον intelliguntur quæ corporis penetralia subeunt vulnera, quòd hic καρδίην καὶ φρένας omiserit, quæ tamen alibi (in Coac. & aphor.) recenset, & meritò sub secundo ordine latent.

τρόποι] Hic τρόποι partis cuiusque naturam aut essentiam significant, quæ in proba cuiusque primorum corporum temperie consistit, quamque ad vulnerum curationem in consideratione adhiberi conuenit, vt scribit Galen. cap. 3. lib. 3. Meth. med. Sic τρόπους rei cuiusque propositæ ἰδίαν aut ἰδέαν, naturam, formam, aut differentiam antiquis indicare scribit Gal. Comm. 3. in lib. 1. epid. Partium igitur inter se dignitatem & præstantiam spectari hic iubet ex nominum differentia, deinde etiam singularem partium naturam & formam. Possunt & hic τρόποι vulnerum modos, figuras & genera, ac naturam significare. Aliquid enim in vulneris genere figuráque est, vt loquitur Celsus. Nam peius est quod etiam collisum, quàm quod tantùm discissum est, adeo vt acuto quoq; quàm retuso telo vulnerari commodius sit. Peius etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quóve caro alia parte abscissa, alia dependet. Pessima plaga in orbem est, tutissima quæ lineæ modo recta est. Quò deinde propius huic illive figuræ vulnus est, eo vel deterius, vel tolerabilius est.

παραφρενίαι] Delirium cum febre inter pessima numeratur vulnerum adiuncta, vt postea sequitur. Quare in contemnendo vulnere, quodque facilem successum sit habiturum, delirium non temerè coniungitur. Vt existimem pro παραφρενίαι ἀφρενίης legi posse, quod καταφρονῶν hoc est paruipendere & despicere significat. In leuium autem vulnerum curatione etiam cautionem medico adhibet, vt de his non temerè, nec nisi inter artis opera eorum quæ succedunt ratione adhibita, prædictionem exerceat. Exemplaria quædam manu scripta leg. ἄλλῳ ὁπόκλως ἔχων, quæ sequitur Asulanus codex.

ἀναπνεύσαι] De ægris spiritum trahentibus & ducentibus, vt paulò post, intelligitur, aut de his qui dolore respirare ac recreari nequirent, veluti respirare à metu ac morbo dicitur. Similisque fere est locutio apud M. Tullium lib. 1. de finib. bonorum & mal. Itaque non ob ea solùm incommoda quæ eueniunt improbis fugiendam improbitatem putamus, sed multò etiam magis, quod cuius in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. Quem in sensum ἀναπεῦσαι legi potest ex codice vno manu scripto, quod de doloris cessatione & quiete dicitur, vt aphor. 48. lib. 2. & 13. lib. 4. Quam etiam lectionem videtur agnoscere Caluus.

πνεῦμα ἀΐσσειν] πνεῦμα ἀναφέρειν est spiritum ducere & trahere, de iisque dicitur, qui spiratione intercepta ad eam redeunt eamque recipiunt, velut qui viribus defecti eas recipiunt ac resumunt. ἀναφέρειν πνεῦμα quoque de subsultante ac velut intercepta interruptaq; respiratione intelligitur, velut ἀναφέρειν τὸ ὑποπλήσσειν ἀναπνοὴν exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. vt singultientem spiritum aut offensantem respirationem indicet. Aut ἀναφέρειν πνεῦμα de magna expiratione dicitur, quæ vehemens internum incendium & æstum indicat, neque leue etiam periculum minatur, velut exposuimus in nostra Œconomia Hippocr.

ὅσοι γὰρ αὖ] Febris & delirium pessima sunt vulnerum symptomata. Celsus. Protinusque si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet maturè vulnus sanum fore.

ψυχαί] Solenne est Hippocrati (vt & antiquis Philosophis) cùm de toto homine agit ψυχὴν καὶ σῶμα ponere. Et ψυχὴ facultatum ac naturalium functionum essentiam, & natiuam cuiusque ex primis corporibus temperiem indicat, σῶμα verò corporis habitum. Hic igitur inter se plurimùm differre vult cuiusque ex primis corporibus ortam temperiem, aut corporum habitus, maximamq; in homine aut seruando aut perdendo vim præstare. Videturq; quos priùs τρόπους dixit hic innuere, qui ad animi functiones referuntur. Atque ad hanc causam referri vult quod quidam ex leuissimis ac contemnendis vulneribus interierunt, alij ex grauissimis & maximè lethalibus seruati sunt. Quorum exempla ex lib. epid. Hippocr. ac præcipuè septimo peti possunt.

καιρὸν ἔτυχεν] Incommodam temporis occasionem intelligit & ἀτυχίαν de qua lib. 1. de morbis.

ὀργῶντος] Exemplaria vulgata & manu scripta ferè omnia σώματος legūt. Vnum vetustate eximium ὄμματος habet. Quam lectionem secutus est Corn. Gliscentem autem aut ita concitatum sanguinem intelligit, vt ad exitum feratur & hæmorrhagiam excitet: Impetum ruentis sanguinis vocat Celsus. Aut ὀργῶν σῶμα plenum & turgidum, aut plenitudine laborans intelligitur. Cæterùm

hic mihi videtur esse locus quem in Exegesi vocum Hippocrat. Galen. indicat, vbi κατηφεστέρα, ἢ αἰσθητικῶς ἀναισθήτου, hoc est, eum qui sensuum integritate non fruitur aut solutè ac remissè sentientem explicat, & ex hoc Prædictorum lib. adducit. Quem locum etiam Varinus adducit, corruptè tamen. Quonam enim aptiùs referri possit non video. Quod in causa fuit vt eum sensum versione nostra exprimerem, eo intellectu, vt curatione ipsa sensuum integritas restitui non possit, aut quod tanta essent vulnera, vt curatione ipsa reuocari aut constitui integritas sensuum nequiret. Vulnus enim quodcunque sensu caret, quod non naturaliter sentit, purum non est, vt scribit Cels. cap. 26. lib. 5. Etsi mihi non parum suspecta est Gal. lectio, vt scripsimus in nostra OEconomia. A

πολὺ σὺν ἡμέρῃ] Diarias animi defectiones, leues, momentaneas & contemnendas vocat. Alioqui deficere animum vel ipsa curatione, vel postea, pessimum omnium est, vt scribit Celsus cap. 3. lib. 7. Caluus certè alium sensum secutus est.

Nomæ verò maximæ sunt lethales, quæ putredines altissimè descendentes habent, suntq; nigerrimæ & sicciſſimæ. Vitiosæ quoque & in periculum præcipitant, quæ saniem nigram reddunt. At albæ & mucosæ putredines, mortem quidem afferunt minùs, sed potius recidiuas faciunt, & diutius perseuerant. Herpetes autem ex his quæ depascendo serpunt, minimum habent periculi, at secundum abditos cancros difficilius tolluntur. Ac his omnibus febrem vno die succedere confert, & pus quàm maximè candidum & crassum. Prodest quoque in altè conditis & nigris putredinibus, nerui syderatio, aut ossis, aut amborum. Pus enim multum in syderationibus effluit & putredines liberat.

Αἱ δὲ νομαὶ θανατώδεσταται μὲν, ὧν αἱ σηπεδόνες βαθύταται, καὶ μελάνταται, καὶ ξηρόταται. πονηραὶ δὲ καὶ ὀπτικίνδυνοι, ὅσαι μέλαινα ἰχῶρα διδοῦσιν. αἱ δὲ λευκαὶ καὶ μυξώδεες τῶν σηπεδόνων, ἀποκτείνουσι μὲν ἧσσον· ὑποτρέφουσι δὲ μᾶλλον. καὶ χρονιώτεραι γίνονται. ⓐ αἱ δὲ ἕρπητες ἀκινδυνώτατοι πάντων ἑλκέων ὅσα νέμεται. δυσαπάλλακτοι δὲ μάλιστα, καὶ ἧκε σὺν κρυπτοῖς καρκίνοις. ὅτι πᾶσι δὲ τοῖσι τοιούτοισι, πυρετὸν τε ὀπτιμώτατον ξυμφέρει μίαν ἡμέρην, καὶ πύον ὡς λευκότατον, καὶ παχύτατον. λειοτελὲς δὲ καὶ σφακελισμὸς νεύρου, ἢ καὶ ὀστέου, ἢ καὶ ἀμφοῖν, ὁπόταν τῆσι βαθείῃσι σηπεδόσι καὶ μελαίνῃσι. πύον γὰρ ἐν τοῖσι σφακελισμοῖσι ῥεῖ πολύ, καὶ λύει τὰς σηπεδόνας. B C

αἱ δὲ νομαὶ] Nomas passim vocat Plinius. Sunt autem vlcera putredinosa & proserpendo depascentia, quæ vicinas partes erodunt ac putrefaciunt. Eas sub erysipelate aut vlcere nigro videtur comprehendere Celsus, quæ sunt cancri apud eum genera. Curatio autem per medicamenta valentissimè desiccantia, erodentia, & vstionem instituitur, vt patet ex Actio libr. 14. cap. 49. & Paulo libr. 4. cap. 44.

αἱ δὲ ἕρπητες] Hic locus apertissimè testatur Corn. Celsum herpetem exedentem aut depascentem, ἐσθιόμενον Græci dicunt, sub ignis sacri altera specie comprehendere. Sic enim locum istum expressisse videtur cap. 28. lib. 5. Omnis autem sacer ignis, vt minimum periculum habet ex his quæ serpunt, sic propè difficillimè tollitur. Medicamentum eius fortuitum est, vno die febris quæ humorem noxium absumat. Pus quo crassius & albidius est, eo periculi minus est. Sic enim postrema ista sententia legenda est, & ex hoc loco commodissimè, vt videtur, restituenda. Nam quod exemplatia omnia pro [pus] (cuius) legunt, non video quemnam idoneum sensum ex illis verbis elicias. Præterea idem Corn. Celsus cap. 26. lib. 5. vbi putris notas exponit. Pus (inquit) crassissimum albissimumq; glutinosius & sanguine & sanie. Ibidem quoque, Melius est quo minus est, quo crassius, quo albidius. I

κατὰ κρυπτοὺς καρκίνους] Occultos cancros in senibus difficulter tolli posse iisque commori, antea dixit. Hic vero significat post cancros abditos, herpetas difficillimè submoueri. καὶ enim idem quod secundum aut post innuere videtur. Quomodo dixit M. Tullius Acad. quæst. 2. quibus ille secundùm fratrem plurimùm tribuebat. Interpretes verò quemadmodum verterunt, eadem ferè notione. Celsus quoque corpus senile aut mali habitus herpete huiusmodi tentari scribit, vt de cancro prius dixerat. Atque hoc quoque malo ferè corpora seniora tentantur, aut quæ mali habitus sunt, sed in cruribus maximè. Et propriè magis de herpete exedente. Vtrunque sicut omnis cancer, fit maximè in senibus, vel his quorum corporum mali habitus sunt.

λειοτελὲς δὲ] Id de vlcere nigro quod cancri speciem facit, & putrescendo intenditur carnemque corruptam habet, exprimere videtur Celsus his verbis. Interdum etiam nerui ac membranæ resoluuntur, specillumque demissum descendit, aut in latus, aut deorsum, eóque vitio nonnunquam os quoque afficitur. Idem quoque enixe magis in secunda ignis sacri specie. Prodest etiam infra os vlcerum cædi, quo plus puris exeat, & id quod ibi corruptum corpus est, extrahat. Sic enim legendum censeo.

Quòd ad vulnera capitis attinet, præcipue mortē afferunt (vt antea scripsimus) quæ cerebrū attingunt. quin & huiusmodi omnia terrent, os insigne denudatum, os medium desidens, os diffissum. At si vlceris osculum exiguum fuerit, ossis verò fissura longè pertingat, maius periculū subest. Quæ omnia magis terrent, vbi iuxta futurā contingāt, & in summa capitis parte existunt. Percontari autē conuenit in omnibus effatu dignis capitis vulneribus, vbi adhuc recentes plagæ sunt aut ictus, num qui læsus fuit cōciderit, aut profundo sopore correptus fuerit. Hoc enim in casu maiore cura opus est, nimirū quòd vulnus cerebrum senserit. Quòd si recens plaga non fuerit, alia signa in considerationē ac consilium adhibere oportet. Præstat igitur eum qui capitis vlcere laborat, neq; febricitare, neq; insuper sanguinis profusionē, aut inflammationē, aut simul dolorem aliquē accedere: Aut si eorum quippiam appareat, circa initia tutissimum est fieri, paucoque tempore perseuerare. Confert quoq; in doloribus, etiam inflammationes, quæ in vlceribus fieri assolent, superuenire. In sanguinis autem profusionibus pus in venis conspici. Quæ etiam in morbis acutis febribus conferre scripsi, ea in his conducere, bonaq; hic esse, vt contraria mala, existimanda sunt.

Τῶν δὲ ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, θανατώδεστατα μὲν, τὰ ἐς ⓦ ἐγκέφαλον ὡς καὶ πρόσθεν γέγραπται. δεινὰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. ὀστέου ψιλὸν μέγα. ὀστέου ἐμπεπλασμένον. ὀστέου κατερρωγός. εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἕλκεος σμικρὸν εἴη, ἢ ὁ ῥωγμὴ τοῦ ὀστέου ὅτι πολὺ ᾠδημένοι, ὀπτικινδυνώτερόν ἐστι. ταῦτα δὲ πάντα δύνοτερα γίνεται, καὶ κατ' ῥαφὴν τε ὄντα, καὶ τῶν χοιρίων αἰεὶ, τὰ ἐν τοῖσι ἀνωτάτω τῆς κεφαλῆς. πιθανὸν δὲ καὶ ἐνθυμηθῆναι δεῖ ὅτι πᾶσι τοῖσιν αὐτοῖσι λόγου τρώμασιν, ἢν ἔτι νεότητοι αἱ πληγαὶ ἔωσιν, ἢ βλήματα εἶεν, ἢ κατέπεσεν ὤν. θερμὸς, ἢ εἰ ἐκκαφωθῇ. ἢν γάρ τι τούτων ᾖ γεγονὸς, φυλακῆς πλείονος δεῖται, ὡς τοῦ ἐγκεφάλου ἐσακούσαντος τοῦ τρώματος. εἰ δὲ μὴ νεότητος εἶη, ἐστ' ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι καὶ βλάβεσθαι. ἄριστον μὲν οὖν μήτε πυρετῆναι, ⓦ ὃ ἕλκος ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ, μήθ' αἷμα ἐπιμαρράγῆναι ἀπὸ μὴ φλεγμονῆς, μήθ' ἅμα μηδεμίαν ὀδύνην ὀπτικνέεσθαι. εἰ δέ τι τούτων ὀπτιφαίνοιτο, ἐν ἀρχῇσι τὸ γίνεσθαι ἀσφαλέστατον, καὶ ὀλίγον χρόνον τοιούτον μένειν. ξυμφέρει δὲ ἐν τῇσιν ὀδυνῇσιν καὶ τὰς φλεγμονὰς τὰς ὅτι τοῖσιν ἕλκεσιν ὀπτιγίνεσθαι. τῇσι δὲ αἱμορραγίῃσι, πύον ὀπτῇσι φλεγμὶ φαίνεσθαι. τοῖσι δὲ πυρετοῖσιν ἀ ἐν τοῖσιν ὀξέσι H

εἰ νοσήμασιν ἔγραψα, ξυμφέρει ὅτι τούτοισι γίνεσθαι τοιοῦτον. καὶ ἐνταῦθα λέγω ἀγαθὰ εἶναι. τὰ δὲ ἐναντία, κακὰ

ἀρξα

A ἀρξαθαι ὑπὸ πυρετὸν ὅτι κεφαλῆς τρώσι τεταρταίῳ, ἢ ἑβδομαίῳ, ἢ ἑνδεκαταίῳ, θανατώδες μάλα. κρίνεται δὲ τοῖσι πλείστοισιν. ἰῶ μὲν τεταρταίου ἐόντος τὸ ἕλκεος πυρετὸς ἄρξηται, ἐς τὴν ἑνδεκάτην. ἰῶ δὲ ἑβδομαῖος ἐὼν πυρετήνη, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἢ ἑπταχαιδεκάτην. ἰῶ δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἄρξηται πυρεταίνειν, ἐς τὴν εἰκοστήν, ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι διαγέγραπται, τοῖς ἄνευ τεκμηρίων ἐμφανέων γινομένοισι. τῆσι δὲ ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν, ἰῶ τε παραφρονίη ἐπιγίνηται, ἰῶ τε ἀπόπληξις τῶν μελέων ἑνός, ἢ δύο, ἢ ἄν ἄνθρωπον ἀπολυμαίνῃ, ἰῶ μὴ πάντα-

B πασι, ἢ τῶν καλλίστων τι σημαίνηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑποκείται, ἀλλ' ὑποσκεπτέον ἐστὶν ἔτι. τῷ ἀνθρώπῳ ἔπι γὰρ αὐτῇ ἔμπης γίνεται σωτηρίης. χωλὸν δὲ γενέσθαι ὃ ἄρθρον ἐς ὃ ἀπεπήλεξεν, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἰῶ ἄρα καὶ παρενήνηται ὁ ἄνθρωπος.

At febris in capitis vulnere die quarto, aut septimo aut vndecimo exorta, valde exitialis est. Quamplurimis autem iudicationem subit, si quarto quidē vicesimo die febris cœperit, vndecimo. Si verò die septimo febricitarit, decimo quarto aut decimo septimo. Quod si vndecimo febris cœperit, vigesimo, velut scriptum est in febribus, quæ ex non euidentibus causis originem trahunt. At si febrium initiis delirium succedat, aut aliquod membrum syderetur, de hominis morte existimatio facienda est, nisi aut prorsus optimum aliquod signum superuenit, aut corporis virtus subsit. Verùm quanam id ratione contingat animaduertendum est. Nam & homini spes salutis adhuc restat, ar claudum fieri articulum in quem malum decubuit necesse est, si modò æger superstes futurus est.

Τῶν δ' ἐν κεφαλῇ] De vulneribus capitis quæ lethalia sunt abunde scriptum est in Coacis Præsagiis & aphor. 18. lib. 6. enixè verò ac propriè libro de vulneribus capitis ad extremum. In quo inter ossium offensiones, ὀστέον ψιλὸν aut ψιλωθὲν τῆς σαρκὸς ponitur, quo modo etiam loquitur libr. de artic. Videndum etiam iubet an os à telo nudatum sit, & in nudato osse, an fissum sit, collisum, aut

C medium desidat, quæ per ῥήγνυσθαι, φλᾶσθαι, & ἐσφλᾶσθαι, aut ἔπω ἐσφλᾶσθαι exprimit Hippocr. Atque hæ sunt præcipue ossium iniuriæ. Ex quo sanè efficitur vt hic ὀστέον ἐμπεφλασμένον legendum existimē, vt idem significet quod ἔπω πεφλασμένον, aut ἐσφλώμενον ἔπω, quomodo loquitur lib. de vuln. cap. & medium desidens (vt loquitur Celsus) & depressum & intro cedens indicat. Intro re. linatum dixit Caluus. Quidam codices ἐγκεκλασμένον habent, minùs tamen (vt apparet) accommodate, etsi hoc videtur secutus Cornarius.

εἰ δὲ τὸ σῶμα τὸ ἕλκεος] Os fractum nisi succursum est, grauibus inflammationibus afficit, difficiliusque postea tractatur, ideoque si nondum satis cutis patefacta est, latiùs aperienda, donec quicquid læsum in conspectu sit. At quia latentes sæpe rimæ sunt, ex ægri sermonibus primùm noxam explorare iubet Hippocrates, deinde ratione & opere citra specillum, denique etiam specilli iudicium adhibet. Igitur vbi fissura longiùs permeat quàm vt oculis deprehendi possit, sectione opus est. Quod enim hic ῥαγμὸν ἐπιπολὺ διαφυόμενον longiùs permeantē ac pertingentē rimam dicit, ἐκδὲ ἐοῦσαν τὴν ἐρρωγότος ὀστέου lib. de vuln. cap. posuit: Etsi hic subaudiri potest quæ diutiùs perdurat & curantem latet. At hæ noxæ graviores sunt quò propius futuras & summam capitis partem ad

D sinciput attingunt. Nam & ea capitis parte tenuissimum & debilissimum os est, & paucissima carne contegitur, & plurimùm cerebri subest, vt scribit Hippocrat. Ad futuras quoque impactum vulnus magis terret, quòd futura ad resistendū & ictui & telo infirmissima est, idque vel maximè si plaga in sinciput inflicta sit, qua parte caput est infirmissimum, vt his verbis testatur Hippocr. lib. de vul. cap. ῥᾳδίη δ' ἂν ἐκ τοῦδε ἐκφανείη ὀστέου ψιλωθέντος, παντὶ τῷ κεφαλῆς τὸ ἕλκεος ἠλιωμένῳ, ἀδηλέσατον γίνεσθαι τῇ τρώσι καὶ τῷ βέλει αὐτέκτῳ, ἢν τύχῃ τὸ βέλος ἐς ἰσχυρὸν τύπον ῥαφῆς ἐνεχθέν. πάντων δὲ μάλιστα δὲ τὸ βέλος ἐπὶ τῷ βρέγματι ἠλιωμένον καὶ τὸ ἀδηλέσατον τῆς κεφαλῆς, καὶ αἱ ῥαφαὶ εἰ τύχοιεν ὖσαι ἐκεῖ τὸ ἕλκος, ἢ τὸ βέλος αὐτίων τυχοι τῶν ῥαφέων. At vbi nudato osse futura in vulnere conspicitur, quacunq; capitis parte vulnus extiterit, minimè omniū vulneri ac telo resistit, si forte telū in ipsā futurā incubuerit, tumq; vel maximè si telū sinciputē, quā parte caput debilissimū est, exceptum fuerit, futuræque in vulnus incurrant, & telum futuras ipsas attigerit. Quàm sint autē cognitu difficiliimæ quæ ad futuras sunt capitis fracturæ, abunde nobis dictum est in Coacis Præsagiis, citato Hipp. & Celsi testimonio.

πωωδέστερος δ' ἔσται] Hippocrates quoq; lib. de cap. vuln. præter oculorum iudicium, ex ægri quoque sermonibus grauioris aut leuioris plagæ auguria sumit, & oculorum caliginem & vertiginem addit. ἀλλὰ χρὴ σκοπεῖν τῇ ὄψει τὴν ἰοῦσαν, ὅ, τι παθόν σοι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ, καὶ

E ἐρώτησιν ποιέεσθαι πάντων τούτων. τὸ γὰρ μᾶλλον τε ἢ ἧσσον τρωθέντος ἅδε τ' ἔστι σημεῖα. καὶ ἢν μὲν ὁ τρωθεὶς καρωθῇ, καὶ σκότος ἐπιλάβῃ, καὶ δῖνος, ἢ ἐκ πόσιος Cæterum præter id quod oculis tuis subiicitur, quicquid in osse tibi apparere videbitur, etiam ex ægro requirendum. Etenim magis aut minus vulnerati hæc sunt indicia, tum si æger alto sopore detentus fuerit, aut tenebræ oculis offusæ, aut si vertigo prehenderit, aut ipse conciderit. Celsus vero cap. 4. lib. 8. de caluariæ curatione agens omnia signa simul complexus est. Igitur vbi ea pertusa, protinus requirendum est, num bilem is homo vomuerit, num oculi eius occæcati sint, num obmutuerit, num per nares aureſve sanguis ei effluxerit, num conciderit, num sine sensu quasi dormiens iacuerit. Hæc enim non nisi fracto osse eueniunt. Atque vbi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si verò etiam torpor accesserit, si mens non constat, si neruorum vel resolutio, vel distentio secuta est, verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam, eoque in angusto magis spes est. Reliqua etiam signa ex quibus graues cerebri offensæ explorantur in Coac. Prænot. dicta sunt.

F ἐς τ' ἄλλα σημεῖα] Alia sunt signa quibus ossis offensiones significentur, si sub prima curatione febris intenditur, breuesq; somni & iidem per somnia tumultuosi sunt, vlcus madet, neq; alitur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores sunt, cibiq; super hæc fastidiū incressit, & quæ in Coacis præsagiis scripta sunt. Verū ea videtur in consiliū adhibere signa, ex quibus in capitis insignibus vulneribus ægrum interiturum iudices, vt rectè prædictionē instituas. Ea verò describit Hipp. lib. de cap. vuln. ad extremū.

μιῇ δ' ἅμα μηδεμίῃ ὁδῷ] Sic legunt emendatiores codices. Nam quod illud μιῇ δ' ἅμα superiori ἢ τὸ ἕλκος ἔχοντα iungunt exemplaria quædam, id vitiosum esse apparet.

εἰ δέ τι τούτων θαφαίνοιτο] Initiis quidem vulnerum vbi humorum fluxus mouetur, ista adesse præstat & vulneris ratione. Sic ingentibus doloribus inflammationes superueniunt, alioqui humores in præcipua viscera ferri necesse est, & maius creare periculum, vt scribit Gal. Com. ad aph. 66. lib. 5. De febre autem sic statuit Celsus. Ac ne febris quidem terrere debet, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa pernicioſa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet, vel si neruorum rigor, aut distentio, quæ ex vulnere orta est, eam non finit. Sanguinis autem in vulnere profusio-

G nem ex puris acrimonia adesse præstat potius quàm ex corporis, aut humorum, aut symptomatum occasione.

ἃ ἐν τοῖσιν ὀξέσι] Quænam hic conducere intelligat & febribus conferre scripserit, valde est incertum, quod multis locis pollicitam morborum acutorum amplissimam tractationem, velut signa & curationem libris de rat. vict. in morb. acut. aut non præstiterit Hipp. aut iniuria temporum interciderit. Etsi certè referri possunt ad eas febrium solutiones de quibus agitur in notis lib. de rat. vict. in morb. ac. adiunctis. Id enim potissimum hoc loco spectare videtur. Aut multa febrium adiuncta, tum bona, tum mala, quæ illic febribus attribuuntur, respicere. Illorum enim librorum & horum prædictorum idem ferè author existimandus est.

ἄρξασθαι δ' ἢ πυρετῶν] Lib. de vuln. cap. febris æstate maturiùs, hyeme tardiùs prehendens, vulneris periculum intendit, aliáque describuntur quædam signa ex quibus vulnerati perniciem præsentias. Multa autem scribuntur in Prog. de dierum iudicatoriorum circuitu, & libr. 1. ep. & lib. περὶ κρισίων. At verò hic perperam interdum quaternarii omittuntur, qui in tota iudicatione maxi-

H mam habent vim. Febres porrò intelligit, quæ nullam externam euidentem causam habent, & eas quæ primam habent ortus sui causam & morbi sunt, neque ad alia consequuntur. Quòd ad scripturam attinet, pro διαπαδὲς μάλα, μᾶλλον habent exemplaria quædam manu scripta. Hunc autem locum mirè perturbat Caluus.

ἰῶ τε ἀπόπληξις] Hi casus quoq; grauia capitis vulnera consequuntur vt patet ex libr. de vulner. cap. vbi attonitos fieri ex vulnere quosdam & delirio corripi, breuiq; interire scribit. In cerebri quoque grauibus offensis, partis alicuius stuporem in Coac. Præ-

LIBRARY OF THE Founded A.D. 1813 INCORPORATED

sagiis adscripsimus, ex aph.50.lib.6.& lib.de morb.* Celsus quoque eo magis in angusto spem esse dicit, si torpor accessit, si mens non constat, si neruorum vel resolutio, vel distentio secuta est: Et aph.14. & 24.lib.7. in capitis graui offensione ἔκπληξις καὶ φρενῶν πάθος malum denunciant. * Cap.4. lib.8. A

ἢ σώματος ἕξις] Sunt etiam quidam qui inuicta animi constantia & firmitate ac indefesso naturæ accessoris vitium roboris vel grauissima vulnera perferunt. Sunt qui vel à minimis grauiter offenduntur. Robustæ enim vires (vt scribit Gal.lib.10 Meth.) omnia contemnunt ac tolerant, vt infirmæ abs quouis offenduntur. Et quod scripsit Hippocr. lib. de fract. μέγα διαφέρουσι καὶ φύσιες σωμάτων εἰς ἀσφάλειαν.

ἀλλ' ἐκπεπλῆχθαι] Quædam exemplaria ἀλλ' ἐκπεπληχθαι τὸν τρόπον τῷ ἀνθρώπῳ legunt & distinguunt. Hunc autem locum sic mihi expressisse videtur Celsus cap.4.lib.2. Itemque in prima febre protinus mentem esse turbatam, membrumve aliquod esse resolutum. Ex quo casu quamuis vita redditur, tamen id fere membrum debilitatur.

Magna autem vulnera quæ in articulis fiunt, si penitus abscissi nerui sunt qui continebant, absq; dubio claudos reddent. Sin dubiũ est quomodo nerui affecti sint, siquidẽ ex acuto telo recta plaga est, ea transuersa melior. Quod si graue fuerit & retusum quod vulnus inflixit, nihil inest discriminis. Sed & vulneris altitudo aliaq; signa huiusmodi considerãda sunt. Pus si ad articulũ accedat, duriorẽ eum reddi necesse est. Quod si etiam tumores simul perseuerarint, necesse est eum locũ in multum tempus durum esse, & sano quoq; vlcere tumorem permanere, simulq; ea inflecti ac extendi, vbi recuruato articulo curatio adhibita est. At quibus neruus excisurus esse speratur, iis cum maiore fiducia claudicationem prædixeris, idq; tum maxime, si quis neruorũ inferiorum exolutus fuerit. Neruus autẽ excisurus his indiciis deprehenditur, si pus album crassumq; & diuturnum sub eo effluit, doloresq; ac inflámationes ad articulũ circa initia oriũtur. Quæ etiam contingere solent, vbi os excisurũ est.

Τὰ δὲ τρώματα τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισι, μεγάλα μὲν B
ὄντα καὶ τελέως ἀποκόπλοντα τὰ νεῦρα τὰ συνέχοντα, οὐδηλον ὅτι χωλὸν ἀποδείξει. εἰ δὲ ἀμφίδοξον εἴη ἀμφὶ τῷ νεύρῳ, ὅπως ἔχει, ὀξέος μὲν ἐόντος τοῦ βέλεος τοῦ ποιήσαντος, ὀρθὸν δὲ τρῶμα εἴη) ἄμεινον διαγνῶσαι· εἰ δὲ εἴη βαρὺ τε καὶ ἀμβλὺ δὲ τρῶσαν, τοῦτ' ἔνι διαφέρει. ἀλλ' ἔσται βάθος τε τὸ πληγῆς σκέπτεσθαι, καὶ τὸ ἐπὶ πολὺ σημεῖα. ἔστι δὲ τάδε, πῦον ἐὼν ὑπομένηται ὑπὸ τὸ ἄρθρον, σκληρότερον ἀνάγκη γίνεσθαι. C
ἐὼν δὲ καὶ οἴδημα συμπαραμείνῃ, σκληρὸν ἀνάγκη πολλὸν χρόνον τοῦτο τὸ χωρίον γίνεσθαι. καὶ τὸ οἴδημα ὑγιέος ἐόντος τοῦ ἕλκεος παραμένειν ἀνάγκη, συγκάμπτεσθαί τε καὶ ἐκτείνεσθαι ὀκόσα ἂν τοῦ ἄρθρου καμπύλου ἐόντος θεραπεύηται. οἷσι δ' ἂν καὶ νεῦρον δοκεῖ ἐκπεσεῖσθαι, ἀσφαλέστερος τὰ περὶ τὸ χωλώσιος ἢ προείρηκε, σημήνασθαί τε καὶ ἐν τῷ κάτωθεν νεύρων ἢ τὸ ἐκλυσιμυελον. γνώσῃ δὲ τοῖσι νεῦρον μέλλον ἐκπίπτειν. πῦον λευκόν τε καὶ παχύ, καὶ πολλὸν χρόνον ἐπιῤῥεῖ. ὀδυναί τε καὶ φλεγμοναὶ γίνονται περὶ τὸ ἄρθρον ἐν ἀρχῇ. τὰ δ' αὐτὰ τούτοις, καὶ ὁκόσα μέλλοντες ἐκπεσεῖσθαι. D

Τὰ δὲ τρώματα] Celsus* hunc locum sic disertè vertit. Propriè quædam in articulis visenda sunt, in quibus si præcisi nerui sunt qui continebant, debilitas eius partis sequitur. Si id dubium est, & ex acuto telo plaga est, ea transuersa commodior est: si retuso & graui est, nullum in figura discrimen est. Hic autem νεῦρα τὰ συνέχοντα ligamenta & tendines dicuntur, velut in Coacis Prænot. νεῦρα παχέα vocantur. νεῦρα ὅσα παχέα πεπόνηται ὡς ὑπὸπολὺ χωλοῦσθαι, καὶ λόξα πεφυσιώμενα. Nerui quicunque crassi vulnus accipiunt, vt plurimum claudos reddunt, præcipueque si obliquum vulnus fuerit. Neruorum verò transuersa vulnera maiorem conuulsionis E metum iniiciunt, recta verò & quæ per longitudinem & in directum fiunt, minori periculo patent, ex Gal.cap.3.lib.6. Meth. medendi. Sic in Coacis, σπάσιμον δὲ καὶ ἐς τὰ ἔντοσθε νεῦρα, ἢ τὰ πρὸ παχέων πεσόθαι, ἢ τὰ πρὸ παχέων, ἢ ὁπωσοῦν ἢ πλατὺ γένηται καὶ μεγάλη. εἰ δὲ μικρὴ καὶ εὐθεῖα, ἧσσον ἰσοντα ἴνιον. Intereunt verò quibus nerui interiores, siue tenuis aliquis, siue crassus, vulnus acceperint, si plaga transuersa fuerit & magna. Quod si parua & recta, nonnulli periculo eximuntur. Galuus pro νῦν διαφέρει, contrarium sensum affinxit, non videns nullum inesse ex telo graui aut retuso in vulneris figura discrimen. Vitiosa sunt autem exemplaria quædam manu scripta, quæ pro ὑπωροσίου ὑπωροσίαν legunt.

* Cap.26. lib.5.

ἀλλ' ἔσται] Pro ἔσῳ ἔς τε legunt exemplaria quædam manu scripta.

πῦον ἐὼν ὑπογένηται] Vbi neruus nullus præcisus est, sed vulnus telo retuso & graui inflictum est, videndum ad prædictionem ritè F instituendam, num pus in articulum altè sit reconditum, aut tumor durus diu perseueret. Vlcus enim tum fore diuturnum, ac tumorem in multum tempus, sano quoque etiam vlcere, perseueraturum sperandum est. Atque ideo etsi claudicationis nullus metus est, ægrè tamen flecti aut extendi membrum posse prædicere poteris. Isque huius loci subobscuri sensus esse existimandus est, quem sic expressit Celsus. Quamuis autem non abscissus neruus est, tamen si circa tumor durus diu permanet, necesse est & diuturnum vlcus esse, & sano quoque eo tumorem permanere, futurumque est, vt tardè membrum id extendatur vel contrahatur. Maior tamen in extendendo mora est, vbi recuruato articulo curatio adhibita est, quam in recuruando eo quod rectum continuerimus.

γνώσῃ δὲ τοῖσι] Celsus hunc locum sic adumbrat, At visendum est pus supra articulum an infra nascatur. Si sub eo nascitur, albumque & crassum diu fertur, neruum præcisum esse credibile est. Magis quoque, maiores dolores inflammationesque quo maturius excitatæ sunt.

τὰ δ' αὐτὰ τούτοις] Lib.de fract.Hipp. ossis discessum significari scribit, si pus multum effluat, & pars vlcerata turgeat, & ad excretionem contendat, quod deprehenditur ex labris vlceris inter se nequaquam coalescentibus, sed dissidentibus & obuersis, & si æ- G ger obtusum quendam motus sensum in fundo partis laborantis se percipere fateatur, vt scribit Gal.Comm.3.in libr.de fract. verba Hipp.sunt, σημεῖον δὲ τόδε, ὡς μέλλοι ὀστέων διάστασις ἔσεσθαι ἐν τῷ τρώματι τούτῳ· ἢν ἰσχνὸν ῥεῖν ἐκ τοῦ ἕλκεος, καὶ ὀργᾶν φαίνηται. Signum autem hoc erit, si in hoc curationis modo ossium discessio futura est, pus copiosum ex vlcere effluit, & turgere videtur.

Quæ in cubitis discissa sunt, præcipue cum inflammatione, ad suppurationem sectionemque & vstionem perueniunt. At vero si spinalis medulla, aut ex casu, aut aliqua quapiam externa causa, aut sua sponte laborarit, & crurum impotentiam facit, vt ne tactum quidem percipiat æger & ventris & vesicæ, adeò vt ne primis quidem diebus stercus aut vrina nisi coacte reddatur. Quod si morbus inueterauerit, &

Τὰ δὲ ἐν τοῖσι ἀγκῶσι διαχρήματα ἐν φλεγμονῇ μάλιστα ἐόντα, ἐς διαπύησιν ἀφικνέεται, καὶ ὁμαδὸς τε καὶ καῦσις. ὁ δὲ νωτιαῖος μυελὸς ἢν νοσέῃ, ἢν τε ἐκ πώματος, ἢν τε ὑπὸ πληγῆς τινος πρόσφασις, ἢν τε ἀπὸ αὐτομάτου, τήν τε σκελέων ἀκρασίην γίνεται ὁ ἀνθρωπος, ὥστε μηδὲ θιγγανόμενον ἐπαίειν καὶ τὴν γαστρὸς καὶ τὴν κύστιος. ὥστε τοὺς μὲν πρώτους χρόνους, μήτε κόπρον, μήτε οὖρον διαχωρέειν, ἢν μὴ πρὸς ἀνάγκης. ὅταν δὲ παλαιότερον γένηται τὸ νόσημα, οὐκ ἐπίοντι τοῦ ἀνθρώπου, ἢ τε κόπρος H

A κόπρος; διαχωρέει, ἢ δ' ὅσον. ἀποθνήσκει δὲ μὴ ταῦτα, οὐ πολλῷ ὕστερον χρόνῳ. ὧν δὲ ἐμπίπλαται αἵματος ἡ φάρυξ, πολλάκις τε ἡμέρης τε καὶ νυκτὸς ἑκάστης, οὔτε κεφαλὴν προσαλγήσαντι, οὔτε βηχὸς ἐχούσης, οὔτε ἐμέσαι θέλοντος, οὔτε πυρετοῦ λαμβάνοντος, οὔτε ὀδύνης ἐχούσης, οὔτε τοῦ στέρνου, οὔτε τοῦ μεταφρένου, τοῦτον κατιδεῖν ἐς τὰς ῥῖνας καὶ τὴν φάρυγγα, ἢν ἕλκος ἢ ἔχων φλυκταίνην ἐν τῷ χοανίῳ τούτῳ, ἢ βδέλλαν.

stercus & vrina ægro insciо prodit, tandemque non longo post interuallo perit. Quibus fauces sanguine frequenter & noctu & interdiu replentur, dum neque capitis dolor prægressus fuerit, neque tussis, neque vomitus, neque febris prehendent, neque pectoris aut dorsi dolor tenuerit, in his nares & fauces inspiciendæ, num quod vlcus eo in loco, aut hirudo compareat.

B Τὰ δ' ἐν βάθει ἀνοίκτα] ἀνοίγματα dissectiones ac præcisiones Hippocrati significant, idemque quod ἀνάκτησις, cum vulnus magnum & altè discissum fuerit. Sunt enim ἀνακτικώτερα ἐς τὸ πέρας ἔχοντα διώκουσαν τὴν διαίρεσιν, vt scribit Galenus Comment ad aphor. 19. lib. 6. Sectiones autem atque vstiones suppurationes istæ postulant, tum vt puri via fiat, tum vt pars ipsa consumatur, deflecetur & constringatur. Sed à ligamentis & neruis abstinere, & inflammationi supersedere oportet, vt præcipit Hippocrates libro de fracturis.

ὀλισθάνουσι μυελοῦ] Obliquata spina, aut peruersa, aut gibba facta, spinalis medulla contorquetur, inflectitur, ac premitur, πληθεὶς δ' αὖ ἢ ἀποπλαυμένος ὀπωπαίης, πολλῶν αὖ καὶ μεγάλων καὶ δεινῶν ἀπορημάτων ποιητής, vt scribit Hippocr. libro de artic. Sunt autem spinæ affectus quibus consentire spinalem medullam par est, κύφωσις, λόρδωσις, σκολίωσις, & σείσις, vt ex libro de articul. colligi potest. Sed & sinuata & intro luxata & obliquata spina, crurum imbecillitatem ac motionis impotentiam, vrinæque & stercoris suppressionem consequi, affectis consortij lege neruis qui ex spinali medulla partibus sensum & motum præstant, vero est simile, & scribit Hippocrates libr. de art. Et vero qualiter his casibus vrinam & stercus inuitis profluere contingat, docet Galenus libro sexto, de loc. affect. capite quarto. Quod etiam adnotauit Hippocrates libro de art. his verbis: ἢ ὧν ἀθεμιστήσωσι ὄν, ῥυήσεις τὰ ἔσχατα μᾶλλον ὅτοι, ἢ τῶν σκελέων ἀκρατίστερα ἢ παρωδύντερα. Quod si euadant, his magis vrina profluit, & crurum impotentia ac stupore torquentur. Celsus quoque eadem in spinæ luxatione apponit capite 14. libro octauo. Si sub septo vertebræ exciderunt, femina resoluuntur, vrina supprimitur, interdum etiam sine voluntate prorumpit. Idem libro quinto. Medulla vero quæ in spina est, diffusa, nerui resoluuntur aut distenduntur, sensus intercidit, interposito tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen, vel vrinam, vel etiam stercus exernunt. Paulus etiam eadem adscribit in spinalis medullæ compressione & spinæ peruersione libro 6. capite 117. Hic autem vt prædictio meritas inflituatur, causas quas procatarcticas vocant oculis subijcit, quas etiam inspiciendas monet Galenus. In quibus casus, aut rei cuiusdam grauis illapsus aut pondus ab Hippocrate enumerantur, & à Galeno inflicta plaga accensetur. Internis autem & latentibus causis annumerari possunt tubercula magna, dura & diuturna ad spinam adnata, quæ eam interdum sinuant & propellunt, vt scribitur initio lib. 3. de artic. Atque ea sponte fieri dicuntur, quod nullam ortus sui euidentem occasionem indicent.

C

D

ἢν σπάσῃ τῷ αἰδοίῳ] ἢν ἐπιθῇ lego, ex duobus membranis scriptis, vt sit ægro insciо nec percipiente, quod est sine voluntate. Etsi ἕσπασε, vt habent reliqua omnia exemplaria, stare potest, quod est non cogente, admittente, aut instante ægro & vrgente. Caluus hunc locum misere peruertit ac perturbauit, nec authoris mentem assecutus est, cum hoc loco deambulantem ægrum intellexit.

Ἀποθνήσκουσι δ'] His celerrimè mors superuenit, quorum in spina vertebræ exciderunt, vt scribit Celsus. Id enim fieri non potest, nisi ex medulla, quæ per medium, & duabus membranulis, quæ per duos à lateribus processus feruntur, & neruis qui continent, ruptis. Ex eiusmodi luxationibus, vt tardius quam ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur. Paulus quoque celeriter ægros mori scribit, præsertim si superiores & ceruicis vertebræ affectum fuerint expertæ.

ἢν δ' ἐμπίπλαται] Faucium cruentarum causas, vt rectè prædictio procedat, exequitur. Quem locum haud dubiè expressit Celsus capite septimo libri secundi. Cui fauces sanguine & interdiu & noctu replentur, sic vt neque capitis dolores, neque præcordiorum, neque tussis, neque vomitus, neque febricula præcesserit, huius aut in naribus, aut in faucibus vicus reperietur. In quibus etsi Celsus hirudinis nihil meminit, Galenus tamen libro quarto de loc. affect. capite sexto expositionis sanguinis causas perquirens, si ab hirudine contingat, his indiciis prodi scribit: ἐὰν δέ τις ἀναχρίμπτηται τοῦ ἀποκύπτοντος πού αἵματος ἐσόξης ὑπαίθρου, μήτε καταλῆς ἐδύνης, ἢ βάρους, ἢτοι συμπεφυκότος, ἢ φλεγμαίνοντος, μήτε πληγῆς αὐτόθι γεγενημένης, ἀλλ' εἰκαίως ὅλον, ἐκεῖνον τε τὸν τόπον τοῦ στόματος ἢ τὴν ῥῖνα. ἔνθα σωστέον ἐστὶν εἰς τὴν ῥῖνα. γίνεται γάρ ποτε καὶ τοῦτο συμπτώματα, βδέλλης ἐν τῷ χοανίῳ τούτῳ προσπεφυκυίας, ἥτις αὔξεται μὲν ἐκ τοῦ ὑπάρχοντος αἵματος ὥστε καὶ ἐκ τῶν πρώτων ἡμερῶν ἀναφανῆναι δύνασθαι σημαντικήν, μὴ τοῦτο γε μὲν τέλεον ὑπάρχουσαν ὁρᾶσθαι. Quod si pluribus deinceps diebus aliquis cruorem è fossa effluxerit & emunxerit, idque citra capitis vel dolorem vel grauitatem, siue præsentem, siue præteritam, neque plaga eo loco existente, huius & totum per nares meatum, atque eam oris partem qua ad nares perforatur, exactè considerare oportet. Istud enim aliquando contingere potest, hirudine huic loco adhærescente, quæ quidem in dies augeri solet. quamuis enim primis diebus, quòd sit exigua, latere possit, tertio tamen quartoue die, haud obscurè conspicitur. Quæ etiam repetit Aetius cap. 59 lib. 8. Est & historia inuenis, cui ad narium foramen in eo meatu vbi nasus ad oris regionem perforatur, hirudinem latentem conspexit Galenus, quæ huic loco plurimum addit lucis. Huius porrò loci & autoritatem & vtilitatem prædicat his verbis Galenus in Exegesi vocum Hippocratis. βδέλλαν δὲ τῷ μείζονι προσρήσσω ἢ δευτέρῳ τοῖς παλαιοῖς ὀνομαζομένῳ. τὴν καλουμένην φλέβα φασὶν ὅσοι ἱστοροῦσι Διοσκουρίδης. ἐμοὶ δ' ἔδοξε κυρίως εἰρῆσθαι βοώμενα κατ' αὐτὸ τὸ ζῶον. ἐγὼ γοῦν παρέτυχον ποτὲ βοῦτα καὶ τὸ βδέλλιον ἐκεῖνο λιχμῶντα, ἢ ὑπερμάλων πολλῶν ὄπισθεν τὴν μυκτῆρα, προσεχόντων ἐμοὶ μάλιστα ἐκ τοῦ χάσματος ἐρωθεῖν τ' ἀλλοῖς βδέλλαν, quod est hirudinem, in maiore Prorrhetico, à quibusdam secundo inscripto, varicosam venam sic nominatam esse Dioscorides ait. At mihi propriè hæc vox de animali ipso dici videtur. Etenim fortè aliquando incidi cum illud eo in loco legeretur, & multis hac de re ambigentibus, solus ipsa scriptione impulsus verum prædixi. Quibus certè verbis historiam illam quam attingit lib. de loc. aff. innuere mihi videtur Galenus. Verum locus ille vitiose in omnibus nostris exemplaribus legitur, vt docuimus in nostra OEconomia, vbi & huius loci mentionem fecimus. βδέλλιον meminit Herodotus in Euterpe de Crocodilo verba faciens & de Trochilo aue, qui crocodili ad Zephirum hiantis os ingressus, adhæsas sibi hirudines deuorat & illæsus exilit. Quam etiam historiam Aristot. paulo aliter recenset lib. 9. de hist. anim. cap. 6. Ad epotam autem sanguisugam remedia habes apud Dioscoridem lib. 6. Gellium lib. 5. Paulum lib. 5. cap 37. Nicandrum in Alexipharmacis, & in facile parabilibus remediis apud Gal. lib. 3.

E

F

G

Ὀφθαλμοὶ λημῶντες ἄμεινον ἀπαλλάσσουσιν. ὧν τὸ, τε δάκρυον, καὶ ἡ λήμη, καὶ ὃ οἴδημα ἄρξηται ἅμα ῥεύσαν. ὧν δὲ ὃ μὲν δάκρυον τῇ λήμῃ μεμιγμένον ᾖ, καὶ μὴ θερμὸν ἰσχυρῶς. ἢ ἡ λήμη λευκή τε ᾖ καὶ μαλθακή, τό, τε οἴδημα ἔλαφρόν τε καὶ λευκαῖνον. εἰ γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχοι, ξυμπλάσαντι ἂν ὀφθαλμὸς ἐς τὰς νύκτας ὥστε ἀνώδυνος εἴη, καὶ ἀκινδυνότατον ὅπως ἂν εἴη, καὶ ὀλιγοχρονιώτατον. εἰ δὲ δάκρυ ξαρέει πολὺ καὶ θερμὸν ξὺν ὀλιγίστῃ λήμῃ, καὶ σμικρῷ οἰδήματι, εἰ μὲν ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ ὀφθαλμοῦ, χρόνιον μὲν κακὸν

H

Oculi gramiosi optimum habent successum, si simul lachryma & gramia & tumor cœperint. Aut si lachryma gramiæ permixta, neque vehementer calida fuerit, gramia vero alba & mollis, & tumor leuis ac solutus. His etenim sic se habentibus noctu oculus conglutinabitur, vt dolorem non sentiat: isque casus minime periculosus, minimeque diuturnus fuerit. At si lachryma multa & calida, cum pauciſſima gramia & exiguo tumore, idque ex altero oculo profluat, valde diuturnum id qui-

dem,sed sine periculo sit,idq; lippitudinis genus doloris expers est. Et in his præcipue iudicatio considerãda est, quæ prima quidẽ fit circa vigesimum diẽ. Quod tẽpus si superat, quadragesimus dies expectãdus est,aut si neq; in his desinit,in sexaginta dieb.soluitur. At toto tẽpore ad gramiã attentũ esse oportet, num in digito misceatur,& alba ac mollis fiat,idque præcipuè sub iudicationis tempus,tum nanq;vbi finitur,id euenire solet.Quòd si hæc vtrunq; oculũ inuaserunt,maius est vlcerũ periculũ,sed breui soluentur. Gramiæ autẽ siccæ vehemẽtes dolores afferunt,breui tamen soluuntur,nisi oculus vulnus acceperit.Tumor vero magnus,doloris expers & siccus, sine periculo est. Quod si cum dolore est,siccus quidẽ malus, metusq; est ne oculũ exulceret ac palpebræ coeant. Formidabilis quoq; est,vbi cum lachryma coniunctũ dolorẽ habet. Nã si lachryma calida & falsa profluit, iã pupilla & palpebris exulcerationis periculum est. At si tumor quidem cõstiterit, lachryma verò multa diutius effunditur,& gramiæ tenent, viris quidẽ palpebrarũ euersionẽ rectè prædixeris, at mulieribus & pueris exulcerationẽ & palpebrarũ euersionẽ.Si vero gramiæ pallidæ aut liuidæ fuerint,lachrymaq; multa & calida, caput ardor occupet, ex tẽporibus ad oculũ dolor tendat;insomniaq; his accesserit,vlcus in oculo factũ esse necesse est, ac vt rumpatur metus est. Iuuat autem succedens febris , aut dolor in lũbos firmatus.His verò futurorũ prædictionẽ rectè institues, si & temporis & eorũ quæ ex oculo fluũt rationẽ inieris, tum etiã grauissimorum dolorũ, tum vigiliarũ. Sed vbi oculũ introspicere licet, si quidem ruptũ inueneris,& per rimã pupilla extiterit, malũ significat, nec facilè restituitur.Quod si etiã putredo subsit,nulli amplius est vsui.Reliqua vero vlcerum genera prædicere licet,& locorũ putredines & altitudines intuẽti.Pro vlcerũ magnitudine cicatrices fieri necesse est. Quibus igitur rumpũtur oculi , posteaq; adeo extant vt pupilla loco mota esse videatur,iis nec vllo tempore,neq; arte,vt videãt,opẽ ferre licet.At paruæ pupillarũ dimotiones restitui possunt, dum ne quid mali accesserit & iuuenis sit æger. Vlcerũ vero cicatrices, si nõ aliud malũ subsit,omnes & à tempore & ab arte iuuari posse existimandæ sunt, ac præcipuè quæ recentissimè & in iuuenum corporibus contractæ sunt. Ex locis autẽ insignẽ facit noxiã pupillæ acies si exulceretur,secundũ eã id quod est supra supercilia,deinde vero quicquid his locis fuerit proximum.Pupillæ quoq; cæsiũ,aut argenteũ, aut cæruleũ colorẽ nactæ, improbãdæ sunt.His aliquantũ meliores existimãdæ sunt,quæ aut minores,aut ampliores apparẽt, aut angulos habent,siue id ex manifesta causa,siue spõte cõtingat. Caligines & nubeculæ,& subalbicantes cicatrices ægides dictæ,exterũtur ac euanescũt,nisi eo in loco vuln⁹ aliquod subortũ sit,aut illic antea cicatricẽ aut vnguem esse contigerit.Quod si in oculi nigro resplẽdẽs cicatrix orta sit,nigri aliquid dealbat,ita vt si diuti⁹ perseueret & aspera& crassa,etiã vestigiũ aliquod postea relinquat. Iudicationes verò non sec⁹ ac in febrib⁹ scripsi,ita & hic se habent.Sed & obseruatis signis, pro genere quidẽ lippitudinũ, prędictionẽ instituas licet.Nẽpe diuturnas lippitudines fore,vbipes-

τα γίνε⁷), ἀκίνδυνον δέ. ἢ ἀνώδυνος ἔσται ὁ ῥῆξις. ἐν τοῖσι μάλιστα τὼ δὲ κρίσιν ἰσοσκέλεα⁵. τὼ μὲ πρὸ τέω, ἐς τὰς ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέρας. ἰὼ δὲ ὑπερβάλλῃ τὸν τ χρόνον, ἐς τὰς τεσσαράκοντα προσδέχεα⁵. ἰὼ δ μηδ' ἐν τούτοισι παύῃ⁷), ἐν ἑξήκοντα κρίνεται. τὼ δὲ πάντα δ ⓜ χρόνον τὸν, ἐν θυμείᾳ⁵ τ λημίου, ἰὼ ἐν τῷ δακτύλῳ τὸ μίσγε⁷), ἢ λευκήτε ⓒ μαλθακὴ γίνε⁷). μάλιστα δὲ ὑπὸ τοὺ χρόνους τοὺ κρισίμους. ἰὼ γὰ μέλλῃ παύε⁵. τὼ ποιησά. Εἰ δ ⓓ ὀφθαλμοὶ ἀμφότεροι τὼ πάθοιεν, ὕπ- B κινδυνότεροι γίνονται ἤκωδύνῳ. ἢ δ κρίσις ἐλάσσονος χρόνου ἔσται. λῆμαι δ ξηραί, ἐπώδυνοι κάρτα. κρίνονται δ τάχεως, ἰὼ μὴ τρῶμα λάβῃ ὁ ὀφθαλμός. οἴδημα δ ἰὼ μέγα ἦ, ἀνώδυνόν τε καὶ ξηρὸν ἀκίνδυνον. Εἰ δ ἔτη ξυὼ ὀδυνῇ, κακὸν μὰ ξηρὸν ἐὸν καὶ ὕπικίνδυνον ἤκωσαν τε ⓜ ὀφθαλμόν, καὶ ξυμφύσαι. δεινὸν δ καὶ ξυὼ δακρύῳ τε ὂν ἢ ὀδυνῇ. Εἰ γὰ δάκρυον χαρεῖ, θερμὸν ⓒ ἀλμυρόν. κίνδυνος τῇ τε κόρῃ ἤκωδῆναι, καὶ τοῖσι βλεφάροισιν. Εἰ δ ὃ μὰ C οἴδημα καταστᾶσιν, δάκρυον δ πολὺ ὑπερχέεται πολλῷ χρόνον, καὶ λῆμαι ἔωσι, τοῖσι μὰ ἀνδράσι βλεφάρων ἐκ ἔστω τὸ προσλέγειν. τῆσι δ γυναιξὶ, καὶ τοῖσι παιδίοισιν, ἕλκωσιν, καὶ τὼ βλεφάρων ἐκ ἔστιν. ἰὼ δ λῆμαι χλωραὶ καὶ πελιδναὶ ἔωσι, καὶ δάκρυον πολὺ καὶ θερμόν, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ καῦμα ᾖ, καὶ ἀπὸ τὸ κροτάφου ὀδυναὶ ἐς ⓜ ὀφθαλμὸν καταπίπτωσι. καὶ ἀγρυπνίη τουτέοισιν ὑπολήπτεται, ἕλκος ἀνάγκη γίνεσθαι ἐν τῷ ὀφθαλμῷ. ῥῆ- D τις δ καὶ ῥαγὰς ἔσται τ τοιούτου. ὠφελέει δ καὶ πυρετὸς ὑπο-λαμβανόμενος ἢ ὀδυνῇ, ἐς τὸ ὑσφὺν ἐπιπίπτουσα. προσλέγειν δ δὲ τούτοισι τὰ ἐσορώμενα, ἔς τε ⓜ χρόνον σκεπτόμενον, ἔς τε τὰ ἐκ τ ὀφθαλμοῦ ῥέοντα, ἐς τὰς προϊωδυίας τε καὶ ἀγρυπνίας. ἐπὶ δ καὶ ⓜ ὀφθαλμὸν οἷόν τε ἦ καταβλέψαι. ἰὼ μὰ οὐρεθῇ ἐρρωγὸς τε καὶ ὥσπερ τ ῥωγμῆς ἐκφέρεται ἢ ὀπὶς, πονηρὸν καὶ χαλεπὸν καθιδρύσαι. Εἰ δ καὶ σπε- E δὼν ἐπ' ἢ τῷ τοιούτῳ, τελέως ἄχρηστος ὁ ὀφθαλμὸς γίγ⁷. τοὺ δ' ἄλλους ὑπὸ τῶ ἤκεόντες τὰ χοῖα σκεπτόμενοι προσλέγειν, καὶ τὰς τε σπιδόνας καὶ βαθυτῆτας, ἀναγκαῖον κ τὴν ἰσχὺν τῶ ἑλκέων τὰς ὕλας γίνεσθαι. οἷσι μὰ οὖν ῥήγνυ⁷) ⓓ ὀφθαλμοὶ, καὶ μ, ἐκφέρουσιν ὥστε ἔξω τ ὀπὶν τ χώρης εἶ⁷), ἀδύνατοι ὠφελέεσθαι καὶ F χρόνῳ κ τέχνῃ εἰς ὃ βλέπειν. τὰ δ σμικρὰ μετακινήματα τ ὀπέων οἷά τε καθιδρύεσθαι; ἰὼ μήτε κακὸν ὑπολήμ⁷) μηδὲν, ὅ, τε αὖ ἄνθρωπος νέος ἦ. αἱ δ ἐκ τῶ ἑλκέων ὕλαι, οἷσιν αὖ μὴ κακὸν ἰὸ μὰ προσῇ, πᾶσαι οἴεσθαι ὠφθῆσθαι κ ὑπὸ τῶ χρόνων κ ὑπὸ τ τέχνης. μάλιστα δ αἱ νεώταται τε καὶ ἐν τοῖσι νεωτάτοισι τῶ σωμ⁵. τῶ δ χοίων. μάλιστα μὲ αἱ ὀπὲς βλάπτονται ἑλκώμεναι. ἔπειτα δ ὑπερφανὼ τ ὀφρύων. ἔσω δ κ ὅ, τι αὖ ἄχρηστα ἢ τούτων τ τόπων. αἱ δ κε- G ραι γλαυκούμεναι, ἢ ἀργεμφιδέες γινόμεναι, ἢ κυάνεαι, ὀ-δὲν χρηστόν. τουτέων δ ὀλίγαι ἀμείνους. ὀκόσαι ἢ σμικρότεραι φαίνον⁷). ἢ βυρύτεραι. ἢ γωνίας ἔχουσαι, εἶτ' ἐκ προσφασίων τοιαύτων γλοιάτο, εἶτ' αὐτόμαται, ἀχλύες, καὶ νεφέλαι, ⓒ αἰγίδες ἐκλεαίνονταί τε ⓒ ἀφανίζονται. ἰὼ μὴ τρῶμα τὶ

ὑπολυκαίνῃ τ μέλανος μείονι, εἰ πολλὸν χρόνον προσμένῃ, καὶ τραχεῖα τε κ παχεῖα, ⓒ μεμισόσεων ἐστὶ καταλιπεῖν. αἱ δ κρίσιες ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἔγραψα, οὕτω καὶ ἐνθάδε ἔχουσιν. ἀλλὰ χρὴ τὰ σημεῖα ἐκμαθόντα προσλέγειν. τὰς μὲν διαφορὰς τῶ ὀφθαλμῶν, ὅτῳ τὰ κάκιστα τῶ σημείων ὑπολήπται, τὰς δ πολυχρονίους τῶ ὀφθαλμῶν,

ὡς ἄλγε-

ὡς δ' ἔφαμεν ἐγγραπτέον ἐφ' ἑκάστοις. Τὰς δ' ὀλιγοχρονίους, ὅταν τὰ σημεῖα προφαίνῃ· τὰ δ' ἄριστα, τότε προλέγειν ἑβδόμης παυσαμένους, ἢ ἐγγὺς τούτων, καὶ ὅλως ἀσφαλὲς νομίζειν ἔχειν. Τὰς δ' ὑποστροφὰς προσδέχεσθαι, οἵαι ἂν ῥᾳστώναι γένωνται, μήτ' ἐν ἡμέραις κρισίμοις, μήτε σημείων ἀγαθῶν ἐπιφανέντων. Πρώτων δὲ χρὴ μάλιστα τὴν κατάστασιν τοῦ οὔρου, ἐν τοῖσι φλεγμονώδεσι ὀφθαλμοῖσι καὶ θυμοῦσθαι. Καὶ ὁ καιρὸς ὀξέος.

sima signa affuerint, velut in singulis descriptum est. Breues verò, vbi optima signa comparuerint, easque septimo die aut proximis diebus finiendas prædicere, ac alioqui in tuto esse existimare oportet. Quibus autem leuamentum adfuerit, si id neq; iudicatoriis diebus, neque cum bonis signis contingat, in iis recidiuæ metuendæ sunt. Imprimis verò in oculorũ affectibus vrinæ status in cõsiderationem adhibendus est. Occasio nanque præceps est & lubrica.

Ὀφθαλμοὶ δὲ λημώντες] Lippientium oculorum prædictionem instituit, ex tumoris, lachrymarum, ac pituitæ quæ in ipsis lippitudine videntur, tum qualitate, tum quantitate. Idq; eò fit, quod cùm ingentibus & variis casibus oculi nostri patere videantur, magnam partem ad vitæ simul & vsum & dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt. Hunc autem locum diserte Celsus totum expressit ac in vsum suum transtulit cap. 6. lib. 6. Protinus autem orta lippitudine, quædam notæ tum ex quibus quid euenturum sit colligere possimus. Nam simul ac lachryma, & tumor, & crassa pituita cœperint, si ea pituitæ lachrymæ mixta est, & ea lachryma calida est; pituita verò alba & mollis, tumor non durus, longæ valetudinis metus non est. Vbi aduertere licet non esse in omnibus Celsi codicibus legi (& ea lachryma calida est) pro, (neque ea lachryma calida est) vt ex Græco contexto & sequentibus ex aduerso his respondentibus manifestò patet. Deniq; λήμη, quæ sordes est lippientium oculorum & pituita concrescens, Celsus pituitam vertit, nos gramiam dicimus, quod sint gramiæ Nonio oculorum pituitæ. vnde gramiosi oculi dicuntur. Plin. cap. 13. lib. 25. Crethmos agrios gramias tollit oculorum impositus. Caluus hic pro ἐπαλλάττουσιν ἀπαλλάττουσιν aut ἀπαλλάττονται, legisse videtur sed ἐπαλλάξῃ hic successum & quid euenturum sit ostendit.

οἱ δὲ τὸ δάκρυον] Celsus. At si lachryma multa & calida, pituitæ paulum, tumor modicus, idque in vno oculo est, longum id sed sine periculo futurum est. Idq; lippitudinis genus minimè cum dolore est, sed vix ante vigesimum diem tollitur, nónunquam per duos menses durat, sed quandoque finitur.

πῶμα παῦρα δ' ἢ χεῖρον] Celsus breuissimè hoc totum complexus est. Si pituita alba & mollis esse incipit, lachrymæque miscetur aut si simul hæ oculum vtrunq; inuaserunt, potest esse breuior, sed periculum vlcerum est. Ex quibus cuiuis patet Celsum ὡς πρὸ δακρύου τε μίσγηται legisse, aut ὡς σὺν τῷ δακρύῳ pro δακπλῳ. Atque ea mihi germana esse lectio videtur, contra tamen omnũ quę adhuc videre licuit exemplarium fidem. Etsi publicata lectio quodammodo stare potest, vt ad digiti contactum pituita hæreat ac misceatur lachrymæ quo exploret an mollis sit & maturari cœperit. Vitiosus est autem Asulanus codex, qui ὑπικινδυνώτερον pro ἐπικινδυνώτερος legit. Oculos enim indicat vlcerum periculo promptè esse expositos.

λῦσαι δ' ξηραί] Sic Celsus. Pituita autem sicca & arida dolorem quidem mouet, sed maturius desinit, nisi quid exulcerauit. Tumor magnus si sine dolore est & siccus, sine vllo periculo est. Si siccus quidem, sed cum dolore est, fere exulcerat, & nonnunquam ex eo casu fit vt palpebra cum oculo conglutinetur. Eiusdem exulcerationis timor in palpebris pupillisve est vbi super magnum dolorẽ lachrymæ talæ calidæq; eunt, aut etiamsi tumore finito diu lachryma cum pituita profluat. Sic enim legendum censeo, non vt vulgata exemplaria habent (tumore infinito.) Hic enim κηθισὰν οἴδημα tumorem subsidentem & finitum vocat Celsus. Fit autẽ palpebrarum euersio lachrymis calidis, salsis, acribus diutius euntibus, pituitaq; sicca & arida cum tumore & dolore vrgente, & iugi exulceratione prægressa, supercrescente carne. Idque vitij genus ἐκτρόπιον Medicis dicitur. De quo agit Paulus lib. 3. & 6. & Aëtius lib. 7. cap. 71. ac Celsus lib. 6. cap. 7.

ὧν δὲ λῆμα χλωραί] Celsus sic expressit, Peius etiamnum est, vbi pituita calida aut liuida est, lachryma calida aut multa profluit, caput calet, à temporibus ad oculos dolor peruenit nocturna vigilia vrget, Siquidem sub his oculus plærunq; rumpitur, votumq; est, vt tantum exulceretur. Ex quibus manifestum vitium apparet, & in omnibus obtinuit exemplaribus. Nam pro calida pituita, haud dubiè pallida legenda est. Horum autem prædictionem adornant quæ scribuntur in Coacis Præsagiis, οἷον ἐφθαλμιῶσι κεφαλαλγίαι προσγίνεται, καὶ παρακολουθεῖ χεῖρον πολὺ, κίνδυνος τυφλωθῆναι. Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit diuq; perseuerat cæcitatis metus impendet.

ὠφελεῖ δ'] Celsus, Intus ruptum oculum febricula iuuat. In Coacis etiam, ὀφθαλμιῶντι ἀνδρὶ, πυρετὸς ὀπηνίκα λύσις. Lippitudine affecto suborta febris solutionem affert. Quæ de re illic scripsimus. Firmatus autem in lumbos dolor transpositi humoris ratione prodesse potest. sicq; per alium secedere, quomodo in Coacis dixit, αἱ παρ' ὀφθαλμοῖς ἐπαναστάσιες ἐν τοῖσιν ἀνακωχαῖς ἢ σπασμὸς, κοιλίῃ κατάρρησιν ποιοῦσιν. Erumpentes circa oculos eminentiæ, dum ægri ex morbo recreantur, prorupturæ alui spem faciunt. Vitiosa sunt autem exemplaria quæ ὀφρῦσι pro ὀφθοῖσι legunt. Quædam etiam manuscripta σπείζησα legunt.

ἡ ὄψις] ὄψις id quo cernimus indicat & pupillæ foramen quod videndi aciem effundit, & per quod spiritus visorius viam facit, & acies ac videndi facultas proficiscitur, indeq; pro pupilla sumitur Tullio libr. 2. de Natura Deorum. Sic rufo ὄψις κόρη dicitur, & quod in oculo medium cernimus. Idem quoque alias scribit, κόρας τὰς ὄψεις dici, vel vt aliis placet, ὄψιν μὲν ἣν ἕλκομεν.

ἀνακαῖον μὲν] Interpretes γὰρ legisse videntur, quod optimè quadrat, contra tamen omnium exemplarium fidem.

οἷσι μὲν ἂν ῥήγνυται] Celsus. Si foras iam ruptus procedit, sine auxilio est.

πᾶσαι οἵδαι] οἷαί τε legunt exemplaria duo Regia manuscripta.

αἱ ὄψιες] Hic pupillæ aciem dixi, pupillæ foramen vnde cernendi potentia & spiritus visorius effunditur, intelligens, speciẽ non ineptè Caluus vertit, esseq; videtur quam γλαύκωμα Rufus vocat. Exulceratus autem locus is le insignem ac præcipuam noxam facit cùm omnem videndi potentiam effundat. Exemplaria autem quædam ἑλκώμενοι pro ἑλκούμεναι legunt.

Τούτων δὲ τόπων] Vitiosa sunt exemplaria manuscripta quæ τρόπων legunt.

αἱ δὲ κόραι γλαυκώμεναι] Hoc loco natiua oculorum temperies non instituitur, sed de offensionibus oculorum & iniuriis externis agitur, à quibus offensæ pupillæ glauescunt, aut argenteum colorem, hoc est lucidum & albidum assumunt, ὁ densato & reficcato humore crystallino, aut eo humoris aquei impuritate & copia obtenebrato, cæruleæ fiunt. Glaucedo igitur est humoris crystallini in glaucum transmutatio, quæ aut illius contractione & densatione fit, aut humorũ affluxu eius albedine & splẽdore obiecto & effulcato. Sic enim recentiores apud Paulum hæc crystallini humoris vitia ab humiditate proficisci statuũt. Quę certè etiã huic loco in quo maxima est fluxionis humorum in oculos actio competere videntur. De glaucis verò oculis & eorum attributionibus & causis, multa à nobis ex Galeno & Arist. dicta sunt Com. in lib. 2. epid. Hic autẽ pupillæ vitiũ γλαύκωσιν aut γλαύκωμα intelligit. Est autem γλαύκωσις τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ εἰς λευκὸν ἢ ὑδατώδη χροιὰν μεταβολή, δι' ἣν τὸ βλέπειν κωλύεται, Authori definit. Medicarũ, hoc est, humoris crystallini in album & aqueum colorem mutatio, à qua visus impeditur. De ea etiam agit Gal. lib. 10. de vsu partium. De glaucomate vero Paulus lib. 3. & Aëtius lib. 7. & Gal. Com. ad aphor. 31. lib. 3. & nos fusissimè in nostra Œconomia.

Τούτων δ' ὀλίγον ἀμείνους] ὀλίγῳ pro ὀλίγον legunt exemplaria publicata. Hoc vero vitium συγχυσις ὀφθαλμοῦ Græcis dicitur, & insignia vulnera aut vuea tunicæ inflammationem sequitur, vt scribit Aëtius lib. 7.

ἀχλύες] ἀχλὺς autori Isagoges est vitium in nigro oculi & cicatricula à superficiaria exulceratione contracta. Sic enim definitur, ἀχλύς ἐστι καθ' ὅλον τὸ μέλαν διὰ ἕλκώσεως ὑποπαλαιᾶς ἀεὶ λεπτοτάτη ἀεὶ ἀχλυώδης παράπλησία. Aëtio autem ἀχλὺς ὑποπαλαιός ἐστιν ἕλκωσις ὅλη τοῦ μέλανος γιγνωμένη, παράπλησία ἀχλυώδει ἀεὶ τῷ χρώματι κυανῷ πολλῷ τόπον ἐπεχούσῃ τοῦ μέλανος. ὅταν δ' ὅλη ἡ κόρης γλύπτηται ῥᾳδίως ὁρᾶσι. ἀχλὺς est superficiaria vlceratio in oculi nigro orta, aëri caliginoso affinis, colore cæruleo, magnam nigri partem occupans. Cum vero in pupilla extiterit, non faciè videt.

νεφέλαι] νεφέλιον δέ ἐστι ἕλκος ὑποπαλαιὸν μικρῷ πλείονος ἀχλύος καὶ λευκόν Autori Isagoges, h. e. vlcus superficiale & argemo paulò maius ac albũ. Aëtio vero νεφέλιον καλεῖται τὸ ὅλῃ τῷ μέλανος βαθύτητος ἡ ἀχλύος ἕλκος καὶ μικρότερον, τῇ δὲ χρόᾳ λευκότερον. Nubecula vocatur vlcus in

nigro caligine profundius ac minus, & colore albius. Paulo autem lib 3. νιφέλιον vt hic quoque inter summas & superficiarias oculorum cicatrices accensetur. A

αἰγίδες] αἰγίδες hic dicuntur subalbicantes cicatrices ex acrioris in oculos pituitæ affluxu cõtractæ, vt ex Galeno ἐν ταῖς γλαύκωσις patet in dictione ἀγλίη, etsi in Coacis aliud quid significant. Qua de re in Coacis Præsagiis plura adscripsimus, huiusq; loci mentionem iniecimus. Dicuntur autem αἰγίδες forte ὡσεὶ τὸ αἰγίζειν, quod Hesychio δέρασθαι dilacerare significat. Cal. hic αἰγίδας stillas lucidas fulgentes interpretatur, Varinum fortè secutus, qui ἀποσίλψις τῆ ὀφθαλμῷ esse scribit. Sed certè hunc locum mirè perturbauit cum ista superioribus iunxit, adeo vt ne germanus authoris sensus ex eo erui possit.

πτερύγιον] Vnguis, quod πτερύγιον Græci vocant, vt membranula neruosa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoq; peruenit, eique officit, vt scribit Celsus lib. 7. cap. 7. Author quoque Isagoges πτερύγιον esse dicit, ὅταν ὑπὸ πλέον ἐλκωθέντος καὶ ὑπερφαρκώσαντος τὸ λευκοῦ, ὑμὼ λεπτὸς καὶ νευρώδης ὑπὸ ῥάμνη τὸ ὀφθαλμὸν ἀφ' ὑγροῦ ἀπὸ πυγῆ ἕως καὶ θῶν, ἕως τὸ μέλανος καὶ τ κόρης ἐφάπτηται. Vnguis est in albo oculi vltra modum exulcerato & carne impleto, membranula tenuis & neruosa ad oculum excurrens, ab angulo exoriens donec ad nigrum & pupillam pertingat. Sic enim κόρης potius quam κορυφῆς legendum existimo, ex Paulo & Aëtio, contra omnium codicum & interpretum fidem. Caluus porrò contrarium planè sensum sibi affinxit. B

ἐπιφάλψις] Exemplaria omnia tum scripta, tum publicata, vitium retinent, cum ἐπιφάλαψις indubitata fide legendum sit, vt patet ex Gal. ἐν ταῖς γλαύκωσις. Illic enim ἐπιφάλαμψις explicatur ἡ ἐν τῷ μέλανι τ ὀφθαλμῷ ὑπολάμπουσα ὑλή, διὰ τὸ ἰσχυρὰ παχύτερα εἶναι τ αἰγίδος, in oculorũ nigro splendicans cicatrix, eò quod paulò crassior sit quam quæ ægis dicitur. Neq; enim video cuinam loco aptius accommodari possit. Quod etiam recte vidit Cornarius, non est autem assecutus Caluus. Celsus vero hunc locum aliqua ex parte sic expressit. Si de nigro aliquid albidum factum est, diu manet. At si asperum aut crassum est, etiam post curationem vestigiũ aliquod relinquit. Sic enim legendum esse vel ex hoc loco patet. Quod ad literam attinet, ὑπολευκαίνῃ τὸ μέλανος μᾶλλον ἢ, ἢ πολὺ χεῖρον ἐπιφαίνῃ, &c. lego ex codicibus integrioribus. Quam lectionem etiam secutus est Cornarius.

παὶ ὃ πολυχρονίους] Integriora exemplaria manuscripta παὶ πολυχρονίους habent. C

τότε σφαλερόν] Sic fere omnia exemplaria tum publicata, tum scripta, & hanc lectionem secuti sunt interpretes: π, π tamen mihi magis placet ex scripto eoque fidelissimo codice, quem secutus est Morelius.

παὶ ὃ ὑποσρεφὰς] Caput est totius iudicij disciplina celeberrimum, quod præcipuè febribus accommodatur ab Hipp. in Progn. aph. & Coac. Præsagiis. τὸ γὰρ ἀλόγως ῥᾳδιωνῆσαι φιλυπόσροφα. ἄλλον δ' ὅτι ταῦτ' ἀλόγως ῥᾳδιωνῆσαι λέγεται αὖ (vt scribit Gal. ὅθ' μήτε μῆ σημείων λυτηρίων μητε ἐν κρισιμοις ἡμέραις ἔδοξε πεπαῦσθ. παὶ πάντων ὃ χεὶ μάλιστα] In oculorum affectibus vrinæ statum adhiberi vult, vt pleniori institutur prædictio non secus ac in pleuritide & peripneumonia, in Coac. Præsagiis, etsi inde propria affectus cognitio peti non possit aut debeat. ὑποστάσιν vero pro κατάστασιν legunt exemplaria quædam, quod vidit etiam Caluus.

At tormina ea quidem omnia mala sunt, si cũ febre quidem inuadunt, aut variis alui recremẽtis, aut iecoris inflãmatione, aut præcordiorum, aut ventris, aut quæcunq; dolorib. cruciant, aut cibos cohibent, sitimq; inferũt. Ac celerrimè is perit, quem maxima pars horum malorũ occupat. Huic vero plurimũ inest spei, cui horum paucissima adsunt. Isq; morb. præcipue pueros à quinto anno perimit, & qui eum superát ad decimum vsq;, cæteræ ætates tutiores sunt. Vtilia autẽ tormina sunt quę his malis nõ affligunt. At vbi sanguis & strigmenta per aluũ reiecta fuerint, septimo die desinunt, aut decimoquarto, aut vigesimo, aut quadragesimo, aut intra hoc tempus. Huiusmodi nanq; deiectiones etiã eos qui ante fuerunt in corporib. morbos tollunt: inueteratos quidẽ spatio temporis maiore, recentes vero etiam paucis diebus leuare possunt. Siquidẽ & prægnantes ipsæ etiã plærunq; ad partum supersunt, & ex partu, fœtumq; cõseruant, etiamsi per multos menses sanguis & strigmenta per aluum secedant, nisi si dolore affligãtur, aut aliquod ex malis signis quæ in difficultatib. intestinorum adesse scripta sunt, accesserit. Quod si horum aliquod adesse visum fuerit, & fœtui perniciem, ac prægnanti periculũ denunciat, nisi post fœtus absolutionem, aut secundarum dimissionem, ipsa tormina eodem die, aut non multo post, cessauerint.

Αἱ δυσεντερίαι, ξὺν πυρετῷ μὲν ἢν ὑπάσωσι, ἢ πρὸ λοιμοί τε διαχωρήμασιν, ἢ ξὺν φλεγμονῇ ἥπατος, ἢ ἐντερο- D
χονδρίου, ἢ γαστρὸς, ἢ ὅσαι ἐπώδυνοι, ἢ ὅσαι τ σιτίων ἀπολαμβάνουσιν, δι-ψαν τε παρέχουσιν, αὖται μὴ πᾶσαι πονηραί· ᾗ ὃς ἂν πλῆσα ἔχῃ τούτων τ κακῶν, παχέα ἀπόλλυται. ᾧ δ' ἂν ἐλάχιστα τ τούτων παρῇ, πλῆσαι αὐτῷ ἐλπίδες. ἀποθνήσκουσι δ' ὑπὸ τούτης τ νόσου μάλιστα παιδία τὰ πενταέτεα, καὶ γηραιτερα ἢς τε τὰ δεκαέτεα. αἱ δ' ἀνδραπλικίαι ἥκιστα. ὅσαι δ' τ δυσεντερικῶν, λισιτελέες, τὰ μὲν κακὰ τοῦ
δὲ ἐμποιέουσιν. αἷμα δ' ἢν ξύμμικτα διαχωρήσωσι, ἐπαυ- E
τὰ, ἢ ἑβδομαῖα, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖα, ἢ εἰκοσταῖα, ἢ τεσσερακοντήμερα, ἢ ἐντὸς τούτων τ χρόνων. τὰ τοιαῦτα γὰρ διαχωρήματα καὶ ἀπαλλαγαὶ παρέσθον ἐν τοῖσι σώμασι, κοσμιωτέρας ὑγιείας μὲν πρόσθεν, ἢν πλείονι χρόνῳ. τὰ δὲ νεώτερα, ὅσα δὲ καὶ ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσιν ἀπαλλάσσει. ἐπεὶ καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσαι καὶ ἀοῦσαι παραγίνονται, μᾶλλον ἐς F
τόκους τε καὶ ἐν τῷ τόκῳ, ἢ τὰ ἔμβρυα διασώζουσιν, αἵματός τε καὶ ξυσμάτος διαχωρεόντων, καὶ πολλοῖς μῆνας, ὡς μάλιστα δοκῇ ἀὐτῆσι τροφὴ, ἢ ἄλλοθι τ πονηρῶν ὧν ἔχουσα σημεῖα ἐν τοῖσι δυσεντερίοισι, ὑπερίζει. εἰ δὲ πείνων ἐπιφαίνοιτο, τῷ τεκοῦσῃ ὀλεθρον σημαίνει. καὶ τῇ ἐχούσῃ κίνδυνον, ὡς μὴ μετὰ τὸ ἔμβρυόν τ ἀπο-

φθύσιν, ἢ τὸ ὑστέρου τ ἀπόλεσιν, ἢ δυσεντερίη παύσηται αὐθημερόν, ἢ μετ' ὀλίγον χρόνον.

αἱ δυσεντερίαι] Corn. Celsus hunc locum sic expressit cap. 8. lib. 2. Deiectiones quoq; si febris accessit, si inflammatio iecinoris, aut præcordiorum, aut ventris, si immodica sitis, si longius tempus, si aluus varia, si cum dolore est, etiam mortis periculũ subest, maximeq; si inter hæc tormina vetera esse cœperunt. Reliqua quæ hic deficiunt, Celsus ex lib. περὶ παθῶν mutuatus est. Cæterum tenuibus intestinis exulceratis, dolores circa vmbilicum consistunt, bilioſa & porracea atque omnino variegata per aluum excernuntur, stercori commixta, citra tamen ramentorum complexum, cum torminibus & mordacitate, desperationeque: ac exolutione, vt non procul ægri absint ab animi deliquio, siti quoque infestantur ac febricitant. Atque ea sunt pernicioſissimæ dysenteriæ signa ex Aëtio. G

ἢ ὅσαι τῶν σιτίων ἀπολαμβάνουσιν] Nouè dictum est σιτίων ἀπολαμβάνειν, pro αὐορέκτους & cibos fastidientibus, velut antea Prorrh. 1. ἀπολελαμμένα σῖτα, intercepti cibi & cohibiti, & pro iis qui ciborum admotione excluduntur, ponuntur. Sic enim explicat Gal. ὅτερ καὶ σίτων ἀπολελαμμένων, ὧν ἐφεξῆς ἐμνημόνευσεν, ἔνιοι μὲ τοὺ ἀνορέκτους φασὶν εἰρῆσθ γρᾶν. ὡς εἰ καὶ ἀποκεκλεισμένους εἰρηκὲ τ τ σιτίων προσφορᾶς. ἀποσιτίαι autem & ciborum fastidia in diuturnis intestinorum difficultatibus, præsertim cum febre, pessima ex aph. 3 lib. 6. Cælius quoque in ieiuni intestini exulceratione, sitim multam, nauseam, vomitum, à cibis auersum animum, ac febres malignas, deniq; præsens periculum adesse testatur.

ἀποθνήσκουσι δ'] Celsus. Isque morbus maximè pueros absumit vsque ad annum decimum. Cæteræ ætates faciliùs sustinent. Item, prodestque in hoc morbo, si iam ætate aliquis processit. Aëtius pueros ab vlcere depascente ac serpente magis opprimi scribit, ad ætatis vigorem. Eos autem qui in ætatis vigore sunt constituti, sanguinis eruptioni magis esse obnoxios. Seniores quoque à fluxionibus promptiùs lædi. H

τὰ μὲ παλαιότερα] Exemplaria manuscripta duo ἐν πλείονι χρόνῳ legunt, reliqua ἐν πλείονι χρόνῳ. Hic verò agitur de dysenteria quã

he-

A hepaticam & cruentam vocat Gal. lib. 6. de loc. aff. & Com. 4. in lib. de art. & quæ interdum salutariter plurimos iudicat morbos. Aut certè id excretionis cruentæ genus subindicatur, quod proprio nomine caret, & à Paulo libr. 3. sub dysenteria comprehenditur: In quo melancholicus & splendescens sanguis reiicitur, (vt scribit Galen. libr. 6. de Sympt. Caus.) & bile flaua vel atra permixta, propter acrimoniam venarum orificia stimulata referantur, ac plærunq; iudicatorie nigra & pici quidæ humida salutariter egeruntur, vt scribit Gal. lib. de atra bile & libr. 6. de loc. aff. idque in dies experimur in opere faciundo medico.

ἐπὶ ἀγὸν γαστρὶ ἔχουσαι] Hunc totum locum sic expressit Celsus, Acria tormina quidem periculosa non sunt, si sanguis & strigmenta descendunt, dum febris cæteræq; accessiones huius morbi absint, adeo vt etiam grauida mulier non solum retineri possit, sed etiam partum reseruare. In quibus verbis vitium mihi subesse videtur, cùm non agatur hic de veris torminibus aut germana dysenteria, quæ & prægnanti plurimum officit, atq; etiam si ipsa conualuit, fœtum tamen perdit, vt postea scribit Celsus: neq; alias ferè soleat acria tormina dysenteriam vocare, etsi crebra tamen incidit mentio: Tum quòd non videantur acria dici debere tormina, quæ absq; febre, dolore, cæteris q; grauibus symptomatis inuadunt. Legendum igitur existimo, Ac ea tormina, pro acria, B contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem.

ἢ ἄλλο τι τῶν πυρετῶν] Hæc syncera est & germana lectio. Vitiosa vero exemplaria cum Asulano quæ legunt, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πυρετῶν ἐγγραφὰ σημείων τῶν ἐν τῇσι δυσεντερίῃσιν ὀδηγιῶν.

αἱ δὲ π κοιλίαι διαφαίνονται] Celsus sic de torminibus ac dysenteria agens. Mulier quoque grauida eiusmodi casu rapi potest, atq; etiam ipsa si conaluit, partum tamen perdit. Et ex aph. 34. lib. 5. Mulieri grauidæ sine nodo fuit aluus citò partum, vt fit.

Αἱ δὲ λεπτότητες, ξυντεῖναι μὲν καὶ πολυχρόνιοι, καὶ παρ' ὥρην ξυὼ φοιτῶσί τε καὶ αὖθις ὑφῶν ἐκταράσσουσαι. καὶ ὁμοίως νυκτός τε καὶ ἡμέρης ἐπικείμεναι, C τὸ διαχωρήματος ὑπόπαχυ, ἢ ὠμοδιερρεῖς, ἢ μέλανός τε καὶ λεῖου, καὶ δυσώδεος. οὖσαι μὲν πᾶσαι πονηραί. καὶ γὰρ δίψαν παρέχουσι. καὶ τὸ πόσιμον οὐκ ἐς τὴν κύστιν τρέπουσι, ὥστε διαβρέεσθαι. καὶ τὸ στόμα ἕλκωδες, καὶ ἐρυθρὸν ἐξανθοῦσι, ὅπερ τοῖσι προσώποισι πολέεσσι. καὶ ἐφηλίδας πυρρὰς χρώματα ἔχουσαι. ἅμα δὲ καὶ γαστρὸς ἀπόξυσίς τε D καὶ ἀνωμαλίας ἀποδεικνύουσι, καὶ ῥυπαρὸν τὸ δέρας. οὐ δὲ τὴν πόσιν, ἐδητύν τε ἀδύνατοι γίνονται ἢ αἰσθέσθαι, καὶ τῇσι πεισόδοισι χρῆσθαι, καὶ τἄλλα τὰ προσαιτήματα πολεῖ. τὸ δὲ νούσημα τοῦτο δεινότατον μὲν τοῖσι προεσβυτέρησιν. ἰσχυρὸν δὲ καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν. τῆσι δὲ ἡλικίῃσι ἡλικίησι πολλὰ ἄπιστον. ὅς γε δὲ μήτε ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν ἔστι ταύτῃσιν ἦσι φυεῖ, ἔστω τ' νοσήματος τοῦτο κακῶς ἀφιέπεσθαι, ἐλάχιστα τε τὴν σημείωνεῖς τὴν πονηρῶν ἀ ἔχαλα εἶ, ἀσφαλέστατα ἂν ἔχειν ἔστ. θεραπείης δὲ προσδεῖται ἡ νοῦσος αὕτη, ἐς αἰ τε, τε οὖρα χωρέηται τὸ πιεμφύου χυλὸν, καὶ τὸ σῶμα τὴν σιτίων εἰσιόντων αὔξηται. καὶ τὴν χρειῶν τὴν πονηρῶν ἀπαλλαχθῇ.

Læuitates autem intestinorum, assiduæ quidem & multo tempore perseuerantes ac omnibus horis, & cũ strepitu, & sine hoc exturbatæ, & similiter noctu & interdiu affligentes, si quod excernitur valde crudum est, aut nigrum & læue, ac mali odoris, eę quidẽ omnes malæ sunt. Nam & sitim exhibẽt, neq; potionem per vrinam reddunt, quod in vesicam non descendat, os exulcerant, & elatum faciei ruborẽ, eiusque cutis vitia omni colorũ genere distincta (ephelidas vocant) excitant, simulq; ventrem quasi fermentatum, sordidum, ac rugosum efficiunt. Ex quibus aut cibum capere, aut deambulare ad res obeundas nequeunt. Morbus hic seniores grauissimè infestat, quin & viros vehemẽter affligit, cæteras vero ætates multo minùs. At qui eas ętates quas ab hoc morbo malè affici diximus, non attingit, & paucissima signa habet quæ mala esse scripta sunt, is securissimè constitutus est. Curationem autẽ postulat hic morbus, quoad & vrina pro potionis modulo feratur, corpusque cibos ingestos sentiat, & vitiosum cutis dolorem deponat.

αἱ δὲ λειοντηρίαι] Celsus cap. 8 lib. 2 hunc locum sic expressit, vitiosè tamen legitur omnibus in exemplaribus. At intestinorum læuitas periculosior est, si frequens deiectio est: si venter omnibus horis & cum sono, & sine hoc profluit: si similiter noctu & interdiu. Si quod excernitur aut crudum est, aut nigrum, & præter id etiam leue & mali odoris sit: si flatus vrget, si post potionem vrina non redditur, quod euenit, quia tunc liquor omnis non in vesicam, sed in intestina descendit, si os exulceretur, si rubet facies, & quasi maculis quibusdam colorum omnium distinguitur, si venter est quasi fermentatus, pinguis atque rugosus, si & cibi cupiditas non est. Inter quæ cum euidens mors sit, multo euidentior est, si iam longum quoque id vitium est, maximeq; si etiam in corpore senili est.

ὠμοδιερρεῖς] In læuitate intestinorum cibi secedunt inconfecti, liquidi & crudi, & nihil immutati vt scribit Galenus, σπανίως ἀπεπτα ἐγχέ, vt scribitur lib. περὶ παθῶν. Et hic quoque (scribit Celsus cap. 6. lib. 4.) intestina nihil continere possunt, & quicquid assumptum est imperfectum protinus reddunt. Qua ex causa cibum non sentiunt, & malum corporis habitum acquirunt (Actius cap. vltim. lib. 9.

ἢ τὸ πολὺν ὑπὸ εἰς τὴν κύστιν] Huius rei causam reddit Celsus, quod liquor omnis, non in vesicam, sed in intestina descendat. Ventris nanq; humore vna cum ciborum reliquiis exeunte, aluus quidem humidior fit, atque ideo plura deiicit, vrina vero paucior redditur, vt scribit Gal. Com. ad aph. 83. lib. 4. Id quoque in Cholera morbo contingere scribit Aretæus, ἀλλ' οὐδὲ ὧδε ἀλίζεται τοῦτ' ἐς τὸ ἔντερον τὸ ὑγρὸν μετεχεπύσεως.

γαστρὸς ἀποξύσεις] Fermentatum ventrem ex Celso diximus, quod est in tumorem sublatum, aut scabie & pustulis exasperatum corrugatum, quæ omnia ex succorum prauitate & humorum acrimonia contingunt, vnde & atrophia & cacochymia, deinde, etiam corporis totius tabes ac extenuatio, & hydrops, ad intestinorum læuitatem succedunt, vt scribimus in Coacis Præsagiis. Quin & squalidus ac rugosus venter ex scabritie, & asperitate, aut siccitate, propter iam confirmatam cachexiam aut succorum corruptelam redditur, vnde etiam κνησμὸς & cutis prurigo ob humorum acrimoniam & mordacitatem in Coacis annotatur. Satis autem patet Celsum λειοδὰς pro ῥυπαδὰς malè legisse. Ac videtur lectio innouata & intolens ἀποξύσεις γαστρὸς. sic haud scio an locus sit integer, & num rectius ἀποξύσεις pro ἀποξύσεις, aut ἀποξύσεις rectius legi debere facili lapsu subspicandum sit, & locum illum a Galeno in Exegesi indicari, cum ἀποξύσεις τῆς γαστρὸς dici hoc in Prorrhetico scribit, & πεπιεσμένα aut ἀποτεταλμένα significare, hoc est ventres resiccatos, extenuatos, compressos & contractos. Quod ne vspiam quidem hoc in Prorrhetico aptius quam huic loco quadrat. Vbi etiam pro ἀποξύσεις quidam ἀποξύσεις legunt, vt & ἀποξύρα dicuntur Hippocrati libr. de fract. membrorum partes extremæ in acumen tenuatæ: vbi etiam ἀποξύρα quidam legunt, veluti derasa, decisa. Cæterum vitiosa sunt exemplaria quæ λειόπαθα pro λειόπους legunt.

διαχωρήσιος δὲ ἀποδεῖται] Celsus. Contra, intestinorum læuitas faciliùs à teneris ætatibus depellitur, vtique si fieri vrina, & alii cibo corpus incipit. Etsi verò fieri vrina, vt facere vrinam, eleganter & popularitèr dicitur, ferri tamen pro reddi tolerabilius est, quod χωρέεσθαι hic ponitur. In longis autem & perseuerantibus intestinorum læuitatibus, ex succorum prauitate alimoniam defraudante, corporis extenuatio ac malus habitus sequitur: vnde agri cibum non sentiunt, decolorantur, & tandem tabescunt, vt patet ex lib. περὶ παθῶν & Coacis Præsagiis.

Reliqua alui profluuia quæ ſine febre ſunt, & paruo tempore durare,& mitia eſſe ſolent. Aut enim elota,aut ſua ſponte deſinent.Ceſſaturum autem alui ſeceſſum denuntiaueris,vbi contrectato manu ventre nullus motus ſuberit, & ad extremam deiectionem flatus prodierit.Sedes autem procidit, viris quidem,quibus ora venarum ſanguinem fundunt (hæmorrhoidas vocant) & alui fluxus corripit,pueris quoq; calculoſis,& in diuturnis ac ſynceris inteſtinorum difficultatibus, ſenibus verò quibus mucoſæ quædam concretiones affixæ ſunt.

Αἱ δὲ ἀλλαι δίαῤῥοιαι ὅσαι αὐτὸ πυρετῶ, καὶ ὀλιγοχρόνιοί τε & βύσσες. ἢ γὰρ καταυιφθῆσαι πεπαύσονται, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀυτοματου. τὴν δὲ ἔξοδον ὀρθὴν χρὴ παύεσθαι τὴν κατέξοδον, ὁτὰν τῆς τε χρόνῃ φαύοντι τὰ γαστρὸς, μηδεμία κίνησις κατῆ. καὶ φῦσα διέλθῃ, ὅτι τελευτῇ τὸ διαχωρήματος. Ἕδραι δὲ ἐκτρέπονται, ἀνδράσι μὲν, οἷς αἱ δίαῤῥοιαι λάβῃ ἔχοντας αἱμορροΐδας. παιδίοισι δὲ λιθιῶσί τε καὶ ἐν τῆσι δυσεντερείῃσι τῆσι μακρῆσι τε καὶ ἀκρήτοισι. γεροντικοῖσι δὲ, οἷς αἱ τοιαῦται πήγματα μύξης ἐνῇ.

A

B

αἱ δὲ ἄλλαι διάῤῥοιαι] Celſus hinc locum ſic exprimit.Ipſa autem deiectio ſine vlla noxa eſt, quæ ſine febre eſt,ſi celeriter deſinit, ſi contacto ventre nullus motus eius ſentitur,ſi extremâ aluum ſpiritus ſequitur. Verùm exemplaria vitioſè contracto ventre legunt pro contrectato. Idem quoque cap.19.lib.4. Sed vno die fluere aluum ſæpe pro valetudine eſt,atq; etiam pluribus, dum febris abſit,& intra ſeptimum diem id conquieſcat. Purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat vtiliter effunditur, verùm ſpatium periculoſum eſt. Vitioſa ſunt autem exemplaria manuſcripta quæ φαύοντα pro φαύοντι legunt.

ἢ γὰρ καταυιφθεῖσαι] Sic legunt omnia quæ adhuc licuit videre exemplaria, & ablutum alui fluxum aut excocto lacte deterſum ac perpurgatum ſignificant. Sic enim alui fluentis curationem edocet lib.περὶ παθῶν. διαχωρέουσαν δὲ ἢν πολὺ κοιλίῃ γάλακτι ἐφθῷ. Veteres quoque alui fluxione laborantibus lac bubulum ac caprinum recens mulctum & excoctum propinabant,in eoq; fluuiales ſilices ferrique laminas igne candefactas extinguebant, vt ex Philumeno patet apud Aëtium. Eiuſmodi lac πεπυρωμένον γάλα dicitur lib. 7.Epid.in Eratolai puero, & γάλα ἐφθὸν lib. περὶ παθῶν,vt & γαλακτοφόβης Cœlio Aureliano.Caluus καταυιστευθεῖσαι,aut νικησαι καθισᾶσαι legiſſe videtur,cùm inedia remoratas fluxiones vertit. Inedia nanque impetum ventris ſiſtit,in eoque non ſolum à cibo, ſed etiam C à potione abſtineri vult Celſus.

ἕδραι δὲ ἐκτρέπονται] Sedes procidit ac extra anum rectum inteſtinum prolabitur,affectis muſculis aut neruis,vt membranis alligantibus. Oritur autem vitium aut laxatis neruoſis corporibus,aut imbecillioribus ob nimiam mollitiem & humiditatem, vt in pueris; aut intemperiem aliquam frigidam. Interdum ob magnum adnixum in reddendis alui excrementis,aut iis acrioribus,vt in dyſenteriis & teneſmis. Interdum quoque ob inflammationem obortam,vt ſcribitur libello de fiſtulis. Ibidem quoque à pituita aut bile ad rectum inteſtinum decumbente & affixa, hic morbus fieri ſcribitur,quas hic mucoſas concretiones affixas aut agglutinationes vocare videtur, quales in ſenibus frequentes eſſe ſolent.,Celſus mucoſo humore circumdatum anum vocat cap.18.lib. 6. Ad anum autem prolabentem ſcribuntur remedia ab Hipp.libr.de fiſtulis & Gal.lib.9. περὶ πρ. Celſ.cap.18 lib.6. Paulo libr. 3. & Aëtio lib.14.cap.7.

At mulieres quænam magis aut minus vterum geſtare ſint idoneæ,hûc in modum æſtimare licet,imprimis quidem in formas intuendo. Paruæ nanque grandioribus ad conceptum præſtant, tenues craſſis, candidæ rubris,nigræ liuentibus.Præſtant item quibus venæ extant,iis quibus minimè apparent. Quinetiam grandiori natu exuberans carnis moles, malo eſt: mammæ autem turgidæ & magnæ probantur. Atq; iſta quidem viſui ſunt expoſita. At ſciſcitari oportet num menſtrua ſingulis menſibus appareát,& num ſatis idonea copia,& an boni ſint coloris,æquali copia in ſingulis temporibus,& ratis menſium dieb. effluant,quod quidem optimum eſt.Locus verò cõceptui idoneus,quem ſanè vterum nominamus, ſanus eſſe,& ſiccus, & mollis debet,ac neque contractus,neq; procliuis,neq; ore diſtorto aut compreſſo, aut diducto. Etenim quicquid horum contigerit conceptum fieri impedit.

Τῶν δὲ γυναικῶν ὅσαι μεῖζον ἢ ἦσαν ἐν γαστρὶ λαμβάνῃ πεφύκασιν ὧδε καταστήσεσθαι. χρὴ σκοπεῖν μὲν τὰ εἴδεα. σμικρεά τε γὰρ μείζοσιν ἀμείνονες ξυλλαμβάνῃ. λευκαὶ παχέῃσι, λευκαὶ ἐρυθρῇσι, μέλαιναι πελιδνῇσι. φλέβας ὅσας ἐμφανέας ἔχουσιν, ἀμείνονες, ἢ ὅσῃσι μὴ καταφαίνονται. ὄγκια δὲ ὀπίσθιον ἔχειν χρὴ σὺν πονηρόν. μαζοὺς δὲ ὀγκηρούς τε & μεγάλους, ἀγαθόν. ταῦτα μὲν χρὴς τῇ ὄψει δῆλα ἐστί. σκοπεῖσθαι χρὴ & περὶ τὴν καταμηνίων, ἢν πρόῤῥας φαίνονται. καὶ ἢν πλῆθος ἱκανόν. καὶ ἢν δύχροά τε καὶ ἴσα ἐν ἑκάστοισι τῶν χρόνων, καὶ ἐν τῆσιν αὐτῆσιν ἡμέρῃσι τῶν μηνῶν. ὅτω γὰρ ταῦτα γίνεσθαι ἄριστον. ὃ δὲ χωρίον ἐν ᾧ ἡ σύλληψίς ἐστιν, ὃ δὴ μήτρεων ὀνομάζομεν, ὑγιὲς τε χρὴ εἶναι, καὶ ξυρὸν, & μαλθακὸν & μήτ' αὐχμηρὸν ἦμεν, μήτε τραχύτερες, μήτε δὲ σῶμα αὐτὸ ἄπρες ἐάφθω, μήτε ξυμμεμυκέτω, μήτ' ἐκπεπτωλήθω. ἀμήχανον γὰρ ὅ, τι ἂν ἢ τῶν τοιούτων κωλυμάτων σύλληψιν γίνεσθαι.

Γ

τὴν δὲ γυναικῶν] Ad generis propagationem,quæ omnium animos natura duce perſuaſit,plurimum conducit fœcunditatis ac ſterilitatis dignotio, ſummaque artis Medicæ pars eſt conceptus procuratio.Vt ergo ad hanc rem rectè inſtituatur prædictio, primum mulieres ad procreandum habiles aut ineptæ præuidendæ ſunt,deinde conceptum impedientes aut remorantes cauſæ auertendæ & expugnandæ. Quod quidem ab Hippocrate diligenter eſt factitatum in tota muliebrium morborum tractatione, & libris περὶ ἀφόρων,& περὶ γυναικείας φύσιος,& περὶ διεκυησίος.Quod autem ad mulierum formas attinet,eæ ad concipiendum idoneæ ſtatuuntur, quæ corporis habent proceritatem moderatam,lumbos latos & ſuperiorem ventrem,nates eminentes, pectus anguſtum,mammas amplas,quæ neq; viragines,neq; corporis habitu denſo,aut duro præditæ ſunt,neq; contra humecto ac languido,neque alui fluxione aſſidua laborant,ſed & recta ratione & læta mente fungantur,vt ſcribit Aëtius.

ξυρίμματα] ξυρίμματα] vocat duras humorum concretiones & collectiones, aut tubercula, & quas συρφετὰς dicunt. Galenus φύματα καὶ σκληρίας explicat. Celsus humoris coitum omnem vocat. fiunt etiam in coxariis tofi seu calli, ex humoribus crassioribus & viscidis, qui in articulis vbi diutius moram traxerint, eos ne curare quidem posse sperandum est, vt scribit Gal. libr. 10. Compos. phar. secundum loc.

ὅπῃ τὸ ταρσὸν] ταρσὸς est prima summi pedis pars, quatuor ossibus constans, & manus carpo respondens. In morbo autem coxario dolor ipsis à natibus inguinibusque ad genua vsque, in plurimis autem ad summum vsque pedem pertinet, vt scribit Paulus. Archigenes etiam libr. 2. Compos. pharm. secundum genera de morbo coxendicum, sic scribit apud Actium. Antecedit & quasi auspicatur hoc malum aliquando quidem vicinorum musculorum dolor, & maximè lumborum, aliquando verò ab ipsa iunctura initium fit affectionis. Iam vere quandoque etiam contingit vt vertebri dolore fere sublato, circa poplitem solum afflictio hæreat, aliis autem iuxta talum. Quibusdam vero totum crus æqualiter dolore affligitur: multis item circa inguina dolor figitur, & tum sanè vesica ipsa molestiam transsumens, vrinæ difficultatem inducit, & tunc maxime totum crus à coxendicibus vsque ad calcaneum dolorem perfert, & non solum si ipsum crus moueatur, conuulsiones infert, verum si etiam aliqua alia corporis pars agitetur. Cælius etiam Aurelianus lib. 5. Chron. cap. 1. hæc fere exprimens scribit. Et primo in vertebro dolor sentitur, dehinc partis suæ penetrans loca vsque ad mediam natem, ac superius ad inguen, vel ad ancalen perueniens atque suram, dehinc etiam talum & pedis summitatem.

οἷσι δὲ περὶ τὰ οὖρα] Ista magnam crassorum humorum redundantiam & corporis imputritatem arguunt, qua grauata natura, ruit in articulos deponit, aut per vesicam excernit. Est vbi etiam flatibus à calore exagitata materia in caput redundat, ibique dolorem nonnunquam etiam parotidas aut hæmorrhagiam excitat, quæ reliquorum absolutionem faciunt, ex aph. 31. & 74. lib. 4. Celsus hunc locum concinna breuitate adumbrat, & tam arctè concludit, vt hinc explicari debeat. Eademque his pericula sunt, quibus articulorum vitia, dolores, tumoresque sine podagra similibusque morbis oriuntur & desinunt. Vtique si sæpe tempora iisdem dolent, noctuque corpora insudant, frons prurit, lippitudinis metus est.

καὶ ἐν τῷ οὔρῳ] De vrina antea præsagium est institutum quod huc referendum est itidem ex Celso expressum.

ὧν ἢ μὴ ἐπὶ τῷ οὔρῳ] Humoris redundantia & crassitudo si neque per vrinas, neque sudoribus expurgetur, in articulos decumbit, vbi aut claudicationem, aut abscessum ex humore melli simili contento, melicerida dictum excitabit, pro quibus Celsus graues in articulis exulcerationes vel aliquo morbo debilitari posuit. μελικηρὶς autem in tumorum genere præter naturam qui abscessum faciunt, reponitur Galeno lib. 14. Meth. & lib. de Tumor. præter naturam nomenque ab humore melli simili effuso habet.

γίνεται ἢ τὸ νόσημα] Celsus paulò aliter ex his capitis dolores prædicit, & hunc locum innuit. Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit, dein fluere desiit, hi vel capitis doloribus conflictentur necesse est, vel in articulis aliquas exulcerationes graues habeant, vel aliquo morbo etiam debilitentur. B

καὶ τῷ μεταφρένῳ] Celsus ἐν τῷ ματώπῳ legisse videtur cùm dixit, si frons prurit. Et Caluus vtrunque apposuit exemplaribus Italicis fretus.

καὶ ἐκκρισις αἱ κοιλίαι] Sensus esse videtur. Istam esse morborum horum originem, eaque prædici debere, quibus plurimus crudus, crassus & flatulentus humor in toto ventris alueo contentus distentionem & dolores vehementes excitarit, qui neq; tamen irruptione, velut critica quadam excretione, effusus fuerit (sic enim ἐκπύησις κοιλίης Hippocrati sumi solet, pro qua Celsus alui resolutionem posuit ex aph. 60. lib. 4.) Quæ materia eodem impetu, aut grauitate, aut humorum qualitate hæmorrhoidas tentare potest.

ὧν ἢ κακίαχροι] Hæc reliqua symptomata, coloris prauitas, capitis, ventris ac hypochondrij dextri dolor, corpus non esse integrũ testantur, sed multa crassa & flatulenta materia distentum, præcipueque si id citra alui deiectionem & hæmorrhoidum profluuium accidat. Ex quibus malis liberat vrinæ multitudo, maxime si crassa & alba reddatur, & aluus erumpat, per eamque vitium strepitu quodam euoluatur, vt aph. 73. & 74. lib. 4. Hic autem vrina pallida & quæ ad albam proximè accedit intelligenda est, non viridis, aut ex virore pallescens, qua significatione apud veteres χλωρὸν, ὠχρὸν designat, vt multis locis scribit Gal. Eumque in modum scribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. in his qui cibum bis capere consueti, prandium omittunt, χρειὼν δοκέει τὸ σπλὴν χνα ἀυτέοισι, ἢ ὑρέειν θερμὴν ἢ χλωρήν : Alioqui sanè viridis vrina perniciem intentat, vt scribit Gal. & Celso viscerum dolorem tumoremque cum aliquo periculo subesse, aut certè corpus integrum non esse minatur. Vbi sanè quodammodo hunc locum adumbrare videtur. C

εἴ τε ἐρυθρὸν] Quædam exemplaria hunc locum asterisco notant, & manifestum mendum detegunt. Apparet nanque ista ex superiore loco huc temere irrepsisse, quæ expungenda duximus. Quod etiam rectè vidit Cornarius, siue huc mentis acie contendens, siue codicum meliore fortuna vsus. Ac vt neque huic loco quadrant, ita nec constantem habent codicum inter se consensum. Quidam nanque μᾶλλον πύτειν legunt, quidam, etiam μᾶλλον ἢ πύειν. Magna est tamen atque adeo sane periculosa in tam fœdo vitio retinendo consensum: quos adhuc videre licuit conspiratio, vt ne ex Italicis quidem exemplaribus (quæ mihi multis amicorum sermonibus celebrantur, & magna spe deuorantur) huic loco salutem afferri posse sperem, cum Caluus ad hos quoque scopulos illiserit. D

Impetigines & lepræ, albicantesq; vitiligines, si iuuenibus quidem aut pueris horum aliquid contingat aut sensim se prodens, diuturnitate temporis augetur: in iis quidem eæ pustulæ abscessus esse minime existimandæ sunt, sed morbi. At quibus ex his aliquid subito multumque contingit, id certe abscessus dici possit. Oriuntur autem albicantes vitiligines ex maximè quidem lethalibus morbis, velut quæ tabes dicitur. Lepræ vero & impetigines, ex iis qui ab atra bile fiunt. Ex quibus quæ valde iuuenibus contingunt, & recentissima quæque sunt, ea facilius curationem recipiunt, tum quæ in summe mollibus & carnosis corporis partibus nascuntur.

Λεχλιῶες δὲ καὶ λέπραι καὶ λευκαὶ, οἷσι μὲν νέοισιν, ἢ παισὶν ἐοῦσιν ἐγγένηται ἢ τούτων, ἢ καὶ μικρὸν φανέν, αὔξηται ἐν πολλῷ χρόνῳ, τούτοισι μὲν ἄχρηά ἐστιν νομίζειν ἔξαιμα εἶναι· καὶ νόσημα. οἷσι δὲ ἐγγένηται τούτων τι πολύ τε καὶ ἐξαπίνης, τοῦτο ἂν εἴη ἀπόστασις· γίνονται δὲ λευκαὶ μὲν, ἐκ τῶν θανατωδεστάτων νοσημάτων. οἷον καὶ ἡ νοῦσος ἡ φθινικὴ καλεομένη. αἱ δὲ λέπραι καὶ οἱ λεχλιῶες, ἐκ τῶν μελαγχολικῶν. ἰσχὺν δὲ τούτων διπλασίην ἔχει, ὅσα νεοπαθέστατά τε γίνεται, καὶ νεωταχόθι, καὶ τὰ σώματος ἐν τοῖσι μαλθακωτάτοισι, καὶ σαρκωδεστάτοισι φύεται.

λεχλιῶες] λεχλιὼ impetigo est, summæ cutis vitium, vt ψώρα & λέπρα, cum asperitate & leui pruritu, deterius quidem pruritu, psora autem & lepra leuius. Gignitur Galeno ex serosis, tenuibus & acribus succis, cum crassis permixtis, estque via quædam ad psoram & lepram, vt ad lichenem pruritus. Cornelius Celsus lichenem papulam vocare videtur, quam reliquus medicorum chorus impetiginem. Lepra vero asperitas est cutis profundior, cum pruritu maiore & squamis, cuius materia est humor melancholicus multus, viscosus, crassus, acris, terrestris & siccus. Ex cuius qualitate & malignitate squamæ in summa cute oriuntur, quæ illi peculiares sunt, cum asperitate cutis profundiore & pruritu. Hæc ad elephantem aditum facit, & in quatuor genera Celso distribuitur, sola intensione & remissione malignitatis distincta. Lepra velut squamosa, ἀπὸ τῶ λεπίδος dici videtur. λάδαι autem vitiliginis species, cutis carnisque subiectæ præter naturam albedo. Albicantem vitiliginem dicimus, vt Gaza albuginem. Vitiosa cutis macula est, & fœdæ scabiei soboles, ex malo corporis habitu excitata, & facultatis altricis errore pituitosum sanguinem, lentum & viscosum gignentis. Leuce quem occupauit, non facile dimittit, eaque censetur esse quæ vulgo lepra alba dicitur. Sic quæ à Domino lepra curatur in Euangelio, vitiliginosæ cutis deformitas quibusdam existimatur, & vitiliginem eam vocat Arnobius de Domini miraculis loquens. Atque hæc cum scabiei sint genera, cutis fœditates & vitia censentur potius quam morbi. Quod etiam scripsit Hippocrates libr. περὶ παθῶν, οὐχ μᾶλλον ἢ νουσήματα ea esse censens. Cuius quoque sententiam sequitur Auicennas, Canone primo, cum scribit eas affectiones, cum morbi non sint sed potius dedecora, morbis tamen annumerari. Atque ea forte notione huius Prorrhetici author has in cutem eruptiones in pustularum genere reponit, cumque corpus vitiosis humoribus natura expurget, & in cutis superficiem quadam velut excretione deponat, in ἀποστάσιων numero, quæ κατ' ἀπόθεσιν fiunt, censet, vt & libro secundo Epidem. Nemini autem dubium est quin hac parte mendosi sint codices omnes, cum ὑ νοῦσος ἡ φθινικὴ καλεομένη scribitur. Nam φοινικίη νόσος ex Galeni Exegesi procul omni dubio reponendum, vt in nostra Hippocrat. Œconomia satis testatum reliquimus. Sic enim exponitur Galeno ὑ κζ φοινίκιον ἢ κζ τὰ ἄλλα ἀνατολικὰ μέρη πλεονάζουσι. δηλοῦσθαι δ' ἂν καὶ ταῦτα δοκεῖ ἡ ἐλεφαντίασις. Quibus verbis morbum apud Phœnices cæterasque orientis regiones frequentem intelligit. Indicari autem videtur Elephantiasis. E

Etsi φοινίκιον etiam videtur legisse Galenus, vt satis ex indicatura in Exegesi patet, qua voce, ἀπὸ τῦ χρώματος, ὅπως ὑπονοῆσαι τὴν ἐλεφαντίασιν, suspicari aliquem posse scribit, hoc est puniceo colore aut palmeo, quo Elephanticorum cutis inficitur. Est porro hic Asulanus codex diminutus & vitiosus, vt satis apparet. F

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

HIPPOCRATIS COI COACARVM PRÆNOTIONVM LIBER VNVS, IN VARIAS sententias distinctus,

Nunc recens Latina interpretatione, & Annotationibus donatus,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, &c.

AD COACAS PRÆNOTIONES PRÆFATA.

PRÆDICTORVM *multa cum sint genera, artificiosum tamen quod longa sæculorum æternitate, excipiente memoria prodendisque monumentis artis complexionem est adeptum, & euentorum consequentia notatum ac animaduersum, præcipuè artem Medicam subit: Ex quo existit & illa medicorũ in morbis temporis longinquitate inueterata, artis præceptionibus confirmata & diuturna euentorũ obseruatione nobilitata præsensio futurorumq; prædictio, ac velut animi longè ante quæ euentura sunt acutè cernentis præsagitio. Sagire enim (inquit ille) sentire acutè est, & qui ante sagit quàm oblata res est, dicitur præsagire, id est, futura ante sentire. Vnde etiã ad hominum cõmunionẽ & vsum traducta sunt medicorum præsagia, velut præscita quædam, aut eorũ quæ in morbis obuentura sunt prædictiones aut prænotiones quædã: quæ & artis admirabilitatẽ quandam authori pariunt, & ad cognitionis dignitatẽ illustres aditus patefaciunt, medicosq; vt omni inuidia liberant. sic etiã ægros salutis fiducia & bonorũ spe erigunt. Cuius quæstionis tractatio cum valde esset obscura & difficiles haberet explicatus, subtiliter est admodũ ab ipso Hippocrate Medicinæ parẽte multis liberis expressa posteaq; à Galeno, velut omniũ bonorũ secundum Hippocratẽ fonte, mirabiliter ex doctrinæ vmbraculis & ocio, nõ modo in solem atq; puluerem, verumetiã in ipsum discrimẽ aciemq; perducta. Atq; ad eã sese applicant quæcunq; Prognostici aut Prorrhetici nomine scripta, prædictionũ aut prænotionũ scientiã præ se ferunt, & quæ totã περὶ σημείων disciplinã cũ decernentiũ dierum cognitione coniunctã amplectuntur, quæq; alia multa sunt in Hippocratis monimentis ad iudicij denunciationẽ non illiberaliter fusa, ad eã futurorum præsensionem referuntur. Cuius magna quidẽ professio, sicut est, quondã à multis claris Medicis illustrata, præstius quidẽ & politius ab Hippocrate tractata, à plerisq; Galeni ætate exagitata, & longè lateq; peregrinata, abfuit ab ægrorũ triclinijs, tandẽ vero ab vno Galeno summa authoritate & scientia sustinetur, multis ea de re cõscriptis voluminibus, & varijs ad eã facultatẽ comparandã propositis doctrinæ adiumentis. Quo in genere, cũ non paranda solũ nobis ea sit, sed etiã fruenda scientia, præcipua vis eorũ enitet, quæ in parentis Prænotiones & prædictiones à Galeno edita, amplissimã huius instrumenti materiã atq; vberrimã copiam cõtinet. Ex quibus velut ex puris fontibus prædictionis leges optimè cõstitutæ hauriendæ sunt ad quas velut ad Cynosurã nauigandi, ita rectè prædicendi cursus dirigatur. Quæ sanè efficiunt in hoc quæstionis genere, quod maximè rem causamq; cõtinet, vt Galeno sicut in cætero medico ornatu, palmarem gloriã concedamus, & huic nos plurimum, & longè lateq; plurimum tribuere velut parenti oporteat, ex quo post Hippocratẽ tanquã ex fertilissimo doctrinæ penu, cõceptas & ratas prædicendi ac prænoscendi leges accepimus. Cuius ex præceptionibus, vt adulteratã pecuniã ita fucosæ doctrinæ lenocinium, & (vt ait Accius) fallaciloquentiã, quæ plerunq; in præsentiendo locũ occupat, probari debere existimamus. At vero vt nec vndecunq; rectæ prædicendi integritas peti debet, sic in tam variè cõparata huius ornatus supellectile, delectus quidam eximius habendus est, magnaq; adhibenda est cautio, ne vitiosum sanguinẽ pro incorrupto colligamus, & succũ illum in quo naturalis inest, nõ fucatus color, deperdamus, aut potius siccitates quàm habitus corporis optimos consectemur. Sed ad eas præceptorum leges quæ à Galeno passim scriptæ sunt in Prognostici & Prorrhetici Cõmentarijs, rationes nostræ adiungendæ sunt, & vt Polycleti Doryphorũ sibi Lysippus aiebat, sic in hac prædictionis exercitatione Galeni meditationem velut magistram adhibebimus. Nam cum magna instabilitate referta sit hæc disciplina diligenter animaduertendum est, ne ambigua pro veris, infirma pro certis, arbitraria pro ratis, fluxa & caduca pro perpetuis amplectamur: sed quæ longa sæculorum perennitate immutabilitatẽ nacta sunt, & diuturna temporis obseruatione æternitatem adepta, quæq; semel existentia necessariam euentorum efficientiã proponunt, ea prædictorum præceptiones & velut consectaria concludunt, iudiciorumq; nostrorum limam subitura sunt:*

Diligenterq; prouidendum est ne in signorũ recensione ieiunitatem, aut siccitatẽ, & exilitatẽ potius quam plenã & exuberantem causarum copiã amplectamur, raramq; fortuitorum concursionẽ pro necessariis ducamus. Sed adhibenda est cum obrussa ratio, & omnia ad Galeni trutinã exigenda, pariumq; rationũ momenta perdiligenter sunt facienda, vt prædictionis medicæ integritatem sartam tectam tueamur, eiq; antiquam existimationem retineamus. Quam certè annitendum est vt domi teneamus septam liberali custodia, & hos ignotos atq; imprudentes procos repudiemus, tueamurq; vt adultam virginem castè, & ab amatorum impetu quantum possumus prohibeamus. Quod profectò commodius præstabitur. si postulatis secundum libertatem vindiciis eam Galenus liberali causa manu asserat, suaque rogatione in pristinum dignitatis gradum deducat. Neque enim cuiquam, nisi Galeno ductore, in hos campos ingrediendum existimo, superuacaneaq; mihi videtur omnis opera, quæ ad prædictionis leges aut ex Hippocrate eruendas aut explicandas adhibetur, nisi Galeni exercitatio, velut præsultoria quædam disciplina, nostræ præsensionis leges ac iudiciũ totum moderetur. Quò sanè æquius est decurso toto iudiciorum campo, & emensis prænotionis spatiis, quæ in Præsagiorum & Prædictorũ Cõmentariis latissimè patent, non indiligenter inter se collata signorũ facultate & æstimatione habita, ad hanc Prænotionum Coacarum planitiem descendere, magna animi contentione adhibita, ne in breuia & syrtes quasdã deducti, cursum ipsum quem Galeno duce cepimus, tenere nequeamus, & ad quamcunq; fuerimus disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquã ad saxũ adhærescamus. Neq; enim ad speciem egregiè cõparatis titulis, aut ad fastũ emendicata indicatura nos duci oportet, neq; si parentis nomen aut clarissimæ familiæ genus superbè nimis prætenditur, non ideo ad iudiciorũ leges & præceptorũ formulas doctrina tota æstimanda est: sed vt senticosũ & ruderatũ solũ ita totus locus perpurgandus est, & velut in summa luxurie multa interluncanda, quædam etiam auerruncanda, plurima vero in familiã vnde orta sunt deducenda. Quotus enim quisque est qui Coaca hæc Præsagia ad Hippocratis Coi fœtus, aut clarissimam Asclepiadarum familiam referat: Cum & multa sint toto genere dissentanea, plurima temere assuta, nonnulla dictionis quadam vbertate redundantia, nouata quædã & ipso dicendi genere insolentia: ad summã, ex multis genuinis Hippocratis scriptis cõsarcinata quædã fartura, & velut ex aduersariis ac pugillaribus in memoriæ subsidiũ comparatis, nullo delectu aut ordine, quasi in promptuarium quoddam cẽtones tumultuariè conditi. Nam & in his, vt in plerisque Hippocratis monimentis, genera etiam falsa sunt, & velut ad plebem transitiones plurimæ, cũ homines humiliores in alienũ eiusdem nominis infunduntur genus, quò facilius tãtæ familiæ claritas nobis imponeret, & animorũ nostrorum aciem nominis splendor perstringeret. Ad hæc non rara rerum ac verborũ insolentia, ambiguitas, scribendi nouitas, tam crebræ fortuitorum euentorum concursiones, ex quibus tanquam ex obseruatione quadam præsagiorum decreta eruuntur, ac ijsdem de rebus sæpe quasi dictata redduntur, vt vel ex ijsdem penè verborum præstigijs limata quædam rerũ & verborum tenuitas existat, quæ tantam interdum obscuritatem parit, vt sors ipsa penè ad sortes referenda sit. Quo in negocio etsi huic præsagio multa familiæ nomen detrahunt, patriam tamen & ciuitatis ius plurima assignant, tam multa etiam libertatem vendicant, vt penè familiæ erciscundæ iure teneatur. Et quia iniqua est in omni re accusanda prætermissis bonis malorũ enumeratio vitiorumq; selectio, hic quoq; plurima esse quæ doctorũ admirationẽ assensionemq; cõmoueant fatendũ est, & ad quorũ cognitionẽ diuina illa ingenia transferri oporteat. Imprimis verò tã insignis elucet Hippocraticæ doctrinæ cõprehensio, vt ad eã ipsam rem de qua agitur, totã Hippocratis officinã adhibeat, & arculas consumat in quibus selecta quodã compendio artis præcepta continentur. Quæ etsi domesticam Hippocratis breuitate conditã verborum ac rerum circumscriptionem non retinent, in Hippocratis tamen monimentis egregiè versatos & detritos ita delectant, vt iis meritò videantur digitos ad fontes intendere, ac doctrinã à capite arcessere, & ea quæ in re dispersa sunt atq; infinita, ratione & distributione sub vno aspectu in omniũ oculis ponere. Ac certè illud est in quo vel maximè cõsueuit hoc in opere iactare se nostra oratio, & ad quod præcipuè doctorũ iudiciũ elaborare debeat, vt vno quasi cõpendio totius artis Hippocraticæ cõprehensio, ac admirabilis doctrinæ euolutio quædam, vel facili momento tanquam in oculis, ita in animi notione velut in vestigio reponatur. Multa equidem fateor sunt ex obseruatione nata & malo quodam exemplo in artis præceptiones deducta, verũ tempore immenso sunt excepta, & significatione eũtorũ animaduersa ac notata. Nihil est autẽ quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisq; monumentis efficere atq; assequi possit. Qualia multa sunt à Medicis selecta remedia ad morsus bestiarũ, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum vim atq; naturam ratio nunquam explicauit, vtilitate & iudicio ars est probata. Quæ etsi non sunt satis idonea artis prædicendi præcepta, quod nunquam perfectè veritatem casus imitetur, in his tamen artibus quæ artificiosa quadã coniectura cõtinentur, & sunt opinabiles, vtranq; ferè paginam faciunt, multumq; habent momenti & ponderis. At vero vt est obscura huius præsagij origo, ita plerunq; tenebras offundit, & rerum ac verborum compressione tam breuis est interdum hæc tractatio, vt ob eam ipsam causam vel sæpe sit subobscura. Neq; nos admodum mouet quòd Erotianus in Hippocrat. scriptis veterator acerrimus, nullam omnino harum Coacarum Prænotionum mentionem faciat. Seddecet sane timidè ingredientem ad hoc genus sermonis, nullo negotio huiusmodi causis respondere, & ad eos qui talia proponunt hanc orationem adhibere. Harum Coacarum Prænotionum etsi Hippocratem ipsum authorẽ iure vendicare non possumus, certè ex Hippocratis familia assensorem aliquem aut cognitorem iu attribuimus, eiusdẽ prope dignitatis ac famæ, qualem Prorrhetico tribuunt nõ iniqui rerum æstimatores. Ac sanè eandem & nominis & fortunæ aleam vterq; fœtus subire potest, cum & tractatione & dictionis genere tam sint inter se similes, vt penè germanitatis impressas notas habeant. Nam & rerum ac verborum continuatione tam valde interdum consentiunt, vt eadem ex eodem penu hausta videantur, nonnunquã etiam quæ in Prorrhetico prælius comprehensa, in hoc præsagio latius fusa, vberiorem nacta sunt explicationem. Adeò vt ne his quidem de causis de eorũ doctrina iniq; existimari debeat, vt vel inertissimæ sit segnitiæ, aut fastidij delicatissimi, ab eorum consuetudine mentis aciẽ abducere, quod genuinam Hippocratis stirpem non referant. Verum vt nec tam autoritatis quàm rationis momenta quærenda sunt, sic nec opinio præiudicata tantũ posse debet, vt etiã sine ratione valeat authoritas. Sint hi sanè subditiij fœtus & Hippocratis nomẽ falsò prætendant. At sunt in Asclepiadarũ familiã multis retroactis sæculis, si quis memoriã temporũ replicare velit, adoptati & asciti, qualia multa sunt in Hippocratis monimentis, quæ si eo nomine abdicẽtur, quod Hippocraticæ stirpis splendorẽ nõ retineant, aut eius nomini tanquã luminibus obstruant, verendũ sanè est ne amplissimæ familiæ nomẽ in paucorũ ac velut abortiuorũ fœtuũ nomine consenescat, & contabescat. Ac velut in clarissimã familiam adoptionis iure multæ stirpes sunt insitæ, & libertinorũ greges familiæ nomen maiorũ consuetudine assumunt: sic in hãc nobilissimã Asclepiadarũ stirpem, in qua plures eiusdẽ gentis nomine fuerunt, multi sunt cooptati viri celebres & summa eruditione clari, qui dissipatas vndiq; partẽtis reliquias, ex aduersariis & schedis in vnũ veluti doctrinæ corpus cõponerent.

Ex

Ex quo existit hæc quæ hodie omniũ manibus teritur absolutissima artis Medicæ encyclopædia, quã si ad veræ stirpis originem ad calculũ reuoces, augustissimæ artis facultatẽ nudam, inanem, fractam, debilem, & deformem reddideris, cuius ne decretum quidẽ vllam sine maximo scelere prodi nequit. Ad has igitur Coacas Prænotiones cũ tã illustris velut postliminio patefactus sit aditus, eæ nõ immerito in hanc præclarã familiam, tanquam fugitiua mancipia deducendæ sunt. Quæ si Hippocraticæ orationis neruos, vires, aut habitũ desiderant, neq; succulentum illum sanguine diffusum sed potius fuco illitã eruditionis colorẽ retinent, habent tamẽ plurima quæ in re Medica veteratorem acerrimum obruere nescio quo sapore vernaculo, nec vero solum retinere sed etiã alere ingeniũ possint. Ac veluti in aliquam domum refertissimam, sic in hanc Prænotionum campum ingresso, multa magnifice exculta, multa suo loco posita, & velut tabulæ bene pictæ in bono lumine collocatæ, plurima etiã plenissimè instructa tam auide legentium & discentium animos abripiunt, vt ea non quiuis vnus ex populo, sed nonnisi existimator doctus & intelligens possit cognoscere. Imprimis vero tam insignis est & copiosa affectuũ totius corporis in partes velut gradus quosdã percensio, vt in hoc veluti Medicinæ cõpendium, quæcunq; ad partium corporis morbos dignoscendos vbiq; per Hippocratis OEconomiã latè fusa sunt, velut in promptuarium quoddam videantur esse seposita. De pleuritide & peripneumonia tam notabiles loci, tam propria signa, vt nusquam alias eius doctrinæ expressa magis extent vestigia. Iam vero spiratio ipsa quantis decretis sancita, quam multis sententiis exolicata? vrinarum quoq; & alui recrementorũ speculatio, quàm aliè exaggerata, quàm multis non dicã insignibus, sed veluti rogationibus exornata, quantis etiã plebiscitis confixa? vt non facile alibi in tota Medicinæ facultate tantam & tam variã huius materiæ suppellectilem suppetere quiuis existimare debeat. Quibus si satis ingenuũ existimationis præconiũ facere non possumus, velut iis quæ ad huius facultatis professionẽ tuendam ab Hippocrate sunt edita, plenamq; huius doctrinæ soliditatem continent, non ideo tamen penitus sunt abroganda. sed delectus quidam est habendus, atq; is non aurium sed animi quodam iudicio ponderandus, vt etiamsi germanis Hippocratis fœtibus præiudicium facere nequeant, reliquæ tamen arti aliquem cumulũ afferre videantur, atq; ita existimationem tueri, vt eam aliquãdo obtineant, etsi id ipsum lacinia (vt inquit ille) teneatur. Reliquus est eorum sermo qui operis obscuritatẽ ac difficultatem, & vero insolens scriptionis genus satis idoneam causam arbitrantur, cur hæc Coaca Præsagia Medicorũ societate exulent. Et sane quidem eam esse Coacarũ Prænotionũ obscuritatem, quæ ad confessionẽ ignorationis plærunq; vel acutissimum adducat, non inficior, quod ambigua quædã & cum iccirco obscura, quia breuis, tum insolentia quadã cæcata oratio multis locis tenebras offundit, tũ quod repente præceps quidã obseruationis æstus nos tã procul a terra abripit, atq; in altũ a conspectu penè omnium abstrahit, vt eũ quem instituimus cursum tenere vix possimus. Quinetiã tã importuna est persæpe nauigatio, vt nõnisi multis præteruectis vadis & syrtibus, nos portũ tenere posse diffidamus. Ex quo sanè effectum est, vt cum nec vlla ætate vberior Medicorũ fœtura extiterit, maiorem autem mihi quidẽ omnes isti videantur ætatis cursum ad ea quæ in re Medica cũ plausu attrectantur transtulisse, ab his vero tanquã ab altissimis scopulis adeo defexisse, vt fortunarum suarũ naufragio deterriti, animum omnem cum spe cursus potiundi abiecerint. Quorũ præclaris exemplis cautiores effecti, poteramus vela contrahere & remos inhibere, ac de his rebus quas meditabamur assensionẽ totam sustinere, nisi & nos publicæ causæ patrocinium longè ante suscepissemus (cuius præuaricatores existimari turpe esse ducimus), etiã pridẽ ad huiusmodi plagas prorsus occalluissemus. In his igitur animi angustiis & tanta operis vastitate, tanto etiã opinionũ tormento, in hanc tamẽ exercitationẽ incubuimus, vt Prænotionum Medicarũ adita quantũ in nobis esset patefaceremus, nec in huius disciplinæ tractatione, quæ in Medicis omnibus ingenij & laudis fructus affert vberrimos, minuti & angusti, aut omnia prope desperantes videremur. Cuius rei tantæ tamq; difficilis facultatẽ consecutum esse me non profiteor, secutum esse præ me fero. Etsi multis sentio mirabile videri eam nobis potissimum tentatam esse Medicinæ partem quæ lumen eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet, deserta q; veluti disciplinæ & iam pridem relictæ patrocinium nec opinatum à nobis esse susceptum. Sed sane me causæ publicæ susceptione sustentabam, cum præcipue hac tempestate incurrerem in memoriam communium miseriarum, quorum oblitionem quærens, me ad ea studia conuerterem, ex quibus laboris nostri fructum caperem, & ocy non inertis grato atq; honesto fungerer munere, si animus molestiis hac potissimũ re leuaretur, & prodesse mus ciuibus nostris quacũq; re possemus: præsertim cũ maximè mihi laudandus videatur qui hoc tempore ipso cum liceat in cõmuni nostro & quasi fatali bellorũ ciuilium malo, cõsoletur se, cũ conscientia optimæ mentis, tum etiã vsurpatione & renouatione doctrinæ. Atq; certe eo me minus instituti nostri pœnitet, quod facile sentio, quã multorum non modo discendi, sed etiam scribendi studia cõmoueam quodq; dum in his nostris studiis acquiescimus, mihi liceat & isti rei quã nunc in existimantiũ arbitriũ ponimus, & multis vberioribus atq; maioribus operæ quantũ velim dare. Etsi mihi optime cõscius sum istud nec institui posse nisi præparato ocio, nec exiguo tẽpore absolui, eumq; qui se ad scribẽdũ applicat, ab omni animi impeditione liberũ esse oportere, idq; maximè si ad grauiora studia mentẽ conuertat, cũ cessationẽ liberã atq; otiosam exercitatio ista postulet. Quo magis eniti oportuit ne quid priuatis studiis de opera publica detraheremus, quod quadã rei Medicæ procuratio nos multis officiis implicatos & constrictos detinet. Quod si cũ fungi munere publico debeamus, nõ modo operã nostrã nunquã à populari cœtu remouemus, sed ne literã quidem vllam facimus nisi medicam, quis reprehendet nostrũ ocium, qui in eo non modo nosmetipsos beleficere & lãguere nolumus, sed etiã vt plurimis prosimus enitimur. Atq; iis fortasse de causis huius Coacæ præsagæ difficultatẽ & obscuritatẽ absorbuimus, & lõgi fastidij nauseã, cũ issdẽ de rebus sæpe quasi dictata decãtentur, animo deoximus. Cui quidẽ (vt iam tandẽ omni me inuidia liberẽ) non vllam aliam gloriationem apponã, quam quæ à Galeno adscribitur his Coacis Prænotionibus & Prorrhetico tantũ tribuendũ authoritatis & fidei, quantũ ea quæ ex Aphorismis, Prognostico & Epidemiõn libris excepta sunt reposcunt; in reliquis autẽ quantũ de authoritatis dignatione, tãtundem etiã de iudicij existimatione detrahi oportere. Cõstat certe ex multis sæculorũ obseruationibus & diuturnis artis præceptionib. in Cõ insula esse decerptas, indeq; fortasis denominationẽ traxisse, vt κωακαὶ προγνώσεις interdũ etiã à †Galeno κοϊναὶ appellarentur. Et quoniã styli & dictionis genere cum Prorrhetico cõsentiunt. parẽ & originis & nominis fortunam experiuntur. De exemplaribus nil est quod moneã, me fere ab his (quod minimè rebar) in vadis esse desertũ. & cũ maximè oportuit, tũ vero vel minimè adiutũ. Etenim quæ plus habebãt vetustatis ea in medio penè opere deficiunt. Quæ vastitas tam late etiã peruagauit, vt ad exẽplaria Italica redundasse quoq; videatur. Cuius rei suspicionẽ mouet Caluæ versio prope interrupta. & ad illos scopulos ad quos cæterorũ est afflicta nauis velut facto naufragio adhæresces. Quo nos quoq; tẽpestate delati, tabellã ipsi pẽdimus, & importuni maris æstus præteruecti, cursũ tamẽ quẽ cœpimus quib. potuimus remis cõfecimus. Annotationes autẽ nostras, quas in existimãtiũ arbitriũ nunc tandẽ venire volumus, ita tẽperauimus, vt si quæ occurrerent à Galeno quibusdam in locis explicata, ea notatis duntaxat locis indicarentur, ne cum summo tedio issdẽ de rebus quasi dictata à nobis

redderentur. Neq; sanè diffiteor mirum cuidā videri posse, quod post editos eruditissimos Doctoris Hollerij, ac omni varietate & copia redundantes Iacotij Cōmentarios, & Ludouici Dureti accuratissimas lucubrationes, nostras cōmentationes in publicum proponam. Sed is sciat velim longè ante istas à nobis esse susceptas & verò elaboratas meditationes. Neq; certè iniquum existimo, vt in rebus per se subobscuris & magna occœcatione inuolutis explicandis, omnium liberalitatem prolixissimè amplectimur, ita nos & rerum & ingeniorum similitudine in eadem incurrere vestigia, præsertim quod eo nomine fidem iam pridem in OEconomia nostra obstrinximus. Sed iam sentio me longius esse prouectum quàm proposita ratio postularet. Nunc cominus agendum, & Coaca Præsagia nobis cum interprete audienda sunt. A

Comm. 1. in lib. 3. epid.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΟΣΕΙΣ.

HIPPOCRATIS COACÆ PRÆNOTIONES.

QVi ex rigore perfrictione detinentur, cum capitis ac ceruicis dolore, vocis defectione ac tenui sudore, ij vbi vires resumpserint ac sese velut recollegerint, moriuntur.

Οἱ ἐκ ῥίγεος παρεψυχόμενοι, κεφαλαλγίαι, τράχηλον ὀδυνώδεες, ἄφωνοι, ἐπισιδρωῶντες, ἐπόμενοι ἐσχάντες, θνήσκουσιν.

Ἐπανελθόντες] Hic ἐπαναφέρειν vires resumere, se recolligere ac recreari, refici, ac animū recipere significat, vt sit idem quod ἀνακομίζεσθαι aut ἀναλαμβάνεσθαι, non secus ac ἀναφέρειν est ad vitam redire, vt vertit Celsus ex aphor. 43. lib. 2. c. 8. In hac igitur casuū concursione, cum tanta materiæ copia opprimantur ægri, vt animalium functionum noxiam non mediocrem sentiant (quod ἀφωνία ipsa indicat) excitata paululum natura, conatum extremum tentauit, sese recollegit, ac vires veluti resumpsit, languentibus tamen viribus ac defatigatis, exhaustis spiritibus & humorū copia oppressa, tandem manus dedit, ac in eo conatu succubuit, victaq; concidit. Vt in feris videre est, quæ vbi accepto magno vulnere sese recollegerint, resurgunt & velut conatu facto impetū sustinent aut fugiant, paulo post tamen concidunt. Istud vero in dies experimur in his qui sensu & motu priuati, voce etiam defecti, velut syderati concidunt; Quibus interdum paulo ante exitum vox restituitur ac vires resumuntur, adeo vt non minimam salutis futuræ spem multis hinc inde iniciant. Alio vero respiciens Caluus dictionē hanc de rigoris repetitione intellexit, quod sit ἐπαναφορὰ repetitio ac Reductio. Rursus hic ἐπαναφέρειν sumendum existimant nonnulli de subsultante ac singultuoso spiritu, & faucibus elisō, quod ἀναφέρειν ὑπολύζειν ἀναπνέοντα, de reuocato bis foras spiritu aut singultiente exponat Gal. in Exeg. vocum Hippocr. Atque vtranq; istam expositionem scriptis suis comprehendit Præceptor Hollerius postea cum ante annos sex & triginta primam viua voce Lutetiæ publice professus approbasset. Parum autem refert num illud ἐφιδρωῶντες casuum multitudini, num vero ad finem referamus, quod soleant huiusmodi ægri, velut ex naturæ conflictu, moribundi tenuibus huiusmodi sudoribus circa frontem, collum aut thoracem perfundi. B C D

Corporis iactationes & incontinentiæ cum perfrictione, pessimæ.

Αἱ μετὰ κατάψυξιος δυσφορίαι κάκισται.

Huic sententiæ (quam fusioribus verbis extulit Prorrh. 27) etsi expresso Aristagoræ nomine pondus & authoritatem alias detraxit Prorrhetici author, huiusmodi tamen corporis implaciditates ac incontinentiæ (quas per δυσφορίαν, ῥιπασμὸν, ὀλισθρισμὸν, ἄσωλα, ἀλυσμὸν & ἀκρισίαν effert Hipp.) cum perfrictione in præcipitibus malis indubitata confessione Hippocr. damnantur prog. 2. aph. 48. lib. 4. & aph. 26. & 74. lib. 7. quod internum incendium & inflammationem suspectam habeant.

Vbi totum corpus ita perfrixit vt obrigeat, perniciem affert.

Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον.

Iisdem verbis repetitur hæc sententia Prorrh. 77. & illic σημεῖον additur.

Ex perfrictione metus ac animi abiectio præter occasionem, in conuulsionem tendit.

Ἐκ καταψύξιος φόβος καὶ ἀθυμίη ἄλογος, ἐς σπασμὸν ἀποτελευτᾷ.

ἀθυμίαν αἰτιᾶται δυσθυμίαν sumpserunt interpretes. ἀθυμίαν autem animi desponsionem aut abiectionem dicimus ac velut desperationem. Quæ cū melancholiæ signa sint, non semper suspectā conuulsionem faciunt. Credibile est in mulieribus quibusdam ex purgamentorum menstruorum suppressione, aut ex humorum assatione prætensa animæ euaporatione, subortam huiusmodi casuum complexionem, interdum conuulsiones attentasse, vt ex Historia secunda, vndecima, & decima quarta lib. 3. epid. post 11. pest. ac etiam ex ægr. octauo lib. 3. epid. coniicere licet. Quod quidem vt non necessarium, ita valde est ἀμφίδοξον, & appetitum cerebrū humorum quantitate aut qualitate significat, ex cuius veluti consecutione conuulsiones imminent, præcipuè vbi totum corpus valde perfrixit & genus neruosum valde est imbecille. Eas autem non necessarias probat Euryanactis filiæ historia lib. 3. epid. in qua conuulsionem nusquam nominat, vt nec in magna totius corporis, ceruicis & dorsi perfrictione ἀψυχίη καὶ ὁμμάτων ἀμαύρωσις conuulsionem satis suspectant Prorrh. 113. sed velut ex consecutione attestantur, vt illic scribit Galenus. E

Vrinarum ex perfrictione interceptiones pessimæ.

Αἱ ἐκ καταψύξιος ὄρων ἀπολήψιες, κάκιστον.

Repetitur hæc sententia Prorrh. 51. cum distinctione quadam quæ periculum auget. In præcipitibus enim malis vbi totū corpus ita perfrixit vt vesicæ functio intercepta sit ac intermortua, magnam calidi nativi extinctionem ac facultatum internecionem suspicari oportet. καταψύξιν verò ἡ κύστεως καταψύξιν exponit Galen. etsi de totius corporis perfrictione sumi debeat. F

In rigore familiares non agnoscere malum. malum quoque eorum quæ gesta sunt obliuiscí.

Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια κακοῦ. κακὸν δὲ καὶ λήθη.

Sententia est. 64. in Prorrh. quam cum ea quæ hic ordine tertia præcessit transponunt codices quidam manu scripti, & paulo post iis adscribunt quę de rigore mentionem faciunt. Alij etiam μετὰ ῥίγος habent ἄγνοιαν autem καὶ λήθην, τὸ μὴ γνωρίζειν τοὺς συνήθεις, καὶ τὸ μὴ μεμνῆσθαι τῶν πεπραγμένων, ex Galeno interpretati sumus. G

Rigores cum sopore nonnihil periculi denunciát, & facies incensa cum sudore malignitatem significat. Insuper posteriorum partium frigus, conuulsionem prouocat. Ac omnino posteriorum partium refrigeratio, conuulsionem minatur.

Τὰ κωματώδεα ῥίγεα ὑπολέθρια. καὶ ὁ φλογώδης ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μετ' ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακὸν ἤνθηκε. ὅτι τούτοισι ψύξις τῶν ὀπισθεν, σπασμὸν ἐπικλέπτει. καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὀπισθεν σπασμώδης. H

Paulum immutatis verbis hanc sententiam repetit Prorrh. 67. Et hic clausula additur vniuersitatis notionem comprehendens, quo facilius in artis complexionem sese insinuet. Non temerè enim perfrigeratis posterioribus corporis partibus, quæ neruosæ sunt & frigidæ, conuulsio intenditur. ἡ γὰρ ψύξις σπασμοῦ ποιητική vt scribit Galenus. I

Cre-

A [8] Αἱ ἐκ νώτου φέρουσαι πυκναὶ, καὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύστροφοι. ἄρχου γὰρ ἀπόληψιν καὶ ἐπώδυνον σημαίνουσι. Τὸ ἐφίδρωσιν τοῦτο κάκιστον.

Crebri ex dorso horrores, subinde locũ cõmutantes graues sunt & difficiles. Laboriosam quippe vrinę suppressionẽ minãtur. His tenuiter exudare pessimũ.

Repetitur hæc quoque Prorrh. 75. ac paulo etiam aliter. Codices Regij duo manu scripti pro ὀξέως μεταπίπτουσαι, ὅταν αἱ μεταπίπτουσαι legunt, quam lectionem secutus videtur Caluus. In eo quod sequitur καὶ ἐπώδυνον, καὶ ex vetustissimis codicib. & Prorrhetico interpunximus. Vbi etiã mirari nõ desino quomodo illud ἐπώδυνον Caluus omiserit, cũ manu scripti omnes codices illud retinãt, & in Prorrhetico agnouerit, & Galenus retinuerit. Quibus etiam ratio ipsa subscribit. Etenim cũ subinde cõmutati horrores, partes ad dorsum velut lumbos, spinalẽ medullã, & coxendices peruaserint, ac vesicæ aut earundem partium inflammationem significarint, nõ potest non laboriosa esse vrinæ interceptio. Etsi hoc ex coitione empirica non satis firmã habet doctrinæ constantiam.

B [9] Ῥῖγος ἐν συνεχείᾳ τοῦ σώματος ἀδυνέος ἤδη ἐόντος θανάσιμον.

Continenter & assiduè vexans rigor imbecillo iam corpore lethalis est.

ἐν συνεχείᾳ hic dicitur pro ἐν συνεχεῖ quod aph. 45. lib. 4. πυριτῷ μὴ ὑπολείπειν. Fit autem sententiæ fidem facit locupletem exemplum ægr. 12. lib. 3. epid. ante fi. pest.

[10] Οἱ πυκνὰ ἐφιδρούμενοι καὶ ὑπορριγέοντες, ὀλέθριον. καὶ ὑπὸ τῆσι τελευτῆσιν ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες καὶ χοιλίας παραχώδεας.

Qui crebro tenuiter exudant ac subinde rigent, ij perniciosè habent, & tandem sub mortem suppurationem & aluum conturbatam habere deprehenduntur.

De suppuratis ista intelligenda esse satis indicat sententia Prorrh. 66. Sic in purulentorum iudiciis multos sudores & frigus crebrã repetitionẽ posuit in Progn. Hipp. In iis verò desperatis & iam morbum ingrauescentibus ἀφόρητόν ὅτι χωρεῖ adscripsit aph. 12. lib. 5. & ῥῖνα aph. 16. lib. 7. Quæ dictio aluum non mediocriter perturbatam, sed diffluentem indicat, quod sæpe solet per παραχώδεας καὶ χολίας efferre Hippocrates, vt alias scripsimus. Quod quidem symptoma cum causæ & signi magnitudinem præ se ferat, pernicies in proximo adesse denunciat. Libro etiam 7. epid. in Polycratis vxore purulenta, ad extremum καὶ λίθου ἰσχυρίου adesse scribit. Et lib. 6. epid. sect. 2. aph. 31. εἴσι μάλιστα ἐμπυεῖν, αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται. Neque secus Prorrh. 2. ex pure tabescentibus deiectiones siccas probat, quæ tamen quotidie prodeant.

[11] Τὰ ἐκ νώτου ῥίγεα δυσφορώτερα. ὅσ᾽ ἂν ἐπὶ δεκάτῃ καὶ ἑβδόμῃ ἀρξάμενα τελευτήσῃ, τεταρταῖα καὶ εἰκοστὰ ὑπορριγοῦντα, δύσκολον.

Qui rigores ex dorso proficiscuntur grauiores sunt & molestiores. Vbi verò quis decimo septimo die rigore correptus, quarto ac vigesimo die insuper riguerit, difficulter habet.

Rigores ex dorso proficisci ac posteriores partes petere tentat aph. 69. lib. 5. qui repetitur lib. 2. & 6. epid. Quod sequitur nempe ὅσ᾽ ἂν ἐπὶ δεκάτῃ ἀρξάμενα τελευτήσῃ ῥίγη, superiori sententiæ adiunximus, codicum pluralitatem secuti, etsi quidam hic interponunt eã sententiam quam prius ordine sextam posuimus, quos secutus est Caluus. Ista autẽ de rigore critico intelligi debere vt est notissimum ita ex obseruatione empirica non admodũ esse rata colligere est facile. Quod effecit vt τὸ δύσκολον difficulter habere expressimus, quo significamus morbum nõ ita periculosum & lethalem, difficillimè solui aut iudicari. Aliquoties τὸ δύσκολον ἀνίατον καὶ ἐκ τελέθειον significat Gal. Com. 3. in Prorrh. ac de exiguis malis & his quæ parui sunt momenti solere efferri ibidem scribit. Mirum autem videri possit quomodo prius illud membrum, τὰ ἐκ νώτου ῥίγη omiserit. Asul. codex contra omnium veterum exemplaria fidem.

[12] Οἱ φεικώδεες κεφαλαλγικοὶ ἐφιδρῶντες κακοήθεες.

Qui subinde inhorrescunt, ex capite laborantes, tenuiter exudantes, ij malignè habent.

Φεικώδεις dicuntur qui subinde & magna morbi parte, non semel inhorrescunt. Huiusmodi tamen crebri rigores, cum capitis dolore & tenui sudore, materiæ crudæ exagitatæ copiam indicant, vnde & morbi malignitas indicatur.

[13] Οἱ φεικώδεες ἐφιδρωῶτες, πολλῷ δύσκολοι.

Qui subinde inhorrescunt, sæpe tenui sudore corripiuntur, difficili morbo laborant.

ἐφιδρωῶτες πολλῷ] Ista quoque ἰσίδρωσις naturam materiæ copia grauatam, aut virium imbecillitatem denuneiat, ideoq; morbi difficultatem.

[14] Τὰ πολλὰ νωθρώδεα ῥίγεα, κακοήθεα.

Rigores multi cum torpore, malignum quiddam denunciant.

Rigores multi cum torpore merito suspecti sunt, quod refrigeratum principium, & magna frigidæ materiæ copia iam tentatum cerebrum, indeq; sopitas motiones indicent. Malignitatem verò ex summa humorum inæqualitate denunciant, quæ alioqui difficillimos & valde exitiales morbos parit, vt sæpe alias scripsimus. Sic succedentẽ rigori torporẽ dãnat Prorrh. 35. αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες, ἀπὸ πάνυ παρ᾽ ἑωυτῶν. Idẽ quoq; sent. 13. phreneticorũ torporẽ & rigorẽ his verbis non leuiter suspectat ῥῖγος ὅτι τέτρωσι κάκιστον.

[15] Οἷσιν ἑκταίοισι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτον.

Rigores qui in sextum diem incidunt, difficile iudicium adferunt.

Ferè idem scribitur aph. 29. lib. 4. vbi de rigoribus qui in febrem ardentem incidant agitur, δύσκριτον verò cum Galeno diximus κακοήθη ὑπάρξειν κρίσιν, ὡσεὶ καὶ κακόκριτον ἐλέχθη, ἢ ὑστεραίαν, quod difficilem solutionem faciat, ac recidiuas adferat, aut in longum remittens morbum protrahit, aut cum grauibus symptomatis iudicium molitur. Sic πάντα ῥίγεα δύσκριτα ex Hip. adducit Gal. lib. de Rigore tremore & palp.

[16] Οἱ σὺν σιάσει φεικαὶ πυκνὰ ὑγιαίνουσιν, [17] οἱ δὲ ἐξ αἵματος ῥύσιος ἐκπυίσκονται. Τὸ φεικώδες καὶ τὸ δύσπνοον ἐν τοῖσι πόνοισι, σημεῖα φλεγμώδεα.

Qui per sanitatem crebro inhorrescunt, ij ex sanguinis fluxu purulenti euadunt.

Vbi horror in malis subinde incidit cum difficultate spirandi, tabes denunciatur.

Ista de purulentis intelligi debere satis notum est, qui collecto in thorace pure tum acrimonia membranas internas viscera vestientes vellicante & pungente, toto corpore inhorrescunt. Deinde etiam ob materiæ pondus & copiam quæ vias spiritales intercipit, difficultate spirandi vrgentur, vt scribit Galen. Com. ad aph. 27. lib. 6. Quem locum subnotauimus nostris in lib. 1. epid. annotat. vbi φεικώδεας πυρετοὺς rabis in australina constitutione factæ comites facit Hippocrates.

[18] Ἐξ ἐμπυήσιος τοῦ θώρακος καὶ τοῦ κοιλίου ἐνίοτε ἄλγημα καὶ κλισίη, καὶ ὁ ὑποτρέγκην ἀσώδεα, σημεῖα πυέλου τοῦ πλήθους ἐν τῷ θώρακι.

Ex pulmonis suppuratione interdum circa ventrẽ dolores ac clauiculam, & cum incontinenti corporis iactatione aliquantulum stertere, sputi copiam in pulmone indicant.

H θώρακος ἐμπύησιν hic pro thoracis totius suppuratione sumit, cum materia in pulmones transsumitur. In purulentis verò cum ictis materiæ fluxio perpetuo vrgeat, impetus diuturnitate & humoris acrimonia ventriculi robur lædit, interdum etiã aliquid materiæ præcipuè pars tenuior, ex thorace in ventrem resudat, ita vt per aluum nonnunquam naturæ veluti miraculo effundatur, vt scribit Galen. Comm. ad aphor. 30. libr. 7. cap. 4. libr. 6. de loc. affect. nec mirum videatur dolores ad ventrem pertingere. Deinde vero cum corporis totius colliquatione conflictentur, in his ventriculi vis exoluitur, ac aluus & venter malè habent, fereque plurimi alui fluxu moriuntur. Clauicularum autem & iuguli dolor, puris in thorace collecti multitudinem denotat. Ponderemque pressum mediastinum & tunica succingens deorsum propendent, & clauiculæ membranam, quod propius ossi in-

sideat detrahunt. Quod etiam in pleuritide contingit. Stertunt etiam purulenti ob materiæ copiam in bronchiis pulmonis concluſam quæ à feruore aut ſpiritu agitata, in anguſtias bronchiorum incidens, ſtrepitum & ſtertorẽ facit. Incontinens quoq; corporis iactatio & anxietas ob æſtum cõtingit & materiæ agitationem, quæ primis venis circa ventrem comprehendirur, interdum quoq; ob oppreſſionem. Hic vero πύϊλον pro puris copia ſumitur, vt ſpurum purulentum ſignificet, quod aliàs ſcribimus. A

Qui ſubinde inhorreſcunt, ac incontinenti corporis iactatione cum laſſitudinis ſenſu & lumborum dolore conflictantur, iis alui effunduntur.

19 Οἱ φεικώδεες, ἀσώδεες, κοπιώδεες, ὀσφυαλγέες, κοιλίας καθυγραίνονται.

In febribus acutis quæ ex magna permixtionis humorum inæqualitate fiunt, vbi in viſceribus vrget acrimonia & æſtus, ac natura velati multitudine grauatur, nil mirum eſt huiuſmodi caſus incidere. In quibus magna laſſitudinis pars in lumbos, ſpinam & renes decumbit ob ingentem materiæ feruorem quæ in inſignibus vaſis illuc perreptantibus commouetur. Interdum verò naturæ robore materia in habitum corporis deturbatur & venis excluditur, ac in lumbos & articulos firmatur. Quod febribus laborioſis accidere ſcribit Hipp. aph. 31. & 73. lib. 4. Quas quidem vt vrina multa abſoluit, ſic depoſita interdum ad lumbos ac adiacentia inteſtina materia, ad iudicationem comparatur, & alui profluuio vacuationem molitur. Cal. pro ὀσφυαλγίες etiam σφυαλγίες legiſſe videtur & vtrunque temere addidit. Quam lectionem nulla quæ adhuc videre licuit teſtantur exemplaria. B

Qui ſubinde rigore prehenduntur, & ſub noctem aliquantò grauius habent peruigiles in ſomnis nugãtes ac delirantes, interdum ſeſe lotio perfundentes ij in conuulſionem tendunt.

20 Τὰ ὑπορριγέοντα ἐς νύκτα μᾶλλον λιπαροξωέμφατα, ἄϊρυπνα, φλεγματώδεα, ἐν τῇσιν ὕπνοισιν ἔστιν ὅτε ληρώδεα ἐφ' ἑωυτῶν χαλῶντα, φλεβοδονώδεα ἐς σπασμὸν ἀποτελθῆ.

Hæc ſententia cum ex lectionum varietate mirum in modum obſcurata ſit & perturbata, ex Prorrh. 101. reponenda eſt & ſequenti connectenda. Qui φλεγματώδεα retinent iſtud de febribus acutis obaudiunt, quæ plurimam habent pituitam putreſcentem bili permixtam, & ſub noctem graviores quoque acceſſiones aut exacerbationes, ex pituitæ motu, deinde ex vtriuſq; putredine & bilis exagitatione, crebros incidentes rigores. φλεγματώδεα igitur duobus ſumunt modis & de febre pituitoſa intelligunt, quæ ex pituita humore frigido & albo oriuntur, aut de iis quæ incendium aut flammeam caliditatem conceperunt. Quia in notione φλέγμα φλόγωσιν apud Hippocr. ſignificat, vt exponit Galen. in Exeg. & pro inflammatione aut igneo præter naturam calore ſumitur in Progn. ἢ ὅτι ἢ πρὸς φύσιν θερμασίας ἢ φλογώδεος εἰρῆσθαι τὸ φλέγμα illic ſcribit Galenus, vt φλεγμαίνειν, φλεγμαίνεσθαι, καὶ φλέγεσθαι plurimùm ſignificare crebrò annotat. In huiuſmodi igitur febribus ardentibus & acutis ex magna putredinis acrimonia, magnum excitatur incendium, ac vehementer exæſtuant ægri, vt nil mirum ſit peruigilium inde oriri, aut in delirium etiam erumpere, tum quia acceſſiones in noctem incidunt, tum quia vapores calidi & acres cerebrum tentant. Ex quo rationis arce oblæſa, inuoluntaria vrinæ perfuſio ſuccedit, quæ & humorum acrimoniam ad inuitam expulſionem veſicam ipſam irritantem cauſam habere poteſt. Poſtremò neruorum principio iam affecto, quod ſatis indicant peruigilium, dementia, & vrinæ inuita profuſio, quid mirum eſt conuulſiones, aut ſopores, phrenitidem, aut ὀφωνίαν aut cætera id genus ſuſpectari, & ſcribit Galen. in Prorrh. Cæterum qui φλεγματώδεα in φλεβοδονώδεα vertunt, qualis eſt plurimorum ac meliorum exemplarium cum Prorrhetico conſenſus, hanc dictionem cum Galeno de venarum ac arteriarum, ex humorum efferueſcentia, ac ſanguinis feruore agitatione ac concuſſione intelligunt. Cuius loco etiam φλεβοπονώδεα cum quibuſdam exemplaribus ſumunt, & de venarum intenſione cum agitantur, ſubſiliunt aut diſtenduntur accipiunt. Quod in intenſis capitis doloribus; qui cum magno ardore fiant, videre eſt, in quibus diſtentæ arteriæ temporales aut venæ iugulares concutiuntur, ac quodammodo pulſant. Quod eo accuratius in hoc caſu ſpectari debet, quod in nullo genere febrium maior ſit in venis perturbatio, quam in iis quæ pituitam ſalſam cum bile permixtam & putreſcentem fouent. Cuius rei ſignificationem præ ſe ferunt vrinæ conturbatæ & vrinis ſubiugalium, aut longo tempore depoſitis ac returbatis ſimiles, quales ſæpe annotat Hippocr. in Epidemiis & Aphoriſmis. Vt etiam nil mirum ſit in tanta venoſi generis perturbatione, vaporibus cerebrum attentari, & vigiliis, conuulſionibus, aut etiam delirio conflictari. Quod ſane me mouit vt veram & germanam parentis dictionem retinendam putarem, quæ vbique in Hippocratis ſcriptis vitioſè legitur, & haud dubiè ex Galeni Exegeſi emendanda occurrit. φλεδονώδεα enim vtrobiq; legendum exiſtimamus (quod aliàs ſcribimus) vt de delirantibus ægris dictio ſumatur. Sunt enim φλεδόνες, φλυαρίαι, nugæ, ineptiæ, deliramenta, λῆροι, vt explicat Gal. & à Varino ex Hippocrate citatur, ac φλεδονώδη, φλυαρώδη, καὶ ληρώδη explicat Heſychius. Quam in notionem me impulit Galen. qui hanc dictionẽ delirantibus ægris attribuit in Prorrhetico, etſi locus mendoſus eſt. φλεδόνες enim pro φλεβοδίνες paſſim reponendum conſtat. Eoq; modo φλεβοδονώδεα addendum non erit, quod faciunt codices quidam. Atq; adeo etiam minus anxiè vertabimur in varia codicum lectione, quæ nullius eſt momenti. Ex quibus Regius vnus peruetuſtus, φλεβοπομώδεα habet, quẽ Caluus ſecutus videtur, etſi φλεγματώδεα etiã addidit, quod ex ambigua exemplarium authoritate feciſſe videtur. Alter recentior φλεγπομώδεα manifeſto habet vitio, vt præſtiterit ne meminiſſe quidem. Reliqui φλεβοδονώδεα cum impreſſis retinent, nec φλεγματώδεα addunt, quod nec fecit Aſulanus codex, qui etiã φλεβοδονώδεα σπασμὸν ἀποτελευτᾷ vitioſè legit, vt apparet, cõtra omnium exemplariũ fidẽ. Hanc vero ſententiã Caluus ambigua codicũ lectione mire obſcurauit, vt ne addã quod videtur à ſeipſo in Prorrh. diſſenſiſſe, nec illud ſatis expreſſiſſe, ἕρσιν ὑπ' ἑωυτῶν χαλῶντα. B C D E

Continentes in præcipitibus malis rigores, malo ſunt.

21 Τὰ ξυνεχέα ῥίγεα ἐν ὀξέσι, πονηρόν.

Crebros in febribus rigores quibus indiciis damnet Galenus vide Com. ad aph. 46. lib. 4.

Virium exolutiones ex rigore cum capitis dolore perniciẽ denunciãt. Cruentæ in his vrinæ malo ſunt.

22 Αἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλύσιες, ὀλέθριον. Τὰ αἱματώδεα ἕδρα ἐν τούτοισι πονηρόν.

Ἔκλισις multis interdictis damnatur in Hippocratis doctrina. Siue enim virium exolutionem & proſtrationem ſignificet, ἀσθένειαν καὶ ὀῤῥωδίαν, velut in Prorrh. exponit Galenus, ſiue animi deliquium & præcipitem virium caſum, vt aph. 41. lib. 2. ſiue membrorũ aut corporis ad motum impotentiam quandam ac exolutionem (quam in notionem ſumit Gal. Comm. 3. in Prorrh.) ſemper metuenda eſt, eamq; perpetuo in ſymptomatum genere improbat Hippocrates, vt ſatis apparet ex Prorrhetico. Cæterum cruentæ vrinæ quæ prærubras ſignificant Gal. Com. 1. in Prorrh. vt in cõcurſione empirica heterogeneæ ſunt generis, & renum affectiones indicant. Caluus in hac ſententia ἐκ ῥίγεος non legit, contra omnium quotquot videre licuit exemplarium fidem.

Rigor cum poſteriorum partium diſtentione mortem adfert.

23 Ῥῖγος ὀπισθοτονώδης κτείνει.

Rigor iſte conuulſionem promptiſſimè minatur & mortem, ex partium poſticarum frigoris ſenſu.

Quibus vbi inhorruerint iudicatorij ſimul ſudores contingunt, poſtridie vero ſi horror repetierit & temere peruigilent, iis forte ſanguinem erupturum ſperare oportet.

24 Τὰ φεικώσαντα καὶ ἀνιδρώσαντα κεισίμως, ἐς δὲ τὴν αὔριον φείξαντα ἀλογίως, μὴ ἀγρυπνεῦντα μήτε πεπαινόμενον, αἱμορῥαγήσειν οἴομαι.

Obſeruatio eſt empirica aliunde fidem emendicans, quæ quia hic valde vitioſa eſt, ex Prorrhetico 149. repetenda nobis fuit. In quo mirari ſubit quamobrem interpretes tam variè à ſeipſis diſſenſerint. Exemplaria etiam plurimùm variant, vnum cum impreſſis ἀϊδρώσαντα legit. Alterum ἀϊδρώσαντα vetuſtiſſimum ἐϊδρώσαντα habet. Nos ἄϊδρα ἰδρώσαντα ex Prorrhetico legimus. Quod ſequitur μὴ ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαινόμενον, in Prorrh. ἀλόγως ἀγρυπνέοντα, τὸ πεπαινόμενον αἱμορῥαγῆσαι οἴομαι, legitur. Quæ lectio plurimum habet probabilitatis, vt ſudore critico intra motum ſubſiſtente, ſi poſtridie morbus repetierit, natura vacuationem per ſanguinis fluxionem iam procurata cõcoctione ex iudicationis legibus tentarit. Quo ſanè τὸ πεπαινόμενον referri arbitror, etſi illud e

Galen

A alenò in Prorrh. sustulimus, vt ne addam exemplarium in hisce dissensionem. Vnum enim ἀχρυπνιῶντα, μὴ τε πεπαινόμενα, alterum ἢ τε ἀχρυπνιῶντα, μήτε πεπαινόμενα habet. Nostrum vero ὡσαύτως ἀχρυπνιῶντα, τὰ σημαινόμενα αἰεὶ βραχύτερον εἶεναι. Quæ lectio etsi torabilior cæteris videri potest, neque tamen genuinam esse arbitror. Quare cùm istud in concursione empirica semel atque item obseruatum sit, præcognitionis leges refugit, & ex dubitatione, quæ inseritur, autoritatem labefactat. Asulanus pro μήτε πεπαινόμενον, μήτε πεπαυομένων legit.

[25] Τὰ μὲν ῥίγεος ἐπιχρίμπτα οὐδὲν, πονηρὰ δὲ ἀπαλλάσσεα, δηλοῖ τε καὶ παρηκαρωδέντα. ἤπιος δ' ὁπὸ τούτοισι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὦτα.

Vrinæ quæ cum rigore restitarunt malum & conuulsionem prænunciant, tùm verò præcipuè si antea alto sopore æger detentus fuerit. In his autem abscessus ad aures sperare oportet.

B Iisdem penè verbis repetitur Pror. 155. sed tamen dubia magis fide, cùm ἄφαρ particulam addat, quò propius concursionis empiricæ indicaturam exprimat. Vbi neque conuulsionis meminit, quam credibile est ex materiæ copia oppressio neruorum principio & crimonia irritato excitari.

[26] Τεταρταῖα ῥίγεα ἐν μέσῳ παροξυσμὸν πυκνὸν ἀτάκτῳ πόνῳ κακοήθεα. τοιαῦτα δὲ παροξυόμενα τῶν ἀσθενεόντων, τῶν μὲν ῥίγεες καὶ πυρετὸς, ὀλέθριον.

Rigores velut in iis febribus quæ propius ad tertianarum naturam accedunt, si in medio ingrauescunt febre nullum ordinem seruante, maligni valde sunt. Quæ verò contra ingrauescunt, in conuulsione vexatis cum rigore & febre perniciem denunciant.

C Hanc sententiam expressimus nostris in libr. 1. epid. annotat. st. 2 vnde translata videtur, atque de his febribus quæ tertianarum formam & speciem propius referunt, liberalique semitertianarum notione comprehenduntur intelligi posse diximus. Quod si quis propriè ad febres τριταιοφυεῖς referendum putet, habet ille assensores præcipuos, magnos huius artis dictatores. Semitertianas tamen hic suis rescriptis damnare videri potest author, ac de his locus intelligi. Illud enim ἐν μέσῳ παροξυόμενα, ad propriam semitertianarum notionem spectare potest, hoc est insultus cum horroris sensu insignes, ac accessionum ingeminationes, quas ἐπαναλήψις aut ἀναδιπλώσιος vocari scribit Gal. lib. de Temporibus morb. & lib. de Typis. Quæ quoniam ex materiæ putrescentis inæqualitate & vario motu oriuntur, ita plurium & inordinatarum accessionum formam exhibent. Quò referri etiam potest quod sequitur, πυρετὸς ἀτακτος, cuius explicationem his verbis protulit lib. 1. epid. st. 2. ῥίγεα δ' πᾶσιν ἀτάκτως καὶ παλαιότητος ἐγίνετο. Quem in sensum illud mihi potius accipiendum videtur, quàm si quis huiusmodi verbis febrium continuitatem interrumpat, ac ideo semitertianarum notionem labefactet. Cuius quidem opinionis contentionem satis videmur mouisse nostris in lib. 1. epid. annot. Quæ verò sequuntur τὰ ἀτακτα παροξυόμενα, etiã ad rigores referri possunt, qui tertianarum febrium typum non seruant, eas tamen accessiones respicere videntur, quæ conuulsiones in febribus & rigores nullo seruato aut expectato ordine conuehunt. Quæ symptomatum significatio non parum est perniciosa. Ac fortè τὰ ἀτακτα παροξυόμενα de iis febribus intelligentur, quæ τριταιοφυεῖς dicuntur, & cùm ad tertianarum naturam accedant, contrario modo innadunt, cùm accessiones habeant diebus paribus & in iis ingrauescant, quas postea ὡρίας μεταπίπτοντας scribit. Quæ quòd variam habeant succorum permixtionem & inæqualitatem, autumno ferè grassantur, & difficilimæ sunt ac periculi plenissimæ. Conuulsiones enim sæpissimè & frequentia animi deliquia inducunt. Ac certe si locus est integer (quem tamen inordinata oratio [ὧν ἐν αἴσῳ παροξυόμενα] valde suspectum facit) hac potius coniectura in re admodum obscura mihi nitendum esse arbitror quàm si παροξυόμενα τὰναντία τῶν ἀσθενεόντων, de contrariis conuulsis accessionibus, quales sunt resolutiones, intelligamus. Quò magis eas omnibus amplectendam propono, quòd in tam prærupto & vadoso loco, ab omni spe destituti, insaper etiam scriptorum codicum toties expertam fidem votis solis prosequimur. Neque enim ex his aliquid opis sperari potest, cùm pro ἀσθενεόντων, ῥιγέων tres codices Regij manu scripti habeant, quos secutus est Caluus. Alter verò ῥιγέων καὶ ῥιγώντων. Caluus autem hanc sententiam per se valde obscuram, etiam cum superiore temerè confundit.

[27] Αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι, ξὺν φόβῳ λύονται. καὶ τοὺς ὑπορριγέοντας τρόμοι δεα χαλεπὰ κρίνει.

Quæ ex rigore fiunt vocis defectiones, tremore soluuntur, atque eos qui subinde nouo rigore corripiuntur, succedentes tremores iudicant.

Hic λύειν & κρίνειν impropriè de humorum transpositu & μεταπίπτειν dici constat, quemadmodum aph. 26. l. b. 6.

[28] Οἱ ἐκ ῥίγεος μὲν κεφαλαλγίης ἐκλυόμενοι σφαλερῆσι. δ' αἱματώδες ἦδη τουτέοισι κακόν.

Qui ex rigore virium exolutiones & capitis dolores sentiunt, ij in dubium de vita veniunt. In his cruenta vrina malum denunciat.

Hoc ex vniuersali placito pendet, quo infida iudicatio damnatur, vbi decernentia non iudicarint, ideoq; σφαλερῇ additur, vt lubricam, incertam, ac infidam iudicationem suspectam habeas, & quæ periculum denuncier. Sic enim legunt meliores codices. Quod si σφαλεῖ cum impressis retineas, erratum ac offensionem, lapsum ac vitium, aut perniciem ex iudicatione fallaci significabit eodemq; recidet. Codices scripti duo μὴ ἀσφαλείης addunt, alter verò λυόμενοι habet, quos secutus est Caluus, sed non sine vitio, vt arbitror. Malim enim hic repeti superius positam sententiam 22. velut in tumultuario opere atque hic subinde fieri assolet.

[29] Οἷσι ῥῖγος, οὖρον ἔπισχεσις.

Quibus rigor adest, iis vrina restitat.

Vrinæ suppressionem rigoris comitem facit Hippocr. aphor. 9. sect. 1. libr. 6. epid. & sæpe repetit author Prorrhetici præcipuè sent. 110. ex qua videtur hæc deducta. Sic quoque sent. 155. τὰ ἐπεχόμενα μὴ ῥίγεος ἔξω πονηρά, vt hic quoque paulo antea scripsit. In quibus sententiis cùm conuulsionum meminerit, sunt qui hanc sententiam sequenti coniungant. Non necesse est autem rigori adesse vrinæ suppressionem, vt non temere quoque in rigore critico materia in habitum corporis translata & alio velut deducta, lotium restitat.

[30] Σπασμὸς ἐν πυρετῷ, χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακοήθεες. κακοήθεες δὲ καὶ ἐκ μηροῦ ὁρμὴ ἀλγήματος, ἀλλ' οὐδὲ γονάτων πόνος κρήγυον. ἀπὸ καὶ γαστροκνημίων πόνοι, κακοήθεες, καὶ γνώμης παραφορὴ, δηλοῖ τε καὶ ἦδη ἐν ὑπαιωρηθῇ.

In febre conuulsio, manuumque ac pedum dolores malignum quiddam prænunciant. Malignus quoque ex femore doloris impetus. Sed & neq; genuum dolor probari potest. Quin & surarum quoq; dolores maligni sunt, ac mentis emotio, tum verò præcipuè si sublime quid in vrina innatet.

H Coitio est empirica quæ ex diuersi generis signis coalescit, & ex aphorismis & Prorrhetico delumpta est. Conuulsionem in morbis acutis multis rescriptis damnat Hippocrates: præcipuè vero aphoris. 66. lib. 4. In Prorrhetico verò (sent 36. & 37.) ad suram dolores cum mentis emotione in flatuum permixtione commemorat. Quin & femoris dolore euanescente sublimamentis per vrinam innatantibus, mentis emotæ signa & abscessus ad aures colligit. Quæ omnia vt certam doctrinæ complexionem respuunt, cùm heterogenei sint generis, ita flatuum materiam aut crudi humoris impetum portendunt. Quorum in articulos aut partes inferiores transpositu, abscessus oriri non est absonum. Sic quoque partium inferiorum doloribus euanescentibus & ad caput sublatis, conuulsionis aut malignitatis cuiusdam & delirij metum impendere vero non est absimile. Cuius rei non minimam significationem exhibebit in vrina sublimamentum diuulsum & γονοειδὲς. κρήγυον autem Galenus in Exegesi πάλαδι exponit, Hesychius quoque ἀγαθὸν, ὠφέλιμον, ὁμῶς. Sed κοῦγον legit Hesychius, vt & Asulanus codex cum quibusdam membranis scri-

...li ma omnia exemplaria κρήγυον vt & Homerus Iliad.α (v.106. κρήγυον autem Varinus dici scribit ὡσεὶ τὸκῆρ & τὸ ἡδύ, velut ... per syncopem κρήγυσιν, deinde δ versō in γ. κρήγυον, τὸ τῷ ψυχῷ ἡδύνον. Idemque κρήγυον exponit ἀληθὲς, ἐυμάρες, ἀμεῖνον, ὑγιές. Hinc. κρήγυον ἀληθὲς, οἱ δ' ἀγαθὸν, apud Hipp. significare scribit, & versum Homericum adducit. Codices quidam manuscripti ἢ γνώμης ὠφέλιμος legunt ex Prorrhetico, & ad γαστροκνημίων πόνος referunt, quam lectionem secutus videtur Cornarius. Alter etiam ὠφέλιμος haber. Nos nihil immutauimus communemque lectionem recepimus.

Ex præcordiorum dolore obortæ febres, malignæ sunt. In his profundus ac altus sopor pessimus.

[32] Οἱ δὲ ὑποχονδρίων ἀγχήματος πυρετοὶ, κακοήθεες δὲ μάλιστα ὅτι τούτοισι, κάκιστον.

Celebris est hic locus ex Prorrhet 56. sed qui apposita circumscriptione & diorismo ad doctrinæ complexionem egeat, qualem adhibuit Galenus in Prorrhetic. & initio Commentar. 3. in libr. 3. epid. Postrema verò sententiæ pars ex Prorrhetic. 63. desumpta videtur.

Qui in febre non intermittente tenuiter & crebrò exudant, cum præcordiorum distensione, ij vt plurimum malignè habent, atque in his dolores in humeri caput ac iugulum affixi, praui sunt.

[33] Οἱ μὴ λιποθυμέοντες ἐφιδρούμενοι πυκνὰ μετὰ ὑποχονδρίου ἀνάτασιν, ὡς ὀπίσω πολὺ κακοήθεες. καὶ ἐς ἀκρώμιον καὶ κλεῖδα σπεύδοντα ἀγχήματα ἐν τούτοισι πονηρά.

In hepatis aut visceris alicuius inflammatione febris vrget continens & vehemens, non tamen omnino lethalis. In qua si crebrò & tenuiter exudant, ob magnam virium imbecillitatem malignè habent. Præcipuè vero morbus intenditur, si ad summum humerum, clauiculas & iugulum dolor pertingat, quod affectionis consensione per magnam venam & membranas contingit. Inflammationis namque pondere viscus propendet, sursúmque detrahitur diaphragma, mediastinum, totúmque thoracis membranaceum genus. Nam vt scribit Aretæus cap. 13 lib. 1. de morb. diutur. ἐν διαφράγματι τὸ ἧπαρ ἦρται. τὸ δὲ διάφραγμα τὸν ἄνω τῆσι πλευρῆσι ὑμένα βαίνει. ξυνίσταται γὰρ αὐτέῳ. ὁ δὲ δὴ τὰς κλεῖδας καὶ ἄκρα τῶν ὤμων ἀποτείνεται, καὶ τὰς ξυνοφίλικας κάτω. Ex septo transuerso iecur suspensum est, septum vero transuersum membranam costis substratam degrauat. Ipsum enim illa consequitur. hæc vero ad iugulum vsque & ad summum humerum extenditur, atque hæc omnia vna ad inferiora detrahuntur. Hic igitur ex affectuum syndrome obseruatam fuisse visceris inflammationem satis indicat ὑποχονδρίου ἔντασις plurimum apud Hippocr. celebrata. Quod efficit vt μὴ λιποθυμέοντες, pro ἐν μὴ λιποθυμίῃ πυρετῷ sumendum sit, familiari admodum phrasi.

Febres quæ proximè ad tertianarum naturam accedunt, cum incontinenti corporis iactatione, malignæ sunt.

[34] Οἱ τεταιοφυέες ἀσώδεες πυρετοὶ, κακοήθεες.

Siue veras τριταιοφυᾶς, siue semitertianas dictas intelligas, febres hæ neque leuiter affligunt, neque suspicione carent, præsertim si sint implacidæ, ac in iis anxiè se habeant ac variè iactentur ægri, quales celebrat libr. de rat. vict. in morb. acut. Hippocr. & his verbis explicat Galenus: ἀσώδεις ὀνομάζει πυρετοὺς, ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσυχῆ καὶ ἀνδρικῶς ἔχουσι.

In febre mutum esse malo est.

[35] Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι, κακόν.

Ἀφωνίαν τὴν ἐν τῇ ἀφελίξει ἀδυναμίαν, sermonis & loquendi impotentiam esse, pluribus probauimus nostris in libr. 2. epidem. Comm. & nostris in ægr. 3. lib. 3. epid. post st. pest. annotat. ἀφωνίαν verò vocis esse priuationem & defectum, ex sensuum & motionis interceptione, cerebro læso & offenso, quò certè maior calamitas significatur, quàm ex ἀφωνίας & sermonis impotentia, quæ locutionem præpeditam & vocis articulatæ instrumentum esse resolutum significat, vt fusissimè explicat Galenus Comm. in ægr. 3. libr. 3. epid. post st. pest. Quod effecit vt ἄφωνον mutum diceremus. Quarum vocum explicatio cùm sit alterius tractationis in Œconomiam nostram reiicienda est, vbi copiosioribus verbis expeditur. κακὸν hic igitur dicit, non κάκιστον, vt in ἀφωνίᾳ frequenter in Prorrh. cùm maior pernicies intendatur.

Delassati ægri, caligine obducti, pernigiles & sopore detenti, cum tenui sudore recalescentes, malè habent.

[36] Κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, κωματώδεες, ἐφιδρούντες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

Concursio ista empirica symptomatum diuersi generis enumerationem complectens, in febribus damnatur Prorrhet. 74. de quarum vehementia ἀναθερμαινόμενοι dicuntur, hoc est ἀναπυρέττοντες, vt exponit Galen. Commen. 2. in Prorrh. ἀχλυώδεις verò caligantes ægri dicuntur, quibus tenebræ & caligines oculis offunduntur, cùm sit oculorum affectio, vt scribit Galen. etsi quidam hac voce totius corporis perturbationem quandam ex humorum agitatione comprehendunt, aut eos quibus faciei & totius corporis nitor obscuratur. Reliqua symptomata ex magna humorum inæqualitate ac permixtione orta habent, quâ grauatum cerebrum & totius corporis facultates appetitæ sunt, vt non temerè malum quoddam, ac velut ex incerto concursu & vaga obseruatione phrenitis suspectari debeat, cui sæpe κῶμα ἄγρυπνον attribuit. Est & sententia in Prorrh. 68. quæ huius partem posteriorem continet & paulò post repetitur.

Lassitudine laborantes cum horrore, iudicij modo leuiter exudantes, celeriter ad calorem reuocati, malè habent, tum verò præsertim si ista insuper sanguinem è naribus stillarint. Circa hæc aurigine admodum fœdati, & largius colorati moriuntur, iisque album alui recrementum prodit.

[37] Οἱ κοπιώδεες μὴ φείκης ἐφιδρώσαντες χρισίμως, ἀναθερμανθέντες ἐν ὀξῇ, κακόν. ἢν γὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι ὑποστάζωσι. καὶ τοῖσι ἱκτερώδεες καταπορέες ἐπήσχησι, λευκὸν διαχώρημα τουτέοισι προσδέρκεται.

Magna ista casuum varietas parum aut nihil ad doctrinæ complexionem valet, nisi quod κεισίμων μὴ κεινέντων authoritate fidem emendicant. κεισίμως vero non χρησίμως ex meliorum codicum consensu & interpretum legimus, quemadmodum illud ἐν ὀξῷ pro ὀξίῳ sumpsimus. Codices etiam manuscripti ἄλλως τε καὶ αἷμα ὑποστάζωσι legunt, etsi quidam cum impressis consentiunt. Quod tamen non immutauimus, cum ὑποστάζειν & ὑποστάξειν & στάξειν plærunque absolutè sumat Hippocrates. Quæ etiam sequuntur ex scriptorum codicum consensione simul iunximus, etsi ab interpretibus separantur. ἱκτερώδεας verò καταπορίας, diximus admodum aurigine fœdatos & impensius coloratos, quales sunt qui ex aurigine multa & syncera bile suffusi sunt, non secus ac ἱκτερώδεας καταπορίους ex morbo regio largius coloratos dixit" Aretæus, aut διαχωρήματα καταπορίους χολώδη, abundè colorata, aut exquisitè biliosa vocat Hippocr. & ἱκμαλὲς διαῖτα explicat Gal. Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb acutis. " Cap. 13 lib. 1. de diutur. morb.

Febres ad tertianarum naturam accedentes, vagæ & errantes, vbi in dies pares transierint, molestiam exhibent.

[38] Οἱ τεταιοφυέες πλανώδεες, ἐς ἀρτίας μεταπεσόντες, δύσκολοι.

Febres quæ prope affecta æstate ac impendente autumno grassantur, & tertianarum notharum nomen assumunt, vbi tertianos habuerunt circuitus, vago quodam & incerto ordine trahunt, ac errantes fiunt, tandem in quartanas transeunt, ac diu multúmque ægros affligunt, vt in dies experimur. Quod hic ἐς ἀρτίας μεταπεσεῖν dicere videtur, vbi febres quæ tertianarum naturam præ se ferebant, in dies pares, accessiones commutarint & paribus diebus prehenderint.

Qui in diebus iudicatoriis cum angore aut incon-

[39] Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀγυσμοὶ ἀνδρώοντες πρὸς ψυχ-

μοὶ,

μένοι, καὶ ἄπονοι ἢ ⓐ αὖθις ἱδρῶτος ψυχόμενοι ἀκρίτως, κακόν.

tinenti corporis iactatione, absque sudore perfrigerantur, atque omnino qui sine sudore perfrigerantur citra iudicationem, malè habent.

[37] Καὶ ⓐ διαῤῥιγώσαντες, ἐκ τούτων ἐμέσαντες ἄκριτα, ἀσώδεες, ῥιγώδεες ἐν πυρετῷ, κακόν. καὶ φωνὴ ἢ ἐκ ῥίγεος.

Quin & qui subinde riguerunt, post hæc syncera vomitione refuderunt, anxietate vexati, tremuli in febre, malum portendunt. Quinetiam ex rigore vox intercepta perniciem denunciat.

Hæ duæ sententiæ ex Prorrh. 61. & 62. translatæ videntur, neque tamen magis explanatæ, sed τῶν κρισίμων μὴ κρινόντων decreto damnatæ. Quidam codices ἄλυσμοὶ αἱ ἱδρῶτες legunt, quod propius ad Prorrhetici lectionem accedit, ἀλυσμῷ αἱ ἱδρῶτες. Sed vt perfrictio omnis, ac inquies corporis iactatio & incontinentia, siue cum sudore siue sine sudore contingant, malo sunt, præcipuè tamen iudicium subeunte natura perniciem intentant: ita ex rigore perfrictio damnanda est, siue cum sudore, siue absque sudore proueniat. Atque post huiusmodi rigorem syncera vomitio, anxietas & tremor damnum intendunt. Quod efficit vt hæ duæ sententiæ simul iungi possint, non sine codicum quorundam assensione, cùm etiam in Prorrh. non hoc modo distinguantur. Sed nos pluralitatem & frequentem consensum secuti sumus. Quod verò sequitur, καὶ φωνὴ ἢ ἐκ ῥίγεος, ex omnibus codicibus retinuimus. Quò magis miror à Cornario esse prætermissum, nisi quia vitium esse animaduertit. Nos certè ex præceptoris Hollerij sententia, quam viua voce & postea scriptis testatus est, ἀφωνίαν non ingratiis substituimus, tum quod Vaticani Codices huc inclinare ex Calui lectione videantur. Aut certè φωνὴ ἐκλείπειν intelligēda venit, quam phrasim vsurpauit Prorrh. 91. εἴσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσιν ἐκλείπουσαι μὴ κρίσιν, vnde fortè quodammodo expressum istud videri possit. Si quis verò antiquam istam & omnibus codicibus contestatam lectionem amplectitur, poterit meo iudicio ad tremulam vocem referre, velut in rigore conspicitur, & qualis ad tremorem consequi potest ex magna neruosi generis imbecillitate & reliccatione, nec temerè in tam tumultuaria symptomatum congerie eò spectare. Atq; istud καὶ φωνὴ ἢ ἐκ ῥίγεος eandem habebit notionem, quam habet illud Prorrh. 42. καὶ φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει αὐτοπλικῇ. Sic nec vno modo tremulam vocem in Prorrh. damnat Hippocrates, cùm inde vehementem mentis emotionem non leuiter suspectet, vt sent. 19. γλῶσσης σπασμοὶ τρομώδεες, καὶ αὖπαι τρομώδεες γλώσσαι, ὀξίσται). Et, αἱ τρομώδεες γλῶσσαι, σημαίνει ἐκ ἱδρυμένης γνώμης.

[40] Τὰ ἢ ἐκ ῥινῶν μικροῖσιν ἱδρῶσι ψυχόντα, κακόν.

Qui verò post sanguinis ex naribus eruptionem ex tenuibus sudoribus perfrigescunt, malè habent.

Ἐκ ῥινῶν legunt Interpretes omnes, pro ἐκ ῥιγίων, quæ plausibilis est omnino lectio. Nam ψυχὶ à rigore damnatur, præcipuè si cum tenuibus & frigidis sudoribus acciderit, cùm ritè & ordine ægros incalescere oporteat, vt multis probat Gal. lib. περὶ ῥίγους & Prorrh. 65. αἱ ἐκ ῥίγεος κατὰ ψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακαί. Quin & post sanguinis è naribus profusionem huiusmodi casus valde suspecti sunt. idcóque eam lectionem vulgatam retinuimus ex Prorrh. 126. cùm eam etiam agnoscat Gal. & postea repetitur sent. 342. Caluus autem μικροῖσιν ἱδρῶσι, non μικροῖσιν, legit.

[41] Οἱ ἐφιδρωῶντες ἀγρυπνοι ἀνηθερμασμένοι, κακόν.

Ex tenuibus sudoribus peruigiles, ad calorem reuocati, malè habent.

Repetitur iisdem verbis Prorrh. 68. Vbi tamen οἱ ἐφ' ἱδρῶσιν ἀγρυπνοι legimus.

[42] Οἱ ἐφιδρωῶντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

In febre tenuiter exudantes, malignè habent.

Ἐφίδρωσις Hippocrati multis modis damnatur, tum quod naturæ ex humorum multitudine & copia oppressionem, tum quod virium imbecillitatem indicet. In febribus vero malignitatem denunciat, vt Prorrh. 74. & 115.

[43] Οἷσι χολώδεος διαχωρήσιος ἐούσης, περὶ στῆθος δῆξις καὶ πικρότης, κακόν.

Quibus prodeunte egestione alui biliosa, ad pectus morsus ac amaritudo sentitur, ij malè habere iudicantur.

Hanc sententiam à superiore seiunximus, codices scriptos meliores secuti, quod etiam fecerunt interpretes. Hîc vero στῆθος ventriculi osculum significare videtur, vt hac velut partis externæ circumscriptione, insigne illud orificium ad humorum acrimoniam & morsum tam promptè expositum populariter intelligatur. Neque enim huiusmodi iniuria in sterno aut pectore sentitur, sed in iis naturis quæ biliosi humoris copiam gignunt (quales πικροχόλους facit lib. de rat. vict. in morb. acut. Hippocrat.) & in ventriculum plærumque redundat cordis morsum & acrimoniam excitans, quod vulgus [mal de poitrine] vocat." Quam in notionem στήθους πόνος in epidemiis commemorat Hippocrates, & περὶ στήθεα πόνοι in Prorrhetico, & στήθεα καταχορέα dicuntur velut exponit in Exegesi Gal. Quid autem per proruptionem intellexerit Caluus, mihi satis notum non est, nisi pro δῆξις ῥῆξις legisse videtur.

"*Ægin. & 14. lib.*

[44] Ἐν πυρετοῖσι κοιλίης ἐμφυσωμένης, πνεῦμα μὴ διεκπίπτον, κακόν.

In febribus, aluo à flatibus distenta, flatum non erumpere, malum.

Κοιλίη ἐμφυσωμένη, quæ & φυσώδης in Prorrhetico dicitur, & ἐμπνευματεμένη, καὶ φυσώδης, καὶ πνευματώδης, aluus à flatibus distenta dicitur, quemadmodum πνευματῶδες flatu impleri exponit Gal. in lib. de rat. vict. in morb. acut. & πνευματώδεις flatuosos ibidem vocat Hippocr. τοὺς ἐμπνευματεμένους καὶ φυσώδεας. Flatibus igitur distenta aluo, flatus non prodire, caloris natiui imbecillitatem & flatuum copiam, crassitiem & cruditatem denotat, quos ad expulsionem tenuari, concoqui, & præparari oportet.

[45] Κοπιώδεες, λυγμώδεες, κάτοχοι, κακοί.

Lassitudine conflictati ægri, singultuosi, & alto stupore (quem catochum vocant) detenti, malè habere significantur.

Plena est periculi hæc concursio. λυγμώδεες autem dicuntur qui continenter & assiduè singultiunt, quamadmodum λυγμὸν πυρετὸν vocat Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. febrem in qua singultus diutius afflixit, aut per totum morbi decursum exacerbatur. In hepatis quoque inflammatione singultus perniciem adfert ex aph. 58. lib. 5 & aph. 17. lib. 7. cùm eam insignem esse oporteat, vt scribit Galenus. Dicuntur autem κάτοχοι stupefacti & alto stupore detenti, quem κάτοχον vocant, vbi ægri immoti & omnino fixi manent, diductis palpebris, apertis oculis & obrigescentibus membris, vt scribit Gal. Comm. 2. in Prorrh. Id autem non leuiter appetitum esse cerebrum indicat, & singultus os ventriculi, vt ideo insignis noxia esse videatur.

[46] Ἐκ νώτου πυκινῆσι καὶ λεπτῆσι φρίκῃσιν ἐφιδρωῶντες δύσφοροι. ἕρου ἀπόληψις ἐπώδυνον σημαίνει. ὃ ἐφιδρωῶν τούτοισι κακόν.

In crebris & tenuibus ex dorso horroribus tenuiter exudantes ægri, molestè habent. Laboriosa quippe vrinæ interceptio significatur. In his tenuiter exudare malo est.

Hanc sententiam codices quidam, vt interpretes, omittunt, quidam etiam disparant. Verùm quia in optimis codicibus descripta est, eam ex Prorrh. 75. & sent. 3. prius appositā explanauimus, & coniunximus. ἐκνώτου etiam retinuimus, cùm ἐκνώτου multi legant, & ἕρου ἀπόληψιν ἐπώδυνον cum melioribus exemplaribus & Asulano legimus. δυσφορία verò tam corporis inquietudinem & implaciditatem, quàm morbi difficultatem quâ implicatur respicit. ἐφίδρωσις autem secundo loco posita, extremam perniciem & mortem in propinquo esse significat.

Præter consuetudinem aliquid facere, vt verbi gratia aliquid propensius curare & magno studio eniti prius non consuetum, aut contra, prauum & delirio proximum.

47 Τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιέειν τι, οἷ προθυμέεσθαί τι προτέρεον μὴ εἰθισμένον, ἢ τἀνάπαλιν, πονηρὸν, καὶ παραπλήσιον παρακοπῆς. A

Ægrorum communem & propriam naturam ita spectari vult Hippocr. vt quod contra fit generali quadam notione damnari iubeat. Sic initio Progn. hortatur καίπερ τὸ σχῆμα τῶν εἰωθότων ὄντα τοῖσι τῆδε ὑγιαίνουσιν, μάλιστα δ' οἱ αὐτῷ ἑωυτῷ. ὕπνος γὰρ καὶ ἄϋπνος ἄριστον. τὸ δ' ἐναντιώτατον τοῖς ὁμοίοις, δεινότατον. Et initio libri κατ' ἐπιτροπὴν generalius quiddam effert. τὰ ὅμοια, τὰ αὐτὰ ὅμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν ῥηϊστων, ἀπὸ τῶν παντὶ παντὶ γιγνωσκομένων. Quod vniuersale præceptum cùm multum ad prædictionem conferat, ita ægrorum ἕξιν τε τὴν εἰδη, & φύσιν spectare debet, vt illic explicat Galen. Eodem etiam refertur ἐν κοινῇ φράσει ἀπόκρισις paulò post celebrata sententia, & ex Prorrhetico desumta. Hic autem προθυμέεσθαι legimus ex melioribus codicibus, quod est propenso animo aliquid curare, cum studio & cura aliquid instituere aut suspicere, anniti, elaborare & affectare, vt animi liberas actiones ex consilio & electione complectatur. Etsi exemplaria quædam manuscripta παρὰ λόγον habeant, alia etiam μεμηδιέναι, quæ videtur secutus Galuus, & omnia sua interpretatione complexus. Et vtramque lectionem etiam alij sequuntur Interpretes. B

Quæ cum malignis signis alleuamentum adferunt, & quæ cum bonis non remittunt, molesta sunt & difficilia.

48 Τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κωφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἀνιέντα, δύσκολα.

Hæc sententia totam ferè criseos doctrinam complectitur, & multis locis ab Hippocr. adumbratur, præcipuéque aph. 27. lib. 2. & Prorrh. 51. & illic à Galeno fusissimè est explicata, vnde propriè excerpta videtur. Quam in rem multa scripta sunt nostris in lib. 2. epid. Commentariis. C

In præcipitibus malis, tenues circa caput maximè sudores oboriri, & corporis incontinentia quadam iactari, malum indicat, tum verò præcipuè pernicies intenditur, si ista cum vrinis nigris contigerint, & spiritus magnus & concitatus adfuerit.

49 Οἱ ἐφιδροῶντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι κακοδύσφοροι, κακόν. ἄλλως τε καὶ ἐπ' ὄψεσι μέλασι. καὶ ὃ χολερὸν ὅτι τούτοισι πνεῦμα, κακόν.

Iisdem omnino verbis repetitur hæc sententia Prorrh. 39. & à Galeno explicatur, simulque χολερὸν πνεῦμα quàm variè ab Hippocratis enarratoribus sumatur, scribitur, vt & Prorrh. 92.

Celeres summitatum corporis in vtraque extrema permutationes, perniciem denunciant. Quin & sitis huiusmodi (hoc est, celeriter in contraria permutata) malo est. D

50 Ἄκρεα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, καὶ δίψα τοιαύτη, πονηρόν.

Eadem scribuntur Prorrh. 43. δίψαν vero τοιαύτην, τὴν ὅτι πανταπάσι μεταπίπτουσαν ἐν τάχει, παραπλησίως τοῖς ἄκροις, ex Galeno diximus. Quin & subitas huiusmodi corporis inæqualitates, dum modò calet, modò friget, damnat Celsus cap. 5. libr. 2. & Hippocr. aph. 40. lib 4.

In homine moderato ferox & audax responsio, & vox acuta, malum portendunt. Iis præcordia intro trahuntur & tenduntur. E

51 Ἐν κοσμίῃ φρασείῃ ἀπόκρισις, φωνὴ ὀξέα, κακόν. ἀποχόνδρια τούτοισιν εἴσω εἵρυται.

Distinguuntur duæ sententiæ Prorrhetic. 44. & 45. hic autem vniuntur, quod huiusmodi casus phrenitidem præmuncient, & ex diaphragmatis inflammatione, aut ex febrili incendio, resiccatione quadam & tensione vox acuitur, & præcordia intro trahuntur aut reuelluntur. Quin & ex membranæ succingentis inflammatione contrahuntur hypochondria & diaphragma, quod etiam affectum sua vicinia & consensione viscera contrahit, membranis quibus ea vestiuntur & vinculis connectuntur circuntensis. Detrahitur etiam pulmo, aspera arteria & larynx, atque angustior fit indéque vox acuitur. Quòd si quis has sententias distinguat, velut in Prorrh. de voce quæ in morbis acuitur intelligenda erit postrema sententia, quod facit Gal. atque eiusmodi acutæ vocis causa resiccatio & angustia instrumentorum voci destinatorum ex incendio interno æstimabitur, atque inde præcordiorum contractio & tensio. Quidam verò ad præcordiorum reuulsionem vocem acutam consequi, non autem contra, intelligunt. Quod voluit etiam Præceptor Hollerius. Exemplar autem vnum Regium manuscriptum pro εἵρυται in margine adscriptum ἕλκεται habet, quæ est illius vocis glossema & interpretatio, vt ex Gal. in Comm. Prorrh. patet. Erotianus pro εἵρυται ἑρύεται legit, quod præsens est & tertia persona singularis, εἵρυται vero tertia persona pluralis Ionica præteriti perfecti, Homero frequens, vt & ἑρύεσθαι, ἐρύεσθαι, & ἐρύσθαι pro ἕλκεσθαι. εἵρυται autem etiam Galenus agnoscit. F

Qui ex sudoribus perfrigerantur ac celeriter recalescunt, malè habere iudicantur.

52 Τὰ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεος ταχὺ ἀναθερμαινόμενα, κακόν.

Hæc sententia pars est Prorrhetici 66. vbi ægris quæ hic morbis attribuit. Sic enim scribitur, οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

Qui in grauibus malis tenuiter exudant, & quadá corporis incontinentia iactantur, malè habent.

53 Οἱ ἐν ὀξέσι ἐφιδροῶντες κακοδύσφοροι, κακόν.

Hæc sententia ex parte quadam repetita paulò ante Prognost. 49. & 13.

Qui temerè ac præter rationem nulla existéte vasorum inanitione impotentes fiunt, ij malè habent.

54 Οἱ παραλόγως, κενεαγγείης μὴ ἐούσης, ἀδύνατοι, κακόν.

Hæc sententia ad præsagiendi & curandi rationem magnum habet momentum, & sæpe ab Hippocr. adumbratur, & Prorrh. 40. paulò aliis verbis, sed tamen eadem notione, exprimitur. αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικὴ ἀδυναμίαι, ἢν ἐοῦσης κενεαγγείης, κακόν. Humorum námq; copiam actiones grauantem, aut insignem alicuius visceris intemperiem suspectam facit. Quinetiam μᾶλλον τὸ παρὰ λόγον σωπᾶσθαι, ἀδένειαν σημαίνει, (vt scribit Hippocr. aph. 28. libr. 2.) aut humorum tenuitatem & corporis raritatem, quod illic addit Galenus. ideóque neque periculo caret.

In febre distractio velut à vomitu, in exscreationem desinens, malum portendit.

55 Ἐν πυρετῷ ἕλξις οἷ ἀπὸ ἐμέτου ἐς ἀπόχρεμψιν τελευτῶσα, κακόν.

Inusitata est phrasis & insolens, ideóque obscura, quales plurimæ in his Prænotionibus & Prorrhetico conspiciuntur. Videtur autem ἕλξις οἷ ἀπὸ ἐμέτου idem significare quod Prorrhetico. 117. τὰ ἐμετώδεα ἑλκόμενα, aut qui postea ἀνεμέτους παραπλησίους dicuntur. Quibus verbis distrahi aut distorqueri significantur & conturbari qui vomitione conflictantur ex humorũ cacochymia, aut etiam ex inflammatione interna, ventriculo ad nauseam concitato. Vnde & tractus quidam velut ex vomitu significatur, cùm defluentes in ventriculi cauum humores, aut ex inflammatione resudantes innatant & vires grauant. Ex quo ad expulsionem irritata natura, oesculum commouet, & nausea reiectionem molitur, totúmque corpus frequenti concussatione conturbat. Id enim I

σιωπα-

ἀναπήδησις exponit Gal. Atque eo nomine hoc symptoma, & causæ, & signi ratione damnatur. In sereatum vero frequenter desilit, si quis ἀναζεῦξιν pro πτιλισμῷ & sputatione sumat, quod imbecillum ventriculi oſculum ex indante humiditatem ac vel ex phlegmone expressam oris saliuatione refundat. Quòd si ex affecto & humorum copia oppleto cerebro cassis humidis acidat, malum intendi necesse est, ac non temerè in febribus suspectam phrenitidem facient πτίλισμοι & ἀναζεῦξις, phrenitici in Prorrhetico attributa, atque ex interna phlegmone certa pernicies ægro conflabitur.

56 Ναρκὴ ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, κακόν. Torpor in contraria celeriter permutatus, perniciem denotat.

Ἐπ' ἀμφότερα, in contraria diximus ex Gal. in Prorrh. 43. Vbi in vtraque extrema permutationem, in contraria finit. Sunt & in aris μεταπτώσεις omnino damnandæ, quæ ex humorum transfluxu & transpositu fiunt, quales in phreniticis & neate captis conciuntur, quas pluribus verbis explicat & sugillat Gal. Com. 1. in Prorrh. Sic τὸ ὑπὸ φρενίτιδι τινὰ μεταπεσεῖν ab Hippocr. damnantur. Torpor quoque subitò in contraria permutatus, cùm vagantem materiam & in corpore fluctuantem significet, resolutionis metum iniicit, aut ne in aliquam principem partem firmetur, suspicionem facit. Quin & vbi subitò permutatur, animalium functionum ac sensationum extinctionem mentisque læsionem portendere non immeritò significatur. Et quomodo διὰ τὸ ὑπὸ πλευρίτιδι μεταπεσεῖν damnatur, sic ναρκὴ ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, πονηρὸν, quæ modò abest, modò etiam adest, & in contraria celeriter permutatur.

57 Σταξίες αἱ ἐλαχίσται, κακαί. Perpusillæ sanguinis è naribus stillæ, damnosæ sunt.

Sanguinis stillas, quas στάξεις aut ἀποστάξεις vocat Hippocr. constanti doctrinæ consensione pluribus in locis damnat, præsertim si crassus, niger & paucus sanguis primis diebus & criticis inter initia effundatur, cùm in signorum iudicatoriorum legibus receptum sit ne quid infra modum subsistat, & in sanguinis eruptionibus liberalis & larga ad morbi solutionem ferè semper commendetur. Sic στάξιες δύσκολοι dicuntur in Prorrh. & pernicioſissimæ censentur Galeno Comm. 3. in Prorrh. Eaque de re plura scripsimus nostris in lib. 1. epid. Commentariis, & in lib. 2. epid. Com. sect. 1.

58 Κακὸν δὲ πάμπαν ἐν ὀξέϊ δίψαν παρὰ λόγον λυθῆσαι. Ac penitus quidem in graui morbo sitim temerè ac præter rationem cessare, malum est.

Sententia est Prorrhetici 57. Hippocratis doctrinam redolens & illic à Galeno explicata, τὴν κρισίμων doctrinam complexa, & τὴν ἀκύρων ῥαγωνιάτων nomine comprehensa. ἐν ὀξέϊ verò, quod in Prorrhetico ἐν ὀξέϊ expressimus, etsi ὀξέως aut ταχέως significare potest. Vtraque enim notione pernicies denotatur, siue in præcipiti morbo sitis temerè cesset, siue celeritet & citò desinat. πάμπαν etiam duplicem habet notionem, siue ad κακὸν, siue ad δίψαν λυθῆναι referas. παμπάνυ γὰρ κακὸν (vt scribit Galen. Comm. 2. in Prorrh.) πάσης τῆς πλείστης τοῦ δίψους ἐξέϊ γενόμενον. At Caluus propter codicum varietatem & vitium, duplicem sibi sensum affinxit.

59 Οἱ παρὰ χεῖρα ἀναλαμπόμενοι, κακοί. Qui ad manus contactum resiliunt, malè habere iudicantur.

In ægris quibusdam istud diligenter est obseruandum. Vbi enim manus in carpum mittitur, quodammodo resiliunt, & cum tenui quodam tremore obuiti videntur, aut interdum ad pulsum assilire & leuiter assurgere. Quod quidem parui tremoris exortum, conuulsionem, delirium, aut etiam phrenitidem prædicit, nec leuiter suspectum esse debet, cùm παραφροσύνας ægros faciat. Eóque modo hic ἀναλαμπόμενοι παρὰ χεῖρα dicuntur, quibus pulsus veluti resilit, aut quasi tremebundus subsultat, & ad manum apparet exiguus tremor. Alioqui ἀναλαμπόμενοι intelligi possunt, qui iniecta manu exiliunt, & furibundo mentis impetu feruntur, aut irrequietos insanientium motus præ se ferunt, de quibus ἐξιστάσεις & ἐξεστάσεις sæpe efferi Hippocr. cum ἀναλαμπὴν ἐξεμάν ἢ ἀΐσσειν significet & ἄϊσσειν τὸ ὁρμᾶν λέγει, vt scribit Erotianus.

60 Οἷσιν αἷμα πυρετῷ καυσώδει, οἰδήματα κατακάρδια νωθρὰ ὑφ' ὑπόχονδρα, ἐς πλευρὴν ὀδυνὴ ἐπελθοῦσα, παραπληκτικῶς κτείνει. Quibus in febre ardente tumores cum somnolentia & torpore obueniunt, eos lateris dolor accedens, cum leui partis alicuius syderatione necat.

Coitio est empirica ex diuersi generis casibus conflata. Νωθρότης namque cùm cerebri refrigerationem, aut humectationem, aut etiam vtrumque indicet, (vt scribit Galenus) & symptoma sit animalium functionum, à crassis, frigidis, & glutinosis humoribus grauatarum, non facilè cum febre ardente aut biliosis succis coit, ac non nisi cum præcipiti periculo in huiusmodi casibus cernitur, vt scribit Galen. Comm. 1. in Prorrh. Ideoque non temerè ac leuiter νωθρότης ἐν ὀφθαλμοῖς in Prorrhetico damnatur, vt & Epostea his in Præsagiis. At verò quoniam constat genus quoddam esse febrium ardentium ex multa frigida & inæquali materia, quæ à veris & legitimis deficiscunt, quales plurimæ instante autumno grassantur, in iis tumores huiusmodi ex materiæ crassæ, frigidæ & viscidæ depositu suboriri possunt, cum somnolentia & torpore, atque etiam grauato materiæ copia neruorum principio in latus aliquod transfundi, & tentatis motionis organis, leuis cuiusdam syderationis species non sine pernicie induci. Tumores istos quidam ad bubones pestilentes referunt, quos magna ex parte febris ardens & somnolentia, ac torpor ex maligna humorum qualitate & naturæ resolutione comitatur. Quin & huiusmodi tumores ad inguina in statu pestilenti subnotauit Hippocr. lib. 3. epid. & cum iis torpidam in somnum degrauationem cum pernicie, his verbis damnauit: ἀλλ' ἤδη πρὶ κατακορὲς κακὴ νωθρότης ἀπώλεσε. Sed neque resolutionis in speciem, sed syncope & præcipiti virium lapsu, veluti grauitate oppressi pereunt. Quidam etiam istud ad aurium tubercula aut parotidas quæ in febre ardente contingunt referunt, quæ soporem fere coniunctum habent, & cerebrum humorum copia grauatum.

61 Πνιγμὸς ἐν ὀξέσι ξηροῖσιν ἰσχνοῖσι, ὀλέθριον. In præcipitibus malis strangulatus, gracilescentibus faucibus, perniciem minatur.

Hæc sententia referri videtur ad celebratissimam vbique anginæ speciem, quæ præsentissimum periculum creat, & passim ab Hippocr. sugillatur, præcipuè vero in Prognostico, libr. de rat. vict. in morb. acut. aphor. 34. lib. 4. & Prorrh. 1. 86. & 104. Hic igitur non leuiter suspecta est suffocatio & strangulatio, quæ nullo existente aut in faucibus apparente tumore, sed iis gracilescentibus & extenuatis insurgit. Quod vniuersaliori quadam sententia in Prorrhetico ac postea hoc Præsagio repetitur φάρυγξ ἐπὶ δίψεσι, ἰσχνὴ, μὴ δυσφορείας, πνιγώδης, ὀλεθρίη ἐξίας. πνιγμὸν enim aut πνῖγα significat, quæ est subita internecio ex spirandi defectu, fitq; ex spiritalium instrumentorũ anguſtia. Aut certè ἐρεθισμὸν indicat atq; eam spirandi difficultatem, quę nó nisi arrecto thorace & extento collo obitur, atq; laborantium partiũ respirationi destinatarum angustiam ac præcisionem denotat, vt ne decubitum quidem absque strangulatu ferre possint. Atq; eam spirandi difficultatem Hippocrates in præcipuis anginæ specie in Prognost. & libro quarto de rat. vict. in morb. acut. ἐρεθισμὸν vocat. In Prorrhetico vero πνιγώδη φάρυγγα, & τὰ κατὰ φάρυγγα πνιγώδεα & πνιγώδη φάρυγγα καὶ πνιγώδεα, eóque modo explicat Galen. Illud quoque ἰσχνοῖσι etsi de extenuatis & gracilescentibus ægris intelligi potest in quibus nullus iuxta fauces tumor apparet, malui tamen propius ad gracilescentes & nullo tumore conspicuas fauces referre, quod in superioribus exemplis huiusmodi anginam absq; vlla insigni inflammatione describens Hippocrates, φάρυγξ ἰσχνὴ, aut πρὸς φάρυγγα ἰσχνὰ expresserit, eadem omnino notione qua in aphorismis, οἰδήματα μὴ ἔντονα ἐπὶ τοῦ φάρυγγος, scripsit, aut in Prognostico. μὴ πρὸς τῇ φάρυγγι ὑπὸν ἐκδηλον ποιῇ, μήτ' ἐπὶ πολὺ αὐχένι. Quem in sensum explicat Gal. Comment 2 in Prorrh. ἰσχνὸν namq; partibus phlegmone obsessis & præter naturam tumentibus opponitur, vt his verbis scribit Galen. Comment 4. in lib. de rat. vict. in morb. acutis. τὸ γὰρ ἰσχνὸν ἐνίοτε λέγει ἀντιθέσει τοῦ πρὸς φύσιν ἐγκεκυμένου. Hippocrates quoque libro quarto de rat. vict. in morb. acut. periculosam huiusmodi anginam commemorans, πνιγμὸν & ἰσχνὸν eadem significatione complectitur, cùm scribit, ἢ

περισπισοὶ πνιγμὸς ἐν φάρυγι, ἰχνῶν ἐόντων ἧσσ περὶ φάρυγγα. Quæ omnia effecerunt vt vulgatam lectionem scriptis etiam codicibus fretam retineam, qua πνιγμὸς legitur, etsi Regij codices quidam πυρετὸς, pro πνιγμὸς legunt. Quam lectionem etiam secutus est Caluus. A
Illud autem ἐν ὀξέσιν febrem includit, vt sit idem quod in aphorismis, ὑπὸ πυρετῶ ἐχομένῳ, & libr. de ratione victus in morb. acutis. ἐόντων ἐν πυρετοῖσιν, etsi in febre non adeo intensa strangulatio contingere potest, vt scribit Galenus. At verò quonam ἰλιγγῶδες referatur non satis patet, neque bene admodum quadrat cum ἰχνοῖσιν, neque mihi parum suspecta est hæc dictio ab omnibus interpretibus prætermissa.

Vbi iam pernicies imminet, parui tremores & æruginosa vomitio, & in quibus inter potandum strepitus quidam percipitur, quique præ siccitate murmur quoddam sentiunt, & qui ob spiritum tussiculosum ægre deuorant, in grauibus malis perfrigeratis, pernicioſe habere iudicandi sunt.

61 Ἐπὶ τοῖσιν ἤδη ὀλεθρίοισι τὰ σμικρὰ τρόμωδεα, καὶ ἰώδης ἔμετος ④ ἐν τοῖσι στοπῖσιν ὑποφερόντες, καὶ ὑποβορβορύζοντες ξηροῖσι, καὶ ④ χαλεπῶς καταβρωσχόμενοι πνεύματι βιχώδει, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι κατεψυγμένοισι.

Obscuritatis plena est hæc sententia, & cuius sensus non nisi ægrè erui possit. Dubium est enim num ista ad anginam referantur, in qua ægri magno negotio, ac ne vix quidem deuorant aut deglutiunt. Potest & per se intelligi & in duas sententias diuidi, quod facit magna pars exemplarium manuscriptorum. Vbi igitur iam edita sunt signa lethalia, tremores parui & vomitio virulenta aut æruginosa, vt in mali accessione, perniciem cumulant. Tremores namque neruosi generis offensam ac resolutionem ex intemperie denunciant, interdum quoque conuulsionem accersunt, præcipuè verò ex virulenta ac maligna humorum vomitione malum germinant, nonnunquam etiam delirium aut tandem phrenitidem suspectant. Quod sequitur, ὅσῃ τῶν ποτῶν ὑποφορίοντες habent publicati codices, Regij manuscripti, οἱ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν, velut ex alterius sententiæ sensu, quod quidem æquius videtur. Præcipuè vero Hippocrates cùm vulgo inter lethalia delirij signa strepitum descendentis potus & murmur ac difficilem deglutitionem annotare solet. Fit namq; vbi ex magna æstuatione aut intensissimo incendio resiccatur œsophagus aut stomachus, vt sua copia descendens potus, velut in cauum quoddam illabens, sonum edat ac strepitum. Quod signum non temerè vulgus præsentissimum periculum portendere auguratur, ac in Chartade febre ardente laborante, his verbis annotauit Hippocrates libro septimo Epidemiῶn. ἢ πίνει τὰ τῶ ψύχει δι' ὅτε τὰ σῖτα ἐσ κοιλίην, καπόντ ⑤ τῶ πίματ ⑤. Idem quoque in Cydis filio ægr. 7. & in Theodori vxore ægr. 27. celebrat, qui omnes cum delirio perierunt. Difficilis etiam transglutitio ex stomachi resolutione & angustia, aut ex resiccatione, aut tumore præter naturam accidit, cum spiritu tussiculoso, quandoquidem inter respirandum tussis mouetur, dum ex potu aliquid in asperam arteriam redundat, nec fauces peruadit, ac respirationi spiritus quidam occurrat qui tussim mouet. Quæ omnia cùm per se pessima edant exempla, in grauibus etiam morbis & cum perfrictione maximè sunt lethalia.

Manuum ac pedum tumores cum rubore, perniciem denunciant.

63 Τὰ ἐν χερσὶ ἐσ ποσὶν ἐρυθήματα, ὀλέθρια.

Ἐρυθήματα tumores flammeos vocat, qui interdum temerarij sunt, interdum etiam affecta natura apparent, periculumque minantur, & ægrum cum maximis doloribus conficiunt. In extremis autem partibus apparentes rubores, deficientis iam nativi coloris significationem exhibent, & morbi victoris velut erecta de illo trophæa ostentant.

Qui vehementer efflant & reflexis sunt palpebris, ac per somnum leuiter suspiciunt, aurigine admodum fœdati & largius colorati moriuntur. In his album alui recrementum præcedit.

64 Οἱ ἐκφυσῶντες καὶ ἀνακεκλασμένοι ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέποντες, ἐκτερώδεες καταχορέες θνήσκουσι. λευκὴν ἀφεδρήματα τούτοισι πρόκειται.

Coitio est empirica ex obseruatione nata. ἐκφυσῶντες sumi videntur qui in expiratione vehementer efflant & qui ex incendio interno aut exæstuante thorace atræ fuliginis multam copiam expirant, magnamque respirationem edunt, & πνευματώδεις aut πνευματίας & πνευματώμενοι dicuntur lib. περὶ διαίτης. Est enim ἐκφύσησις ἀήρ ἐκ τῶ πνεύματ ⑤ ἔξω φορὰ & violenta quædam respiratio, cuius sunt opifices musculi intercostales cum externis qui ex scapulis & dorso ad thoracem pertingunt, succenturiatis in opus magnis epigastrij musculis. ἀνακεκλασμένοι vero dicuntur qui reflexis ac refractis sunt palpebris, ex musculorum qui palpebras claudunt conuulsione. Sic τὰ ὄμματα κατάκλασιν in Prorrhetico celebrat, & in aphorismis ac prognostico διάστροφὴ, quæ sunt grauissimorum morborum ac febrium assiduarum perniciosa admodum symptomata, quæ non nisi appetito neruorum principio & valde affectis viribus contingunt. Quod si quis ἀνακεκλασμένους simpliciter perfractos, delassatos & viribus fractos intelligit, & ad τὰ ἧσσ ἄφρων καὶ βακλάσεις referat, de quibus agit Galenus Comment. ad aphor. 18. lib. 6. epidemiῶn. sect. prima. is propriè magis languentes ac labantes vires exprimit, nec ægrum periculo eximit, cum nihilo leuioribus casibus conflictetur, ac frequens sit in acutis morbis ex continuo incendio & graui humorum agitatione delassatio, ac velut confractio. Quod sequitur de oculorum per somnum suspectione, magnam facultatum exolutionem significat, & ab Hippocrate sugillatur, cum τὰ ὑποφάσεις ἧσσ ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, in Prognost. & aphorismo 52. libr. sexti. damnat. Eóque magis nostram περὶ ἧσσ ἀνακεκλασμένων explicationem, de refractis ac retortis palpebris approbat. Quod est reliquum de largius coloratis & admodum aurigine fœdatis, alterius est generis, nec hoc loco nisi in malorum accessione admodum quadrat, & velut in diuersa casuum concursione ex sententiæ 36. prius descriptæ fine desumptum est, nisi quòd illic περιδιέρχεσθαι, hic verò περιέρχεσθαι legitur. Codex Regius manuscriptus ἐμφυσῶντας habet, qua dictione τοὺς πνευματωμένους & πνευματώδεις, inflatos & à flatibus distentos, quosque ἐμπνευσημένους in Exegesi explicat Gal. intelligit, quales ferè sunt ἐκτερώδεις, & qui ex præcipuorum viscerum obstructionibus & tumoribus magnam in toto mesenterio & viscerum cauo flatuum distentionem sentiunt, tandémque fatiscentibus viribus lenta morte & aquæ inter cutem degrauatione contabescunt. Quam in notionem πνευματέμενοι ἐκτετικοὶ dicuntur in Prorrhetico, & φυσώδης ἐκτερώδης Apollonius ab Hippocrat. describitur lib. 3. Epid. ægr. 13. post 1t. pest. illicque ἐμφύσημα κακὸν annotatur, vbi plurima à nobis hanc in rem adscripta sunt. Caluus hanc sententiam, quod ea quæ diuersi sunt generis contineret, distinxit suis exemplaribus fretus, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem.

In febribus vehementes mentis emotiones cum taciturnitate, in eo qui voce defectus non est, perniciem minantur.

65 Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἔκστασιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνῳ, ὀλέθριαι.

ἔκστασιες σιγῶσαι dicuntur insaniæ ac vehementes mentis emotiones silentes & taciturnæ, αἱ μὴ σιγῶσαι, qualiter ὀξέσι σιγῇ dixit Prorrh. 54. vt melancholicas insanias, quæ ἀ μὴ θορύβῳ καὶ κραυγῇ fiunt, indicet, & valde lethales sunt. Humoris namque bilioſi exustionem & ex phrenitide insaniam portendunt, meritóque damnantur, velut οἱ ὀξυθύμιοι μελαγχολικοὶ in Prorrh. μὴ ἀφώνῳ autem addidit, vt vocis organorum resolutionem, aut conuulsionem, aut aliam quamuis affectionem excluderet, quam per ἀφωνίαν in Prorrh. intelligit Galenus, eóque magis insania vehemens ac insignis mentis læsio denunciaretur, quam gesticulationibus, nutibus, & incompositis motionibus aut distractionibus ægri satis apertè proderent, etsi voce prorsus defecti non essent: tum etiam vt huiusmodi vehementes mentis emotiones cum silentio, ab his quæ ἀφωνίαν adiunctam habent, distinguantur, de quibus agitur in Prorrh.

Vbi liuores in febre fiunt, prope affore mors significatur.

66 Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, σώτομον θάνατον σημαίνει.

Τὰ πελιδνὰ sunt quæ Græcis πελιώματα dicuntur, huiusmodique liuores si in corporis summis partibus cõtingant, in breui expectanda

A Aranda mors est. Extremam namque caloris natiui extinctionem & depopulationem præ se ferunt, vt in febrib. continuis ad initium tendentibus videre est νεκρώσεως γὰρ ὄντα καὶ σβέσεως τὰ ἐμπύτα διαπασίας σημεῖον ἡ ἄχρι ἄκρων ψύξις τε καὶ πτίλωσις ἐν ὀξέσι πυρετοῖς γινομένη, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. 3. Epid. Cur autem eiusmodi liuores in extremis corporis partibus magis contingant, ab aliis Interpretibus est abunde dictum.

67 Οἷσιν ἐν πυρετῷ δήγματος τελευσῆ ὑμοειδέος χειλίνης ὑδατώδεα πολλὰ ἀναδιδούσης, ῥίζῃ· ἀσιτίαι δὲ ὠδὲ ἀκολουθοῦσι· καὶ ἱδρῶτες μὴ κατὰ πρόσωπον οὐ χρεΐης, καὶ χοιλίνης ὑγρῆς, καὶ ἢ μὴ καρδιαλγίης, ἢ τοι μακρότερον νοσήσαντες ἀθείπτλυμονικῶς τελευτῶσι.

Quibus cum febre lateris dolore accedente, aluus aquosa multa bile permixta transmittens alleuationem adfert, deinde vero cibos auersantur & sudoribus diffluunt, cum bene colorata facie ac humescente aluo, & dolor aliquis oris ventriculi succedit, ij diutius morbum trahentes pulmonum vitiis laborantium more intereunt.

B Casuum multorum concursus iste ex empirica obseruatione ductus est, atque adeo fortè ex morbo laterali in pulmonum inflammationem verso. In morbo laterali laborantibus & pulmonicis alui profluuium suspectum est ob virium exolutionem. Aluus tamen aquea multa & biliosa exonerans, naturam aliqua ex parte alleuat: non pro ratione tamen, ideoque ad tempus aliquatenus leuantur ægri exonerata materiæ quantitate, sed non tollitur morbus, statimq; redit ferè. Cuius rei significationē præbet deiecta appetentia & cibi fastidiū, sudoresq; multi irriti aut nihil alleuantes, materiæq; multitudine & virium imbecillitate ferè prouocati. In tanta igitur humorū copia, vbi fatiscentibus paulatim viribus nullam satis idoneam morbi solutionē molitur natura, non est absonum diutius morbum trahentes ægros, lenta corporis consumptione pulmonicorum more contabescere, aut μὴ πνιγμῶ, ἢ ῥωγμῶς, hoc est, cū strangulatu & gutturis stridore (sic enim ῥωγμὸν vertit Aurelianus) vt scribitur lib. de rat. vict. in morb. acut. Præsertim cùm ἀσιτίαι huiusmodi, quas pro ciborū fastidio & deiecta appetentia sumimus (quemadmodum frequenter ἀσιτίας pro ἀπεψίαις ponit Hippocr. naturalium functionū prostrationem ventriculi offensam, ac præcipuorū viscerum nutricationi subministrantium intemperiem denuncient. Floridus quoq; & flammeus faciei color cùm non raro suspectus sit Hippocrati, capitis repletionem & sanguinis copiam præ se fert, ac nonnunquam iecoris ac lienis incommoda sequitur, sæpe verò ac ferè semper pulmonum vitia præsagit, in iisq; malarum rubor cernitur. Quibus casibus qui conflictantur, assiduis humoribus diffluunt, aluos ex humorum acrimonia irritatas & fluidas habent, ac ex perpetua in ventriculum humoris degrauatione, & humoris maligna qualitate cardialgia laborant, & de oris ventriculi dolore conqueruntur. Quapropter nihil mirum est eos longa in pulmones defluxione tentatos, pulmonicorum more consumptos lenta corporis tabitudine deficere, aut tandem etiam suffocari. Codices quidā hanc sententiam diuidant in duo membra, sed nos exemplarium pluralitatem secuti sumus. Et certè non satis mihi videtur huius sententiæ lectio integra, & malim χοιλίνη ὑδατώδεα πολλὰ ἀναδιδοῦσα ῥίζῃ.

C

68 Πυρέσσοντι ἐν ἀρχῇ μέλαινα χολὴ ἄνω ἢ κάτω διελθοῦσα, θανάσιμον.

Febrium initio si atra bilis sursum aut deorsum prodeat, lethale est.

D Quod hic de febribus effertur, morbis quibuslibet recentibus tribuitur aph. 22. lib. 4. eamque sententiam his verbis exprimit Celsus, Et is consumitur cui protinus in recenti morbo bilis atra, vel infra, vel supra se ostendit.

69 Οἱ μὴ κατὰ ψύξιον ἐκ ἀπύρων ἐφιδρωῶντες ἄνω, δύσφοροι, φρενητικοί τε καὶ ὀλεθριοι ἐν ὀξέϊ.

Quibus adsunt superiorum partium tenues sudores cum perfrictionibus, nec sine febre, ij corporis incontinentia & phrenitide vexati, præceps periculum denunciant.

Paulò aliter scribitur hæc sententia Prorrh. 27. & Aristagoræ nomine, vt in re dubia & sola obseruatione nixa insignitur. Illud verò ἐν ἐξεῖ, idem quod ὀξέως sumimus cum Præceptore Hollerio, vt supr. ἐν ἐξεῖ ἀναθερμαίνοντες sentent. 36. aut vt in Prorrh. 86. ὀξέως ὀλισθρίων ponitur. Potest & ἐν ὀξεῖ periculi indignitatem in grauibus malis significare, vt passim & ab interpretibus sumitur. Est autē malignorum symptomatum connexio quædam, cuius propè designata est adumbratio quædam paulò supra sect. 53. Et verò per ἐφιδρωῶντες febris ardentis malignæ quædam vestigia pressius adumbrantur vt Prorrh. 7. illic enim πυρετὸς ἀθεψήτους, idem quod hoc loco μὴ κατὰ ψύξιον ἐκ ἀπύρων, significat. Codex vnus Regius manuscriptus recentior tamen, pro ἐφιδρωῶντες ἐφιδρῶντα habet, vitiosè tamen, vt & codex Asulanus ἐφιδρώοντα, & αἱ pro οἱ, sed tunc δυσφορεῖαι leg. esset vt in Prorrh.

E

70 Τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα δήγματα εἰς κληῖδα καὶ τὰ ἄνω πίπτοντα, ὀλέθρια.

Dolores sensim ingraescentes, si ad iugulum & superiores partes transeant, perniciem minantur.

F In naturæ motibus & motionibus, velut abscessibus, effluuiis, & materiæ quodam depositu, probatur semper impetus qui in inferiora procumbit, vt fusissimè nostris in lib. 2. Epid. Com. ostendimus. Sic enim in dolorum aut casuum concursu, qui superiora corporis petunt, vi morbi & malignitate, non naturæ sollicitatione fiunt, ideoque damno sunt τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα, sensim ingraescentes dolores diximus, partim vt eorum incrementa, partim verò damnosæ humorum transpositionis successionem indicaremus. Possunt etiam ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα intelligi qui pauco tempore ingraescunt dolores, vt visceris alicuius interni, aut membranæ succingentis non contemnenda phlegmone intelligatur, & dolores acuti, continui & stabiles inflammationis magnitudinem suspectent. Quo in casu ad iugulum & caput appetitur, eoq; ad superiora progressu peripneumoniæ in Phrenitidem transitus suspectatur.

71 Ἐν μακροῖσι ὀλεθρίοισιν, ἕδρης δήγμα θανάσιμον.

In longis periculis sedis dolor mortem affert.

G Istud indistinctè admodum prolatum (vt cætera multa) pronunciato fidem abrogat. Neque enim sedis dolor lethalis est, sed plærumque morbi solutionem per hæmorrhoidas procurat. Nisi igitur naturæ procuratione aut iudicationis modo fiat, vt in malorum accessione, damnandus est, non ideo tamen lethalis. Aut certè post longum & diu trahentem morbum, iam defectis viribus sedis inflammationem plærumque subortam intelligit, aut in illas partes depositam materiam, quæ vt plurimùm exitio est.

72 Τοῖσιν ἀθενέως ἤδη ἀκηκεμένοισι, μὴ βλέπῃ, ἢ μὴ ἀκούῃ, ἢ διαστρέφεσθαι χεῖλος ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, θανάσιμον.

In his qui propter imbecillitatem non vident, nec audiunt, aut quibus labrum, aut oculus, aut nasus peruertitur, mors denunciatur.

H Hæc sententia ex aph. 49. lib. 4. & Prognost. 14. lib. 1. integritatem accipit. Neq; enim simpliciter mortem denunciant, sed tum si in febre assidua fuerint, & cum aliis indiciis pondus attulerint, ex facultatis animalis ac sensilis internecione, mortem in propinquo esse significant. Et ista etiam Celsus * in mortis notis reponit si labra & nares, oculique & palpebræ, & supercilia, aliquave ex his peruertuntur, isque propter imbecillitatem iam non audit, aut non videt.

* Cap. 6. lib. 2.

73 Ἐν πυρετοῖσι βουβώνος ἄλγημα, νοῦσον χρονίην σημαίνει.

In febribus ex glandularum tumoribus dolores morbi diuturnitatem prænunciant.

Glandularum tumores in febribus semper suspectam habent originem, cùm viscerum inflammationem, impuritatem, & magnam humorū corruptelam ac vitium prænuncient, ideoq; non est vero absimile ex abundante & maligno humorum penu, val-

deque affecta corporis habitu line, morbi diuturnitati velut alimentum subministrat: itidq; præcipuè humorum crassorum & frigidiorum copiam natura in huiusmodi glandulas, velut ad abscessum deponente. Alioqui certè humorum malignitate, magna viscerum corruptela & inflammatione, non parum suspecti sunt huiusmodi bubones, exitiumque minantur. A

Iudicationis cessationes in febribus, temporis quidem longinquitatem, non tamen perniciem inducunt.

24 Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι, χρόνους μὲν ἐμποιέουσιν, οὐταρ οὐλέθριαι.

Ἀκρισίαι quæ iudicationis cessationes dicuntur, & nullam aut certè difficilem solutionem significant, malignorum & crudorum humorum sunt soboles, & dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut etiam morborum reuersiones denunciant, vt scribit Hippocrat. libr. 1. Epid. Hæc igitur sententia indefinita est, & ad doctrinæ complexionem nisi adhibitis diorismis parum facere videtur. Etsi enim huiusmodi ἀκρισίαι naturæ robore morborum concoctione procurata, temporis diuturnitate in salubritatem verti possunt: par est tamen ad artis complexionem pronunciatorum vniuersales notiones in consilium adhibere, nec singularibus aut semel atq; iterum obseruatis casibus fidei authoritatem credere. ἀκρισίαι autem legimus ex manuscriptis duobus codicibus, etsi quidam ἀκρασίαι cum impressis habeant, quidam etiam ἀκρησίαι, quam lectionem adhibuisse videtur Caluus. ἀκρασία autem Hippocrati victus intemperantiam & incontinentiam ac luxuriam ex multa cruditate, crapula, venere, aliisque id genus significat, interdum etiam motionis imporentiam quandam ac virium exolutionem. B

Ex vehementibus doloribus obortæ febres, diuturnæ.

25 Οἱ ἐξ ὀδυνημάτων ἰσχυρῶν πυρετοὶ, πολυχρόνιοι.

Hæc quoque sententia circumscriptionem aut distinctionem requirit. Vehementes enim & acres dolores plærunque è medio ægrum sustulerũt, velut ægr. 9 lib. 1. Epid. Quòd si à materia multa, cruda & crassa, affectis etiam visceribus originem febres duxerint, ad illius concoctionem temporis diuturnitatem intercedere non temerè existimandum est.

Dementiæ in quibus ægri sunt tremuli, aut aliquid inuestigantium more sensim contrectant aut palpãt, phrenitim prænunciant. Quin & ad suram dolores, in his mentem emouent.

26 Αἱ δημώδεες, ψηλαφώδεες ἀδαφρόσυνες, φρενῖτιν μὲν σημαίνουσι. καὶ ἡ τῆς γαστρὸς ἐκπεμπόμενος πόνος ἐν τούτοισι, γνώμης ἀδιάφορον.

Sententia est 34. Prorrhetici in qua phrenitidis obscurum genus quoddam depingitur, paulo q; aliter enunciatur. Quomodo autem phrenitim simpliciter, aut etiam eam vehementem prænunciet, explicat Galenus in Prorrhetico. Quod sequitur de suræ doloribus ex sententia 36. Prorrhetici huc translatum, & prius sentent. 30. expressum, nullam necessitatem inuehit. Neque enim delirium portenditur, nisi ex materia relicta sura caput petat. Caluus hanc sententiam cum superiore obscurè admodum coniungit. C

Qui in febre assidua voce defecti iacent, & oculis cõniuentibus nictantur, hi euadũt quidem si post sanguinis ex naribus fluxum ac vomitum, ad loquelam & ad seipsos redeant. Sin verò secus accidat, cum spirandi difficultate celeriter intereunt.

27 Ὅσοι ἐν ξυνοχῇ ἄφωνοι κείμενοι, μύοντες σκαρδαμύσσουσι, ὧν αἵματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν ἐμέσαντες φθέγξωνται, καὶ παρ' αὐτῶν ἥκωσι, σώζονται. μὴ ἥκοντων δὲ τάχιστα, δύσπνοοι ἥκουσι θνήσκουσι συντόμως.

Vocis defectio in febre assidua virtutis animalis oppressionem significat, occupato à materiæ copia neruorum principio, ex cuius quidem degrauatione oppressa natura, motionum efficacitates implicatas habuit, ex eaq; imbecillitate nictationes & oculorum conniuentiæ originem traxerunt, vix sese aperientibus oculis ac subinde claudentibus, velut in dormiturientibus ac somno depressis accidit, vbi se continere volunt, neq; tamen præ grauitate possunt, sed subinde oculos claudunt & aperiunt. Quod si nictationes illas ad continentem genarum motum, quo assiduè conniuent oculi, referas, poterit oculorum instabilitas, inconstantia & volubilitas subindicari, atque ex humoris cerebrum afficientis qualitate delirium significari. Oculi namque incontinentes & instabiles (quales ἀσταθέας καὶ ἐνδεδυκυίας vocant, quique τοῖς πεπτοῖσι opponuntur) mentem è sede constantiæ deturbatam portendunt, ex Hippocratis doctrina. Naturæ igitur onere leuato, & per sanguinis effluuium depleto cerebro, ac vomitione humorum abundantia refusa, nil mirum est morbi solutionem ritè atque ordine procuratam, vocemq; expeditam, & mentem esse redditam. Alioqui credibile foret humorum copiam in pectus & pulmones illapsam, spiritales angustias præclusisse, ac ægrum difficultate spirandi breui iugulasse. Cæterùm cùm μύειν genarum oculos integentium sit officium, conniuere, vt σκαρδαμύσσειν nictari ex Plinio diximus. Est autem σκαρδαμύσσειν & καρδαμύσσειν (vtrumque enim scribitur Erotiano) τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν. ἢ εἰς ὕπνωσιν ἄγειν. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ καρδάμου, ὃ αἱ τῆς πεσσείας κόπτουσι συνεχῶς τὰ βλέφαρα ὕπνῳ. Codex vnus manuscriptus Regius, ὧν αἵματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν ῥύσι, legit quam lectionem sequitur Asulanus, vitiosè tamen. D

Qui accessione correpti, postero die, grauius habent, iis malum denunciatur.

28 Οἱ λαβόντες τὸ αὔριον παροξυνθέντες, κακόν. E

Λαβόντες Hippocrati insolenter phrasi, accessione correptos, aut quos febris inuadit significare videntur, cum λαβὴ ὑποστάσιος, & λῆψις febrium insultum non insolenter eidem " denoter. Morbi igitur acuti, in quos febrium insultus cadunt, cum ferè diebus imparibus vexent, & motum naturæ subeant, si postero die ingraueſcunt, aut paribus diebus morbus moueatur, malum aut diuturnitas portenditur. Scribitur namque in aph. τὰ ἐν ἀρχῇ νοσήματα δύσκρητα καὶ φλυκτιδώδη. Cornarius λαβόντας tanquam ἀναλαβόντας sumit. " *Lib. 1. epid. const. 2.*

Quibus tertio die subsistit accessio & quarto ingraueſcit, malum denunciatur. Ac metus est ne huiusmodi accessiones phrenitim inducant.

29 Τρίτῃ ὑποχόντες τεταρτίῃ παροξυνθέντες, κακόν. ἁρπαγὴ καὶ φρενῖτις οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί.

Ὑποχόντες dicuntur quibus febrilis accessio subsistit, inhibetur, reprimitur aut differtur, ac intermittit. Quæ si quarto die ingraueſcit, morbi incrementum ac malignitatem denuntiat, quod iudicij spem opprimat. Neq; tamen necesse est huiusmodi accessiones in phrenitim incidere. Quidam ὑπερχόντες legunt (vt volebat Præceptor Hollerius) ac de accessionibus inualeſcentibus & vires sumentibus die tertio intelligunt. Quæ si quarto die ingraueſcunt, in superioris sententiæ notionem cadunt. F

Febres si alio die quam iudicatorio defierint, recidiuam metuere oportet.

30 Ὁκόσησιν ἐκλείποισιν οἱ πυρετοὶ μὴ ἐν κρισίμοισι, ἐπιτροπικόν.

Hæc sententia quæ dierum iudicatoriorum dignitatem commendat, confirmatur à Galeno Com. ad aphor. 61. libr. 4. vbi pro imparibus diebus iudicatorios accipi vult. In Prog. verò ad exactam iudicij disciplinam, bonæ solutionis signa etiam requirit. ὁκόσοισιν οἱ πυρετοὶ παύονται, μήτε σημείων γινομένων λυπηρῶν, μήτε ἐν ὑπερθύροις κειμένοισιν, ἀπορρήξας περιδέξεις καὶ τοιούτοισιν. Quod postea hic etiam repetitur. Qua de re plura quoque à nobis scripta sunt Commentariis nostris in lib. 2. epid. sect. 5.

Qui circa initia tenuiter febricitantes, ad iudicationem cum capitis pulsatione & vrina tenui ingraueſcunt, eos mentis emotione ac insuper peruigilio corripi nil mirandum est.

31 Οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοὶ μὲν κεφαλῆς σφυγμοὶ καὶ ὕδατος λεπτοὶ, πρὸς κρίσιν παροξύνονται, θαῦμα δὲ οὐδὲν εἰ καὶ παράκοπὴ καὶ ἀγρυπνίη γένοιτο. G

Λεπτοὶ

Λεπτοὶ hic accipimus τοὺς κατὰ λεπτὸν πυρέσσοντας eos qui tenuiter ac leuiter febricitant, non secus ac τὰ κατὰ λεπτὸν ἀλγήματα τὰ ἀδενῶν explicantur Galeno in Prorrh. hoc est tenues aut leues dolores. Eos igitur qui tenui & debili in speciem febre corripiuntur (βληχρὸν καὶ χλιαρὸν πυρετὸν vocat interdum Gal.) si postea ingraueſcunt cum capitis pulſatione & vrina tenui, nil mirum eſt delirio ac perugilio vexari. Capitis namq; pulſatio humorum acrium & calidorum in cerebro agitationem ac raptum cum vi a tenui significant, quod in mente emotis quotidie experimur. Ac certè videtur hic febris ea exprimi, quæ ex magna humorũ inæqualitate, & ex crudis craſſis plurimiſq; biliosis & acribus ſuccis permixtis originẽ traxit, & deſcribitur lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. ũ iiſdem penè caſibus delirium ſuſpectans, niſi quòd illic vertiginis meminit. Quo certè ſententia iſta rectè referri poſſe videtur. Nil autem refert num ἐπ' ἀγρυπνίῃ cum quibuſdam codicibus legamus, ac mentis emotionem cum perugilio affuturã intelligamus, nũ verò ἐπ' ἀγρυπνίῃ inſuper etiam perugilium cum delirio indicet. Quam lectionem cum publicatis retinuimus. Sunt autem qui hic λεπτοὺς τοὺς λελεπτυσμένους καὶ σωματικομένους hoc eſt emaciatos & conſumptos intelligant, non video tamen quonam illud πρὸς κείσιν παροξυσμοῦ referant. Sed ſanè λεπτοὶ οἱ λεπτῶς πυρέσσοντες intelligi videntur, quod de leui febre nec dum incendij ſigna edente dicitur, quæ poſtea ad iudicium commota natura ingraueſcit, tuncq; malignitatem & æſtum prodit. Quod ſatis indicat ὁ τῆ κεφαλῆς σφυγμός. Etſi enim ad vehementes capitis dolores & arteriarum vibratum ex feruidiore materia ſublatis vaporibus referatur: ſolet tamẽ vulgi more hac nota ſæpe febris antea moderatæ & latentis intenſionem ac moram denotare. Velut lib. 7. epid. crebro per κεφαλῆς σφυγμὸν febris obſcuræ præſentiam arguit, quæ vix aliòqui niſi capitis & temporum pulſatione deprehenderetur, vt in Polycrate, Pythodoro, & Eratolai puero.

82 Ἐν ἐξέσι κίνησις, ῥιπασμός, ὕπνος παραχώδης, ἀσασμὸν ἐνίοισι σημαίνει.

In præcipitibus malis, corporis motio, iactatio ac turbulentus ſomnus, nonnullis conuulſionem portendit.

Κίνησις hic abſurdam in ægris motionem indicat, vt ῥιπασμὸς corporis iactationem & incontinentiam, ἀλυσμὸν καὶ ἀσπείαν exponit Galenus in Exegeſi cum ægri ἀνωμάλως διαρρίμματοι iacent, vt idem ſcribit in Prognoſtico, aut ἄπονται, δυσφορῶσι καὶ ἀνδρωδῶς ἔχουσι, lib. de rat. vict. in morb. acut. Sunt autem ea ſymptomata efferueſcentium & exagitatorum in corporis cauo & ventriculo humorum acrium indicia, & τῷ κάκωσιν σωματικὴν ἀρρωστίαν τε δηλοῦσθαι præ ſe ferunt, vt etiam ibidem ſcribit Gal. Ex quibus poteſt delirium induci, poteſt etiam conuulſio ſignificari, ſi materia ad neruos decumbat.

83 Αἱ παραχώδεες θρασύτητι ἐγέρσιες τῶν φρενῶν, πονηραὶ, καὶ ἀσασμώδεες. ἁλίσκεσθαι γὰρ μάλιστα ἱδρώτων. ἀσασμώδεες δὲ καὶ παραχήλου καὶ μεταφρένου δοκέουσι ψύξιες, ἀταρ καὶ ὅλου τοῦ σώματος, ἐν πύοισιν ὑμενώδεες ὑρήσιες.

Turbulentæ cum confidentia expergefactiones, quæ mentem emouent, malo ſunt, ac conuulſiones minantur, præſertim vero ſi cum ſudore contingant. Quin & ceruicis ad dorſi perfrictiones, cõuulſiones portẽdere videntur ac multo magis quæ totum corpus peruadunt, in quibus mictiones membranularum ſpeciem referunt.

Hæc ſententia ex duobus Prorrh. 112. & 113. conflata eſt, neq; tamen maiorem meretur fidem. Tumultuoſæ namq; ac confidentes per ſomnum exurrectiones, ſiue cum ſudore, ſiue citra ſudorem contingant, conuulſionem nulla ex neceſſitate prædicunt. Quam tamen magis ſuſpectant ceruicis & dorſi perfrictiones, ac multò magis quæ totum corpus peruadere videntur (etſi eam neque neceſſariò prænuncient) præſertim vero in quibus pelliculoſæ ac membranaceæ mictiones apparent, quæ crudam multam ac frigidam materiam neruos appetentem ſignificent: interdum verò ſummam corporis colliquationem ac neruoſi generis conſumptionem denotent. Quibus affectibus non temerè conuulſiones ſuccedere in dies videre licet. In eamq; ſignificationem mihi potius ſumi videntur ὑμενώδεις οὐρήσεις, quæ vel neruoſi generis colliquationem, vel materiæ neruos appetentis qualitatem demõſtrent, quàm ſi ex Prorrhetico aut codicibus manuſcriptis ἀφρώδεις aut πυώδεις, aut ἰσχνώδεις legas. Etſi namq; ὑπωδεῖς ὑρήσεις quibuſdam crudæ & incoctæ intelliguntur, mihi tamen vero fit ſimile apud Galenum in Prorrhetico ὑπώδεις pro ὑμενώδεις vitiosè eſſe ſcriptum, cùm ſcribit, δεῖ μέντοι καὶ ἀμφοῖν ὑπωδῶν χαφίνων. ὑμενωδῶν enim facili lapſu legendum exiſtimo, ac eam lectionem à Galeno ſignificari auguror, qua ὑμενώδεις ὑρήσεις mediæ coniecturæ inter ἀφρώδεις ac πυώδεις ad conuulſionem denotandam ponuntur, eaſq; intelligi quæ craſſam quandam materiam, crudam & flatulentam continentes, returbatæ membranis ſimilia quædã ramenta conuehunt, aut quæ viſcidam & frigidam pituitam membranis ſimilem vacuant. Neq; vero ὑπνώδεις ὑρήσεις apud Hippocratem temerè vſpiam reperiuntur, & poſtea hoc præſagio ὑμενώδεις ἔδειν conuulſionem denunciare ſcribitur. Quanquam etiam poſtea ſent. 264. vbi eiuſdem ſententiæ pars quædam repetitur, χειμωνώδεις ὑρήσεις ponuntur & à nobis probantur. δοκέουσι autem melius ex Prorrhetico quam δοκέουσιν hic legatur.

84 Αἱ ἐν κώμασι τῶν βαρυτάτων, ἀσασμώδεες.

Deſipientiæ cum ſopore conuulſiones minantur.

Obſcurum deſipientiæ genus ac ἀλογίαι τῶν βαρυτάτων innuuntur, cum graui ſopore & torpore oppreſſi ægri inſaniæ ſpeciem eludunt, & magna in ſomnum degrauatione delirium celant. Quod tranſmutationis genus & periculi plenum, paſſim ab Hippocrate damnatur. Qua de re ſcribit Galen. initio Prorrh. & in fine Com. 1. in Prorrh. & ſatis multa diximus noſtris in lib 3. epid. annot. Hic enim, vt alibi paſſim, κώματος nomine καταφορὰ inaudienda eſt, vt teſtatur Gal. in Prorrh. & in cap. 4. & 5. libelli περὶ κωμάτων. Cum igitur eiuſmodi in ſomnum degrauatio magnam habeat materiæ inæqualitatem, frigidam nempe putreſcentem ex qua ſopor excitatur, & calidam ac acrem permixtam deſipientiæ cauſam, phrenitis peſſima plærunque interdum mors non ſine conuulſionis miſerabili ſpecie denunciatur. Codices impreſſi ἐν κώμασι habent, ſed κώμασι cum interpretibus & manuſcriptis Regiis legimus. Quod vitium aliàs apud Hippocratem frequens eſt.

85 Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασύτητα τῶν βαρυτάτων, θηριώδεες, καὶ ἀσασμοὶ δὲ τῶν σημαίνουσιν.

Quæ ſenſim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt. Quin & conuulſiones quoque prænunciant.

Sententia eſt 26. Prorrhetici, in quo conuulſionis nihil meminit. Sed huiuſmodi inſaniæ ac ferinæ deſipientiæ ferè cum conuulſionibus mortem afferunt. Quarum etiam meminit Prorrh. 123. quod etiam iſtius ſententiæ expreſſam habet effigiem, & poſtea repetitur hoc præſagio.

86 Ἐν τοῖσι μακροῖσι κοιλίης ὄγκοι ἐπάρσιες, ἀσασμώδεες.

Temerarij ventris tumores in morbis longis conuulſiones afferunt.

Tumores ventris qui præter modum ac præter rationem fiunt, cùm heterogenei ſint generis, nihil habent cum conuulſionibus commune, ideoq; ſe temerè adſcriptum videtur, vt ex hydropicis videre eſt, qui pluribus tumoribus abundant. Videtur verò ex Prorrh. 98. & 99. adumbrata hæc ſententia. ἔπαρσις autem idem quod ἔμφυσημα, tumorem omnem præter naturam Hippocrati ſignificat.

87 Τὰ δὴ νῦν παραχώδεα, ἀλγήματα, ὅπισθεν ἔχοντα ἐκ ῥινῶν, ἐκταῖα καθίσταται νύκτα, πονήσαντα ἐς τὸν ἄελιον, ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, βαρυτάτου γενόμενα, αἱμορροὴ λαμπρὴ, καὶ λύει τὰ πάθεα. Τὸ δὲ ὑδατῶδες ἔδειν τοιοῦτα σημαίνει.

Qui ſtatim ſine ratione perturbãtur, peruigiles ſunt: ſanguinẽ è narib. ſtillãtes, ſexto die noctu alleuãtur, poſtridie vero laborãtes tenui ſudore correpti & in ſomnũ delati delirãt, iis larga ſanguinis è narib. profuſio morbũ ſoluit. Cuius rei indicio eſt diluta vrina.

Concurſio eſt empirica quæ in vnius aut alterius ægri obſeruatione, hæmorrhagiæ ſigna plurima ſimul contulit, eamque futuram prædicit. Credibile vero eſt hoc in morbo magnam ineſſe vim craſſioris ſucci melancholici, ad atram bilem accedentis. Τὰ ἐσχάδε autem ægri dicuntur οἱ ἀλόγως παραπόμψοι, quod eſt indicium mentis leuiter oblæſæ, & phrenitidis rudimentum quoddam. Repetitur hæc ſententia Prorrh. 132. A

Qui cum his quæ ſupra dicta ſunt furioſa & vehementi mentis emotione tenentur, ij ſi tremuli euadunt, malignè habere iudicantur.

88 Μὴ τῶν ἐμπεπτωκότων, τῶν ὀξισαμβύων μελαγχολικῶς, ᾧ τρόμοδες γινόμενοι, κακοήθεες.

Contingit interdum vt exuſto ab atra bile reſtitante ſanguine, nec dum liberaliter ſatis effuſa per nares materia, ægri in furioſam & vehementem mentis emotionem efferantur, quæ ἔκπληξις μελαγχολική, poſteaq; πνευμόδης Hippocrati dicitur. Appetito igitur huiuſmodi humore neruorum principio, atra bile perciti fiunt, ac tremuli euadunt, tuncq; malignè admodum habent, parumque ſperabilis vitæ ſalus eſt. Rectè igitur hæc ſententia ſuperiori iungitur, licet & per ſe efferri poſſit, vt Prorrh. 14. & paulò poſt. Caluus pro καπνεχθέντα παρανεχθέντα aut aliud quid legiſſe videtur. B

Deſipientia cum difficultate ſpirandi & ſudore lethalis eſt. Quinetiam cum difficultate ſpirandi & ſingultu, mortem adfert.

89 Παραφροσύνη ἐν πνεύμονι ἰδρῶτι θανατώδης. θανατώδης ἐν πνεύμονι καὶ λυγμῷ.

Ἐν πνεύμονι ex manuſcriptis codicibus Regiis legimus cum interpretibus, πνεῦμα autem Hippocrati ſimpliciter elatum difficultatem ſpirandi ſignificare teſtatur Galenus lib. 3 περὶ δυσπν. & in Exegeſi, vt πνευματώδεις καὶ πνευματίας anhelatores & ſuſpirioſos vocat, interdum τοὺς πνευματωδεῖς, hoc eſt, τοὺς μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέοντας, vt exponit Galen. Com. 3. in Prorrh. Huiuſmodi igitur reſpiratio incendium internum ac inflammationem cùm denunciet, non longè abeſt à periculo, diffluētibus ſudore ægris ex virium imbecillitate. Neq; tamen cuiquam mirum videri debeat, hoc difficultatis ſpirandi genus quo increbreſcit ſpiritus, cum delirio hic iungi, quod delirij magnitudinem inflammationis internæ cauſa ſuperet, ideoq; leui παραφροσύνης appellatione deſipientiam eleuet. Quod multis in locis Hippocrati aliàs familiare eſt, vt ſatis conſtat ex Galeno lib. 3. de diff. ſpirandi, & nos in Epidemiis ſcripſimus. Singultus quoq; in huiuſmodi reſpiratione, quod ad internam phlegmonem inſignem ac præcipuè hepatis conſequatur, ex aph. 58 lib. 5. & aph. 17. lib. 7. non temerè mortem intentat, cùm etiam conuulſionis rudimenta præ ſe ferat, humorum acrimonia & feruore irritato ventriculi oſculo, inſignibus ad ſenſum neruis prædito. Quòd ſi quis communem & publicatam lectionem retineat, de thoracis ſuppuratione intelligenda veniet, quando puris huiuſmodi collectio ex concepto incendio delirium excitabit, & dimanantibus ſudoribus ægrum ad exitum perduxerit. C

Quæ in phreniticis manifeſta apparent inſomnia, probanda ſunt.

90 Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενίτιδι ἐναργῆ, ἀγαθόν. D

Sententia eſt Prorrhetici 5. quæ tamen hic aliam habet notionem. Sunt autem phreniticis inſomnia manifeſta, quæ turbulentis & perturbatis opponuntur. Ea vt variam & confuſam vaporum materiam in cerebrum ſublatorum, ita magnam corporis perturbationem ſignificant. Quæ verò manifeſta ſunt & euidentia, ac veris ſuis formis animæ prætenſa, ea animi firmitudinem ac minorem quoq; perturbationem, tum ſtabilem humorum & ſpirituum ſedationem præ ſe ferunt. Aut certè quæ in phreniticis apparent manifeſta inſomnia ad phrenitidis denunciationem valere exiſtimandum. Eoque ſenſu cum Prorrhetico conſentiet hoc præſagium. Codex vnus manuſcriptus Regius pro ἐναργῆ ἐν αἰχῇ non ſine mendo legit, cuius lectionis etiam meminiſſe videtur Caluus, qui vtranque lectionem adhibuit.

In phrenitide albicans deiectio ac torpor, malum denunciat. His ſuccedens rigor peſſimus.

91 Ἐν φρενίτιδι λεύκη χώρησις λευκή, καὶ νωθρότης κακόν. ῥῖγος τούτοισι κάκιστον. E

Huius ſententiæ explicatio ex Prorrh. 13. aſſumenda eſt. Illic namq; Archecratis nomine, & particulæ (ἄρα) additione quodammodo in dubium vertitur, & in obſeruatione empirica fidem tuetur. νωθρότης autem quæ eſt animalium functionum ac ſenſationum ſymptoma, cùm ex frigidis, craſſis, glutinoſis, & tardis ſuccis originem ducat, non temerè huiuſmodi caſibus ſuccedit. Præceps namq; vitaliratis exitium, ac calidi natiui omnimodam extinctionem deſultorij huiuſmodi caſus ac tranſmutationes ſignificant, velut ex phrenitide & continuis vigiliis, veternus, ignauia & ſopor. Sic νωθρὸν κατάφορά in phreniticis lib. 3. Epid. in ſt. peſt. exitium attulit. In his rigor cùm viribus iam confectis accidat, non iudicationis ratione, perniciem denunciat, quod etiam vulgus agnoſcit, & damnatur Prorrh. 35.

In Phreniticis cùm omnia circa initia moderatè & ſedatè ſe habeant, ac ſubinde permutentur, malum denunciatur.

92 Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇσι τὰ ὀπίσω ἔχοντα, πυκνὰ τὲ μεταπίπτοντα, κακόν. F

Ex Prorrh. 12. videtur hæc petita ſententia & aliquantulum diminuta. Crebras verò in phreniticis permutationes etiam Prorrh. 28. damnat, vbi & quænam hic crebræ permutationes intelligantur, Galenus fuſiſſimè explicat.

In vehementi & furioſa mentis emotione accedentes tremores, exitio ſunt.

93 Τῶν ὀξισαμβύων μελαγχολικῶς, οἷς τρόμοι ὀπιγίνονται, κακόν.

Hęc ſententia cum Prorrh. 14 & ſententia 88. paulò antè expreſſa conuenit. In atra enim bile percitis tremores cum neruoſi generis intenſam reſiccationem ac motionis imbecillitatem præ ſe ferant, extremam perniciem denotant. Quare τὸ κακὸν hic exitio eſſe diximus, quod κακόηθες in tanti mali ſignificatione nimis leue eſſe ſcripſerit Gal. & τὸ ἐπάτως ἰλιγγιῶν expoſuerit.

Vehementi inſania detenti, tremuli, cum crebra ſputatione, metus eſt ne phrenitici euadant.

94 Οἱ ὀξισάμβυοι μελαγχολικῶς, τρομώδεες γινόμενοι καὶ πτυαλίζοντες, ἦ ἐπὶ φρενιτικοί. G

Πτυαλισμὸς frequentem ſputationem & crebram oris ſaliuationem ſignificat, quæ ex humidiore ac imbecilliore ventriculo, tunicæ continuitate os humectante, aut ex cerebro in palatum humoris copiam refundente oritur, vt ſcribit Gal. Com. in Prorrh. 1. In phreniticis verò plærunque annotatur ob laborantem mentem, vt αὐαχθεμψὶς πυκνή, præſertim ſi vtraque ſit inanis & irrita. Etſi interdum etiam ex meningum cerebri inflammatione, tenuis humoris vt ichoris aliquid in palatum & fauces exudare conſpiciatur, velut in pleuritide & ophthalmia laborantibus oculis accidit. Cùm igitur libri huius autor diſperſa phreniticorum ſigna temerè colligeret, πτυαλισμὸν ex Prorrh. 13. & 31. huc adſcripſit, etſi vero ſimilius eſt vomitionem ab huiuſmodi crebra oris ſaliuatione quā phrenitidē ſperari oportere. Codices Regij manuſcripti omnes has duas ſententias (vt par eſt) coniungunt, vnamq; hoc modo efficiunt. τῶν ὀξισαμβύων μελαγχολικῶς, οἱ τρομώδεες γινόμενοι, καὶ πτυαλίζοντες, ἤρα γε φρενιτικοί. Quam lectionem ſecutus videtur Caluus.

Vehementer & acutè mente emoti, ſi febris iterum repetat, phrenitici euadunt.

95 Οἱ ἐκπλαγέντες ὀξέως ὀπιπυρέξαντες, φρενιτικοὶ γίνονται. H

Sententia eſt 15. Prorrhetici, vbi ὀπιπυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι legitur. Codices manuſcripti duo Regij ὀπιπυρέξαντες ὀξέως legunt, non ſine ratione. Cuius lectionis meminit Gal. in Prorrh.

Phrenitici parum bibunt, ex leuibus ſtrepitibus facilè irritantur, tremuli ſunt aut conuulſionibus tentantur.

96 Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες ἢ ἀποσπώδεες.

A Βραχυπότῳ ex Prorrh.16.legimus,duobus codicibus manuſcriptis nixi. Quin & Galen.lib.3.περὶ λοιμ. & lib 5.loc.affect. in phrenitidis notione βραχυπότας legit. Aretæus quoq; in Phrenitidis curatione βραχυπότας phreniticos facit, hoc genus phraſis exprimens,etſi alio ferè ſenſu. Cæterùm captæ mentis indicium eſt rata in phreniticis potio,cùm magna linguæ reſiccatio, & affectio calida & ſicca inexplebilem ſitim faciat,cuius extinctio animalium ſenſationum proſtrationē præſagit. Exemplarium bona pars βραχύποτον legit,quam lectionem vt ſuſpectam aſteriſco ſubſignat Aſulanus.eamq; ſequuntur interpretes & βραχύποτα ὑφ' ὑγροῦ καθαπτόμενοι φρενιτικοί intelligunt,ὡς βραχυπότα ὑφ' ὑγροῦ καθαπτόμενοι,qui vel minimis ſtrepitibus irritantur & percelluntur, quòd ab his vel nullo negocio in furorem agantur,& in totum abalienentur. ἐξυήκοοι γὰρ ἀπὸ ὑφ' ὑγροῦ καθαπτόμενοι φρενιτικοί,vt ſcribit Aretæus Galenus quoq; in Prorrhetico τοὺς τὰ βραχύποτα ὑποπτυμβους interpretatur,quod maximè ſint ſuſpicaces & facilè irritabiles,ideoq; vel re leuiſſima ſtatim perturbentur,& quouis ſtrepitu promptè deterreantur. Alias autem vocis huius notationes in Prorrhetico adB ſcripſimus. Sunt qui iſtud etiam ad ſtrepitum qui inter bibendum editur & ſonum qui inter labendum ex potione auditur referunt,cuius cauſa in ſummam œſophagi reſiccationem reiicienda eſt. Tremoribus autem & conuulſionibus tentantur phrenitici ingraueſcente morbo & prope iam affectis viribus,ex inſuperabili neruoſi generis imbecillitate & reſiccatione. ἐχ ὅλως ἢ τὰ ἄλλων τοῖσι φρενιτικοῖσι τὰ κάρτα πονέει. μάλα γάρ τοι ἀσθενεῖς φρενιτικοί. vt ſcribit Aretæus in phrenitidis curatione.

97 Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεαρικῶς τρόμοδεα, θανάσιμα. In intenſa phrenitide tremores lethales.

Tremores in phreniticis multis reſcriptis ſugillantur ab Hippocrate,valdeq; iis affectis accidunt & ad extremam perniciem adductis,vt ſcribit Galenus Comm.1.in Prorrh.in eoſq; frequenter deſinunt,vt teſtatur Prorrh.9.ex quo translata eſt hæc ſententia. Mirum tamen ſubit cur contra Galeni mentem νεαρικὸς τρόμος iunxerit Caluus.

C 98 Αἱ περὶ ἀναγκαῖα παράφρονες, κάκιστα, αἱ ἐκ τούτων παρεξιοῦσαι, ὀλέθριοι. Deſipientiæ quæ circà neceſſaria fiunt peſſimæ, & quæ ex his ingraueſcunt,exitium portendunt.

Mentis error qui fit circa opinabilia & quæ δόξαστὰ aut ἐνδόξα vocant,leuius malum facit,quàm ſi in neceſſariis & his quæ æternitatē à natura nacta ſunt alienatio fiat. Tunc enim planè depoſitam mentem & valde læſam,ac bile occupatam iſta ſignifi ant, quæ promptiſſimè concepto incendio in atram vertatur, & μανικὸς παράφρων aut ἀνειώδης inuehat,cùm leues illæ deſipientiæ veluti madidorum aut ægrorum vanæ ſpecies,ex efferueſcente ſuccorum beneuolentia ortæ,momentaneos caſus faciant. Sic ioculares deſipientiæ & quæ cum riſu fiunt minus ſuſpectæ ſunt,quàm quæ graues & ſeriæ,& quæ cum ſtudio fiunt, vt ſcribitur aphor.55.lib.6.Hic ergo ἀναγκαῖα dici videtur τὰ ἀσπούδαια. res graues & ſeriæ,aut actiones vitæ neceſſariæ,& quæ vitam tuentur, quarum certe negligentia valde ſuſpecta eſt. Sunt & ἀναγκαῖα Hippocrati, quæ dicuntur violenta & quibuſvis adhibetur,& ἀνάγκη quibus vis omnis continetur,libris de fract.ἀναγκάω etiam Erotianus ἀπὸ τῆς βίας ex Bacchio poni ſcribit. Quę certè nullum hic D habent locum. Non igitur abs re quæ ex his ingraueſcunt deſipientiæ,exitio ſunt,quod in vehementes & furentes mentis emotiones tendant. Quidam codices has ſententias,diſtinguunt,verùm mihi aptè coniungi videntur. Codices Regij manuſcripti,αἱ ἐκ τούτων παρεξιοῦσαι legunt,eodem prope ſenſu.

99 Αἱ παράκρουσις, φωνῆ κλαδώδεϊ, γλώσσῃ ἀσπασμώδεϊ, καὶ αὐτοὶ τρομώδεες γινόμενοι, ἐξίστανται. σκληρυσμὸς ταύτῃσι ὀλέθριον. Deſipientiæ cum voce ſtridula,linguę reuulſione, ac ipſi quoque tremuli,vehementem mentis alienationem ſignificant. In his durities aut aſperitas perniciem minatur.

Sententia eſt Prorrh.19.à Galeno explicata,vbi tremor ad linguam & vocem refertur,quæ fit tremula & interciſa,reuulſis præ ſiccitate neruis vocalibus. Intremiſcit verò lingua,ob nimiam ſiccitatem imporenti animali facultate:ac tremori coniuncta eſt conuulſio,reſiccatis muſculis & ad cerebri intemperiem compatientibus. Hic verò tremor ad ægros & totum corpus refertur, E quod ſymptoma phreniticis ob nimiam reſiccationem familiare eſt.& paſſim annotatur. Ad quam totius quoque corporis, aut cutis ſcabrities & aſperitas conſequitur. Hic quoque Cornarius lectionem Prorrhetici ſecutus videtur,& γλώσσης ἀσπασμὸν τρομώδεις,& αὐδὰς τρομώδεις γινόμενα legiſſe.

100 Αἱ παρεξαδυνατισάντων παράφρονες, κάκιστα. Deſipientiæ quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus ſuccedunt,peſſimæ ſunt.

Sententia eſt Hippocratis Œconomiam redolens,ex Prorrh.9.translata, nulla tamen (vt illic) nominis circumſcriptione deformata. Sunt autem οἱ παρεξαδυνατίσαντες (vt exponit Gal.Com.3.in Prorrh.) οἱ παρακεκμηκότες πρὸ δυνάμεως, καὶ οἱ μὴ ἐκλύσεως. Codices manuſcripti Regij in Prorrh.παρεκδυνατίσαντων pro παρεξαδυνατισάντων legunt,paulum à genuina deflexa lectione, ex quibus παραπαδυνατίσαντων legi debere coniiciendum eſt,non immutata notione,niſi recepta eſſet omnibus codicibus & Galeno poſtrema lectio. Sunt namq; προαπαδυνάσαντες iam longè antè defatigati & fracti,velut viribus deficientes,vt ὑπὸ λιμοῦ ἀπαδυνάσης dicuntur fame enecti,confecti,& qui præ fame deficiunt. Et hæc quoque Erotiani eſt lectio,qui προαπαδυνατίσαντων alia notione ſumit pro iis qui antea voce defecti ſunt.

101 Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπτοντα, ἀσπασμώδεα, πονηρά. Crebræ in phreniticis permutationes, conuulſiones denunciant,ac prauæ ſunt.

Sententia eſt Prorrhetici 28.fuſiſſimè à Galeno explicata. Caluus duplicem appoſuit huius præſagij verſionem, parum tamen Hippocratis mentem eſt aſſecutus.

102 Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μὴ καταψύξιος πτυαλίζοντες, μέλανα ἔμεσιν δηλέουσι. Crebræ in phreniticis cum perfrictione ſputationes,nigrorum vomitionem prænunciant.

Aliis verbis,eadem tamen notione,effertur Prorrh.31.πτυαλισμοὶ inter vomitionis ſigna accenſentur ab Hippocrate, cùm exoneranda materia in ventriculo coit,& quod ſeroſius eſt regurgitat,crebraq; ſaliuatione expuitur. καταψύξις quoq; quæ totius corporis perfrictionem indicat,comparatam intra naturam ad motum & noxiorum expulſionem ſignificat, interdum etiam humoris vomitione refuſi qualitatē præ ſe fert,non ſecus ac in vomitionis præſagio præcordiorum frigus adſcribit Hippocr. in Prognoſtico. Nigrorum autem vomitum affore ex ſuccorum aſſatione & aduſtione in phreniticis,nil mirum eſt, in quibus nigra ſæpe refunduntur,ac qualia apparent ſi aquæ atramentum permiſceas. Habes accommodatum huic ſententiæ luculentum exemplum ægr.12.lib.1.Epid.in quo hac de re ſatis multa ſcripſimus.

I 103 Τοῖσι ποικίλως ἀρρωστέουσι καὶ παράκρουσι, πυκνὰ κωματώδεσι παρεσδέχεσθαι λέγε μέλανα ἔμεσιν. In his qui variè morbum trahunt & mente mouentur,ſi ſubinde ſopor incidat,prænuncia expectandam eſſe nigram vomitionem.

Temeraria eſt & ſine ratione obſeruata concuſſio. Varia autem morbi & inæqualis materia, varias affectiones & diutius trahentem morbum facit, quique nullam ſtatam aut propriam conſtitutionem ſeruet,ſed frequentem habeat caſuum ommutationem. In his mentis emotio cum frequenti ſopore nigram vomitionem non neceſſario elicit, niſi phrenitidem prius ſuſpectaueris.

104 Τὰ προξιοῦμενα τόπον ἀσπασμώδεα, κάτοχα. Quæ conuulſionis in morem affligunt, ea altum ſtuporem(catochum vocant)inducunt.

Aliter effertur hæc ſententia Prorrh. 161. & ad aurium tuberculorum prædictionem facit, ad quam etſi deſultorio quodam modo viam munit hic author,tamen eam ne leuiter quidem hic adumbrauit. Conuulſiones membrorum initiis cùm non temerè ex plenitudine fiant, redundantem magnam in cerebro humorum copiam ſignificant, ex qua neruoſum genus afficitur, &

mentis arce occupata, sopores & alti stupores (catochos dicunt) oriuntur. Quem in sensum simplex huius sententiæ notio trahi potest. Quod si (vt in Prorrhetico) abscessuum ad aures significationem elicere velis, non abs re ex huiusmodi redundante crassorum & crudorum succorum in cerebro copia, ad aures tubercula proditura sperabis, cùm scribat Galenus, ἢ πίνω ἢ ταῖς παρωτίσι ἄλογόν ἐστι σὺν ταῖς ἀσασμώδεσί τε ἢ κωματώδεσι χεσνίζουσι γίνεσθαι, μέλλοντος τοῦ κάμνοντος. Hoc igitur modo τὰ κάτοχα τὰ πάνυ καταχῆ ὑπερέχοντα significant. Quod si & redundantis humoris conditionem, & morbi naturam spectaueris, possunt stabiles, firmos, inhærentes aut pertinaces morbos denotare, quod τὰ κάτοχα τὰ βιβαίως ἱδρυμένα ἢ οὐ κατιχόμενα νοσήματα quibusdam præ se ferant, vt scribit Gal. Com. 3. in Prorrh. Codices quidam ἀσασμοτερομώδεα τρόπον habent. Quam lectionem etsi agnoscit Gal. in Prorrh. eam tamen sugillat. A

Parui in longis morbis aurium tumores, si subinde sanguis è naribus profluat, & tenebricosa vertigo excitetur, exitio sunt.

105 Τὰ παρ' ὦτα ἐπάρματα ἐν μακροῖσι μικρά, αἱμορῤῥοΐδεα ἢ σκοτώδεα ἐπιφαινόμενα, ὀλέθρια.

In longis morbis cùm magna sit materiæ frigidæ & crassæ copia, sæpe à natura abscessus tentantur, quos quidem humorum multitudini respondere oportet, alioqui huiusmodi excretiones & abscessus nullum adferent leuamentum. Sic enim lib. 2. Epid. probat Hippocrates πῶς ἀποσύσῃ ἀξίως τὰ παρεόλκης τῶν νοσημάτων γινομένης. Subinde verò sanguinem profundere, morbi peruicaciam ac naturæ imbecillitatem ostentat, cùm degrauantem materiæ copiam vno impetu exonerare nequeat. Quin & tenebricosa vertigine vexati, magnam spirituum agitationem ac natiui caloris imbecillitatem significant, qui humores conficere nequeat, ac proinde plurimos in flatus conuertat. Dicuntur autem σκοτάδεες Galeno οἱ ἐν ταῖς κινήσεσι σκοτούμενοι, qui inter mouendum tenebricosa vertigine ac caligine rotantur. Qui cum valde affectis sint viribus, exitium in longis morbis non abs re minantur, quod eas ad morbi diuturnitatem alacriter supersesse oporteat. B

Febres vertiginosæ & cum tenuis intestini morbo, & sine hoc, perniciem intentant.

106 Οἱ ἰλιγγώδεες πυρετοὶ ἢ αὐτὸ ἰλεὸν καὶ μετ' ἰλεοῦ, ὀλέθριοι. C

λυγγώδεες habent exemplaria manuscripta quædam, quod λυγγώδεες πυρετοὶ dicantur Hippocrati vsitata phrasi, febres in quibus diu singultiunt ægri, aut per totum morbi decursum singultus intenditur, vt scribit Galenus Comm. in libr. de rat. vict. in morb. acut. Febres igitur huiusmodi singultuosæ periculi plenæ sunt, vt supra diximus, cùm internam viscerum phlegmonem, præcipuéque hepatis indicent. Quod si ἰλιγγώδεες febres retineas, vertiginosæ febres intelligentur, in quas subinde vertigines incidũt, & in quibus ægri perpetuò offusas menti caligines ac nubes sentiunt, crebra q; spiritus circumuolutiones ac rotationes, ex pleniore humidi & crassi succi in cerebro à flatibus distenti copia. Ac per se huiusmodi casus satis suspecti sunt, & plærumq; magna inducunt deliria, vt nil necesse sit ad morbi perniciem ileum adiungere, quod sit alterius naturæ & generis, & vt plurimum ex sese exitialis. At cum singultu huiusmodi ilei esse possunt, sed non sine exitio, vt scribitur aph. 10. libr 7. & hoc Præsagio postea repetitur. Exemplaria quædam ἰδίων pro ἰλεῶν habent, eamq; lectionem probabat Præceptor Hollerius, & pro sudoribus accipiebat. Nam & ἴδιος ἱδρὼς dicitur, alioqui ἴδιος τόπιγος, hoc est æstum præfocantem significat, & ἴδιος πύρετος exponit Helychius. Idem ἰδιῴ, ἰδεῖ, ἀγωνιᾷ, & ἰδίειν ἰδεῶν explicat. D

In anhelatoribus & suspiriosis febris postea acuta, cum præcordiorum contensione perfrigeratis, magnum circa aures tumorem expectare oportet.

107 Τοῖσι πνευμαΐζουσιν ἐοῦσι πυρετὸς ὕστερον ὀξύς. μετὰ ὑποχονδρίου ξυντόνου καταψυχθεῖσι, παρ' οὓς μέγα ἔσαρμα.

Sumpta est hæc sententia ex Prorrh. 164. Quos enim illic πνευματερφύες, hic πνευματίας dixit, vt libr. de rat. vict. in morb. acut. τὺς πυκνὸν ἀναπέοντας exponit Gal. Eamq; ob causam sententias istas coniunximus, non repugnantibus exemplaribus manuscriptis, quod etiam Caluum fecisse animaduertimus. Hic igitur ὑποχόνδριον ξυντονον vocat, quod illic ὑποχόνδριον σκληρὸν, præcordiorũ distentionem cum tumore subfrigido, indicans abscessuum sobolẽ potius quam phlegmonem, quæ sanguinis ex naribus profusione soluitur. Exemplaria quædam manuscripta πνευματίην pro πνευματίας habent quod magis est Ionicum, reliqua omnia πνευματίοισιν, non sine mendi suspicione tamen. Nam quos alibi πνευματίας vocat, hi πνευματίους dici non temerè alias reperias, sed πνευματικὺς potius & πνευματερφύες in Prorrhetico. Ex hac etiam Prognosi Prorrheticum illud emendare licet. E

Lumborum atq; inferiorum partium dolores quibus febris etiam accedit, si relictis inferioribus septũ transuersum appetant, tum verò præsertim exitio sũt si aliquod periculosum signum accesserit. Quod si reliquorum signorum nullum periculum ostenderit, futuræ suppurationis metus est.

108 Οἵσιν ἂν ἐν πυρετῷ ὀδύναι γένωνται περὶ ὀσφῦν ἢ τὰ κάτω χωρία, φρενῶν ἅπτονται, ἐκλείπουσαι τὰ κάτω, ὀλέθρια, ἤγουν τελευτὴν ἤ τι σημεῖον πρόσηνται. πονηρὸν δὲ τὸ ἧσσα σημεῖα μὴ πονηρὰ γένηται, ἔμπυον γένεσθαι ἐλπίς. F

Celebratur hæc sententia in Prognostico, quod effecit vt has sententias temerè disiunctas in codicibus publicatis coniungeremus, melioribus etiam exemplaribus freti. Eam his verbis explicat Celsus cap 7. lib. 2. Si à coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, neq; vllum signum malum accessit suppurationis eo loco periculum est. Huiusmodi quoq; dolorum occursationes ad superiora, ἀϊάδεσμοι vocat in Prorrh & damnat sent. 69. & 83. Asulanus ἐκλείποισιν vitiosè pro ἐκλείπουσι legit, & ἔμπυον γένεσθαι pro γένηται. Caluus hanc verò Hippocraticam sententiam ita obscurauit, vt vix quid elicias statuere possis.

In pueris febris acuta cum alui suppressione & perunigilio, calces velut iactare, ac calorem mutare, & ruborem contrahere, conuulsionem minatur.

109 Παισὶν ὀξὺς πυρετὸς καὶ κοιλίης ὑπόστασις μὴ ἀξυπνίης, καὶ ὃ ἐκλακτίζειν, καὶ ἐξαλλάσσειν, καὶ ἐρυθρὸν γενέσθαι, ἀσασμώδες. G

Ex Prognostico quoq; illustratur hæc sententia, vbi de puerorum in febre conuulsionibus agit, quibus promptissimè tentantur, ob alimenti cruditatem, & ex lactis vitio acrimoniam, tum vero neruosi totius generis imbecillitatem, vt testatur Gal. Comm. ad aph. 25. lib. 3. & Com. 3. in Progn. Hic autem ἐκλακτίζειν ponitur, quod est calcitrare, calces iactare & cædere, qua dictione materiæ agitationem & feruorem subindicat, ac corporis incontinentiam, qua pueri ῥιπάζονται, & commoti humores neruorum principiũ facilius tentant. Cuius loco in Prognostico ἐκπαγλοῦσθαι & κλαυθμυρίζειν posuit, quod est perterreri ac lugere aut plorare, vel (vt Gal. exponit) φοβηθῆναι σφοδρῶς. Quæ cùm sint pueris familiaria ob rationis infirmitatem, ac humorum ex lactis corruptione os ventriculi grauantiũ vitium, aut cerebrum exhalationum acrimonia replentium, merito φίβους in ætatum morbis, pueris adscripsit Hipp. aph. 24. lib. 3. Nec verò infœliciter ἐκλακτίζειν ex voce κλαυθμυρίζειν consequi aut cogitatione deduci poterit, cùm pueri lugentes aut eiulantes assiduè calcitrent aut calcibus impetant, indeque maximè, non corporis contensione, eiulatus vehementiam prodant. Regia exemplaria manuscripta quædam ἐκλύζειν pro ἐκλακτίζειν legunt, quod de vehementi singultu dicitur, & cùm sit conuulsionis velut rudimentum quoddam, eam informare certè potest. Cuius etiam lectionis vestigia prope subsecutus videtur Caluus, & κλύζειν ac ἐκλευκαίνεσθαι, aut aliud quid tale legisse, cùm (subluereq; exalbescereve) dixit, alieno planè sensu. Ex quibus scriptionibus etsi vitiatis, confidentior aliquis certi aliquid eruere posse speraus, κλαῖσαι potius quàm ἐκλύζειν legendũ esse coniiciat, quod flere & eiulare significat. Et certè Celsus ex Prognostico assiduè plorare dixit hanc sententiam dilucidis verbis exprimens. Si in continua febre puero venter nihil reddit, mutatur q; ei color, nec somnus accedit, ploratq; is assiduè, metuenda neruorum distentio est Nõum quoq; est & planè insolens ὑποστάσιος nomen, etsi huic authori non infrequens postea, pro alui suppressione ac retentione, quam in conuulsionis causis nõ temerè accensent Hipp. & Gal. Et aph. 25. lib. 3. αἱ σκληραὶ κοιλίαι ad conuulsionum in pueris propensionem adscribuntur. ὑποστάσιες quoq; Hippocrati humorum subsistentias ac collectiones, cum intro subsistũt ac remorantur, aliàs significant, vt

cant, vt Prorrh.2.& lib.de art. τὰ ἐν δὲ μυσὶ ἢ ὑγρὰ exponit Gal. vt pluribus aliàs scripsimus. Quam tamen vocis obscuritatem reformidantes quidam, κοιλίης ὑπίσασιν legunt, vsitata Hippocrati locutione, qui ὑπίσασιν ad alui suppressionem non ratò accommodat in Prorrh. vt creberrimè ὕρη ὑπίσασιν, αἵμη δ' ὑπηρίσιος ponit. Colorum porrò variam mutationem, vitiosam plurium humorum qualitatem denotantem, ponit in Prognostico, cùm hîc tantùm sanguinis copiam ex ruboris contractione indicet.

110 Τὰ δὲ ὑπνώδεα καχώδεα ἀγρυπνα, μέλανα ἢ τὰ σιώδεα, αἱμορροΐ ἔνια.

Qui statim sine ratione perturbantur, peruigilio torquentur, nigra & compacta ex aluo demittunt, interdum sanguinem è naribus profundunt.

Coitio est empirica ex multis hæmorrhagiæ obseruationibus temerè instituta, ideoq; ambigua. Interdum enim sanguinem fundere scribit, nulla necessitate imposita. In hæmorrhagiæ autem signis τὰ βαραχώδεα ac peruigilium passim meritò celebrantur, vt antea quoq; sæpe. 87. Est vbi aluus restricta ob materiæ motum deprehenditur, ac nigrorum & compactorum secessus reficcata aluo & ab ardore vehementi exucta humiditate obseruatur, qualia hîc μέλανα τὰ σιώδεα, nigra & colligata aut compacta vocat. Sic in sanguinis per nares refusione μελάναν ἀβαχώρησιν ἢ δίοδον, ἢ κοιλίης ὑπίσασιν, aut κοιλίαν ὑπισᾶσαν, & πρὸ χαίρα ὑπίσκληρον apposuit in Prorrhetico. Et Prorrh.41. nares sanguinem stillantes sugillantur, κοιλίης ὑπολελαμμένης σμικρὰ μέλανα ἀπυρα δέδεα ἐξίει αἰόγλια χαλάσης. Codices Regij manu scripti quidam μελάνδετα pro μέλανα ἢ τὰ legunt. Qua voce etsi suspecta, nigra excrementa colligata significare voluit, ac fortè μέλανα σιώδεα. Huius sententiæ pars ex Prorrh. 132. desumpta videtur.

111 Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀγυσμῷ, αἱμορροέῃ, δήλως τε ἢ ἰὼ ἢ προερρύηκεν. ἠεάγε ἢ μεταφείξαντες ἐπ' ὀλίγον πρειψύχοντες;

Qui insomnia vexantur cum subita corporis iactatione & inquietudine, iis sanguinem è naribus eruperurum sperare oportet, idq; præsertim, si quid antea profluxerit. Animaduertendum verò num in modicè perfrigeratis id post horroris sensum contingat.

Nulla hîc certa hæmorrhagiæ spes est, quòd in ambigua sententia nulla necessaria ad sanguinis profluuium signa describantur. Repetitur tamen Prorrh.136.etsi non minus confidenter, vbi pro ἰὼ π προερρύηκεν, ἰὼ μὴ π προερρύῃ, scribitur, pugnante quidem sensu, eodem tamen recedente sententia. Nam peræquè profluxurum sanguinem sperare oportet, siue quid profluxerit, velut hæmorrhagiæ rudimentum tentante primoribus diebus natura, vt tãdem certo ad iudicium die vires in sanguinis profluuium effundat, siue nihil priùs experta, collectas vires in firmam iudicij diem cum fœnore reseruarit. Neq; etiam hæmorrhagiam exprimunt horror aut corporis perfrictio, etsi sanè materiæ agitationẽ & naturæ conatũ significãt, neq; ideo perfrictionis in Prorrh. meminit.

112 Περὶ δὲ τοὺς προξυσμοὺς βήσσοντες, ἢ ἐφιδρῶντες μικρὸν, κακοήθεες.

At verò qui per accessiones tussiunt & tenuiter exudant, ij malignè habere iudicandi sunt.

Codices quidam istud cum superioris sententiæ extremo coniungunt & sententiã vnam efficiunt, vt ad perfrigeratos & inhorrescentes referatur. Secutus sum tamen omnes interpretes qui secorsum efferunt. Initiis autem accessionũ leues tusses sæpe irritantur ex materiæ agitatione, interdum etiam destillatione, idq; sine periculo. In his sudores intempestiuè nulla naturæ promotione procurantur. Codices Regij manu scripti quidam pro βήσσοντες βοήσαντες habent, alij etiam βοήσοντες, quos secutus videtur Caluus.

113 Ἐς πλευρὴν ὀδύνης καὶ πνιγμοῦ περισφιγμένου, ἤτοι ἐμπυοῦται.

Ad lateris dolorem insuper accedente strangulatu, suppurationis futuræ spes est.

πνιγμὸς hic ὀρθόπνοιαν & eam spirandi difficultatem indicat, quæ non nisi arrecta ceruice & exporrecto collo obitur, ex spiritualium organorum angustia & præclusione, vt antea, cui interdum succedit suppuratio, interdum verò strangulatus & subita internecio, vt experientia quotidiana constat, ex qua, velut ex obseruatione, ducta est hæc sententia, cùm longè sint plurima alia & fida suppurationis indicia ex Prognostico in animi notione reponenda. Præsagium tamen istud locum aliquem habere potest in lateris morbo ad suppurationem iam tendente.

114 Οἷσιν ἐν σπειρέῃ φλυζάκια κατὰ πσῶ δὲ σῶμα ἐκφύῃ, θανάσιμον, μὴ γινομένου πυώδεος ἀποσήματος. μάλιστα δ' ἐθέλει γίνεσθαι τούτοισι πρὸς ὦσι.

Quibus per febres assiduas pustulæ toto corpore enascuntur, lethale est, nisi quid purulentum abscedat. In his verò præcipuè adnasci ad aures tubercula solent.

φλυζάκια φλυκταίνας exponit Galenus Com.4. in lib. de rat.vict. in morb. acut. & pustulas significant quæ toto corpore erumpunt, papularum genus & ἐξανθημάτων, quos varos vocant. Ea acrium & efferuescentium malignorum humorum sunt soboles, vbi à natura in cutis laxitatem & corporis superficiem amandantur, eamq; velut excretione lancinant & pungunt. φλυκταινίδες dicuntur initio lib.2. Epid. Galenus verò in Exegesi, ψυδράκια exponit, etsi non nihil differre videntur. Oriuntur autem huiusmodi pustulæ in febribus malignis, verna præcipuè humorum expurgatione & ebullitione, quo tempore ἐξανθήσεις ἰλιάδας subnotat Galenus tuncq; ferè salutares sunt. Nam quæ ad autumnum feruntur, humorum sæuitia & feritate magis infamantur. Cùm igitur huiusmodi pustulæ humorum corruptelam expurgent, in ἀποστάσεως κατ' ἀπόθεσιν genere non temerè reponuntur, easq; naturæ viribus solicitari oportet & coqui, alioqui si fatiscente natura cursum remorentur aut subsistant, periculum creabunt maximum. Quod his verbis mihi innuere videtur huius Præsagij author (μὴ γινομένου πυώδεος ἀποσήματος.) Siue namq; hoc nomine pustulas donet, siue alterius alicuius abscessus eruptionem significet, naturæ certè procurationem requirit. In his verò febribus assiduis quibus coniunctæ sunt papulæ huiusmodi, ferè suboriri ad aures tubercula solent, quæ non leuiter suspecta esse quotidiana experientia docet, in quibus ægerrimè couualescunt ægri, ac non nisi magno negotio releuantur. Quò sanè huius sententiæ extremum retulimus, etsi aliorsum detorqueri possit. Exemplaria Regia omnia manu scripta φυζάκια pro φλυζάκια habent. φλυζάκια verò à φλύω & φλύζω deducuntur, quod est Hesychio αἰάζω, vt sint αἱ ἀποκαύσεως φλύκταιναι, aut τὰ ἀποκαύσεως ἐν σαρκὶ ἀπασήματα, pustulæ velut ambustæ, & in corporis planitiem efferuescentes aut erumpentes ex humorum acrimonia exortæ, qualia ἐξανθήματα κεκαυμένα θερμῇ, ὡς πρὸ πυελίτιδος, vocat lib.7. Epidem. & quæ lib.5. Epidem. οἷα τὰ ὑπὸ κωνώπων δήγματα nominat, aut quæ (vt aliàs scribit) τὸ σῶμα ὑπὸ κωνώπων ἐγκεκαυμάτισται, hoc est corpus velut à culicibus commorsum & afflictum reddunt. Galenus tamen aliam nominis notationem respicere videtur, cùm φλυζάσης βλυστὰς, & φλύσσει ὑγραίνει exponit ex lib.2. Epid. vt illic restituimus. Ea certè omnia in pustularum genere Celso censentur lib.5.

115 Ἐν ὀξέϊ πάμπυ ἔξωθεν πρειψύχεσθαι, τὰ δ' ἔσωθεν καίεσθαι ἢ διψῶ, κακόν.

In præcipiti morbo, si partes externæ perfrigerentur, internæ verò vrantur, ac sitis vrgeat, malum denunciatur.

Hæc sententia ex media Hippocratis Oeconomia hausta est, multisq; in locis repetitur, præcipuè verò aph. 48. lib. 4. & 74. lib. 7. & aph. 1. & 26. lib. 7. & initio lib. 2. Prognost. Eamq; sic expressit Celsus. Seruari is non potest, cui febre non quiescente exterior pars friget, interior sic calet, vt etiam sitim faciat. Huiusmodi autem inæqualitas inflammationis internæ ac nobilium viscerum vehementiam indicat, aut caloris natiui extinctionem, velut in febribus ardentibus exitiosis contingere solet.

116 Οἱ συνεχέες ἀφ' ἑτέρης ἐπιτείνοντες, ἐπικίνδυνοι.

Febres assiduæ, quæ tertio quoque die intenduntur, in periculum ducunt.

117 Οἷσιν αἴ ποτε πυρετὸς ἀφαλίσῃ, ἀκίνδυνον.

Si quibus aliquando febris intermiserit, periculum abesse significat.

Aphorismus est 43.lib.4.ex quo deductæ sunt hæ duæ sententiæ,quæ ideò,vt illic,coniungi possunt. Eas autem febres quæ neq; tertio quoque die leuantur in malis signis valetudinis reponit * Celsus,vt neque terrere debere eam febrem scribit, quæ eodem die finita est,ac ne eam quidem,quæ quamuis longiore tempore euanuit, tamen ante alteram accessionem ex toto quieuit, sic vt corpus integrum (quod εἰλικρινὲς Græci vocant) fieret. † Eæ quoq; febres, quæ certum habent circuitum & ex toto remittuntur, tutissimæ sunt, maximeq; curationes admittunt.

* Cap.4.lib.2. † Cap.12.lib.3.

In febribus longis, aut tubercula , aut ad articulos dolores proueniunt, quos neque tamen temerè fieri existimandum est.

118 Ἐν μακροῖς πυρετοῖσιν, ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται, καὶ ἰῶ ἀλγέωνται οὐκ ἄχρηστοι.

Aphorism.est 44.lib.4. & 65.lib.7. febres diuturnæ cùm plurimam habeant crudam,frigidam & crassam materiam , concoctione aut abscessu vt plurimùm,interdum etiam excretione liberantur,vt acutæ & præcipites sudoribus ac iudicatione.Sic li.4.de rat. vict.in morb.acut.in febribus longis abscessus ad aures ac collum annotat. Et lib.6. Epid.sect.4.aph.1. τὰ παρ' ὑς in diu trahentibus febribus adscribit, καὶ ὅτι τύπισιν εἰς ἄρθρα ἀφίσασι. φύματα verò cùm aliàs sæpe omnes corporis tumores in quamcunq; corporis partem erumpentes significent , hìc certè ea quæ abscedere nata sunt denotant, quod indicat Celsus qui hanc sententiam explicans , abscessus vocat,quòd in totum corpus abscedant,eoq; velut humorum depositu à febribus vindicent.Verba Celsi sunt cap. 7.lib.2.Quibus autem longæ febres sunt,his abscessus aliqui,aut articulorum dolores erunt.Quo magis mitor Caluus secundum aures tubercula dixisse,nisi si ἐπάρματα legit,aut rei consecutionem ex Hippocrate lib.de rat.vict.in morb.ac.aut 6. Epid.expressisse sibi visus est. Codex Regius vnus manu scriptus ἄρθρων πόνοι habet,eadem sanè notione , nisi quòd reliqui omnes vno consensu εἰς ἄρθρα πόνους habent,qua locutione humorum in articulos decubitum,aut abscessum enixè magis exprimunt, à quibus vindicare poterit vrina multa, crassa & alba,ex aphor.74.lib.4.& aphor.2. sect.4 lib.6.Epid. Neque verò ista temerè fieri existimandum est,cùm naturæ procurationem præ se ferant, tandemq; concoctione malorum exitum solicitent , nisi si pleniorem ciborum suspectum reddunt.ex aph.45.lib.4.& 66.lib.7.

In præcipiti morbo,capitis dolor,& præcordia reuulsa , nisi sanguis ex naribus profluat, ad phrenitidem deueniunt.

119 Κεφαλαλγίη ἐν ὀξέϊ, ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινέων, ἐς φρενῖτιν τελέσαται.

Duplex est lectio. Quædam exemplaria Regia manu scripta cum impressis, κεφαλαλγίῃ legunt, vt sensus sit reuulsa præcordia in morbo acuto capitis dolorem, non profluente ex naribus sanguine, ad phrenitidem deducere, deuoluere, conuertere & immutare. Alia etiam exemplaria manu scripta κεφαλαλγίη habent , vt capitis dolorem & sursum tractum hypochondrium , nisi sanguis ex naribus effluat,in phrenitidem cedere ac deuolui,aut deuenire indicent, morbumq; eò tendere ac degenerare. Cæterùm inter communia hæmorrhagiæ signa , capitis dolor accensetur in Prognostico & lib.1. Epidem. vbi ξυμπάσης δὲ μετ' ἐδωδὴς adscribitur, cum hypochondrium ex nulla propria affectione,intrò retrahitur,aut contrahitur,sed septi transuersi aut cerebri, velut neruorum principij, communione. Interdum namque cerebro ex longo interuallo grauato , ac per febrium incendium plurimis vaporibus, aut biliosis & acribus humoribus oppleto, tandemque ipsa febrium intentione resiccato neruorum principio, affectionis conspirationem sentit septum transuersum, neruorum communione consentiens , ac siccitatis impendio rese velut contrahens , hypochondrium ipsum intro vellicat ac velut abripit. Ipsum etenim septum transuersum aut phlegmone tentatum, aut resiccatione contensum,aut à succingente coltas membrana retractum,præcordiorum reuulsionis causa est,vt scribit Galenus Com.2.in Prorr. & Comm.2.in lib.3. Epid. Quo in casu non temerè conuulsionis,aut intensissimi delirij & phrenitidis suspicio oritur. Quod etiam exemplum Philistæ libr.3.Epide.comprobat,in quo ῥῖψιν εἰς τὸ ὑπο ὑποχόνδριον , hoc est, intrò vergere & inclinari posuit Hippocrates,nullo proprio hypochondrij affectu,sed ex septi transuersi affectione intro retracto & reuulso,vt illic scripsimus. Est & ἀνεσπασμένον ὑποχόνδριον in viscerum internorum phlegmone,& in plurimis phrenitide tentatis , vt scribit Galenus Comment.2. in Prorrhetic. Verùm cùm ad hæmorrhagiæ fidem , materiæ sursum motæ momentum prouideri debeat , τὸ ἀνεσπασμένον ὑποχόνδριον, nullo proprio subsistente in præcordiis affectu, ad Hippocratis rescripta rectè mihi accommodari videtur, idque quodam naturæ nutu & ad superiora contentione fieri dicitur, in qua contractione neque dolor,neque inflammatio subest. Mirum autem videri non debet si subsistente sanguinis profluuio, ex facilè putrescentis sanguinis corruptela,phrenitis portenditur,quam certè liberalis hæmorrhagia subleuasset.

Febres lipyriæ , non nisi per choleram effusa bile, soluuntur.

120 Τὰ λειπυρικὰ, μὴ χολέρας ἐπιγινομένης, οὐ λύεται.

Febris lipyria ex genere continuarum censetur , in qua interna ardent , extrema verò frigent , nec nisi ex interno incendio aut viscerum phlegmone ortum habet,vt satis patet ex Gal Comment.2. in Prognost.& Comm. ad aph.48 lib.4. Aëtius verò Tetrab. 2.sermon.2. cap.89. Lipyriam febrem accendi ab erysipelate circa ventrem consistente scribit. In huiusmodi ergo viscerum inflammationibus, in cauum corporis serosis, aut biliosis & acribus collectis humoribus, choleram gigni non est à ratione alienum, ex qua bile effusa, phlegmones internæ remiserint aut penitus constiterint , iudicatione naturæ vi per vomitum & deiectionem biliosam tentata,quam hic choleram vocat. Cholera autem ex flaua bile originem ducit , vt scribit Galenus Com.ad aph.30. lib.3. Cuius etiam causam facit acres,mordaces & biliosos succos Comment.4.in lib. de rat.vict. in morb acut.Caluus τὰ λυπεῦντα molestantia dixit,ac nescio an febres lipyrias ab anxietate & molestia sic dictas intellexerit.τὰ λυπεῦντα tamen melius scribitur,quòd corporis externa λείπῃ πυρὸς vt scribit Aëtius,interno exæstuante foco.

Morbus regius si ante diem septimum accesserit, malum significat:septimo autem,nono,vndecimo,ac decimo quarto,iudicationem adfert,dum præcordia non induret. Quod si secus contingat, res in dubium vertitur.

121 Ἴκτεος τοῦ μὲν τὰ ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγιγνόμενος, κακόν· ἑβδόμῃ δὲ ἢ ὀγδόῃ, ἢ ἐνδεκάτῃ, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, κρίσιμον. μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια. ἢν δὲ μὴ ὑπολιασῃ.

Hic morbus regius qui in febribus obuenit inaudiendus est,vt aph.63.& 64.lib.4.diserris verbis ponitur,vnde huc translata est hæc sententia.Cuius explicationem abundè scripsimus nostris in lib.1. Epid.annot. & in Hermocrate lib.3. Epid. Exemplaria autem Regia manu scripta omnia hìc ὑποχόνδριον legunt.

Crebræ iisdem perseuerantibus casibus morborum reuersiones,impendente iudicatione sanguinem profundentes,nigram vomitionem excitant. Quinetiam tremulos ægros faciunt.

122 Αἱ πυκναὶ ξὺν τοῖσιν αὐτοῖσιν ὑπάρχουσι ἐπιστροφαὶ, τοῖσι κρίσιν αἱματώδεες, μελαίνων ἔμετον ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ τρόμοδες.

ξὺν τοῖσιν αὐτοῖσιν phrasis est Hippocrati valde vsitata,præcipuè libris Epidem.vbi iidem perseuerant casus,aut eadem affligunt symptomata, velut in Prorrh. ξὺν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἰόντες dicuntur,quibus eadem perseuerarunt,vbi morbus diutius traxit. Credibile est igitur in diutius trahente morbo, atque iisdem perseuerantibus, crebras fieri morborum reuersiones. Præceptor Hollerius ξὺν τοῖσιν αὐτοῖσι per eadem interualla explicabat, & ad dierum criticorum periodos referebat , vt recidiuæ iisdem dierum interuallis fierent , velut per quaternarios,vt si morbus die septimo desierit, ac vndecimo repetierit,aut si morbus iudicationem die vndecimo subierit,recidiuam verò decimoquarto attulerit.Nigram verò vomitionem fieri nihil est necesse,nisi diminuta & subsistens sanguinis profusio aliqua ex parte vacuata materia, relictos humores torrefecerit, & ex longo morbi tractu cumulato vitio, ac subsecuta intemperan-

perantia plurimi exaſſati ſucci in ventriculum redundarint, ſæpiuſque varios & permixtos vomitus excitarint. Quod in dies ipſa ægrorum obſeruatione experimur. Tremuli fiunt autem ægri, diuturnitate morbi & frequentibus recidiuis imbecilla redd ta natura, & affecto genere neruoſo. Caluus περὶ κρίσιν omiſit, quæ verba tamen in omnibus quotquot videre licuit exemplaribus obſeruauimus. Aliter etiam ferè repetitur hæc ſententia in his Præſagiis poſtea.

123 Τὰ ἐν τεταρταίοισι πυρετοῖσι ἀγρύπνεματα προξυνόμενα τεταρταγωνὴν ποιέεται, καὶ θερμώδεα αἵματα διαχωρέει.

Qui in febribus tertianis ingraueſcunt dolores tertianarum naturam aſſumunt, & ſanguinis grumos per ſeceſſum egerunt.

In febrium tertianarum inſultibus plærunque inuadunt dolores, qui tertiani generis morbum faciunt, & eius naturam præ ſe ferunt, aut tertio quoque die cum febris tertianæ acceſſionibus repetunt. Id quod indicat materiam quodammodo in partes quaſdam diſceſſionem feciſſe, quæ & cum febris periodo ſæuitiam exercet, & eundem febris typum humoriſq; motum retinet. Crebrî namq; videntur in tertianis circuitibus laterum dolores, qui ſingulis acceſſionibus irritantur, aliàs verò quieſcunt. Quos ideò tertianarum febrium naturam aſſumere dicit, quòd tertio quoq; circuitu repetant, eſtq; vero ſimile ab eodem humore foueri. Sanguinem autem concretum excerni non admodum eſt neceſſe, idq; ex obſeruatione dependet cuiuſdam ægri lateris dextri dolore affecti, in quo hepate vitiato, grumoſæ per aluum deiectiones effundebantur.

124 Ἐν πυρετοῖσι καὶ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμὸς καὶ πόνος, ἐς δυσεντερείην ἀποτελευτᾷ.

In febribus, venæ quæ eſt in ceruice pulſatio & dolor, rem ad inteſtinorum difficultatem deducit.

σφυγμὸν antiquis dici de partium inflammatarum pulſu, deinde ad omnem arteriarum pulſum, earumq; percuſſum violentum & maximè conſpicuum accommodati, ex veterum monimentis aliàs docuimus. In huiuſmodi ergo arteriarum pulſu, vbi & dolor humorum collectionem, & naturæ ad ſuperiora motum ac momentum ſignificat, hæmorrhagiam potius quàm inteſtinorum difficultatem præſagias, niſi (quod ſæpe fit) viis interceptis irrita ad ſuperiora naturæ promotio, prouidentia quadam & humorum reuocatione & tranſpoſitu in inteſtinorum alueum aut alias inferiores partes materiam deponat: Quod aliàs multis contigiſſe ſcribit libro primo Epidem. qui ex febre ardente poſt ſanguinis ex naribus eruptiones, εἰς δυσεντερώδεα κατάστασιν ἐξεχώρησε. Quibus etiam poſt longum morborum tractum, εἰς δυσεντερώδεα ἐπελάβησαν, hoc eſt, res ad inteſtinorum difficultatem deducta eſt, eandem quam hîc phraſin vſurpans. Sic libro ſecundo Epidem." & paulò pòſt in hoc Præſagio (ſent. 128.) in euidente & manifeſta humorum ſurſum latione, vbi conſpicua apparebat arteriarum pulſatio, & facies benè habita cum præcordiorum contenſione ac tumore, non abs re liberalem ſanguinis ex naribus profuſionem aut conuulſionem ſuſpectat Hippocrates. Quibus velut ſubſiſtentibus, in coxendicum dolorem morbum demitti ſcribit. " Sect. 6.

125 Τὸ μεταβάλλον πολλάκις χρῶμα καὶ θερμασίῃ, χρήσιμον.

Frequens coloris cum calore mutatio, bono eſt.

Hoc indiſtinctè ſcriptum iudicij aſſenſionem pauliſper ſuſtentat. "Etenim in aphoriſmis & libello περὶ κρισίων huiuſmodi inæqualitatem damnat Hippocrates, & vbi corpus modò calidum, modò frigidum eſt, & color alius ex alio fit, longæ valetudinis tractum ſuſpectat. Quod etiam repetit Celſus c. 5. lib. 2. In Prognoſtico quoque ὁμαλῶς θερμὸν τὸ σῶμα commendatur, huiuſmodi verò inæqualitas damnatur, quòd multiplicem naturæ contentionem, variumq; cum morbo certamen aut affectionum pluralitatem indicet, vnde & longus morbi tractus non abs re expectandus eſt. Quod effecit vt quidam hîc κείσιμον, non χρήσιμον, legendum exiſtimarint, quòd in ea naturæ cum morbo concertatione, velut de tota lite iudicium impendeat, naturaq; ſpirituum calorem contra morbum tanquam ſuccenturiatas copias immittat. Quædam etiam exemplaria καὶ θερμασίῃ legunt. Quam lectionem ſecutus videtur Cornarius & Præceptor Hollerius.

" Aphor. 40. lib. 4.

126 Τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα, καὶ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ ὑποχονδρίου, ἔντασις, παρ' ὃς ἀφίξησιν.

In bile redundantibus magna ſpiratio cum febre acuta & præcordiorum contenſione, abſceſſum iuxta aures promouet.

Tam ſunt hæmorrhagiæ communia quàm abſceſſuum ad aures ſigna, magna ſpiratio & præcordiorum diſtentio, cùm naturam cum calore ſurſum vehi, & humorum ex inferioribus ſedibus ad ſuperiora momentum & tranſpoſitum ſignificent. Niſi ſi fortè χολώδεας addidit, quòd ſanguinis profuſio in ſucculenta ſanguinis beneuolentia liberaliùs contingat, abſceſſus verò ad aures materiæ calidæ copiam frigidæ permixtam ad huiuſmodi momentum requirunt.

127 Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες βύσιοι, μηδὲν ὀφελέοντες, ὑποτρέφουσι κακοήθεις.

Qui ex longa valetudine ſeſe recolligentes cibum bene ſumunt ac nihil proficiunt, ij malignè relabuntur.

βύσιοι dicuntur οἱ τροφὴν λαμβάνοντες καὶ ὀρεγόμενοι, vt exponit Galenus Comment. ad aphor. 31. & 32. li. 2. ex quibus tradu&a eſt hæc ſententia, vt ſatis apparet. Illîc enim de his qui ex morbo conualeſcunt agitur, qui initio cibum appetentes, tandem eum faſtidiunt. Hîc igitur ὑποτρέφει, reflecti, relabi, ac conuerti ad inappetentiam ſignificat, quam ἀποπίαν καὶ ἀπορεξίαν vocat. Alioqui ὑποτρέφειν meliùs de morbi reuerſione ac recurſu diceretur, niſi poſtea quoq; hoc † Præſagio ὑποτροφὴ αὐτὴ ἡ ὑποτροφὴς poneretur, quam in notionem pro recidiua ſumpſerunt omnes interpretes. κακοήθεας autem quædam exemplaria legunt non κακοήθεις.

† Sent. 257.

128 Οἷσιν ἐν πυρετοῖσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεες, καὶ πρόσωπον ἐρρωμένον, ὑποχόνδριον μὴ λαπαρὸν, χρόνιον. καὶ ὀδυνῶνται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλῆς, ἢ λυγγὸς, ἢ ἀσμοῦ ἢ ὀδύνης ἰσχίων.

Si venæ temporum in febribus pulſent, & facies bene habita fuerit, abſque præcordiorum mollitie, longum fore morbum ſperare oportet, qui nec ſine liberali ſanguinis ex naribus profuſione, aut ſingultu, aut conuulſione, aut coxendicum dolore, deſinet.

Obſcura eſt hæc ſententia ſed apertioribus verbis ſcripta li. 2. Epid." & lib. περὶ κρισίων repetita, & abundè à nobis explicata noſtris in li. 2. Epid. Commentariis. Quod autem hîc de temporum arteriis effertur, li. περὶ κρισίων de arteriis ſimpliciter dicitur, quanquam & ibidem de manuum arteriis, vt & lib. 2. Epid. repetitur, χρόνιον verò quod totum locum obſcurat, his verbis in ſuperioribus locis explicatur, χρονίη ἢ νέβος γίνεται: vt mihi mirum videatur quomodo Caluus χρόνιον ad ὑποχόνδριον retulerit, refragante omninò ſenſu. Exemplaria quædam manu ſcripta χρόνιοι habent, & ad ægros referunt ex literæ conſecutione, quò etiam refertur καὶ ὀδυνῶνται. Quidam etiam codices ὀδυνῶνται legunt, ad morbum referentes. " Sect. 6.

129 Ἐν καύσῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, θανάσιμον.

Aluus in febre ardente affatim prorumpens, mortis periculum adfert.

Iſtu l ἀδιορίστως ſcriptũ magna indiget circũſcriptione. Eſt enim vbi morbo eunte in iudicationẽ, & coctione à natura ſuperato, aluus effuſa febris ardentis materiã deponit, vt ex rigore iudicatorio euenire ſcribit Gal. Com. ad aph. 58. li. 4. Quòd ſi crudo adhuc morbo, aut ægro debili aluus affatim prorumpat, cùm in graui morbo magna ſit virium indigentia, eas proſterni & ægrũ ad internecionem duci metus eſt. Quamnam igitur aluus affatim prorumpens diſtinctionem poſtulet, indicat Galenus Com. 2. in Prorrh.

130 Ἐκ κοιλίης ἀγήματος ὑπερπόνου πυρετὸς καυσώδης, ὀλέθριον.

Febris ardens ex laborioſo ventris dolore, perniciem minatur.

ὀδύνην ἀλγηδόνα laboriosum & vehementem dolorem vocat, qui ex phlegmone aut viscerum internorum erysipelate ortum habet velut aphor. 66. lib. 4. ταῦτα τὰ ἀπὸ λάγνα πόνοι ἰχυρός. Tunc enim valde malignum & intensum incendium oritur, ac febris A
lipyriæ genus est, non secus ac febrem ardentem in lipyriam tendere ac degenerare scripsit Hippocr. libello περὶ κρισίων. In huiusmod. igitur casu præsens imminet pernicies propter vehementia & maligna symptomata, quæ his febribus succedunt, velut extremorum refrigeratio, sitis intensissima, cæteraq; huiusmodi, quæ passim in Hippocratis doctrina sugillantur.

In febre ardente laborantibus, si aurium sonitus cum visus hebetudine & ad nares grauitate accedant, nisi sanguis ex naribus profluat, furiosa & vehemens mentis emotio metuenda est.

[132] Ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ἤχων παρεσημοιδέων μετ' ἀμβλυωπιοῦ, καὶ κατ' ῥῖνας βάρος, ὀξέα πνεύματα μελαγχολικῶς μὴ αἱμορραγήσαντες.

Signa sunt hæc hæmorrhagiæ criticæ ex media Hippocratis Oeconomia desumpta, quæ vt plurimùm febres ardentes soluit, ita si subsistat non diffiato sed computrescente sanguine, insania ac furiosa mentis emotio meritò portenditur. Ex Prorrh. 18. deprompta est hæc sententia, vbi hæmorrhagiæ nulla mentio, & à Galeno explicatur. B

In febribus ardentibus tremores delirio soluuntur.

[133] Τοὺς ἐν καύσεσι τρόμους, παραφροσύνη λύει.

Placitum est 26 lib. 6. aphorismorum, quod lib. περὶ κρισίων ab Hippocrate repetitur. Hìc autem impropriè verbum λύειν (vt alibi passim) de humorum transpositu ac translatione effertur, cùm penitus ægrum non absoluat, sed veluti morbi successio quædam potiùs enascatur. Quod efficit vt quidam hoc in aphorismo λύειν pro succedere capiant. Familiaris tamen admodum est huius impropriæ solutionis phrasis Hippocrati.* Sic ἴκτεος μαλάκου soluit, & febris ipsa (quod maximè mirum videri potest, vt ait Celsus) quibus præsidio est ea tollit. Sic conuulsiones, si postea cœpit, ex toto tollit, aphor. 26 li. 2. & præcordiorum dolores, si sine inflammatione sint, finit, aph. 40. lib. 6. aut iecinoris vehementem dolorem succedens febris soluit aph. 52. lib. 7. & tenuioris intestini morbum ex vrinæ difficultate leuat, aph. 44. lib. 6. & τὰ μανικὰ πυρετοῦ ἐξαίφνης παραχώδεα λύσιν, vt postea scribitur hoc præsagio. Idem C
quoque lib. 2. Epidem. † μαλάκου τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ὀξέσι ῥηγμῖνι λύσιν facit. Ibidem etiam comitialis morbi coxendicum dolorem, oculorum peruersiones, occœcationem, testium tumorem & mammarum eleuationem solutionem facit. Quæ omnia sunt succedentium morborum, non integræ solutionis exempla. Porrò in hac sententia haud ambiguo sensu tremorem à delirio solui ponitur, etsi in aphorismis & lib. περὶ κρισίων ex verborum ambiguitate febrem ardentem à tremore & delirio solui volunt. Cuius opinionis sensum retinet Galenus in aphorismi Commentario, & Auicennas lib. 3 fen. 2. c. 11. in eamq; concedit Manardus epist. 5. lib. 6. Ambiguitatis quoq; huius notam retinuit Celsus c. 8. lib. 2. cùm scripsit. Cui calor & tremor est, saluti delirium est. Ac etiam Auicennas lib. 4. fen. 1. c. 41. dum aliter quàm prius febris ardentis tremorem delirio solui scripsit.

* *Aph. 5. lib. 7.* † *Sect. 5.*

Sanguinis ex naribus fluxus in febre ardente quarto die obueniens, malo est, nisi aliud quippiam bene ceciderit. Quod si die quinto contingat, minus adfert periculi.

[134] Ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ, κακὴν, ἢν μή τι δηλον ἀγαθὸν ξυμπέσῃ. πεμπταίῳ δ' ἧσσον κακὴν. D

Quarto die, cùm sit ὅτι δηλωτικὸν κρίσιμον, significationem aliquam edi, non autem excretiones promoueri oportet, quòd initiis morborum non nisi cruda moueantur, tuncq funestus sit signorum iudicatoriorum apparatus. Eamq; in sententiam scripsit lib. 2. Epid. εἰ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι δύσκριτοι. Idem quoque libello περὶ κρισίων, morborum absolutionibus hæmorrhagiam accommodans, eam quæ quarto die procuratur damnat, his verbis, ἑκάστων δ' τετάρτων καὶ αἱμορραγίαι γίνονται ἐκ τῶν ῥινῶν, ἧσσον τεταρταίους ἢ λυσιτελεῖς. Etsi alliam esse interpretum notionem optimè mihi sum conscius. Neque verò si quinto die sanguis profluat prorsus à periculo vindicat, sed illud quodammodo eleuat aut lenit, quod iudicij aliquam dignationem subeat.

In febre ardente laborantibus cum aliqua summi corporis perfrictione, egestionibus aquæ similibus & crebris, oculis periculum intenditur, tum verò præcipuè, si alto sopore (quem catochon vocant) detineantur.

[135] Οἱ ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ὑποπεφυχόσι ἀφεδρήμασιν ὑδατοχόλοισι, συχνοῖσιν, ὀφθαλμοῖσι κακὴν, ἢν μὴ τελέως κατοχωθῶσιν. E

Hæc scriptio (si modò vera est) vt plæræq; aliæ in Prorrhetico & Coacis, solœcismum habet & magnam obscuritatem. Cuius tamen notio ex Prorrh 81. petenda est, cáq; omninò (vt mihi videtur) reponenda. Describitur verò febrium ardentium spurium genus quoddam, quod ex magna humorum inæqualitate permixtam multam crudam & frigidam bilioſæ materiam habet, vnde huiusmodi casus inducuntur. Nam & leuis summi totius corporis perfrictio, materiam intrò reuocari, aut leuiter moueri significat ad alui deturbationem, quæ crudis plurimis, perliquidis, acribus ac bilioſis egestionibus irritatur. Quòd si huiusmodi materiæ F
frigidæ magna pars in caput subleuetur in cóq; consistat, catochi fiunt, ac peruersionis aut diſſortionis periculum oculis intenditur, vt scribitur in Prorrhetico. Isq; mihi sensus optimè quadrare videtur, vt malum illud oculis denuncietur, quod in Prorrhetico disertis verbis exprimitur, nisi si quis hanc minùs aptam verborum consecutionem, in totum ex Prorrhetico reponendam putet. Neque tamen me latet συχνοῖσιν ὀφθαλμοῖς multos coniungere, & ad oculos densos obscurosq; ex humorum crassitie, frigore, & impuritate referre hoc est, malè lucentes aut turbulentos, etsi alij per densos, concretos intelligunt. Malo tamen συχνοῖσιν ὑποχωρήμασι simul iunctum ad crebras & frequentes deiectiones accommodare.

Febrem ardentem succedens rigor soluit.

[145] Καῦσος ῥίγεος ἐπιγενόμενος λύεται.

Placitum est 58. lib. 4. aphorismorum, quod effertur his verbis, ὑπὸ καύσου ἰχομένῳ ἐπιγενόμενος ῥῖγος, λύσις. Ardente febre correptum rigor si superueniat, liberat. Repetitur quoque libello περὶ κρισίων iisdem etiam verbis, ibidemq; etiam scribitur, ὁκόσοισι πυρετοῖσι ῥῖγος ἐπιγίνεται, ὁ πυρετὸς λύεται, vniuersaliore quadam notione.

Febres ardentes quæ recurrere solent, quatuor diebus de se significationem exhibent, deinde exudant. Sin minus die septimo & vndecimo.

[136] Καύσοι ὑποτριάζοντες εἰώθασι, καὶ ἡμέρας τέσσαρας ἐπισημαίνοντες, ἔπειτα ἐφιδρῶσι. Εἰ δὲ μὴ τῇ ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ. G

Valde perplexus est huius sententiæ sensus. Mihi certè accipi posse videtur de illegitimo febrium ardentium genere, quod propterinæqualitatis permixtionem, & materiam crudam plurimam & frigidam, non tam liberè soluitur, sed facillimè recurrit. Vbi igitur reuerti solet, primis quatuor diebus, & intra primum circuitum huius rei significationem edit, & leuibus quibusdam sudoribus remissionis alicuius sensum adfert, deinde copiosius exudare solet. Quòd si conatus irriti fuerint, tandem die septimo aut vndecimo reuertuntur. Vult enim Hippoc. morborum reuersiones diebus criticis procurari, vt scribit lib. περὶ κρισίων, simul etiam reuersionum causas annectens, iis difficillimis verbis quæ mihi in hanc notionem aptissimè cadere videntur, τὰ πολλὰ ἐκ τῶν ἐπιπέδων ἑαυτῶν τῷ ὥρῳ, καὶ τῷ ἄλλων σημείων μὴ κατὰ λόγον ἰόντων, ἢ νοῦσος κρισίμῳ ἡμέρῃ ὑποτροπάζει. Quod effecit vt exemplaria scripta secutus H
sim quæ ἐνδεκάτῃ pro δεκάτῃ habent. Reliqua tantùm septimum addunt & decimum omittunt. Quod etiam fecere Caluus & Cornarius. Solere verò exudare in reuersionibus huiusmodi febres ardentes plærumq; ex materiæ abundantia scribit ibidem Hipp. his verbis, ὅταν ὑποτρίφῃ ὁ καῦσος, τὰ πολλὰ καὶ ἐξιδρεῖ. febris ardens si recurrat, plærunq; etiam exudat. Sic enim hoc loco ἐξίδρωσις potiùs quàm ἐφίδρωσις conueniat, quæ non temerè aliàs sudorem huiusmodi criticum qui febres ardentes absoluit, designat, sed tenuem ferè totius corporis aut quarundam partium sudorem, imbecillitatis magis aut malignitatis indicem, ideoq; in malis sæpiùs annumerandum. Caluus extremis verbis alium sensum affinxit, dum sudorem diebus septem attribuit.

[137] Τοὺς

137 Τὰς καυσώδεας ἀφ' ἡμέρας ἀκριβέστατον αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι, κρίνουσιν ἢ ἀναιροῦσαι.

De febre ardente laborantibus dies quatuordecim, aut alleuando, aut perimendo decernunt.

Siue iudiciorum legem, siue de toto febrium ardentium statu quatuordecim diebus decidi & decerni posse intelligas, sententia Hippocratis disciplina digna est & ex aph. 23. lib. 2. pendet.

138 Ἐκ καύσου, μὴ ἡμορραγήσαντος πυώδεος παρ' οὖς ἀποστήματος, οὐ πάνυ σώζονται.

Ex febre ardente, nisi qui circa aurem fit abscessus suppuret, non admodum liberantur.

Cùm plurima alia sint in febre ardente solutionum genera, hîc de solis paroditibus agere videtur, quæ vt sunt his febribus, ac nothis præcipuè, admodum familiares, ita & periculosissimas esse ferè; lethales experientia est cognitum. Iis (vt & cæteris abscessibus) suæ leges constant, vt non nisi die iudicatorio procurentur, & pro morbi dignitate fiant, nec intrò recurrant, quod vt valde est exitiosum, ita vt plurimum occurrit, tuncq; alia plurima signa in consilium adhibenda sunt. Exeri vt bono est, ita suppurari & à natura euinci non nisi laudi duci oportet. Ac ea ferè est vnica naturæ ad salutem via, eaq; admodum ardua & difficilis. Et vt rara est huiusmodi abscessuum suppuratio, ita neq; semper certa salutis indicia præ se fert. Vtu namq; est cognitum diutissimè morbum trahere ægreq; conualescere quibus huiusmodi ad aures tubercula pus colligunt. Nostrisq; in regionibus rara est admodum in his abscessibus suppuratio, ferèq; euanescunt ac discutiuntur huiusmodi tubercula, nullo periculo, procuratis tamen per sudores aut alui fluxum vacuationibus, velut anno superiore 1587. sub æstatem & autumnum in his febrium ardentium generibus quæ passim grassatæ sunt, in hac Mediomatricum vrbe celeberrima contigisse est à nobis obseruatum.

139 Οἱ ληθαργικοὶ βρεμώδεες ἀπὸ χρῶτος, ὑπνώδεες, δύσχρωτες, οἰδηματώδεες, σφυγμοῖσι νωθροῖσι, καὶ μετάρσια τὰ ὑποφθάλμια, καὶ ἱδρῶτες ὀπτηνοί, καὶ κοιλίας ὑποιδέοισι χολώδεας καὶ ἀκρατέας ἢν κατὰ ξηρὸς ἔχωσιν, ὕδρα καὶ διαχωρήματα τοιαῦτα λαθραίως, ἢν δὲ ὑγρὸν ὑποζυγιὸν, πιθανὸν τε οὐκ αἰτέοισιν, οὐδὲ διάτορον οὐδὲν. ἔμφρονες δὲ ἠχμοὶ, τεθάμβηνται ἐπώδυνον φασὶν ἔχειν, καὶ διὰ τῶν ὠτέων ἤκειν δοκέουσιν.

Qui lethargo aut veterno conflictantur, ex manibus tremunt, somnolenti sunt, malè colorati, tumidi, pulsus habent tardos & lentos, ac oculorum genas inferiores sublatas, sudores superueniunt, aluique subtumescunt, impotentes sunt, ac bilioſa effundunt. Quòd si reliccatæ fuerint, vrinæ aluique recrementa clam prodeunt, vrinæ quales in veterino genere redduntur, neque potum, neque aliud quicquam postulant. Mentis verò compotes facti, de ceruicis dolore conqueruntur, ac incertos sonitus per aures impetu ferri sentiunt.

Hæc sententia parum ad præsagium composita, lethargicorum διάγνωσιν continet, totiusq; morbi theoriam tam aptè per summa capita complectitur, vt in plenam ac exactam illius cognitionem deducat. Tremor autem etsi non omnibus veternosis adsit, multis tamen ita familiaris, vt etiam conuulsionis in his metus sit, & ab iis his creari periculum scribat Aretæus in morbis curandis aut cognoscendis præcipuè nobilis author, c. 2. de Cur. morb. acut. Cùm namque cerebri sensationum offensio sit, totam spinam neruorum velut propaginem afficit par est, vnde & manus præcipuè ac brachia partesq; à ceruicis initio neruos deducentes facilè tremoribus tentantur. Idem quoque author τρόμον χειρῶν ἀπὸ κεφαλῆς in lethargicis annotat.

ὑπνώδεες] Somniculosos esse toto morbi tempore lethargicos, ita vt excitari vix queant, testatur vsus medicus. In his βαθὺ κῶμα ponit Aretæus, Celsus marcorem & inexpugnabilem penè dormiendi necessitatem. Sic Paul. cap. 9. lib. 3. ὑπνώδης τὸ διάγνωσις παντός, εἰσὶν ἀπὸ διαχώρησις. Hipp. lib. 3. de Morb. βαθὺ κῶμα μὲν ἔχει.

δύσχρωτες] Malè sunt colorati lethargici quia pallidi & albicantes, plumbei, liuidi, refrigerati, veluti sopito, languido & oppresso calore nativo, attonitis proximi. ψῦξις γὰρ ἔμφυτος ἡ αἰτία, vt scribit Aretæus. Deinde ob perpetuam somnolentiam (ὅπερ ὑπνῶδες ἀδελφόν ἐστι θανάτου, vt scribit Galenus lib. 3. de Caus. pulsuum, vt consanguineum lethi soporem vocauit Maro) expallescentes ac tumida facie, quales qui plurimam crapulam obdormierunt, aut qui leucophlegmatia laborant, ob plurimam vaporum crassorum multitudinem ex materia frigida in cerebro concluſa excitatam, tum à febre, tum à calore imbecillo.

σφυγμοῖσι νωθροῖσι] Lethargicis pulsus sunt magni, molles, languidi, tardi, rari, vndosi & fluctuantes, turbulenti ac tumultuantes intermittentes potiùs quàm intercurrentes, vt docet Galenus in Ilagoge pulsuum, quod repetit & explicat li. 4. de Caus. puls. Paulus quoque, οἱ δὲ σφυγμοὶ τύποις μεγάλοι τε καὶ ἀφειοὶ, καὶ κλονώδεες εἰσὶ, καὶ ἀσαφεῖς ἅμα καὶ ἀδηλοί. Sunt igitur pulsus segnes, torpidi, tardi & languidi, magni in specie, inflati, vndosi, ac inæquales.

τὰ ὑποφθάλμια] ὑποφθάλμια sunt Rufo ἐν τῷ περὶ αὐτῶν μορ. τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιπεφυκότα ὄγκα, οἱ δὲ ὑπώπια καλοῦσιν. Hîc genas inferiores earumq; subiectam cauitatem intelligere videtur, quæ alioquin in prauo corporis habitu, & quotidianam crapulam lesspumantibus, aut plurima cruditatis abundantia, ex benigni succi inopia, & magna spiritus flatuosi copia, velut in sanguine defectis, vt plurimùm intumescere solent. κοῖλα vocat Hippocrates passim huiusmodi cauitates, quæ in longis morborum tractibus, vt pedes quoque, plærumque intumescunt & attolluntur, vt libro secundo, de Morb. & lib. 2. de Morb. mulieb. in diuturnis ex vtero sanguinis profluuiis. Prorrhetico autem 2. τὰ ὑπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ vocat, & in magnis lienibus plurimùm attolli scribit. Author etiam Ilagoges hanc nominis appellationem, his verbis agnoscit, ἐκτέτρωται δ' ὁ ῥηθὲς, τὰ μὲν κοῖλα, ἰδίως τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, κοῖλα καλεῖται, ἐξ ὧν λέγονται πυὸς κοῖλοι. διάγνωσις δὲ τοῦδε ἐπαίρεται ἐξ ἀπεψίας ἢ διαφθορῆς. (Sic enim interpungendus hic mihi locus videtur, qui alioqui mendosus est, vt aliàs scripsimus.) Ex vtraque autem nasi parte cauitates quidem insunt, propriè sub oculis κοῖλα ocantur. vnde & quidam κοῖλοι, velut caui dicuntur. Hæc autem per morbos ex cruditate, aut morosa ex mala valetudine implaiditate, attolli solent. Rufus τὰ κοῖλα & ὑποκοιλα appellat, harumq; partium tumorem κοιλιδίαν dici scribit, ὅπερ τῶν κοίλων οἴδημά ἐστι. Erotianus verò ὑποφθάλμιον τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ exponit, oculi cauitatem.

ἱδρῶτες ὀπτηνοί] Sudores in lethargicis inualescente malo tenues & frigidi, ex materiæ copia & naturæ imbecillitate proueniunt. Ac vtramq; causam videtur complexus Paulus, πνὶς δὲ & τρόμοισι & ἱδρῶσι.

κοιλίας ὑποιδέοισι χολώδεας & ἀκρατέας] Impotentes ac incontinentes aluos, quæ bilioſas egestiones effunderent diximus. Quibusam namq; lethargicis aluus effluit, magnaq; ex parte liquida demittit, tuncq; parum sperabilis vitæ salus remanet, sed sunt apprentis mortis indicia. Quod scribit Hipp. lib. 3. de Morbis. καὶ ὅταν αἰθλιῶδες ὑποθανατίδιον κάτω ὑποχωρέῃ ὀπίπολυ καὶ ὑγρόν. τούτῳ ἐλπὶς μὴ πάμπαν βραχεῖα σωτηρίδος. Humidam etiam aluum Paulus adscribit, διαχωρεῖσι δὲ διάγνωσις, οἱ μὲν πλείους ὑγρότερα, ποτὲ δὲ καὶ πιωματῶν ἀγαθὴν προσηρέμενοι. Bilioſa igitur & liquida cùm interdum aluus effundat, ἀκρατίας κοιλίας quidam syncera & meraca deiicientes intelligunt. Nos tamen potius impotentes, aut velut exolutas ac incontinentes accipimus. Etsi namq; in lethargo permixta est humorũ æqualitas quædam, & bilioſi succi aliquid redundat, ita vt cum liquidis & crudis bilioſa etiam dimittantur: synceras tamen in is deiectiones rarò videre est, cùm contrà vt plurimùm aluus sicca sit, nihilq; nisi solicitata reddat, & ad excretionem ignaua sit & emortua. Quod his verbis significauit Aretæus, ψυχρὸν γὰρ τοῦτό ἐντεῦθεν ληθαργικοῖσι, & οὐκ ἐκκρισιν ποιοῦσι. Imum enim intestinũ lethargicis frigidum est, & ad excretionem emortuum. Rursusque, φύσιων γὰρ σωματικὴ λήθαργος, & ἐν τῇσι κοιλίῃσι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ σώματι εἰσὶν, καὶ ῥωδίη, καὶ ἀψυχίη. Lethargus namq; flatus colligit, & in ventriculis & in toto torpore ignauia, & segnities animæq; defectio. Ex fotibus verò intumescere aluum æquum est, quibus plurimum abundant Lethargici, vt ex eorum theoria apparet, in qua magnus medicamentorum quæ flatus educunt ac solicitant consumitur. Quin etiam scribit Gal. lib. 4. de caus. puls. Lethargicis totum corporis habitum οἱ δίκην λύκου, in eoq; à Catochis differre. ὕδρα καὶ διαχωρήματα] Lethargus cùm sit symptoma functionum principum cerebri, ac βλάπτει τὸ λογικὸν, vt scribit Paulus, in eo mentem laborare videmus totumq; genus neruosum, ex quo animales effectiones obeuntur, quarũ exolutione inuitis ac nil sentiẽtibus egestiones prodeũt, quod λαθραίως hîc dixit quasi ἀναισθήτως. Quod etiam accidere potest non sentientibus sed marcescentibus iis partibus per quas excretio fit ac velut emortuis & resolutis.

ὑποζυγίοις] Quas intelligat vrinas veterini generis Hippocrates abundè docuimus noſtris in libr.1.epid.annotat.ægr.2. & A
crudas,& turbidas ex magna crudorum, flatuoſorum ac bilioſorum humorum agitatione ac perturbatione, quales in Lethargicis ac aliis morbis ex inæquali materiæ permixtione,quæ per ſe admodum exitialis eſt,apparent.Eiuſmodi vrinas annotat Paulus his verbis:ἢ οὖρῆσιν ὁποῖα τὰ τῶν ὑποζυγίων.& vrinas,quales in veterino genere,reddunt.Bilioſas autem vrinas,ac ex humorum acrimonia laborantẽ veſicam adſcripſit Aretæus,in medendis & dignoſcendis morbis vir grauiſſimus.ἔστι δ' μὴν καὶ τὸν κύστιν καταιονεῖν,ἢ ὡς νεῦρον πάσχουσαν, ἢ ὡς οὖρων ὀδὸν κάμνουσαν. ἀπὸ δὲ τῆ δριμύτητι τῆ χυμῶν ἀχθομένην. χολώδεα γὰρ τὰ οὖρα. His quoq; veſica eſt fouenda,quæ velut neruus patitur,& tanquã vrinæ via laborat,quin etiam humorum acrimonia vexatur.Bilioſæ enim ſunt vrinæ.

ἔμφρονες δ' γρύζουσι] Vbi morbus vincitur & ad ſe redeunt lethargici, materia craſſa & frigida tenuata in flatus vertitur, qui cùm aures perſtrepant,ſonitum edunt. Collum autem cerebro vicinum cum ſpina, affectionis depulſionem primum ſentiunt. Aretæus quoque βάρος δὲ καὶ καταλῆς ἢ ἄχος, ἢ βόμβον adſcribit.

Qui verò ex Lethargo euadunt, magna ex parte pus intrò colligunt.

[140] Ὁκόσοι δ' σώζονται τῶν ληθαργικῶν, ἔμπυοι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνονται.

Ferè inexpugnabilis eſt Lethargus & ſeptem diebus præcipitium adfert, quos qui ſuperant, ſani euadunt, vt ſcribit Hippocr. lib.2.de Morb. Verùm libertatis ſpes non niſi pure interno in thoracis cauitate collecto prætenditur, eosq; qui ex hoc præcipitio emergunt purulentos fieri idem ſcribit lib.3. de Morb. vt non niſi intro concepta putrilagine, ac vitalitatis penetralibus lenta tabitudine confectis,tanta labes depelli queat. ἔμπυοι verò dicimus qui pus internum colligunt & ſuppurati fiunt, cùm purulenta illa materia in thoracis cauitate concepta eſt.Sunt enim ἔμπυοι Galeno lib.4.de cauſ.puſſ.οἱ ἐν τῇ μεταξὺ διαφραγμάτος τε καὶ πνεύμονος συρροιζοῦσαν πλῆθος τὸ πύον ἀθροίσαντες ἔχοντες.

Quos febris detinet,ſi tremor abſq; iudicatione cõquieſcit, iis temporis ſucceſſu abſceſſus cum dolore purulenti ad articulos decumbunt,& veſica dolet.

[141] Ὁκόσοισι δ' πυρετοῖσιν ἀκρίτως τὰ τρόμοδεα παύεται, τουτέοισι χρόνῳ ἐς ἄρθρα ἀπόστασις ὀδυνώδης ἐκπύου ται, καὶ κύστις ἐπώδυνος.

Tranſitus eſt ad ſignorum iudicatoriorum denunciationem, quæ excretiones criticas continent, & ſignorum cauſarumq; ſimul rationem complectuntur,morborumq; ſolutionem expediunt. Quibus igitur in febribus tremores,citra excretionem criticam (id enim ſignificat ἀκρίτως, ἀσήμως & πεπτάλεως) conquieſcunt,ea materia ad articulos tranſlata abſceſſus facit (quod etiam in diuturnis febribus contingere antea dictum eſt *) vbi à natura euicta in pus vertitur doloresq; facit. Quòd ſi ad veſicam cæteraq; vrinæ effluuia,velut in corporis ſentinam demittatur,iis veſica dolet, quæ vbi acres,bilioſos, mordaces ac tenues humores excepерit,ab iis irritatur & plærumq; vrinæ ſtillicidium facit,quales ὑποστάσεις ὑπὸ τῶν στραγγουρίαι, quæ κατ' ἔκκρισιν fierent, in febrium continuarum abſolutione celebrat Hipp.lib.1. epid.ſt.2. Atque par eſt in huiuſmodi humorum depoſitione & tranſitu, partes vrinæ deſtinatas,vt renes, vreteres,& veſicam,acrimoniam ipſam experiri, indeq; dolorem conciliari. Interdum etiam contingit, vt velut via facta atque eluuione quadam,abſque vllo partium illarum moleſto ſenſu erumpant,vt exemplo eſt Pythionis hiſtoria lib. 3.epid. Quod dixit Hippocrates lib.1.epid.ſt.2. ὑπερεπτὰ, ἀλλὰ πυτίοισιν ἄλλα αὖτ' ἄλλων.

* *Sent.*118.

Quos febris detinet cum faciei rubore, & capitis vehementi dolore,in iis ſi venæ pulſent,ſanguinis fluxus plærumq; expectandus eſt. Quos verò ſtomachi faſtidia vexant, cum oris ventriculi morſu,& crebra ſputatione, iis vomitio adfutura eſt. Quibus autem ructus adſunt, flatus, ventris ſonitus cum inflatione, iis aluus exturbatur.

[142] Τῶν πυρεσσόντων οἷσι μὲν ἐρυθήματα ὀπὶ τοῦ προσώπου, καὶ πόνος κεφαλῆς ἰσχυρὸς, καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις τὰ πολλὰ γίνεται. οἷσι δ' ἄσαι, καὶ καρδιαγμοὶ, καὶ πτυαλισμοὶ, ἔμετος. οἷσι δ' ἐρεύγμοὶ, φύσαι, ψόφοι κοιλίης, καὶ ἐπάρσιες, καὶ ἀνταραξις κοιλίης.

Perſequitur excretiones criticas,& primùm hæmorrhagiæ ſigna interſpergit,quæ paſſim per Hippocratis προαγωγαὶ εἶαι fuſa ſunt, præcipueq; in Prognoſtico deſcribuntur,& repetuntur lib.1.epid. Sunt autem hæc quæ hîc adſcribuntur efferueſcentis ſanguinis & ad ſuperiora delatorum humorum indicia, ex quibus plærumq; ſanguinis fluxum ſequi par eſt. Aſulanus codex huius ſententiæ initium vitioſè ſuperiori ſententiæ coniungit.

οἷσι δ' ἄσαι] Vomitionis iudicatoriæ ſigna in Progn.deſcribuntur & repetuntur libr.1.epidem.ſt.2.in quibus καρδιωγμοὶ & ἄσαι numerantur, quæ ſtomachi faſtidia,& nauſeam, aut ſtomachi anxietatem indicant,vbi ventriculus à vitioſis humoribus,quos natura à corporis cauo & venis expellit,velutique ad excretionem ſecernit, vellicatur aut grauatur, tuncq; ægri nauſeabundi facilè in vomitionem erumpunt. πτυαλισμοὶ verò crebram ſputationem ſignificant & oris ſaliuationem, quæ vomitionem præcedit, ac ex ventriculo in os, ob vtriuſque tunicæ communionem, regurgitat. At inter vomitionis ſigna quæ pleniùs exequitur Galenus libro tertio. de Criſ. τὸ σίελον πεπεφρέον λεπτὸν adſcribit. Sic πτυαλισμοὶ frequentes apud Hippocratem vomitionem denunciant, vt priùs adſcripſimus.

οἷσι δ' ἐρεύγμοὶ] ἐρεύγμος,ἔρευξις & ἐρεύγεσθαι eſt halituoſi ſpiritus & flatus in ventriculo collecti per os excretio, eructatio aut ructus dicitur. Quæ ſi per inteſtina ad ſedem deuoluitur, flatus ſilentes, aut cum ſtrepitu, ſono, & crepitu facit. Quæ omnia cùm ſint ex flatuum genere,abundè à nobis explicata ſunt noſtris in lib.1.epid.annotat. Vbi quid ſit ἔρευξις,& quid φύσαι σιγώδεις ἢ ψοφώδεις ex Hippocratis mente aperuimus.

καὶ ἐπάρσιες] ἐπάρσιες κοιλίης hîc dicuntur ventris inflationes, eleuationes, & intumeſcentiæ à flatibus, quas τῶν ὑποχονδρίων κυρτώματα dixit in Prog.& οἰδήματα ſignificantq; τοῦ πεφυσῆσθαι ὄγκους πνευματώδεις, Gal. Atque huiuſmodi inflatam aluum ſoluunt murmurilli (quos βορβορυγμοὺς vocant) à flatibus cum humore excitati & ad inferiora tranſmiſſi, eoq; modo deiectionis iudicatoriæ ſpem faciunt,aluumq; conturbant & effundunt.Sic dicuntur Hippocrati ὑποχόνδρια ὑπτιάσαντα βορβορύζοντα, τὰ ἐμπνευσιπλήγα, & ἐφυσώδη hypochondria ſublata murmurantia, à flatibus diſtenta & flatulenta, in quibus αἱ κοιλίαι κατηχήσαντα, alui effunduntur. Si autem κοιλίης ἀνταραξις alui exturbatio, cùm magna vi erumpunt, ac ſemel & repente multa profluunt, quæ in inteſtinis continentur, τὰ βραδέως ῥήματος, ἃ τῶν σύμπαντον ὑποχώρησιν, ἄλλα τῶν πλειονάζουσαν ἀπολειῶτος, verbo βραδέως non moderatam deiectionem,ſed copioſam declarante, vt ſcribit Gal.Comm.3.in libr.de rat. victus in morb.acutis. Etſi porrò excretionis criticæ per alui profluuium nulla eſſe propria ſigna ſcribit Gal. (extremo lib.3. de Criſ.& libello de Prænotione) verùm ipſam præſagiri oportere vbi cæterarum criticarum ſolutionum ſigna nulla adfuerint,non ſunt tamen negligenda iſta perturbationis alui indicia.

* *Aphor.*74.

Quibus febris aſſidua diutiùs cum ſecuritate trahitur, ſi neque ex dolore, neque ex inflammatione, neque ex alia vlla manifeſta cauſa contingat, in iis abſceſſum cum dolore & tumore, præcipueque ad inferiores partes ſperare oportet. Maximè autem in his expectare abſceſſus oportet, qui trigeſimum annum ſuperarunt. Tum verò in his conſiderandi ſunt abſceſſus, vbi febris vigeſimum diem præterierit. Maioribus autem natu

[143] Τοῖσι χρονίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνεχέσι, χωλὸς πόνῳ ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἀλγηδόνος τοιαύτης, ἀποστάσιος τοιοσδὲ γενέσθαι, μὴ πόνου καὶ οἰδήματος, καὶ μᾶλλον ἐς τὰ κάτω χωρία. τοιοσδὲ γενέσθαι δεῖ τὰς ἀποστάσιας, τοῖσιν ὑπὲρ τεσσεκοντα ἔτεα μᾶλλον, ὑποστῆναι δὲ τουτέοισι τὰς ἀποστάσιας, ἐὼ τὰς εἴκοσι ἡμέρας πυρετὸς ὑπερβάλλῃ. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι

ἢ σι

A ἧσσον γίνονται, ἢ πολλῷ χείνῳ γλωμῶδων τῶν πυρετῶν. ⓐ δὲ ἀμαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλυμμένως, φθινωπωρινώτερα ἐς τεταρταῖον ὀπτιχέως μεθίστανται, ⓒ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτεα γεγονόσιν. αἱ δὲ ἀποστάσιες τῶν χυμῶν γίνονταί τε μᾶλλον, ἢ παύονται βεβαιότερον, ⓒ ἧσσον παλινδρομέουσι.

minus accidunt, etsi febres longo tempore detinent. Quæ verò febres intermittunt, incertoq; ac vago ordine prehendunt, eæ autumno præcipuè in quartanam ferè transeunt, idq; in his maximè qui trigesimum annum superarunt. Per hyemem verò abscessus potiùs accidunt, & tardiùs cessant, minúsque recurrunt.

B Post excretiones criticas abscessuum signa exequitur, quæ ex Prognostico desumpta sunt, & illic pleniùs absoluuntur. Vitiosè autem in quibusdam exemplaribus huius sententiæ initium præcedentis sententiæ extremo annectitur. Illud enim τοῖσι χειμάζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξωνιχεῖ his Prognostici verbis respondet. ὅσοι δ' ἂν ἐν πυρετῷ μηκυνθῇ φλεγματώδης ἀφεψημένου τὸ αἷμα. Quæ febris diutius trahit, ex qua tamen liberari æger potest. Febres nanq; quæ protrahuntur & salutares sunt, aut ex quibus ægri securitatem expectant, ad abscessus comparatæ sunt, velut acutiores & præcipites, ad alia excretionum genera promptè se habent. Hunc porro totum locum ex Prognostico *Celsus (vt est limata quadam & rerum & verborum tenuitate) his verbis comprehendit, Nam si longæ febres sine dolore, sine manifesta causa remanent, in aliquam partem id malum incumbit, in iunioribus tantum: in senioribus ex eiusmodi morbo quartana ferè nascitur.

*Cap. 1. lib. 2.

C πόνῳ ἢ οἰδήματος] μὴ πόνῳ ἢ οἰδήματος lego ex manuscriptis exemplaribus ac Prognostico. Vnde nescio quid in mentem veneris Caluo, vt diceret potiùs abscessum his quam laborem dolorémve & tumorem expectandum. Nam qua parte dolor aut labor, in eam facilius materia concedit, ibique abscessus firmatur ex aph. 32. & 33. lib. 4.

ἐς τὰ κάτω χωρία] μέρια pro χωρία legunt omnes membranæ Regiæ manuscriptæ.

τοῖσι γὰρ πεντήκοντα ἔτεα μᾶλλον] In Prognostico scribitur τοῖσι νεωτέροισι πεντήκοντα ἐτῶν. Hic verò eos qui trigesimum annum superarunt ponit, haud magno cum discrimine, cum (vt scribit Galen.) ob crebras quæ aliæ aliis inuicem succedunt mutationes, non sit facile in ætatum ratione certum aliquem ac definitum temporis limitem aut terminum cuiuis præscribere. Quod effecit vt ætatis vigorem trigesimo anno circumscripserit Hippocrates, quandoq; etiam trigesimo quinto. Hic igitur ætatem à vigesimo quinto anno ad trigesimum quintum comprehendit, in qua humores crudi & contumaces ob intemperantem vitam plurimi coaceruantur, qui naturæ vitibus facilè ad abscessus propelluntur.

τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν ἧσσον γίνον] Hic πρεσβυτέρους vocat, quos γεραιτέρους in Prognostico dixit, habita eorum ratione, qui trigesimũ
D aut trigesimum quintum ætatis annum agunt, eosque intelligit qui ætate florentibus collati, prouectiores sunt & natu maiores, ac medij sunt inter senes & ætate florentes. ὠμογέροντας qui crudam & viridem senectam agunt, ac μεταπολίους, semicanos vocat Galenus, quos γεραιτέρους Hippocrates nominauit. Quidam etiam eos πρεσβύτας intelligunt, qui primum senium attigerunt, quamuis Hippocrati πρεσβῦται qui vltimum senium agunt & γέροντες dicantur, vt scribit Gal. Comment. ad aphor. 31. libr. 3. Illud verò quod sequitur, ἢ πολλῷ χείνῳ γλωμῶδων τῶν πυρετῶν, etsi obscurum habet sensum & à Cornario non satis explicatum, his Prognostici verbis aperitur, πολυχρονιώτερα ἐόντα τῶν πυρετῶν.

ὀπτιχέως μεθίστανται] ὀπτιχέως cùm variam habeat pro sibi adiunctis significationem, hic quomodo sumi debeat non satis est expeditum. Interpretes pro leniter & blandè aut moderatè sumpserunt, quod huiusmodi febres vagæ & erraticæ non statim ac repentè, sed velut sensim ac leniter, & ex quodam temporis interuallo, in quartanas transeant. Nos [ferè] diximus, ad euentorum & rei consecutionem respiciẽtes, quod plurimùm ac ferè huiusmodi erraticæ febres in quartanas desinant. Deinde propter promE ptam ad eam rem de qua agimus inclinationem, facilè, promptè, consentaneè significare potest, velut in Prorrh. ἐκ κωφώσιος ὀπτιχέως δὲ παρ' ὦτα ex surditate abscessus ad aures contingere consentaneum esse diximus, cùm istud consentaneum, rei consecutionem, facilem ac promptam ex surditate ad abscessus propensionem significet. Quidam π' ὀπτιχέως præter expectationem ac opinionem interpretantur, quod huiusmodi febres cum aliquot diebus conquieuerint, paulò post tamen inopinatè repetant, & quarto quoq; die molestiæ sensum quodammodo afferant, deinde quartanarũ spem confirment. Ac quia id leniter fit & sensim, veluti procurata à natura morborum in abscessus secessione, μεθίσασθαι hic de transitione quadam dicitur, in Prognostico vero κατασῆσαι. Lib. autem 1. epid. *πυρετῷ ὀπτιχέως ἀσχεῖς τεταρταῖος γίνεται.

*Sect. 2.

ἢ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτεα χρονόσιν] In Prognostico scribitur οἱ πεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι πεντήκοντα ἐτῶν ἢ γεραιτέροισι.

ⓒ ἧσσον παλινδρομέουσι] παλινδρομῶν propriè cùm dicatur Hippocrati de recurrentibus intrò humoribus, & eandem originem repetentibus, hîc tamen vt & in Prognost. simpliciter recurrere, repetere ac reuerti significat, etsi vtraque significatio quodammodo
F includi potest.

144 Τοῖσι δὲ πολλάκις ὑπὸ ἕκτα θείσιν, ἰὼ ἑξάμηνον ὑπερβάλλωσιν, ἰσχιαδικὴ φθίσις ὀπτιχέως γίνε.

Quibus autem sæpius recidiuæ contingunt, si sextum mensem superauerint, in tabem coxariam ferè incidunt.

Sententia est ex ægri obseruatione nata, in quo multa, crassa & frigida materia redundans, ægerrimè ad abscessum ablegari potuit. Eiusmodi nanque recidiuarum fomes, in causariis corporibus nouas in dies querelas facit, tandemque ferè in marcorem corpus trahit. Quod si in coxendicem (vt ferè assolet) deposita materia diutius inhæserit, coxariam aut coxendicum tabem inuehit. Coxa nanque cum pro articuli magnitudine, neruis, tendinibus, ac ligamentis multis scateat, doloris magni & vigiliarũ causa est, venæque in ea multa materiæ copia refertæ & oppressæ, alimentum ad crus transmittere nequeunt indeque gracilescit ac emarcescit, quod sæpe in coxendicum doloribus contingit, eaque tabes coxaria dicitur. φθίσις verò cùm Hippocrati dicatur quælibet corporis atrophia, marcor & extenuatio, quacunq; ex parte illa originem sumpserit, inde denominationem accipit. Sic cùm
G plures sint huiusmodi tabis apud Hippocratem species, φθίσις ἰσχιαδικὴ dicitur, quod in coxendice tabis rudimentum factum sit. Libro quoque 2. de Morbis tabes dorsalis scribitur, quæ ex dorsi spina oritur, quam τὴν ὀπισθίην φθίσιν vocat. lib. de Locis in homine. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν corporis tabem quæ ex renum vlcere prouenit, φθίσιν νεφρίδα vocat. Ac præter eam quæ ex pulmonis vitio initium ducit, ac verè germana φθίσις dicitur, has omnes tabis species ex cerebri in partes subiectas defluxione ortum habere scribit Hippocr. lib. περὶ ἀδένων, vbi αἱ τοῦ ἐγκεφάλου φθοιάδες dicuntur, atq; etiam huius tabis coxariæ causam aperit his verbis: ἄλλη τοῦ ἐγκεφάλου ἐστὶν ἐλεβὼν ὅτι ναπαίων ὑπὸ κατάῤῥυσις κεφαλῆς. αἴτιον δ' ἐστὶν αὐτῶν ὅτι ἱερὸν ὀστέον ἄγχιστα τοῦ ὀπισθίου ἐνταπίνου καὶ τοῖσι κοτύλῃσι τὴν ἰσχίων. ἐς ὃ ποιεῖ φθίσιν καὶ μαραίνει· ὁ δὲ ἄνθρωπος ὧδε καὶ ὧδε, καὶ ζώει ἐκ ἰσάλλ. πολὺ γὰρ ποιεῖ τὸ κατάγμα καὶ ἅμα τῷ πόδε καὶ μάρα καρπο. ἐς αὖθις πλέως ἐλθὼν χρόνῳ πολλῷ μιλιδανόμενος, καὶ ὑπὸ ἀνυδρίκης καὶ θηκαῖ. Alius morbus per venas in spinalem medullam ex capite defluit. Inde autem in os sacrum irruit, spinali medulla eo fluxionem deducente, & in coxendicum acetabula deponente. Et si tabem fecerit, homo hoc modo marcescit, neq; viuere expetit. Statim enim scapulæ dolent, simulq; & pedes ac crura consequuntur, & semper tandem pereunt
H multo tempore curati, ac neque voce defecit, & moritur. Eadem etiam tabis species ex fluxione celebrat Hippocrates lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. Quin & ab authore Isagoges φθίσις ἰσχιαδικὴ & νεφρικὴ ex Hippocrate celebratur. Sextum autem mensem hic addidisse videtur, vt indicandam propriam partis temperiem affectus diuturnitate corruptam, tum etiam morbi & fluxionis pertinaciam. Sic enim sæpe morbi longi sexto mense soluuntur, vt morbi æstiui hyeme, & contra hyberni æstate, vt scribit Hippocr. lib. 3. epid.

145 Ὅκόσα πυρετῷ ἀνταίρεται, καὶ μὴ ἀποκρίματώδεα σημήα, κακοήθεα.

Quæcunq; febri ex aduerso respondent, nisi abscessum faciant, malignitatem denunciant.

Phrasis est obscura & insolens, vbi ἀνταίρειν dicitur de signis quæ febri inuicem quodammodo respondent ac opponuntur, qualia sunt quæ abscessuum significationem præbent, & priùs ac fusiùs in Progn. descripta sunt, vt morbi salutaris diuturnitas, &

protractio,materiæ qualitas,velut tarditas atq; momentum,vrinarum tenuitas atq; cruditas,& eorum quæ hæmorrhagiam aut excretionem significant priuatio. Ea nanq; cùm velut ex æquabilitate quadam febri respõdeant, eamq; quasi compensent ac rependant ἀνθιδιδόσ dicuntur,etsi istud propriè in beneficij ac gratiæ repositione vsurpatur. Possunt & οἱ ἀνθιδόντα significare ea quę febri ex aduerso opponuntur,eamq; velut oppugnant,velut eam soluentia & liberantia, quæq; aduersus febrium vehementiam exhibentur eamq; propulsant,qualia sunt abscessum facientia. Quod si ἐνδιδοῦ aut ἐνδιδόντα legatur,vt volunt quidam,ea quæ febri cedunt intelligentur,& quæ cùm significationem de se ediderunt,remissiores aut languidiores habent impetus, in ipsoque cursu, velut subsistunt aut fatiscunt. Quæ ergo abscessuum significationem ostentant,ea si subsistant aut remorentur, neq; abscessum faciant,communi κεισίμων lege damnantur,& materiæ malignitatem quandam,aut naturæ imbecillitatem suspectam faciunt. Sunt qui ἀνθιδόντα etiam legant,verum quæcunque videre licuit exemplaria ἀνθιδοῦ habent. A

Febres quæ neq; diebus criticis, neq; post apparentes solutionis notas dimittunt,repetere solent.

146 Τῶν πυρετῶν,οἱ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κεισίμῃσι, μήτε μετὰ σημῆον λυτήριον ἀφιέντες ἐπιστροφὰς ἴσχουσι. B

Hoc ex media Hippocratis disciplina petitum,magnam ad prædictionem addit dignationem,& ex Prognostico sumtum. etiam libello περὶ κρισίων repetitur his verbis: [ἐπιστροφαὶ λαμβάνουσι] ἢ ἴσοις αὖ οἱ πυρετοὶ παύσονται, μήτε σημείων ἡμιωδῶν λυτηρίων, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι. Sic Prognostico 2. in morborum reuersionibus hanc causam adscribit. τὰς δὲ ἐπιστροφὰς μᾶλλον οἷσιν αὖ ῥαΐσουσι γίγνωνται μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι,μήτε σημείων ἀγαθῶν ὑποφαινόντων. Celsus etiam cap.7.lib.2. hunc locum cum cæteris qui apud Hippocratem ad hanc rem faciunt,ita expressit.Febris quæ subito sine ratione,sine bonis signis finita est, ferè reuertitur. Exemplaria quædam μὴ σημείων λυτηρίων legunt,vt & in Prog reliqui cum impressis consentiunt.

In præcipitibus morbis iudicatio in quatuordecim diebus expectanda est.

147 Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν ἡμέρῃσι κρίνεται τεσσαρεσκαίδεκα. C

Placitum est 23.lib.2. quod repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: Τὰ ὀξέα πάντα κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν,ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Tertiana exacta quinto aut septimo,aut summum nono circuitu terminatur.

148 Τριταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε, ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν,ἢ ἐς μακρότατον ἐν ἐννέα κρίνεται.

Aphor.est 59.lib.4 & repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: τριταῖος κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν,ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Qua de re ampliùs scripsimus nostris in lib.1.epid.annotat. Cum autem sit τριταῖος (vt scribit Hippocr.t.) παχυκρισιμώτερος,nonnunquam etiam solutionem quarto circuitu præcurrit,tandem autem & eam sero perfectè absoluit,neque postea reuertitur, vt scribitur lib.1.epid.

Febricitare incipientibus, sanguinis stillationes cum sternutatione accedentes,& quod in vrina desidet album quarto die visum,septimo solutionem afferre denunciant.

149 Οἷσιν δὲ χολώδεσι πυρέσσουσιν αἵματος σταλάξιες ἐκ ῥινῶν καὶ πταρμὸς ἡμωδέος,λευκὸν ὑποστᾶσιν ὃ δεῖ ἴσχειν ἐν τῇ τετάρτῃ,λύσιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει. D

Sanguinis stillatio cùm sæpe ab Hippocr.conuellatur,nihil habet ad prædictionem momenti præsertim si circa morborum initia contingat.Quòd si ex sternutatione fiat,vt mali augurium leuat,ita ad solutionis denominationem nihil indicat. Sternutamentum verò(vt inquit Celsus ex Hippocrate in Progn.) inter bona indicia est,& aliàs, nisi in pulmonis morbis & destillatione, salutare habetur,quod etiam vulgus annotat.Sed præcipuam solutionis septimo die futuræ spem ostentat,coctionis signum quarto die emicans,quod in vrina subsedit album & laudabile. Nam si nubecula quarto die conspicua,septimo crisim prænunciat, eã prædictionem stabiliorem facit multoq; magis confirmabit sedimentum laudabile die indice visum,vt scribit Gal.Comm.ad aph. 71.lib.4. Cæterùm exemplaria manuscripta Regia λεπτὸν vitiosè pro λευκὸν habent. Quod vitium etiam ad Vaticanas membranas redundauit,quas secutus videtur Caluus. E

Morbi verò præcipites & acuti effluente ex naribus sanguine iudicatione absoluuntur,idq; die iudicatorio,ac sudore copioso exorto, vrinaq; purulenta ac vitrea affatim reddita,in qua quod subsidit laudabile sit,aut abscessu effatu digno, & aluo mucosa & sanguinea deiiciente, ac de repentè prorumpente, vomitionibusq; non prauis sub iudicationem contingentibus.

150 Τὰ δὲ ὀξέα κρίνεται αἵματος σκρινῶν ῥυέντος ἐν κεισίμῳ, καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ ἡμωδέος, καὶ ὕδατος πυώδεος καὶ ὑαλώδεος ἡμωδέος,ὑποστάσιν χρηστὴν ἐχόντος, καὶ ἀθρόα ἡμωδέα. καὶ ἀποσήματος ἀξιολόγου, καὶ χολίης μυξώδεος καὶ αἱματώδεος, καὶ ἐξαπίνης καταῤῥαγείσης, καὶ ἐμέτων ἀμοιφήρων καὶ κείσιν. F

Morborum absolutionem per signa exequitur,quæ quod solutionem prænuncient,λυτήρια dicuntur.Quæ cùm partim signorum causarumq; simul rationem obtineant,partim verò signa tantum dicantur,hic signorum & causarum,quod præcipuã absolutionis authoritatem habeant,enumerationem facit.Atq; hæc cùm totam ferè iudiciorum disciplinam adornent, propriè à Gal. describũtur cap.14.lib.1.περὶ κρίσεων & cap.2.lib.3.Ista verò vt neq; ante morborum statum certa salutis indicia esse possunt,sic non nisi die iudicatorio ostentata,ac die indice denũciata,stabilem habent iudicij authoritatem.

καὶ ὕδατος πυώδεος] Multæ sunt his in Prænotionibus vt & Prædictionum libro impropriæ & obscuræ vrinarum appellationes,quæ antiquis expositoribus & Galeno non minimum negocium exhibuerunt, & ad germanam Hippocratis doctrinam, qua in Prognostico vrinarum cognitionem absoluit,referendæ sunt.Ex quarum albo hic purulentæ vrinæ recensentur & vitreæ.quæ morborum absolutionem iudicatione procurant. Vt enim passim à Galeno vrinæ multum profluuium inter iudicatoria signa numeratur, ita & vrina bene colorata,in qua subsidit album,læue & æquale,certam salutis spem in coctione habet. Quæ duo cùm hic G
disertis verbis sub conferta vrinæ copia & laudabili subsidentia exprimantur,purulentæ vrinæ obscuram cognitionem ita faciunt. vt non satis propriè ad probam & ab Hippocrate tam bene commendatam in Prognost. vrinaru in morbis coctionem, appellatio ista referri queat. Enimuerò cùm tanta sit subsidentiæ in vrinis cum pure passimque à Galeno ac præcipuè Comment. 1. in Progn.& lib.1.de diff.feb.decantata similitudinis ratio,vt etiam non dubitarit Erasistratus febricitantium in vrinis subsidentiam, merum pus esse credere,tantaque sit in puris generatione naturalium functionum benignitas,vt ad exactam totius commendationem non sit veritus Galenus semen puri esse simile dicere : non temerè cuipiam videbitur ad coctionis probitatem in vrinis significandam,puris notio esse expressa. Nam quemadmodum apud antiquos, atque in veteribus artis præceptionibus apud Hippocratem putria concoctionem præ se ferunt, & σῆψις Galeno πέψεως rationem obtinet: sic ad puris generationem cùm magna sit naturæ ad coctionem perficiendam contentio,non infœliciter in vrinis præcipuè quæ coctione subsidentiam deponunt, puris nominatione, vrinarum à natura subactio ac commendabilis concoctio designatur. Sed certè cùm ista probitatis indicatura in H
laudabile sedimentum cadat, mihi videtur hic author per purulentas vrinas alio respicere, aceas vrinas subindicare, quæ puri si miles,crassæ,albæ,copiosæ,& cum multo sedimento morborum materiam solutione deponunt, & coctione finiunt. Nam cùm à natura procurata sit crudorum & crassorum succorum concoctio, ac decernendi ratione per vrinæ effluuium emissa, solutionis causa & signum in vrinis emicat.Qua ratione eædem sæpe ab abscessibus vindicant,vt in Archigenis puero aph 2.lib & 4. lib.6. epid.& aph.74.libr.4.& ex Prognost. apparet,præcipuè vero si iudicij firmitatem diei dignatione stabilierint. Quæ quidem cùm naturæ robur præ se ferant,& coctione probitatis notas acceperint,ob similitudinem purulentæ dicuntur. Atque eo quidem mihi spectare videtur quod Zeuxis apud Hippocratem τὰ πίονα ὕδατα ὠμὰ καὶ ὑδατώδη καὶ πάχος ἔχοντα formatetsi à Rufo Ephesio reprehenditur.& quæ Galenus dilucidius explicans in Prorrh. Com 3. παχέα καὶ λευκὰ vocat, ἐπειδὴ τοιαύτη ὑπόστασις ὁρᾶται ἐν τοῖς ἀλυσῶς πεπόσιν οὖροις. Sic & vrinæ quæ crassum & crudum succum coctione deponunt,purulentæ dicuntur,& Gal.Comm.3.in Prorrh. πὰ πυώδεις οὐρήσας ἀκύρως τοῦ τ' ὠμοῦ καὶ παχέων οὔρων ἐκκείσῃς dici scribit.Et crassum illud excrementum & multum quod in vrinis sanorum

A rum desidem aut sedentariam vitam agitantium,& plurimo cibo se ingurgitantium ex crudorum succorum enictione apparet πῦον dicitur ab authore eorum quæ extremo libro περὶ φύσιος ἀνθρώπου annexa sunt,& à Galeno his verbis apertissimè declaratur ἀλλ' ὅτε μὲν δοκεῖ τὸ ὠμὸν ὀνομαζόμενον χυμὸν, ὅταν παχθῇ, πῦον εἶναι λέγειν. Ἐπὶ δυσεντερίου, ὅπου καὶ ὁ Ἐρασίστρατος παῖς ἐν τοῖς ὕστερον ἐπὶ τὸ πυριῶντων, οὐ τοῦτον εἶναι τὸν χυμὸν, ἀλλὰ πῦον ἡγεῖται. μάθοις δ' ἂν τοῦτο ἐκ τῆς ὑγιαινόντων πρὸς ἀδηφαγοῦσιν ὑφίσης. πολὺ τὸ τοιοῦτον ἀλισθὲν. πυκάζεσθαι γὰρ παμπόλλως τὰ ἀγγεῖα βιόντων δῆλα χρόνον πολὺν ἐκκενούμενος δῆλα τὸ ὑγρὸν, τὴν καλυμμένην μύξαν ἀφεστηκυῖαν πάμπολλα, καὶ ποιεῖν αὐτὴν ὁρᾶσθαι ποικίλμενον τὸ διέξοδον, πύῳ ἀφεστηκότι φαινεσθαι τὸ ἐκκρινόμενον, καθάπερ καὶ τὰ ἀναπνευστικὰ δῆλα τῷ πλείονι χρόνῳ κατακεχωσμένα πτύελα τοιαῦτα. (Sic enim legendus mihi videtur locus iste vitiosè nostris in exemplaribus exscriptus.) At hic mihi quidé videtur eũ quem crudum humoré appellant, vbi fuerit percoctus, pus esse existimare. Et quid dicã? quandoquidé & Erasistratus ea quæ in vrinis febricitantiũ subsidunt, non hunc humorem, sed pus esse existimat: Neq; in bene valentium vrinis, qui paulò voraciores sunt, multa huiusmodi subsidere ignorat. Permultos igitur vidimus, qui cùm diu in otio vixissent, permagnam eorum copiam quæ muco vocato sunt similia per vrinas excernerent. At cùm quibusdam tardè permearet, id quod excernitur puri simili esse visum est, non secus ac in respiratoriis organis, propterea quòd longo tempore tincta sunt, ciusmodi cocta esse videntur. At certè propriè magis succus crudus dici debet, cùm à pure multis notis distinguatur, vt scribit Gal. lib. 1. de Aliment. fac. Quæ cùm ita sint, hic mihi purulenta vrina potius dici videtur crassa & alba,& quæ concoctione crudioris succi crassum, copiosum & album sedimentum deponit,& iudicatione morbos absoluere sæpe videtur, quam si quis istud referat ad purulentam vrinam, quæ pus admixtum habeat, & vesicæ ac renum, aut etiam superiorum partium mitescentem coctione inflammationem significari credat. Etsi enim de vesica inflammata in Progn. scriptum est, λύει δ' ὕδρον πυώδεες ὑρηδὼν, λευκὸν καὶ λεῖον ἔχον τὸν ὑποστασιν: nihil tamen tale prius attigit, ac ne talium quidem partium ac vomicæ cuiusquam mentio priùs facta est,& hic de iudicationis termino morborum acutorum agitur.

καὶ ὑαλώδεος γλυκέος] Hic ὑαλώδες ὕδρον, vitrea vrina dicitur, quæ pituitam crudam, vitream, viscidam & frigidam iudicatione deponit, indeq; vacuata morborum materia solutionem facit. Quam postea hic author διέξοδον ὑαλοειδῆ in conuulsionis solutione vocat. Neq; enim absurda est morbi illius absolutio, cùm plurima vitrea & albuminea pituita, frigida & viscida, cruda, compacta, velut morbi fomes magna copia deponitur. Ex quibus coniicitur ὑαλώδες ὕδρον idem significare quod & γονοειδὲς ὕδρον, quod est Erotiano τὸ λευκὸν καὶ παχύ. Et verò sæpe γονοειδὲς ὕδρον vsurpatur Hippocr. in vrinæ emissione, quæ generali semini non absimile quiddam continet grandinosum, grumosum, compactum, viscidum, genitale semen consistentia & colore referens, quale quid in pituita vitrea & albuminea apparet, & in ægris ex multa, frigida, cruda & conferta materia laborantibus videtur, in quibus ex magna flatuum permixtione ἀναῤῥαγμα γονοειδὲς sæpe damnat Hippocrates, vt ægr. 1. lib. 1. epid. & ægr. 3. lib. 4. & ægr. 4. Ac huius explicationis ampliorem notionem facit quod scribit Gal. Comm. 2. lib. 6 epid. τὸ γονοειδὲς ὑποστὰν ὕδρον ἢ καὶ διάχρημα γλίσχρημα γλίσχρον ἀπόκεισιμον, ὅπερ ὁ καλούμενος ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκκενῶται. Et quod in fine Comment. 1. in Prorrh. de eo quod γόνῳ εἴκελον διέρχεται, & genituræ simile defertur, obscurissimis verbis scribit,& quod γονοειδὴς ὑαλώδη insinuat in fine Comment. 2. in Prorrh. Quæ omnia exempla, cùm ad huius rei notitiam fusissimè congesserimus nostris in lib. 1. epid annotat. non necesse. hîc adscribere, ὑαλώδες verò ὕδρον idem dici quod γονοειδὲς satis probat quod postea huius libri author in opisthotono & posteriorum partium inflexibili distentione, vrinas genituræ similes solutionem adfert his verbis scribit: πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα, γονοειδέες ὑρήσιες λύουσι. Quod enim priùs in vniuersaliori conuulsionis absolutione ὑαλοειδῆ διέξοδον dixerat, hîc ὑρήσιας γονοειδίας vocat, non secus ac in Theodori vxore lib. 7. epid. crebris conuulsionibus appetita, πεῖ ὑρέμβυον τῷ καρδίῃ εἴκελον γλίσχρον γονοειδὲς apposuit, quibus verbis morbi materiam confertam, viscidam & frigidam fuisse indicat,& quæ festucis diducta adhærescerent. Cui quoq; non est absimile quod in Scopo scribitur libr. 2. epid. * qua de re etiam abundè illic diximus. Quomodo verò vrina vitrea excretione solutionem morborum faciat, illud Hippocrat. lib. 6. epid. sect. 2. satis apertè indicat, ὁκόσοισι δὲ τὸ γονοειδὲς, τοῦτον ὅπ κείσιμον, καὶ ἦν ἥσσων ᾖ τοιοῦτο. Quod etsi valde est perplexum, hoc tamen innuere velle videtur Hippocrates solas vrinas genituræ similes iudicatione depositas, eos qui ad imum ventrem aut etiam hypochondria sunt tumores, recentes & sine inflammatione, leuare posse, cum ne copiosis quidem flatibus, aut multo stercore & viscoso demisso remitterentur, Eandem penè iudicij causam subit quod in Prorrh. † Hippocr. circa vmbilicum dolores cum palpitatione ex flatibus multis, per deiectiones genituræ similes cum flatibus erumpentes iudicatione leuatos scribit his verbis: οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχοισι μὲν τι καὶ γνώμης ἀφέροντα. περὶ κεῖσιν δ' τετάσθαι πνεῦμα ἄλις γόνῳ εἴκελον διέρχεται.

* *Sect. 3.* † *Prorrh. 36.*

καὶ ἀποστήματος ἀξιολόγου] Ἀπόστημα ἀξιόλογον effatu dignũ abscessum diximus, & qui morbi magnitudini aut dignitati respondeat, vt neque dignitate minor, neq; viribus superior appareat, alioqui in abscessuum disciplina damnationem incurret, & eorum genere, quæ in morbis μὴ κατὰ λόγον καὶ ὡς ἀξίως fiunt, comprehendetur. Sic eos abscessus probat Hippocr. libr. 1. & 2. epid. qui ἀξίως τε περιβολῆς ἐπικρίσεως τῶν νοσημάτων fiunt. Quod his verbis submonuit Galen. Com. 3. in Prorrh. ἐμάθομεν δ' παρ' Ἱπποκράτους εἰπόντος ἀγαθὰς ἀποστάσεις εἶναι, ἀξίως τε περιβολῆς τῶν νοσημάτων εἰς τὰ κάτω τοῦ σώματος γινομένας. Ex Hippocrate autem dicente didicimus bonos esse abscessus, qui pro morbi ratione ad inferiores corporis partes demittuntur. Et Comment. 2. ὅπερ γάρ τι καὶ ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημίων μεμφόμεθα γινομένας ἀποστάσεις, ἢ μείους, ὡς ἔφην, ὡς μηδὲν ὠφελεῖν, ἢ μείζους, ὡς μὴ δυνάσθαι φέρειν. Sic nempe in libr. de Morb. vulgaribus abscessus culpamus, vel minores (vt dixi) tanquam nihil iuuantes, vel maiores, quàm qui ferri possint. Eadem quoque notione Galen. cap. 1. lib. 3. de Crisibus ἀξιολόγους ἀποστάσεις vocat, per quæ subitam ad sanitatem conuersionem fieri conspicimus, his verbis: μέτα τοίνυν ἁπλῶς κεῖσις εἰς ὑγείαν ἐξ ὑῤῥοπῆς μεταβολὴ θερμαινομένου, καὶ γίνεται μὲν πάντως ὅτι φανερᾶς πέψεως ἐκκενώσεσιν, ἢ ἀξιολόγοις ἀποστάσεσιν. Sola igitur subita ad sanitatem mutatio simpliciter crisis nominatur. Et fit quidem omnino euidentibus quibusdam excretionibus, aut effatu dignis abscessibus. Hanc verò abscessuum moderationem his verbis eleganter circunscribit Hippocr. lib. 1. epid. * ὅτι τετάνων ἀποστάσεις ἐγίνοντο, ἢ μείζους ὥστε ὑποφέρειν μὴ δυνατὰς, ἢ μείους, ὡς τι μηδὲν ὠφελεῖν. In his abscessus fiebant, aut maiores quàm vt ferre possent, aut minores, quàm vt iuuarent. Qua de re etiam illic plura scripsimus.

* *Sect. 2.*

καὶ κοιλίης μυξώδεος] Hic ἀπόστασις κατ' ἔκρυσιν indicat, cùm corpus integrum per humorum effluuium ac corporis emissaria quædã expurgatur, veluti per vrinas ac alui fusiones contingere sæpe solet. Mordaces nanq; cumulati humores in corpore, tenuesq; ac superfluí plærunq; & acres, aut pituitosi, interdum per vrinæ vias nonnunquam etiam per intestinorum inuolucra, aluo ad iudicationem erumpente repurgantur, & τραγγελιώδης καὶ δυσεντεριώδης ἀποστάσεις obueniunt, quarum non rarò meminit Hippocrates lib. 1. epid. & fusiùs prosecuti sumus nostris in lib 2. epid. Comment. In huiusmodi ergo pituitosorum humorum per aluum eluuionibus mucosa quædam prodeunt, deinde inualescente acrimonia ramentosæ aut strigmentosæ egestiones fiunt, postea tandem cruentæ & in dysenterias tendunt. Ac videre est in quibusdam superfluam humorum congeriem crebrius naturæ robore in aluum erumpere, & dysenteriam creare, quam αἱματηρὰν καὶ ἀπεπτικὴν vocat. Gal. lib. 5. & 6. de loc. aff. cap. 7. & 2. Quæ omnia sunt valentis naturæ, & in salutarem iudicationis spem sese erigentis, certissima indicia, vt testatur Gal. Com. 4 in lib. de artic.

Ἐμέτων δὲ μοχθηρῶν] Quales damnantur in Progn. synceræ, aut virulentæ ac æruginosæ vomitiones, aut qualia ἐμίσματα ἀκρητα, σώδεα, πυπρὰ in Prorrh. suis decretis confodit Hippocr.

358 Ὑπνοι βαθέες, μὴ ταραχώδεες, βεβαίαν κρίσιν σημαίνουσι· ὑπνοι δὲ ταραχώδεες μὴ δηλήματος σώματος, ἀβέβαιοι.

Profundi somni neque turbulenti, iudicij firmitatem denunciant, turbulenti verò non sine corporis offensione, instabiles sunt & infirmi.

Somnus cùm requietem corporibus & medicinam quandam laboris afferat, interdum in morbis repentinam mutationem facit,& coctionis ratione iudicationis dignationem, etsi omnino leuem, habet. Nam quia simpliciter crisis subitam ad sanitatem cõuersionem significat, quæ cum repentinis excretionibus aut effatu dignis abscessibus contingit, vt scribit Gal. ista non satis aptè omnino conuenient, etsi in pueris præcipuè, ac verò in nonnullis aliis, profundo & alto somno morbos alleuari percipimus. Ac t huius rei tabellare (vt ita dicam) testimonium in medium producamus, id his verbis confirmat. Galen. Comm. 3. in Progn. μάθοις δὲ καὶ ἐκ τῆς ἀπὸ κείσεως ἄπαντα, μετὰ πνος φανερᾶς γίνουσ κενώσεως, ἢ ἀποστάσεως, ἐν γὰρ τοῖς παισὶν πολλὰ μέχρι δ' ὕπνων βαθέων καὶ μακρῶν, ὑγείας ἐπιγί-

σαντο μεταβολαὶς ὡς ὅτι τὸ εὐλογον, οὐς ἔνιοι μὲν ἀξιοῦσι καὶ αὐτὰς ὀνομάζειν κρίσεις, ἔνιοι δὲ οὐ συγχωροῦσιν. Edocti autem estis quod omnes crises cum quadam euidente euacuatione fiunt, aut abscessu. Ratiò enim pueri soli per somnum profundiorem ac longiorem, celeres in melius fecerunt mutationes, quas nonnulli quidem etiam iudicationes nominari existimant, alij nequaquam concedunt. Comment. quoq; 2. in Prorrh. ἰσχυρὰ μὲν οὖν ἐπ' ἐνίων ἀῤῥώστων ὑγρυπνικὸν ἐφεξῆς ἡμέρας τρεῖς ἢ τέτταρας, δυσδιέγερτον ὕπνον γενόμενον, ὡς ὅλης ἡμέρας τὴν νύκτος ὠφελήσαντα μεγάλως. ὅτι δ' παιδίων εἶδον πολλάκις, οὐ μιᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ δυοῖν ἡμερῶν ἐφεξῆς, ἐπ' ὠφελείᾳ μεγάλῃ γενόμενον τοιοῦτον. Vidi siquidem in ægris quibusdam qui tribus aut quatuor consequenter diebus vigilauerant, difficilem excitatu somnum exortum, qui tota die aut nocte magnum attulerit adiumentum. In pueris verò sæpius vidi eiusmodi superuenientem somnum, non vno solùm die, sed duobus ex ordine diebus magno illis fuisse adiumento. Quibus verbis quidnam in morbis conferat somnus satis intelligimus, cuius etiam momentum ac pondus ex Comm. ad aph. 1. lib. 2. facilè excipias. Nam & febres somno mitescere, & dolores leuari, & languores dissolui, firma sunt salutis indicia, præcipuè si neque inter dormiendum perturbatur aut commouetur æger, quiritatur, nugatur, aut delirat, neq; turbulentis insomniis diuexatur: qui sunt ἑαδίως καὶ μὴ παραχόδεις ὕπνοι. Actuarius quoque lib. 2. Meth. med. cap. 2. somnos accedentes qui antea deerant, ægrum à languoribus leuare scribit, & in phrenitide similibusque morbis iudicij firmitatem stabilire. Quin & salutis securitatem somnos in ægris confirmare scribit Hippocr. libello περὶ κεισίων his verbis: ὅσοισιν ἐλαχίστῳ χείρῳ μέλλουσιν ὑγιάζεσθαι, μάλιστα σημεῖα ἅπασι γίνεται. ἀπονόστησις γὰρ ἀῤῥωστίῃσιν, καὶ ἀκίνδυνοι, καὶ διὰ νυκτὸς κοιμῆσαι, καὶ τἆλλα σημεῖα περιφανέστατα ἀσφαλέα. His qui breuissimo tempore sani futuri sunt, maxima in totum signa contingunt. Sine dolore enim degunt & extra periculum, & noctu dormiunt, aliaque securitatis signa præ se ferunt. Hic autem μὴ ἀλγήματος σώματος dicuntur qui in aphorismis πόνου πεύσεται. Minutum est, admonendum tamen, quod exemplaria Regia manuscripta pro μὴ παραχόδεες, οὐ παραχόδιες legunt.

Quibus ex naribus fluxiones, quæ septimo, nono, aut decimo quarto die contingũt, vt plurimùm à febribus vindicant. Eodem verò modo & bilios̃us alui fluxus, & qualis in intestinorum difficultate fieri assolet, ac genuum & coxendicum dolor, vrinaq; sub iudicationem concocta, & verò in muliere mensium profluuium.

[152] Ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐναταίοισιν, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι ῥύσιες ἐκ ῥινέων λύουσιν ὡς ἐπιτοπολὺ ἀπὸ πυρετός. ὁμοίως δὲ καὶ χειλίης ῥύσις χολώδης, καὶ δυσεντερικὸς, καὶ πόνος γονάτων, ἢ ἰσχίων, καὶ ὕδερος πεπεμμένου ἐκ τοῦ κείσιος, ἐν γυναικὶ δὲ ἐπιμηνίων ῥύσις.

Hæ alui fluxiones & alluuiones quæ morborum materiam iudicatione secernunt, ἀποστάσιος κατ' ἐκεῖνο genere continentur, quales sunt αἱμόῤῥοιαι χολώδεις & δῃῤῥοίαι Hippocrati celebratæ lib. 1. epid. * & αἱματώδεις κοιλίης. Idem rursus lib. 1. epidem. ** febres ardentes plurimis in intestinorum difficultatem concessisse ac constitisse scribit, quæ ægros eo veluti humorum depositu, periculo exemerit. In mulieribus verò sæpe profusam ac liberalem mensium abundantiam febres liberate exemplo est Larissæa virgo ægr. 12. lib. 3. epid post st. pest. idemque multis contigisse testatur Hippocrates lib. 1. epid. *** Quin & libello περὶ κεισίων mensium abundantiam in febrium solutione ponit, sanguinis è naribus fluxum, alui secessionem, vrinæ copiam, sudores & vomitum, his verbis: καὶ τὰ ὧρα δὲ τοιαῦτα, ἢ καὶ τὰ δῃῤῥοήματα κοιλίης, ἢ αἵματος ἐκ τῶν ῥινέων ῥύσιν, ἢ οὖρησιν πολλὴν, ἢ δῃῤῥοὴν ὑγρασίλως ἰσχυρὴν, ἱδρῶτα ἢ ἔμετον. Codices manuscripti quidam ἐνδιαπαύσιοσιν pro ἐναταίοισιν legunt, non magno certè momento, cùm dies vndecimus significationis potius quam iudicij authoritatem habeat.

* *Section.* 2. ** *Stat.* 3. *** *Stat.* 3.

Quibus per febres alicunde sanguis largiter effluxerit, iis dum sese recolligunt, alui hemescentes effunduntur.

[153] Οἱ ἐν πυρετοῖσιν αἱμορῥαγήσαντες ἰσχυρῶς ὀκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι κοιλίαις κατδυσεντερέουσι.

Aphorismus est 27. lib. 4. qui & postea in hoc præsagio aliis verbis repetitur, & ex Prorrh. 133. resumitur. Codices editi κοιλίαις habent, vbi manuscripti quidam κοιλίαι legunt, eadem notione.

Qui per febres tenuiter exudant, cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulsiones proni sunt.

[154] Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρώοντες, κεφαλαλγέες, κοιλίῃ ἀπολελαμμένοι, σπασμώδεες.

Hæc ex Prorrh. 115. repetuntur. Sunt autem ista oppleti & humorum sarcina grauati cerebri indicia, vnde appetita neruorum origine, propensiores esse ad conuulsiones est vero simile, neq; tamen necessarium. Quam ad rem facit etiam Prorrh. sent. 88. Sunt verò οἱ κοιλίῃ ἀπολελαμμένοι, qui aluo sunt suppressa, intercluſa & intercepta, familiari admodum Hippocrati locutione, qui κοιλίῃ ἀπολελαμμένῃ ἐπεχομένῃ vocat, vt exponit Galenus. Idemque κοιλίας ἀπολελαμμένας ἐπεχομένας significare scribit. Erotianus autem ὡς ἴσως τὰς ἀπειλημμένας καὶ ἐστεγνωμένας poni vult.

Quæ sensim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt, & conuulsiones portendunt.

[155] Αἱ ἐπ' ὀλίγον φρασὶν παραφροσύνες, καὶ θηριώδη καὶ σπασμὸν σημαίνουσι.

Ex multis Prorrhetici sententiis nata est hæc sententia. Præcipuè vero ad eius notionem conducit Prorrh. 26. & 123. & antea scripta sent. 85. Deliria in febribus persæpe ex leuibus initiis magnum faciunt incrementum, & paulatim adusta materia malignã qualitatem contrahunt, & in furentes, melancholicas ac vehementes mentis emotiones tendunt, in quibus ægri calcitrant, feriunt, mordent, ac contineri nequeunt. Et hæ sunt θηριώδεις παραφροσύναι, ἐν αἷς καὶ πατοῦσι καὶ λακτίζουσι, καὶ δάκνουσι καὶ χαλῶσιν, ὡς θηρίοις ἐοικότας νομίζοντες, hoc est, ferinæ desipientiæ, in quibus pedibus feriunt, calcitrant, mordicus impetunt, indignantur, & ingredientes pro hostibus habent, vt scribit Gal. Comm. in Prorrh. Eæque ferè ex atræ bilis incendio oriuntur, idque θηριωδῶς παραφρονεῖν sæpe vocat Hippocrates ἐνιδρύεται δὲ (vt scribit Gal. Comm. 3. in Prorrh.) καὶ τῆς φωνῆς ταύτης ὅπου ποτὲ τὸ μελαγχολικὸν. εἰώθαμεν γὰρ ὀνομάζειν εἰς τὸ χεῖρον τοὺς πάλαι μελαγχολικῶς παραφρονοῦντας, ὅταν μεγάλας ποιῶνται τὰς κακουργίας, θηριώδεις αὐτὰς ὀνομάζοντες. Per hanc autem vocem melancholici affectus intensionem declarauit. Cùm enim prompti sint ad mala propinquis inferenda qui melancholica desipientia laborant, vbi ingentia mala perpetrant, eas ferinas desipientias appellat.

Conuulsio in febre suborta eademq; die desinens, bono est.

[156] Σπασμὸς ἐν πυρετῷ ἡμόλυθος, καὶ παυόμενος αὐθημερὸν, ἀγαθόν.

Conuulsio in febre suborta, febrem primo die, aut postero, aut tertio finit. Quòd si horam qua prehendit superet, nec desinat, malo est.

[157] Σπασμὸς ἐν πυρετῷ ἡμόλυθος, καὶ μὴ παυόμενος ἐν τῷ πυρετῷ αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ. ὑπερβαίνων δὲ τὴν ὥρην ἐν ᾗ ἤρξατο, καὶ μὴ παυόμενος, κακόν.

Hæc conuulsionum placita non satis consentiunt cum Hippocrat. disciplina nec authoritatis constantiam satis firmam tuentur. Vulgatum nanque est in Hippocr. Œconomia, atque multis rescriptis testatum, præcipuè vero aph. 26. lib. 2. & 57. lib. 4. & 5. & 70. lib. 5. febres conuulsionibus subortas, eas discutere atque præstabiliores esse, quàm si conuulsiones febribus superueniant. Quod est alias passim etiam ab Hippocrate scriptis traditum. Conuulsiones verò in febribus ortas, eas soluere, non temere in parentis monimentis reperias, cùm ne tanti sit febris vt conuulsione sanationem accersas, nec tanto malo leuius dependendum sit: Nisi si quis naturæ impetum & vehementem concussionem ac agitationem quæ fit in conuulsione, materiæ morbi depulsionem facere ac febrim soluere putet, non secùs ac rigor morbum comitialem soluit, aut etiam quartana propter rigorem aut τὰ φθαλύσματα τῶν φθαλμικῶν πόνων, σπασμῷ λύεται scribitur Prorrh. 113. & postea hic repetitur. Vehementi nanque concussione quæ in rigore aut conuulsione contingit, materiæ excretio procuratur, & à venis aliò, vt in habitum corporis aut neruos amandatur, ex eoque motu calor excitatur, qui materiam exagitatam tenuat & in habitum dissipat & sudores, & humorum coctionem molit

A molitur. Quæ certissima est morborum depulsio, vbi excretione & coctione finiuntur, vt scribit Gal. Com. ad aph. 70. lib 5 Aut certè existimandum est vehementem causarum efficientium impetum ac motum febrem tollere, ὅσῳ ὦν ὠφελικὴν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὴν τοιαύτην ἐπιφορὰν τῶν νοσημάτων ὁρῶμεν οὖσαν, ὅσῳ καὶ ἐπὶ πλείονας ἀφορμὰς ἐργάζεται, vt scribit Gal. Com. ad aphor. 5. lib. 7. Sic enim persæpe deteriores morborū successiones, quæ veluti nouæ morbi accessione affectionem augere videntur, morbos soluere Hippocrati dicuntur, vt vehemens, mentis alienatio furorem soluit (aph. 5. lib. 7.) & delirium succedentes febribus ardentibus tremores (aphor. 26 libr. 6) aut insania epilepsiam, vt multis exemplis testati sumus nostris in lib. 2. epid. Com. Quod autem ad huius sententiæ notionem attinet ea repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: ἐπὶ πυρετῷ ἰσχυρῷ ἀσασμὸς ἢ λάβῃ, παύεται ὁ πυρετὸς εὐθυμερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ. Verū videtur ex libello περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον illic diminute adscripta, vt satis apparet ex iis verbis quæ sequuntur & mendose illuc sunt transposita. Rectius igitur scribitur lib. de locis in homine, ἐπὶ ἀσασμῷ πυρετὸς ἢν ὀπιλάβῃ, παύεται εὐθυμερὸν ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ. Quæ & in Hippocratis disciplinam consPirant, & his quæ postea in hoc præsagio de conuulsionibus scribentur sunt valde cōsentanea. Etsi ægrorum obseruatione est exploratum conuulsiones plærasque febri superuenientes esse salutares, nempe si in motu sint, neque diu perseuerent, neque à stabili causa ortæ sint, sed initio morbi accidant, ex repletione non inanitione, translata nimirum materia à venoso genere in neruos, per concussionem & violentum motum quem conuulsio intulit. Sic lib. 1. epidem. statu frigido & humido, conuulsiones pueris multis initio contingebant, idque in febribus ipsis. At certè suspectum magis locum reddit codicum varietas. Nam & exemplaria quædam primam sententiam cum secundæ parte permiscent & confundunt, vt ex Caluo satis apparet

158 Οἱ χλιαλείποντες, αὐωμάλως δὲ χλιαινόμενοι, κοιλίης ἐμφυσωμένης, μικρὰ χλιδιδοῦσης, ὀσφυαλγήσασι μὴ κείσιν, τουτέοισι κοιλίαι καταῤῥήγνυνται. Οἱ δὲ καιόμενοι πρὸς χεῖρα, νωθρὸν, διψώδεες, ἀσώδεες, κοιλίης ἀπειλυμένης βαρυόμενοι ἐκλύονται. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ καταπλάσματα, καὶ αὐτὰ σημήϊα.

Qui per febres intermittentes, inæqualiter incalescentes, aluum habent flatibus distentam, pauca transmittentem, iis post iudicationem lumborū dolore suborto, alui prorumpunt. Qui autem ad manus contactum exardescunt, torpore, siti ac corporis incontinēti iactatione vexantur, ij aluo intercepta grauati exoluuntur. Interdum verò etiam prærubra in pedibus ambusta eadem denunciant.

Est hoc ex obseruatione empirica natum, & per ægrorum triclinia suggestum, huc traductum. χλιαίνεσθαι dicit Hippocrates de his qui intepescunt, aut ociosè ac sensim concalescunt, & febribus mitioribus ac moderatis detinentur, quales χλιαρὰς vocat. Gal. & acutis opponuntur. In his igitur inæqualiter intepescentibus & incalescentibus, quòd calor modò desinat, modò etiam repetat, magnam humorum inæqualitatem in corporis habitu ac primis venis inesse oportet, ex cuius permixtione, flatuum suborta copia, aluus distenta est, tandem verò vtcunque præparata materiā, & succorum acrimoniā solicitata, naturæ robore ad iudicationem per aluum effusa, in transitu lumborum dolorem attulit. At sæpe inter signa alui erumpentis, lumborum dolorem subnotat Hippocrates. Qui verò febribus ardentibus diuexantur, quales vocat καιομένους πρὸς χεῖρα, quòd ad manus contactum vehementissimus ardor percipiatur, si corporis sensu tenentur, neruosi generis ac animalium functionum læsionem ex spirituum à calore resolutione sentiunt. Quapropter neque mirum est eos degrauatos exolui, ac viribus prostratis ἐκλύεσθαι, quod de virium prostratione dicitur, vbi totum corpus ad motionum liberas actiones & sensationes velut est impotens & exolutum, velut etiam τὰ παρωδῶν ἐκλυόμενα explicat "' Gal. in Prorrh. Sic καῦσις πρὸς χεῖρα iunxit in Prorrh. & καυματώδεσιν annumerauit. In huiusmodi autem febribus, ob ardorem aluus sæpe resiccatur ac supprimitur, vnde & grauitatis sensus maior. καταπλάσματα porrò, quæ sunt ambusta, & incendiosæ quædam pustulæ aut ambustiones in corporis summo ab vstulationē enatæ, quales φλύκτας vocat postea, cùm ex acri & mordaci materia fiant concalfactu lancinante, vnde & æstuosi & siticulosi ægri redduntur, huiusmodi humorum puredinem, aut etiam exurentes febres prænunciare, non alienum abs re videbitur. Quorum in pedes secessus, naturæ onus deponentis robore solicitatus, bono augurio est. His similes sunt quas initio lib. 2. epid. φλυκταινίδας ἅσπερ πυρικαύστους dixi Hippoc. Cæterùm vbi publicata exemplaria διαδιδούσης legūt, Regia exemplaria manuscripta διδούσης habent. Vitiosa verò sunt quę ἐφιστάλλουσαι legunt, quæ tamen secutus videtur Caluus, nulla cum huiusmodi casibus superciliorum communione, etsi vtranque lectionem adscripsit.

" Comment. ad aph. 37. lib. 4. "" Prorrh. 102

159 Οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ, ὀλιγοχρόνιοι μεθιστάμενοι ἐς τὰς ὀξέας νόσους.

Hybernæ quartanæ ferè in morbos acutos transeunt.

Quod in quorundam ægrorum obseruatione semel atque iterum est annotatum, id non rectè in præceptionis exemplum trahitur. Certum est hybernas quartanas esse longissimas, plurimumque negotij ægris facessere, maliqué diuturnitatem plærunque aui molestia dependere: verùm in morbos acutos desultorio quodam modo transire, non satis est attis viu comprobatum, nisi externarum causarum ope contingat, vt ægri vitio, medici ignorantia, latente interna corporis noxia, grauissimis casibus fenestra patefacta sit. Sic enim quandoque ex vitæ intemperantia quartanæ vbi diutius afflixerunt, in continuas transeunt, nulla tūc ferè sperabili salute. Hybernas verò quartanas vocat eas quæ hyeme ortę sunt (quales sunt rarissimæ) aut quæ instante hyeme cœperunt, quas πρὸς ἃ χειμῶνα σωφίσοντας dixit aph. 25. lib. 2. Hippocr. Mirum autem mihi videtur Caluum febres simpliciter dixisse, quartanas prætermisisse.

160 Κεφαλῆς πόνος ξὺν τόνῳ μετ' ὀξέος πυρετοῦ, καὶ φλεγμονῆς σημεῖον τῶν δυσκόλων, θανάσιμον. αἷμα δὲ σημεῖον φλεγμονῆς, ἐὰν βάλλωσι, τοῖσιν ἔξωθεν ἡμέρας αἷμα τοῖς ῥισὶν, ἢ τοῦ ἐκ ῥινῶν, ἢ ἀποστάσιας ἐς τὰ κάτω σημήϊα, μάλιστα μὲν νεωτέρῃσι τῶν τεσσεράκοντα πέντε, τοῖς ῥισὶ· τοῖσι δὲ πρεσβυτέρῃσι, τοῖς ἀποστάσιας ποιεῖσθαι. ποιεῖ μέντοι καὶ κεφαλῆς ὀδύνας τοιούτους τοῦ πόνου, καὶ σκοτώματα τοῖς ῥισί.

In febre acuta continens capitis dolor, cum grauibus aliis signis, mortem minatur. Quòd si neq; alia præterea signa mala sunt, & viginti dies superat, aut sanguinis ex naribus, aut puris effluxum, aut abscessus ad inferiores corporis partes denunciat. Præcipuè quidem in his qui nondum trigesimum quintum annum attigerunt, fluxiones, in senioribus autem abscessus sperare conuenit. Si verò dolor vehemens circa frontem ac tempora affligat, fluxiones expectandæ sunt.

Transitio est ad partium corporis affectus primumque capitis dolores attingit, qui aut adiunctam habent febrim, aut sine ea affigunt. Nunc verò capitis dolores cum febre continua attingit, quos Prognost. 3. aliis verbis celebrauit, vnde hæc sententia hic est traducta, σώπιον πόνον quem hic vocat intensum dolorem & continentem, ἰσχυρὰ ἢ ξωνὴ ἐδωδίμου Prognostico dixit. Δίκωλον verò cum de morbo non periculoso ac lethali, & de paruis malis neq; magni momenti dicatur (vt scribit """ Gal.) ideoq; ἀσινῆ non significet, hic de signis exitialibus & pernicios effert, quæ θανατώδεα in Prognostico, hic φαῦλα vocat. Postremò intensus ac vehemens dolor circa tempora ac frontem affligens, sanguinis è naribus fluxionem prædicit, quem hic σώπιον πόνον publicata exemplaria, codices quidam manuscripti σώπονον, vt priùs, scribunt. Hippocrates in Prognostico παρὰ ἐδωδίμου dicit, Galenus σφοδρὸν exponit, vehementem & intensum, quòd recentes dolores plærunque intendantur ac inualescant, quemadmodum παρωξυσμὸς apud Hippocratem contentionem ac vehementiam vt plurimum significat. Celsus cap. 7. lib. 2. hos Hippocratis locos latinos faciens, ingentem dolorem dixit. Nisi quis σώπιον breuem aut velocem dolorem intelligat, quasi vehementem, aut qui magis recenti conueniat, quòd morbi qui primis circuitibus iudicium subeunt, excretionibus ferè absoluantur, qui diutiùs protrahuntur, per

abſceſſum finiunt. Monendum etiam ſuccurrit, hîc vbi edititij libri ἢ πύον ἐκ ῥινὸς habent, codices manu ſcriptos Regios omnes ἢ πύε legere, vt ad ῥύσιν referatur.

Comm.3.in Prorrh.

Qui capitis doloribus & aurium tinnitibus citra febrem,aut tenebricoſa vertigine, & vocis tarditate, manuumq; ſtupore tentantur, in iis aut ſyderationem , aut morbum comitialem, aut etiam obliuionem ſperare conuenit.

161 Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ ἦχοι ἀπυρέτοισι, καὶ σκοτοδινίη, καὶ φωνῆς βραδυτὴς, καὶ νάρκη χειρῶν, ἢ ἀποπλήκτους, ἢ ἐπιληπτικοὺς τοιῆσδε ἔχουσι τούτους ἔστεσθαι, ἢ καὶ ἐπιλήσμονας.

Hoc præſagium Hippocratis diſciplina maximè dignum,magnam in cerebro humoris frigidi redundantiam indicat, quæ à languido calore commota,flatus cum tenebricoſa vertigine excitat. Præcipuè verò ſyderationis metus eſt, ſi capitis dolor de repente ac ſine febre contingat,vt ex aph.51.lib.6. ſatis eſt teſtatum.Vertigo etiam morbi comitialis quodammodo eſt prænuncia. Vocis autem tarditatem (quam καφότητα vocat Prorrh.2.) inexplicatum ſermonem ac veluti balbutientem linguam vocat,humore nimio irrigatis linguæ muſculis ac neruis. Quæ calamitas in ſyderatorũ aut epilepticorũ denunciatione apparet.Manuum quoq; ſtupor ac torpor ſentitur,neruorum propagine ac ſpina dorſi humoris affluxum ex poſteriore cerebri parte ſentiente, vnde etiam propter imbecillitatem neruorum, contremiſcunt apoplectici & epileptici. Ex eodem etiam fonte memoriæ deprauatio ac obliuio manat,per quam Lethargus ſignificari videtur.Cæterùm hîc ſecuti ſumus publicatos codices, ἀπυρέτοισι legunt, quòd febris his malis remedium afferat ex aph.5.lib.5.& 51.lib.6.etſi in quibuſdam ἐμπυρετοῖσι legatur,alij etiam ἐν πυρετοῖσι habent. Codices manu ſcripti Regij omnes hanc dictionem omittunt,quod etiam fecit Cæſ. Vaticanos codices ſecutus.

Ex capite dolentes,& alto ſtupore(quem catochũ dicunt)detenti,ac delirantes,cum alui interceptione & ferocieñte intuitu,floridi,in ſcapulas rigeſcunt, ac poſteriorum partium diſtentione tentantur.

162 Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχους τοὺς μακρούοντες, καὶ λίης ἀπολειφθείσης, ὄμμα θρασυνθέντες, αὐθημεροὶ, ἀπιαθονώδεες γίνονται.

Sententia eſt Prorrhetici 88. indeque repetenda eſt & eruenda explicatio.

Quæ caput quodammodo cõcutiunt, cum intenſa oculorũ rubedine, ac manifeſto delirio , pernicie denunciant. Neq; tamen hoc ad mortem comitatur verum circa aurem tumorem excitat.

163 Τὰ ἱστάμενα κεφαλῆς ὄμματα ἐξέρυθρα, τοὺς μακρεύοντα σαφῶς, ὀλέθρια. ὃ ξυναποθνήσκει τοῦτο, ἀλλὰ παρ' οὖς οἴδημα ποιεῖ.

Obſcurum eſt quid per τὰ ἱστάμενα κεφαλῶ intelligatur , & τὰ σίνοντα κεφαλῶ in affectata de induſtria obſcuritate reponit Galenus in Prorrh.Ea tamen intelligi poſſunt quæ aliquo modo caput commouent & concutiunt,qualia ſunt quæ in caput ſubuehuntur & illud tentant: Quo in genere malè habentia caput ſymptomata reponentur.Audiri quoq; poſſunt venarum ac arteriarũ in capite pulſationes,palpitationes ac ſuccuſſiones quædam , aut capitis motiones tremulæ & conquaſſationes ob neruorum ac virtutis imbecillitatem. Oculi verò prærubri meningum cerebri inflammationem,aut ſanguinis ſublati & incenſi copiam denotant. Atque in huiuſmodi redundantiæ copia promptè excitato incendio, deliria manifeſta ac apparentia fiunt,quæ ſunt peſſimè affecti cerebri certiſſima indicia,& perniciem intentant. Ex quibus ſalus etiam ſperari poteſt,ſi ſanguinis ex naribus profluuium incendium reſtinxerit,aut copiam depleuerit,aut ſi humorum ſæuitiam natura concoctione mitigauerit,& per abſceſſum ad aures depoſuerit. ξυναποθνήσκειν autem de morbis dicitur,qui cùm diutiùs perdurarint & conſenuerint, mortem tandem adferunt & ad eam concomitantur,vt aphor.39.lib.2.& aph.7.lib.5. συγκμάζειν exponit * Aretæus,& χρονίζειν Gal.aph.28.lib.3.Hic vero τὰ ἱστάμενα κεφαλῶ lego,familiari Hippocrati phraſi,etſi reliqua exemplaria manuſcripta ἱστάμενα κεφαλῆς ὄμματα coniungunt,quæ ſecutus etiam videtur Caluus. Quæ lectio de inconſtantibus ac volubiliter motis oculis intelligi poteſt , ac inter phrenitidis & inſaniæ præſagia habetur. Scripti porro codices Regij hic ποιεῖ omittunt.

* *Cap.5.lib.1.de Cur.acut.*

Dolor capitis cum ſedis ac pudendorum dolore, torporem ac impotentiam adfert, vocemq; exoluit, neq; iſta moleſtiam exhibent. Verùm ex his ſomnolenti ac ſingultuoſi nono menſe euadunt,& voce libera reddita in integrum reſtituuntur.

164 Κεφαλαλγίαι μὲν ἕδρης καὶ αἰδοίων ὀδύνης τοιήνδε τινὰ καὶ νωθρότητα καὶ ἀκρησίην παρέχει, καὶ φωνὴν βραδύνει. ταῦτα οὐ χαλεπά, ἱστάμενοι γὰρ λυσιῴδεες γίνονται καὶ ἀτρεμίῃ ἐκ τούτων. φωνῆς λυθείσης ἐς τὸ αὐτὸ καθίστανται.

Coitio eſt ſignorum diuerſi generis,neque enim ſedis aut pudendorum dolor aliquid habent cum capite conſenſionis. Dolor capitis affecto humiditate plurima ac frigiditate neruorum principio,ad motum impotentiam ac ex neruorum imbecillitate toporis ſenſum exhibere poteſt,& increſcente damno atque calamitatem ſentientibus ſextæ & ſeptimæ coniugationis neruis,vocem præpedire,vnde & ſingultuoſi fiunt.Sed neq; iſta exiguæ calamitatis ſunt indicia,neq; leue periculum intentãt, impeditis ac quodammodo ſopitis animalibus effectionibus,ex quibus ſomnolenti redduntur. Neque verò vocis exolutio aut ἀφωνία apud Hippocratem exigui eſt momenti, præſertim ſi κεφαλαλγία accedat.Aut enim morbum comitialem,aut apoplexiam,aut ſyderationem aliquam,aut conuulſionem non temerè ſuſpectat. Quorum omnium abſolutionem ac ſenſationum præpeditarum libertatem ac redintegrationem, φωνὴ λυθεῖσα ſignificat,quæ vocem reſtitutam, liberam,expeditam ac explanatam denotat, & φωνῆ βραδυλαλίῃ opponitur, idemque quod φθέγξις denunciat,quæ ἀφωνίαν oppugnat.aph.5.lib.5.Quinetiam Hippocrates libr.2. epid. conuulſionis ac morbi comitialis depulſionem ex vocis libertate reddita fœliciter auguratur,his verbis:ἢ φωνὴς λυομένης πάντα λύεται. ἢ λύσις τῇ φθέγξι ἐμείη. Inconſulta autem eſt & præter rationem in nonum menſem mali dilatio,cùm iſta calamitas non tantas ferat inducias,vt & vitioſa eſt ξυνταξεως ratio κεφαλαλγίαι παρέχει,quales multæ ſunt impropriæ orationes in huius Præſagij ac Prorrhetici authore,niſi ſi huc mendum obrepſit & κεφαλαλγίῃ legendum quod fecerunt omnes interpretes. Codices manu ſcripti Regij νωθρότητος καὶ ἀκρησίης κατοχέες legunt,non ſatis integra lectione,quam tamen retinuiſſe videtur Caluus & ἀκεσίης legiſſe. Sunt qui etiam ἀκρησίῃ κατοχέϊ ſcribunt,non ineleganti (vt reor)phraſi quæ ex capitis dolore ac ſenſationum principio, velut ex mali fonte in neruorum riuos deriuatam & quodammodo effuſam motionis impotentiam innuit.Atque hîc ἀκρησίη αὖτη ἡ ἀκρατίης mihi mi videtur, vt ἀκράτειαν ξυμβῇ ex Prorrhetico,paulò poſt ἀκρατέω vocat Ionicè,ac debilitatem, impotentiam ac incontinentiam quandam & ἀκινησίαν ſignificat,velut aph.16.lib.5. νεύρων ἀκράτειαν,neruorum imbecillitatem intelligit. Neque alia notione ἀκρατογλωσσα ** Hippocrati dicitur, ἀσθενέως ὡς μὴ δύνασθαι ἀκριβῶς πρὸς φωνὴν, ἢ ἀκίνητός τε καὶ βραδυλαλιμῶν,vt explicat Galenus,Virtuoſo verò ἀδύνατος & ἀκρατὴς τοῦ δυσκινησίας.

** *Aphor.40.lib.7.*

Lumbricis verò tenuibus & longis (qui aſcarides dicuntur) in capitis dolore vexatis,conſequente ſurditate & ſopore,tubercula ad aures excitantur.

165 Ἀσκαρίδωδες δὲ λεπτοὶ καὶ μακροὶ ἐν κεφαλαλγίῃ, κωφώσει καὶ κῶμα βραχὺ ἐπαγαγοῦσαι, τὰ παρ' οὖς ἐξάπτει.

Aſcarides qui tenues ſunt lumbrici in inferiore craſſioris inteſtini parte geniti (vt ſcribit Gal. Comment. ad aphor. 26. libri) nihil habent cum abſceſſibus ad aures commune, nihilque ad eorum præſagium conferunt.Quare huius ſententiæ principium quidam ſuperioris fini connectunt,vt vocẽ in integrum reſtituta verminoſi euadant. At quibus caput pituita & humiditate repletur cum frigiditate plurima, iis contingit ſopore & ſurditate preſſis,vt tubercula ad aures ſuborientur.Huc accedit quod ciſ-

rodi

modi sententia ex Prorrhetico repetita, in quo sæpe sopor & surditas parotidas denunciant, ne minimam quidem ascitidum suppurationem præbet. Præcipuè verò ex Prorrh. 168. desumpta videtur. ἐγκεφαλαλγίη κῶμα ἢ πύφωσις παρ' οὐς ἐξαίφνης. Cui etiam subscribit Prorrh. 159. ἐγκωφώσιος ὀδυνηρὸς τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἰῶ ἀσαθὲς ἢ ὀδυνηρὴ ἢ τοῦτο κωματώδεσιν, ὅτι τουτοισὶ μάλιστα.

166 Οἱ κεφαλαλγέες, καπνὸς ὀδυνώδεες, ὄμμα ὀξέρυθρον, αἱμορροΐς.

Qui capitis dolore vexãtur, ac alto stupore (quẽ catochum vocant) cum dolore detinẽtur, oculos habẽt prærubros, in iis sanguinis profluuium sperãdum est.

καπνὸς ὀδυνώδεις qui alto stupore (quem Catochon vocamus & Cataleptin imitatur) detinentur cum dolore dici possunt. Nam etsi cataleptici præpeditis sensibus non dolent, hic tamen comatosus quidam affectus catoches in modum, cum capitis dolore intelligitur. In quibus etiam ex humorum abundantia facies prærubra apparet, ideóq; αἱμώδεις, quod idem est quod ἐξέρυθρος, nuncupantur. Nota me loco tamen de fixo, pertinaci, inhærenti & firmo dolore, καπνὸς illud explicari posse, quod familiare est huius Præsagij & Prorrhetici authori: velut τὰ καπνὸς παροξυνόμενα in Prorrhetico, grauiter & firmiter affligentibus, & καπνὸς ἀδιαφανέντες paulò antea, vehementer ac pertinaciter delirantes intelligi possunt. Non secus ac hic quoque pertinax ac alibi infimus capitis dolor sanguinis profluuium promouere potest. Est enim κεφαλαλγία commune ad parotidas & hæmorrhagiam signum. Sed præcipue sanguinem profundunt oculi prærubri, vt ex hac Prorrhetici sententia indicatur, τραχήλου ὀδυνώδεα ὄμματα ὀξέρυθρα, αἱμορραγικά. Est vbi interdum neruorum principij, aut meningum aut etiam ventriculi inflammationem ocularum rubedo præ se fert, vt scribitur aphor. 3. lib. septimi.

167 Τὰ σείοντα κεφαλὴν, τὰ ἠχώδεα αἱμορροΐς, ἢ γυναικὶ τὰ γυναικεῖα, καταβιβάζει, ἀγὼν τε καὶ ἰὼ κατὰ ῥάχιν καῦμα ποιέει. ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικά.

Quæ caput concutiunt, & aurium sonitus excitant, sanguinem è naribus profundunt, aut mulieri menstrua deturbant, idq; præsertim si ad spinam ardor consequatur. Fortasse etiam difficultas intestinorum expectanda est.

Desumpta est hæc sententia ex Prorrh. 143. Quò magis publicatorum codicum vitium apparet, qui hanc sententiam cum superiore connectunt. τὰ σείοντα κεφαλὴν hîc de micantibus & palpitantibus temporum arteriis sumuntur, vbi sanguis feruidus & æstuans, aut vaporosus vasa inflat & attollit, vnde palpitationes & aurium sonitus excitantur, aut ex bilioli & concalefacti sanguinis agitatione, hæmorrhagiæ spes obiicitur. In mulieribus quoque mensium abundantia per vterum deturbari potest, præcipuè verò si in maioribus vasis feruidus ille sanguis ebullit, & in magna arteria & vena, quæ spinæ incumbit, exæstuat, vnde ad spinam ardoris sensus commouetur, & παλμὸς consipicitur, qui Agathino etiam σφυγμὸς dicitur, vt scribit Galen. lib. 4. de differ. puls. Sic & interdum humoris transpositu, vbi materia illa acris & biliosa in aluum erumpit, suaque acrimonia intestina lancinat, intestinorum difficultas expectari potest.

168 Οἱ καρηβαρικοὶ, καὶ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἀγρυπνοι, αἱμορραγέουσι, ἄλλως τε, καὶ ἰὼ ἢν ἐς τράχηλον στωτείνῃ.

Qui capite grauati ad sinciput dolorem sentiunt, peruigilio torquentur, iis sanguinis eruptionem fore spes est, tum verò præcipuè si aliquis contensionis sensus ad ceruicem pertingat.

Repetitur hæc sententia Prorrh. 135. inter communia hæmorrhagiæ signa. Melior autem est lectio ἰὼ πῖς τράχηλον στωτείνῃς pro ἰὼ πῆς. Quam etiam lectionem ex codicibus Vaticanis mihi secutus videtur Caluus, cùm dixit, si quid in ceruicem collúmve contendat.

169 Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἠώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος, ἀγρυπνοῖσι ταχὺ σημαίνει.

Vomitus virulenti & æruginosi in capitis doloribus cum surditate & insomnia, promptam insaniam significant.

Prorrh. 10. repetitur hoc præsagium & illic à Galeno explicatur.

170 Οἷσι κεφαλῆς καὶ τραχήλου πόνος, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος ἀκρατίη τις ὠμώδης, αἱμορραγίη λύει. ἀπαρὴ * ὅτῳ χρόνῳ λύονται. αἱ δὲ χύσεις ἐν τούτῳ ἀποκαμβάνονται.

Quibus capitis & ceruicis dolor, ac totius corporis impotentia quædam cum tremore adest, ab his sanguinis eruptio liberat, fortassisque ista tandem dissoluuntur. Verùm interim vesicæ intercipiuntur.

* ὅτοι

Plethorica ista symptomata ac redundantem corporis succulentiam, ex qua capitis dolor, ceruicis contensio, ac tremula quædam corporis impotentia, & ad motiones grauitas impendent, liberalis sanguinis fluxus soloit. Quin & fortassis ista naturæ benignitate ac robore, tempore discuti possint, eiusmodique copia in vesicæ alueum velut depositu quodam exonerari & ad effluuium ablegari. Ex quo præ materiæ abundantia vesicæ interceptiones fiant, ac veluti τραγγευώδεις ἀποστάσεις, tot nominibus ab Hippocrate, in ea quæ κατ' ἀπόδοσιν fit absolutione concelebratæ. Huicque præsagio exemplo esse potest æger primus lib. 3. epid. Aut certè naturæ ductu, effusa aliqua per partes superiores euacuatione, inferiores vias intercludi solenne est. Alioqui sanè perplexa est hic vesicæ interceptio, vt nec Prorrh. 152. (vbi hæc sententia repetitur) vllo modo expressa. Quòd si quis vesicam suppressam ac veluti exolutam, ex neruorum affecto principio, & totius corporis ad motum imbecillitate tremula augurari volet, indeque promptam conuulsionem suspectare, cui sanguinis eruptio medelam afferat: næ ille me non valde iniquum habebit assensorem, ac proinde suæ opinioni sequentem sententiam & Prorrh. 120. accommodabit: vbi illud τὰ ἀφωνώδεα ἐκλυόμενα ob multiplicem ambiguamque significationem, iistam neruorum imbecillitatem affectamque totius corporis motricem facultatem partim respiciet, partim verò ad vesicæ suppressionem non ineptè omnino adaptabitur, si τὰ ἐκλυόμενα αὖτε τῷ ἐκφυσήματα obaudias. Sed sanè ista mihi ad mali totius absolutionem potissimùm spectare videntur. Quidam verò codices καυσάνου) pro ἀποκαμβάνου) habent. Verùm illam lectionem suspectam facit, tum vsitata Hippocrati phrasis, tum etiam perpetuus in prima lectione retinenda ex pluteo reconditorum codicum consensus, ex quibus Regij omnes πίνει pro πίνῳ legunt.

171 Ἐν τῇσιν ὀξείῃσι κεφαλαλγίῃσι, καὶ τῇσιν ναρκώδεσι μετὰ βαρέος, ἐθέλει πασμώδεα γίνεσθαι.

In grauibus & acutis capitis doloribus, cum torpore & grauitatis sensu, procliues sunt cõuulsiones.

Hæc symptomata ex capitis repletione affectam & oppressam neruorum originem præ se ferunt, ad quas affectiones animalium functionum noxias, tum verò sensationum ac motionum prauitates consequi est consentaneum, non autem necesse, vt scribit Gal. Comm. 3. in Prorrh. Sic in capitis dolore cum sopore ac grauitate, suspectas conuulsiones facit * Prorrhetici author. Illud verò τῇσιν ναρκώδεσι Caluus ad temporum offensionem retulisse videtur & longè aliam habuisse lectionem.

* *Prorrh.* 103.

172 Κεφαλαλγίῃ λύει πύον διὰ ῥινῶν, ἢ πτύελα παχέα καὶ ἄοσμα, λύει δὲ καὶ ἕλκεων ἔκθυσις, ποτὲ δὲ καὶ ὕπνος, καὶ χολίης ῥύσις.

Ex capitis dolore liberat pus è naribus effluens, aut sputa crassa & inodora. Liberat quoque & vlcerum eruptio, interdum verò & somnus, ac alui fluxus.

Plurima habentur apud Hippocratem ex capitis dolore solutionum exempla, humore noxio effuso, aut aliò translato & deposito. Præcipuè ad hanc rem facit aphor. 10. lib. 6. qui & libello περὶ κρισίων & multis locis ab Hippocrate repetitur. Lib. quoque de Morbis Hippocrates in capitis doloribus huiusmodi ferè solutionum meminit. Nam & pus e naribus aut auribus effluens, aut mucus & pituita per nares & os reiecta, aut sanguis effusus dolorem huiusmodi leuant. Hic verò pituitam concoctione subsecutam

per sputa crassa & inodora, & quæ nihil putredinis haberet intellexit, siue ex pulmonibus tussi, siue ex oris saliuatione reiecerunt. Est vbi etiam somnus capitis dolores benignos & leues discutiat, malignos interdum exasperet. Vlcerum verò eruptio & alius fluxus, humoris transpositi & alio demissi rationem habent. Quæ ferè omnia solutionum remedia in capitis doloribus varia ratione adhibentur Prorrh.2. Qui locus ad huius notionem non minimùm facit : ὁκόσοι ἢ αὐτῇ ἀμβλυώσσουσι καὶ ὑπόρυδοὺς πέχουσιν, ὅτι ἢν ὀδυναλμῷ αὐτοῖσι γίνεται, καὶ κνησμὸς ἔχῃ τὸ μέτωπον, τύπτουσιν αἰφνίδιον αἷμα ῥυὲν ὅσσε τὸ αὐτόματον καὶ ὀξὺ καὶ ἀναγκαῖον. ἁπλῶς δὲ ὅτῳ ὁ τρόπος. οἵτινες ἢ ὀδυνῶνται κεφαλὴν καὶ τὸ μέτωπον, ἔκ τε τῆς αἰμόρου τῆς μεγάλης γίνονται, καὶ ἐκ τῆς ψυχρόν ὅταν θαλφθῶσιν ἰχῶρες, τότε ἢ κέρυζαι μᾶλλον τελέως μᾶλλον ἀπαλλάσσουσιν, ὠφελέονταί τε καὶ πάρεισι καὶ βλέπειν ἐν τῇσι ῥισὶ γινόμενοι, μᾶλλον μᾶλλον ὅσσε τὸ αὐτόματον. εἰ ἢ μὴ, ὀξὺ καὶ ἀναγκαῖον, κέρυζαι γίνονται τελέως. ὥστε καὶ βῆχας ὀπτηρίδας. οἵτε πάρεισι ὀπτηρύμενοι. τοὺς ὀδυνῶντας ἢν μὴ παύσωσι, φύματα ἀναγκαῖον ὑπηρίδας καὶ ἀχρόους τύπτουσιν. ὀλέθρους ἢ ὀδυνῶντας αὖ τοὺς φρενίτεων τε γίνονται, καὶ πολυχρόνιοι, καὶ ἐν πάσῃ τῇ κεφαλῇ, ἰχῶρας τε ἐᾶσι καὶ ἀμβλυώσσουσι, φοιρώδεις τύπτουσι τὸ νόσημα πολλῷ χαλεπώτερον τοῦ παθεῖν. ἢν ἢ καὶ ἐς τὸ τράχηλον τε καὶ ἐς τὸ νῶτον ἡ ὀδυνὴ καταβαίνῃ τὴν κεφαλὴν ὑπολιπεῖν, καὶ αὖθις πάλιν ἀναδυσμοὶ ἐς τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐπὶ χαλεπώτερον γίνεται. τούτων ἢ πάντων δεινότατον, εἰ ξυντείνοι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸ τράχηλόν τε καὶ τὸ νῶτον. τοὺς ἢ ὠφελείας τυπτούσας τοσάδε λέγω ὑπάρχειν, ἢν πύον βήξασιν, ἢ αἱμορροΐδας ἔχουσιν, ἢ ἐξανθήματα ἐν τοῖς σώμασι. λυσιτελέει ἢ καὶ πυρωθεῖσα ἡ κεφαλή. Quem certè locum Celsus cum suo more in vsum suum transtulerit, eius versionem apponam ex cap.8.lib.2. At dolores capitis, quibus oculorum caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione vel fortuita, vel etiam petita summouentur. Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut æstu sunt, grauedine & sternutamento finiuntur. Et rursus paulò post, Si sine causa longus dolor capitis est, & in ceruices ac scapulas transit, rursúsque in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices scapulásque peruenit, perniciosus est, nisi vomicam aliquam excitauit, sic vt pus extussiretur, aut nisi sanguis ex aliqua parte prorupit, aut nisi in capite multa porrigo, totóve corpore pustulæ ortæ sunt. Vbi editi codices pruriginem pro porrigine manifesto vitio ponunt, vt satis patet ex Hippocrate, & nos admonuimus nostris in lib.2. Prorrh. annotat. Hic porrò admonendum est Caluum ex quibusdam codicibus pro πηχέα πραχέα legisse, cùm vtranque lectionem apposuerit, atque idem ὕπνοι pro ὄπτῳ legit.

Moderatus capitis dolor cum inexhausta siti, aut sudore febrem non soluente, gingiuarum abscessus, aut circa aures tubercula denunciat, nisi aluus erumpat.

173 Κεφαλῆς ἄλγημα μέτριον μετ' δίψης ἀνδιώσης, ἢ μετ' ἰδρῶτος μὴ λύοντος τὸ πυρετὸν, ἀποστάσιας ἐν οὔλοισιν, ἢ πρὸ οὖς σημήνῃ, μὴ χειλίης ἐκπαραχθείσης.

Signa sunt ἐπεγχυῆ & minimè necessaria. Neque enim sitis habet aliquid cum gingiuarum abscessu aut aurium tuberculis commune, neq; etiamsi infida est sudorum qui febres non soluunt aggressio, necessaria est ad capitis dolorem huiusmodi abscessuum consecutio. Est autem peregrina, vt in opere tumultuario, & alioqui in hoc authore insolens sitis appellatio, ac vt mihi de mendo suspecta est lectio, ita mirari quidem subit, tam constantem fuisse reconditorum exemplariorum in ea dictione retinenda consensum, nisi quod reconditiora ἀνδυούσης legere videntur nec certè satis explicata literatura, quæ tamen lectio mihi præ cæteris amplectenda videtur. Neque sanè quid Cornarius per [sitim cibum capientem] indicare voluerit coniicere satis licet, etsi mihi videtur aut aliter legisse, aut istam dictionem alio detorsisse, nisi quod ἀνδὺς dicitur ἡ τὸ σῖτον δεχομένη, ventriculus cibum capiens. Caluo paulò æquior esse videtur conditio, qui [non peculiarem sitim] dixit, si eam non vulgarem, sed intensam intellexit. Verùm hic mihi aliam lectionem secutus videtur, ac pro ἀνδιώσης μὴ ἰδίας ὕσης legisse, aut in affectata dictione non temerariam omnino significationem attulisse. Nos vt coniecturæ nostræ calculum ferremus, inexhaustam diximus, & ἀνδυούσης ex vetustioribus codicibus posuimus, ac ἀνδυούσῃ δίψῃ quasi ἀνδύουσαν, vsurpata magis dictione intelligimus, sitim inexhaustam, intensam, vehementem, prorundam, ac velut altè insidentem, & ex viscerum penetralibus exortam, aut quasi penetralem, & cui ὑπομαλῇ δίψᾳ opponitur. Siue enim νὴ priuantis, siue intensionis sensum indicat, ex νὴ & δύω aut δυῶ coagmentata est dictio, & vt νήδυμον, καθύδειν, ἔχατον, δυσήδυτον, καὶ ἄδυμον Hesychio significat. Et quia νηδύια τὰ ἔντερα καὶ ἐντόσθια, τεκμήριον τὰ κοῖλα νηδυὰ ἀπολαύσεα denotant, in ventriculo ac imis viscerum penetralibus conceptam sitim, dictionem istam indicare, aliquando cum Præceptore Hollerio existimauimus, vt sit quasi ἐν νηδυΐῃ ὥσῃ. Cuius opinionis nos necdum pœnitet aut pudet, cùm ista sitim intendant & incrementi fidem faciant, ac in prioris dictionis notionem recidant : præsertimque quòd sciam νηδὺν ventriculum indicare Hippocrati, vt lib. περὶ τέχνης, & lib. περὶ ἀέρων inferiorem ventriculum, vt alibi copiosius scribimus, & τὰ περὶ τὸν νηδὺν, τὰ περὶ τὸν γαστέρα explicet Gal. Comm.4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. Et sanè ad sitim excitandam plurimum habet momenti ventriculus, cuius veluti focus in eo delitescit, vt ibidem testatur Galenus. At verò quia hic coniecturæ locus est, existimaui aliquando ob rei leuitatem & doloris capitis moderationem, ita & placidam ac blandam sitim ex dictione ἀνδυούσης intelligi posse, vt sit idem quod ἀνδυόεν, hoc est dulcis ac placida, qua notione sæpe ἀνδυόεν ὕπνον effert Homerus, aut certe pro ἀνδυούσης, ἡσύχιος ὕσης legi posse, cum non longè remota sint in codicibus scriptis ab hac lectione vestigia : & alioqui solenne sit Hippocrati ἥσυχον, ἠρεμίης, ἠρέμα, ἡσυχῇ, μαλθακὸν, ὀθνείως, ἥμερον significare. Et verò placabilis & moderata, aut benigna sitis in capitis dolore humorum qualitatem satis denotat, ad quam huiusmodi abscessus consequi non est à ratione alienum, cùm in siti intensa præsertim cum febre & capitis dolore, non omnino leue damnum sit, nec huiusmodi abscessus, sed ferè hæmorrhagia, aut sudor consequatur. Eiusmodi autem abscessus facilius denunciari potest, vbi in febre sitis quæ alioqui antea intensa fuerat, mitescit, quod calorem ipsum deferbuisse, iamque materiam ipsam ad abscessus compositam indicat, idq; præcipuè si sudores irriti adfuerint. Nec verò me latet quàm parum exquisita huius dictionis notatio ad rei cognitionem faciat, aut quàm aptè alium in locum amandari queant. Cum tamen ad dictionis notionem ad quam explicandam hoc in authore non ingratiis incumbimus, plurimum nabeant ponderis, ea duximus huic loco pro depósito commandanda, quæ nobis in alium vsum atque aliis etiam referuaret. At verò longè post nostras istas lucubrationes Opsopœi viri doctissimi coniectura vti licuit, qui μὴ ἰδίαν legendum non absurda omnino ratione existimat, à verbo ἰδίειν, quod ἰδρῶω, sudare significat, vt sit non sudantibus: cuius lectionis vestigia ex manu scriptis codicibus expressa esse voluit.

Capitis dolor cum sopore & grauitatis sensu, quodammodo conuulsionem accersit.

174 Κεφαλαλγίη καρώδης μετ' βαρέος, ποιῇ τι ἀπαρμῶδες.

Ad huius sententiæ explicationem facit quod antea scriptum est sent.171. Parum autem valet ad artis constantiam huiusmodi ambigua scriptio qua vtitur huius præsagij ac Prorrhetici author, cum τι addit. Id enim aut rarum, aut leuem rei euentum prædicit. Sic in Prorrh. in eadem pene conuulsionis causa dixit, ἴσως ἢ ταύτῃσι καὶ ἀπαρμῶδες, * τι παθεῖν ὠφελῇ.

* *Prorrh.*103.

Qui capitis dolore, siti, leui peruigilio detinentur, obscurè loquuntur, ad motum impotentes, humescente aluo lassitudine vexantur. In iis fortasse insania metuenda est.

175 Οἱ κεφαλαλγικοὶ, δίψώδεες, ἀνάγρυπνοι, ἀπαφέες, ἀδυώδεες, ὅτῳ κοιλίη ὑγρὴ κοπιώδεες; ἦ φόβος ὀξὺ μαίνεσθαι;

Prorrh.38. his verbis hæc sententia scribitur : ὅτῳ κοιλίη ὑγρὴ, κοπώδη, κεφαλαλγικῶ, δίψώδη, ἀνάγρυπνο. ἀπαφεῖ, ἀδυωάτῳ, οἷσι τὰ ἴδια ὦτα, ἐλπὶς ἐκκλύσιος. Ex quo exemplaria omnia manu scripta Regia ἀγρυπνοι, non ἀνάγρυπνοι legunt. Sic ὀξίσαι) melius legi apparet, cum tamen codices omnes, tum publicati, tum reconditi, ὀξαίσαι) legant. Quod certè Caluum impulit vt istud de frequenti ægrotum exurrectione sumeret, cui sæpius ab Hippocrate accommodatur.

Qui capite dolent cum leui aliqua surditate, manuum tremore, ceruicis dolore, nigricantes reddentes vrinas & densas, ij si nigra vomitione refuderint perniciosè habere suspicandi sint.

176 Κεφαλαλγέες, ἀνάκωφοι, χέρας τρομώδεες, τράχηλον ὀδυνώδεες, οὐρέοντες μέλανα δεδασυμμένα, ἐμέοντες μέλανα, ὀλέθριοι.

Hoc præsagium Prorrh.95. lucem affert, vnde desumptum videtur. Caluus sententiam istam præcedenti antepositit.

Tenuiter

A [177] Οἱ κεφαλαλγέες, ἐφιδρωῶντες, κοιλίῃ ἀπειλημμένῳ, ἀπασμώδεες.

Tenuiter exudantes cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulsiones proni sunt.

Idem paulò ante sent. 154. de febribus est expressum, & ex Prorrh. repetitum.

[178] Τὸ κωρώδες πάνυ παχὺ κακόν.

Sopor profundus & altus omnino damnandus est.

Quod Prorrh. 63. hæsitanter nec non nisi ambiguè assensionem sustinens extulit, hic definitè quodammodo pronunciat & vniuersali decreto configit: vt non dubium sit τὸ κωρώδες hic κάρον νοσῶδες exprimere, ex cerebri offensa humore frigido & pituitoso grauati, qui etiam sensationum actiones præpeditas reddit, & κῶμα aut καταφορὰν refert, & δυσδιέκρητος κατάστασις dicitur, ab eo profun-
B do & alto sopore qui humorum benigna succulentia oppletum cerebrum significat non parum differens, quem βαθὺν καὶ δυσδιέκρητον ὕπνον vocat Galenus. Cuius rei coniectura inde etiam petenda est, quod decartis in vniuersum capitis affectibus singulares partium capitis affectiones, vt cerebri, aurium, facici, ipsius denique oris particulas prosequitur, hic à comate initium faciens. Sed & antea præsagio 31. ad extremum tale aliquid attexuisse videtur.

[179] Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι ἠλγηκότες μὴ κεφαλῆς, ὀσφύος, τραχήλου, ὑποχονδρίου ὀδύνῃς, ἀχθυπνέοντες, ἢν ἀφῇγε φρενιτικοὶ; μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποC σάζων, ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίοισιν ἐοῦσι, ἢ ἀρχομένοισι. Κακὸν δὲ καὶ κοιλίης ἀείπλυσις ἠέρυθρος.

Qui inter initia sopore detenti, capitis, lumborum, ceruicis, præcordiorum dolore ac insomnia conflictantur, considerandi num phrenitici euadant. In his narium stillatio perniciem ostentat, tum verò vel maximè, si quarto die, aut inter initia contingat. Alui quoque prærubra proluuies, malo est.

Hæc sententia descripta est initio Prorrhetici, vbi & fusissimè à Galeno explicatur, & libello † περὶ κωματος. Quin & ab eodem expenditur Comment. 2. in lib. 3. epid. † *Cap. 6. & 7.*

[180] Οἱ κωματώδεες ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες, οὐρήσι πέπονσι, καυστικοὶ, ἀκρίτως δὲ ἀφειψύχοντες, ἀφ' ἑλκέων ἀφειμένοι, νωθρῶδες, κωματώδεες, ἀπασμώδεες, ὀλέθριοι.

Qui sopore oppressi circa initia, tenuiter exudantes, concoctas vrinas emittunt, cum magna corporis æstuatione, citra iudicationem verò perfrigescunt, & rursum ex breuibus interuallis peruruntur, torpore, sopore, aut cõulsione tentati, perniciosè affecti sunt.

D Concursus est multorum symptomatum, quæ si simul coëant, valde est pernicios⁹ & lethalis, aliter paulò descriptus Prorrh. 102. ex quo hoc loco restitui potest: etsi κῶμα inter initia ex materiæ copia, progresso autem morbo, ex virium & spirituum exolutione adesse potest. Magnæ autem humoris abundantiæ cerebrum prægrauantis, & sensationum arcem occupantis, inæqualitérque corpus affligentis indicatura hoc præsagio valde suspecta redditur, vnde æstuantes citra rationem aut iudicationem perfrigerantur (id enim significat, ἀκρίτως, ἀλόγως, aut ἀσήμως) modo etiam ex breuibus interuallis peruruntur, quod ἐξ ἑλκέων ἀφειμένοι denotant. ἐξ ἑλκέων tamen in Prorrhetico legitur, quod aliàs intensionem & celeritatem denotat.

[181] Οἱ κωματώδεες ὕπνοι, καὶ αἱ καταψύξιες, ὀλέθριον.

Somni, quales sopore oppressis, & totius corporis perfrictiones, perniciem ostentant.

Cum sit κῶμα εἰς ὕπνον καταφορὰ καὶ δυσδιέκρητος κατάστασις (vt scribit Gal.) κωματώδεες ὕπνοι dicuntur, somni profundi quique
E cum alto & graui sopore fiunt, à quibus non facilè excitantur ægri, quod κῶμα βαρὺ καὶ ὑπνώδες, cui τὸ ἀγρυπνον κῶμα καὶ οὐχ ὑπνῶδες opponit. Quod cùm eueniat valde refrigerato neruorum principio & sensationis arce, accedente etiam humiditate, lethargicæ affectiones fiunt, vt scribit Galen. †† quas hic per καταψύξεις innuere videtur, præsertim cùm celebre sit huius præsagij, vt Prorrhetici authori, per κῶμα lethargum denunciare, vt scribit Gal. in fine Prorrh. Alioqui haud minus sunt lethales perfrictiones, quæ calidi natiui extinctionem consequuntur.

†† *Comment. 2. in Prorrh. & ad aph. 3. lib. 2.*

[182] Κωματώδεες, κοπιώδεες, κεκωφωμένους, κοιλίης καταῤῥωγίης, ἐρυθρὰ διελθόντα τὰ ἐκκρίσιν, ὠφελέει.

Sopore, lassitudine ac surditate tentatos, aluus erumpens & ad iudicationem rubra demittens, iuuat.

Ista prægrauati cerebri symptomata, transmissis per aluum humoribus, natura ad iudicationem contendente, non abs re leuantur. ἐρυθρὸν verò ad eum colorem qui ad rufum accedit, extenditur, vt bilis rubra intelligatur, quæ egestiones rubras tingit, vnde nomenclaturam habet. Possunt etiam sanguineæ deiectiones materiam deturbare, quæ huius coitionis causa est, vbi à feraidiore sanguine pendent.

[183] Κωματώδεες, ἀσώδεες, ὑποχόνδριον ὀδυνώδεες, σμικρὰ ἐμετώδεες, τὰ πρὸ οἷς ἤρεισι. πρόσθεν δὲ καὶ τὸ πρόσωπον ἐπῴδημα μὴ κώματος.

Qui sopore detinentur cum incontinenti corporis iactatione, præcordiorum dolore, & parua vomitione, ij tubercula ad aures habent. Sed & antea circa faciem tumores apparent cum sopore.

Digna artis complexione sententia ad parotidum denunciationem, quæ paulò aliter scribitur Prorrh. 165. & satis à Galeno explicatur. Codices quidam manu scripti αἱματώδεες pro ἐκτατώδεες legunt, quemadmodum etiam in Prorrhetico scribitur. In extremo quoque pro μὴ κωματος, καύματος legunt, quod faciei tumor & rubor non sine æstu aut calore sursum repentem materiã indicet.

[184] Τὰ ἐξαίφνης ἀδημονήσαντα ὀλισθῷ, αἱμορῥαγικά.

Quibus in morbis subita fit mentis perculsio, cum inquieta corporis iactatione, iis sanguinis eruptionem fore spes est.

Prorrh. 136. & antea sent. 111. aliter scribitur hæc sententia, nec ita diminutè, & pro ἀδημονήσαντα ἀχυπνήσαντα legitur, quod insomnia ac delirium communia sint hæmorrhagiæ signa.

[185] Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὀδυνώδεα ὑποχόνδρια, φαυλα σμικρὰ πτύοντα, τὰ πρὸ οἷς ἐπάρματα, κωματώδεες, ἢν δὲ ἔχῃ ἀπασμώδες.

Qui sopore, corporis inquietudine, præcordiorum dolore affliguntur, cum frequenti & pauca sputatione, iis tubercula ad aures exoriuntur, ac fortassis sopore tentati ad aliquam conuulsionem deueniunt.

Communia sunt hæc sursum ad cerebrum repentis humoris signa, vnde & sopor & parotides excitari possunt, quinetiam fortassè conuulsiones imminere. Quod verò scribitur de pauca & frequenti sputatione, id materiæ vacuatione abcessus ad aures emollit potius quàm excitet, vt scribitur Prorrh. 167. Extremam autem huius sententiæ partem quædam exemplaria distinguunt, plurima verò huic annectunt. Aliter etiam distinguit Caluus.

[186] Κωματώδεα, μεμυρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια. καὶ κοιλίῃ ἐπιπολάζοι, ἀποστοι; ἀπολελαμμένοι, ἐφιδρῶντες. ἢν δὲ τουτέοισι

Quibus sopore conflictatis, fatuitate & alto sopore (quẽ catochon vocant) detentis, præcordia variãt, ac venter in tumorem præter naturã sublatus est, cũ ciborũ fastidio ac alui interceptione, tenui circa caput & thoracẽ oborto sudore. In his animaduertẽdũ est,

num concitatus & magnus ſpiritus, aut genituræ ſimilis excretio prodiens, ſingultum prænunciet? aluus vero fortaſſis etiam bilioſa demittat? Eos ſplendeſcens quiddam per vrinam redditum iuuat, aluus verò in his etiam commouetur.

τὸ θολερὸν πτύσμα ἢ τὸ γονοφδὲς ὑπόστασιν, λύσις σημήιον· A
κοιλίη δὲ ἤρεα χολώδεα προσδιέρχεται· τὸ λαμπρὸν ὠφελέει καὶ κοιλίαι δὲ τοῖσιν τοιούτοισιν ὑπαναδιδόασιν.

Coiſio eſt & multum perplexa concurſio, quæ Prorrh. 92. repetitur, & à Galeno fuſiſſimis verbis explicatur. Ex quo vitioſo interductu diſparata in publicatis codicibus ſententia reponenda eſt ſimulque coniungenda, etſi quidam diſtinctionem eiuſmodi probant. Codices ſcripti καυματώδεα pro κωματώδεα legunt, & Prorrhetico conſentiunt, vbi καυσιτώδεα ſcribitur, etſi κῶμα cum μωραίνει aptam habet ad communem cauſam cognationem. Hic ἀπόπτοι, ἀπολελαμμένοι, ſcribitur, in Prorrh. σίτων ἀπολιλαμμένων legitur. Atque iſtis verbis vtraque Gal. expoſitio comprehenditur: etſi Galen. eam notionem quæ τοῦ ἐπεχημυδύες τὰς χοιράδας ſignificat magis amplectitur. Atque hic mihi videtur locus diſertis verbis ab Erotiano indicari, cum ſcribit ἀπολελαμμένους Bacchio denotare τοὺς πάνυ B
ῥωστοῦντας Epicli verò τροφῆς γέμοντας, ἢ καθημένους, ἢ ἀπειλημμένους, quam poſtremam explicationem amplectitur, vt ſit idem quod Galenus ſignificat, τοῦ τὴν κοιλίαν ἐπεχημυδύες. Idem quoque Erotianus τὸ γονοειδὲς ad ἦρον refert, & τὸ λευκὸν & παχὺ exponit, & τὸ γονοειδὲς quibuſdam legi innuit, vt ſcripſimus in Prorrh.

Vbi cerebrum ſyderatione periclitatur, quidam tribus diebus, quidam etiam ſeptem moriuntur, quos ſi euaſerint, ſeruantur. Ex quorum numero pereunt quibus per ſectionem os diſparatum apparuerit.

187 Ἐγκεφάλου σφακελίσαντος, ἢ μὴ ἐν τρισὶ τελευτῆσιν ἡμέρησιν, ἢ ἢν ἐν τρισὶν ἑβδόμοισι τελευτῶσι, σώζονται· ἢν δ' ἀφθόγγους, σώζονται. οἷσι δὲ ἀναλυθείσης τῆς ἰσχυρότεων διεχηκὸς φανῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται.

Hic agitur de cerebro ex inflammatione ad ſyderationem & corruptionem tendente. Sic enim σφάκελον ſumi pro nondum confirmata ſyderatione & eo qui ad corruptionem ſit progreſſo, ex Galeno indicauimus noſtris in lib. 2. epid. Com. Sumpta autem eſt hæc ſententia ex aph. 50. lib. 7. & libr. de Morb. 2. & 3. Vbi quintum etiam addit diem, & ſectionis viam ac modum aperit. Fit autem ſectio, vt via fiat puri & tetris vaporibus, ac facilius ad locum affectum remedia admoueantur. Dicitur autem διεχηκὸς τὸ ὀστέον, os diſparatum aut diſiunctum quia inualeſcente corruptela caluariæ os à membranis quæ oſſi colligantur, præcipuè qua parte futuræ ſunt, ſeparatur, & ab iſta vnionis ſolutione mors imminet, maximè verò ſi membranæ iam nigricant, & motus cerebri nullus amplius apparet. Poteſt etiam intelligi os diſiunctum, quod oſſis pars quædam corruptione putreſcens ab integra ſecedat, non æque tamen vrgente periculo, velut in membranarum ab oſſe ſeparatione. Exemplaria omnia manu ſcripta pro τάζονται, ζῶσιν habent, quam etiam lectionem adhibuit Caluus.

Quibus ex poſteriore parte oſſibus fractis, capitis dolor ineſt, vehemens, & craſſa è naribus fluxio malo eſt. Ij dolore antea ad oculum ſuborto, rigore corripiuntur. Quinetiam oſſium ad tempora effracturæ, conuulſiones accerſere ſolent.

188 Τοῖσι κεφαλαλγικοῖσιν ὀστέα ῥαγεῖσιν ἐκ τοῦ ὀπαθεν, ῥῆξις ἐκ μυκτῆρος λαθρος, παχέα, κακόν. ὀφθαλμὸν προσφυήσαντες ὅτοι, ῥιγέουσιν. ἤρεα αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαῤῥαγαὶ ἀσπασμώδεες; D

Magnas & inſignes capitis offenſiones attingit. Cùm nanque os capitis poſterius ſit duriſſimum & craſſiſſimum, minórque quàm cæteris paribus cerebri portio illi ſubſit, (vt ſcribit Hippocrates) non niſi in validè impactis offenſionibus rumpitur, eæque noxiæ diuturniores eſſe ſolent, proptereáque periculum effugiunt. Liberalis autem & magna ſanguinis è naribus fluxio, inſigne in poſteriorem capitis partem inflictum eſſe vulnus indicat, ex quo maiores venas, quæ in anteriorem partem feruntur, diruptas eſſe conuenit. Quam in rem in capitis vulneribus ſolemus ægrorum interrogationes adhibere, num ſanguinem è naribus aut ore effuderint, aut velut attoniti conciderint, aut conſopiti fuerint. Quæ lethalium vulnerum indicia adſcribit Hippocrates. Idem quoque E
in grauibus capitis offenſionibus, rubicundum aut ἐρυσιπελατώδη faciei tumorem, aut amborum oculorum, aut etiam alterius, ex membranarum cerebri affectione annotat, rigorem quoque & febrem, quæ hyeme tardius, æſtate autem celerius occuper. Quibus affectibus medicamento bilem deturbante conſulit. Ac aliàs quoque in oculorum doloribus alui profluuium plærunque moueri ſolet & ſalutare eſſe. * At verò ad grauium capitis offenſionum numerum temporum vulnera meritò adiunguntur, quòd temporum oſſa ſint admodum tenuia & imbecilla, magnúſque ad eum locum ſit venarum, arteriarum ac neruorum concurſus proximúſque cerebri vicinia. Quamobrem periculoſa admodum ſymptomata conuehunt, conuulſiones & ſopores accerſunt, quod (vt ſcribit Hippocr. lib. de art.) ἐν σπασμοῖσι καὶ τετάνοισι τοῦτο τοῦ τόπου τὰ ἄθρον ὑπομένοντα σωτῆρα μόνον, καὶ ὑπτιάζει καὶ κάρφεται καὶ κροταφίτιδες γίνονται. Qui locus quoque in eam cauſam perſtrahitur Galeno Comm. 3. in Prorrh. Quin & Prorrh. 21. ſuſpectæ ſunt temporum præciſiones, his verbis: φύσις καὶ ταῦτα κρίνουσι ὀστέων ἀῤῥωστίαι ὑπομένουσι; Hippocrates quoque libello περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων temporum ſectiones cauet, quòd hæ offenſiones conuulſiones accerſant. Quod etiam exemplis quibuſdam docetur lib. I
5. epid. Cæterùm quòd ad ſcriptionem attinet, recondíti quidam manu ſcripti codices ἀχῶδεα pro πακέα legunt, vt larga & celeriter offenſioni ſuccedens ſanguinis fluxio intelligatur, aut quæ celeriter cum impetu aut vehementer decurrat. Quæ lectio non videtur aſpernanda. Quidam etiam manu ſcripti codex, ἦρα εἰ κατὰ κρόταφον ὀστέων ἀῤῥαγαὶ legit: Alter quoque Regius codex ἀῤῥαγὲς vitioſè, vt & Aſulanus ἀῤῥαγαί.

* *Aphor. 17. lib. 6.*

Auris intenſus dolor cum febre acuta, ac cæteris aliquantò grauioribus ſignis, iuuenes quidem intra ſeptimum diem, aut etiam celeriùs, cum delirio neat, niſi puris copia ex aure, aut ſanguis ex naribus effluat, aut aliud quoddam laudabile ſignum extiterit. Ætate autem prouectiores tardius aut minus tollit. Nam & in his aures ante ſuppurant, & delirium minùs infeſtat. Sed & in hac ætate multis morbus reuertitur, ac proinde interficere ſolet.

189 Ὠτὸς πόνος σιώτονος, μὴ πυρετῷ ὀξέος, καὶ ἄλλοισι τοῖσι σημείοισι τοῖσι κακοδυσκόλοισι, τοῦτο μὲν νέοισι ἑβδομαίοις κτείνει, καὶ σιωτομώτερον. προσφορήσαντας, μὴ ῥέοντος πολλοῦ πύου ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἢ ἐκ ῥινῶν αἵματος, μηδὲ ἄλλο τοῦ σημείου χρηστοῦ γλωμώδες· τοῦτο δ' ἢν πρεσβυτέρους βραδύτερον καὶ ἧσσον ἀναιρεῖ. τὰ τε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν, & προσφορήσουσι. ἧσσον κακοφόροισι δὲ ἀπολλύουσι πολλοὶ τουτέων, & ὕστερον ἀπόλλυνται.

Hoc præſagium luculentis verbis ab Hipp. in Progn. deſcriptum eſt, paucis quidem immutatis. Sed illic ſanguinis per nares effluentis altum eſt ſilentium. Et hunc locum ex Prognoſtico vertit Celſus cap. 7. lib. 2. his verbis, quæ in omnibus noſtris codicibus vitioſè adſcripta ſunt. Auris dolor acutus cum febre continua vehementíque, ſæpe mentem turbat, & ex eo caſu iuniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardiùs, quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neque æquè inſaniunt. Ita ſuſtinent dum is affectus in pus vertatur. Sic enim legendum eſſe ſatis teſtatur quod hîc ſcribitur, τὰ τε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν, & quod in Prognoſtico ἐκπυήσασα. Sed publicati omnes codices (intus verſatur) habent, alieno aut propè nullo ſenſu.

In præcipitibus & turbulentis morbis obueniens ſurditas malo eſt. Quin & in longis morbis malum portendit, ac in his ad coxendices labores conuehit.

190 Κώφωσις ἐν ὀξέσι & παραχώδεσι προσκολουθοῦσα, κακόν. κακὸν δὲ & ἐν τοῖσι μακροῖσιν. ἀγὰ δ' τουτέοισι & ἐς ἰσχία πόνος.

Huius præſagij prima pars repetitur ex Prorrh. 33. Poſtrema vero ex ſolutionum legibus pendet, ex quibus & ſurditas in febribus abſolvitur, vt ſcribitur libello περὶ κρισίων. λύεται δὲ ἐκ τοῦ ῥινῶν αἵματος ῥυέντος, ἢ κοιλίης ἐκπαραχθείσης χολώδεος, ἢ δυσεντερίης ὑπηλθούσης, ἢ ἐξανύσει

ἰσχίου

A ἰχῶν ἢ χολάδων. Quod etiam comprobat historia ægri 9. post st. post. libr. 3. Epid. quæ ad huius sententiæ intelligentiam plurimum mihi facere videntur.

191 Ἐν πυρετοῖσι κώφωσις κοιλίῃ ἐφίσησιν. In febribus enata surditas, aluum remoratur & sistit.

Hoc ex materiæ sursum repentis motu pendet. sibiq; inuicem mutuas operas conferunt surditas & alui profluuium, vt ex aph. 28 lib. 4. patet. Non secus lib. 2. Epid. ἐδυώδεα ἐν τοῖσι κατὰ χειρίσιον ἰχωρώδεσιν ὑγροῖσι, & ἄμα πολλὸν ἐκ τῆς ῥινός.

192 Ὦτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα, καὶ σιωπηλμύρα, ὀλέθριον. Aures frigidæ, pellucidæ contractæq; perniciem minantur.

In Prognostico & postea hoc præsagio ὦτα ψυχρὰ καὶ σιωπηλμύρα inter lethales faciei notas reponit, sed hic διαφανέα addantur, quod aures cartilagineæ, excarnes, & exangues siccitate contabescant & pelluceant, ideoq; facillimè contrahantur.

193 Βόμβος ἐν ὠσὶ, & ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον. In præcipitibus morbis murmur edentes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

Hæc sententia διεισμὸς indiget ad circumscriptionem. & in consilium cætera tigna immota fiunt. Flatuum enim magna copia ex crassa & cruda materiæ abundantia denunciatur, qui ad aures conuoluti & agitari, vbi in angustiis reuoluuntur, sonitus, tinnitus ac stridores faciunt. Quòd si in amplitudinem cauam effundantur & locorum ab angustiis conclusorum murmur resonans, strepitum & bombos faciunt, quales in apibus aut vespis inaudiuntur. Est igitur vbi natura humorum di materiæ abundantiam ac crassitudinem superat, ac in ea a calore nativo fabagitatione, natus erumpunt, ac nullius pericli metus est. Interdum verò ex magna spirituum perturbatione, ac bilis quæ in vasis feruet concitatione, flatus plurimi in cerebrum feruntur, quibus succensis dilirium aut conuulsio, ac tandem pernicies imminet.

194 Ἦχοι ὠτῶν ἀμβλυωσμῷ, καὶ κατὰ ῥῖνας βαρέος, παρεγκρυστικὸν, & αἱμορραγές. Aurium sonitus cum visus hebetudine, & ad nares grauitatis sensu, mentis excessum, ac sanguinis ex naribus profluuium præsagiunt.

Ista in febribus ardentibus intelligenda esse docet Prorrh. 18. & sententia 131. huius præsagij loquens explicata. Hic autem παρεγκρυστικὸν legitur, quod illic ἐξίστασις μελαγχολικὰς effertur. Quò certè respiciunt publicati codices, qui βαρέως παρεγκρυστικὸν legunt. Sed nos recuditis membranis ac locis annotatis, κατὰ ῥῖνας βαρέος scripsimus.

195 Οἷσι κώφωσις μετὰ καρηβαρίης, καὶ ἀπορχιδρίσι ἐντάσιος, & πρὸς αὐγὰς ὀξυχλῆ, αἱμορροΐς. Qui surditate cũ capitis grauitate, ac præcordiorũ contentione vexantur, si oculorũ acies perturbatur, in iis sanguinis è naribus fluxum sperare oportet.

Prorrhet. 147. hæc reperiuntur sententia, vbi ex hoc loco πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα cum Galeno legimus, contra interpretum fidem. Sunt enim quæ τὰ ποτ' αὐτὰ καὶ πὸ ὄψιας, hoc est, tenebricolas vitus caligines, aut offusas oculis tenebras, libr. 1 Epid. protulit Hippocrates, in hæmorrhagiæ signis, ac alibi per ἀμβλυωπίην denotat. Atque ea verior est lectio quam quæ πρὸς αὐτὰ habet, vt Prorrh. cum etiam manu scriptorum codicum fide testata. Licèt exemplaria Regia manu scripta duo aliter legant, ex quibus vnum πρὸς αὐτὰ ὀξυχλῆ habet, alterum etiam ὀξυχλῆν scribit. Quæ lectio ad ξυώπιον ἐπορχιδρίσι μετ' ὀδύνης spectat, quam Capitonis sectatores lib. 1. Epid. adscripserunt, eamque reprehendit Galenus. Quæ de re plurimus egimus noſtris in eum librum Annotationibus. Quòd etiam Caluum respexisse coniectus manu scriptis innixus coniectat, cùm (præcordiorum distentionem quæ vexet, dixit, & illud πρὸς αὐγὰς omisit. Codices quoque manu scripti hic ἔντασις pro ἐντάσιος legunt, eodem omnino sensu.

196 Ἐν ὀξέϊ πυρετῷ ὦτα κωφοῦσθαι, μανικόν. In acuta febre aures obtusæ vehementem insaniam portendunt.

Sic rectiùs & cum circumscriptione libellus· ἐν κρισίμοισι ὅσοις ἐν ὀξέϊ πυρετῷ τὰ ὦτα κωφωθῇ, τοῖσιν μὴ λυθεῖσι πυρετῷ, μᾶλλον αὐαγκαῖόν ἐστι ἐκ τῆς ῥινὸς αἷμα ῥυῆναι, ἢ κοιλίην ἐκπαρασχεθῆναι χολώδεα, ἢ δυσεντερίην ἐπιγενέσθαι, ἢ ὀδυνέειν ἰσχίον, ἢ γονάτων. Vnde aph 60. lib. 4. decerptus videtur. Aures autem obsurdescentes obtusas ex Celio fiximus, atq; hic μανικὸν pro vehementi ac furiosa insania, vt aliàs sæpe, accipimus quam certè surditas quæ à bile effervescente aut ab ij flammarij ne cerebri excitatur, promouere potest.

197 Οἱ δύσκωφοι, ἐν τῷ λαμβάνειν ξυμφοραῖς, ξυμφόρεες, γλῶσσαν τρόμελιρυθμοὶ, νωθρὸν, κακόν. Graui surditate tentati, dum aliquid prehendunt tremuli, linguæ resolutione ac torpore affecti, malè habere iudicantur.

Oportuit in hac concursione neruorum ac sensuum principium valde affectum fuisse, vnde subiectorum neruorum irrigatio, imbecillitas, aut obstructio subsecuta, manuum tremores, linguæ resolutionem, ac torporem attulit. Prorrh. 95. χεῖρες τρόμοισι κεφαλαλγίῃ, πραχήλῳ ὀδυώδεες, ὑπόκωφοι ex eadem causa producuntur, sed coitio illa ex dissimilis naturæ signorum mixtione perturbationem accepit. Sunt autem ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεις, qui cùm aliquid prehendunt, siue cibum inter ligas, siue quid aliud, tremulas habent manus, velut in Prorrh. χεῖρες τρομώδεις dicuntur.

198 Προσηκούσης ἀῤῥωστίης κώφωσις, καὶ ὕδωρ οὐκ ἐρυθρὸν, ἀνακαθαρτὸν, διαιωρεύμενον, νωθρὸν, ἀκρητικόν. Ὃ ἰκτερῶδες ἐν τούτοισι κακόν. κακὸν δὲ καὶ ὅτι ἰκτέρου μόρωσις. τούτους ἀφώνους αἰθαλονεφέας ξυμβαίνει πίπτειν. τάχα δὲ καὶ λύσιν ποιεῖται τούτοισι. Procedente morbo surditas, ac vrina subrubra, cũ nullo sedimento, sed cum sublimamentis in medio innatantibus, mentis emotionem prænunciant. In his morbo regio corripi malum est. Quinetiam malo est ex morbo regio fatuitas. Hos voce defectos, absque sensuum læsione præfocari contingit. Ac fortassis etiam in his aluus malè afficitur.

Duas istas sententias in codicibus publicatis disparatas, ex Prorrh. 52. coniunximus, vnde explicationem mutuare debent. Ac videtur signorum ista concursio ex Hermocrate lib. 3. Epid. non satis prudenter in istam vniuersalem artis complexionem deductam, cuius facta inter se casuum collatione patebit. Quod quidem Prorrhetici ac huius præsagij author præter modum ac artis rationem est solenne, & à Galeno sæpe reprehensum. Cuius quidem etiam temeritatis fidem facit in Prorrhetico, cum Hermippi subindicato nomine comprehensionem istam integram eleuauit (nisi si forte Hermocratem illum in Epidemis celebrem significare voluit) quod hic omnino silentio suppressit. Sunt autem ἀκατάστατα ὕδατα quæ passim Hippocrati πολλὰ καὶ κακοήθη ὑμένα, in genere τὰ ἀκατάστατα καὶ μιγνύμενα καὶ διαιρούμενα. Quæ cùm magnam venosi generis ex flatuum & cruditatis permixtione perturbationem indicent, exuberantem calidioris materiæ ac spirituum copiam subleuant, vnde & sublimamenta per medias vrinas suspensa feruntur, & capitis dolores ac delirium plærunque imminent, etsi ista nullam necessitatem inuehunt, vt scribit Galenus Comment. 3. in lib. 1. Epid. & Comm. 1. in Prorrh. Vnde fit vt apud Hippocratem in Epid. ἐναιρόμενα μετέωρα, mentis inconstantiam sæpe designet. Hic autem quod dicitur ἀκατάστατα ὕδατα ἐναιωρήματα, Galenus in Prorrhetico τὰ ἀκατάστατα ὕδατα ἐν ἐναιωρήμασι ponit, quæ sublimamenta confutam ex magna perturbatione humorum agitationẽ denotant. Ac rursus quæ posuit in Prorrh. ὕδατα ἐξίμενα, hic κάτω ὕδατα vocat, quæ cùm crudioris & serosi sanguinis abundantiam indicent, ex calidiore materia multam subiectam exhalationem significant, vnde & surditas & delirium, vt ἐξίμενα hic melius legatur. μώρωσις verò fatuitatem aut stupiditatem intelligimus, quòd νωθρότης ex alio Hippocratis loco explicet Galenus in Prorr. μώρωσις tamen habent exemplaria manu scripta, qua etiam sensuum hebetatio, extinctio & stupiditas intelligitur. μωρὸς enim μωρὸν & ἀμαυρὸν significat, hebetem & stolidum. Quod sequitur τούτους ἀφώνους αἰθαλονεφέας συμβαίνει πίπτειν legitur in Prorrh. quam lectionem etiam agnoscit Galenus Comment. ad aphor.

lib.6. eamque lũ: secutus est Cornarius. Exemplaria tamen manu scripta πίγως habent & publicatorum codicum fidem astantur. Quæ etiam constare potest, dum voce defecta & laryngis musculis affectis, spiritus viæ ita coarctantur vt præfocatio impendeat. Quod verò in Prorrh. καταῤῥήγνυσις κοιλίου posuit, hic πυκνὰ ῥήγνυται dicitur, quod cruciatu & torminibus malè affici aut diffluere significat. παρηκόσης ἀρρωστίης exemplaria etiam quædam scripta legunt, alia quoque παρεστώσης. Vitiosa autem exemplaria quædam quæ κατ' ὦρεν pro ἠγρεν habent. A

Quæ cum dolore exoriuntur ad aures tubercula, perniciem minantur.

199 Τὰ ὀδυνηρῶς πρὸς οὖς ἀνιστάμενα, ὀλέθρια.

Ex insigni dolore inflammationis vis colligitur, quæ facilè cerebro consentit, indéq; mors sæpe consequitur, tum quod frequenter parotides iam affecto morbo & viribus exhausto ægro ferè superueniunt, vnde symptomatum vehementia ægros sæpe conficiunt. Alioqui salutares abscessus in Hippocratis disciplina parotides annotantur, quas tamen ferè insalubres his in regionibus experimur. B

In febribus ex prægresso dolore rubores ad aures subnascentes, ignis sacri in facie spem faciunt. Quin & conuulsiones cum vocis priuatione & virium exolutione ad hæc consequi par est.

200 Τὰ πρὸς οὖς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἀγήματος ἐρυσίπελατος ἐπὶ παρεστώτι ἐσομένου. ἀπαρὴ δὲ ἀσαρκοὶ ἐκ τῶν ἰσχυρῶν γίνονται μετ' ἀφωνίης καὶ ἐκλύσιος.

Erysipelatos aut ignis sacri non semper ista spem faciunt, sed interdum parotidum, interdum etiam hæmorrhagiæ designationem. Sunt enim ista repentis sursum materiæ cum calore indicia. Sunt autem hic ἐρυσήματα tumores flammei ac rubores, qui sublatis in cerebrum cum sanguinis copia vaporibus in facie apparent, ac inter plethorica cerebri symptomata adscribuntur. Sic antea in abscessuum ad aures denunciatione, οἷσι τὸ πρόσωπον ἐρυσήματα, & Prorrh 165. quæ circa faciem contingere solent, in consilium adhiberi admonet. In quibus τὰ ἴρυσιν προσώπου, ἢ ἔγκαυμα πρὸ φύσιν annumerat Galenus. Consentaneum autem est cum vocis defectione ac virium exolutione conuulsiones plærunque ad istam humorum copiam consequi, quæ sunt multitudine grauati ac malè affecti cerebri noxiæ, vt scribit Galenus in Prorrh. Quin & in αἰθυιγγῖς quos ἐξίρυθρους vocant, ex succorum in cerebrum calore sublatorum copia, κεφαλαλγίαν & ὑπνον ὀπισθόνον antea in hoc præsagio, vt & ex Prorrh. 88. annotauimus. † Fieri etiam potest vt materia ipsa intrò recurrens relicta ignobili sede, mentis arcem petat, vbi sua acrimonia vi neruis illata, conuulsionem accersit & vocis defectionem cum virium exolutione. Quod autem de tumoribus flammeis dicimus ad aures subnascentibus, quidam ad tubercula circa aures exorta referunt, quæ prægresso in facie rubore excitentur, & τὰ παρ' οὖς, vsitata Hippocrati locutione, pro tumoribus circa aures subortis accipiunt. Quam lectionem secutus Caluus videtur. Atque etiam ex tabulis in hanc rem velut à præconi testes citantur. Nam & membranæ scriptæ hanc habent lectionem, τὰ παρ' οὖς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἐρυσήματος ἐκ πυρετοῖσι γινόμενα. Et quidam codices etiam manu scripti Reg. vtranque lectionem addunt & ἀλγήματος ἐρυσήματος habent, vitiosè ex altera efficta lectione, cùm alterum tantum aut ἀλγήματος, aut ἐρυσήματος legi debeat. † *Sent.* 162. C

In plurimis graueolentibus deiectionibus cum febre acuta: præcordiorum contensione, ex longo interuallo oborta ad aures tubercula, mortem adferunt.

201 Τὰ πρὸς οὖς ὅτι τελείοισι δυσώδεσι, πυρετῶ ὀξέϊ, ὑποχονδρίῳ σκληρῷ, χολωδεστέροις ἐξιούσι, κτείνει.

Deiectiones graueolentes magnam putredinem & humorum corruptelam, aut naturæ imbecillitatem denotant. In febre igitur acuta cum viscerum inflammatione, tardiùs excitati abscessus ad aures, vires naturæ fractas ac subsistentes significant, vnde mors impendet. Etsi verò ad istam rerum notionem Præsagij sensus accommodari potest, ex antiquorum exemplarium in eam lectionem consentientium præscripto: Videtur tamen hæc sententia ex Prorrhetico 158. repeti debere, vnde deprompta esse potest, eademq; etiam ferè notione, aut melior lectione scribitur postea hoc præsagium sent 192. D

Tubercula ad aures excitata in leuiter syderatis malo sunt.

Hoc præsagium repetitur Prorrh. 160. & à Galeno explicatur.

202 Τὰ πρὸς οὖς φῦλα τοῖσι παραπληκτικοῖσι.

In diuturnis morbis non suppurantia aurium tubercula, mortem adferunt. Iis autem alui ferè demittuntur. Quin & in his considerandum in quibus speramus abscessus circa aures futuros, num ex capite doleant, num superiorum partium tenuibus sudoribus diffluant, nunquid etiam subinde nouum rigorem sentiant, an fortè etiam alui affatim perrumpant, aut aliquo sopore detineantur. Videndum quoque num & in his vrina diluta cum sublimibus quibusdam in medio suspensis, albidis, & aliquantum variantia, exalbicantia, aut graueolentia appareant.

203 Τὰ πρὸς οὖς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπυοῦντα θανάσιμον. κοιλίαι δ' ἔνιοι τούτοισι τὰ πολλὰ φέρονται. ἦρά γε οἵσι τὰ πρὸς ὦτα κεφαλαλγικοῖσιν; ἦρά γε ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω; ἦρά γε καὶ ὑπορρίγεσιν; ἦρά γε αἱ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται, καί τι καὶ κωματώδεες, ἦ καὶ ὑδατώδεες ἔασιν, ἀναιμορρύμονι λευκοῖσι, καὶ τὰ ὑποποίκιλα, ἐκλευκα, δυσώδεα.

In Epidemiis Hippocrat. * τὰ παρ' οὖς ἐπώματα μὴ ἐκπυίσκοντα, ὑμολυμβώδεα καὶ ὑδατίνην ἀποσημαίνοντα damnat, nisi huiusmodi materia intrò recurrens, per alui effluuium aut intestinorum difficultatem, aut vesicæ alueum, & vrinarum deturbationem, solutione deponatur, quod in plurimis nominatim expressit. Ac sæpe in huiusmodi circa aures tumoribus, materia intrò versa per alium diffluentem elabitur. Quod effecit vt κάτω φέροιτο legerint omnes interpretes. Sic enim in chartarum veteramentis reperio: Etsi φέρεσθαι absolutè positum demissam aluum significare potest. Quæ sequuntur in quibusdam codicibus distinctionem accipiunt, ac velut Prorrh. 163. sententiam per se complent, vnde explicationem mutuare debent, vt & ortum. Nam, vt satis apparet, huius præsagij author, signorum coitiones multas per Prorrheticum ac Hippocratis scripta diffusas, temerè collectas, ad doctrinæ complexionem non bene subducta disciplinæ ratione simul cõfert. Hic igitur κεφαλαλγικοὶ melius, vt in Prorrhetico, retineatur, nisi (quod quibusdam placet) κεφαλαλγικοί εἰσιν legatur, quòd quibus futuri ad aures abscessus spes sit, ij sæpe capitis dolore tentẽtur, vnde & κεφαλαλγία & κάωσις passim in his annotatur. Hinc etiam ἰφιδρῶσις superiorum partium pendet, cerebro & superioribus partibus materiæ copia oppressis & imbecillitate degrauatis. Rigor quoq; subinde mouetur ex biliosæ materiæ agitatione & subita naturæ commotione vacuationem molientis ac sæpe frustrà tentantis, irrito conamine. Quod effecit, vt ex hoc loco & codicibus scripti ac etiam Galeni Commentario, rigoris hoc membrum in Prorrhetico defectum reponendum existimauerimus. Quod sequitur de vrina aquosa cum innatantibus in medio sublimamentis albicantibus, etsi à Galeno satis est explicatum, sæpius tamen per Hippocratis Œconomiam in humorum ad cerebrum raptatione & libramento, suspensa in vrinis apparent, quæ flatuosæ & feruentis materiæ copiam sursum conuehi significant, vnde & delitia, & capitis dolores impendent: Quemadmodum paulò ante ἐναιμορρύμονα ἔρια mentis emotæ signa posuit, & in Epidemiis sæpe ἐναώρημα μετέωρον mentis inconstantiam prænunciat. Haud secus quæ quæ ἔρια ὑμφανέα, λευκὰ (quæ ὑδατώδη dicuntur) & omnimodam cruditatem præ se ferunt, humores ad cerebrum ferri portendit aph. 72. lib. 4. Et in Epidemiis in tuberculorum ad aures prædictione, ἔρια λεπτὰ, ἄχροα, ἀπεπτα καὶ καθαρὰ ponuntur. Albicantia verò huiusmodi sublimamenta, ex materia pituitosa, cruda ac flatuosa permixta videri queant, & in contentorum ratione concoctionem quandam præ se ferre. Eamque subiectam flatuum aut materiæ copiam eo obnixiùs exemplaria manu scripta Regia respiciunt, quæ αἰωρομύμονον ἔριον legunt, etsi ἐναιμορρύμονον magis est huic scriptori familiare. Huiusmodi verò suspensa alba in aquosa

rin

A rina, partim coctionem, partim cruditatem indicantia, in longo & salutari morbo ad abscessum facilius inclinant. Reliqua huius præsagij pars potest ad deiectiones referri, quòd in maligna huiusmodi pars cruditate, varia interdum deiiciantur, vt aruginosa, bilosis, flauis & albicantibus aut pituitosis permixta, & graueolentia, putredinem ac succorum corrupteiam inducent. In Prorrhetico tamen ista ambigunt, & inter vrinas & deiectiones hærent. Sunt qui ἐν ὀξέσι pro ἐν μακροῖσι legant, quòd in diuturnis morbis ferè paruæ sint parotides & quæ vix suppurent, ἐν μακροῖσι tamen legunt omnia exemplaria.

* *Lib. 1. sent. 1. & 2.*

204 Τὰ παρ' οὖς λαπάσσει ἔγχυμα μετ' ὠτυαλισμοῦ ἰοῦσα.

Tussiculæ quæ cum crebris oris sputationibus procedunt, tubercula ad aures emolliunt.

Ex Prorrh. 167. repetitur hæc sententia. Crebra autem oris saliuatio ac sputatio defluente in oris capacitatem tenuiore humore abscessuum materiam & fomitem deplent, vnde emolliuntur, vacuantur, ac contrahuntur huiusmodi tubercula, quòd hic λαπάσσῃ dicitur, in Prorrh. ἀπαλάσσῃ, eadem omninò notione. Ab huiusmodi enim abscessibus vindicantur & liberantur, cùm emolliti fuerint & vacuati. λαπαχθῶσι autem in Exegesi, κενεῶσι μὲν τὸ κινωθῶσι, δηλᾶ τοῦτο ὃ ἐν τῷ μαλαχθῶσι significat, vt alias pluribus à nobis explicatur & ex tabularijs in eam significationem testes citantur. Caluus ex antigua Prorrhetici scriptione alium sensum colligit, cùm tusses à tuberculis exortis emolliri vult & conquiescere. Quod etsi non est à vero alienum & aliquando contingere possit, hæc tamen notio est vniuersalior & Hippocrati familiarior.

205 Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ ἢν ἐπ' ὀλίγῳ πεπαινόμενα φλαῦρα· ἢν δὲ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

In tumoribus ad aures vrinæ celeriter ac pauco tempore concoctæ damno sunt. Quin & perfrigerari itidem malum est.

Prorrheticum est 153. iisdem verbis expressum. πεπαινόμενα autem cùm concoctionem adhuc pendere ac fieri significet, nisi eadem bonitatis significatio perseueret, pernicies denunciatur. Idem igitur est ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, quod paruo tempore concoctæ permanentes, & non diu ita perseuerantes. Eiusmodi namq; coctionis inæqualitas vitium prodit. Istam autem sententiam sic cum cæteris interpunximus, quòd in multis cùm publicatis, tum scriptis exemplaribus, vitiosè superiori præsagio annectatur. Eadem etiam postea iisdem verbis in hoc præsagio repetitur.

Sent. 587.

206 Τὰ παρ' οὖς ἐν τοῖσι χρονίοισιν ἐκπυήματα, μὴ λευκῷ σφόδρα καὶ ἀνόδμῳ κτείνῃ, καὶ μάλιστα γυναῖξι.

In diuturnis morbis suppurati ad aures tumores, nisi pus admodum album ac sine odore reddant, exitium, præcipueq; mulieribus, afferunt.

Paulò antè parotidas quæ in longis morbis non suppurant damnauimus. At nunc quæ suppurant, nisi laudati puris commendabiles notas præ se ferant, hoc rescripto configuntur. Præcipueq; mulieribus exitium imminet ob delicatam & effœminatam corporis mollitiem, ac frigidam naturam. Caluus hanc sententiam duabus superioribus præposuit. In reconditis etiã manu scriptis exemplaribus quibusdam σφόδρα non legitur. Sed hîc σφόδρα λευκόν non exactæ albedinis (qualis est nix) pus esse vult, sed eam quoad puris naturæ fieri potest maximè accommodatam ac appositam indicari vult, qualem ferè semini genitali similem, ac vrinam subsidentiæ facit Galenus. Sic & ἄνοδμον dici potest, non quod omninò odoris sit expers, sed quod quàm minimè fœtet, & οἷς ἥκιστα δυσώδεσι, vt scribit Hippocrates. Nam cùm puris ortus ex mixta quadam, quæ secundum naturam est, causa, & ex ea quę præter naturam est, petatur, sine odore omninò esse non potest. Quò respexisse auguror exemplaria quædam scripta. quæ σφοδρὰ & ἀνόδμως legunt, eaq; ad tuberculorum magnitudinem & indolentiam referunt, quæ sunt extincti caloris natiui indicia. Sed certè longè petita videtur illa lectio, hæc verò maximè popularis & multis testimonijs confirmata. Hîc quoq; (vt antea) ἐν ὀξέσι quidam legunt. Sed ἐν τοῖσι χρονίοισιν leg. omnia exemplaria.

207 Τὰ παρ' οὖς μάλιστα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται, κἀν μὴ κρίσιν ποιήσῃ ἢ ἐκπεπαίνεται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ ἢ ὕδρα ἐπῇσαν παχείαν λάβῃ, ἀπόλλυσι. τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων ταχέως ἀποκάμνουσιν. ταχέως ἐπιπωρέει δὲ καὶ πυρέσσει ἐπί τε ὀπτιανωσι, καὶ τε ἀϊῶσι, καὶ ὕπτιος ἀποφαίνεται.

Ex præcipitibus morbis in febribus ardentibus maximè tubercula ad aures exoriũtur, ac nisi iudicatoriè soluãtur & matureſcãt, aut sanguis ex narib. profluxerit, aut crassũ sedimentũ vrina acceperit, ægros interimunt. Prius verò huiusmodi tumores subsidũt ac conquiescunt. Sed & insuper febres ipsas in considerationem adhibere cõuenit, num intendantur aut remittant, atq; ita de tota re sententiam ferre.

Febres ardentes vt plurimum sanguinis profluuio iudicantur, interdum quoq; ad aures abscessu etq; præcipuè quæ permixtam crassiam & crudam plurimam biliosis humoribus materiam habent, ex quorum calore in caput aliquid subuehitur & in abscessus firmatur, vt antea sentent. 138. & aph. 31. lib. 4. exprimitur. Atq; eæ febres plerumq; iudicatione absoluuntur, & abscessuum maturatione, aut certè sanguinis ex naribus excretione, aut materiæ à natura euictæ per vrinarum crassum sedimentum depositione, tuncq; ab abscessibus ferè vindicantur, vt scribit Hippocrates aphor. 74 lib. 4. Verissimum autem est & experientia comprobatũ, in moribundis duobus ferè diebus antea abscessus subsistere, conquiescere, ac velut subsidere & euanescere, quod παραπηδίσαι dicit. Ac ista sunt fatiscentis ac intrò subsistentis naturæ pessima auguria. Cornarius rei consecutione ductus, propulsari dixit, quòd eiusmodi subsidentia velut deponantur. Sed nos videmur cum Galuo & reliquis interpretibus propiùs rei naturam expressisse. Cæterùm exemplaria quædam Regia manu scripta pro καυσώδεσι καυματώδεσι legunt. Vt autem æquiùs de tota re æstimationem ac prædictionis sententiam feras, febrium ipsarum intentionem aut remissionem in consilium adhiberi iubet, temerarij iudicij assensionem sustinens, ad artis dignationem & authoramentum. Procedentibus enim ad solutionem morbi excretionibus, febrium symptomata imminui oportet, vt contra, frustrata iudicationis spe, omnia intendi & augeri. Quod effecit vt istam sententiam superiori coniungerem, contra publicatorum codicum fidem.

208 Ἐπὶ κωφώσει δὲ καὶ κωφήσει ἐκ ῥινῶν ἵστασις, ἐπὶ δυσηκοΐην. ἐμέσεις τοῦτοισι ἁρμόσουσι, καὶ κοιλίης ταραχή.

In surditate ac torpore ex naribus substillatio molestiam quandam exhibet. Iis vomitio ac alui perturbatio conueniet.

Hoc præsagium Prorrh. 141. respondet, illiq; lucem non paruam adfert, vt ex hoc loco non sit difficile illius genuinam lectionem eruere. Postea quoq; repetitur hoc præsagium sent. 134. Exemplaria quædam non malè χρονίζειν habent.

209 Ἐκ κωφώσιος δὲ ἐπιφλέβεσι τὰ παρ' ὦτα, δηλοῖ τε καὶ ἀσῶδες μὴ γίνηται, ἀταρ καὶ τοῖσι κωματώδεσιν ὀπίσω τοῖσι καὶ μανικοῖσι μᾶλλον καὶ παρ' ὦτα.

Ex surditate tubercula ad aures exoriri consentaneum est, idq; præsertim si anxietas quædam contingat. Quinetiam iis qui sopore detinentur, tumores ad aures sperare magis oportet.

Eadem scribuntur Prorrh. 159. & ad tuberculorum circa aures denunciationem plurimùm conferunt.

210 Κώφωσιν ἐκ πυρετῶν ῥύσις ἢ ῥινῶν λύει, καὶ κοιλίης ταραχή.

Surditatem in febribus enatam sanguinis ex naribus profluuium ac alui perturbatio tollit.

Placitum est 28. & 60. lib. 4. aphor. ac priùs in eam rem sententiam ex libello περὶ κριθέων adduximus.

Facies ex tumida depressa, ac vox læuior ac remissior euadens, spiritus quoq; rarior ac lenior, postera die remissionem fore denunciat.

211 Πρόσωπον ἐν μετεώρῳ ταπεινούμενον, & φωνὴ λειοτέρη καὶ ἀραιοτέρη γινομένη, καὶ πνεῦμα μανώτερον, αἴρεσιν ἐς τὴν ὑστεραίην σημαίνει.

Prædictionis notas ex facie attingens, remissionis febrium denunciationem facit, si facies extumida atque inflammata (qualis esse solet in summis ardoribus, enecta sursum cum spiritu materia) deprimatur & subsidat, si vox quoq; ex aspera & violenta, propter materiã in fauces ac pulmones decumbentem, lenior fiat ac minùs violenta. Spiratio itidem quæ ex materiæ affluxu in thoracem ac pulmones crebrior erat, difficilior, turbulentior & inæqualis, earumq; partium inflendum denotabat, si rarior, remissior, placidior, & æqualis euadat. Ista namq; febrilem calorem subsedisse ac desæuisse indicant. Eoq; firmior res futura est, si istud die iudicatorio & cũ excretione critica contingat. Similis ferè scribitur sententia lib. 2. Epid. ὧν πυρετὸς ἔχοντος τὸ ἐν τῷ προσώπῳ ἰχναῖον ἐν ἡμέρῃ γρίμῳ, τοῦτο ὑπέστη λύσει. Longè verò apertiùs hanc sententiam explanant quæ scripta sunt in libello περὶ κοσμίων, vnde traducta videntur. ὅπερ γὰρ ὧν τὰ ἐν τῷ προσώπων ἰχναίνῃ, καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ ἐν τοῖσι μασθοῖσι, καὶ ὅσα τῇσιν ἕρπουσιν ἀτυχίαν ἔχουσι φρίσσειν μὴ ἀτυχέοντα· τοῦτο γὰρ οὗ ἡ φωνὴ ἢ ἀραιοτέρη καὶ λεπτοτέρη γίνεται. καὶ τὸ πνεῦμα μανώτερον & λεπτότερον, ὡς τοῦτο ὑπὸ ἡμέρῃ αἴρεσις ἀπὸ νούσου. Vbi pro λειότερον λεπτότερον scribitur, ex eadem prope rei natura.

Faciei corruptela lethalis est, minùs tamẽ si ob perui gilium, aut inediam, aut alui perturbationem contingat. Ná quæ ex his causis orta est corruptelæ species, vna die aut nocte in integrum restituitur. Huiusmodi autem faciei hæ sunt notæ, oculi concaui, nares acutæ, collapsa tempora, frigidæ aures cõtractæque, cutis dura, color pallidus aut niger. Ad hęc quoque liuescens palpebra, aut labrum, aut nasus, mortem in propinquo esse significat.

212 Πρόσωπον ἄμορφον ἤν, θανάσιμον. ἢν δὲ ἐξ ὑπνωτικοῦ, ἢ λιμοῦ, ἢ χειλίης ἐκτάραξιν γένηται. καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ ὃ ἄμορφον τοῦτο ἄμορφον. γίνονται δὲ αὐτοῖσιν, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥὶς ὀξέα, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συεστάλματα, δέρμα σκληρὸν, χρῶμα ὠχρὸν ἢ μέλαν. πελιαινόμενον δὲ ὑπὸ τουτέοισι βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, ἢ ὦτα θάνατον σημαίνει.

Ista ex Prognostici initio notam habent originem & explicationem. Hic autem πρόσωπον ἄμορφον dicitur, cùm facies à naturali sanorum habitu recedit, eique valde aduersatur, cùm ex morbo extabescit atq; extenuatur, πρόσωπα ἐκπεφθὰς vocat Galenus in Prognost. Atq; ita in morbis ineundam rationem cum benè valentium facie præcipit Hippocrates. Sic quod postea dicitur, ὃ μὴ ἄμορφον ἀναθοῦναι, ad extenuatam & contabescentem faciem referri debet. καθίστασθαι verò est in integrum restitui & ad pristinum statum redire, aut ad naturalem statum reduci, quod ἐπανόδους τυγχάνειν exponit Galenus in Progn. Potest etiam καταπαύεσθαι significare, quod est tedari, consistere, conniuere, desinere si vti consydere, vt in Prognostico καθίσταται dicitur. Exquisita autem prædictionis ratio & plena indicij ratio, vt hîc dictum inuenies scribitur. ita ex Prædictionibus Hippocratis confirmanda & supponenda est.

Vultus benè coloratus tetricus ac supercilioſus in morbo acuto, malo est. Insuper frons contracta phrenitidem denunciat.

213 Πρόσωπον εὔχροια καὶ σκυθρωπότης ἐν ὀξέϊ, κακόν. μετώπου ξύνωσις ὀργὴν ὑπὸ τοιούτοισι, φρενιτικόν.

Eadem damnatur Prorrh. 49. Est autem σκυθρωπὸς qui Scythico est vultu, tetrico, supercilioso, austero, toruo & inamœno aspectu, quod est tristitiæ & moroſorum, pudibus hilares opponuntur. Quin & μετώπου ξύνωσις frons est contracta, corrugata & caperata, supercilioſorum & melancholicorum vulgò indicium, vt nil minùs sit melancholicam infantiam, & in acutis phrenitidem imminere Caluus prius huius sententiæ membrum præteriit, & posterius antecedenti præsagio annexuit.

Benè colorata facies cum sudoribus diffluentibus absque febre, vetusta stercora subesse, aut inordinatam victus rationem præ se fert.

214 Περὶ πρόσωπον εὔχροια, καὶ ἱδρῶτες ἀπυρέτοισι, κόπρανα παλαιὰ ὑποστέωντα ⓐ σημαίνει, ἢ ἀμετρίης ἀταξίαν.

Floridus faciei color (sic enim εὔχροιαν ἄνθος exponit Galenus) materiæ cum spiritu & sanguine ad superiores partes momentum præ se fert, ad quod alui inferioris exiccationem consequi par est, vt & sudorum copia diffluentis humidi abundantiam indicans, aluum siccet. Vt igitur non temerè vetustorum & resiccatorum stercorum denunciatio, aut prægressa inordinata victus ratio prætenditur, ita humorum copia vacuatione & purgatione deplenda est. Ista verò consequi ad hanc symptomatum coitionem vt non est dissentaneum, sic neque est necesse. Et hanc sententiæ dignitatem eleuant exemplaria manu scripta Regia, istóque modo distinguunt. ὧν πρόσωπον ἄχροιαν & ἱδρῶτες ἀπυρέτοισι, κακόν. κόπρανα παλαιὰ ὑποστέωντα οἱ σημαίνει ἢ ἀμετρίης ἀταξίαν. Quam lectionem secutus est Caluus, itaq; in duas sententias distinxit. κόπρανα verò dici videntur quasi oleçula quædam, quòd inueterata stercora & resiccata, duriuscula ac ferè conglobata, aut disparata esse soleant, qualia quæ σκυρώδη dicuntur. Singularem autem esse obseruationem quandam, ista verba sonant, ὑποστέωντα οἱ σημαίνει.

Narium rubores alui liquidæ & diffluentis sunt indicia.

215 Τὰ ἐν ῥῖνας ἐρυθήματα, χειλίης ὑγραινομένης σημεῖα.

Disparatam habent ista naturam & heterogenea signa sunt, neque necesse est quibus facies rubet aut nasus, aluum diffluere, cùm contra plærumque siccescat, & quibus aluus est liquida his ferè facies palleat. Possunt autem rubores in naribus excitari ex tenui sanguine aut vaporibus acribus sursum ab intemperatis viscerib⁹ sublatis. Quibus si imbecillitas etiam accedat, aluus liquida esse nequit.

Quæ ad præcordia aut pulmonem dolores faciunt, si in pus vertuntur, malum denotant.

216 Τοῖσι ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ ἢ ⓑ τῷ λοβῷ τοῦ πνεύμονος πόνοισι ἐμπυομένοισι, κακόν.

Neq; enim contemnendæ sunt inflammationes quæ viscera aut cauum thoracis apperunt, quas ex tumorum præter naturam legibus, resolui præstaret, non in pus verti. Eò accedit quòd pus nouas querelas facit & vlcus, ac in thoracis conceptaculo non temerè cohibitum, vt statim emitti debet, ne sua acrimonia sinus aut cuniculos agat, ita plærumque metus est, ne non satis sint libera ad exitum spatia, aut ne rupta vomica, vlcus non facilè coalescat, fereq; ad huiusmodi vlcera tabes, aut hydrops, aut insignis virium exolutio sequitur. Nonnulli istam sententiam cum superiore coniungunt, nec malè, si etiam per se subsistere potest.

Oculorum claritas, ac eorum album ex nigro aut liuido clarum fieri, ad iudicationem confert. Ac quò celeriùs clarescunt, eò celeriorem iudicationem, at tardiùs tardiorem significant.

217 Ὀφθαλμῶν καθαρότης & τὰ λευκὰ αὐτῶν ἐκ μελάνων ἢ πελίων καθαρὰ γίνεσθαι, κρίσιμον. ταχέως μὲν οὖν καθαιρομένων, ταχείαν σημαίνει κρίσιν, βραδέως δὲ βραδυτέρην.

Ex oculis magna vitæ ac necis significatio sumitur, & accommodatissimum est ad prædictionem oculorum lumen, vnde non paruum trahitur ad præsagium momentũ. vt non abs re in Epidemiis scripserit Hippocrates, ὀφθαλμοὶ ὡς αἰ ἰχνύσιν ὑπὸ κῆρ ἔχουσιν. Quę igitur per totam Hippocr. Oeconomiam fusa sunt oculorum præsagia, huc plenissimè congesta, non omninò temerariam faciunt prædictionem. καθαρότης autem oculorum, est lucidus ac luminosus oculorum splẽdor & claror (vt Plautino verbo vtar) qui ex animalis spiritus ac humorum puritate prouenit, quòd (vt scribit Galenus) αὐγοειδὲς πνεῦμα ψυχικὸν ὀξὺ ὑπὸ κεφάλαιον πλεῖστον εἰς ὀφθαλμὸν ἀφικνεῖται. κρίσιμον autem sequutus sum ex scriptorũ exemplarium consensu, ob eam quæ sequitur iudicationis æstimationem, & quòd ea mor-

ca morbi absolutionem præ se ferat, quod decernere Celso dicitur. Etsi χρήσιμον retineri etiam iure optimo potest, ex optimi, etiam coacibus. Eamq; in sensus notionem pertrahunt quæ scribuntur libello περὶ κρισίμων, & apertè sententiam istam explanant. ὅτου δ' ὀχύτατα ἡλθε τὰ ὀφθαλμῷ τὰ λευκὰ ἐν ἀρχῇ μὲν ἡ νόσου αἰὰν μελαίνεσθαι, εἶτα ἰχὼρ ἢ νέφος. ᾧ οὖν καθαρὰ γένηται, πυκνὸν ὑγιείης δηλοῖ, ἀπιὸν μὲν ἐρυθρὸν, σφόδρα δὲ τὸ χρῶμα. Minutum autem est quòd pro πελίου πελίδνου legunt scripti quidam codices.

218 Τὸ ἀχλυῶδες τῶ ὀφθαλμῶ, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβῶν μελαίνων πλεονάζον, οὐκ ἀστεῖον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ τὸν αὐγὸν φεύγειν, ἢ δακρύειν, ἢ διαστρέφεσθαι, καὶ τὸ ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι, πονηρόν. καὶ τὸ ταῖς ὄψιας πυκνὰ διαρρίπτειν, ἢ λεπτὰ μικρὰ ὥσπερ αἰθαλίδια, ἢ αὐγίδα λεπτὴν ἴσχειν. ἢ τὸ λευκὸν μέζω γίνεσθαι, τὸ δὲ μέλαν ἐλάσσω. ἢ χρυπτέσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τοῦ ἄνω βλεφάρου. πονηρὸν δὲ καὶ κοιλότης ὀμμάτων, καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφόδρα, καὶ λαμπηδόνος ἔκθλιψις, ὥστε μὴ δύνασθαι τῶ κόρῳ ἐκτείνεσθαι. καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης, καὶ πῆξις ὀμμάτων, σωματώδεος τε μᾶλλον, καὶ χρώματα μεταβάλλειν, καὶ βλέφαρα μὴ συμβαίνειν ἐν ᾧ καθεύδειν, ὀλέθριον. κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός.

Caligine obducti oculi, aut eorum album rubescens, aut liuescens, aut nigris venis refertum nihil probi præ se fert. Malum quoque est & lucem refugere, aut illachrymare, aut peruerti, atq; ex his alterum minorem esse perniciem denunciat, & oculos crebrò disticere, gramias ac paruas sordes ipsis adhærescere, aut albescentem humorem concretum & tenuem (ægida nominant) habere, aut eorum album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum à superiore palpebra contegi. Vitiosa quoque est oculorum cauitas, & vehemens oculi foras expressio, ac splendoris elisio, adeò vt pupilla extendi nequeat, & cilia retorta, ac fixi oculi ac continenter conniuentes, coloris immutatio, aut palpebras per somnum non committere, perniciem ostentat. Quin & distortus oculus malo est.

Τὸ ἀχλυῶδες τῶ ὀφθαλμῶ oculorum caliginem significat, cùm quodam crassamento velut nubecula obducti, obtusam aciem habent. Est enim ἀχλὺς Galeno, δύνασις αἰσθήσεως, ἐν τῷ μεταξὺ νέφους τε καὶ ὑγρότητος ἔχουσα τὸ παχὺ, ὡς ὑμίχλης μᾶλλον παπλῶδες νέφους δ' ἧττον. aëris caligacio, medium inter nubem & nebulam habens crassamentum, adeò vt plus quàm nebula concreuerit, minus autem quam nubes. Fit autem huiusmodi caligo aut propter affectus siccitatem & calorem, aut propter spiritus animalis à crassis aut tetris vaporibus offusionem, aut eius extinctionem & humorum oculi perturbationem. Est etiam ἀχλὺς pupillæ affectus, velut superficiaria quædam & eminens tenuis exulceratio, totum oculi nigrum comprehendés, aëri caliginoso persimilis. Quod his verbis indicat Isagoges author, ἀχλὺς δέ ἐστι σκότος τι μέλαν ὑπὸ ἐλκώσεως ὑπόπλατος ἐλὴ λεπτοτάτη, ἀέρι ἀχλυώδεϊ ὡσεμπλησία. Cæterùm quod hic de oculorū albo liuescente dicitur, in Prognostico venulis liuescentibus ac nigricantibus tribuitur. Celsus oculorum venulas pallidas extulit, cap. 6. libr. 2.

Comm. 2. in Prorrh.

ὐκ ἀστεῖον] ἀστεῖον etsi venustum, elegans, vrbanum & gratum denotat, hìc tamen probum, mansuetum ac laudabile significat, vt ferino & maligno opponatur. οὐκ ἀστεῖον ergo intelligitur quod sinistri aliquid portendit. Potest dici quod improbandum est, & nullo loco æstimandum, vt τῷ ἀστείῳ φλαῦρον opponatur. Varinus annotat, τὸ ἀστεῖον λέγεσθαι τὸ δεξιὸν, καὶ θαυμάσιον, καὶ θαύματος ἄξιον, καὶ σπουδαῖον.

παὶ ὄψιας πυκνὰ διαρρίπτειν] In Prognostico ἐναιωρεύμασι ὀφθαλμῶν dicuntur, Gal. ἀσπείστις ἢ κινουμένους ὄψεσι exponit. In Prorrh. ἐνελιττομένους vocat instabiles oculos, mobiles ac volubiles significans, quales videre est in ea affectione quæ Græcis ἴκτερος dicitur. In Epidemiis etiam ὄμματος ῥίψις damnantur. ἢ αὐγίδα] αὐγίδα quid vocet non satis est explicatum, quòd vox sit rara & insolens. Nos albescentem humorem concretum vertimus, crassiusculum quiddam albicans oculorum pupillam occupans intelligentes, concrementum quoddam excrementosum ex vapore crasso ortum, nubeculam quandam aut caliginem referens, quod oculorum aciei prætenditur, eamq; velut offuso quodam crassamento obscurat, leuisq; cuiusdam suffusionis species esse videtur. Quod caloris natiui, aut spiritus extinctionem, summam etiam resiccationem, aut humorum oculi perturbationem, facultatisq; naturalis oculum regentis maximam imbecillitatem denotat. Sic Prorrh. 2. in oculorum vlceribus, aut pupillæ vitiis, quæ ex ophthalmia illabente acriore pituita contingunt, αὐγίδας inter ἀχλύας & περίλας reponit Hippocrates. Vbi αὐγίδες pro subalbicantibus cicatriculis ab autore γλωσσῶν ἐξηγήσεως fieri videtur. Sic enim scribit, αὐγλίη ἢ ἐν τοῖ ὀφθαλμοῖς ὑποδλευκος ἐλὴ, σμικρὸν ἐν τῷ μείζονι περόμματι, καὶ οἱ ἀναβλίζοντες ὑπὸ παρὰ, ὡς ἐν κυνάγχαις περιώσεσιν. Idem quoq; ἀμφίλαμψις, ἢ ἐν τοῖ μέλανι τοῦ ὀφθαλμοῦ ὑπολαμπρος ἐλὴ, δηλοῖ τὸ ἠσυχῆ παχυτέραν εἶ τ αὐγίδος. Ex quibus huius loci (cuius proculdubio indicatura denunciatur) explicatio haurienda est, ac manifestum vitium eluendum. Nã hæc dictio αὐγλίη vitiata est, ac pro ea αὐγὶς reponendum esse, tum nomenclaturæ ex elementorum serie ducta ratio, tum verò citatorũ testium fides clamat. Neq; enim in Prorrhetico aut his Coacis Præsagiis alius locus est qui αὐγίδα nominet, neq; vsquam αὐγλίη ibi reperitur. Tum etiam quod ἀμφίλαμψις illic inter vlcerum oculorum cicatrices annumeretur, ac vitiosè ἀμφίλυψις scribitur. Quòd si quis hìc αὐγίδα pro tenui subalbicante cicatrice sumat, quæ ex vlcere propter innatantem aërem in oculis pituitam orta sit, velut in Prorrhetico sumitur: næ illic parum Galeni fidem ἐν τῇ γλωσσῶν ἐξηγήσει æstimat, vnde proculdubio huius dictionis explicatio deprimi debet. Atq; αὐγὶς dicetur albicans quædam concretio, quæ ex caliginoso vapore ac crassiore quodam excremẽto pupillæ inhæret, eiusq; lumini obstruit. Caluus non insciè guttam albam ex rei similitudine expressit, aut certè non nihil ad nominis notationem respexit, cùm crassus illud excrementum velut turbinc quodam agitatum, vi in oculum irruit, & suo concremento quasi guttam patriam imprimit. Quo etiam alludunt qui αὐγίδα oculorum turbinem ac vertiginem accipiunt. τὸ δὲ αὐγὶ (Varino) ἀπὸ τῶ εἴσω τὸ ὄρμῳ καὶ αὐγὶς ἡ καμπὴ, καὶ ἡ ὀξεῖα πρὸς καὶ αἱ ὄσοις ὄψις τοῦ ὀφθαλμοῦ. Cæterùm exemplaria quædam manu scripta λευκὸν pro λιπαρὸν habent, cui lectioni suffragari videtur Exegeseos explicatio, οἱ λευκωθίζοντες ὑπόπαχοι, hoc est albicantes concretiones.

καὶ τὸ λευκὸν μέζω γίνεσθαι] Pro λευκὸν λευκαῖνο vitiosè habent exemplaria quædam Regia manu scripta. Oculorum autem album augeri, & nigrum imminui, tensionis & contractionis signa sunt, & conuulsionem minantur. Resolutionis verò est indicium ac extinctionis nigrum à superiore gena contegi, quod in moribundis & animi deliquiis apparet, & hoc loco positum videtur pro eo quod in Prognostico ἐναιωρευμένους ὀφθαλμοὺς posuit quos etsi Galenus ἀσπείστους καὶ ἀβεβαίους κινουμένους capiat, intelligi tamen possunt oculi in sublime retracti, ac velut suspensi, conuulsis qui sursum mouent musculis, vnde in caput contorqueri videntur.

κοιλότης ὀμμάτων] Hìc exprimit quos in Prognostico oculos ἐγκόιλους ἰχυροὺς ἢ ἐξέχοντας vocat, oculos vehementer cauos aut exertos & prominulos, Celsus vehementer subsidentes, aut tumidiores factos vertit. Eleganter verò pro eminentibus & exertis oculis ἔκθλιψιν ἔξω σφόδρα posuit, quòd vaporum sublatorum impetu, ac spiritus, sanguinis, aut feruentis materiæ copia ad oculi instrumenta & foras exprimantur, ac velut extinguantur. At verò cùm oculi magnam partem ad vitæ simul vsum & dulcedinem conferant, idcoque igneum quiddam plurimum habeant, atque in febribus aut internis incendiis tenuati spiritus & agitatione incalescentes, ignem facile concipiant, λαμπηδόνος ἔκθλιψιν dixit, vbi ignei splendores ac fulgores ex oculis emicant, & ne velut quædam laminis elisio ac euibratio, quale quid in oculis emissitiis qui huc & illuc aciem iaculantur, cernitur. Quæ omnia fiunt maximi incendij indicia, & in iratorũ aut furiosorum oculis apparent, in quibus fulgores & splendores quidam emicant, velut foras emisso aëre extruso cum spiritu lumine. Atque in eo spirituum & materiæ conferto impetu, tanta contensionis vis apparet, vt pupilla ipsa ad intendendum vitus aciem tele explicare non queat, sed ad huiusmodi splendores velut ad solares radios contrahatur. Nam quemadmodum contractione vitus acies subiisit & hebescit, ita & contensione vires exerit, quod dixit τῷ κόρῳ ἐκτείνεσθαι. Quæ exemplaria λαμπηδόνος ἔκλαμψιν habent, etsi valde enixè oculorum fulgorem & resplendentiam exprimunt, nullus tamen contensionis impetus, aut eorum quæ vi foras emittuntur extrusio ac expressio tam aptè proponitur, quàm si ἔκθλιψιν retineas. Quanquam ἐκλάμπειν de resplendentibus oculis crebrò ab Hippocrate vsurpatur, & in Prorrh. ἐκλάμποντες ἀπύρους ὀφθαλμοὶ dicuntur. Longè tamen alio sensu αἱ περὶ γνάθων ἐκλάμψιες efferuntur in Epidemiis, etsi venustam istam translationis elegantiam quodammodo re-

ferre possunt. Quidam etiam codices ἐκθλαμψις vitiosè legunt, & vbi ἔκθλιψις ἔξω ἑδρᾶ legitur,in manuscriptis duobus exemplaribus Regiis ἔξω desideratur,quam lectionem sequitur Caluus,qui etiam vtrobique ἔκτριψιν legisse videtur,vt & Cornarius λαμπιδώνος ἔκτριψιν. A

ἡ βλεφαρίδων κνμπυλότης] Hic ciliorum curuitas intelligitur. In Prognost. βλέφαρον κυμπύλον dixit,vt & cilia Plinius palpebras vocat.Caluus supercilia dixit,velut ὀφρύες. διαστρέφειν dicuntur aph.49.lib.4.& 75.lib.7.

πῆξις ὀμμάτων] Exemplaria manu scripta πῆξις vitiosè legunt,quam lectionem etiam secutus est Caluus. πεπηγότες autem ὀφθαλμοὶ intelliguntur,vt in Epidemiis, & πεπηγὸς ὄμμα in Prorrh.& postea,oculi fixi & immobiles.

μύξ] μύξη cùm genarum oculos claudentium officium sit, istudq; extremam imbecillitatem virtutis & musculorum indicet, connitere potiùs quàm nictari diximus,quod neruorum genarum musculos mouentium infirmitatem denotat,sitque nictatio in oculis, quod tremor in reliquis membris.

χρώματα μεταβάλλειν] In Prognostico τὸ χρῶμα τῶν ξυμπάντων σφόδρα ἀλλοιωθέν obseruari iubet,& hîc ad oculos restringit, vnde etiam fortassis χρώματα dixit,quòd in his plures colorum species appareant,ac magna humorum ex hac colorum immutatione perturbatio ac inæqualitas designetur. B

ἢ βλέψασα μὴ συυβάλλειν] In Prognostico ταῖς ὑποστάσιας τῆς ὀφθαλμῆς ἐν τῖσιν ὕπνοισιν obseruari præcipit,& aph.52.lib.6. quæ extremam virium exolutionem denotant.Sic priùs ἐν τῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέπουτας in hoc præsagio damnauit.Et huiusmodi suspectiones valde attendendæ sunt cùm per somnum(vt inquit Celsus)palpebræ non committuntur,sed inter has ex albo oculorum aliquid appareat,neque id fluens aluus expressit.

ἰλλαίων ὀφθαλμῶν] Quod hîc ἰλλὸν ὀφθαλμὸν,antea διαστρέφειν dixit,vt & in Progn. & ex aphorismis oculum peruerti Celsus vertit.Quid autem sit ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς fusius aperuimus nostris in lib.3.Epid.Annotationibus & in Oeconomia.

In febre ortus oculorum rubor , diuturnam alui malignitatem præ se fert.

219 Ὀφθαλμῶν ἔρυθρος ἐν πυρετῷ γινόμενον, κοιλίης πονηείης σημήιον.

Fieri potest vt cerebro humore acri & feruente oppleto (vnde etiam oculorum rubor contingit) dum deorsum deturbatur aluus malè afficiatur,vt in lippitudinibus alui profluuium & procliue est,& confert.Neq; tamen istud necesse est,cùm & oculorum rubor aut membranarum cerebri & oculi ventriculi inflammationem interdum causam habeat.πονηείη autem κοιλίης de maligna ventris affectione dicitur,cùm aluus acri ac mordente humore irritata cum torminibus & cruciatu diffluit,ac doloris sensu pungitur. Ac antea πονηρίαις κοιλίῃ dixit,quòd in Prorrh. καταῤῥήγνυσις extulit.Et quod aph.27.lib.4. καθυγραίνεσις κοιλίη ponitur, in Prorrh. πονηρίαις dicitur,quod de alui affectione intelligitur, cùm ex caloris natiui imbecillitate,aut cruditate,aut acidis ructibus affligitur , aut flatibus distenditur , aut humorum acrimonia irritata malè habet.

Erumpentes circa oculos eminentiæ,dum ægri ex morbo recreantur,prorumpentis alui spem faciunt.

220 Αἱ περὶ ὀφθαλμοὺς ἐπανασάσιες ἐν τῆσιν ἀνάκρισιμοῦσι, κοιλίῃ καταῤῥηγνύουσιν.

ἐπανασάσις παρ' ὀφθαλμοῦς dicuntur oculorum eminentiæ,aut assurgentes in tumorem oculi,intumescentibus palpebris & extuberantibus humorum copia membranis,& deluentis ex cerebro humoris redundantia,quæ si in aluum redundet, eam effundit. Intelligi possunt etiam ἐπανασάσις velut ἐπανασήματα Dioscoridi pustularum eruptiones,quæ ex humorum acrimonia in cornea vlcera excitant,velut φλυκτινῶν ἐπανάσασις dicitur.Nos vt vtrunq; assequeremur,erumpentes circa oculos eminentias diximus.

Cum oculorum peruersione , febribus & lassitudinis sensu detento, rigor perniciem minatur. Atque in huiusmodi casibus sopor ati , malum denunciant.

221 Ἐπ' ὀμμάτων διαστροφῇ, κοπιώδεϊ, πυρετώδεϊ, ῥῖγος ὀλέθριον. Ⓒ ④ κωματώδεες ἐν τουτέοισι, κακόν.

Hæc sententia repetitur Prorrh.89. & adducitur à Galeno libello περὶ ῥίγους.

Lippitudine affecto suborta febris solutionem affert.Sin minus,cæcitatis,aut mortis , aut etiam vtriusque metus est.

222 Ὀφθαλμιῶντι αὐθεϊ, πυρετὸς ἐπιγινόμενος, λύσις. εἰ δὲ μή, κίνδυνος τυφλωθῆναι, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα.

Hoc præsagium temerariam sine distinctione habet assensionem.Plærumq; namq; ex acrium humorum defluxione suborta oculorum inflammatio,tantùm nõ à febre præsidium,sed mali accessionem habet. Est etiam vbi crassioris sanguinis aut pituitæ copia lippitudinem facit,& vt interdum vino remedium quæritur,ita febris remedio esse potest,concoquendo , resoluendo & tenuando. Quin & Prorrh.2. Hippocrates in lippitudine ex febre auxilium petit. Et ex illo loco Celsus , intus ruptum oculum febriculam iuuare scripsit. ὀφθαλμίαν igitur quamuis ad oculos fluxionem vocat vt libro περὶ ἀδένων, ἐπ' ὀφθαλμὸν ῥέον. Cùm autem ex oculorum inflammatione,vlcerum,aut ruptionis oculi,aut etiam putredinis metus sit,cæcitatis aut mortis periculum impendêre potest, aut vtriusque,quod tamen non legit Caluus.Videtur enim ista duo membra,ἢ ἀπολέσθαι,ἢ ἀμφότερα,omisisse.

Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit , & longo tempore perseuerat,cæcitatis metus impẽdet.

223 Οἷσιν ὀφθαλμιῶσι κεφαλαλγὴς παρεγίνεται, καὶ παρακολουθῇ χρόνον πολλὸν, κίνδυνος τυφλωθῆναι.

Ex capitis dolore perseuerat in oculos fluxio ac lippitudo,& ex diu trahente inflammatione putredo humorum imminet & suppuratio tandem oritur,sæpè etiam albugo aut suffusio nascitur,metusq; est etiam ne neruus opticus contabescat aut concidat ; vnde visio deperditur.Prorrh.2.scribit Hippocrates,εἰ μὴ σπασθὲν ὑπὸ τῷ τοιούτῳ,τελέως ἄχρηστος ὀφθαλμὸς γίνεται. Vbi etiam multa hanc in rem scribuntur. Caluus hanc sententiam omninò prætermisit.

Lippitudine laborantem , sponte aluus profluens iuuat.

224 Ὀφθαλμιῶντι διάῤῥοια ἀπὸ ταυτομάτου, χρήσιμον.

Placitum est 17.lib.6.Aphorismorum,& his verbis repetitur libello περὶ κεκοιμημένων ὑπὸ διαῤῥοίης ἀλύειν ἀγαθόν. Celsus c. 8.lib.2. Omnis deiectio lippienti prodest.ἀπὸ ταυτομάτου autem χωρεῖν ἢ ἔξω αἰτίας, ἢ ἐξαίφνης significat ex aph.78.lib.4. Hic verò spontaneum impetum magis ostendit.

Oculi hebescentes & obtusi, concreti ac caligantes malum portendunt.

225 Ὀμμάτων ἀμαύρωσις, καὶ τὸ πεπηγὸς, ἀχλυώδες, κακόν.

Prorrh.46.repetitur hæc sententia.Est autem ἀμαύρωσις Galeno,ἡ ἀμυδρὰ τῶν ὀργάνων αἴσθησις,& oculorum hebetudinem, aut obtusam & elanguescentem eorum functionem indicat.Authori autem Isagoges ἀμαύρωσις ἐστὶν ὅταν παντελὴς παρεμποδισμὸς ᾖ τοῦ ὁρᾶν χωρεῖς φανερᾶς αἰτίας In morbis autem acutis τὸ ἀμαυροῦσθαι ταῖς ὀξείαις ἀῤῥωστίαις καὶ νεκρώσιν σημαίνει ἢ ὀπλικῆς δυνάμεως,vt scribit Galenus. * Sic τὸ ἀμαυρὸν κακὸν,in Epidemiis scribitur,& οἱ πεπηγότες ὀφθαλμοὶ,ὅπερ ἐστὶν ἀκίνητοι,καὶ πελεστότατον ἐνδείκνυται νέκρωσιν ἢ κατὰ πολὺ μὲν δυνάμιος ὑφ' ἧς ἐκινοῦντο πρόσθεν ὅτ' εἶχον καλὴν φύσιν Αχλυώδες autem retinui ex Prorrhetico ex manu scriptis quibusdam, quam etiam lectionem agnoscit Galenus,etsi publicata exemplaria ἀχνώδες legunt,quam lectionem amplectitur præceptor Hollerius. Sic in Epidemiis de oculis scribitur,κακὸν ἢ καὶ ὀπτικὴν ἀναιρούμενον ὄψιν ἄχνη, cùm præ extrema ariditate & summa imbecillitate sordes in oculis velut lanugo,aut tenuis spuma, tenuissimaque ramenta concrescunt. Sic enim τὸ πεπηγὸς iungunt. Cui etiam lectioni suffragatur quòd Hesychius ἀχνώδες ἄχνῃ ὅμοιον exponit.Codices manu scripti Regij ἅμα καὶ τὸ πεπηγὸς legunt. Caluus hanc sententiam Hippocrate dignam prætermisit.

* Com.1.in lib.6. epid.

226 Ὀμ

226 Ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, ἀπασμώδες ξυντόμως.

Oculorũ hebetatio cum animi defectione promptam conuulsionem denunciat.

Hoc præsagium extrema pars est Prorrh. 113. Oculorum autem obscuratio cum animi deliquio, quòd neruorum principium appetierunt indicet, non simpliciter ac ex necessitate conuulsionem accersit, sed velut ex accidenti.

227 Ὀμμάτων ὀρθότης ἐν ὀξέϊ, καὶ κίνησις ὀξείη, καὶ ὕπνος παραχώδης, ἀγρυπνίη ποτὲ δὲ καὶ τάξιες ἐκ ῥινῶν, σφέων ἀγαθόν.

In præcipiti malo rectus oculorum obtutus ac motus pernicitas, somnus turbulentus, peruigilium, interdumq; sanguinis ex naribus stillationes, nihil boni denunciant.

Vt manifestum est phreniticorum præsagium, ita non æquè explicata est literæ scriptio. ὀμμάτων ὀρθότης dici videtur rectus & intentus oculorum obtutus, ὀφθαλμοὶ ἀτενεῖς interdum vocantur. Quin & οὐ κάτω πάνυ & ὄμμα δρᾶσι fortassis, concipi potest, ac ferociens aut truculentus oculorum aspectus, in animi notione reponi, cùm ex truci illo obtutu intentam ac velut directam oculorum aciem erigunt ægri. Quæ latè sparsa sunt per totam Hippocratis σφυγματίαν phreniticorum indicia, eumq; ex siccitate tensionem quandam inducant, conuulsionem promtissimè minantur, κίνησις autem ὀξείη, ὀφθαλμοὶ ἀτενεῖς ἐφ' ἅλμασι, hoc est, intorsiles ac perniciter motos oculos, inordinateq; proiectos significat. πυκνὴ κίνησις eandem in Prorrhetico quam hic ὀξεῖαν vocans, cum scribit, ὡς γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανίῃσι τάδε ἐλπίς. Qui affectus etsi pene sunt inter se contrarij, inimicam tamen prædicunt: vt non temerè videatur hæc sententia libro sexto Epidem. exprimi his verbis ὄμματος σφυγ. ἀσθμώδεες, καὶ ἐμέτοι. At quam manifestè infamiã prodant sanguinis ex naribus stillationes, maiorũ ex Prorrhetico locis apertè satis apparet. In eo verò quod sequitur magna est exemplarium varietas. Quidam codices vnico contextu illa omnia comprehendunt, quod è phreniticis aut etiam conuulsionibus explicentur. Sunt qui in duas sententias distinguũt, quos etiam cum interpretibus secuti sumus, ac post ὀξέϊ, οὐκ ῥινῶν καὶ ἀγαθόν ex illis adscripsimus, quam etiam lectionem Calanus & Cornarius sunt secuti, etsi κακὸν aut σφετερικὸν malim. In quibusdam etiam codicibus illis in verbis lacunæ asteriscis subnotatæ dehiscunt. Et in tanta varietate nihilo sanè deterior quam ex salua integritate lectio eruitur, cùm in turbulento huiusmodi opere ac veluti suffarcinato centone, velut adincitas redacti, rarò nec sine labore expeditum ac explanatum sensum emendicemus. Poterunt ergo illa aut coniunctè, aut disparatè legi, & ad phreniticorum prædictionem referri, τάξιες autem, non τάσεις, scribendum.

228 Πρὸς τὸν ἁφὴν μὴ θερμαινόμενοι, φρενιτικοὶ γίνονται, καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ.

Qui in febribus ad tactum nullum ardoris sensum præ se ferunt, phrenitici fiunt, idq; magis si sanguis fluxerit.

Πρὸς τὸν ἁφὴν μὴ θερμαίνεσθαι intelliguntur qui febribus ardentibus & malignis detenti, nullum ardoris sensum ad manus contactum, aut in attrectando exhibent, sed in penetralibus concepto intro incendio, vruntur & ardent, corporis autem extremæ planities friget. Quæ ex febris pestilentis & maximè exitialis damnabilis nota, & aphor. 48. lib. 4. fugillatur. Antea quoq; θερμαίνειν πρὸς χεῖρα eos vocauit. Huiusmodi autem sententiæ mihi videntur exprimere quod in Prorrhetico scribitur, his verbis, ἢν ἐγκαταλειπόμενα καυματώδεα ὑποχονδρίου τυρετῶδες ψυχρότητος, ἰκτῶδες. & καὶ ἢν ὀπτελεαμυδὰ σμικρὰ ἢ μέλανα πυρώδεα πρὸς αἰγκῶνα χαλάσῃ, μυελὸν ὀπὸ πυτίσιος ῥηγνύμενος, κακόν. Illud namq; ἢ αἷμα ῥυῇ, sunt qui de subsistente & præparata aut infra modum commota hæmorrhagia accipiant, quod in huiusmodi incendio interno ac ardentibus febribus præsentissimum minatur exitium. Verum mihi quidem potius de sanguinis fluxu sumendum videtur, cui ἢ accómodat Hippocrates, quiq; materiæ sursum sublatæ momentum ac impetum ostendit, indeq; celeriorem phrenitidis præsentionem conficit. Soletq; in exitialibus huiusmodi febribus & malignis, sanguinis profluuiũ etiam liberale, lethali admodum ostento, nec nisi pestifera conditione excitari. Ferè enim statim excitato vehementi delirio ægri pereunt, vt in statu pestilenti videre sæpe contingit. Ideoq; μᾶλλον ἢν ἰὼν αἷμα ῥυῇ legit præceptor Hollerius.

229 Γλῶσσα δὲ καὶ ἀρχὰς μὲν πεφρικυῖα, ὧν δὲ χρώματι διαμένουσα, περαινόντος δὲ τοῦ χρόνου τραχυνομένη, καὶ πελιαινομένη, καὶ ῥηγνυμένη, θανάσιμον. σφόδρα δὲ μελαινομένη, ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κρίνει θρέψαι δηλοῖ. χαλεπωτάτη δέ ἐστιν ἡ μέλαινα καὶ χλωρή.

Lingua circa initia quidem horrida, in eodẽ verò colore perseuerans, procedente verò tempore vbi exasperatur, liuescit, finditur, mortem denunciat. Quòd si admodum nigrescat, decimo quarto die iudicationem promittit. Periculi autem maximè plena est nigra & ex virore pallescens.

Lingua cùm rara sit, fungosa, & spongiosa, insignibus vasis plena, promptissimè succorum corporis colores imbibit, vt non absre scriptum sit in Epidemiis, γλῶσσα ὑγρὸν σημαίνει. & γλῶσσα ἁμάχυτος τῇσι φρενίτισι, διότι τοῖσι γινώσκουσι τοῦ χυμοῦ. Hic autem videtur describi lingua qualis solet esse in magno febrium ardentium incendio, primum horrida, ex reficcatione densata & contracta, deinde aspera, denique rimis dehiscens. Quibus veluti gradibus ex humiditatis inopia in perniciem itur (vt scribit Galenus*), demumque lingua fuliginosa & nigra, exhalante intus concepto incendio, conspicitur. Ac videtur hic πεφρικυῖα dici, quam δασεῖαν in Prorrhetic. & paulò pòst vocat. Horrida ergo lingua est, siue inæqualitas quædam in motu indicetur ab agitatione humorum ac spirituum, siue à leui in superficie cutis asperitate inhorrescat, cùm humidi inopia (quo summa cutis continuitas exæquatur) exasperatur aut stringitur. Non secus ac Ouidius † de leui maris agitatione primoq; maris æstu quo eius planities exasperatur, æquor exhorrescere dixit, exigua cùm summum stringitur aura, quo φρίκη Homeri exprimere videtur, quam primum leuiter agitato mari sæpe tribuit, & explicat Galenus Comm. 3. in lib. 6. Epid. vbi φρικώδης exponit de cutis rugosæ inæqualitate cui τὸ λεῖον opponitur. Qua notione etiam πεφρικυῖα γλῶσσα scribitur ab Hippocrate lib. 3. de Morb. in febre ardente. πεφρικυῖα tamen laudo, & huius scriptionis coniecturam maximè probo, sed πεπυκνωμένη, aut ἠρυγκῖσα, torrida & arida magis dicitur. Quinetiam χλωρὴ γλῶσσα Hippocrati dicitur pallida, & quæ bilis pallidæ colore infecta est, quemadmodum γλῶσσαι χλωραὶ, χολώδεις in Epidemus notat Hippocrates. Illic enim (vt testatur Gal. αἱ χλωραὶ γλῶτται εἰρῆσθαι ἔφασαν ἀπὸ τῆς ὠχρᾶς χολῆς ἐπωνύμως. Idque ex vulgi consuetudine qui χλωρὸν pro ὠχρὸν sæpe vsurpat, quod à his verbis testatur Galenus, χλωρὰς οὖν γλῶτας εἴρηκεν, ὡς ὁ τὰ βίου σωμάτων ἐπονομάζων ἀνθρώπους, χλωρούς τινας ὠνόμακέναι φάσκοντες, οὐχ ὅτι τὴν χολοειδεστέραν ἢ χρὼς ἐστιλβεν, ἀλλ' ὅτι ὠχρὰς ἐπιφανείας χολῆς. Etsi χλωραὶ γλῶσσαι hic vere dicuntur ex virore pallidæ, quæ ex bilis flauæ incendio ac feruore & in bilem æruginosam mutatione contigerunt in febribus acutis ac deurẽtibus, atq; ideo maximum periculum denunciant. μέλαινα autem γλῶττα dicitur quæ ex fuliginosa adustione in febribus ardentibus nigricat, & vehementem reficcationem semper coniunctam habet, quemadmodum ex his Galeni verbis apertum est, ταῖς ἢ αἵμα ἐκ' ὀξὺ ξηραὶ ἰσχναῖς, ὅτι πυρετῶδες ἄγκαυσις, ὃς δὴ τὸ κατεψυγὸν τὸ αἷμα λιχνεῖ μᾶλλον ὑπὲρ ἀτμῶν, ἐξαπίσιος αὐαντικὸν ἐπιζέπτει, διὸ καὶ μέλαιναι πολλάκις αἱ γλῶτται φαίνονται χλῶται. Quamuis enim μέλαιναι γλῶτται ἀπὸ μελαίνης χολῆς καὶ μακρῷ μείζου fiant, vt scribit Hippocrates, quia tamen hoc loco ex linguæ indicatura morborum acutorum specimen facere videtur, præstat ἀπὸ λιγνυώδους ἐγκαύσεως nigricantem linguam deduci. Quod & facit Galen. lib. 8. de Placitis Hipp. & Platonis, illam Hipp. lib. 6. Epid. sententiam producens. Ac vt magis illa ad febrium ardentium incendia referri existimes, æquum videtur eorum originem à capite arcessere, vt & genuitatis indicaturam præ se ferant, & ad sui cognitionem ampliores faciant aditus. Sumpta autem videntur ex libello περὶ καιρίων atq; in illum locum ex his verbis trãslata καίονται πᾶσι σφοδρότατα ἐκ ἐμέτου ἧκιστα. φύσει γὰρ ἄνω ἐς ἐγκάρδιον πυρέσσουσι. διὰ μὲν οὖν πολλὰ, ἔχει τὸ ἄνθρωπον ἢ πυρετὸς σφόδρα. γλῶσσα ἢ ῥήγνυται τραχυνομένη, καὶ ξηρὴ γίνεται, τὸ μὲν σῶμα αὐτῆς, τὸ μὲν σφέτερον ὠχρὸν ἔστι, οἷόπερ εἴωθε σφίσιν ἢ τὸ χρῶμα, μελαίνεται. καὶ ἐν μὲν τοῖσι ἀρχῆσι μελαινομένη, βάσανος αἱ κρίσιες εἰσὶν ἐν ἢ ὕστερον χωνεύσεται. Quæ sanè ex lib. 3. περὶ νούσων repetita videntur, vbi hùc in modũ scribuntur, καὶ ἢ καυσώδης λειχμώδης. διὰ τὸ ὑγρὸν πολλὸν, καὶ ἢ γλῶσσα πέφρικε. τὸ ἢ χρῶμα αὐτῆς, τὸ μὲν σφέτερον ὠχρὸν, οἷόπερ εἴωθε ξυμφέρον. φρίσσουσι ἢ ἄχρι ἂν σκληρωθῇ καὶ τραχυνθῇ, καὶ ταχυνθῇ, καὶ ὀπτιμελαίνῃ. ἐν μὲν οὖν ἀρχῇ ταύτῃ πάσῃ, βάσανος αἱ κρίσιες γίνονται. ἐν ἢ ὕστερον, χωνεύσεται. Quod autẽ de lingua nigricante ad celeriorẽ iudicationẽ dicitur, ex eodẽ libro deductũ est. Scribit enim in ἐπιτυμνίοις, ἢν ἢ γλῶσσα ξηρὴ, σφίσιν

ἢ τὸ χρόνιον μελαίνῃ· διὸ ὑφ' ὧν αὐτὸ ἐν ψυχῇ μελαίνεται, δίκαιον αἱ ἀπαλλαγαὶ διὰ ταχέων γίνεσθαι· διὸ ἧσσον ἀσθενὴς ἡ διάπλασιν ἔχουσα. Quæ etiam reperiuntur libello περὶ κρισίμων. Porrò quod ad literam attinet, duo exemplaria Regia manu scripta ἐν τῇ πεπερασμένῃ δεκάτῃ κρίσιν δηλοῖ legunt. Vbi κρίσις vt alias crebrò, tam eam morborum immutationem ex qua pernicies imminet, quàm quæ salutis spem concipit, innuere videtur. A

* *Comm. 1. in Prorrh.* † *Lib. 4. Metamorph.*

Linguæ bisulcum velut saliua alba obductum, febris remissionem indicat, eo quidem quod agnatum est crasso existente, eodem die, si verò tenuius fuerit, postridie, perendie quoque si adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam significatio est, si hæc circa summam linguam contingant, minùs tamen firma.

230 Γλῶσσα ταχὺ διχρουμένη ὥσπερ σίαλον λευκὸν καταλείφεσθαι, σημεῖον ἀνέσεως πυρετοῦ, παχέος μὲν ἐόντος τοῦ ἐπιγιγνόμενος, αὐθήμερον. λεπτοτέρου δὲ ἐς τὴν ὑστεραίην. εἰ δὲ λεπτοτέρου πρωΐ, τὰ αὐτὰ σημαίνει καὶ ἐπ' ἄκρου τοῦ γλώσσης γινόμενα. ἧσσον δέ. B

γλῶσσαν λευκὴν ὑπὸ φλέγματος, vt scribit Hippocrates. "Quæ igitur velut saliua quadam alba aut pituita obductæ sunt, remissionẽ febris significant, cùm defecerint febrium ardentium feruore ista appareant, velut restincto in corporis penetralibus incendio, ac humectato ventriculo, & humorum in vasis concoctione procurata, vnde linguæ ariditas & asperitas infuso quodam rore demulcetur. Ac quò crassior huiusmodi pituita ex tenui processerit, eò breuiorem fore remissionem, ex concocta magis morbi materia sperandum est. Atq; hic λεπτότερον pro minùs crasso sumitur, quemadmodum aph. 69. lib. 4. λεπτὴν ἔρον non ita crassum lotium dicitur, vt satis apparet ex libello περὶ κρισίμων, vbi ista aliis verbis repetuntur & valde vitiosè scriptis in nostris codicibus, quæ sic legenda sunt, πῶν τε οὖν χρὴ σκοπεῖν πρὸς τοὺς κρίσιας. καὶ εἰ μὲν τὸ διχρὲς ἡ γλῶττης, ὥσπερ σίαλον λευκὸν ἐπαλείφῃ, καὶ ἐν ἄκρῃ τῇ γλώττῃ ταυτὶ τὸ μεμιγμένον ἦσσον δέ· εἰ δὲ μὴ οὕτως ἔχοι, ἀλλὰ τὸ μὲν ἐπὶ πλείω τοῦτον ἀνέσις ἡ νόσου. διὸ δὲ ἐπὶ παχύτερον, αὔριον. διὸ δὲ ἐπὶ παχύτερον, ἀμβλύτερον. Hæc igitur ad iudicationes in considerationem adhibere oportet, & si linguæ bifurculum velut saliua alba obducatur, etsi in summa lingua hoc idem contigerit, minùs tamen. Si quidem igitur tenuia hæc extiterint, ad tertium diem morbi remissio expectanda, sin verò quid crassius, in crastinum, si autem adhuc crassius, eodem ipso die. Διχρὲς autem legit Galenus in Exegesi, & hunc locum subindicans, exponit, τὸ δίχρων, ὅπερ ἐν διχηλέσι ὀνομάζεται, velut biceps & bifidu, δίχρεια verò Erotianus ex lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον exponit τὰ διηρημένα εἰς δύο, οἷον δίχηλα καὶ δικέφαλα. Sed apud Hipp. δίκραιρα & δίκραιρον legitur, quemadmodum apud Galenum in Exegesi legendum existimo. Nam quod scribitur, τὸ αὐτὸ καὶ ἢ δίκρον δηλοῖ pro ἢ δίκρουν, δίκραιρον legendum censeo, nisi si cui ἡ δικρόα placeat. cum δικρόα etiam substantiuè reperitur. Dicitur autem δίκραιρον, bifidam, bifulcum, & δίκρανον, velut δικάρανον biceps, & τὰ δίκρανα ligna bifurcata. Hic autem variant exemplaria, cùm manu scripta καταλέπεσθαι pro καταλείφεσθαι legant, & ὠφέντος pro ὠφέλιμος. Quam lectionem secutus est Caluus, & ferri potest, si febrium ardentium transitum spectes. καταλείφεσθαι tamen malim ex libello περὶ κρισίμων. Vitiosi sunt etiam publicati codices, qui sententiam istam nullo sensu disparant, cùm coniunctè legenda sint omnia. "*Lib. 6. epid.*

Lingua tremula cum nariũ rubore & aluo humecta, si reliqua quæ sunt circa pulmonem nullam iudicationis significationem præ se ferant, malo est, ac celeres pernicioſas purgationes denunciat.

231 Γλῶσσα τρομώδης μὲν ἐρυθήματος δὲ ῥῖνας καὶ κοιλίης ὑγρῆς, τὰ δὲ ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα καὶ πλεύμονα, πονηρά, καὶ ὀξείας καθάρσιας ὀλεθρίους σημαίνει. I

Linguæ tremor animi facultatis summam imbecillitatem ac motionum ineficacitatem præ se fert, in phreniticis siccam cerebri intemperiem referens, interdum etiam ad profusam humorum abundantiam, cerebri facultates prægrauantem & neruos irrigantem consequens, non secus ac in reliquis membris oppressa onere animalis facultas, velut fatiscentibus viribus, tremebundas actiones obit. Decumbentibus igitur huiusmodi humoribus in ventris aluum, irritari aluus potest, præsertim si qualitate aliqua exterra vires acquisierint, nec in pulmonum cauitatem redundarint. Hunc enim in sensum accommodari posse videntur hæc verba. τὰ δὲ ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα καὶ πλεύμονα, vt in reliquis nulla pulmonis affecti significatio edatur. Possunt etiam ista ad peripneumoniam lethalem referri, hac notione, si in reliquis nulla circa pulmones iudicationis significatio extiterit, vt ἀσήμως ἀκείτως accipiatur, vt nulla salutaris iudicij aut melioris spei signa sese ostentent. Grauissima autem & maximè lethalis est peripneumonia, ad quam cerebri inflammatio velut quædam mali fit accessio. Eoq; sensu καθάρσιες ex quæ per sputa fiunt euacuationes sumentur, vt aph. 8. lib. 5. alioqui de iis quæ per aluum repurgantur intelligi possunt.

Lingua præter rationem mollis reddita, ac nauseabunda, cum sudore frigido, ab aluo liquida, nigræ vomitionis significationem affert. In his lassitudinis sensus malum denunciat.

232 Γλῶσσα παρὰ λόγον ἁπαλωμένη, καὶ ἀσώδης μὲν ἱδρῶτος ψυχροῦ ὅτι κοιλίη ὑγρὴ, μελαίνων ἐμέτων ὅτι σημεῖον. ὀκνώδεες δὲ τὰ τοιαῦτα κακόν.

Plena est obscuritatis sententia, tum ob insolentes, quibus hic author non raro vtitur, dictiones, tum etiam propter non satis artis legibus accommodatam signorum quæ hic adhibentur, disciplinam, sed quæ omnino ambiguam, nullam autem propriam affectuum speciem circumscribunt. Quæ veluti ramenta, quòd in hac tam multiuaria opera tam frequenter, quam non sine tædio, occurrant, nobis cum summo stomachi fastidio conuerrenda fuere, ac nisi quis probet, reuerrat licet, vt loquitur parasitus Plautinus. Mihi igitur accommodatè satis ad phreniticos referri videtur hæc sententia, in quibus non temerè resiccata lingua & aspera, mollis ac humescens, & tenui saliuatione obducta, non longè postea vomitionem affuturam prædicit. Adeò vt ista sententia mihi Prorrh. 31. exprimere videatur. τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖσι μὴ κατὰ ξύσιος πλυελίζοντα, μέλανα αἱμεῖται. Sed dictionis insolentia obscuritatem parit ἁπαλυομένη γλῶσσα dicitur quæ lenis est & mollis, aut humescens, velut asperæ, duræ, ac præ siccitate contractæ repugnans, & quæ humiditatis copia ac saliuatione imbuitur & tenerescit. Quò cùm impendente in phreniticis vomitu repente fiat, παρὰ λόγον ἁπαλωμένη dici existimanda est. Caluus debilitatam ac resolutam linguam dixit, ob eius mollem laxamq; habitantiã exoluto calore & spiritu, & motionis imbecillitatem, vt mihi videatur aliam secutus lectionem, & ὑπολυομένη potiùs quam ἁπαλωμένη legisse. ἀσώδης autem lingua, vt nouè dicitur, sic non temerè ad æstuabũdos ac nauseabundos ægros referatur, eaq; intelligi videtur, quæ nauseæ sensum sentit, & ex stomachi redundantia, vnde ventriculi os mordetur, fastidij plenitudinem, ac restagnantem in gulam tenuem saliuam cõbibit, indeq; ciborum gustum non percipit, affectis tertiæ coniugationis neruis & nimio humore perfusis. Ex coq; humorum morsu os ventriculi subuertitur, & in promptam vomitionem refunditur, dum æstuatione nauseabunda conflictatur æger, quæ ὄκνη dicitur. Sudor verò frigidus humoris vomitione refusi qualitatem indicat, vt & κατὰ ξύσιν, ac idem in nigrorum vomitu efficere potest κοιλίη ὑγρὴ τε κοπώδες. cùm sint communia morborum symptomata, propriam nullam affectuum notam hic circumscribunt, sed planè ambigunt, etsi commota & irritata bile flaua aluus, & lassitudinis affectio ex mordaci humorum acrimonia orta, ad phrenitidis causam aliquid leuiter addit. Fusis quoq; & liquatis per aluum humoribus, aut in habitum corporis compulsis, & à febre carnosarum partim humiditate consumpta ista oriri possunt.

Linguæ tremulæ quibusdam etiam aluum humectam nonnunquam reddunt. In his autem si nigricent, etiam mortem denunciant. Ac fortassis lingua tremula instabilem mentem & à sede constantiæ deturbatam significat.

233 Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι ἰσὶ καὶ κοιλίῃσι ὑγρῇσι ποτὲ πιέουσι. μελαινθεῖσαι δὲ ἐν τοιούτοισι, ταχὺ θάνατον σημαίνουσιν. ἤδη γε τρομώδης γλῶσσα σημαίνει δ' ἐκ ἱδρυμένων γνώμων. I

Sunt hæc phreniticorum symptomata, in quibus ob intensum calorem ac siccitatem, affecto neruorum principio, imbecillis reddita animalis facultas, tremulas actiones ac conuulsiones sentit. Ex eadem incendij intensione lingua nigricat & mens à sede constantiæ deturbatur. Hic autem meliùs quàm Prorrh. 20. assensionem sustinet, cùm inde tamen translatum videatur. Aluum etiam

etiam lubrica nihil habet hic commune aut proprium, vt superioribus sententiis est demonstratum, & quod tantatem euentus habeat ac nullam perpetuitatem (vt his verbis satis apertè ostenditur) ratis prædictionis legibus non comprehenditur. Potest quoque ob largam humiditatem & mollitiem linguæ imbecillitas & tremor fieri, vnde humiditate etiam imbutus ventriculus, aluum fluidam reddit, vt in balbutientibus accidit, aph. 32. lib. 6. Quod etiam repetitur in fine huius præsagij.

234 Αἱ δασσαι καλάξεσι, φρενιτικαί. Linguæ densæ & peraridæ, phrenitidé portendunt.

Prorrh. 3. repetitur hæc sententia, & eandem habet explanationem. Siue igitur δασείας γλώσσας. παχείας accipias ex Galeno, siue πυκνάς vt supra, siue σκληράς aut παχείας, vt in lib. περὶ νούσων, eandem tamen habeat ex resiccatione originem.

235 Ὀδόντας σωρεΐζειν ἢ τρίζειν, ᾧ μὴ σιώπησις ἐκ παιδίου, μανικὸν καὶ θανάσιμον. ἤδη δὲ καὶ ἀφρενέων ἐὼν ποιεῖ τοῦτο, πάντελῶς ὀλέθριον. ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας. Dentium collisio aut stridor, præter consuetudinem à teneris contractam insaniam ac mortem denunciat. Quòd si iam deliranti istud accidat, prorsus exitiale est. Quin & dentes resiccari perniciem denotat.

Habet hæc sententia ex Prognostico repetita artis theorematum communitatem. Nam quæ à consuetudine aut sanorum actionibus absunt, ea præter naturam fieri dicuntur. In febribus autem ista accidere inaudienda sunt, quod & in prognostico additur. Repetitur etiam in Prorrhetico his verbis, ὀδόντων τρίσις ὀλέθριον, οἷσι μὴ σιώπησις καὶ ὑγιαίνουσιν. σωρεΐζειν autem hic passim scribitur, quod dentes inter se committere aut contendere significat, cum σωρεύειν aut ξωρεύειν sæpe scribat Hippocrates, quod colludere & conferere dentes significat, indeq; ξωρέσεις ὀδόντων & aliquando ξώρεξις, cum dentes inter se conseruntur, concluduntur, & confirmantur, vt alibi scripsimus. Quod autem hic etiam de resiccatione dentium dicitur, in febribus subauditum, caloris intensionem denotat, velut aph. 53. lib. 4.

236 Ὀδόντος σφακελισμὸς ἀπόστημα τοῦ περὶ οὖλον ἡμόρροιον λύει. Dentis syderatio abscessum ad gingiuas enatum soluit.

Fit interdum vt gingiuarum abscessus corrupto dente qui exciderit, via puri inde facta, tollatur, idque præsertim si is dentis vitio contigerit. Interdum quoq; visu videtur euenire, vt quamuis dentis vitium abscessum non fecerit, tamen dens qui exciderit, leuiorem abscessum, velut pure liberatum, faciat, idq; in dies experimur in iis fluxionibus quæ ad dentium dolores consequuntur.

237 Ἐπὶ ὀδόντος σφακελισμῷ πυρετὸς ὀπισθήμυθος σφοδρὸς, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον. ἢν δὲ σώζῃ, ἕλκεα ἐκπυήσῃ. καὶ ὀστέα ἀφίσταται. Ad dentis syderationem vehemens accedens febris cum delirio, mortem minatur. Quòd si seruentur ægri, vlcera pus colligent, & ossa abscedent.

Dentium dolor cum à Caleno lib. pharm. καὶ πόν. in intensissimis doloribus numeratur tantam adesse febrem, vt delirium aut mortem minetur periculo proximum est. Vlcera autem purulenta ossa corrumpunt, vnde & sanies emanat, & testulæ ac squamæ excidunt, indeq; abscessum facere dicuntur. Codices manu scripti quidam. καὶ ἕλκεα ἐκπυήσῃ. ὀστέα ἀφίσταται legunt. Asulanus ἕλκεα καὶ ἐκπυήσῃ. Est autem σφάκελος aut σφακελισμὸς propriè ossis corruptio, rectéq; in dente ponitur.

238 Οἷσι περὶ τοὺς ὑπερῴους ὑγρὸν σύστασις ἴσχει, ὡς τὰ πολλὰ πύον. Quibus ad palatum humor colligitur, plærunque in pus vertitur.

Quæ ad internam oris cauitatem colliguntur & coeunt, ob natiuam oris humiditatem & temperiem, plærunque vel sine magno negotio in pus vertuntur. Hic autem συίστασθαι idem quod aliàs συρίφεσθαι & συλλέγεσθαι significat, vnde etiam συρροαὶ & σύριγμα apud Hippocratem. Sic lib. 2. περὶ νούσων, φλεγμαίνουσαι εἰς τὸν ὑπερῷον dicitur, quod in tumorem attolli & pus colligere vult.

239 Τὰ περὶ γνύας σήγματα σφοδρὰ, κίνδυνος εἰς ὀστέου ἀνάπλυσιν ἔλθειν. In vehementibus circa maxillas doloribus, periculum est vt os fluctuet.

Vt est hic author crebrò in obscuris ac impropriis dictionibus iactatus, ita quid hic ἀνάπλευσις ὀστέου indicet, non est facile explicatu. Maxilla inferior cùm ab Hippocrate inter rara ossa annumeretur, promptè pure imbuitur, fluitat, ac velut humore exundat, ex quo facilè corrumpitur. Huiusmodi igitur humoris in os redundantiam velut restagnationem, concepta pure ἀνάπλευσις ossis & fluctuatio sequitur, quòd veluti fluctuet & enatet pure redundans, aut quod subiecta carne corrupta demergatur (vt accipit præceptor Hollerius) ac veluti desidat, & cauum relinquat. Sic lib. 4. Epid. de vlcere exedente, indeq; corruptis dentibus & tandem excidentibus, οἱ ὀδόντες αἰέπλεον dixit Hippocrates, etsi alij ἀείπλουν legunt. Cornarius hic ὀστέου ἀνάπλυσιν ossis eductionem dixit, quod os pure erosum ac imbutum decidat & desquametur, ὀστέου λεπίδωσιν & φίλωσιν vocat Hippocr. lib. de fract. Caluus in os recurrere dixit, translatione ex propria nominis notatione sumpta. Hic porro ἀλγήματα, vt aliàs sæpe, pro ea dispositione quæ dolores infert, inaudienda sunt. Exemplaria manu scripta quædam Regia ἀρῶν pro ἰλιγγιῶν scribunt, minus rectè, vt opinor.

240 Χεῖλος συανωμένον σημαίνει κοιλίης χολώδεος καταῤῥῆξιν. Contractum labrum bilioſæ alui perruptionem denunciat.

Ista labri inferioris contractio oris ventriculi morsum ex humorum acrimonia denotat, quorum impetu irritata aluus in biliosam proluuiem prorumpere potest. Caluus istam labri contractationem superiori sententiæ connectit & συπόμενον etiam legisse videtur. In exemplari etiam quodam Regio manu scripto καταῤῥαγησόμενον καὶ καταῤῥαγομένου adscribitur. Quæ dictiones καταῤῥῆξιν explanant, vt satis apparet.

241 Τὰ ἀπὸ οὔλων αἵματα ὅτε κοιλίη ὑγρὴ, ὀλέθρια. Sanguis ex gingiuis cum humecta aluo profluens, perniciem minatur.

Sanguis ex gingiuis facilè & sæpius profluens, insignem cacochymiam & sanguinis vitium, aut oris putredinem denotat, non secus ac vitiatas gingiuas & oris fœtorem in lienis tumore annotat Hippocr. Prorrhetic. 2. Aluus verò humorum acrimonia irritata effundi potest sine vllo periculo. Potest quoque ad venosi generis imbecillitatem alui profluuium, velut hepaticum symptoma consequi, & malo esse. Caluus superioris sententiæ partem huic annexuit.

242 Πτυάλου ἀναχρέμψιες ἐν πυρετῷ πελιδναί, μέλαιναι, χολώδεες, ὀπισάσαι μὲν κακόν. ἀποχωρέουσαι δὲ κατὰ λόγον, χρήσιμον. In febre sputi excreationes liuidæ, nigræ, bilioſæ, subsistentes quidem malæ sunt, si verò pro ratione excernantur, vtiles.

Ex aph. 47. lib. 4. & 71. lib. 7. repetitur hæc sententia. Ex quibus pro ὀπισάσαι πάσαι legunt optimè quidam, etsi tamen hoc modo mihi constare posse sententia videatur, vt indicentur excreationes quantumuis malæ, si ritè & ordine, hoc est die critico ac prægressis coctionis signis, & cum ægri leuamento excernantur, vtiles esse & naturæ robur indicare, contra vero si subsistant.

243 Οἷσιν ἡμωδέα πύελα, καὶ βηξὶ ὑφίσταται, τούτοισι χρὼς ἐρυθραίνεται ὥσπερ ἄνθεσιμα. τοῖσι δὲ καὶ τελευτῆς πάχυνσις. Quibus salsa sputa cum tussi subsistunt, iis corpus velut efflorescentibus pustulis rubescit, ante obitum verò exasperatur.

Illud cùm valde sit arbitrarium,& in vno obseruatum,non rectè ad artis complexionem est traductum. Artem verò negabat esse [illegible] apud M.Tullium,nisi quæ cognitis penitusq; perspectis,& in vnum exitum spectantibus & nunquam fallentibus [illegible] constituetur.Neque (vt scribit Gal.Com.2.in Prorrh.) τὴν ἀπαίρων, ἀλλὰ τὴν ἢ διλωτικὴν, ἢ ὡς τὸ πολὺ γινομένων εἰς τὸν περὶ [illegible] μέλ. Potest autem ex humoris acrimonia & salsugine in thoracem à capite defluente tussis excitari, & huiusmodi sputum [illegible]. Ac deinde inualescente saccorum acrimonia & corruptela,suppressio sputo pustularum eruptio fieri,ac veluti in cutem efflorescere,vnde & cacochymia totum corpus occupat, deinde etiam atrophia,macies ac tabes. Ac ferè conuenit hæc sententia cum ea quæ postea in hoc præsagio adscribitur 443. Potest etiam istud de faciei colore accipi. Nam suppressa in pulmonibus materia & [illegible]calefacta,vapores in caput plurimi & acres sustolluntur,vnde facies rubet, in eaq; pustulæ postea excitantur & vlcera, quæ scabritie quadam sub mortem exasperantur. A

Exscreatio frequens, siquidem etiam aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

244 Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, ἢν δήπου καὶ ἄλλο σημεῖον κακοῦ, φρενῖτιν. B

Iisdem planè verbis scribitur Prorrh.6. & à Galeno definitis distinctionum cancellis circumscribitur. Nisi quod illic Galenus φρενιτικὰ agnoscit,etsi insolens est phrasis & absurda. Hic autem φρενιτικὸν constanter exemplaria omnia retinent.

Vocis defectiones cum virium exolutione pessimæ.

245 Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, κάκισται.

Ex Prorrh.24.& 96. huc est traductum.

Quæ breui tempore durant feroces mentis emotiones,malæ sunt& in ferinas euadunt.

246 Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασύτητες τῶν ἀκράτων, πονηραὶ καὶ θηριώδεις. C

Idem etiam ferè scribitur Prorrh.26.

Quos vox cum febre & absque vlla iudicatione deficit, ij tremuli intereunt.

247 Οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μὴ ἀκρισίας, τρόμοδες θνήσκουσιν. D

Ex Prorrh.91. huc est translatum hoc præsagium & paulisper immutatum. Illic nanque μὴ κρίσιν legitur,quod hic μὴ ἀκρισίας ex perpetuo exemplarium omnium consensu retinetur. Ἀκρισίαν igitur accipimus iudicationis defectum, aut quam κακὴν κρίσιν interpretatur Galenus, & μὴ ἀκρισίας idem quod ἀσήμως significat. κῶμα etiam in Prorrh. cum tremore additur, cuius hic altum vbique est silentium.

Vocis defectiones in febre quæ conuulsionis speciem præ se ferunt & in mentis emotionem cum silentio desinunt, perniciem ostentant.

248 Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι ἀσπασμώδεα τύπον, ἐκλιποῦσαι σιγῇ, ὀλέθριον. E

Eadem sententia repetitur Prorrh.54. iisdem penè verbis, nisi quod ἐξίστασθαι pro ἐκλιποῦσαι legitur.

Quibus voces cum dolore deficiunt,ij tandem nõ sine summo cruciatu vitam cum morte commutant.

249 Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

In Prorrhetico vt hîc quoque,ad præcedentem sententiam consequitur hoc præsagium.

Vocis defectiones cum virium exolutione,ac alto sopore quem catochon vocant,perniciem minantur.

250 Αἱ μετ' ἐκλύσιος κατόχους ἀφωνίαι, ὀλέθριοι.

Iisdem omnino verbis repetitur hæc sententia Prorrh.96. Illud autem κατόχους vt ambiguam habet notionem,ita præsagij sensum variat. Potest enim ad altè infixam pertinacem, nec facilè eluibilem vocis defectionem referri: potest quoque ad propriam catoches notationem, quæ cum virium exolutione & vocis defectione coniungitur, accommodari. Quem in sensum accipit Galenus in Prorrhetico,etsi non dubia alterius notionis significatio præsentiri potest. F

Confractæ voces post medicamenti purgantis potionem, considerandæ num prauæ sint. Horum plærisque tenues sudores diffluunt, & alui humectantur.

251 Αἱ κατακλώμεναι φωναὶ μὴ φαρμακείῳ, ἢ κακαὶ πονηραί; τούτων οἱ πλέστοι ἐφιδρῶσι, καὶ χολίας καταγλαίνονται.

κατέκλασαν de oculis dici solenne est Hippocrati in Prorrhetico & Epidemiis, pro palpebrarum peruersione,at de voce cum non sit ita vsitatum,quid per κατακλωμένας φωνὰς hic intelligatur, non est æquè explicatu facile. Quòd si quis κατάκλασιν vt & κατάλλωσιν ad distortionem ac peruersionem referat, velut κατηλαλημένας φωνὰς dictæ sunt Hippocrati, voces implicatæ, præpeditæ, ac ex distillatione in fauces interceptæ, tanquam peruersæ ac distortæ. Sic hoc loco κατακλώμεναι φωναὶ sumi posse videntur, voces confractæ, interruptæ, aut omnino peruersæ, cùm ex humorum defluxione in musculos laryngis, contensio conuulsiua aut propè resolutio indicatur,& vox ipsa intercipitur aut deficit. Quod certè non paruam periculi spem concipit, idque præcipuè si neruorum principium in consensionem adducitur. Aut etiam κατακλώμεναι φωναὶ intelligi videntur, voces ex spiritu in faucibus elisо intercisæ, velut abruptæ & effractæ, aut quasi interruptæ, subsistente videlicet inter respirandum & efflandum spiritu, idque propter summam resiccationem & musculosi generis conuulsionem,qualis in phreniticis apparet,aut etiam summam virium imbecillitatem.Sic in fullone phrenitide affecto lib.7.Epid. φωνὴ κεκλασμένη ponitur, & in Nicoxeno febre ardente laborante, φωνὴ κεκλασμένη cum summa virium exolutione. Sic enim σώματος ἔκλυσις δεινὴ additur. Et in Pherecyde cum magnis animi defectionibus φωνὴ κεκλασμένη scribitur. Quæ sanè præsentissimam perniciem denotant,& appetitæ mentis,aut instantis conuulsionis certissima sunt indicia. Sunt qui hanc dictionem ad querulam & gemebundam, aut suspiriosam vocem referant,velut offensante ac interspirante spiritu, vt κατακλώμεναι φωναὶ, κλαυθμώδεις intelligantur, de quibus tamen paulò post agetur. Alij elanguescentes & obscuras voces effractas intelligunt, velut quæ vix obaudiantur, ex iisque summam virium exolutionem concipiunt. Quæ certè sunt indubitatæ perniciei non leuia auguria. Ac si quis popularem loquendi vsum interponere cupit, quem Hippocrati valde vsitatum fuisse clamat Galenus, possunt, κατακλώμεναι φωναὶ intelligi voces quassatæ & quas vulgus Gallicum non malè quaisas vocat, quæque ex organorum resiccatione exasperantur,ac veluti conuoluto in faucibus sono refringuntur, vixque nec nisi turbatæ educuntur, & à planis & liquatis vocibus (vt est in Hostij carmine apud Macrobium) aut claro & defæcato earum sono deflectunt. Quod si à medicamento tanta resiccatio, aut etiam conuulsionis suspicio contingit,aut etiam tanta virium imbecillitas,vt animales motiones, eæque præcipuè quæ thoracem mouent & spiritum concipiunt restitent ac veluti earum actiones intercidant ad extrema ventum esse, summeq; appetitas vitalitatis arces censendum est. G

In vocis defectione respiratio velut iis qui suffocantur conspicuè elata & visui exposita, perniciem minatur. Animaduertendum etiam est num delirium prænunciet.

252 Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷ τοῖσι πνιγμώδεσι τοῦτο ἐστὶν, πονηρόν. ἢ καὶ γε τὸ παραφρονικόν. H

Prorrh.25. repetitum hoc præsagium, atq; illic à Galeno explicatum.Caluus exemplaribus deceptus πέσσειν πνεύματος genuinam significationem, & mirificè à Galeno multis locis celebratam, corrupit, & πέσσειν πονηρὸν vitiosè simul iunxit, cùm præsens malum dixit, quod etiam Prorrhetico retinuit.

253 Αἱ ὀκ

A 253 Αἱ ἐκ κεφαλαγίης ἀφωνίαι ἅμα ἰδρῶτι πυρετώδεες, χαλῶνται ἐπ' αὐτοὺς, αἰνίσσονται χρονιώτερα. ὑπερρηγνῶται τοιούτοισιν, ὀδυνηρόν.

In febre cum sudore, vocis ex capitis dolore defectiones, si per se resoluuntur ægri, ac præter voluntatem excrementa demittantur, malúmque remitti videatur, diuturni morbi metus est. In his subinde obortus rigor damnari non debet.

Paulò aliter ac meliore scriptione legitur hæc sententia Prorrh. 94. Cornarius ἐπανίσταται pro αἰνίσσονται legisse videtur, vt & in Prorrh. à Galeno inductus, contra tamē omnium quos videre licuit codicum fidē. Quorum consensum ex Galeni etiā sententia secuti sumus.

B 254 Αἱ μὴ ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι.

Vehementes insaniæ cum vocis defectione, perniciem intentant.

Huiusmodi vocis defectiones neruorum principium valde appetitum, & calidi extinctionem significant. Exemplaria quædam manu scripta regia pro ἐκστάσιες ἀστάσιες legunt. Quam lectionem ex membranis Vaticanis secutus videtur Caluus cùm (consistere) dixit. Melior tamen est vulgata lectio. Nam quænam concrementa intelligantur non satis est expeditum.

C 255 Αἱ τοῖσιν ὑπερρίγεσιν ἀφωνίαι, θανάσιμον. Εἰσὶ δὲ κεφαλαγίαι ἢ τοιῶνδε ὑπιδρόων.

Vocis defectiones rigore subinde correptis lethales, feréque ij capitis dolore conflictari solent.

Vocis defectiones quæ ex appetito neruorum principio prodeunt, maximè suspectæ sunt, præcipuéque in febribus. Capitis igitur dolore conflictari ferè consentaneum est, vnde & origo indicatur, istáque potior est vocis huius ὑπιδρόων significatio, quam quæ mali moderationem in maxima pernicie designet.

D 256 Αἱ μετ' ἐκλύσεως ἀφωνίαι, ἐν πυρετῷ ὀξέϊ αἱμορρώστι, εἰσὶ μὲν θανάσιμοι, ἧσσον δ' ἢν ἐφιδρώσωσι, χεῖρον δ' σημαίνει. ἴσως δ' ἂν καὶ ἐξ ὑπιδρόων παθόντες τοιοῦτον, ἀσφαλέστατοι. ὀλεθριώτατοι δ' αὖ τοιούτων, οἵσι τὰ ἐκ ῥινέων, καὶ οἷσι κοιλίαι καταῤῥαίνονται.

Vocis defectiones cum virium exolutione, in acuta febre sine sudore, sunt quidem lethales, cum sudore verò minùs, ac temporis diuturnitas significatur. Ac fortasse quidem quibus ex morbi reuersione tale quid contingit, securissimè habent. Ex iis autem maximo in periculo versantur, quibus sanguis ex naribus perfluit, & alui effunduntur.

Videtur hæc sententia conuenire cum superiore 253. eiusque veluti esse explicatio quædam, præsertim si χάλασις ἐπ' αὐτοὺς αἰπὴ τ' ἔκλυσιν sumatur, & pro ἐπανίστατα ἐπανίσταται legatur, & τὰ ἐπαναρχόμενα πνεύματα intelligantur, quam notionem etiam indicat Galenus in Prorrh. Alioqui in acuta febre eruditoris succi magna copia cum virium exolutione & vocis defectione non minimum suspectæ est. Sudor autem cùm humoris abundantiam indicet, & iudicationis alacritatem præ se ferat, malum non temerè mitigat, & leniendo producit, præsertim affectis iam viribus, naturaq; ad solutionis impetum fatiscente. Qua ex occasione in morbi reuersione pessimè habent, quos planè iam profligatis viribus, sanguinis ex naribus excretiones, aut alui effusæ prorsus è medio tollunt. Profluentibus autem sudoribus & malum paulisper alleuantibus, in morbi recursu securissimè habuerunt. Pro ἀσταλίσατοι membranæ quædam scriptæ ἀφελέσατοι legunt, quas secutus est Asulanus, eadem propè notione. Hæc enim dictione significantur integerrimè, perfectissimè, & valde moderatè se gerentes. Cornarius in hac sententia legisse videtur, ἧσσον δ' τῷ ἐξιδρώσῃ, contra omnium quos adhuc videre licuit exemplarium fidem, atque etiam ipso refragante sensu.

E 257 Ἡ ὀξυφωνίη κλαυθμυρώδης, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, ἀσπασμώδες. ἢ ἐς τὰ κάτω πόνοι τοιούτοισιν δύφορον.

Vox acuta eiulabunda, ac oculorū hebetudo, conuulsionem minantur. His dolores ad inferiores partes demissi, toleratu sunt faciles.

Damnatur Prorrh. 47. ὀξυφωνίη κλαγγώδης. vbi & κλαυθμώδης legi annotat Galenus, vnde hæc sententia deducta videtur. Vox autē acuta obaudienda est quæ in febribus ob instrumentorum voci destinatorum resiccationem contingit, vnde voces stridulæ & eiulabundæ, aut planctum referentes pendent, vt scribit Galenus, intensione ac remissione modo disparatæ. Accedens quoq; oculorum hebetudo periculum auget, ac prostratam cerebri sensationem arguit. Atq; ex his non temerè conuulsiones portenti denunciantur, quas leuiter alleuare possunt dolores ad inferiora demissi, ex μεταστάσεως ratione, quod ex fine Prorrh. 114. huc videtur translatum. & paulò post reperitur. Exēplaria quædam ἡ ξυμφωνίη κλαυθμώδης legunt vitiosè, vt apparet ex codicū pluralitate & Galeni authoritate.

F 258 Ἅμα φωνῇ τρομώδει, λύσις κοιλίης ὠφελήσῃ, ἐν τοιούτοισι διεγηκόσι χρονίοισιν ὀλέθριον.

Alui solutio quæ præter rationem accidit, cum voce trémula, in his diutius perseuerante perturbatione pernicies intentatur.

Vox tremula animalis facultatis imbecillitatem ac instrumentorum vocem concinnantium intemperiem siccam plerunque consequitur, vnde & phrenitis & conuulsio frequenter imminet. Temeraria autem ventris solutio & quæ præter rationem accidit, vt nec malum soluit, ita ex Hippocratis disciplina, communi τῶν ὠφελούντων, ἢ ἀκρίτως, ἢ ἀσύμφορα ῥιζούντων decreto conuellitur. Quinetiam quæ diutiùs perseuerat, velut noua morbi accessione, perniciem auget, ægrumque conficit, & alioqui in præcipitibus ac vehementibus malis plærunque suspecta est. Illud autem ἐν τοιούτοισι διεγηκόσι χρονίοισιν non leuiter mihi suspectum est, etsi in eo retinendo magnus est omnium codicum consensus.

259 Αἱ πυκναὶ καὶ παραπαίουσαι ἀφωνίαι ξυμπεσοῦσαι, φθινώδεα ποιέουσι μάλιστα.

Crebræ & quæ cum sopore quodam consistunt vocis defectiones, tabem denunciant.

G Æquius est conuulsionem suspectari ex Prorrh. ὁρᾶν γὰρ καὶ αἱ μὴ κατὰ φρένα ἀφωνίαι ἀσπασμώδεις αὖται; Etsi magna frigidi atque humidi in cerebro coaceruatio soporem inducens, & in demissas faucium partes illabens, vocem intercipiens, longa & diuturna defluxione thoracem consumens, tractúq; temporis vitium acquirens, tabem creare potest.

H 260 Πνεῦμα πυκνὸν μὲν καὶ σμικρὸν ἐὸν, φλεγμονὴν καὶ πόνον, ἐν τοῖσι καιρίοισι τόποισι σημαίνει. μέγα δ' καὶ βραδὺ πολλῷ, ὠφελέει μᾶλλον ἢ ἀσπασμόν. ψυχρὸν μὲν θανάσιμον. θανάσιμον δ' καὶ πυρετώδες καὶ λιγνυώδες πνεῦμα. ἧσσον δὲ ψυχρόν. καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον, σμικρὸν δ' εἴσω. καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δ' εἴσω. κάκιστον δὴ καὶ πλησίον θανάτου. καὶ τὸ σκληρὸν καὶ κατεστραμμένον, καὶ ἀμαυρόν. καὶ διπλῆ εἴσω ἐπισπάκλησις ὁποῖον ἐστὶ σπασμωδέων. εὔπνοια δ' ἐν πᾶσιν, ὁκόσα ἐν πυρετῷ ὀξέϊ, κλιμακτῆρσι ἐν τεσσαρακοντάταις ἡμέρῃσι κρίνεται, μεγάλην ἔχει ῥοπὴν ἐς σωτηρίην.

Spiratio frequens quidē & parua, aut inflammationem aut dolorem principaliū partiū indicat, magnæ verò & ex longis interuallis deliriū aut conuulsionē. Et frigidus quidem spiritus lethalis est, mortē quoq; affert febriculosus & fuliginosus, frigido tamē minùs. Et magnus quoq; foras expiratus, paruus verò intrò, & paruus foras, magnus verò intrò. Pessimus quidem ad mortemq; proximè accedit, & qui protensus est ac vrgens, & obscurus, duplicataq; intrò reuocatio, qualis inspirationem cōduplicantibus. Facilis autem spiratio in omnibus morbis qui cum febre acuta infestant, & in quadraginta diebus iudicantur, magnum habere ad salutem momentum existimanda est.

Ad hanc ſpirationis collectionem quicquid vſquam eſt ab Hippocrate in genuinis eius libris de hac tractatum, huc non tam adhibetur collatum, & ex Prognoſtico & Epidemiis ſufficiebat eſt ſententia: vt planè inde noſſi videatur huius Præſagij author ingenium ſuum prodere, & ex vndique corrogatis ſententiis, hos veluti centones condere. Atque huius ſententiæ initium vt eſt ex Prognoſtico tranſlatum, ita originis fidem non vſquequaque retinet. Nam cùm in Prognoſtico ſpirationis crebræ caput ſolum propoſuiſſet, indéque duplicem coniugationem elici poſſe ſpem faceret Hippocrates, hoc totum in vnam coniecit huius præſagij author & in frequenti & parua ſpiratione ſpectari contendit. At verò Galenus libris περὶ δυσπνοίας iſtam Prognoſtici ſententiam accuratiſſimè explicans, tota mente contendit, crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, aut ei conſenſionis iure confœderatarum, dolorem aut laborem ſignificare, magnam quoque & crebram earundem partium incendium denotare. Nec ideo tamen quæ hic proferuntur velut ab Hippocratis inſtitutis aut Galeni mente aliena explodenda ſunt. Sed latius inuestiganda, & ad totam de difficultate ſpirandi tractationis normam expendenda ſunt. Itaque quod in Prognoſtico vniuerſali morū notione de crebra ſpiratione ad magnam & paruam collecta reponitur, id ipſum hoc loco quodammodo faceſſam, & in vno defectum, in altero B ſpirationis membro, alia tamen ratione, ſpectandum exhibet, videtúrque hic author velut fuco facto teſtatiſſimam illam Prognoſtici ſumptionem imitari velle. Et certè iis qui ſunt in tractatione Galeni de ſpirandi difficultate abunde verſati, fatis eſt vim cognitum, crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, & ſpirationem ipſam concinnantium laborem & angustiam, interdum etiam dolorem denotare. Phlegmonem quoque earundem partium, & laboris ac anguſtiæ ratione ſubindicari, velut in peripneumonia ac pleuritide laborantibus ſatis eſt teſtatum, dum phlegmonem pro tumore præter naturam duro & dolorem inferente obaudiamus, non quemadmodum in Prognoſtico, pro partium incendio & exæſtuatione, quam φύρωσιν aut φλόγωσιν vocat Galenus: ſic nanque magna & crebra ſpiratio induceretur. In hanc ergo crebræ & paruæ ſpirationis ſpeciem variæ affectionum formæ concludantur, quas τῶν καμείων τόπων, hoc eſt principalium partium denominatione comprehendit: in Prognoſtico verò earum dignitatem ſepti tranſuerſi limitibus circumſcripſit, & partes ſepto tranſuerſo ſuperiores vocauit. At ſanè videtur earum dignatio longè latéque ſparſa, primùm ad omnes ſpiritus vias redundare, & ad ipſam præcipuè ſpirationis officinam, & quæ ipſam C conſtant inſtrumenta, referri, velut ſunt pulmones, aſperæ arteriæ, totus thorax eiuſque capacitas, & quæ ſepto tranſuerſo circunſcribuntur: deinde verò communionis quadam ratione ad eas etiam partes ſpectare, quæ ſpirationis velut ſunt adminiſtræ, & in ſpirandi munere primis illis partibus quodammodo ancillantur. Quo in numero accenſentur ventriculus eiuſque oſculum, hepar, lien, peritonæos tunica, colon, tenuium inteſtinorum pars ſuprema, & hypochondria contegentes muſculi. Quibus partibus laborantibus crebram & paruam ſpirationem effici ſcribit Gal. multis in locis libris περὶ δυσπνοίας, præcipuè vero lib. 2. vbi de earum quoque inflammatione agit, eam adeò locum ſuis verbis adſcribam: ἐὰν γὰρ ἤτοι τὸ ὑπέζωκα, ἢ τὰς πλευράς, ἢ τι τοῖς τοιούτοις ἐν τῷ φάρυγγι συνίσταται τῷ φλεγμαίνειν, ἢ ἄλλο τοῦ μικροῦ ἢ πυκνοῦ ἕξει αἰσθάνεσθαι, ὡς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὑπέδειξεν ἡμῖν λέγων, γράφει δὲ καὶ ὧδε ἔξωσεν Ἱπποκράτης, ὅτι τὸ ἐν δυσπνοίας εἶδος, ἐστὶ τοῦτο ὅταν ὀξὺ πάνυ ἐγγένηται. πολὺ γὰρ ἔοικε τοῦτο τὸ δυσπνοίας εἶδος, ἐκ τῆς ὑπὲρ ἡμέρας ὑγιαίνειν, ὅτι τε περιπνευμονικῶν καὶ πλευριτικῶν, καὶ σπασμῶν γλώσσης, καὶ πάντων ἁπλῶς εἴ τι κρεμᾶται ἢ τάρακτα ἢ πνεύματα φλεγμαίνῃ. καὶ ἢ πατάγῳ ὁ φλεγμονὰς, καὶ μάλιστα τοῖς κρεμαστοῖς, καὶ τοῖς τὸ ὑπέζωκα τεταμένοις, ἢ τοῖς τὸ περιτόναιον, τὸ δὲ τοιοῦτον εἶδος ἔστιν ὅταν τὸ δυσπνοίας, μᾶλλον δὲ τὸ ἐν ἀγχόνῃ τε καὶ στάσει γινόμενον αὐτῷ, ἐν οἷς ἢ ὑγρὸν ἢ πνεῦμα ἢ αἷμα ἐπισχόμενον, ἢ αἱ φλέβες αὐτοῦ, τόποις ἅπασι μικροῖς καὶ πυκνοῖς γίνεται τὸ πνεῦμα. πολλάκις δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐντέροις τὸ ἔμφραγμα τὸ λεπτὸν, καὶ μάλιστα τὸ κατὰ τὴν ἴλιγγα τὸ καλούμενον τὸ ἄνω, μᾶλλον φλεγμαίνοντα, δυσπνοΐαν ἔστιν ἀναγκάσαι ἢ αὐξῆσαι. φλεγμονὴς γὰρ ἐνεγενήθη, τοῦ σπλάγχνου ἢ θερμοῦ καὶ ὑδατώδους ὄγκου, καθάπερ τῷ ἐρασιστράτῳ καλοῦσι ἕδος ὕδρωπος καὶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς πᾶσιν, ἐπεὶ ὅπου γε τοῖς φλέγμοσιν οὔτοι ὀνόματι χρῶνται τοῖς παλαιοῖς, οἷσιν ὑγιεῖς ἀγνοῦ. λέγω δ' ἐν τῷ περὶ τόπων λέγω, ἐν οἷσι τοῖς ὑγιεινοῖς, καὶ ζωὴ νοσημάτων λεκτέοισιν, ἢ πάσαις, ἢ σπάνιον, ἢ πᾶσιν τοῖς κυσίν, καὶ τοῖς προχάσκουσι μικρὸν, ἢ πυκνὸν γίνεσθαι τὸ πνεῦμα, ἢ κατὰ τὸν φάνιν, πᾶσι ἴσοις γεγενῆσθαι τὸ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. ὥσπερ γὰρ ἢ τοῖς ἀδρωπικοῖς, ἢ τοῖ. πνευματώδεσι, ἢ τοῖς ἐμπύοις, ἢ οἷς ἡ ἀρχὴ διέστραπται μεγάλως, ἢ εἰς ἀπύητων φυμάτων σύστασις, ἢ ἐν θώρακι, ἢ ἐν πνεύμονι, ἢ ὅλως ἅπασιν εἰς σκίρρος, ἢ ἄλλος τις ὄγκος ἀξιόλογος ὅταν δὴ τῶν προειρημένων μορίων ὅτιν ἁπάντων, μικρὸν ἢ πυκνὸν ἀναπνεῖν ἀνάγκη. Nam ſi pectus, aut latera, aut ea quæ ſunt circa iugulū & fauces, aliqui inflammatione tentari contingat, atqui ideireo paruam & crebrā ducere ſpirationem ex neceſſitate, velut priore libro eſt demonſtratum, Hippocrates neq; difficilis reſpirationis genus, neq; prorſus quod difficulter ſpirabat, adſcribendum duxit. Frequens enim eſt hoc difficilis ſpirationis genus, & ferè E quotidie cernitur in peripneumonia & pleuritide laborantibus, & in angina, ac in omnibus ferè quibus aliquid circa thoracem & pulmonem inflammatione tentatur. Quin & ad hepatis inflammationē, præcipuéq; gibbarum partium, & ad lienis, maximéq; ipſius capitis, & peritonæi inflammationem eiuſcemodi difficilis ſpirationis ſpecies conſequitur. Sed & quibus ventriculus inflammatione laboret, magisq; ſi eius oſculum & ſtomachus, & quibus membrana aliqua, aut ex muſculis qui ſunt circa hypochondria, aut ipſum ſeptum tranſuerſum fuerit inflammatum, iis omnibus parua & crebra fit ſpiratio. Sæpe vero aliquod etiam ex tenuibus inteſtinis, eaq; ex his, quæ circa ieiunum ſunt, & ſuprema coli inteſtini partes, valde inflammatæ, ita difficilem ſpirationem induxerunt. Phlegmones nomine nunc intellecto duro, calido, & dolente tumore, quemadmodum Eraſiſtratus vocare conſueuit, & recentiores medici omnes, quandoquidem veteres φλόγωσιν hoc nomine donaſſe nemo ferè eſt qui neſciat. Demonſtratum vero eſt ſuperiore libro quam ob cauſam aquā inter cutem laborantibus, aut iis qui ſe potu aut cibis ingurgiterunt, & prægnantibus, iiſque qui ventre ſunt prominulo, parua & frequens inde ſpiratio, atque in vniuerſum loquendo, iis omnibus qui in reſpirationis inſtrumentis anguſtiam aliquam ſentiunt. Hunc enim in modum & anheloſos & pulmonarios, & ſuppuratos, eóſque quibus ſpina dorſi vehementer diſtorta eſt, aut quibus cruda tubercula, aut in thorace aut in pulmone coaluerunt, ac in totum eos omnes quibus tumor aliquis indolens (ſcirrhum vocant) aut alius aliquis tumor effatu dignus in quacunque prius commemorata particula exiſtit, paruam & crebram ſpirationem ducere neceſſe eſt.

μέγα δ' ἢ ἀραὶ πολλὰ] Hoc ex Prognoſtico deſcriptum luculentam habet Galen. explicationem libris de diff. ſpirandi: ſed nec vtrobique conuulſionis vlla eſt mentio. Et cuiuis in hac ſpirandi tractatione vel mediocriter verſato ſatis eſt perſpectum, conuulſioni eam ſpirationem attribui, quæ intercisa, eliſa, offenſans, intro reuocata aut retracta dicitur, & à Gal. abunde iis libris tractata, à nobis etiam ex illius mente lib. 2. epid. & lib. 1. in Philiſco fuſiſſimè explicata. Quin & placitum 68. lib. 4. propriam conuulſionis ſpirationem his verbis ſatis indicat: ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακὸν, ὁκόταν γὰρ σπασμὸν σημαίνῃ. Quod etiam multis in difficultatis ſpirandi tractatione docet Galenus. Quod igitur hic ſcribitur magnam & raram ſpirationem deliriū indicare id & Hippocratis & Galeni monimentis eſt teſtatum. Quinetiam ſcripſit Celſus, vbi quis rarò & vehementer ſpirat, inſania timenda eſt. Verum conuulſionem ea ſpiratione indicari, neque eſt perpetuum, neque Hippocratis doctrinæ admodum conſentaneum. Vt igitur in hoc incondito & tumultuario opere multa ab authore è germanis Hippocratis fœtibus eruta, non ſatis aptè ſunt collocata, ita & hic conuulſio delirio addita ab eo videtur, quòd ſenſerit Hippocratem in quibus coniunctam delirio conuulſionem ſignificare voluerit, magnæ & raræ ſpirationi πνεῦμα ἀναγκαζόμενον ἢ ἀνεπαισχύντον addidiſſe, vt vtroque affectu pariā momenta faciente, ſua cuique peculiaris nota adderetur. Quod in tota Hippocratis theoria & verò Epidemiōn πραγματείᾳ eſt ſolenne. Illic enim ex tanto ægrorum numero, in ſolo Philiſco & Dromeadæ coniuge, magnæ & raræ ſpirationi proprio quodam modo delirium denuncianti, huius interciſæ ſpirationis notas addidit, vt vtriſque affectibus per totum morbum inualeſcentibus, eorum per ſpirationis notas ſigna ederentur. Nam etſi conuulſionum in Philiſco altum eſt omnino ſilentium, eas tamen non leuiter ſuſpectari docuimus noſtris in lib. 1. epid. annotationibus. Atque (quod ſemel finiam) vt mihi videtur magna & rara ſpiratio delirij eſſe propria, quod non omni ſed ſoli conueniat, ita ad conuulſionem interciſa ac intro reuocata ſpiratio affecta eſſe videtur. Non enim omnem conuulſionem indicat, cùm multi conuulſionibus tentati, nullam talis ſpirationis ſignum ediderint, vt cuiuis notum eſt ex ægr. 4. & 8. lib. 1. epid. & ægr. 4. lib. 3. & 11. & 14. lib. 3. poſt ſtatum peſtil. Sed quibus eliſa huiuſmodi ſpiratio adfuit, eos conuulſionibus expoſitos fuiſſe eſt credibile, etſi non eſt ſemper ab Hippocrate expreſſum, vt in Philiſco & Lycia ſuſpicari licet.

ἀγχόνην μὲ θανάσιμον] Alterum difficilis ſpirationis genus indicatur, quod parua & rara ſpiratione continetur, vt ſcribit Gal. lib. 3. περὶ δυσπνοίας, vbi hunc locum ex Prognoſtico petitum luculentis verbis explicat.

θανάσιμον δ' ἢ πυρετῶδες] Etſi febrile intus conceptum incendium ſpiratio iſta indicat, tandémque calidi natiui extinctionem affert,

fert,non ita tamen præsentem perniciem ac frigida spiratio præ se fert,quæ iam in propinquo exitium adesse significat,quod his verbis in Prognostico innuit Hippocrates, ὀλέθειον κάρτα ὅδε γίνεται vt scribit Galenus lib. περὶ δυσεντερίας, febrilem autem & fuliginosam spirationem eam esse quæ ex fuliginoso & crasso intus incendio ac terrestri materia exhalat,& flammæ instar acris est, mordet & exæstuat,tandemq; calidum natiuum depopulatur,& minus noxiæ quam frigidus spiritus affert.Eaq;spirationis species per θερμὸν πνεῦμα in epidemiis denotatur,vtq; frigidæ opponitur,ita magnam, crebram & velocem spirationem designat. Quæ omnia indicantur à Galeno his verbis lib.1. περὶ δυσεν. ἀ γὰρ δεῖ αἰσθάνεσθαι τε καὶ λιγνυώδη καὶ καπνώδη περιττώματα καλοῦμεν, ὅτι τῷ ἐν θερμασίᾳ γίνεται, γίνεται εἰσὶ ταῦτα πάντα, καὶ δεῖ ὑμᾶς τοῦτο τῷ θερμῷ, καθάπερ καπνὸς τῷ πυρί. φαίνεται γὰρ ἐναργῶς ὑπὸ τούτου δεικνύμενα πάντα τὰ λιγνώδη τε καὶ καπνώδη τῆς ὕλης ἀπολειπόμενα. εἰ δὲ εἰκὸς ὕδρα, δεδίχθω μὲ εἰς ἑαυτὰ τοῦτο τῷ πυρὸς δυνάμιν, ὑμῶν πάντα γε ὑπ' αὐτοῦ κεκρατεῖσθαι. φλὸξ γὰρ οὐ γίνεται ἐγχρήμ. ἐκ τοῦ ἐν καπνός. ὥστε εἴπερ θερμασίας καπνώδες ἐν τοῖς σώμασι τῶν ζώων πλεονεκτήσῃ, τοῦτο ἐκπνοὴν λίαν μεγάλην τε ἅμα γίνεσθαι καὶ ταχεῖαν, ἐκ οὗ ἀμαύρωσιν. δηλοῖ δ' ὅτι ἐκ τοῦ δυνάμιν ἐρρῶσθαι καὶ γλωσσαῦτα, καὶ μὴ ὀργάνων μηδὲν πεπονθέναι. Quæ enim velut in fauillas conuersa, & fuliginosa, & famosa excrementa appellamus, in caloris genere, ea omnia terrestria sunt ac veluti semicocta ad calorem irritatum relata, quemadmodum fumus ad ignem.In eo enim manifestè apparent acria omnia,& calida,& fumosa materiæ recrementa,quæ quidem ostendunt susceptam esse in scipsa ignis vim,non tamen omnia ab ipso esse superata. Sic enim flamma euaderet, neque adhuc fumus esset. Quare vbi fumosa caliditas in animantium corporibus redundarit,si quis expirationem simul magnam & velocem fieri dixerit,non vtique errauerit. Constat autem & tunc facultatem integram esse oportere,nullumque instrumentum male affectum.Caluus pro λιγνυώδης, λυγμώδης etiam & ἀχνυώδης legisse videtur, nullo nostrorum codicum consensu.

καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεύμονος] Hic explicantur complexæ respirationis differentiæ,quæ κατὰ διάστασιν spectantur, vt scribit Gal. & inspiratione & expiratione continentur,& in spiritus magnitudine aut paruitate concluduntur. Et hæ quidem ex libris epid.petitæ. hic integræ supponuntur, etsi altera parte diminutæ adscribuntur lib.2. epid. Verùm illic integritas ex lib.6. & Gal. lib.3. de diff. spir. reposuimus. Quibus ex locis huius loci explicatio petenda est.

καὶ τὸ ἐκτεῖνον] Aliæ sunt respirationis differentiæ quæ ad motionem referuntur,& in velocitate ac tarditate spectantur, ex lib.2. epid. translatæ,& illic à nobis ex Galeni sententia explicatæ.Quod autem in omnibus exemplaribus δὲ ἀμαυρὸν adscribitur, id valde perplexum sensum facit. Ad ἐκτεῖνον relatum tardam respirationem & protensam, obscuram quidem esse significabit, ideóque tanquam valde suspectam damnabit,cum ferè huic rara & parua spiratio coniuncta sit, indéque calidi natiui extinctio fuminaque perfrictio denotetur. Quod si ad κατατεῖνον referatur, aliam habebit notionem, & ad extinctionem progressum signiñcabit, & pro vsus necessitate præsentissimum adesse exitium, velut in præfocatis ac strangulabundis, & præcipiti virium lapsu, aut extrema partium vitalium & caloris natiui refrigeratione moribundis accidit, καὶ ταῖς καλουμέναις ἀπνοίαις, ἢ ὑστερικῶς πνιγμοῖς. in quibus ἄσημον πνεῦμα adesse scribit Hippocrates & Galenus σμικρὸν καὶ διάστασιν ἔχοντα exponit in fine lib.3.de diff. spir. Atque in hunc modum τὸ ἀμαυρὸν aut obscuram spirationem præ se feret, quod (vt scribit Galenus) ὅσα μὴ διάστημα σαφῶς πνεύματος, μηδὲ ἔχειν ὑμῖν κατάδηλα, ταῦτ' ἄσημα καλοῦσιν ὁ Ἱπποκράτης, εοὺς spectare videntur exemplaria quæ ἐκ ἀμαυρὸν leguntiaut certè extinctionem & languorem significabit,quo in sensu ἀμαυρὸν etiam ponitur,& præsentissimum exitium denotabit.Caluus ἀμαυρὸν nigricantem spiritum dixit,non explicata satis ratione,quod ἀμαυρὸν de obscuro & fusco dicatur:nisi si caliginosam ac fuliginosam ideoq; obscuram & fuscam spirationem intelligit,quæ ex plurimis fuliginosis incensis excrementis ducitur,& quæ paulò ante explicata est magnumq; & velocem spiritum facit. Præceptor Hollerius ἐκτεῖνον πνεῦμα de longo & producto spiritu accipit, qui longius protenditur & per quæ tam media inspiria educitur, vt & ἀμαυρὸν, de obscuro & adeo paruo, vt ferè nullus appareat. Cæterum hanc scriptionem hoc modo distinximus, ac exitij præsentiam huic sententiæ addiximus,refragantibus reliquis exemplaribus,cum priori sententiæ tam certò intenta pernicies iure accommodari non posiit. Etenim quæ magna est intrò spirario & foris parua,cùm calidi natiui intensionem,& fuliginosi recrementi defectum indicet,vt scribit Galenus lib.1. περὶ δυσεν. tam præsentem mortem intentare nequit. At sanè cùm tam operosa sit harum vocum explicatio, quòd & in epidemiis, vnde ferè cætera desumpta sunt, earum sit altum silentium, & verò hoc loco perplexa significatio: per quidem mirum videatur, in spirationis tractatione, ex hoc præsagio locos istos non fuisse à Galeno pertractos, nisi ii in eam cognitionem reiectos fuisse arbitramur, in qua eorum quæ Hippocrati attribuuntur quæstionem exercere posse sperauerat, quod in his quæ ad difficultatem spirandi attinent omninò instituerat,vt scribit extremo lib.3.de diff.spir.

διπλῆ ἐπισπαστικὴ] His verbis altera spirationis inæqualitas,quæ interrupta,elisa ac desinens dicitur,comprehenditur, & in vtraq; spirationis parte spectari debet,etsi inspirationis modò scriptor meminerit,vt fusissimè scripsimus nostris in lib.2. epid. Commentariis,vbi huius loci ex Galeno explicationem attulimus.Quorum verborum sensum ad Hippocratis mentem non satis aptè mihi videtur accommodasse Caluus, cùm duplo maiorem spiritum si includatur, quam si expiretur, dixit. Etenim tam in inspiratione quàm expiratione elisionem ac offensionem illam spectari iubet Hippocrates,vt ex Galeno libris περὶ δυσπν. satis est manifestum.

ἄπνοια] Hic locus ex Progn.repetitus inde etiam explicationem sumere debet, & ex Galeno lib.3. περὶ δυσπν. Meliore autem notione scribitur in Prognostico,quæ huc referri debet.

261 Τράχηλος σκληρὸς καὶ ἐπώδυνος, καὶ γλουτῶν σιώδεσις, καὶ φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ἰσχυρὸς, καὶ τενόντων ξύντασις, ὀλέθειον.

Ceruix dura cum dolore,& maxillarum connexio, ac iugulariũ venarum palpitatio vehemens, cum tendinum distensione, perniciem minantur.

Sunt hæc plethorica symptomata,& perniciem ferèque conuulsionem minantur, præcipuè verò si ista affecto neruorum principio contingant, non ex singulari aliquo partium affectu, vt scribit Gal. Com.1. in Prorrh. Præcipuè verò cerui cis musculorum phlegmone denotatur hoc placito, & musculorum temporalium conuulsio, vnde maxillæ inferioris consertio fit. παλμὸς autem phlegmonis magnitudinem indicat,ex aspectabili arteriarum percussu, διὰ τὸ σφυγμῶδες, vt in Prognost. & aphor.21. lib.7. Sic enim παλμὸν διὰ τὸ σφυγμῶδες apud Hippocratem sumi scribit Galen.in Prorrh. ξύντασιν autem τενόντων neruosorum tendinum distensionem intelligit, qui à temporalibus musculis, à temporum ossibus descendentibus comprehenduntur, cornicemq; inferioris maxillæ circumcirca totam circundant. Possunt & manducatoriorum musculorum etiam tendines intelligi. Hos enim neruosos tendines ex vtrisque maxillæ capitibus oriri scribit Hippocrates, ex quibus annexi sunt musculi temporales & masticatorij. Ideoq; quòd vicinia cerebrum afficiant, promptè conuulsiones & sopores inducunt.

262 Τὰ ἐν φάρυγξι ἰσχυρὰ ἀγκύματα πονώδεα, ἀπὸ κεφαλῆς ἀγκυδόνος ὁρμώμενα, ἀσπασμώδεα.

Faucium gracilium præfocantes dolores, vbi ex capitis dolore ortũ duxerint, conuulsiones adferunt.

Hanc sententiam ex ægrorum particularium obseruatione natam, nec dum perpetuitate constantem, ostendit Prorrh.104. vbi quibusdam immutatis verbis scribitur, & Thrasynontis consobrinæ exemplo ambiguitatem facit. Ac in his casibus conuulsiones suspectas potiùs quam necessarias, hæc Prorrhetici verba satis indicant, ἤχθη τὸ ἀσπασμῶδες. Qua phrasi, aut paruas, aut raras esse conuulsiones innuit Hippocrates (vt scribit Galenus.) Solent autem hi ferè suò mortem strangulari, etsi appetito neruorum principio possunt etiam conuulsiones non immeritò suspectari.

263 Αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες δοκέουσαι, καὶ γλουτῶν ἢ τοῦ σώματος, ἀσπασμώδεες, ἢν τουτέοισι κεμιώδεες χρήσιες.

Ceruicis ac dorsi perfrictiones, quæ etiam totum corpus peruadere videntur,conuulsiones denunciãt, in quibus vrinæ hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis similia continent.

Ex Prorrh.113. scripta est hæc sententia, & antea quoque ab hoc authore in hoc præsagio adumbrata. Vbi ὑμῳώδεας ὑρήσας posuit,& ex Galeno probauimus, cum in † Prorrh. ἀχρώδεις scribantur, κεμιώδεις verò vrinæ, quæ hordei tosti negligentiùs moliti crassioribus frustulis similia continent, cùm à nobis sint sæpius explicatæ in epidemiis, summamque materiæ inæqualitatem & ex febrili materia colliquationem indicent,non absurdè conuulsiones suspectant, præsertim si partium solidarum tabitudinem præ se

ferunt. At verò quia interdum huiusmodi κεφαλικὰς vrinæ magnam pituitæ vitreæ & crudæ exaſſatæ copiam per vrinas repurgari indicio ſunt,& ſummæ inæqualitatis & cruditatis ex flatuum permixtione ſuſpicionem augent,quales quæ κρίμνα γοργοειδέα continent, & celebrantur ægr.3.lib.3. epid. nil mirum eſt in tanta flatuum & cruditatis materia, præſertim ſi neruorum principium appetitum fuerit,conuulſiones ſuboriri poſſe. Eamq; cauſarum coniunctionem in ſpumantibus vrinis ſpectari iubet Galenus in Prorrh. atque huc inclinat vt ὑρηώδεας vrinas,velut conuulſionis indices magis probet,vt antea diximus, & cuiuis non mediocriter in Galeni & Hippocratis ſcriptis verſato ſatis apparet,ad quas κεφαλικὰς propiùs accedere & facilè ab iis deflexiſſe videntur. Et profectò mirum eſt in retinenda hac lectione tam conſtantem extare exemplarium omnium conſenſum : vt hinc vel nullo negotio diſcas, in tam inconſtanti & temerario præſagio æquiùs attentionem ſuſtineri poſſe quàm iudicium interponi. A

† *Sentent.*83.

Quibus ad fauces irritamenta fiunt, iis moderata aurium tubercula excitantur.

264 Οἷσι χὴ φάρυγξα ἐρεθισμοὶ, ὑπὸ ἐφέως τὰ πρὸς οὖς ἐπάρματα. B

Ερεθισμὸς cùm vox ſit ambigua & variæ notionis apud Hippocratem, & Galen. quodcunque naturæ irritamentum vires diſſoluens ſignificet, ſiue cauſſam habeat prægreſſam,ſiue nullam, (vt ſcripſimus in epid.) hic vellicationem quandam, aut morſum, ac pruriginem ex humoris in fauces illabentis acrimonia ortam,& dolorem prouocantem ſignificare videtur, non ſecus ac aliquando cutis pruritum indicare (vt ſcribit Gal.Comm.2. in lib.de rat.vict.in morb.acut.) & ex cauſticis medicamentis morſum, & ex cucurbitulis offenſionem Archigeni denotat apud †† Galenum. Ex hac igitur faucium irritatione, humoris cerebrum grauantis & in ſubiectas partes demiſſi iudicium ſumitur,vt aph.15.lib.2. & ex iſta humoris defluxione veluti quadam deriuatione,credibile eſt aurium tubercula alleuari. Quam in notionem non malè ὑπακούειν accommodari videtur. Sunt qui per ἐρεθισμοὺς βήχας βεχία ἐρεθιζόμενα, hoc eſt tuſſes leuiter irritantes, probabili ex aphoriſmis coniectura intelligant, vt quibus fauces irritantur a tuſſi, iis lenia circa aures tubercula fiant,ex Prorrh.167. βήχα μὴ πλευρισμῶδες ὄντα, τὸ παρ' ὃς ἅπαν ἄσται. Aut certè ἐρεθισμοὶ pro rubore, ac faucium flammea quadam incenſione aut leui tumore ſumuntur, qualia ἐρυθήματα in tuberculorum ad aures denunciatione paſſim inculcat Hippocrates,ex ſurſum repente ſanguine cum ſpiritu. Atque iis iungi poteſt ὑπακούειν, vt feciſſe Caluum apparet, aut dubiam euentus (vt ferè fit) ſignificationem indicare.Præceptor Hollerius ἐρυθισμὸς,& non ſecus ac ἐρυθήματα flammeos tumores indicare non infœliciter augurabatur, ſed dictionis inſolentia non minimum ſuſpecta eſt. C

†† *Lib.3.de loc.aff.*

Vehementer dolentes fauces,abſque tumore,cum labore & moleſtia præceps exitium minantur.

265 Φάρυγξ ἐπώδυνος, ἰσχνὴ, μὴ δυσφορίης, ὀλέθριον ὀξέως.

Repetitur hæc ſententia Prorrh.86. ſed hic πυιγμώδης malè omittitur,vt patet ex aph.34.lib.4.

Quibus ſpiritus retrahitur, & vox ſtrangulabunda eſt, iis ceruicis vertebra intro deſidet, & ad exitum velut ex conuulſione quadam reſpiratio ducitur.

266 Οἷσι πνεῦμα ἀνέλκεται, καὶ φωνὴ πνιγμώδης, καὶ ἀσπόνδυλός τε ἐγκάθηται, τουτέοισιν ὑπὸ τῆσι τελευτῆσιν οἷς συσπῶντός τινος τὸ πνεῦμα γίνεται. C

Prorrheticum eſt 87. fuſiſſimè à Galeno explicatum, iſtámque ſententiam expoſuimus noſtris in lib.2. epid. comment. Exemplarium magna pars σπονδύλῳ ἐγκάθηται τετόνωται legit, quæ ſecuti ſumus.

Fauces leuiter exaſperatæ,& aluus inanibus exurrectionibus fatigata,frontis dolores in ægris palpantibus & more inueſtigantium ſenſim contrectantibus,aut dolore affectis, ſi quæ ex his increſcunt, moleſtiam exhibent.

267 Φάρυγξ τραχυνθεῖσα ἐπ' ὀλίγον, καὶ χειλὶη κενεῶσιν ἀναστάσεσι, μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες τοῖσι ἁπτομένοισιν αὐξανόμενα, δύσκολα.

Ex Prorrh.109. videtur deſumpta ſententia, & quibuſdam partibus diminuta, indéque reſtituenda, & quæ ob diuerſi generis caſuum coaceruationem parum ad præſagij doctrinam conferat. Caluus ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες omiſit.

Vehementes faucium dolores aurium tubercula & conuulſiones excitant, itemque ceruicis ac colli dolores.

268 Τὰ χὴ φάρυγξα ἰσχυρὰ ἀλγήματα, ὃ πρὸς οὖς ἔπαρμα καὶ σπασμοὺς ἐργάζεται. τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα.

In faucium affectibus non neceſſariam eſſe conuulſionem ex ſuperioribus decretis ſatis patere poteſt. At affecto neuorum principio,ad ceruicem ac dorſum (quæ ex ſpinali medulla riguos habent neuorum ramulos) noxiam pertinere æquum eſt, ac inde conuulſiones facilè præſentiri. Quòd ſi foras materia conuertitur,& ad aures diuertit, parotidas facit, ſi ad collem & dorſum ſpectat,ib dolores & tumores excitat,ex aphor.37.lib.6. & 49. lib.7. Caluus ceruicis & dorſi dolores in ſequentem ſententiam reücit, quod etiam faciunt exemplaria nonnulla, ſecuti tamen ſumus pluralitatem & omnes interpretes.

Conuulſiones cum febre acuta perniciem denunciant.

269 Μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, σπασμοὶ ὀλέθριον.

Conuulſiones in febre acuta non parum ſuſpectæ ſunt ex Hippocratis doctrina, vt patet ex aphoriſ.66.lib.4.& 26.lib.ſecundi & 57. lib.quarti,& priùs quoque oſtendimus. Exemplaria quædam hanc ſententiam cum prioris line connectunt ex ſic legunt : χρὴ τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα, μὴ πυρετοῦ ὀξέος καὶ σπασμοῦ, ὀλέθριον. Quam lectionem ex codicibus Vaticanis videtur ſecutus Caluus.

Ceruicis cubitorumque dolores conuulſiones minantur,ex facie autem ad fauces iſta procedunt.

270 Τραχήλου καὶ πήχεων ἀλγήματα, σπασμώδεα ἀπὸ προσώπου ἐπὶ τοῦτο, καὶ χὴ φάρυγξα.

Conuulſiones meritò denunciãt neruoſarum partium affectiones,ſi conſpirante neruorũ principio contingant, quod hæc verb indicant [ἀπὸ προσώπου ἐπὶ τοῦτο] Galenus nanq; in Prorrh.idẽ quod ἀπὸ κεφαλῆς ſignificare ſcribit,quod etiã Prorrh.104.effertur,ἅλμη καὶ χὴ ἀπὸ κεφαλῆς ἁλμυρὰ. Progreſſum autẽ ex capite & facie,per fauces,in ceruicem,ſcapulas & cubitum iſta denotãt,ex Prorrh.114.

Pallidis,gracilibus &crebra oris ſaliuatione laborantibus, in ſomnis ſudores boni ſunt. Nempe quidem & horum plurimos ſudore leuari non improbandum.Quibus ſi dolores ad inferiora decumbant, toleratu faciles exiſtunt.

271 Ὠχροὶ, ἰσχνοὶ πτυαλίζοντες, ἐν τουτέοισιν ἐν ὑπνοισιν ἱδρῶτες ἀγαθοί. ἤρεσε καὶ τῷ ἱδρῶτι χρυσίζεσθαι τοῖσι πλείοσιν ἀπονέμειν; εἰ ἐς τὰ κάτω πόνοι τουτέοισι βάσιμα. D

Hæc valde ſunt obſcura,& in Prorrhetico ſuperiori ſententiæ connectuntur,varieq; leguntur. Quin & ex Galeni Commentat huius lectionis varietatem petas licet,quæ etiam exemplaribus manu ſcriptis conteſtata eſt. Meliùs certè coniungi videntur, & conuulſionũ denunciationem (quamuis parum conferant) referri,vt ad Galeni mentem in Prorrhetico accedamus, cùm conuulſiones legitimis ſudoribus iamiam ſuperato morbo ſoluantur, & humorum tranſpoſitu ad inferiores partes leuentur. Caluus hanc ſententiam codicum varietate plurimum conturbauit,& ὠχροὶ & ὠχροὶ legit,idemque ſententiæ huius initium ἀπὸ προσώπου fecit.

In dorſi ac pectoris dolore,cruentæ mictionis ſuppreſſio, laborioſum exitum affert.

272 Ἐν ἀλγήματι νώτου καὶ στέρνου αἱματώδης οὖρησις ὑπισχνῆσα, ὀλέθριος ὑποπόνως.

A Hoc præsagium ex obseruatione quadam enatum obscuram habet cognitionem, paruamq; doctrinæ commoditatem. Cerebrum si proprie intelligatur, per quam sanguis demittitur, ea si subsistat, ex sanguinis grumis, & ex ea putrilagine concepto tumore accendio, laboriosum & cum dolore exitium portendi æquum est, tunc q; ad febrem attendendum est. Quod si ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ἕλκεα ἰχῶρας λεπτὰς quæ ὀξύρροφα ἕρπα demittit, velut omnibus in confesso esse testatur Galenus, & male affectos renes & imbecillitatem laborantis indicat, vnde & dorsi & pectoris, hoc est ventriculi dolor (sic enim sæpius apud Hippocratē sumitur) contingere potest, huius tamen ipsius curata intemperie non ita molesta est. Dubiū vero est num hic per dorsi & pectoris dolores, earum partiū nempe neruosarum, membranosarum & frigidarum perfrictionem aut rigorem indicet, quem vrinæ suppressio præcedere solet, vt ex Hippocrate apparet, (aph. 9. sect. 1. lib. 6. epid. & Prorrh. 110.**.) in quo etiam antea cruentas vrinas damnauit. Atque ad huiusmodi affectiones promptè conuulsiones sequuntur, de quibus hic agere videtur.

** *Sentent.* 22.

273 Τραχήλου πόνος, καὶ ἐν μὴν ὅπου πυρετῷ πεμφ. κάκιστον δὲ ἐν οἷσι καὶ ἐκμανίῃσιν ἐλπίς.

Ceruicis dolor in omni quidem febre malum. In his vero pessimum in quibus etiam vehementis insaniæ metus est.

Repetitur iisdem verbis hæc sententia Prorrh. 73. Hippocrates quoq; libro primo epidemiōn ***, ceruicis dolores & capitis grauitates cum febre valde suspectas habet, & in phreniticis quidem conuulsiones cum æruginoso vomitu & præceps exitium accersere scribit.

*** *Stat.* 2.

274 Ἐπὶ φρένιτος ἐξηκμασμένοις πυρετώδεσι, καὶ κοιλίη παραχώδης, ναφρώδης, σημεῖα μελαίνων ὑποχωρήσιων.

Pectoris dolor cum febre, & aluus perturbata cum torpore, nigras deiectiones præ se fert.

Quod semel est in quibusdam ægris obseruatum, id malo prædictionis exemplo ad vniuersi generis naturam refertur. Signorum nanque diuersi generis complexio, ad cuiusque proprios fontes dedaccenda est, non temerè ad vniuersas notionum quæstiones (si rerum vsum quærimus) accommodanda. Hic igitur aluus perturbata & diarrhœa in pleuriticis doloribus & peripneumonicis significatur, quæ vt vires exoluit & hepatis imbecillitatem indicat, ita non necessariò nigras deiectiones conuehit, nisi ex bilis adustione quæ in atram vertitur. ναφρώδης autem κοιλίη cùm ad varias causas referatur, hic sentiendi facultatem sopitam sequi videtur, etsi δακνώδης quidam legunt, vt ad biliosarum deiectionum morsum ac irritamentum referant, ex sentent. 83. antea adscripta.

275 Ταὶ ἐν ὀξέσι τῇ φάρυγγα ἰσχνὰ, μικρὰ, ὀδυνώδεα, ὅτε χρώοι μὴ ῥηϊδίως ξυμπαγῆναι ἰσχνῶς, τὰ διαφρενιτικὰ, ἐκ τούτεων φρενιτικοὶ, ὀλέθριον.

Vbi fauces in morbis acutis graciles sunt, paruę ac dolentes, atq; vbi os hiarit, si gracile appareat, nec facile contrahi possit, mentis emotionem metuere oportet, indeq; succedens phrenitis pernicios a est.

Ex variis colli & faucium affectionibus longo sententiarum ambitu decursis, & ad anginam sensim irrepentibus, tandem ad anginæ genus periculosum deuenit, quod in Prognostico describitur, vbi neque in ceruice, neque in faucibus, alienius præter naturam affectus signa conspicua edunt. Et huius sententiæ explicatio ex Prorrhet. 11. (vnde huc translata videtur) peti debet. Quod sanè me impulit vt μικρὰ ὀδυνώδεα, ad τὰ κατὰ φάρυγγα referrem & dispararem, non, vt cæteri interpretes, coniungerem. Neque enim in huiusmodi angina modicus inest dolor, cùm ex Hippocr. in Prognostico plurimum molestiæ & negotij exhibeat. Quin potius his verbis indicatur nullam subesse in externis colli partibus ad fauces pertingentibus, tumoris aut doloris sensum. Nam etsi per φάρυγγα ἰσχνὰ Hippocrates, vt sæpe alias, fauces minimè tumentes, sed graciles intelligit, voluit tamen etiam externam colli prospectum adhibere, vt nullo apparente in his partibus proprio affectu, promptior ex neruorum principio offensa præcerneretur, vnde & mentis emotio & phrenitis penderent. Quæ etsi non necessariò ad huiusmodi anginæ genus consequantur, præsens tamen exitium denotant, vt scribit Galenus. Atque ea verba mihi respicere videntur quod in Prognostico scribitur, ὁκόσοι μὴ τὸ φάρυγγι μεθ' ἕλκεα πυίσωσι, μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἀνέχει. Quin etiam vt externam colli faciem prospectandam admoneret, adiunxit ὅτε χρώοι μὴ ῥηϊδίως συμπαγῆναι ἰσχνῶς, vt significaret ore adaperto nullum subapparere tumorem aut molem in faucibus, neque tamen os claudi aut adduci posse, vt latens quoddam vitium valde suspectam faceret. Ita quæ intus hic adaperto ore præmonstratur gracilitas, prius illis verbis in externarum colli partium specie in considerationem veniret, vbi nullus tumoris, doloris, aut molis sensus percipieretur. Etsi in quibusdam exemplaribus mana scriptis, ἰσχνῶς in his vltimis verbis desideratur, nec eius vestigia vlla in Prorrhetico apparent. Quòd si quis hoc in præsagio exemplarium aut interpretum authoritatem non dedignatur, & μικρὰ ὀδυνώδεα coniungere velit, is gutturis affectum præfocantem, ac etiam sine dolore tumorem obaudire poterit, velut aphor. 34. lib. 4. causas eadem ex Galeno inducens Caluus pro ἰσχνῶς συχνὰς legisse videtur.

276 Φάρυγξ ἑλκουμένη ἐν πυρετῷ μετ' ἄλλου σημείου τῆς δυσχλαινικῆς δυνάμεως.

Vbi febricitanti fauces exulcerantur, si aliud quoque ex grauioribus signis affuerit, periculum denunciandum est.

Hæc sententia experientia confirmatam habet veritatem. Febres enim sunt periculosissimæ, in quibus fauces aut exulcerantur, aut inflammantur. Humoris enim malignitatem, feruorem & acrimoniam indicant, siue à capite, siue alunde in fauces irruat, vnde & febres creantur grauissimæ, & sæuissima inducuntur symptomata, crebræ virium exolutiones, ἄσαι & continentes corporis inquietudines, iactationes, quandoq; etiam totius corporis colliquationes, tum demum ita exulceratis faucibus nihil deglutire possunt. Quod autem hic σημείου δυσκόλου, πονηροῦ in Prognost. dicitur, vbi his verbis ista sententia repetitur. φάρυγξ ἑλκουμένη σὺν πυρετῷ δεινὸν· ἀλλ' αἱ τε ἄλλαι σημεῖον ἐπιγίνηται τῆς ἀσθενεούσης πονηρὸν ἔσῃ, ἀσχολέεσθαι ὡς ἐν κινδύνῳ ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου.

277 Ἐν πυρετοῖσιν ἐξαπίνης πνίγεσθαι, καὶ καταπίνειν μὴ δύνασθαι, χωρὶς οἰδήματος, κακόν.

Per febres repente strangulari, & deuorare non posse, citra tumorem, malum est.

Eam quoque anginæ speciem hic respicere videtur de qua agitur aph. 24. lib. 4. & 60. lib. 7. Et hunc locum proprie quidem mihi respexisse videtur Celsus cùm scribit. Neque is seruari potest, qui sine vllo tumore febricitans subito strangulatur, aut deuorare saliuam suam non potest. Neque enim alibi difficilis deglutitionis mentio subit.

278 Τράχηλον ὅπως ἐπιστραφῶσι μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλά.

Collum neque conuerti, neque deuorare posse, plærunque lethale.

Quin & alterum anginæ genus ex vertebrarum colli peruersione attingitur, quod pluribus lib. 2. epid. aperuimus, & ex aph. 25. lib. 4. & 61. lib. 7 desumitur, & his verbis diserte expressit Celsus. Cuive in eodem fœtus corpori que habitu ceruix conuertitur, sic vt deuorare æquè nihil possit. Hoc enim præsagium in febre intelligendum venit, etsi eius nulla hic fiat mentio, quod de acutis agatur. Hic verò vt in aphorismis tumor non excluditur, vt inde inflammationem colligas, & maiorem neruorum, vicinorum & colligatorum corporum contractionem coniicias. Quanquam exemplaria quædam istas duas sententias simul coniungunt, quod fecisse Caluum apparet, neque κακὸν priori sententiæ addidisse, sed legisse τὸ πάσχοντα.

279 Ὑποχόνδριον δὲ χρὴ μαλθακὸν εἶναι, καὶ ἄπονον τὸ ὁμαλὲς· φλεγμαῖνον δὲ ἢ αὐτομάλως ἔχον, ἢ ἐξευρύνθον, σημεῖον ἀῤῥωστίης ὀξέος ἐστὶν οὐκ ὀλίγου.

Præcordia verò sine vllo doloris sensu æqualiter mollia esse oportet. At inflammatione tentata, aut inæqualiter affecta, aut dolore vexata, non contemnendæ ægritudinis notas præ se ferunt.

Ordine quodam ad præcordia delapsus, eorum affectiones attingit, & ferè ex Prognostico repetit.

Præcordia vel tumida,dura ac dolentia,si in vniuersum sic affecta sunt, maximũ quidem malũ portendunt:si verò altera parte duntaxat, ex sinistra minus periculum impendet.Cæterùm per exordia quidem mortem prope affore ista denunciant, vbi verò vigesimum diem superarunt, & febris detinuerit, in pus vertuntur. Atq; intra primum circuitum istud contingit,ac sanguinis è naribus fluxus plurimũ cõducit.Etenim plærunq; his caput dolet,& oculorum acies hebescit:atq; tum sanguinis eruptio magis expectari debet,idq; circa quintum & trigesimum ętatis annum.In senioribus vero non item.

280 Οἴδημα δὲ ὑποχονδρίοισι σκληρὸν τεῖνον ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν ἢν ἀμφοτέρωθεν ἐπὶ πλέον τῶν μερέων. τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεος, ἀκινδυνώτερον· ὃ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν. σημήϊα δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν τὰ τοιαῦτα θάνατον σημαίνουσιν. ὑπερβάλλοντα δὲ τὰς εἴκοσι, τὸ πυρετὸν μένοντες, ἐμπύουσιν. γίνεται δὲ τοῦτο ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ, ῥῆξις αἵματος ἀφ' ῥινῶν κάρτα ὠφελέει. τὰ γὰρ πολλὰ κεφαλαλγέοισι, καὶ οὐκ ἀμαυροῦται. καὶ μᾶλλον ἐς τοῦτο πρόσφορος ἡ πρώτη περιόδου ῥῆξις. ἡλικίῃσι δὲ πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν, ἧσσον.

Locus ex Prognostico notus est vnde ista sunt petita.*Celsus etiam præcordia inflammata,dolentia, dura,tumida,intenta, suspecta habet,magisq;si hæc dextra parte quam sinistra sunt.Caluus istud *εἰ πρὸς πάντων εἴη τῶν μερίων* parum expressit,& *τὸ πρόσφατον* legisse videtur. Meliusq; scribitur in Prognostico, *εἰ παρ' ἄμφω εἴη τὸ ὑποχόνδριον*. Quod sequitur *ἧσσ ὃ τοῦτο*, ambiguum est quonam referatur. Codices publicati prioribus coniungunt. Nos ad vtrunq; accommodamus,& potissimum ad sanguinis eruptionem ex Prognostico retulimus,ex quo etiam melius legatur, *γίνεται δὲ τοῦτο ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ ῥῆξις αἵματος ἀφ' ῥινῶν*, contra tamen omnium codicum fidem.Omnes enim *ἧσσ ὃ ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ* legunt,& duo vetustissimi Regij manu scripti hic subsistunt omninoq; deficiunt,nihil de sanguinis ex naribus fluore apponentes,etsi locum ex Prognostico integrum maximè adscribi oportuit.Quæ etiam calamitas ad Vaticana exemplaria permanauit,vt satis patet ex Caluo,qui hic quoq; Coacarum Prænotionum interpretationi finem imposuit, nulla hiatus aut vastitatis alioqui vel minima iniecta suspicione,quod per sanè mirum mihi videtur. Nos verò, etsi nihilo sumus meliore fortuna,omnem tamen aleam subire oportet,& reliqua spatia emetiri. *Cap.4.lib.2.*

At verò molles & doloris expertes tumores, longiore spatio finiuntur,nec ita graue periculum afferunt.Quòd si neque intra sexaginta dies desinunt,ac febris detinet, suppurationem expectare oportet. Idem verò haud secus quàm in præcordiis perpĕditur in tumoribus qui circa ventrẽ fiũt,nisi quòd hi quàm illi minùs suppurát,minimùm verò qui sub vmbilico constituuntur.Atq; hi quidem in tunica concluduntur,illi autem sursum diffunduntur.Ex quibus etiam mortem magis afferunt, quicunq; intrò rumpuntur. Reliquas autem suppurationes quæ quidem foràs erumpunt,maximè sanè conducit, in quam exiguũ & acutissimum locum colligi.Quæ autem intrò vergunt,vt neq; tumore, neq; dolore, neq; colore, manifestas foris notas edant.Quod verò contra fit, pessimum est. Harũ autem quædam propter puris crassitudinem nullam de se significationem ostendunt. At recentes præcordiorum tumores inflammationis expertes, ac dolores qui in ipsis fiunt, murmur circa præcordia exortum soluit,sed potissimùm quidem vbi per vrinas ac deiectiones elapsum fuerit,sin minùs,vbi etiam hoc ipsum transmissum fuerit. Quin etiam ad infernas sedes deuolutum iuuat.

281 Τὰ μὲν μαλακὰ δὲ ἀνώδυνα τῶν οἰδημάτων, χρονιώτερα ἢν τὰς κενεὰς ποιέηται, καὶ ἧσσόν ἐστι ὀπικίνδυνα. τὰς δὲ ἑξήκοντα καὶ τὰς ὑπερβάλλοντα, τὸ πυρετὸν μένοντες, ἐμπυοῦσ). σημήϊα δὲ τοῖσιν ἐν ὑποχονδρίοισι καὶ τὰ περὶ κοιλίην, πλεῖστον ἧσσον ἐκπυοῦται τῶν ἐκείνων, ἥκιστα δὲ τὰ ὑπ' ὀμφαλόν. καὶ γίνεται ἃ τοῦτα μὲν ἐν χιτῶνι, τὰ δ' ἄνω κεχυμένα. θανάσιμα δ' ἐστὶν αὐτῶν, ὅσα αὖ ἐς ἔσω ῥαγῇ τῶν ἐλαττόνων ἐμπυημάτων, τὰ μὲν ἔξω ῥηγνύμενα, βέλτιστον μὲν ὡς ἐς ἐλάχιστον καὶ ὀξύτατον συλλέγεσθαι. τὰ δὲ ἔσω, μήτε ὄγκῳ, μήτε πόνῳ, μήτε χρώματι δῆλον ἔξω ποιέῃ. ὃ δὲ ἐναντιούμενον. ἰνὰ δὲ τούτων δῆλα πάχος πύου, ὃ δηλοσημήϊ. τὰ δὲ περὶ φάρυγα τῶν ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν ἐπαρμάτων, ἢν μὴ σὺν φλεγμονῇ ᾖ, καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτῶν πόνοις λύῃ βορβορυγμὸς γλωσσώδεα ἐν ὑποχονδρίῳ. καὶ μάλιστα μὲν διεκπεσὼν διὰ οὔρων καὶ διαχωρημάτων. εἰ δὲ μὴ καὶ αὖτις διαφραγωθείς. ὠφελῇ δὲ καὶ ὑπονκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία.

χρονιώτερα] *χρονιωτέρας* ex manu scriptis codicibus & Prognostico legimus & libello *περὶ κενεῶν* vbi istud repetitur. Atq; ex eodem præconio & melioribus codicibus publicatis *καὶ ἧσσον ὀπικίνδυνα* scripsimus.Celsus cap.7.lib.2.ista sic expressit, At si præcordia tumorem mollem habent,neq; habere intra sexaginta dies desinunt,hæretq; per omne id tempus febris, tum in superioribus partibus fit abscessus.

ἥκιστα ὃ ὑπ' ὀμφαλόν]Sic in epid. "suppurationes vmbilico circunscribit Hippocrates.*πῖσιν ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος*.Celsus.Cumque omnis longus tumor ad suppurationem ferè spectet,magis eò tendit is,qui in præcordiis,quàm is qui infra est.

" *Lib.6.sect.2.*

καὶ ἧσσ παῦται μὲν] Aptè sanè videntur ista ad suppurationum differentiam referri,vt partim quidem ad cutem prorumpant, partim verò profundum & interiora petant.Quod scribit Gal. in Progn.*ἀφορίζει ὃ τὸ κατ' αὐτὸ φῦσαν ἐνίοτε μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα, πολλάκις ὃ πρὸ βάθη*,vt *τὸ ἄνω*,partium corporis superficiem respiciat,*ὑπὸ χθῆ*, vero *τὸ βάθος*,interiorem latitudinem quæ peritonæo circunscribitur.

θανάσιμα δ' ὅσ' ἐστὶν αὐτῶν] Tumores omnes tolerabiliores sunt qui extra vergunt,quàm qui intrò procedunt,vt satis patet ex Prognostico.Sunt tamen & suæ vtrisq; leges,Nam qui foras vertuntur,minima mole concludi,maximeq; extra vergere, & in acutum fastigiari debent.Et in epidemiis,*φύματα ἔξω ἐξιόντα, καὶ τὰ ὀπόξεα, καὶ τὰ κορυφώδεα* probat.Qui verò intus excitantur, maximè probantur, si in externa superficie nullas sui manifestas notas edant,neq; tumore,aut dolore,aut colore,significationem vllam præbeant,sed intus contrahantur.Quas suppurationum leges his verbis " " Celsus expressit.Ex suppurationibus verò hæ tolerabiles sunt,quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur.Et ex his quæ intus procedunt,hæ leuiores,quæ contra se cutem non afficiunt,eamque & sine dolore esse,& eiusdem coloris,cuius reliquæ partes sunt,sinunt esse. Idem,Ex suppurationibus hæ pessimæ sunt,quæ intus tendunt,sic vt exteriorem quoq; cutem decolorent. Ex his deinde,quæ in exteriorem partem prorumpunt, quæ maximæ, quæque planissimæ sunt. "" *Cap.8.lib.2.*

ὅσα πάχος πύου]Duæ sunt puris intus delitescentis causæ,puris crassitudo,& loci quo concluditur densitas, aph.41.libr.6. proditæ, & à Galeno in Prognostico repetitæ,dum scribit: *μὴ φθάσαν πύον εἰς τὸν ἐκτὸς χώραν ἀφικέσθαι ὅσα γλισχρότητα, ἢ πάχος, ἢ τὸν τῶν ἐχόντων κύστιν πυκνότητα.*

τὰ δ' ὃ πρόσφατα] Idem difertis penè verbis ex Prognostico repetitum,& ex aph.73.lib.4.expressum.Celso verò adumbratum cap.3. lib.2.sed non sine manifesto vitio nostrorum omnium codicum. Sic enim locus legendus est, Si non inflammatio in superioribus partibus dolorem tumoremq; fecit,bonum signum est sonus ventris inde ad inferiores partes deuolutus, magisq; etiam si sine difficultate cum stercore excessit.Aut certè vt volunt quidam scribendum, Si sine inflammatione in superioribus partibus, dolorem tumoremq; quid fecerit,bonum signum est sonus ventris,&c. Quam lectionem Castellani codex & Pantinus retinent.

282 Σφυ-

281 Σφυγμὸς ἐν στοχασμῷ καὶ δριμέος πόνου ἐπαισθανόμενος, καὶ μᾶλλον ἐὰν ὀλίγιστοι πυκνὰ κινέωνται.

Præcordiorum pulsus cum turbatione mentem emouet, idq; præcipuè si oculi frequenter moueantur.

Mentis perturbationem aut delirium non solùm elicit in Prognostico Hippocrates, sed & insaniam expectandam significat, idemq; prælagium secutus est Celsus, cùm scribit """, Protinus timendam insaniam vbi quis venas concitatas habet præcordiis duris & tumentibus. Vbi etiam oculorum frequentem motum addit.

""" Cap. 7. lib. 2.

283 Καρδίης πόνος καὶ σφυγμὸς στοχασμῶν, πυρετὸς ἀθερμάντους, καὶ ἰδρῶτες, καὶ ἐπιδιδόντες τε καὶ ἐφιδρῶσιν.

Oris ventriculi dolor ac præcordiorum pulsus cum febre in qua totus corporis habitus perfrigeratur, malum denunciant, idq; præsertim si cum tenuibus sudoribus contingunt.

πυρετὸς ἀθερμάντους &c.] Phrasis est ex Prorrh. repetita febrem indicans quæ interna depascitur externo corporis habitu perfrigerato, quod est malignæ febris certissimum indicium. Cum autem per se mala sint quæ concursionem istam faciunt, hoc symptomatum mutuo se concursu certior pernicies intenditur. Vitiosa sunt autem exemplaria quæ στοχασμὸς εἶναι & ἰδρῶτες legunt.

284 Ἐς στοχασμοὺς ἕλκεα ἐπαίσια διήκματα, ἧσσόν τε κακοήθη, καὶ διὰ χειλέος καταῤῥέοντα. κακίω δὲ ὀλίγῳ χρόνῳ γινόμενα. ἐς δὲ παρ' οὖς τε αἰσχέλκεα ὄντα τυθίδια, καὶ κακοήθεα. καὶ τὰ ἀνὰ δηλα ἐκπυήματα.

Ingruentes ad præcordia dolores, cùm alias praui sunt, tum vero si aluos profundant. Deteriores autem si paruo tempore fiant. Quin & inde suborta ad aures tubercula, aliæq; suppurationes malignitatem præ se ferunt.

Magnam & periculosam præcordiorum ac hepatis inflammationem esse oportet, quæ recenter orta, paruoque tempore adeò augmentum vires assigat vt aluum profundat. Alij qui sanè in huiusmodi exitibus aluos suppressas plurimum damnatur, quod etiam ipse docet Gal. Comm. 2. in Prorrh. hepatis inflammatione aluum effluxam suspectam esse facis relatur. Quin & inde oborta ad aures tubercula, aliæque suppurationes, malignum prodiucunt, humorumque malignitatem & irritum naturæ conatum denotant.

285 Καρδίης ἀλγήματα ἐς μὲν φρίφου, χειλίνης διεξόδου καταῤῥέοντα.

Oris ventriculi dolores cum intestinorum cruciatu, interaneorum animali deiiciunt.

Hæc de lambricis aluum infestantibus accipi, ostendimus quod scripsit Hippocrates in epidemiis. """ τὰ διεκβάσιες φλεγματώδεα καὶ τὰ ἐκ τῶν ἐντέρων καὶ τὰ ἐκ τῆς κοιλίης. Nam & διεξοδος & διεξιον de lambricis aluum torquentibus Hippocrati dici ostendimus nostris in lib. 2. epid. Commentariis, vbi & nostram sententiam memminimus, indeque explenda esse debet. Intestinorum autem cruciatus & tormina quæ per φρίφος intelligimus, ob vehementem morsum fiunt (vt scribit Gal. Comm. ad aph. 11. lib. 4.) interdum quoque à flatibus.

""" Lib. 6. sect. 1.

285 Καρδίης ἄλγημα πρεσβύτῃ πυκνὰ ἐπιγινόμενον, θάνατον ἐξαπίνης σημαίνει.

Oris ventriculi dolor seniori crebro aduenies, repentinam mortem denunciat.

Vehementem & frequentem esse oportet oris ventriculi dolorem, qui ob nimis exquisitum eius sensum ac debilitatem, eamque cum corde cõsentientiam, in senibus repentinum minatur exitium. Quod ob vitalis facultatis imbecillitatem & præcipitem virium lapsum, dissipatis spiritibus & confertò affluxu suffocato calore, velut in syncope & ἐκλύσει accidit. Est aph. 41. lib. 2. πυκνὸν vero pro πυκνὰ in quibusdam codicibus scriptum vitiosum est, & ἐξαπίνεω pro ἐξαπίνεον Ionicum est, vt & ἐξάπινεω pro ἐξαπίναιον in codicibus publicatis malè scribitur.

287 Ὅσοι στοχασμοὶ διὰ μακροῦ ἐξίενται καὶ λίην κατατήκονται, καὶ μάλιστα δὲ ἐφ' ἁπάσῃσι τῇσι μακρῇσι, ἐς οἷσι καὶ λίαν ὑγραίνονται.

Præcordia sublata subsistente aluo, malum denunciant, præcipuè vero in his qui ex longo interuallo contabescunt, & quibus alui diffluunt.

στοχασμοὶ ἐπὶ μακρὸν, καὶ ἐμπεπυημένοι καὶ ὑποστάσιος vocat Galenus in aphor. 64. lib. 5. dicunturque tumida & inflata, aut in altum sublata, καὶ ἐπιφλεγμαίνοντες dilatata & intumescentia ex aliquo præter naturam affectu. κατάτηξις autem κοιλίης pro remorata & subsistente aluo ponitur, & in omnibus codicibus constantissimè retinetur idem significans quod διάχυσις. aut certè κοιλίης διαχύσιος legendum, quæ phrasis alicui Prorrhetici autori familiaris est, qua subsistentem & suppressum aluum indicat. Quam etiam notionem secutus videtur Cornarius & reliqui interpretes. Sunt qui ὑποστάσιος κοιλίης legunt. ἀφ' ἁπάσῃσι autem τῇ μακρᾷ qui ex longis interuallis & iam diu contabescunt intelligi videntur, aut qui prope confenescentibus ac diu trahentibus morbis tabitudinem contraxerunt & ita auctorum nudum corporis habitum compararunt, vt intumescentibus vitalitatis penetralibus, velut iam fatiscentibus viribus, aluo iam & humescente colliquescunt.

288 Ἐν στοχασμοῖσι φλεγμονὴ ἀποπυητικὴ ὅστις, οἷς ἐκ τῶν θανάτων μέλανα μελαχωρέει.

Quibus præcordia inflammatione tentantur, & pus colligunt, iis sub mortem nigra deiiciuntur.

Nigras deiectiones vocat, quæ sunt sanguini atro non dissimiles, aph. 21. lib. 4. aut quales ex sanguinis & limus, quales solent in spatiosis affectionibus deturbari, ex iis eruditò sanguine, vt scribit Gal. lib. 5. de loc. aff. atque ea plærunque sunt lethales. Caterum codices editi omnes istam sententiam superiori contingunt. Et cum aluo effusa præcordiorum inflammationem ponunt, vt Prorrh. 155. ipse congruere videtur. ἀκρησίαι ἐπόδυσις ἰνιόδης, ἔπειτα πλεῖος, καὶ ἀμφὶ τὴν στοχασμὸν εἶναι οἱ ὠμότατα δοκέει δέξιος, ἐπ' ἀνόνητον). Ista namque de hepatitide, vt & τοῖσιν illam de iecoris inflammatione intelligi, nemini est dubium. Nos tamen membranarum reconditam lectionem secuti sumus.

289 Ὑπερδιείσιν σιωπώσης μὴ κάματος ἀπόλεος, κεφαλαλγίῃ, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρῃ.

Præcordiorum contensio cum sopore & incontinenti corporis iactatione, capitis dolore vexato, tubercula ad aures excitat.

Lit Prorrh. 164. vbi eadem sententia reperitur, explenda sunt debet. κάματος autem legimus ex manu scriptis codicibus cum interpretibus. καύματος tamen habent exemplaria omnia publicata, sed in Prorrh. κώματος leg.

290 Μετὰ στοχασμοὺς ἐξίσιν, πνεῦσι χολώδεσι πολλὰ μὲν καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἐπιγίνεται, οὐκ ἐπαίρει.

Ex præcordiorum tumore, biliosis spiratio magna & febris acuta, tubercula ad aures suscitat.

Admonuerat eisdem sententia Prorrh. 164. & antea hoc in prælagio sent. 107. quodammodo expressa, sent. vero 126. diuersis repetita. Hic vero πνεῦμα μέγα dicit, spirandi difficultatem in his obaudiens quos πνευματώδεις alias & πνευματίας vocat. πολὺ μέγα πνεῦμα ἐκπίνοντες. πνευματώδεις in Exegesi dicuntur, etsi alioqui πνευματώδεις ἐμφυσωμένους, & qui magnam flatuum copiam ventre colligunt, dicuntur aph. 72. lib. 5. & Comm. 3. in Prorrhet. χολώδεις etiam nuncupantur (ac fortè χλοώδεις) quos ἐκπεπεμένους in Prorrhet. vocat, ab his subsidente bile nonnulla apostemata & leprosi, qui tamen parum aut nihil ad præsentium sublationem conferent, vt & in bilosis & his de acutis cum magna spirandi difficultate potiùs eruptionis sanguinis ex naribus, quam abiectissimum ad aures spem habemus. Quod etiam in præcordiorum tumore contingit, vt tubercula ad aures exoriri rari sit in his exempli.

In præcordiorum dolore cum aliquo murmure, succedens lumborum dolor in febribus, aluos plærunque humectat, nisi flatus eruperit, aut vrinę copia prodierit.

291 Ἐν ὑποχονδρίων ὀδύνῃσι ὑποβορβορύζουσι ἀ ὀσφύος ὀδύνημα ἐπιγινόμενον ἐν πυρετοῖς, κοιλίας ὑπ πολὺ καθυγραίνῃ, ἢν μὴ φῦσα καταρράγῃ ἢ οὖρου πλή θος ἔλθῃ.

Placitum est 73.lib.4.aphorismorum huc omninò translatum, ac paulò ante superiore quadam sententia ex Progn. * expressum Quod effecit vt ἐν ὑποχονδρίοιν ὀδύνῃσι ὑποβορβορύζουσι simul iungerem, adstipulantibus codicibus manu scriptis, quæ malè in publ catis exemplaribus disparantur. Cur autem ἐν πυρετοῖς addatur, ex Gal. in aph. petas licet.

* *Sentent.* 281.

In præcordiis ex longo interuallo afflictis & graueolente aluo, subnatum ad aures tuberculum, mortem adfert.

292 Ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονίῃ, ἢ κοιλίῃ δυσώδει, παρ οἷς ἀπόστημα κτείνῃ.

ὑποχόνδριον χρόνιον hîc vocat quæ in Prorrh. ὑποχόνδρια μετεώρα χρονιώτερα, quemadmodum ὑποχόνδριον χρόνιον antea sumpsit Ca nus sent. 128. Sic κοιλίῃ δυσώδει, ἢ ἀλεὲς δυσώδει, quonamcunque modo fœtidum tenuioris intestini morbum intelligas. Ex Prorrh enim 158. repeti videtur hæc sententia, & antea longè meliore notione expressa sentent. 201. vt certè non leuiter suspecta sit hæ scriptio.

Ex præcordiorum doloribus aluus aliquantum viscida paulatim transmittens, stercoracea pauca effundit, ac fortassis sanguinem profundit.

293 Τοῖσιν ἀπὸ ὑποχονδρίων ὀδύνημασιν κοιλίη μ μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα, βραχέα κοπρώδεα ἐκχέοι, ἆρα καὶ αἱμορραγῆ.

Nil necesse est sanguinis profusionem consequi, vt ne ad confertam illam diuersi generis symptomatum concursionem, qu Prorrh. 146. describitur, ac etiam postea iisdem verbis hoc in Præsagio repetitur, vnde quodammodo decurtata hæc sententia v detur. Codices publicati ἐκχλοῖοι pro ἐκχέοι legunt. ἐκχλοιᾶσθαι sanè apud Hippocratem pro χλωραίνεσθαι, quod est ex pallido vire cere, ex Galeni interpretatione significare scripsimus nostris in libr. 2. epidem. Comment. & fusiùs in Oeconomia Hippocrat. ciqu dictioni frequens addiximus testimonium, quod in ἐκχλοιοῦν non temerè reperias. Ac fortassis tam varia huius dictionis scripti non minimam vitij suspicionem iniicit. In Prorrh. enim ἐκλύονται scribitur, & in hoc præsagio (vbi eadem Prorrh. sententia repe titur) ἐκχλοιοῦνται. Qua dictione cutis color ex viridi pallescens aut flauescens indicatur, quòd in hac concursione bilis quædam s refusio.

Quos derepente absque febre præcordiorum aut oris ventriculi dolor, aut crurum, & inferiorum partium affligit, aluusq; intumescit, venæ sectio, aut alui fluxus solutionem adfert. Iis febricitare noxium est. Nam & longæ & vehementes febres subnascuntur, ac tusses, & spirandi difficultas atq; singultus fiunt. Quibus in solutionem spectantibus, vehemens coxarum dolor, aut crurum, aut purulenta sputatio, aut oculorum orbitas succedit.

294 Οἷσιν ἐξαίφνης ἀπυρέκτοισιν ἐοῦσιν, ὑποχονδρίο καὶ καρδίης πόνος, καὶ περὶ σκέλεα καὶ κάτω μέρεα, κ κοιλίη ἐπῆρται, λύσις φλεβοτομίη, ἢ κοιλίης ῥύσις, πυρέξ βλαβερὴν τύσιν. μακροὶ γὰρ ⟨ἢ⟩ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίνον ται, καὶ βῆχες, καὶ πτύσμα, καὶ λυγμοὶ γίνον ⟨ται⟩. λύεσθαι μελλόντων τούτων, πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων, ἢ σκελέων, ἢ πύο πύσις, ἢ ὀφθαλμῶν ἔρησις ὑπογίνε ⟨ται⟩.

Non temerè præcordiorum & oris ventriculi repentinus dolor fluxionis magnitudinem arguens, sanguinis missione, aut alui fl mor fluore soluitur. Reliqua vero solutionum exempla humorum depositum testantur, & plærunque in morbo magnam habe vim & liberationis famam, vt lib. 2. epid. videre est. Ista vero sententia quodammodo exprimi videtur libello περὶ κεισίων his ve bis ἔζεισιν ἐὰν ὠδίναι γίνονται ἐξαπίνης, ⟨ὑπ⟩ ὑποχόνδριον ἐπῆρται αὖθ, ἢ ἐὰν περὶ τὴν νέδυν πλευρὴν περισκλήες αἱ ὀδύναι γίνονται, τετίσει λύσις φλεβ τομίη ἢ κάθαρσις κάπα. ἐκ γὰρ λαμβάνῃ πυρετὸς ἰσχυρὸς ἀδινωδεώδων πρὸς χροιήν. Qui locus tamen vitiosè scribitur in nostris codicibus, pro περισκλήες ὀδύναι ἢ περὶ σκελέα ὀδύναι. ex hoc loco scribendum videtur, etsi περισκλήες ὀδύναι graues & vehementer irritantes do lores dici possunt, quemadmodum sumpsit Cornarius.

Qui præcordiorum doloribus, oris ventriculi iecoris, ac earum quæ sunt circa vmbilicum partium, conflictantur, cruenta alui deiectione liberantur, secus autem, moriuntur.

295 Οἷσιν πόνοι ὑποχονδρίων, καρδίης, ἤπατος, π περὶ ὀμφαλὸν μερέων, αἵματος διαχωρήσαντος, σώζοντα μὴ διαχωρήσαντος δὲ ἀποθνήσκουσιν.

Vt non necesse est huiusmodi partium dolores cruenta egestione liberari, ita nimis temerè enunciatum est aluo cruenta non egerente mortem affuturam. Certum est tamen plurimi & synceri sanguinis interdum ex aluo egestionem, vniuersum corpus plærunque euacuare, haud secus quàm per hæmorrhoidas aut muliebre profluuium contingit, vt scribit Galen. libr. 2. & 5. de loc affect. eamque δυσεντερείαν αἱματηρὰν vocant medici. Alioqui sanguis extra vasa contentus putrescit, & in grumos coit, exitium que creat.

Præcordia non mollia, & facies bene habita, non nisi liberali sanguinis ex naribus profluuio, aut conuulsione, aut coxendicum dolore, solutionem accipiunt.

296 Οἷσιν ὑποχόνδρια μαλθακὰ, πρόσωπον ἐρρω μένον, οὐ λύονται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλοῦ ἢ κατασμοῦ, ἢ ὀδύνης ἰσχίων.

Hic truncata videtur sententia & ex libro περὶ κεισίων & lib. 2. epidemiῶn. integra apponenda. ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι καὶ τὸ πρόσωπ ἐρρωμένον ᾖ καὶ ὑποχόνδρια μὴ μαλθακὰ, ἀλλὰ ἐπῳδυνα, χρονίη ἡ νοῦσος, καὶ ἄνευ κατασμοῦ οὐ λύεται ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῆς ῥινέων ῥύσιος ἢ ὀδύνη ἰσχυρῆς. Et lib. 2. epid. * ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον, καὶ ὑποχόνδρια μὴ μαλθακὰ ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος ἔσῃ. ἄνευ κατα σμοῦ οὐ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῆς ῥινέων, ἢ ὀδύνης ἐς τὰ ἰσχία. Quibus etiam ferè respondet sent. 128. antea hoc præsagio commemorata. Nam quibus verbis hæc eadem sententia repetitur in fine libelli περὶ κεισίων, ea planè sunt depravata, vt scripsimus nostris in lib 2. epid. Comm. quibus iustissimis vindiciis huic sententiæ integritatem & explicationem asseruimus. Hic autem μὴ μαλθακὰ lego e lib. 2. epid. & lib. περὶ κεισίων, & sent. 128. antea hoc præsagio scripta, etsi μαλθακὰ retineri possunt, quòd scribatur in Prognost. π ὀλίγος ἀσιτίας ἄνω γιγνομένης, οἷόν τὸ ὑποχόνδριον μαλακόν τε καὶ ἀνώδυνον ὑπαρχῇ. Verùm ista potius de abscessibus ad aures quàm de sanguini profluuio accipienda videntur.

* *Sect. 6.*

Præcordiorum dolores in febre, ægro fari nequeunte, si absq; sudore soluantur, malum indicant. His ad coxendices dolores decumbunt.

297 Αἱ περὶς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναύδῳ, ἀνίδρωτι λυόμεναι, κακόν. τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα.

ἀναύδως in Prorrh. scribitur quod hic ἀναύδῳ. Galenus quoq; ἰδρῶτι μὴ λυόμεναι legit. Sed rectè cohærere potest ἀναύδως ἀνίδρωτι λυόμεναι, vt sit, ἀλόγως ἄνευ ἰδρῶτος λυόμεναι. Sic enim ἀνίδρωτι, τὸ ὡς ἐν ἰδρῶτι, ἢ ἄνευ τοῦ ἰδρώτου significare scribit Galen. Comment. 3. in Prorrh. ἀνίδρωτι igitur potiùs quàm ἀνίδρωτι, aut ἀνίδρωτι (quod habet exemplar Germanicum) legendum est. Et tamen non parum mihi suspecta est hæc prognosis, velut diminutè ex Prorrh. decerpta, & quæ hic paulò post integra repetatur.

298 Οἱ ἐν κοιλίῃ ἐν πυρετῷ παλμοὶ ἐκστάσιας ποιέουσιν. αἱμορροὴ δὲ φρικώδης.

Quæ contingunt in febre circa ventrem palpitationes, mentis emotiones adferunt. Quin & sanguinis ex naribus profluuium cum horroris sensu interdum accedit.

Prorrh. 144. aliter scribitur hæc sententia, & ὑποχονδρείη ἔντασις ὑπὸ μάκεος, ὀγκώδης, additur, vt præcordiorum tumorem cum inflammatione intelligas, atque illud Prognostici faciliùs quadret. ᾧ δὲ ἐν φρενῖτις μὲν ἐστὶν ἐν τῷ ὑποχονδρείῳ δίρυθρον σημαίνει, ἢ ἀναφορὴ σταίλῃ. Et certè ad institutum præcordiorum sermonem ista potiùs pertinebunt, aut paulò post ad ea quæ de ventre & vmbilico dicentur ableganda sunt. At sanè quidem si in hoc tumultuario centone ordinem requiras, haud aliter feceris quàm si cum ratione insanias. Hepatis igitur aut diaphragmatis, ac oris ventriculi inflammatio, ac mediorum & rectorum epigastrij musculorum, mentis alienationem aliquando adferre potest, interdumq; sanguinis ex naribus profluuium denunciare. Quo in naturæ conatu, sursum sublatis humoribus totum corpus concutitur, & horroris sensum inuehit. Quam in notionem ista vsurpari debent, αἱμορροὴ δὲ φρικώδης.

299 Αἱ ἐς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδυναι ἀναίστυσαι, ἀνίδρωτοι λυόμεναι, κακοήθεες, τοιοῦσιν ἐς ἰχῶρα δήγματα. ἅμα πυρετῷ καυσώδει, κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, ὀλέθριον.

Dolores in febre ad præcordia assilientes, sine sudore soluti, maligni sunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atq; aluus affatim erumpens, perniciem ostentant.

Ordinis ista perturbatio, & eorundem præpostera repetitio, tumultuariam operam indicat. Sententia autem integra legitur Prorrh. 92. Sed pro ἀναύδως quod superiore sententia retinebatur, hic ἀναίστυσαι legitur, quod de sursum remeantibus ac assilientibus doloribus dicitur Hippocrati in Progn. Præceptor Hollerius huiusmodi dolores palpitatorios ac subsultantes capit, παλμώδης vel σφυγμώδεις, vt inflammationis magnitudinem indicent.

300 Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχουσι μέν τι ἀγνώμης τὴν διάφορον. περὶ κρίσιν δ' ὧν τοῖσι φλέγμα δύσις συχνὸν σιὼ πόνῳ διέρχεται.

Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatæ significationem quandam præbent. At iis sub iudicationem conferta & crebra pituita cum dolore prodit.

Scribitur hæc eadem sententia Prorr. 36. sed paulùm immutatis verbis. Illic enim πάλμα δύσις ξὺν πόνῳ διέρχεται legitur. Sed φλέγμα δύσις agnoscit Gal. Redundantibus enim crassioribus & frigidis succis, plurimi flatus in corpore subnascuntur, qui tandem naturæ robore euicti, iudicatoriè valde multam pituitam deponunt, cum singulari contensione & dolore. Pituita enim huiusmodi, siue vitrea (quam potius albumineam dixeris) siue salsa, intestinorum inuolucris retenta, eademq; peruadens, intensissimos dolores non sine contensione excitat, vt non malè ξὺν πόνῳ aut ξὺν πόνῳ legatur. Sic enim exponit Galenus διέρχεται δὲ αὐτοῖς κεπκοὶς φλέγμα συχνὸν κάτω μὲν πόνου, τοῖσιν μὴ τοιούτοις ἰχνηλατοῦσιν, οἷσπερ καὶ τὸν τεινεσμὸν ἔχει. Codices publicati φλέγμα δύσις legunt, pituitam condensam & coaceruatam intelligentes, quæ intestinorum ambitus peruadens, sua quantitate pungit & lancinat, singulareméque dolorem ciet.

301 Μετὰ κοιλίης ὑπόστασιν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν. μάλιστα δὲ τοῖσι φθινώδεσι τῶν μακρῶν, ἢ οἷσι κοιλίαι ὑγραίνονται.

Ex alui suppressione sublata præcordia malum denunciant, præcipuè verò in his, qui ex longo interuallo contabescunt, & quibus alui humectantur.

Hic etiam κοιλίης ὑπόστασις accipienda vt priùs, vbi hæc eadem sententia * repetitur. Crebra autem huiusmodi sententiarum repetitio, scripti huius fidem eleuat, & ex plurimis scbediis aut tabellis excerptas huiusmodi prænotiones, in tumultuariam aut incompositam operam temerè congestas testatur.

* *Sentent.* 287.

302 Τοῖσιν ἀλυσμώδεσιν ἐν ὑποχονδρίῳ τὰ παρ' οὖς ἐπιφλέγματα κτείνει.

Anxietate vexatis præcordiis oborta ad aures tubercula mortem adferunt.

ἀλυσμώδεις ἐν ὑποχονδρίῳ vocat quibus præcordia exæstuant, anxietate aut angore premuntur, & ex feruēte intus acri materia magna corporis iactatione conflictantur. Quibus hæmorrhagiæ aut parotidum spes affulget potiùs quàm mortis metus. Quod scribit in Prorrh. ἐν ποσὶ ἀσθένεσιν ἀχυμίῃσι τὰ παρ' οὖς μάλιστα. Istud itaque nullam habet rectam circumscriptionem, & indefinitè traditum aliò transferendum, vt illud ἐν ὑποχονδρείῳ, ὑποχόνδριον σιὼ πόνῳ aut μετέωρον indicet, quemadmodum antea sent. 201. ex Prorrh. 157. est expressum. Hinc enim deduci videtur, vt ἀλυσμώδεσιν pro ἐπὶ εἱλεοῖσι δυσώδεσι scriptum sit. Aut certè cæteris additis expleri sententia poterit, & certior spes parotidum concipi, velut antea ex Prorrhet. descriptum est, ὑποχονδρείων σιωπῶσι μὴ κάματος ἀσώδεος, καὶ φαλαγκιῶν τὰ παρ' οὖς ἐπώρῃ. Neque tamen confestim præsens exitium minantur.

303 Τὰ ἐν κοιλίῃ σκληρύσματα μὴ πόνου, πυρετοῖσι φρικώδεσιν, ἀποσίτοισι σμικρὰ ἐφυγραινομένης, καθαρσιν δ' διδόντα, ἐς ἐμπύησιν ἥξει.

Alui durities cum dolore, in febribus horroris sensu insignibus, ac cibi fastidio laborantibus, nisi paulū humectata aluo purgationem faciat, ad suppurationem tendet.

τὰ σκληρύσματα μὴ πόνου vocat τὰ σκληρὰ ἐν ἐπώδυνα οἰδήματα, nempe inflammationes ipsas, quibus τὰ μαλθακὰ ἐν ἀώδυνα in Prognostico opponuntur. Horum ergo tumorum suppurationem, etsi tardiùs in ventre quàm in præcordiis contingit, hęc prognosis edocet. Dicuntur autem πυρετοῖ φρικώδεες Galeno Comm. 1. in lib. 1. epid. ὅταν τὸ μίσγει πλῆσιν ἡ ἀναβάσεως τε καὶ ὑπόδυσεως κωλυσίν τε παροξυσμοῦ, ἀφρίκωμα γίνονται τοῖς τοιούτοις. Quæ vt sunt tabis comites, ita & sæpius suppurationum significationes edunt. Dixit autem καθαρσιν οὐ δίπτα populari more, quod significat ἀφόδευμα. Nisi enim purgatione concedant humores, aut alui fluxu dissipentur, aut alioqui resoluantur, non subsidebit tumor, ideoq; spatio temporis mutationem secundum qualitatem molietur, ac puris collectionem (si vires ferunt) faciet, vt scribit Gal. Comm. 1. in Prognost. Hæc eadem sententia in fine huius Præsagij repetitur, vbi ἐφυγραινομένης ἐς καθαρσιν κοιλίης, meliore notione scribitur.

304 Ὑπὲρ ὀμφαλὸν πόνος, ἢ ὀσφύος δήγμα, φάρμακα μὴ λυόμενα, ἐς ὑδρωπικοὺς ξηρὸν ἀποτελευτᾷ.

Supra vmbilicum labor ac lumborum dolor, qui remediis non cedit, in hydropem siccum desinit.

Placitum est 11. lib. 4. aphorismorum paulo aliter & meliore notione scriptum. Illic enim flatuum causam addidit, vbi circa vmbilicum intestina torquentur, (στρόφους Græci nominant) ac lumborum dolor est, qui neq; medicamentis, neq; aliis remediis cedit. Iam neq; à solo medicamento purgante soluitur, sed interdum alia præsidia medico admouenda sunt, & quandoq; lumborum dolor aluo humescente dissoluitur, aut flatus erumpit, & vrinæ multitudo subit, vt scribitur aphoris. 73. lib. 4. ** Celsus quoque aphorismum illum exprimens, vbi ea neque tempore, neque remediis soluuntur, dixit, & coxarum dolores, pro lumbis, suo more posuit.

** *Cap. 7. lib. 2.*

305 Τὰ δὲ ὀσφύος δήγματα χρονιώτερα, πυρετῷ παροξυνόμενα, τεταρταίῳ ἢ τριταίῳ τὰ δεινώδεα αἵματα ἀφαιρέει.

Diuturni lumborum dolores, qui cum febre ad tertianæ naturam propiùs accedente ingraueſcunt, sanguinis grumosi secessuri spem faciunt.

Ex obseruatione natum est præsagium. Sanguinis grumus humoris extra venas & propria conceptacula effusi alienam sedem indicat. Neq; tamen necesse est hunc per aluum effundi, etsi plærunq; lumborum dolores alui effusione deturbantur. Nam quod experientia constat & in plurimis est obseruatum, diuturni huiusmodi lumborum dolores sanguinis grumos per vrinas effuderunt, quibusdam antea interuallis & frequenter, idque sine ordine febre cum rigore inuadente & sæpiùs repetente. Febris autem huiusmodi crebrò & cum rigore repetens, tertianæ naturam ferè referre videtur ac internæ suppurationis comes est, aut humorum acrimoniam & putrilaginem suspectam facit, quæ iam prope vasorum tunicas arrodit. Sanguinis igitur per aluum aut vrinas erupturi spes esse potest, cùm διαχώρησις excretionem, aut ἔκκρισιν quamcunq;, aut vacuationem significet, & de omni humore quacunq; corporis parte prodeat, dicatur, vt patet ex aph. 18. lib. 2. Alioqui ad dysenteriam cruentam, quam αἱματηρὰν vocat Galenus, istud referri poterit, qua cõstat plærunq; lumborum dolores velut materiæ depositione solui. Potest quoq; sanguis iste in hæmorrhoidas depositus, lumborum dolores alleuare. Sed tunc nec febris cum rigore subinde repetens affligit, quam necesse est putrilaginem quandam intus conceptam comitari. A B

Lumborum dolores sanguinis profluuiũ excitant.

305 Τὰ ἐν ὀσφύι ἀχήματα, αἱμορροϊκά.

Infida sunt hæmorrhagiæ signa lumborum dolores, nec ab Hippocr. in Prog. aut lib. 1. epid. enumerata, etsi Prorrh. 146. in diuersi generis signorum concursione, non nisi ambiguè adscribuntur, his verbis: τύξις τισὶ ὀσφύος, ἀχήματα ἐν τύξισιν αἱμορραγικά. Quin & muliebre sanguinis profluuium ex lumborum dolore significari potest, præsertim si ad spinam calor sentiatur, aut etiam materia illa in vasis ebullions, per aluum secedere, ac in intestinorum difficultatem erumpere potest, (vt scribitur Prorrh. 143.) aut verò per hæmorrhoidas purgatio significari, vt Prorrh. 130. quod paulò post hîc quoq; repetetur.

Ex lumborum dolore liberales sunt & largæ sanguinis fluxiones.

307 Αἱ ἐξ ὀσφύος ἀχήματος αἱμόρροιαι, λαδραι.

Ampla sunt & insignia quæ spinam & lumbos perceptant vasa, ideoque ebullientem magnam materiæ copiam liberaliter profundunt & deturbant. C

Quibus lumborum dolor in caput recursat, & manus torpore affectæ, ac oris ventriculi dolorem sentiunt, aut aurium sonitus, ij liberaliter sanguinẽ profundunt. Sed & his aluus effunditur, & mentis perturbatione, vt plurimum, tentantur.

308 Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀχήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλήν, καὶ χεῖρες ναρκώδεες, καὶ καρδιαλγικὰ, καὶ ἠχώδεα, αἱμορραγικὰ λάδρως, καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται) τούτοισι, καὶ γνώμαι παραχώδεες θέπιπολύ.

Prorrh. 139. repetitur hoc præsagium iisdem penè verbis, nisi quòd hîc ἠχώδεα scribitur in Prorrh. ἰχωρώδεες, nec nisi ambigua scriptura, cùm Galenus testetur in quibusdam exemplaribus χολώδεας scribi. Certum tamen est aurium sonitus ad profluuij sanguinis prædictionem magis accedere, pro reptantis sursum materiæ momento. Atque ideo ἠχώδεες legendum esse in Prorrh. vt sint quibus aures sonant & tinniunt. Hîc vero γνῶμαι παραχώδεες dicuntur, sed in Prorrh. παραχώδεες, idq; sine addito, quod etiam mentem perturbatam denotat. D

Quæ ex dorsi dolore initia ducunt ægritudines, difficiles.

309 Αἱ ἐκ νώτου ἀχήματος ἀῤῥωστίης ἀρχαὶ, δύσκολοι.

Dorsi dolor propter spinalis medullæ naturam & consensionem facilè per neruos cerebro communicat, ac etiam propter posteriorum partium mollitiem ac frigiditatem, facile alteratio sentitur ad lumbos & dorsum. Hinc est quod morborum principia cum rigore ferè ex lumbis & dorso initia ducant, vt patet ex aph. 69. lib. 5. & aph. 15. sect. 3. lib. 6. epid. Ex spinalis etiam medullæ affectibus, interdum partium resolutiones, aut stupores sequuntur, interdum etiam tuberculorum durorum (vt loquitur Hippocrates *) exortus. Quorum omnium molesta est & difficilis solutio, δύσκολον autem vt aliàs, graue & molestum significat, & de morbo qui non facile soluatur dicitur, nec alioqui periculoso aut lethali.

* *Lib. de art.*

In intenso lumborum dolore & alui subductione largiore, sumpto veratro, spumosorum crebra vomitio prodest.

310 Ἐν ὀσφύος ἀχήματι ἰσχνῷ, καὶ ὑποφορῇ πλέονι, ἀπ' ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἀφρώδεα, συχνὰ, ὠφελῇ.

Lumborum dolor alui subductione creberrimè sedatur, sed longum alui profluuium vomitus sæpe compescit & morbum soluit, aphor. 15. lib. 6.

Spinæ peruersionem & spirandi difficultatem sanguinis fluxus liberat.

311 Ῥάχιος διαστροφὴν καὶ δύσπνοιαν, αἵματος ῥύσις λύῃ.

διάστροφη species est laxationis, qua non solum articulus, sed & ea quæ articulos connectunt neruosa corpora leuiter deprauantur & sede sua dimouentur. Quin & διεστραμμένα dicuntur quæcunque peruertuntur, & vitiato naturali ordine, præposterum aut peruersum occupant, vt ne id solis articulis attribuas, vt videre est apud Gal. initio Com. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. Eam autem spinæ peruersionem, quæ ex inflammatione orta est, sanguinis profluuium iuuare potest, & ex qua spiritalium partium compressione, spirandi difficultas pendet.

Dolentibus lumbis si oris ventriculi dolor accesserit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis signum est, aut etiam eam præcessisse significat.

312 Ἐν ὀσφύϊ ἐπωδυνίῃ καρδιαλγικὰ προσπεσόντα σημεῖα αἱμορροΐδων, ἢ καὶ προσεγγυμνάζα.

Instantis aut etiam prægressæ & futuræ per hæmorrhoidas purgationis sunt hæc symptomata, lumborũ diuturnus dolor ac oris ventriculi, vt explicat Galenus ad Prorrh. 130. quod his iisdem verbis repetitur. Exemplaria verò paulisper variant, quædam enim σημεῖα αἱμορροΐδων ἢ legunt, alia σημεῖα αἱμορροΐδων, ἢ καὶ προσεγγυμνάζα, habent. Hæc enim distinctio potior est, etsi in impressis codicibus aliter distinguitur.

Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundantia leuis syderationis more resolutionis sensum inducunt, conuulsionem ac mentis emotionẽ minantur. Videndumq; est num talia conuulsionibus soluantur, aut in huiusmodi habentibus alui malè habeant, atq; eadem diutius perseuerent.

313 Τὰ ἐξ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παλλόμενα παραπληκτικὸν ἔσπον, ἀποσμώδεα, παραφρονικά. ἆρα καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα ἀποσμοῖσιν; ἢ τῶν τοιούτων χειλίαι νοσέουσι μετὰ τῶν αὐτὰ ἐόντων.

Eadem ferè repetuntur Prorrh. 118. nisi quod istius præsagij extremum aliter legitur. In Prorrh. enim ἐκ τῶν τοιούτων ποικίλως διαφορέονται, καὶ ἐξ᾽ ὧν αὐτῶν ἐόντες, scribitur. Ex quibus variè morbum trahere, qui huiusmodi casibus conflictantur, eademq; diutius perseuerare significatur, eamq; explicationem exemplo amplificat Galenus. Fieri quinetiam potest vt talia per aluum deturbentur naturæ robore, atque iisdem perseuerantibus & diutius trahentibus, tam varia malorum congeries dissoluatur.

Ex recursatione doloris in lumbis, oculorum peruersio aut distortio, mala est.

314 Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνος, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις κακόν.

Scribitur Prorrh. 69. hoc præsagium iisdem verbis, & à Galeno quadantenus fugillatur Comm. in ægr. 11. lib. 3. epid. Quid autem sit ἴλλωσις ὀφθαλμῶν scripsimus in lib. 3. Epid. & aliàs pluribus huius vocis notatio explicata est. Vitium autem est in publicatis codicibus, qui legunt ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ πόνος, pro ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνος. Sic enim in Prorrhetico legitur, vbi πόνος omittitur.

315 Πόνος

A 315 Πόνος ἐς στῆθος ἱδρυθεὶς νωθρότητι, κακὸν ἐπὶ πυρετῷ. οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυνται.

Dolor in pectore fixus cum torpore, subortæ febri malum indicat, iisque celeriter mortem oppetunt.

Paulò aliter effertur Prorrh.70. hæc sententia. νωθρότης autem vt magnam cerebri noxiam atque extremam corporis refrigerationem, facultatumq; omnium prostrationem indicat, ita non temerè morbis acutis aut febribus succedit, vniuersim; est enim cruciatio, νωθρότης ἐν ὀξέσι κακόν. Atque huius sententiæ sensus est, vt subortæ febre perniciem indicet, patúmque refert an hoc modo intelligas, an verò subortæ febre celeriter intereant, quæ est Prorrhetici intelligentia.

316 Ἐξ ὀσφύος ἀγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμέοντες λεπτά, ὑδατώδεα, B προνεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσι.

Lumborum dolores ad os ventriculi recursantes; cum febre, horrore, si tenuia & aquosa vomitione reiecerint, delirarint, voce defecti sint, ij post nigrorum vomitionem moriuntur.

Repetitur hæc sententia Prorrh.83. atque hic melius quàm illic scribitur, vt ex Gal. Comment. satis apparet.

317 Τὰ κατ' ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν ἔγκοιλα ἀγήματα, καὶ πρὸς ὑποχόνδρια πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ. τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἀγήμα σιώπιον ἤξειν, κτείνει ὀξέως ξηρὸν ἄσημόδεα.

Lumborum ac tenuioris intestini diuturni dolores, & circum præcordia labores, in ægris vna cum febre cibum fastidientibus, eos dolor intensus ad caput progressus, non sine conuulsionis specie celeriter interficit.

Prorrhetic.100. aliter paulò scribitur hæc sententia, quæ hîc nonnihil diuersam habet notionem, & tamen à Galeno agnoscitur.

C 318 Οἵοισιν ὀσφὺς ἄγημα, οὗτοι κακοί. ἆρα τούτοισι θρυμώδεα γίγνεται καὶ φωϊδες ἐν ῥίγει;

Qui lumborum dolore conflictantur, ij malè habent. Num his tremores fiunt, & maculæ rubentes quales in tibiis, cum rigore?

Circumscriptione indiget hæc sententia, alioqui temerè valde pronunciata. Neque enim quiuis lumborum dolor perniciem aut tremores adfert. Rectiùs igitur ad Prorrhet.42. referatur, vnde & apertissimè deducta videtur & diminutè ac vitiosè exscripta. Lumborum namque dolor si diuturnus est cum æstu implacido & tenui sudore circa caput & thoracem oborto, perniciem affert. Quòd si spinalis medulla quæ est ad lumbos, noxiam senserit, neruorum affectum atque inde tremorem consequi consentaneum est, & vocem tremulam affecto neruorum genere fieri, velut in rigore conspicuè tremula cernitur. Sic enim ex Prorrh. constans & integer sensus erit, vt & lectio, si scribatur: ἠρωϊκῶς ἐν ῥίγει. Cuius quidem lectionis vestigia, quamuis lubrica, in Asulano codice remanent. Etsi enim vitiosa est lectio & asterisco notata [ἠρωϊκῶς ἐν ῥίγει] ex ea tamen ideam veluti genuinam eruas licet. D Quod si φωϊδες retineatur (quod faciunt omnes interpretes ex codicum consensu) eas ex vitioso humore aut feruentibus succis sub cute aut in aliqua parte reflitantibus & per rigorem impulsis excitari par est. Id autem rari est exempli, & ex vnius aut alterius obseruatione ad prædictionem traductum. Sunt autem φωϊδες Galeno in Exegesi, φαύσιγγες, οἱ διὰ τὰ πυρὸς ἐν τῇ κνήμῃ ἐπανισταμένοι κύκλοι ἐρυθροί, maculæ aut circuli rubentes qui ex ignis vicinia in tibiis oriuntur. Hesychio etiam φωϊδες· τὰ ὑπὸ πυρὸς, ἐν σώματι ἰόμενα ἐκ φυσήματος, ἢ φλυκτίναι significant: φωϊδες Erotiano exponuntur τὰ ἐκ πυρὸς ἰούμενα, μάλιστα ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσωσι σφογγύλα ὑπηλώματα, quædam ex igne contracta incendia, præcipuè vbi ex frigore ad ignem propiùs accedatur. E quo dictionem Diocles Carystius ἀπὸ τῆς φωτὸς ἢ ἐρεύθους deriuari scribit. Sunt qui etiam παῖς φλυκτίδας pustulas significare putent. φώδων meminit in Pluto Aristophanes, vbi Scholiastes φλυκτίναις explicat. Apollodorus φωϊδας τὰ ἐκ πυρὸς ἐρυθήματα καὶ ὑπαύσματα esse scribit.

E 319 Ἀρα τοῖς ὀσφυαγικοῖσιν, ἀσώδεσιν, ἀνεμέτοισιν, ὀλίγα φρενῶν παραφρουσιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

Considerandum est in lumborum dolore conflictatis & anxietate citra vomitum, & paulisper ferociter desipientibus ægris, num nigra per secessum proditura sint.

Hic symptomatum concursus repetitur Prorrh.85. ideóque hæc sententia nobis à superiore distinguitur, quòd per se sententiam faciat, & parum cum priore conueniat. Videtur autem esse materiæ copia grauantis aut in venis turgentis symptomata, vnde & lumborum dolor, anxietas, cibi fastidium, & nausea sine vomitione originem ducunt. Possunt quoque isti internum incendium, aut alicuius visceris phlegmonem consequi.

320 Ὀσφύος πόνος καρδιαλγικῷ, μὴ ἀναγρέμψιος βιαίης, ἔχει τι ἀσημώδες.

Lumborum & oris ventriculi dolor cum forti screatione, conuulsionem quodammodo suspectam facit.

Capitis dolor additur Prorrh.106. vnde huc traducta videtur hæc sententia.

321 Ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος.

Subabsurdus est qui cum iudicatione rigor fit.

Vitiosa sunt hic omnia exemplaria, quod etiam Aldinus codex asterisco notatus satis indicat. Quare & ex Prorrh.107. (quod ex Galeni Commentario in contextum reposuimus) transcribenda hæc sententia venit, atque ita legenda, ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος, vt suspectus ac subabsurdus sit rigor naturæque munia atque totam κρίσεως OEconomiam interturbans, qui vacuationibus criticis intermiscetur, easque distinet potiùs & moratur quàm promoueat. Etenim legibus naturæ consentaneum est, vt vacuationes criticas rigor præcedat, non comitetur aut subsequatur. Galenus in Prorrhetico ὑπόδοξον ex codicum varietate agnoscit, quod est Cornarij interpretatione approbatum, eaque etiam notione ὑπόδεινον hîc quædam exemplaria legunt, vt aliquatenus horrendus sit rigor cum iudicatione coniunctus.

322 Ὀσφύος ἄγημα, αὐτόθεν παραφάσιος πυκνὰ ὑποφοιτέον, κακοήθεος ἀρρωστίης σημεῖον.

Lumborum dolor absque causa manifesta crebro inuadens, morbi malignitatem indicat.

Lumborum multæ cùm sint partes, cuiusnam partis dolorem significet non satis est expressum, atque adeò indistinctè admodum pronunciatum est præsagium. Vero tamen est simile trahentes & diuturnos lumborum dolores, si nullam manifestam occasionem prodant, ac crebrò repetant, occultam aliquam perniciem præ se ferre. Frequens enim recursus maligni & pertinacis morbi iudex est. πυκνὰ ὑποφοιτέον eadem phrasi (vt supra *) effertur.

* *Sect.* 286.

323 Ὀσφύος ἄγημα μὴ κάματος ἀσώδεος, πονηρόν.

Lumborum dolor cum æstu implacido & anxio, malum significat.

Apparet ex Prorrh.42. decerptum esse hoc præsagium, ideóque μὴ κάματος melius legitur, etsi μὴ κάματος habent exemplaria quædam, quæ secutus est Cornarius.

324 Ὀσφύος σιώλωσις ἐκ γυναικείων ὠλήθους, ἐκπυητικόν. καὶ τὰ ποικίλως ἰόντα, γλίσχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ἐπὶ τοῖσι παραφρυθμοῖσιν, ἐκπυητικόν.

Lumborum contensio ex mensium copia suppurationem fore indicat. Quin & variè prodeuntia, glutinosa, graueolentia, strangulatum cum antea commemoratis inducentia suppurationem denunciant.

Fortassis verò & tales aliquantum delirare contingit. εἰμὴ ἄρ' ἐς παραφροσύνην τι ἔρχεται τοιοῦτος. A

Ex suppressa muliebrium abundantia inflammationem subnasci, indéque suppurationem fore docet disertis verbis Hippocrates lib.1. περὶ γυναικ. & Gal.Comm.in aph.57. lib.5. Quin & male habiti menses grauedolentes & fœtidi permixta humorum acrimonia & corruptela, vterum interdum lacerant & pus deducunt. Cui rei adhibenda maxima cura est, & vt scribit Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. χρὴ τοῦ μὴ μελίτιον ἀτρεκέως πεπέσσειν ἐλκέων ἦν ἐν τῇσι μήτρῃσιν. ἅτε γὰρ ἐν ὑπτιοῦ ἐόντα καὶ εὐεπιθυμίῃ, καὶ νεφρῶσι τὰ κοιλίης. Remorari quoque menses, aut crassiores, aut glutinosiores, aut etiam ex morbo, aut obuoluto & conniuente vteri osculo, strangulatum, febres, & interdum deliria conuehunt, grauioréque multò nonnunquam casus, quorum mentionem facit Hippocr. libr.1. περὶ γυναικ. φυσ.

Qui lumborum & lateris dolore absque vlla occasione tentantur, ij in morbum regium incidunt. 325 Οἷσιν ὀσφὺς ἄλγημα καὶ πλευρὴ αὐθωρὸν φαίνοιτο, ἰκτερικοὶ γίνονται. B

In ictericis iam diu confirmatis & morbum trahentibus, lumborum & lateris dolor plurimùm fatigat, idque vbi induruit hypochondrium aut viscus aliquod, aut inflammatione vexatur hepar. Alioqui lateris & lumborum dolor parum ad ictericum denunciandum conferunt, & signa sunt ἐπισχυῆ, indistinctumq; pronunciatum faciunt.

Ex sanguinis eruptionibus vehementes die iudicatorio obuenientes perfrictiones, pessimæ. 326 Αἱ ἐν κρισίμοισιν ἐκ τῶν αἱμορραγιῶν παρυφύξιες νεαιτικαὶ, κάκιστα. C

Vehementes totius corporis perfrictiones diebus iudicatoriis ex hæmorrhagia obuenientes, tantùm non naturam leuant, vt morbum recrudescere & nouas saburras inferas significent, ideoque damno sunt. Aliter paulò scripta est hæc sententia Prorrh.134. vbi vehementes sanguinis eruptiones cum perfrictionibus iudicatoriis sugillantur, & aliam agnoscit lectionem Galenus, iudicatorias totius corporis perfrictiones, vehementes sanguinis eruptiones sistere & remorari. Quam notionem etiam amplectuntur exemplaria quædam manuscripta. κράπσαι pro κάκισαι legunt, nisi quòd perfrictionibus vehementiam, non sanguinis eruptionibus attribuit.

Sanguinis ex parte aduersa profluuium, malum est, velut si in lienis tumore ex dextra nare effluat. Et circa præcordia idem spectari oportere existimandum est. 327 Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέον, πονηρὸν, οἷόν ὅτι σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ τῶν δεξιῶν. καὶ περὶ φρένα ὡσαύτως. D

Celebratissima est hæc sententia & ex media Hippocratis OEconomia petita, & in humorum transmutatione & effluxibus insigniter decantata. In naturæ namque motibus semper spectandam esse εὐθυωρίαν, directionem, rectum partis situm, & τὸ κατ' ἴξιν, vbique docet Hippocrates, veluti ea quæ ex opposito & aduersa parte fiunt, perpetuò damnantur. Sic in sanguinis profluuio τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέον vitiosum esse docet Hippocrates, & in abscessuum doctrina τὸ ὑπὸ ταὐτὰ ῥέπον lib.2. epid. Ad hunc verò locum explicandum plurimùm facit quod scribit lib.2.& 6.epid. κατ' ἴξιν δὲ πλευρὴ ἔκτασις εὐρυώδης, καὶ ἐκτάσιος ἐπιχρόνιος, καὶ σπληνὸς ἔκπυσις ἐκ ῥινὸς ῥύσις. Quod autem hæc sententia repetatur Prorrh.125. hic eam ex melioribus codicibus distinximus, etsi quædam exemplaria superiori connectant. Huius etiam pronunciati meminit Galenus Comment.1.in Prognost. & Comment.ad aphoris.21. lib. primi.

Qui ex vulnere subinde rigentes sanguinem profundunt, ij malignè habent, ac inter loquendum de repente moriuntur. 328 Τὰ αἱμορραγεῦντα, ὑπορριγεῦντα τρώματα, κακοήθεα, ἀφαλεγέμενοι λαθραίως τελευτῶσι.

Prorrh.128. ex quo translata videtur hæc sententia, pro ὑπορριγεῦντα ἐπιῤῥοιοῦντα legitur, eamque lectionem agnoscit Galenus.

Quibus quinto die liberales sanguinis profusiones contingunt, & sexto nouo oborto rigore corripiuntur, septimo perfrictionibus tentati celeriter recalescunt, iis alui malè afficiuntur. 329 Τὰ πεμπαῖα αἱμορραγεῦντα λάβρως, ἕκτῃ ἐπιῤῥιγώσαντα, ἑβδόμῃ παρυφυξάντα, ἀναθερμαίνοντα ὀξέως, τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται. E

Liberalis sanguinis ex naribus profusio quinto die contingens, interdum illustrem habet iudicationis prærogatiuam, vt lib.1. epid.in Metone, interdum verò paruam, vt inter morbi initia, præsertim verò si rigor sexto die, aut perfrictiones septimo, cum febris reuocatione, velut malorum cumulus, succedant. ἀναθερμαίνειν enim Galeno τὸ αὖθις πυρέττειν significat, & οἱ ἐκ παρυφύξεως ἀναθερμαινόμενοι damnantur in Prorrhetico. In naturæ motibus ritè procedentibus rigor hæmorrhagiam præcedit, & tunc totum conatum ad totius corporis expurgationem intendit. Est interdum vbi sanguinis largam fluxionem rigor sequitur, eamq; sistit, vt scribitur in Prorrh. οἷσιν ἐξ ἀρχῆς αἱμορραγίαι λαύρας ῥίγος ἴσχει ῥύσιν. Sed vbi sanguinis profluuio succedunt rigores, diuturni sunt & maligni, vt scribitur in Prorrh. ἐξ αἱμορραγίας ῥίγεα μακρά, aut (vt alij scribunt) πονηρά. πονηρέειν autem κοιλίαι de alui vitiis & affectionibus intelligitur Galeno, quæ ad caloris natiui imbecillitatem succedunt, & ὀξυχειρίειν aut καταῤῥιγοῦν significat.

A sanguinis eruptione nigrorum per aluum egestio malo est. Quin & prærubræ ac æruginosæ deiectiones damno sunt. Quibus eiusmodi sanguinis eruptiones quarto die contingunt, tandem sopore & conuulsione conflictati moriuntur, prægressis nigris deiectionibus & ventre in tumorem sublato. 330 Μετ' αἱμορραγίην μελαίνων διαχώρησις, κακόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὰ ἐξερυθρα ἰώδεα. τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμορραγίαι, κωματώδεες ἐκ τοιούτων ἀναθέντες θνήσκουσι, μελαίνων προδιελθόντων, καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

Scriptum est hoc præsagium Prorrh.127. paulo tamen aliter, ibique est à Gal. explicatum. De nigris autem deiectionibus habes Hippocratis & Gal. sententiam aph.21.& 23. lib.4.

In præcipiti malo quæ post sanguinis eruptiones & nigrorum per aluum refusiones surditas obuenit, malum denunciat. In his sanguinis egestio perniciem affert, surditas autem soluit. 331 Μετ' αἱμορροΐας καὶ μελαίνων διαχωρήσιας ἐν ὀξέϊ κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις τούτοισιν ὀλέθριον. κώφωσις δὲ λύει.

Repetitur hæc sententia Prorrh.129. paulò tamen immutato sensu. Illic enim in sanguinis eruptione parcitatem damnat, & surditatem discuti sanguinis per aluum egestione scribit. Hîc verò surditas huiusmodi sanguinis egestionem soluit, ex aphorism. 28. libri quarti.

Quibus sanguinis eruptiones diu perseuerant, in iis temporis progressu aluus malè afficitur, nisi vrina concocta prodierit. Ac fortassis tale aliquid diluta vrina denunciat. 332 Οἷσιν αἱμορραγίαι πλείους, παρεόντος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἀραῖόν τι ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτον σημαίνει. I

Iisdem verbis repetitur hæc sententia Prorrh.133. & aliis verbis effertur aphorism.27.lib.4. quem antea expressit hoc præsagium sent.154. Non necesse tamen est post sanguinis eruptiones aluum semper effundi, cùm ex hæmorrhagia interdum resiccetur, &

ἐξ αἱ-

ἐξ αἱμορραγίας ὑπόκωφος γαστὴρ notetur in Prorrh. Sed quòd spiritu cum sanguine exhausto, calorem natiuum languere plærumque accidat, vnde & concoctiones deficere, cæteráque naturæ munia ignaua esse contingat, ac vrinas dilutas & aquosas velut caloris imbecilli indices prodire. Ac sanè superfluum videretur huius præsagij extremum membrum ex Prorrh.132. tot inflatam, nisi ex manuscriptis exemplaribus in Prorrh. adscriberetur,& à Galen.in Commentario subindicaretur, vt nostris in Prorrh. Scholiis testati sumus.

333 Οἷσιν ὑπὸ αἱμορραγίη λάβρα πυκνὴ ὑγρὴ μελάνων συχνὴ διαχώρησις, ὑποστάσης ἢ αἱμόῤῥοοι, οὗτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δὲ ἴσι φύσησιν βύθιοι. ἄῤῥωστοι δὲ ἐφιδρῶσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; ὃ δὲ ἀνατεταραγμένον οὖρον ἐν τούτοισιν οὐ πονηρόν, οὐδὲ ὃ ἐφιζάνον γυναικός. ὑπὸ πολὺ ἢ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν.

Quibus ex larga & frequenti sanguinis eruptione, copiosa fit nigrorum deiectio, cum alui vero suppressione sanguinem profundunt, iis aluus dolore conflictatur, vnà autem cum quibusdam flatibus tolerabilius ferunt. Ac fortè hi copiosis, frigidis & tenuibus sudoribus diffluunt. In his returbata vrina mala non est, neque quod in ea insidet genitali semini simile. Vt plurimùm autem hi dilutas vrinas reddunt.

Repetitur hoc præsagium Prorrh.140. Ac neque hoc loco magis reputauit variam signorum vim hic author & efficaciam, sed indistinctum præsagium effecit, paulùm variata dictione. Quod autem hic legitur, ἅμα ἢ τῇσι φύσῃσιν εὔοσμοι in Prorrhetico melius scribit, ἅμα δέ πῃσι ἐμφυσῶσι εὔοσμοι. Vnde etiam probatur manu scripti exemplaris lectio quæ habet, ἅμα ἢ τῇσι ῥύσεσιν. inde enim deducta videtur. Sed nos ἅμα δέ πῃσι legimus.

334 Οἷσιν ἐκ ῥινῶν ὑπὸ καφώσει ἢ νωθρώτητι μικρὰ ἀποσάζει, ἔχει τι δύσκηλον, ἔμετος τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

Quibus cum surditate & torpore paucus è naribus sanguis stillat, nonnihil molestiæ exhibet, iis vomitus & alui perturbatio confert.

Præsagium est Prorrh.141. " hic repetitum & iam antea expressum, vbi neque pro dignitate ἀπόταξις satis reputatur cum non in leuibus malis apud Hippocratem reponatur. Vomitus autem & alui perturbatio, etli humorum transpositione & vacuatione iuuare possunt, distinctione tamen indigent, quam ex Galeno haurias licet.

" *Sent.*208.

335 Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμορραγίαι τοῦ ἀνακομιδῇ κοιλίας καταψύχουσι.

Quæ magnæ sunt in principiis sanguinis eruptiones, dum ægri vires recolligunt, aluos effundunt.

Neque solum morborum ini ï s istud contingit, sed quandocumque aut vndecunque largæ sanguinis effluxiones fiant, vt antea sent.154.& 332. ex aphorismis scriptum est.

336 Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίη ἀποληφθέντα, ἔστιν ὅτε ἀσμὸν ὑπαγαγεῖν, φλεβοτομίη λύει.

Largæ sanguinis ex naribus eruptiones per vim suppressæ interdum conuulsiones accersunt, vnde liberat venæ sectio.

Aliter effertur hæc sententia Prorrh.145. atque vtraque lectio vera est. Vehementes enim, multæ ac liberales sanguinis è naribus eruptiones, promptè ad conuulsiones deducunt. Aut quæ per vim sistuntur largæ sanguinis eruptiones, hoc est, fronti, ceruici, aut capiti adhibita nimia refrigerantium remediorum copia (quod interdum fieri solet, conuulsionibus viam aperiunt. Quæ Galeni explicatio hanc lectionem, quæ βίῃ ἀποληφθέντα habet, magis probat. Quomodo autem venæ sectio remedium afferat, à Galeno petendum est.

337 Αἱ ἐνδεκαταῖαι καταξίες, δύσκηλοι, ἀγλῶσσί τε καὶ ὅσαι ὑποστάξῃ, καὶ ἢν ὑποστάξῃ.

Sanguinis è naribus stillationes quæ vndecimo die contingunt, molestiam afferunt, tum vero præsertim si bis sanguis stillarit, aut rursus nares stillare cœperint.

Prorrh.148. aliter scribitur hoc præsagium. Verum in vniuersum in Hippocratis doctrina sanguinis stillationes (quod antea scriptimus) multis decretis configuntur, non ex modò quæ vndecimo die contingunt, id tamen præsertim si diebus criticis apparent. Quòd si diebus indicibus stillare nares cœperint, ac postea diebus iudicatoriis stillatio repetierit, inter pessima signa, non δύσκολα tantum reponendum, cùm fractum & irritum naturæ conatum significet. Idque videtur esse ὑπόταξις Hippocrati. In Prorrhetico codices Regij manuscripti huius præsagij lectionem propiùs assequuntur, cum καὶ ἢν ὑποστάξῃ legunt. Hic vero vtraque lectio, tum manuscriptorum tum etiam publicatorum exemplarium appenditer, vt facile appareat alteram ab aliquo margini ascriptam in contextum irrupisse, atque pro ἢν ὑποστάξῃ, καὶ δὶς ὑποστάξῃ appositum fuisse. Atque certè parum referre videtur, an ἢ ἢν ὑποστάξῃ, an καὶ ἢν ὑποστάξῃ, an verò καὶ δὶς ὑποστάξῃ legatur.

338 Ἐπὶ αἵματος ῥύσει πολλῇ, ἢ λυγμὸς, ἢ ἀσμὸς, κακόν.

In copiosa sanguinis fluxione, aut singultus, aut conuulsio, malum denunciant.

Ex aph.3.lib.5.& 9.lib.7. desumpta est hæc sententia Hippocrate dignissima.

339 Τοῖσιν ἕως ἑπτὰ ἐόδμων δυσαμίη μὴ ἀχροΐης, ἢ πνεῦμα δι' ἰζόμενον ἐν τῇσιν ὁδοῖσι, ἢ γῆς ὀπτιζομένου, αἵματος φθορὴν ἢ ἔκλυσιν σημαίνει.

In his qui ad septimum progressi sunt cum coloris fœdatione, inter ambulandum spiratio coaceruata, & terræ appetentia, sanguinis corruptionem ac virium exolutionem denunciat.

Phrasis est admodum insolens & obscura, ideóque suspecta. Cornarius δυσαμίη ἀκαλαμβάνουσι, aut aliud quid tale, ad faciliorem intelligentiam, aut legisse aut subintellexisse visus est. Mihi nil aliud hac sententia subindicari videtur, quam in his qui diuturna coloris fœdatione, aut viscerum impuritate laborarunt, cum densa & concitata spiratione, & terræ appetentia, insignem humorum cacochymiam ac corruptelam, indeq; virium exolutionem portendi. Cuius sententiæ notio ex Prorrhetici secundi verbis petenda videtur. οἷσι δ' ἂν τὰ χρώματα ἐόντα πονηρὰ ὅτι πολὺ χρόνου, ξυνεχέως δ' μὴ ἰκτερώδεα γένηται, ὅταν ἢ τὸ σῶμα, κεφαλὴ ἀλγήσῃ, ἢ λίθους τι ἢ γλῶ τράγῃσι, ἢ αἱμορρόϊδας ἴσχῃσι. ταῦτ' δ' χλωρὰ χρώματα ὅσα χρόνια ἐστί, ἢ μὴ ἰκτερικὰ ἐστί, ταῦτα μὲν ἄλλα ταῦτα πάντα αὐτοῖσι ξυμβαίνει. αὐτὰ δ' ἢ λίθων τούτων ἢ τῶν τοιούτων ταῦτα ὑποχόνδρια ἀλλοῖα, ἢ παχέα ἐστίν. ἐκέσται δ' πολὺ χρόνον ὠχροὶ φαίνονται, ἢ ταῦτα προσωπα ἐπιφανέα ἔχοντες, κἀδέναι χρὴ τούτοις πάντα ὁμοίως, ἢ σκληρὰ ταῦτα ἀλγήματα ἔχοντας, ἢ ὅσα τοῦ σώματος ἐστὶν ἐν ἐφυτοῖσι, ταῦτα δ' πλείστοισι τῶν τοιούτων φαινομένων, ἐπὶ δ' τούτων τῶν κακῶν φαίνεται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλά, ἢ ὀλίγα πάντα. Quibus sententiis paulò diffusiùs, quod hic pressiùs, exprimitur. Celsus autem cap.7.lib.2.his verbis contrahit. Quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. Qui diu habent faciem pallidam, & tumidam, aut capite, aut visceribus, aut aluo laborant. Hic autem ἀχροΐη pro colore fœdo & deprauato ponitur, qualis in magna crudorum & vitiosorum humorum coaceruatione & cacochymia conspici solet, vnde & terræ ac rerum aridarum appetentia, velut in mulieribus malacia aut pica laborantibus, cæteráque ciborum fastidia læso ventriculi osculo contingunt, vt scribit Gal. Com.ad aph.61.lib.5. Diximus autem ad septennium progressos, vt diuturnam coloris deprauationem indicaremus, ac suspectam & insolentem phrasim qua possemus ratione, codi-

cum ope destituti, exprimeremus. Exemplaria quædam Regia manuscripta, τοῖς νέοις ἐπὶ ἐδόμων legunt, quæ lectio Prorrhetici secundi sensum magis refert. ἀλιζόμενον autem πνεῦμα aut ἀλιζομένου, ab ἅλις quod frequens est apud Hippocratem, inter obscuras & inexplicatas dictiones reponendum. Ac videtur ea dictione coacceruata spiratio intelligi, velut concitata & densa, qualis vitio laborantibus visceribus ac præcordiis, vel minimo labore contingit. Quod effecit vt illud ἐν τῇσιν ἐδοῖσι, inter ambulandum dixerimus, quod insigni cacochymia laborantibus, vbi vel minimum se commouent, difficilis illa respiratio contingat. Quibus sic se habentibus non est difficile sanguinis vel humorum corruptelam, aut languentibus præcipuis visceribus, virium exolutionem, ac cætera quæ Prorrhetico secundo describuntur, suspicari. Præceptor autem Hollerius ἀλυζόμενον πνεῦμα magis probat, hoc est, spiritum anxium, vt ab ἅλις aut αὐτομὲν deducatur, aut ab ὀλύειν & ἀλίζειν. Sed nos istius dictionis notationem & testimonia aliàs expressimus. Porrò hic est admonendum omnia exemplaria χὴς ὀπωρίλου legere, ista tamen mihi potior lectio visa est, vt χὴς ὀπωρίλου scribatur.

Diuturnis in morbis paruæ apparentes sanguinis ex naribus fluxiones, perniciem ostentant.

340 Ἐν τοῖσι μακροῖσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμορροΐδεα, ὀλέθρια.

In longis morbis, qui coctione aut abscessu leuari debent, non parum suspectæ sunt paruæ & ex interuallis sanguinis ex naribus fluxiones, vt quæ hepatis & venosi generis affectionem & exolutionem indicent. Quin & μικρὰ ἐπιφαινόμενα vocantur, quæ non pro dignitate morbi leuant aut apparent.

Tenebricosas vertigines circa initia sanguinis ex naribus fluxio soluit.

341 Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμορροΐ ῥινὸς λύει.

σκοτώδεις dicuntur Hippocrati tenebricosa vertigine vexati, aut quibus tenebrosæ caligines circum oculos versantur. Quibus igitur in capite magna caliginosorum vaporum & flaculentorum humorum abundantia ex feruidiore sanguine collecta est, aut ex humorum effernescentia tanta fit turbulentorum spirituum agitatio, vt tenebras oculis offundat, eos leuare potest circa initia sanguinis ex naribus fluxio, alioqui maioris morbi metus iniicitur, & epilepsia aut apoplexia timenda est. Illud verò ἐξ ἀρχῆς ad vertigines quæ initio cientur ex plethora quadam particulari, aut ex recursu quodam sanguinis symptomatico in febre acuta, & fumidis vaporibus ab impuro stomacho, aut inflammatis visceribus exhalantibus, quarum solutionem sanguinis ex naribus profluuium non temerè procurat. Videntur autem hæ duæ sententiæ antea vno præsagio comprehensæ & ad aurium tubercula relatæ, sent. 105.

Vbi sanguis ex naribus effluxit, totius corporis perfrictio cum tenuibus sudoribus morbi malignitatem denunciat.

342 Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖς ἱδρῶσι παρεψυχόμενα, κακοήθεα.

Prorrhetico 126. scripta est hæc sententia, & antea † quoque hoc præsagio expressa.

† *Sent.* 40.

In corporis perfrictione cum torporis sensu, sanguinis detractio, mala est.

343 Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξῃ νεκρώδεϊ μετεώρῳ, κακόν.

Illud indistinctè pronunciatum cautione indiget. Neque enim in his fluxionibus in quibus humores corporis concrescunt, fixi sunt, ac congelantur, quales sunt apoplexia, aut catalepsis, aut in quibus (vt loquitur Hippocrates) † ξηραίνεται τὸ σῶμα τοῦ, καὶ τὰ πνεύματα καὶ τὰ ὑγρὰ ἐν αὐτῷ τοὺς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιες γίνονται ὑπὸ τῆς ἀτασθαλίης, καὶ ἀφωνίη, omnino interdicenda est sanguinis missio, sed accurata prius præparatione opus est, vt frictionibus, ligaturis, corporis concussione & motu, fotibus, vnctionibus, ac cæteris id genus, vt sanguis crassior & frigore congelatus recalescat, attenuetur, & liberius effluat, alioqui periculosa est sanguinis missio in tanta frigiditate. Quod consilium ex Hippocrate etiã ineundum est, cum scribit, " ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προπυρεύοντας φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν ἥκιστα, μετεώρων ἐόντων τῶν παθέων τῶν λυπούντων πνευμάτων καὶ χυμάτων, εὐδιακριτώτερα γὰρ ἔσται. Verùm hæc sententia de torpida perfrigeratione accipitur, quæ caloris natiui extinctionem & virium exolutionem sequitur. Sunt qui sanguinis detractionem ex naribus intelligant, vt præceptor Hollerius. Certum autem est hæmorrhagiam ex naribus in morbis cum perfrictione & torporis sensu non parum esse suspectam.

† *Lib. 4. de rat. vict. in morb. acut.* " *Lib. 4. de rat. vict. in morb. acut.*

Qui suppressa aluo sanguinem ex naribus fundũt, & vna cum sanguinis profluuio subinde rigent, iis aluus intestinorum læuitate laborat & obdurescit, aut tenues lumbrici (ascarides dicti) infestãt, aut vtrunq;.

344 Ὅσοι κοιλίης ἐπισχόντος αἱμορροέουσι, καὶ ἐπιῤῥιγῶσιν ἅμα τῷ αἱμορροΐ, τούτοισι κοιλίῃ λεπτυνομένῃ πολέες, καὶ ἐπισκληρὸν καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα.

Prorrhetico 138. aliter legitur hoc præsagium & cum dubitandi nota, quæ & in quibusdam manuscriptis exemplaribus retinetur, licet vitiosa sit scriptio, ἆρα τὰ αἱμορρεῖν, pro ἦρα τὰ αἱμορρεῖν. Quæ Dioscoridis videtur esse lectio, cuius meminit Galenus in Comm. Prorrh. Et alioqui facilis est lapsus communis lectionis ἆρα pro ἦρα.

Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si siticulosi sint, neque sanguinem profuderint, comitiali morbo pereunt.

345 Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμορροΐδεα, διψώδεα, μὴ αἱμορραγήσαντα, ἐπιληπτικῶς θνήσκει.

Prorrh. 131. repetitur hoc præsagium ac paulò aliter exprimitur.

Ex venis in ano sanguinem fundere solitis aliquantum apparentibus, tenebricosæ vertigines obortæ, paruam ac sensim factam partium resolutionem indicant, ex quo liberat venæ sectio. Et quicquid huiusmodi apparere solet, mali aliquid denunciat.

345 Ἐξ αἱμορροΐδος εἴωθεν ἐπιφανείσης σκοτώδεα γίνεται, παραπλησίως μικρὴν καὶ ἐπ' ὀλίγον σημαίνει. λυσιφλεβοτομίη. καὶ παντὸς ἄτου ἐπιφαινομένου, κακόν τι σημαίνει.

Hæc vacuationum intra modum subsistentium genere concluduntur, & velut exemplum quoddam proponuntur, quo fatiscentes naturæ vires subindicantur. Præcipuè verò venarum per anum sanguinem fundere solitarum suppressio hoc præsagio sugillatur, ex qua plethorica symptomata plurima & morbi ex redundantia gignuntur, de qua scribitur libris Epid. ac præcipuè aph. 28. sect. 3. lib. 6. & Galeno Com. ad aph. 10. sect. 6.

Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti intereunt?

347 Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου, ἆρα καὶ ἄφωνοι τελευτῶσι.

Hoc præsagium penè iisdem verbis repetitur Prorrh. 30.

Ex tremoribus quæ conuulsiones fiunt cum sudoribus, recidiuas minantur. In his iudicationem facit nouus subinde obortus rigor. Sed is priùs ardore circa ventrem exorto prouocatur. Somnus in his multus conuulsionem minatur, & frontis grauitates, ac mictio molesta est.

348 Τὰ τρομώδεα ἀσασμώδεα γινόμενα ἐφιδρῶσι, φιλυπόστροφα. τούτοισι κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. ἐπιῤῥιγοῦσι δ' ὧδε· ἐπὶ κοιλίῃ καύματι πρωϊκληθέντες. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισιν ἀσασμώδεσι, καὶ τὰ ἐς μέτωπον βάρεα, καὶ οὖρησις δυσκλαίνουσα.

Præsa-

A Præsagium est Prorrhetico 105. repetitum, & ab interpretibus Hippocratis (vt scribit Gal.) varia lectione exagitatum. Cuius pars extrema ex Prorrh. 109. velut ex concursione, ita variis diuersæ naturæ casibus suffarcinata, huc est temerè asluta. Verùm hic τὰ ἐς ὑίστερον βαρέα legitur, vbi in Prorrh. τὰ ἐς ὕστερον ἀλγήματα βαρέα.

349 Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἄπαθέες ἀσπασμοὶ, εὐχερέες.

In vteri strangulatu non antea expertæ conuulsiones, faciles sunt.

τὸ εὐχερὲς hîc facile & τὸ ἀκίνδυνον significare videtur, vt nõ antea cognitas aut expertas in vteri strangulatu conflictatis conuulsiones, minimè suspectas, aut periculo vacare indicet. Potest etiam significari propensio quædam ad conuulsiones, quòd huiusmodi mulieres vteri suffocatione laborantes, ad conuulsiones valde sint proclives, & alioqui vterus ipse valde animatus & senilis, conuulsionibus non parum sit opportunus, vt ex multis historiis lib. Epid. & Galeno lib. 6. de loc. aff. satis patet. Quem in sensum etiam sumptimus Prorrhetici sententiam 119. vbi hoc præsagium repetitur, etsi ἄπαθροι in omnibus exemplaribus legitur, quod illic ἀπαύρως, vt hic ἄπυροι legendum esse fortè coniicias. Cui lectioni suffragatur postea hoc præsagio sent. 531. & 554. Neque verò refert ἐν ὑστερικοῖσιν, an verò ἐν ὑστερικῇσι legas, vt in Prorrhetico. ὑστερικὸ enim vteri strangulatus significant, vt & ὑστερικὴ dicuntur quæ strangulatu ab vtero suffocari videntur.

350 Τὰ ἀσπασμώδεα αἰδρῶν ἢ πύελα τῶν ῥεόντων πυρετώδεα ἐόντα, δύσηθέα. τύπτουσι ἐπεὶ κοιλίαι ἢ κεφαλαὶ γίνονται. Τάχα δέ τι καὶ ἐς ἄρθρα ἀποσήσουσι.

Cum conuulsionibus & sudore febrienti defluentia sputa minimè mala sunt. His præterea alui aliquantulum madescunt, ac fortassis aliquid ad articulos abscessurum sperandum est.

Τὰ ἀσπασμώδεα πύελα videntur ab Hippocratis OEconomia aliena. Et certè apparet hoc esse translatum ex fine Prorrhetici 121. vt totam istam sententiam ex Prorrh. 122. assumptam esse constat. Quanquam istius quoque lectionis meminit Galen. & αἰδρωτὶ quosdam legisse scribit, vbi αἰδρῶτι habent exemplaria publicata, quædam etiam cum manuscriptis αἰδρώτῃ, vt hîc melius retinetur. Hic quoque melius εὐήθεα quam ἀήθεα legitur, cùm εὔτροπα Galenus exponat in Prorrhetico. Variant hic etiam exemplaria. Quædam namque τύπτουσιν ἐπ legunt, vt & meliora ἀποσήσεται pro ἀποσήσουσι.

351 Οἵσιν ἐν ἀσπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλαμπάνουσιν ἀτενέες, ὅτεω φρὴν ἑωυτοῖσιν ἐξίσι, δυσμενεστέρως τε μαχροτέρως.

Quibus in conuulsionibus oculi intentè splendent, iis mens non constat, & diutiùs morbum trahunt.

Videtur ex Prorrh. 124. huc translatum esse præsagium. Sunt autem phreniticorum indicia oculi immoti, fixi & intenti, aut intentè relucentes, quod ex media Hippocratis doctrina hauriendum est, vt ὀμμάτων ὀρθότης, ὄμμα φρασὺ, aut ὀμμάτων φράξις. Et huic sententiæ lumen adfert quod scriptum est li. 6. Epid. † ὀμμάτων φράξις παραφρενικόν. Vitiosa sunt autem exemplaria edititia, quæ ἐκλάμπουσιν aut ἐκλαμπάνουσιν aut ἐκλαμπαίνουσιν legunt, pro ἐκλάμπουσιν. In iis enim velut in ira admodum percitis oculi relucent ac micant. Quod expressit in Turno Virg."

——— *totoque ardentis ab ore*
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

ἀτενὶς autem aut ἀτενίες, aut ἀτενέως (vt in Prorrhetico) legendum.

† *Sect.* 1. " *Æn. lib.* 12.

352 Τὰ ἀσπασμώδεα τῶπον προξωμόρυα κατίχως, τὰ πρὸς οὖς ἐπαίρει.

Quæ conuulsionis in morem affligunt, cum alto sopore, quem catochum vocant tubercula ad aures attollunt.

Prorrhetico 161. iisdem ferè verbis exprimitur hoc præsagium, nisi quod αἴρησιν pro ἐπαίρει ponitur.

353 Τρομώδεσιν, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ πρὸς οὖς ἐπιφύματα ἀσπασμὸν σημαίνει κοιλίης πονηρυομένης.

In tremulis & anxietate vexatis, parui ad aures tumores excitati, conuulsionem denunciant, si aluus malè affecta sit.

Videtur ex Prorrh. 162. expressa sententia, quæ meliorem tamen hic nacta est intelligentiam. Ad finem Prorrh. parotidum prædictio conficitur, in sopore, anxietate, capitis dolore, surditate, ac cæteris id genus tentationibus vexatis, quæ signorum naturam comprehendunt. Est autem vero simile in tremulis ex cerebri intemperie, ac neruosi generis imbecillitate, cum magna corporis imploditate, paruarum parotidum exortum tantum non leuare morbum, vt etiam conuulsionis spem accersant, cùm non nisi pro morbi dignitate apparentes abscessus probet Hippocratis doctrina. Quod etiam potius continget malè affecta aluo, & morbi fomitem continente, humoribus ad cerebrum raptis & illuc momentum facientibus.

354 Τὰ ἀσπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ὀπισθυόμενος λύει.

Conuulsiones & neruorum distentiones succedens febris soluit.

Hippocratica est sententia ex aph. 57. lib. 4. petita & libello περὶ κρισίων ad finem repetita. Quin & in Epistola ad Demetrium Regem his verbis exprimitur, ὑπὸ ἀσπασμὸν πυρετὸς ὀπισθόμενος ἴσχει τὸ νόσημα.

355 Σπασμὸς ὑπὸ τραύματος θανάσιμον.

Ex vulnere conuulsio lethalis.

Ex aph. 2. lib. 5. desumptum præsagium, quod etiam hîc postea (vt in tumultuario opere) repetitur.

356 Σπασμὸς ὑπὸ πυρετοῦ ὀπισθόμενος, ὀλέθριον. ἥκιστα δὲ παιδίοισιν.

Conuulsio febri succedens, periculum denunciat, minimùm verò pueris.

Hæc sententia cum sequente ex Prognostico petitæ sunt, & in eandem notionem coalescunt. Conuulsio igitur febri succedens, etsi meritò suspecta est, in pueris tamen timenda est, si in febre aluus nihil deiiciat, neque somnus accedit, sed terrentur, flent, ac colorem mutant. At in his nuperrimè editis necdum septimum annum excedentibus, minus periculum est (Alioqui promptissimè conuulsionibus prehenduntur, præsertimque ij qui crassissimi sunt, & aluos duras habent, vt scribitur aph. 25. lib. 3.) ἧσσον γὰρ κινδυνεύουσιν (vt scribit Hipp.) οἷσιν αἱ ἐκκρίσιες ἡ φύσις καὶ τὰ ἑλκώδεα, ἢ νοῦσος ἤ. Grandiusculos autem & adultos non adeo in febribus conuulsio prehendit, & alioqui maius periculum denunciatur, & vehementis admodum malitiæ signum aliquod adesse oportet.

357 Οἱ πρεσβύτεροι ἑπτὰ ἐτέων ἐν πυρετῷ οὐχ ἥλιστον) ὑπὸ ἀσπασμοῦ, εἰ μὴ, ὀλέθριον.

Adultiores & qui septimum annum excesserunt, conuulsione in febre non prehenduntur, alioqui periculum denunciatur.

358 Σπασμὸς λυσικοῦ πυρετὸς ὀπισθόμενος ὀξύς, μὴ πρότερον γεγονώς. Εἰ δ' ἔστι πρότερον γεγονὼς, πρόξωσις. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὄρος διέξοδος ὑαλώδης πολλὴ, καὶ ὕδωρ χολώδες, καὶ ὕπνοι. τῷ δὲ ὀξαπίνης ἀσπασμῶν λυσικὸν, πυρετὸς, χολώδης ῥύσις.

Conuulsionem soluit febris succedens acuta, quæ prius nõ aderat, aut si priùs adfuit, ingraueſcens. Confert autem & vrinæ vitreæ copiosus pertransitus & alui fluxio, & somnus. Conuulsiones autem derepente ortas febris soluit ac alui fluxus.

Ambiguum est quid intelligat per ὄρος διέξοδον ὑαλώδη. Neque enim frequens est admodum ista vrinarum apud Hippocratem attributio. Mihi certè significare videtur ὄρον ὑαλοειδῆ, ac eam vrinam quæ multam pituitam vitream, aut potiùs albugineam, era-

lum,frigidam & glutinosam continet, ac eadem quæ in multis Epidemiũ historiis γενόμενα ἤρησε, ac postea in hoc Prælagio, acci- A
dunt, & in pluribus conuulsione laborantibus ab Hippocrate in Epidemiis adscribitur. Qua de re fusissimè scripsimus nostris in li-
bros Epid. Annotat. Cùm autem conuulsiones fiant ab humoribus frigidis,lentis, ac pituitosis, qui partibus neruosis inserti sunt, ni
mirum est huiusmodi materiæ per vrinas excretione, tanquam causæ vacuatione, morbum depelli. Adde quod etiam antea in
morborum iudiciaria absolutione, "ὑγιάσθησ ἔρυθ posuit, quod illic pluribus verbis exposuimus. Quod verò ad scriptionem attinet,
meliora exemplaria scripta cum interpretibus secuti sumus,etsi publicatis sua constare potest lectio, εἰ ἢ εἰη, ἐφ' ὅτερον γενοῦ, παρεξω-
θεὶς ἢ ἀφελεῖν. Quod verò sequitur,quidam codices per se legunt. Sed cùm constet eadem notione comprehendi, ex melioribus e-
xemplaribus huic sententiæ attexuimus. Repentinæ autem conuulsiones dicuntur, quæ à proprio principio & sine manifesta causa
inuadunt,ac ex repletione ortum habent,vt his verbis testatur Galenus. * ὅταν οὖν πνὰ τῶν ὑγιαινόντων ἐξάπινα συνέλθωσι σπασμοὶ, ἢ τοιού-
τον ἀσπασμὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ πληρώσεως γενέσθαι. Cuius quidem conuulsionis cùm duo sint curationis scopi, concoctio & excretio (vt scri- B
bit Galenus †) febris suo calore huiusmodi materiam attenuat,digerit, calfacit,dissoluit ac concoquit,quod etiam faciunt somni, alii verò fluxu deponitur, vacuatur & excernitur. Quem in locum etiam vacuationis ratione, subeunt, sudores, vomitiones, ventris subductio (vt scribit Gal.Com.6. in lib.6.Epid.) & vrinarum abundantia, cuius meminit sent.sequente.

" *Sent.*151. * *Com.ad aph.*26.*lib.*2. † *Com.ad aph.*70.*lib.*5.

Loquendi impotentia in conuulsionibus multum perseuerans,malo est.Quæ verò parum durat,aut linguæ syderationem, aut brachij, aut eorum quæ in dextra parte sunt,denunciat. Soluitur autem magna vrinarum confertim & derepente prodeuntium abundantia.

159 Ἐν τοῖσι ἀσπασμοῖσιν ἀφωνίη ὁκόση πολύ, κακόν. ὁκόση δ' ὀλίγη, ἧσσον γλώσσης ἀποπληξίην, ἢ βραχίονος, καὶ τῶν ἄλλων ὁκόσα δεξιὰ σημαίνει. λύεται δ' ἄφνω ἀξαπίνης ἔθνεσιν, πολλοῖσιν, ἀθρόοισιν. C

Illud ἐν τοῖσι ἀσπασμοῖσι, quod vitiosè in publicatis exemplaribus superioris sententiæ fini adscribitur,cum interpretibus huic sententiæ annectimus,quæ apoplexiæ præsagium instituere videtur. Longa enim & diu perseuerans sermonis impotentia, vt valde appetitum cerebrum, summamque animalis facultatis oppressionem, & multam humoris frigidi copiam & contumaciam indicat, ita non temere totius corporis syderationem,aut validam apoplexiam suspectat. Quæ verò parum durat loquendi impotentia, vt minora omnia habet, ita & debilem apoplexiam minatur, quæ partium aliquarum resolutione plærumque dependitur & absoluitur. Quinetiam cùm ἀσπασμῶν nomine epilepsiam non ratiò intelligat Hippocrates (vt constat ex aph.70.lib.5.,quod epilepsia totius corporis conuulsio quædam sit,vt scribit Galenus Comment.6.in lib.6.Epidem.potest hoc præsagium de morbo comitiali intelligi,qui interdum probro quodam & quarundam partium intertrimento reliquam vitam contaminat. Nam & præcipuas partes apperit, & vultum ipsum fœdissimis peruersionibus, aut nobilium sensuum priuatione deformat, & partium quarundam impotentiam ac sy- D
derationem affert, vt suprà ex Aretæo vetustissimo & nobilissimo scriptore nostris in lib.2. Epid. Commentariis scripsimus. Ex quo
etiam Hippocrates ipse in morbi comitialis solutione, ἰσχίων ἐδυώλου, ὀφθαλμῶν διαστροφὰς & τύφλωσιν ponit. Ἀποπληξίην autem re-
solutionem Hippocrati & partis cuiusdam paralysin per abusionem significare non est admodum insolens. Sic quoque ἀφωνίαν lo-
quendi aut sermocinandi impotentiam summus,non vocis priuationem (vt Cornarius) quod multum ab ἀφωνίᾳ distet,vt aliàs per-
sæpe docuimus. Nec tanè mirum est inde linguæ syderationem portendi,cùm ἀφωνίαν vocem præpeditam,ac voci destinatorum or-
ganorum resolutionem significet, vt testatur Galenus Commen.3. in lib.3.Epid. Multa autem, conferta ac repentina vrinæ copia
conuulsionis causam vacuatione liberare potest,quæ est ritè instituta à natura mali absolutio.

Sudores autem partim quidem sensim procedentes iuuant, partim vero vniuersim effusi,& quæ effatim fiunt sanguinis detractiones nocent.

160 ἱδρῶτες ἢν μὲν κατὰ μικρὸν, ὠφελέουσιν. ἢν δ' ἀθρόα, καὶ αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόοι, βλά- E
πτουσιν.

De sudoribus consummata est doctrina & prædictio in Prognostico & libello περὶ κρισίων. In criticarum autem vacuationum genere,quod vniuersim & affatim effunditur ex iudicationis legibus damnatur. Sudores verò aceruatim & confertim effusi, & sanguinis detractiones quæ cumulatè fiunt,syncopas ac denique mortem etiam afferunt.Quinetiam quod toto genere præter naturam est, si affatim deturbetur, periculum affert, vt patet ex aph.27. lib.6. ὀλίγει γὰρ τῷ φύσει τὸ ἀθρόον, vt scribit Aretæus. Sic etiam Hippocrates ἱδρῶτας ἐν τῇσι κρισιμήσιν ὑγιείῃσι γινομένῃσι στερεοῖσι, & παχέσι, ὁμοιοτρόποις vocat. Hanc autem sententiam,quòd de conuulsionibus probè dicatur in iisque locum habeat, priori sententiæ annectunt quidam. Nos codicum pluralitatem secuti sumus.

In neruorum distentionibus & iis quæ in posteriorem partem fiunt dissolutæ maxillæ mortem afferunt. Quinetiam lethale est in posteriorum partium distentione sudare & corpus dissolui, ac in eodem malo per nares reuomere, aut vbi per initia vox defecta fuit, clamare aut nugari. Postridie enim affuturam mortem significat.

161 Ἐν τοῖσι τετάνοισι & ὀπισθοτόνοισι γλῶσσαι λυόμεναι, θανάσιμοι. θανάσιμον δὲ καὶ ἱδρῶτα ἐν ὀπισθοτόνῳ, & τὸ σῶμα διαλύεσθαι, & ἀνεμέειν ὀπισθοτόνῳ διαφθορῶν, ἢ ἀπ' ἀρχῆς ἄφωνον ἐόντα βοᾶν, ἢ φλυηρεῖν. γὰρ τῇ ὑστεραίῃ θάνατον σημαίνει.

Neruorum distensiones aut rigores cùm annumerentur conuulsionibus valde præcipites afferunt exitus,& triplici genere distinguuntur. Modo namque scapulis caput, modo mentum pectori annectitur, modo recta & immobilis ceruix intenditur. Tetanum rigorem Celsus vocat, reliquas species emprosthotonum & opisthotonum dicunt, & quod hic de duobus generibus effertur, Cornarius ad reliquam etiam distentionis speciem extendit. Maxillæ autem dissolutæ perniciem denunciant, cùm sint τέτανοι (vt scribit Aretæus") μυῶν τῶν ἐν γνάθοισιν καὶ τενόντων πάθεα. Quin etiam lib.3. de Morb.in tetano, αἱ γλῶσσαι πεπήγασιν ὡς ξύλα. Et libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, αἱ γλῶσσαι πήγνυνται. Quod etiam vtrobique opisthotono attribuitur, & Aretæus omnibus distentionum generibus concedit. Sudores verò quòd syncopas minentur ac mortis rudimentum afferunt, corpusque ac vires exoluunt, meritò suspecti sunt. Quod autem hic scribitur de reiectione per nares in posteriorum partium distentione, inter mortis notas adscribitur ab Hippoc. lib.3. περὶ νούσων, his verbis, καὶ ὁκόταν ἀποθήκειν μέλλῃ, αἵματος ἀφὶ τῶν ῥινῶν & τὸ πῶμα, καὶ πύρετα καὶ τὰ ἕλκεα. Lib. verò περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (quod etiam reperitur libello περὶ κρισίμων) ὁκόταν δ' θανατώδης ᾖ, τὰ ποτὰ καὶ τὰ βρώματα, ἃ πρότερον ἐδίδρωκεν, αὐτὰ ταῦτα ῥῖνας αἴρεται ἐνίοτε, Aretæus etiam author sua vetustate memorabilis,id his verbis indicat." " ξυμπάσῃσι δὲ αὐτοῖσι, ἀθρόον δὲ ἅπασι ἐρράδη, πόνῳ καὶ ἔντασις τενόντων καὶ ῥαχὶς, καὶ μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι & θώρηκι. ἐρείδουσι γὰρ τὴν κάτω γλῶσσαν πρὸς τὴν ἄνω, ὡς μηδὲ μοχλεύσιν ἂν σφέας διαστῆσαι δυνάσθαι. ἰῶδες δὲ καὶ βίη διεργαζομένου τοῦ ὀδόντας ἐνεσάξη τῆς ὑγροῦ, ἀκαταπαύστως, ἀλλ' ἐκχέοντα, ἢ ἐν τῷ στόματι ἴσχοντα, ἢ ἐς τὰς ῥῖνας ἀνακτέοντα ὅ, τι γὰρ ἱδρώς συμπίπτει ἐόντα, καὶ πᾶσι σιτίοισι καὶ ποτοῖσι ἐόντα, καὶ ξυμπίπτει εἰς τὴν ἐνθλιβεῖσαν κατάποσιν. Hæc quidem ipsis inesse dicuntur,omnes quidem subito atque affatim inuadit affectus,tendonum & spinæ labor & intentio adest, ac musculorum qui sunt in maxillis & thorace. Inferiorem enim maxillam superiori ita annectunt,vt neque vectibus,aut cuneis facilè dirimi possit. Quòd si quis per vim dentes seducens humorem instillauerit,non deglutiunt,sed effundunt,aut in ore continent, aut in nares retruditur. Angustia enim faucium impingitur,& tonsillæ duræ & intentæ,eius quod deuoratur impulsioni non cedunt.Etsi hic locus in nostris codicibus non satis mihi videtur integer. De vocis autem defectione, clamore, aut nugis, sic scribitur lib.3.de Morb. καὶ βοᾷ καὶ φλυαρίει ἐνίοτε, καὶ σιωπᾷ) ἑωυτὸν κατέχει, ἀλλ' αἰαίσσει ἐνίοτε ὅταν ἡ ὀδυνὴ ἔχῃ ὅταν δ' αὖ ἡ ὀδυνὴ, ἡσυχίην ἄγει. ἐνίοτε δὲ καὶ ἄφωνοι γίνονται ἄμα ἀλισκόμενοι, ἢ μανικοί τε καὶ μελαγχολικοί. ὅτοι τρίτῃσι διήκεσι τὴν φωνῆς λυθείσης. & ἀναμέσον διὰ τῶν ῥινῶν. Et vociferatur, & nugatur quandoque, neque sei psum potest continere,sed interdum exilit,vbi dolere vexatur,vbi verò dolor remittit,quiescit.Nonnunquam etiam simul ac morbo prehenduntur vox deficit,aut insania,aut atra bile vexantur.Hi intra tertium diem voce libera moriuntur,& per nares reuomunt.

162 Πυρε

361 Πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα, γονοφθέες ὑρήσιες λύσιν.

Febres cum posteriorum partium distentione, vrinæ genitale semen referentes soluunt.

γονοειδὲς ὑρήσεις vrinas genitali semini quiddam non absimile continentes, eas esse quæ multam pituitam viream, albugineam, glutinosam, lentam & frigidam continerent, multis in locis diximus, præcipue verò nostris in libr. 1. & 3. Epid. Annotat. Quomodo verò eiusmodi vrinæ conuulsiones, veluti deposita materia, liberent, antea satis explicatum videtur, & alias attingendum.

363 Τὰ κυναγχικὰ τὰ μήτε ἐν τῷ τραχήλῳ, μήτε ἐν τῇ φάρυγξι, μηδὲν δῆλον ποιέοντα, πνιγμὸν δὲ ἰσχνὸν καὶ δύσπνοιαν παρέχοντα, αὐθημερὸν καὶ τριταίους κτείνει.

Anginæ in quibus neque in collo, neque in faucibus quicquam apparet, sed quæ in vehementem suffocationem ac spirandi difficultatem adferunt, eodem aut tertio die necant.

Quæ de angina hic scribuntur præcipua capita, proprium habent in Prognostico locum, vnde & tractationem & explicationem eruere debent.

364 Τὰ δὲ ἐπάρματα καὶ ἔρυθος ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνοντα, τἄλλα λοιπὰ πῶς ἔχει πλησία, χρονιώτερα δέ.

Quæ verò tumorem ac ruborem in collo capiunt, in reliquis quidem eodem modo se habent, verùm diuturniores sunt.

Secundum anginæ genus hic describitur, in quo attollitur ceruix & fauces rubent. Hic verò ceruicem tantùm posuit, vt in Prognostico solas fauces addidit. Quod autem scribitur, τὰ μὲν λοιπὰ πῶς ἔχει πλησία hunc habet ex Hippocrate & Galeno sensum, τὰ μὲν λοιπὰ τὰ ἄλλα πλησίως πόνον παρέχουσιν, καὶ ὀλέθρια κάρτα. Hoc enim anginæ genus superiore non minus periculosum est, ac in reliquis non minore quidem dolore afficit, verùm diuturnius spatium accipit, nec perinde vt prædictum, celerrime interficit.

365 Ὅσοισι δὲ συνεξέρυθρος ἡ τε φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν, καὶ ὁ στῆθος, χρονιώτερα. καὶ μάλιστα δὲ αὐτῶν σώζονται, ἢν μὴ παλινδρομήσῃ τὰ ἐρυθήματα. ἢν δὲ ἀφανίζηται μήτε φύματος συναφέντος ἔξω, μήτε πύον ἀναχρωσθῇ πρηνέως καὶ ἀπόνως, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, ὀλέθρια τοῦτο. ἀφανίσαι γὰρ ἔμπυοι γίνονται· ἀσφαλέσατον δὲ ἔρυθος καὶ τὰς ἀποστάσιας ἔνι μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι.

Præcipue autem malum prorogatur quibus non solum fauces, sed ceruicē quoq; & pectus vna rubor occupat. Maximè vero potest inde secunda valetudo contingere, si rubores ad interna maximè reuertantur. Quod si euanescant, neq; in exteriores partes cōuersum sit tuberculum, neq; pus facile & sine dolore excretur, aut neq; ista diebus iudicatoriis contingant perniciem denunciant. Ac fortasse etiam suppurati fiunt. Securitatis autem indiciū est à ruborem & abscessus ad externas quam maximè partes vergere.

Reliquum & tertium anginæ genus, cùm in fauces, aut ceruicem, aut pectus fluxio conuersa est. Quod autem hic συνεξέρυθρος legitur, quidam codices ξυνεξαιρεθῆναι vt in Prognostico scribunt. Interpretes tamen συνεξέρυθρος legunt, & de rubore accipiunt.

λοιπὰ παλινδρομήσῃ τὰ ἐρυθήματα] In Prognostico ἢν μὴ παλινδρομήσῃ τὸ ἐρυσίπελας εἴσω scribitur, & ea est communis & laudabilis tumorum omnium nota. Atq; vt hoc est securissimū anginæ genus, ita ab Hippocrate expressum placito 49. lib. 7. & 36. lib. 6. τοῦ κυναγχικοῦ ἐκφύσημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στόματι ἐπιφαίνεται, ἀγαθόν. ἔξω γὰρ τρέπει τὸ πάθημα. Libro verò 2. de Morbis, εἰ δὲ εἴδημα ἐκφύη καὶ αἰδοίοισι, πρὸς τὰ σπλάγχνα καὶ ἐρυθρὸν ἦν, καὶ κοίλη, ἔλπιδες πλείονες σωτηρίης. Et rursus, ὅταν δὲ ἐξοιδήσῃ ἐς τὰ σπλάγχνα, οἱ πλείονες ἀποφθείρουσιν.

μήτε φύματος συναφέντος ἔξω] Eadem verba repetuntur in Prognostico. συναφέντος autem Hippocrati dicitur de humoribus vitiosis qui in partem aliquam confluunt, in eoq; colliguntur & coaceruantur. ὅταν πύες καὶ αἵματα μοχθηρὰ συρρέωσι τε καὶ ἀθροίζωνται κατά τι μόριον, ὅπως, ὡς ἔπος εἰπεῖν, συναφέντος λέγῃ ἐν τῷ δεῖνι μορίῳ, vt scribit Gal. Com. in lib. de rat. vict. in morb. acut. Sic πρὸς νοσημάτων συναφαὶ dicuntur, αἱ ὑπὸ τοῖς ὀγκυμένοις μορίοις γιγνόμεναι, collectiones quæ ad partium tumores consequuntur. Hæc igitur verba, μὴ φύματος συναφέντος ἔξω significant si nullum foris tuberculum colligatur aut nullo extra apparente tuberculo ad suppurationem se colligente, aut ad vomicam comparato.

ἀφανίζονται γινόμενα] Suppurati quidem deueniunt, si morbus ad pulmonem diuertat, vt scribitur in Prognostico & lib. 2. de Morbis, vbi etiam eorum curationem procurat, his verbis, ὧν ἡ φάρυγξ καὶ τὸ στῆθος οἰδηματώδεα, τραφῆς ἐς τὸ πνεύμονα ἡ νοῦσος, πυρετὸς ἐνδὺς ἐπανέλαβε καὶ ὁδυνᾶται τὸ πλευρὸν καὶ ἀποπλυτικὰ ἐπίσταται τότε γίνεσθαι· ὧν ἡ μὲν μὴ ἐξαναλάβῃ ὑποχωρήσαντος τοῦ πυρετοῦ καὶ ὑποπυήσῃ, ἀγαθόν· ἐξαναλάβῃ δὲ ὑποχωρήσαντος πυρετὸς καὶ ὑποπυήσῃ, κακόν· τοῦτον δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν πλευρὸν ἢν ἀποστήσειεν ὑπὸ τῷ στέρνῳ ἐμφανίζειν. ὧν ἡ ἐξαφυγῇ τὰς πέντε ἡμέρας, καὶ ὁ πυρετὸς αὖθις, ἢ ἓξ ἔχῃ, τὰς μὲν ἓξ ἡμέρας ἐφήμενος ἔσται ἀγρυπνίῃ, ἐπειτα ἢν στιγμὰς ἀφῇς, ὡς λιπαντέα καὶ ὀμικώτατα ἐσθίειν. ὧν δὲ τοιβὴ μὴ ἔσται, ἀλλὰ γνώσκειν ἔμπυον γινόμενον, δεισπόσαντα ἐπὶ μάλιστα ἐσθίειν σιτία ἔστιν ἃ καὶ ὡς πλεῖστα, καὶ ἔπειτα οἶνον σιναδέα ἀκρητέστερον καὶ ὧν μὲν ὅτου οἰ ῥαγῆτε πίνειν, ὧν δὲ μὴ, τῇ ὑστεραίῃ λάσας θερμῷ θυμιᾶσαι καὶ ὧν ῥαγῇ ἰῆσαι ἔμπυον. Quòd si subsidentibus faucibus & tumoribus, morbus ad pulmonem vertatur, febris statim corripit, & lateris dolor, atq; vbi illud cōtigerit, plærumq; moritur. Ast vbi dies quinq; euaserit, suppuratus fit, nisi cum confestim tussis prehenderit. Quæ si inuaserit, excreatione repurgatus conualescit. Huic, quoad lateris dolor affligit, latus calefacere oportet & adhibere quæ pulmonum inflammationi conueniūt. Si verò dies quinq; superauerit, & febris remiserit, tussis autem vexet, primis quidem diebus sorbitionibus vtatur. Atq; vbi cibis vti cœperit, quam maximè pingues & salsissimos edat. Sin autem tussis non adfuerit, verum suppuratum fieri dignoscas, cœnato cùm dormire volet, allia cruda plurima edenda præbeto & insuper vinum generosum meracius propinato. Atq; si hic quidem pus eruperit, bene habet: sin minùs, postridie calida loto suffitum adhibere oportet: & si eruperit, velut suppuratum curare.

366 Ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ὀπτήνειας. χρήσιμον. εἴσω δὲ τρέπεται, θανάσιμον. τρέπει δὲ, ὅταν ἀφανιζομένῳ τῷ ἐρυθήματος βαρύνηται τὸ στῆθος, καὶ δυσπνοώτερος γίνηται.

Erysipelas verò foris quidem extare vtile, intro autem vergere lethale. Cuius quidem rei indicium est cùm rubore euanescente pectus grauatur, & ægriùs spiritum trahit æger.

Exemplum est particulare loci vniuersalis quod repetitur placito 25. lib. 6. & lib. 1. de Morbis. Locus est autem cōmunis & valde celebratus in abscessuū doctrina, vt quam longissimè abscedant, & quàm maximè extra vergant, vt ruditis scribitur lib. 2. Epid. Sect. 1.

367 Οἷς δὲ κυναγχὴ ἐς τὸν πλεύμονα τρέπει, οἱ μὲν ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. οἱ δὲ διαφυγόντες, ἔμπυοι γίνονται, μὴ γνωμένης αὐτοῖς αἰσίης ἀγωγῆς φλεγματώδεος.

Quibus angina ad pulmonem diuertit, partim quidem intra septem dies pereunt, partim verò liberati, pus intrò colligunt, nisi pituitosa sursum educantur.

Placitum 10. lib. 5. aphorismorum lib. 2. de Morb. propriè expressum, loco paulò antea à nobis adscripto. His verò verbis Celsò est adumbratum, Si angina subitò finita est, in pulmonem id malum transit, idque ferè intra septimum diem occidit. Quod nisi incidat, sequitur vt aliqua parte suppuret.

368 Οἷσι μετὰ σφοδρὸν σφυγμοῦ, κόπριον ὀξαπίνης μετεχωρέθη, θανάσιμον.

Quibus in vehementi pulsatione stercus derepente deiicitur, lethale.

Huius præfagij obscura est notio ob vocis ambiguitatem. σφοδρὸν σφυγμὸν, vehementem pulsum, magnum & elatum intelligi, & de conspicua ac euidenti arteriarum pulsatione Hippocrati dici, multis locis tentatum fecimus. Sumitur etiam de palpitatione, & vehementi partis inflammatæ pulsatione. Vnde ad inflammationis magnitudinem ac perniciosum anginæ genus referri videtur, in quo conspicua est & euidens arteriarum in temporibus & ceruice pulsatio, ex quo morbi vehementia & malignitas non immerito

ſuſpectatur,vt lib.6.Epid.οἷσι ἢ ἡ φλέβες αἱ περὶ κρόταφον ἢ ὠχρέα ἐπαίρονται, ἔπειτα πίνυρα. Quale quid etiam refertur lib.2.Epid. Quod ſequitur de ſubita ſtercoris deiectione,id muſculorum ani reſolutionem & facultatis animalis extinctionem, vt in moribundis ob ſtrangulatum ſignificare videtur.Ideoque πνιγμῷ pro σφυγμῷ quidem legunt,vt referatur ad aph.42.lib.2. A

In angina laborantibus ſubarida ſputa gracileſcentibus faucibus,malum prænunciant.

369 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ἐπόξηρα πτύσματα ἰσχνὸν, κακόν.

Quæ multæ poſtea ſequuntur anginæ circumſcriptiones,corrogatam habent vndiq; authoritatem, & ex præcipuis Hippocratis fontibus ductam,neque tamen ſatis idoneam doctrinæ tractationem.Hic verò ἰσχνὸν valet quod alibi dixit Hippocr. ἰσχνὸν εἶναι τὸ περὶ φάρυγα, & οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγι.

In anginis linguæ tumores abſque vlla ſignificatione euaneſcentes,periculum denunciant.Quinetiã dolores citra euidentem cauſam diſparentes, perniciem oſtentant.

370 Τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσσαις οἰδήματα, ἀσήμως ἀφανιζόμενα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἀγνήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος, ὀλέθρια. B

Locus eſt communis ex media Hippocratis theoria deductus,& καθόλου λόγος paſſim celebratur,quem hic ſingulariter effert, & ad linguæ tumores in angina tranſtulit. ἀσήμως autem ἀκρίτως καὶ ἀγνώτως, καὶ ἄσημος λυτηρίων valet,aut ἄδηλα σημείων λυτηρίων, cui proprium & vſitatum ea in locutione verbum ἀφανίζεσθαι adiunxit.Quæ cùm alterius ſint tractationis in mediam OEconomiam reiicienda,& aliàs à nobis lib.2.Epid.ampliſſimis exemplis ſunt comprobata & explicata dum ſcribit,ὁκόσα ἀσήμως ἀφανίζεται δύσκριτα. Et τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥιζοῦται κίβδηλον. Et in Prorrh.τὰ ὀλέθρια ἀσήμως, ῥᾳστωνίσαντα θάνατον σημαίνει.

Angina laborantes niſi celeriter cocta expuant, perniciosè habent.

371 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσιν ἢν μὴ ταχὺ ἀναπτύοντες πέπονα, ὀλέθριοι. C

Angina cùm valde præceps ſit,niſi breui per ſputa expurgetur, aut ægrum celeriter opprimit,aut ſuppuratum facit.Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ παχὺ pro ταχὺ (quod eſt ταχέως) legunt.

In angina abſq; vlla ſignificatione redundantes in caput dolores cum febre,periculum indicant.

372 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως εἰς κεφαλὴν ἀγήματα μὴ πυρετῶδες, ὀλέθρια.

Iſta cùm perſeuerante febre contingant,ſunt potius morbi incrementa quàm alleuationes,præſertim cùm legitimæ, κατὰ κρίσεις, morborum aut ſolutionis nullas notas edant,quod ἀσήμως dixit.

In angina abſque vlla ſignificatione delati ad crura dolores cum febre pernicioſi.

373 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀγήματα μὴ πυρετῶδες, ὀλέθρια. D

Et hæc quoque temeraria eſt & infida tranſpoſitionis nota,neque minimùm ſuſpecta.

In angina laborantibus citra iudicationem præcordij dolor,cum impotentia,& torpore obueniens, latenter necat,etſi moderate admodum habere videantur.

374 Ἐν κυναγχικῷ ἀκρίτως ἐπιχονδρίου ἄγημα, μετ' ἀκρασίης ἐς νωθρότητος γινόμενον, κλείει λαθραίως, εἰ καὶ πάνυ δοκέοι ὀπίσω ἔχειν.

Hoc quoque periculoſum eſt tranſpoſitionis exemplum,vbi abſque indicatione contigerit.ἀκρασίη autem αἵτη ἡ ἀκρατίης ponitur (vt antea quoque)" & partis incontinentiam,imbecillitatem,impotentiam & languorem quendam ſignificat,ac ferè plærumque Hippocrati cum torpore iungitur, vt"·" antea quoque,& Prorrh.151.

" *Sent.* 165. "" *Sent.* 171.

In angina laborãtibus abſq; vlla ſignificatione gracileſcentibus faucibus dolor intenſus ad pectus aut ad aluum progreſſus purulentas deiectiones facit.Alioqui autem tale quid ſolutionem præ ſe fert.

375 Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχναινόντων ἐς στῆθος ἄγημα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὸν σωτήριον, ποιέει πυώδεας διαχωρέειν, ἄγνως καὶ λυομένου τοῦ τοιούτου.

ἀσήμως ἰσχναίνοντων valet ἄδηλόν τι καὶ οὐ περιφανῶς ἰσχνὸν ὄντων πρὸς τὴν τοῦ φάρυγος, abſque vlla ratione gracileſcentibus aut detumeſcentibus faucibus.Tranſpoſitionis autem morbi exemplum eſt inſigne admodum & rarum,ſi ad thoracem delatus per aluum pus effundat,quod non ita ſolennis ſit,ſed rara,thoracis per aluum expurgatio,à Gal.tamen celebrata lib.6.de loc.aff.& Com.in aphor.30. lib.7. Illud autem, ἄγνως καὶ λυομένου τι τοιοῦτον, perplexum eſt,eam tamen mihi ſignificationem habere videtur,vt alioqui morbi ſolutionem præ ſe ferat per aluum effuſi,etſi longa ſit & difficilis per eam viam puris deiectio. Codices quidam σωτήριον πυώδεις coniungũt, quod ſententiam noſtram magis amplectitur,etſi mihi vulgata lectio magis arridet.Corn.λυομένου pro ἐκλυομένου ſumpſit. Quidam etiam ἢ λυομένου τοῦ τοιούτου legunt. Mihi tamen λυόμενον aptè etiam legi poſſe videtur.

In angina quæcumq; conſpicuum dolorem non produnt,periculi plena ſunt. Quinetiã diuturni ſunt qui ad crura progrediuntur dolores,ægreq; ad pus deducuntur.

376 Ἐκ κυναγχικῶν πάντα ὀλέθρια. ὅτα μὴ ἐκδηλον ἐποίησεν ἄγημα. ἀταρ καὶ ἐς σκέλεα ἀγήματα χρόνια φοιτᾷ, καὶ ἐκπυῆσαι δυσκόλως.

Iſtud de infida iudicatione intelligi poteſt, dum morbus abſque legitima vacuatione aliò tranſmiſſus eſt. Quòd ſi in crura ſecedat,diuturna vlcera fiunt & curatu difficilia.Sed rarum eſt anginæ liberatæ exemplum,in qua tamen (vt in peripneumonia) in crura abſceſſus valere interdum poteſt.

Sputa ex angina viſcida,craſſa,exalbida,vi educta, malum denũciant,omniſq; eiuſmodi maturatio mala eſt.In his multa deorſum purgatio leuis ſyderationis modo mortem adfert.

377 Τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίχρα, παχέα, ἐκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα, κακόν. ἢν παχὺ τοιοῦτος πεπασμὸς, κακόν. κάθαρσις πολλὴ κάτω σὺν τοιούτοις παραπλησίως ἀπόλλυσιν.

Huiuſcemodi ſputa craſſa & viſcida caloris præter naturam immoderationem arguunt, ideoq; improbantur. Multa autem per aluum expurgatio colliquationem & humorum per aluum effluxum,indeq; partium naturalium exolutionem & proſtrationem ſignificat, vnde quoque tandem proſtrata animali facultate,ac velut exoluto corpore proiecti & immoti iacent & moriuntur. Alioqui & particulari membrorum ſolutione multi in angina periculoſiſſimè laborarunt lib.2.Epidem. * in qua etiam ſputa concocta prodierunt. * *Sectio* 2.

Sputa ex angina ſubarida,crebra, per tuſſim & cũ lateris dolore educta, perniciem minantur.Atque ea quæ inter potandum per tuſſim reiiciuntur, quæque difficulter deglutiuntur,malum portendunt.

378 Ἐκ κυνάγχης ἐπόξηρα πυκνὰ πτύελα, ἐγχώδεα, πλευρῶδυνώδεα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ἐπιβήσσοντα, καὶ καπάσεις βιαίας, πονηρόν.

Hæc peſſima ſunt ad pulmones tranſpoſitæ anginæ exempla. Quin & inter potandum tuſſim quodammodo excitantia, aut per tuſſim educta,& deuoratio difficilis,anginæ periculum circumſcribunt,vt patet ex anginoſæ mulieris hiſtoria lib.3.Epid.

379 Τῶν

379 Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ πάμπυοι αἱ πτύσιες, τριταῖοι ἀπόλλυνται, ἢ πεμπταῖοι. Φυλάσσει δὲ ταῦτας, μὴ πολὺ ῥᾷον ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ ὀγδόῃ, ἢ ἐνάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἀρξάμενα ἐμπυεῦσθαι.

In morbo laterali, quibus circa initia in totum purulentæ sunt spuitiones, ij tertio die aut quinto moriuntur. Quos si superent, nec longè melius habuerint, septimo, aut nono, aut vndecimo, suppurati fiunt.

In libris de Morbis, vbi pleuriticorum circumscriptio & curatio tota absoluitur, & inde hoc Prognosticum plurima sunt traducta, paulò aliter hic locus legitur, οἷσι δὲ αἱ πτύσεις ἀπὸ παντὸς ἀπόλλυνται, ἢ τὰ ἀγχόμαλα πάνυ ἐξίσταται, ἢ ἐν τριταίοισι θανάσιμοι, ταύτας δὲ διαφεύγοντες, ὑγιαίνουσιν· ὁ μὲν ἥμισυς δὲ ὑγιὴς, τῇ ἑβδόμῃ ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ τῇ ἑνδεκάτῃ ἀρξάμενα ἐμπυεῦσθαι. (Sic enim ex hoc loco legendum apparet, quam passim τὸ ἑνδεκάτῃ legatur.) Omnis autem generis expuitiones circa morborum initia summam eruditatem & varie affectam naturam indicant. Sic etiam in totum purulentæ initio maximam corruptelam denotant, cum pus paulatim in sputis & per quosdã gradus proce dere debeat, sputumq; quod probari debet, permixtum vehementer fluuo, non syncere prauum esse oporteat, quale est πάμπυον. Suppurationis autem rudimentum decimo quarto die ponit Hippocrates in Aphorismis. " Mihi autem summè arridet lectio quæ παντοίαι pro πάμπυοι habet, ex lib. 3. de Morb. huc tradu ta.

" *Aph. 8. lib. 5.*

380 Οἷσι δὲ ἄνω ὡς ἔρυθρος, τῇ πλευριτικῶν, ἐξ ὁμοίου γίνεται, καὶ χολὴ καὶ φλέγμα παραφαίνεται χλωρόεα καὶ δριμώδεα. Ἔχος ἄμοι ἐξ ἑπταγέκος ἄμοι κινδυνεύουσι. Φυλάσσοντες δὲ σώζονται.

Quibus supra aurem rubor contingit, neque aliter quàm morbo laterali affecti incalescunt, aluusq; bilio sa & graueolentia exturbat, ij vigesimo & quadragesimo die periculum subeunt, quos si superauerint, seruantur.

Videtur hæc sententia corrupta, & non sine scriptionis vitio ab authore ex libris de Morbis huc in locum tradu cta. Etsi namq; parotides interdum in pleuritide suboriuntur, morbum tamen non sine periculo alleuant, neq; parum suspectæ sunt, vt fere experientia testatur, nullam tamen apud Hippocratem solent ea phrasi efferri, vt per αἱ ἀπὸ ἰγάδος intelligantur. Deinde ambiguum valde est quidnam velit per ἑωυτοῦ ἑπτάμοιρος. Nam quantumuis facilis sit eius rei sensus, & de febris incendio perseuerante intelligatur, non optimè tamen huic loco quadrare videtur. Mea est opinio locum hunc de pleuritide quæ dorsum affligit & ab Hippocrate in libris de Morbis pessima censetur, tamè debere, sicq; restitui posse, οἷσι δὲ ὑπὸ τῷ ὠτῷ ἔρυθρος τῇ πλευριτικῶν, ἐξ ὁμοίου θερμαίνεται: eo sensu, Quibus vero in morbo laterali in dorso rubor excitatur, & humeri incalescunt. Cuius certè lectionis fidem facit quod scribitur lib. 3. de Morbis hoc modo, ἑκάστου δὲ τούτων τῇ πλευρίτιδι πυκνὸν ἀναπνεῦσαι ἢ κάτω ἐνυδρίῃ, ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τὸν ὦμον θερμαίνεται, ἐξ ἀναπηδῶσι φαρμακώδεες, ἐξ ὑγροὶ ἐκπυοῦνται χλωρῷ ἐξ δυσώδεϊ πτύσει· ὅσοι δὲ μὴ πέσσουσι τὰ μετέωρα, ἐκκαθαίρονται ἐξ μὴ ἀποθνήσκουσι, τούτους δὲ διαφεύγουσιν ὑγιαίνουσι. Quibus ex loco haud dubiè istam sententiam esse restitutam constat, & mendosè scriptoris vitio esse expressam. Facilem namque literæ tantum quis non videt? vt pro ἑκάστου δὲ μὴ hanc Prognostici scriptor ἑκάστῃ λέγει. legisse videatur, vnde ἐκὸς ἄμοι ἐξ παραφακὸς ἄμοι scripserit. Dori Mem hanc pleuritidem Hippocrates lib. 2. de Morbis in tertio pleuritidis genere ponit, ac periculosissimam esse censet, ex qua pauci euadant. In qua τὰ μετέωρα ἀναπνεῖν ἀνάγκην ἔχει· ἐξ ἡ νάρκη παραστῆναι, ἐξ τὸ ἄκρον πάντα πάνυ χλωρὸν ἐξ κενεῶνων. Verùm vigesimam diem morbi terminum facit. Grauiores autem ex bilioſæ dilectiones in pleuritide perniciem augent, præcipuè quæ morbi ratione contingunt. Mirum verò est in loco tam lubrico nullas nobis à codicibus manuscriptis factas esse suppetias, nec vllam quidem corruptionis vel minimam iniectam esse suspicionem, quod aliàs vel celeberrimè contingit.

381 Αἱ ξηραὶ τῶν πλευρίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώτεραι. Φοβεραὶ δὲ καὶ οἷσιν ἄνω ἐκ ὑπήματα.

Morbi laterales sicci & in quibus nihil expuitur grauissimi sunt. Metuendi quoq; in quibus dolores ad superiora tendunt.

Locus est lib. 3. de Morb. qui pulcherrimè hanc sententiam adumbrat, & in publicatis codicibus vitiosè scribitur, εἰσὶ δὲ αἱ ξηραὶ πλευρίτιδες ἄπτυστοι χαλεπαί· αἱ δὲ κενεῶνες ἔχουσαι τὴν ἀρχὴν. ὑγκάσεις δὲ πλείους ἐκ τοῦ ὦμου ἐς τὸ ποτέ. Vnde satis constat pleuritidem siccam esse quæ nihil exputit & nullum sputum promouet, ideoq; periculum intendit. Cuius causam in siccitatem ponit Hippocrates lib. 1. de Morbis, vbi & quæ sit ἔπτυσις πλευρίτιδος & ἀποπλυσμὸν apertissimis verbis indicat, simulque præcipuos curationis scopos attingit. Præter autem causam ab Hippocrate adscriptam nempe siccitatem aut sputi resiccationem ex calore obortam) ἀπόπλυσιν πλευρίτιδος aliam adfert causam Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. humores nempe crassos & lentos pulmonum bronchiis infartos adeoque adhærescentes vt ægrè educi possint. Quod autem præcipuè metuendæ sint pleuritides, in quibus dolor ad superiora tendit, satis ex Hippocratis rescriptis constat.

382 Αἱ αὖ ἀσπασμάτων πλευρίδες χαλεπώτεραι τῶν μὴ ἀσπασμάτων.

Morbi laterales grauiores qui sine diuulsionibus quàm qui cum diuulsionibus contingunt.

ἀσπάσματα quæ vulsa aut conuulsa indicant, hic dicuntur fibrarum in parte carnosa, velut in musculis fibrosarum ac neruosarum partium diuulsiones ac distentiones. Hic ergo vehemens thoracis motus ac concussio, validaque facultatis animalis contentio in expectorando sputo indicatur. Ideoq; laudabilior est illa pleuritis, in qua vis ciusmodi facultatis ad educendum & repurgandum sputum enitet. Suspecta verò in qua vis illa clanguescens & infirma, nullos naturæ conatus exerit & sputorum repurgationem remoratur ac retardat. ἀσπάσματα etiam violentum quendam motum, aut partium internarum distractionem tensionemque sæpe indicant Hippocrati libro primo de Morbis, eaque in thorace fieri scribit, indeque crebrò suppurationes creari. Qua notione in musculis thoracis huiusmodi contentiones aut distractiones hic significant, vt & postea hoc prælegio. " Quæ ergo pleuritides huiusmodi distensiones habent, securiores videntur, quòd non nisi robustis ac validioribus naturis ciusmodi contractiones contingere soleant. ἀσπάσματα quoque hoc loco indicare possunt eas corporis concussiones, ac velut intro retractiones aut compressiones, quæ initiis pleuritidum contingunt cum rigoribus aut magno totius corporis horrore. Quod fere in his pleuritidibus contingit quæ ab externa aliqua aut manifesta causa fiunt, vt frigore, immoderato exercitio, aut potionibus. Atque eæ quidem pleuritides, quod externas causas habeant, ferè quidem securiores sunt, quàm quæ ab occasione occulta & interna accidunt, tum quod robustis ferè corporibus contingant, tum etiam quòd citiùs contentis naturæ viribus ad indicationes procedant, nec tantam humorum cacochyliam indicent. Vbi vero corporis concussiones ac contractiones cum cutis densatione pleuritidis initiis agnoscit Hippocrates lib. 1. de Morbis, his verbis: ἡ μὲν πλευρίτις ἢν, ὁκόταν πόνος ἐγίνηται τὸ ἐν ἰσχυραῖσι κώπῃσι λαβοῦσι. διαπεπαίνεται γὰρ τὸ σῶμα ἄπαν ὑπὸ τοῦ εἴνου καὶ κάπνου. καλέεται δὲ ἡ τοιαύτη χολὴ, ἡ ἐπὶ τοιαύτῃ φύσει φανεῖσα, καλίστη τῷ σώματος, ἐξ κατὰ τοῦτο ἐπιδεικνύουσι. διὰ τοῦτο ἀναπνοαὶ πυκναὶ, αἰδοίατερα καλίστα τὸ ῥίγος. ἐξ ὅταν ῥιγώσῃ τὸ ψυχρὸν, συμέλκεται τε ἐξ συσπᾶται πᾶν ὅσον ἐστὶ τὸ σάλευρον, ἐξ τὸ φλέβια. ἐξ ἔσαν τὸ ὀστοῦν τὴν ἕδρην ἔνι χρὼς ἐξ φλέγματος, ἢ ἀπὸ ἕδρης ἐστὶν ὁ ἀνθρωπος, τοῦτο πολλὸν ἢ πᾶν ἀπαλώτερον ἔσω συμπεθυμιῶν φρὴν τὸ θερμὸν πνεῦμα τῆς σαρκὸς ἔξωθεν. ἔ σφίγγονται σφὶν τὰ σάλευρα, ἐξ ὀδυνᾶται παρέχει ἰσχυρὰ ἐξ διαπεπαίνεται. ὁ δὲ πᾶς διεπόντος ἄχρι ἐς ἰσχίου ἐξ ἀπὸ τῆς πλησίον φλεβὸν ἐξ ἕδρης, φλέγμα τὸ ἐξ χολή. Oritur quidem pleuritis, cùm potiones copiosæque & validæ admodum corruerint. Totum enim corpus incalescit & humectatur a vino, præcipuè vero bilis & pituita tum incalescit, tum humectatur. Quibus sanè commotis & humectatis, madidum aut siccum rigore contingit. Præcipuæque eam latus præ omnibus corporis partibus, natura carne nudum sit, neque intus quicquam habeat in se quod remittatur, præter ventriculi cauitatem, rigorem percipit. Cumque riguerit & perfrixerit, contrahitur & conuellitur tam caro quæ est in latere tum venæ. Et quicquid in ipsa carne inest bilis & pituitæ, aut in ipsius venis id magna ex parte, aut totum intrò compulsum ad cauitatem secernitur, carne foris condensata, & ad eius adhærente, & vehementem dolorem exhibet ac incalescit, & per calorem à vicinis venis in carnibus pituitam & bilem ad seipsum trahit. Et rursus paulò post, πάσχει δὲ τὸ σάλευρον ἐξ τὸ ἐν αὐτῷ τῷ σαλευρῷ φλέβια ἐξ συσπᾶται. ἐξ ὅκωσπερ ἐν αὐτῷ ἔνι φλέγματος ἐξ χολῆς,

τοῦτο τὸ θερμασίας ἐνέσκληκέ τε καὶ ὀδυνᾶν παρέχει. Condensatur autem latus & quæ in ipso sunt venæ,& contrahitur, quantumque in ipso ineſt pituitæ & bilis id à caliditate reſiccatur & dolorem exhibet. A

"Sent. 425.

Quibus in morbo laterali lingua circa initia bilioſa eſt hi intra ſeptimum iudicantur, quibus verò tertio ac quarto die,circa nonum.

383 Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν. ἐν ἀρχῇ γλῶσσα χολώδης ᾖ, ἑβδομαῖοι κρίνονται. οἷσι δὲ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, περὶ τὸν ἔννατόν.

In veris ſputi legibus & ſalubri pleuritide,ſputum bile coloratum initio eſſe debet, & ita ad concoctionem progredi. Bilioſam autem pleuritidem indicat lingua bile tincta,quæ & leuior eſſe & ſecurior iudicatur ab Hippocrate lib. 3.de Morbis, ideoque promptè ad iudicationem procedit.In pleuritide autem & peripneumonia,à lingua ſigna peti debere docet Hippocrat.lib.de Morbis & libello περὶ κεισίμων,his verbis πλεῖστα δὲ ἀπάλλαξιν τῆς νούσου σημαίνει ἡ γλῶσσα, ὥσπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι ὁμοίως. Quæ verò hic γλῶσσα χολώδης dicitur,χλωρὴ ſcribitur lib.de locis in hom. ὁπόταν δὲ ἐς τὴν λίθαργον ῥέπῃ ἡ χολή, τῷδε δῆλον ἔστιν. ὀδυνᾶν ἔχει ἐς τὸν λαπάρην, καὶ ἐς τὸν κληῖδα πρὸς τὸν λαπάρην, καὶ πυρετὸς, καὶ ἡ γλῶσσα τὰ ἄνω χλωρὴ ἔσται. καὶ ὀλιγοχρίμπτει ξυμπιπτόντα. ταύτῃσι τὴν νούσου ἑβδομαίῳ ὁ κίνδυνός ἐστιν ἢ ἐναταίῳ. Cùm verò in thoracem bilis fluxionem commouerit,hinc conſpicuum fiet. Dolor lateris mollitudinem occupat,& ad iugulum eiuſdem partis pertingit,febris adeſt, & lingua ſuperiore parte ex viridi palleſcit, & condenſata excreantur. Huic morbo periculum ſeptimo aut nono creatur. B

Quòd ſi bulla aliquantulum liueſcens in lingua appareat initio, qualis excitatur ferro candente in oleum intincto, difficilior fit ſolutio,& iudicatio quidem ad decimum quartum diem deducitur.Sanguinem autem plurimum expuunt.

384 Πομφόλυγος δὲ ὑποπελίου γινομένης ὅτι τῆς γλώσσης ἐν ἀρχῇ, οἵη σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίνεται, καὶ ἡ μετὰ κείσιος ἐς τὴν ιδ' ἀφικνέεται. αἷμα δὲ ὡς ὅτι τὸ πολὺ πτύουσι.

Hic locus videtur ex libro tertio de Morbis expreſſus. Sic enim illic ſcribitur,πρὸς δὲ τοῖσι σημείοισι τοῖσιν ἠρημένοισιν, ἐν ἀρχῇ τὰ παθήματα ἐπίδοσιν καὶ πάσῃ χρὴ ὀκοπίεσθαι τὴν γλῶσσαν. πομφόλυγος γὰρ ὑποπελίου γινομένης ὅτι ἡ γλώσσης, οἷα σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, ἰῶδες μὲν ἐν ἀρχῇ γίνεται τὸ ἐχόμενον, χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλλαξις ἔσται τοῦ νοσέοντος. καὶ αἰεί κεν αἷμα ἀποβῆξαι ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν ἐν ἧσι δεῖ. εἰ δὲ καὶ ἀσκεχωρηκυίης τῆς νούσου γένοιτο, αἱ μετὰ κείσιος ἐς τὴν τετάρτην καὶ δεκάτην ἡμέραν, αἰεί κεν ἀποῦσαι αἷμα. Præter autem enumerata ſigna, in vnaquaque pleuritide, hæc in lingua ſpectanda ſunt. In qua bulla aliquantulum liueſcente exorta, qualis ferro candente in oleum tincto fieri aſſolet,ſi quidem inter initia aſpera fiat, difficilior morbi liberatio contingit,& diebus quibus oportet,ſanguinem tuſſi reiicere neceſſe eſt. Quòd ſi progreſſo iam morbo id contingat, iudicationes quidem ad decimum quartum diem procedent. Sanguinem tamen expuere neceſſe eſt.

Sputum verò in morbo laterali vbi matureſcere & expui tertio die cœperit,celeriores ſolutiones facit,quòd ſi poſterius,tardiores.

385 Πτύαλον δὲ ἐν τῇσι πλευρίῃσι, τεῖον μὲν ἐρχόμενον πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι, θάσσους, ποιέεσθαι ἀπολύσιας, ὕστερον δὲ βραδυτέρας.

Hoc ex media Hippocratis OEconomia depromptum,genuinam parentis doctrinam redolet, & ex libro tertio de Morbis, huc videtur traductum. Sic enim illic ſcribitur.ἐχόμενον δὲ ἔστι τοῦτο τὸ ἀπαλλάξιος εἰ μὲν τεταμένη αἰχρὸν πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι, θάσσους αἱ ἀπαλλαξιες. εἰ δὲ ὕστερον πεπαίνοιτο ὕστερον καὶ αἱ κείσιες γίνονται. Celebratiſſima quoque eſt iſta ſententia ex placito 12.lib.1.Aphor.τὰ δὲ καὶ ὑπὸ φαινομένοισιν, οἷς ἐν πλευρικοῖσι πλῦνον ἀυτικὰ μὲν ὑπὸ φαίνεται, αἰχρὸν μὲν ὀλίγον ὡς βραχωδὲς, μὲν δὲ ὕστερον ὑπὸ φαίνηται μικρῷ. Et lib.de ratio. victus in morb. acut. τὸ μὲν γὰρ θάσσον καὶ μᾶλλον πλασσῶται, παχυτῆτα σημαίνει κείσιος, τὸ δὲ βραδύτερον καὶ ἧσσον, βραδυτέρου σημαίνει τὴν κείσιν.

In morbo laterali affectis,dolores & aluum emolliri vtile eſt,ſputa colorari, nullos in pectore ſtrepitus fieri,vrinam rectè procedere. Quibus contraria moleſta ſunt,ſputumq; dulceſcere.

386 Τὰ δὲ δηλήματα τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον χαλίλου μαλάσσεσθαι, πτύελα χρωματίζεσθαι, φῦσαι ἐν τῷ στήθεϊ μὴ γίνεσθαι, ὄρθιον οὐροῦσι. τὰ δὲ τούτων ἐναντία δυσχερέα, καὶ πτύελον γλυκαινόμενον.

Signorum optimorum eſt concurſus,vnde ad ſalutem via fit.Dolorem autem leniri vult Hippocrates, & eam ob cauſam aluum emolliri in pleuritide,lib.de rat.vict.in morb.acut.his verbis: διὰ ταῦτα λύειν χρὴ τὴν κοιλίην, ἢν σκληρὴ ᾖ μᾶλλον ἢ μαλθακὴ, καὶ φλέγματα πέμπειν. Et rurſus,διὰ δὲ ταῦτα καὶ φρενίτις ἢ τὸ δήγμα, ἐς ὃ τὴν κοιλίην μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν χρὴ τὴν κοιλίην, ἢν μάλιστα ἐλεύθερον ἢ πεπίειν. Lego autem τὰ δὲ δήγματα τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον ἢ κοιλίην μαλάσσειν, alioqui malè cohæret oratio,etſi quodammodo fieri poteſt.Quin & μαλάσσειν πόνους, quod eſt dolores leniri & remitti eleganter Hippocrati dicitur,& ſententia paulò poſt ſequente μαλθακοὶ πόνοι ſcribuntur.

πτύελα χρωματίζεσθαι] Sputum colorari oportet & laudabiles coloris gradus acquirere,& ita ad coctionem progredi,alioqui ſputorum vitiis annumerat Hippocrates τὰ πτύσματα κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι,in lib.de rat.vict.in morb.ac.

φῦσαι ἐν τῷ στήθεϊ μὴ γίνεσθαι] Vitioſum eſt ſputum & crudum quod nimis craſſum eſt, viſcidum & flatuoſum, ideoq; in thorace moram trahit & expurgari nequit,καταλιχμᾶται ὄμφυον πτύελον ἀσαπὲς, ἢ ἀπέπτως, ἢ ἐνεχόμενον. ἢ μὴ αἰῶνα vocat Hippocrates. Flatuoſum autem ſonitus & ſtrepitus edit in pectore. Vrinæ autem ſignum in morbis thoracis,etſi heterogenes,multum tamen in laudabilium ſignorum concurſione confert,& ad ſalubritatem conducit,itemq; ſæpiùs ab Hippocrate adſcribitur,vt in libris de Morbis videre eſt & ex prædictionibus poſtea in hoc Prognoſtico adſcribitur.

πτύελον γλυκαινόμενοι] Sputum vbi dulce eſſe incipit ſuppurationis rudimenta præbet,præcipuè ſi ex felleo aut ſalſuginoſo dulceſcat,vt poſtea in hoc Prognoſtico ſcribitur.Sic lib.2.de Morbis,in Peripneumonia dulce ſputum morbum protendere & ſuppurationem indicare ſcribit,his verbis: καὶ ὧν μὲν ἐν τούτῃσι παίσῃ τὰ βήματος, ἐκφεύξεται. ὧν δὲ μὴ πάσῃ, ἀγρίας αὐτὴν εἶναι γλυκύτερον αὐτῶν δεκάτῃ πτύσαλον, καὶ ὧν φῇ, ἡ ῥοῦσος ἐνιαυσὸν γίνεται. ὁ δὲ πλείων ἔμπυος γίνεται. Rurſuſque lib. 3. καὶ ὧν μὲν ταῦτα παύσηται ἀκούσῃ τὰ πλησμαῖος, ὧν μὲν ἔσω αὐτὸν, ἢ γλυκύτερον τὸ σίαλον. καὶ ὧν φῇ, ἰατὸν ὁ πλεύμων αὐτῷ ἔμπυός ἐστι, καὶ ἡ νοῦσος χαδίσεται ἐναυσίην, ὧν μὲν ἐν τῇσι πεντεφάκοντα ἡμέρῃσι ἀσεύδων, ἀναγκαῖον τὸ πύον.

At verò bilioſi ſimul & ſanguinei morbi laterales, ferè nono die aut vndecimo iudicantur, ac maximè ſaneſcunt. Quibus autem in morbo laterali, initio quidem dolores leues ſunt,quinto verò aut ſexto die ingraueſcunt, ferè ad duodecimum perueniunt, raroq; ſeruantur, ſed præcipuè ſeptimo ac duodecimo die periculum ſubeunt. Quòd ſi bis ſeptem euaſerint,ſeruantur.

387 Αἱ δὲ χολώδεες ἅμα καὶ αἱματώδεες πλευρίδες, ὡς ὅτι τὸ πολὺ κρίνονται ἐναταῖαι ἢ ἑνδεκαταῖαι, καὶ μάλιστα ὑγιάζουσι. οἷσι δὲ τῶν πλευριτικῶν ἐν ἀρχῇ μὲν οἱ πόνοι μαλθακοὶ, ἐς δὲ πέμπτην ἢ ἕκτην παροξύνονται, μᾶλλον τρὶς τὸ δ' ἀφικνέονται, καὶ ὀλίγον σώζουσι. κινδυνεύουσι δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι, καὶ δωδεκαταῖοι. τὰς δὶς ἑπτὰ φυγόντες σώζουσι.

Ex.lib,3.de Morbis huc eſt traductũ præſagiũ.Sic enim illic ſcribitur,αἱ δὲ χολώδεες καὶ αἱματώδεες κείνοισι ἐναταῖαι καὶ ἑνδεκαταῖαι ἔδοξαν ὑγιέες μᾶλλον γίνεσθαι. διὰ δὲ καὶ ἀρχὰς μὲν μαλθακαί πνες ἔχουσιν ὀδύναι ἀπὸ τῆς πέμπτης ἢ καὶ ἕκτης ὀξεῖαι αὖθις δὲ παλαίουσι μέχρι δυοκαιδεκάτου καὶ μάλα ἐκφλαύσουσι, κίνδυνος δὲ μάλιστα μέχρις ἑβδόμης. ἀτὰρ καὶ ἐς τὴν δυοκαιδεκάτην. μὴ δὲ πάντας ὑγιαίνουσι. οἱ δὲ ἐξ ἀρχῆς μὲν μαλθακαὶ. ἀπὸ δὲ ἑβδόμης καὶ ὀγδόης ὀξεῖαι ποιοῦσι παραπλησίως τε καὶ τὰς πεταρεσκαιδεκάτας κείνοισι τε καὶ ὑγιαίνουσι. Bilioſæ autem & ſanguineæ(pleuritides)nono aut vndecimo diecernunt,atq; hi magis ſaneſcunt.Quòd ſi ab initio molles quidem dolores corripuerint,poſt quintum verò & ſextum acuti,hi citè ad duodecimũ perueniunt,neq; valde effugiunt.Periculũ autem præcipuè ſubeſt,vſq; ad ſeptimũ,quinetiã ad duodecimũ vſq;,poſt hoc verò conualeſcunt.Atq; ab initio quidem molles ſunt,poſt ſeptimũ autem & octauum acutæ, ad decimumquartum tum decu-

nu

A nat,tum conualescunt.Sunt autem ferè pleuritides & magna ex parte sanguineæ aut biliosæ,vt scribit Gal.lib.de Constitutione ar-
t Medicæ.Codices verò publicati hanc sententiam distinguntsed nos ex lib.de Morbis coniunximus cum quibusdam exemplar.

383 Ὅσοισι δὴ πλευριτικῷ φόφος τὸ στῆθος πο-
ιὸς ἐν τῷ στήθει, καὶ τὸ πρόσωπον κατηφὲς, καὶ ὀφθαλμὸς
ι περιῳδης ἢ ἀχλυώδης, ἀπόλλυται.

Quibus in morbo laterali plurimus ex sputo strepitus in pectore sonat,& vultus demissus est,oculusq; aurigine suffusus,& caligine obductus, in his mors expectanda est.

Ista sputum maximè crudum,crassum & incoctum significant summumq; feruorem & materiæ in thorace agitationem, tum etiã
oris natiui ac spirituum extremam dissipationem aut resolutionem. ἰκτεριώδης autem ὀφθαλμὸς est oculus bile flaua suffusus, aut
l ioso humore infectus,rapta sursum bile,quemadmodum ἰκτεριῶντες sunt Hippocrati(aph.72.lib.5.) quorum cutis biliosõ humore
i fecta est & tincta.

389 Οἱ ἐκ πλευριτικῶν ἐμπυοι ἡμέρῃσι, ἐν τῇσι μ'
ι μέρῃσι ἀναπύουσιν ἀπὸ τῆς ῥήξιος.

Qui ex morbo laterali suppurantur, in quadraginta diebus post ruptionem pus spuitione reiiciunt.

Alioqui nisi spuitione pus repurgetur,in tabem labuntur,ex placito 15.lib.5.vbi integra hæc sententia scribitur,in hoc Prælagio
ytea sæpius repetitur. Hic igitur ἀναπύει idem est quod ἀναθαίρεσις apud Hippocratem.

390 Πτύαλον δὲ χρὴ πᾶσι τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ τοῖ-
λευμονικοῖσι διὰ πεπέως τε καὶ ταχέως ἀναπτύειν, με-
ιγθαι τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυάλῳ. Ὃ δ' ὕστερον πολλῷ τῆς
υρίης ἀναμεμιγμένον ξανθὸν, ἢ μὴ μεμιγμένον, καὶ πολλὸν
ῆχα πρέχον, πονηρόν. πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν ἀ-
ρινὲς, καὶ τὸ γλίσχρον, καὶ λευκὸν, καὶ τὸ σφογγῶδες, καὶ τὸ χλω-
ὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφρῶδες, καὶ τὸ πελιῶδες, καὶ ἰω-
ες. χρηστὸν δὲ καὶ τὸ ὕδατος ἀκρητον, ὥστε μέλαν φαίνεσθαι.
μαλὺ δὲ μὴ πολλῷ συμμεμιγμένον τὸ ξανθὸν, ἐν ἀρ-
ῇ μὲν σωτήριον, ἑβδομαίῳ δ' ἢ παλαιοτέρῳ πᾶσιν ἀσφα-
ὲς· αἱματῶδες δὲ λίαν, ἢ πελιὸν εὐθέως ἐν ἀρχῇ, κιν-
υνῶδες, πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἀφρώδεα, καὶ τὰ ξανθὰ, καὶ μέ-
αινα, καὶ ἰώδεα, καὶ ἰξώδεα, καὶ ὅσα ταχέως χρωματίζε-
αι. Τὰ δὲ μυξώδεα καὶ λιπαρώδεα, καὶ χρωματίζε) πα-
ίως, ἀσφαλέστερα. Τὰ δ' ἐν ὀλίγῳ πεπαινόμενα πέψιν
ρωματιζόμενα, βέλτιω.

In omnibus autem laterum & pulmonum morbis, sputum promptè ac citò excreari necesse est, flauũque sputo permixtum esse. Quòd si multo post dolorem flauum,aut non commixtum reiicitur, nec non sine multa tussi,vitiosum censetur. Omninò autem prauum flauum,si syncerũ est,& glutinosum, & candidum,& rotundum, itemq; vehementer ex virore pallescens,quodq; spumosum est, & liuidum,& æruginosum. Aliquantò verò deterius quod sic est syncerum,vt nigrum quoq; videatur.At flauum cui paulum sanguinis ammixtum est,initio quidem salutem pollicetur,quod vero septimo die.aut lõgiore spatio tale apparet,non adeò tutum.Admodum autem sanguinolentum,aut quod statim initio liuescit, perniciem præ se fert. Prauitatem etiam indicant & spumantia,& flaua & nigra,& æruginosa viscosaque, & quæcunq; celeriter colorantur.Mucosa autem & fuliginosa,tum celeriter colorantur, tũ securiora sunt. Quæ verò intra quintum diem dum coctionem accipiunt,colorantur,meliora censentur.

Quæ hic de sputis scribuntur ex Hippocratis Prognostico omnia huc sunt traducta. Quod verò dicitur μεμίχθω τὸ ξανθὸν τῷ πτυάλῳ. in Progn.ξυμμεμιγμένον ἰσχυρὸς ξανθὸν τῷ πτυέλῳ. exigit, quod in excrementorum coctione legitima requiritur, vt ἀκράτῳ opponatur,quemadmodum ὑγιείης σύμβολα Hippocrati censetur. ὀφθαλμῶν καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα. Quanquam idem er ξυμμεμιγμένον simpliciter efferri contendunt,quod multis locis τῷ ἀκράτῳ opponit Hippocrates.

πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν] Rectius in Prognostico prauitatis gradus ponit Hippocrates.

Καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα] χλωρὸν καθ' in Progn.scribitur.χλωρὸν autem hic ex viridi pallidum significat Hippocrati, & τὸ ὠχρὸν καὶ τὸ ἰώδεις
ontinet(vt multis in locis testatur Galenus) etsi ἰώδεις additur, vnaque & eadem dictione vtrumque in Prognost.complectitur,
Celsius tamen τὸ χλωρὸν Hippocratis,pallidum reddidisse videtur cùm scribit.Et tamen nihil peius est quam syncerum id edi, siue
ffum est,siue cruentum,siue album,siue glutinosum,siue pallidum,siue spumans,nigrum tamen pessimum est. Sed certè pallidum
utum non ita damnatur,quemadmodum viride aut ex viridi pallescens,quod summum partis æstuantis incendium & ardorem in-
icat,At ἰώδεις(quod hic additur)æruginosum ac merè viride indicat. * *Cap.8.lib.1.*

καὶ τὸ πελιῶδες] In Prognostico istud non legitur, & sub nigredinis gradibus continetur,& in vomitione satis exprimitur. Ex aph.
amen 47.lib.4.& 71.lib.7. αἱ πελιδναὶ ἀποχωρήσιες damnantur.

αἱματῶδες ἢ λίαν] Istud non legitur in Prognostico, & superuacaneam quandam ac minimè necessariam repetitionem redolet,
similem tamen habet doctinam.

καὶ ὅσα ταχέως χρωματίζεται] De sputorum vitiosorum coloribus qui initiis morborum apparent,intelligendum, alioqui ad concoctionem vbi fit progressus colorem accipere laudabile est,vt supra diximus,atq; hic etiam rursus repetitur. Siue igitur seorsum coctos huiusmodi accipias,siue simul permixtos,in vitiis reponendos censet Hippocrates.Nam & πλύσια κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι reprobat, & πλύσιον ὁμόχροον esse vult Prorrh.2. & ὀλέθριος καθ' εἱπεῖν μίξει τὸ χολῶδες τῷ πίνῳ αἱματῶδες. ὧν πόμων, in Prognostico inest.Quod etiam expressit de sputo Celsus his verbis, † Quantoque magis mixtos neque inter se diductos colores habet, tantò eterius. † *Cap.3.lib.2.*

καὶ τὰ μυξώδεα] Mucus humor est crudus,lentus & pituitosus.πλύσια igitur μυξώδεα sub glutinosis & albis in Prognostico ab Hippocrate comprehendi videntur.Quin & Prorrh.2.sputum ἀπόλειγμα exigitur,quod Celsus sine pituita vertit. Ista verò hic mediocriter crassa,vitiosa,& cocta sunt,& crassitudinis mediocritate coctionem indicant. Idemq etiam testantur fuliginosa sputa,quæ seruentium humorum vapore & fumo velut fuligine in superficie tinguntur,aut quæ diutius contenta & concalfacta,odore aut tapore fuliginem referunt,non autem per totum aut sua substantia nigrescunt.

391 Παῦρα δὲ πτύαλον μὴ λύον τῶν ὀδυνέων, πονηρόν.
λύον δὲ, χρήσιμον.

Sputum autem quodcunque dolorem non tollit, malum significat,quod vero soluit,bonum.

Idem legitur, aliis tamen verbis,in Prognostico.

392 Οἷσι δὲ μετὰ τῶν χολώδεος πυώδες ἀνάγεσιν, ἢ χω-
ὶς, ἢ μεμιγμένον ὡς ὀπτῶ πολὺ πεπαρεσκαιδεκαταίοι
ἀπόσχοιεν, ἢν μή τι κακὸν ἢ ἀγαθὸν ὑπολύσῃται τῶν προγε-
γραμμένων. Εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον. μάλιστα δὲ οἷσιν ἑβδο-
μαίοισιν ἄρξεται τὸ τοιοῦτον πτύαλον.

Quibus cum bilioso purulentum sputum,aut seorsum,aut simul permixtum educitur, ij vt plurimùm decimoquarto die intereunt, nisi malum aut bonum aliquod ex his quæ priùs descripta sunt, contingat. Alioqui certè pro ratione mors expectanda est, atq; in his præcipuè quibus septimo die sputum huiusmodi procedere cœpit.

Hæc eadem ex Prognostico huc traducta videntur,vbi meliore ordine scribuntur.Illud autem εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον, obscuram habet

explicationem. Mihi verò sic accipiendum videtur,vt decimusquartus dies,medius quidam sit mortis terminus, vt si omnia medi quodammodo procedant,in eum diem mors sit expectanda. Quòd si mala multa vrgeant,præceps magis exitium acceleratur,neque in eum diem differtur.Bona vero plurima,pro ratione interitum remorantur. κῦ λόγον igitur idem valet, ac subductis signorum rationibus,& collatis inter se viribus,indeq; facta prædictione celerioris aut tardioris mortis. Quod fusissimè explicat Gal. Com. i Prognost.Celsus verò,vt totam istam sententiam disertissimè expressit,ita & obscurissima ista verba dilucidè explanauit his verbis " Sputum etiam biliosum & purulentum,siue separatim ista,siue mixta proueniunt,interitus periculum ostendunt. At si circa septimum diem tale esse cœpit, proximum est vt is circa quartum decimum diem decedat, nisi alia signa meliora peioráve accesserint Quæ quò leuiora grauioráve subsecuta sunt,eò vel seriorem mortem,vel maturiorem denunciant. " *Cap.6.lib.2.*

In his igitur & omnibus qui pulmonem affligunt morbis, bonũ quidem est facilè morbum sustinere, dolore defungi,sputum promptè expuere, facilè spirare,siti esse vacuum,reliquum corpus æqualiter incalescere ac molle esse. Ad hæc somnos,sudores, vrinarum eductionẽ laudabiliter fieri:quibus contraria mala sunt.Quandocunq; ergo bona hæc omnia huic sputo aderunt,poterit secunda valetudo contingere. Quod si quædam adfuerint, quædam etiam abfuerint,non vltra decimumquartum diem vita producetur. At verò si contraria signa accesserint, celerius mors continget.

393 Ἐ͂σι δὲ ἀγαθὸν μὲν κῦ τοῦτοισι κῦ πᾶσι τοῖσι τοιούτοισι πολλῷ μόνα, φέρειν ῥηϊδίως τὸ νόσημα, τῆς ὀδυνῆς ἀπιέναι· τὸ πτύαλον εὐπεπτέως ἀναίμακτον, εὔπνοον εἶναι κῦ ἀδιάψυκτον, τὸ σῶμα ἀπαθῶς ὁμαλῶς θερμαίνεσθαι, μελάγχολον εἶναι. κῦ τοῖσιν ὕπνους, ἱδρῶτας, οὖρον διεκρίσεις χρηστὰ γίνεσθαι, καὶ τὰ δὲ παναντία τούτων. εἰ μὲν οὖν πάντα τοῖσι προγεγραμμένοισι τὰ πτύσματα τοῦτο τὰ χρήσιμα, σώζοιτ' ἄν. Εἰ δὲ τὰ μὲν τὰ δ' οὐ μή, ἀλλὰ πλείους ἢ τεσσαρεσκαίδεκα διώσας τὰς ἐναντιώσεις σημείων ὑπερθωμόμενον, σωτηρίην μᾶλλον.

Aliis verbis eadem & copiosiora scribuntur in Progn.Quod verò omnibus in exemplaribus ἅπαν διεκρίσιν legitur, ἄμεινον, διεκρίσεις scribendum puto,vt & vrinæ & alui excrementis attribuatur, velut in Prognostico scribitur,& rectè vidit Interpres.

πλείους τῶν ἑπτὰ βιώσεται] Apparet addendam esse negationem,quod etiam sensus requirit,& eorum quę in Prognostico scribuntur recognitio,vt fecit Cornarius,etsi desideratur in omnibus codicibus.

Dolores in locis huiusmodi,qui neq; ad expuitiones,neq; ad venæ sectionem,aut victus rationem desinunt, ad suppurationem tendunt.

394 Ὅσα δὲ τῶν ἀγημάτων ἐν τοῖσι τόποισι τούτοισι μὴ παύσηται, μήτε πρὸς τὰς ἀναπλύσιας, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε κῦ δίαιτας, ἐμπύητα.

In Prognostico ventris subductionem & medicamentum addit,Celsus " etiam cucurbitulas adhibet, medicamentum præterm tit.Et certè his in morbis medicamenta veterum,iure quodam Galeno suspecta sunt. " *Cap.7.lib.2.*

Quibus ex pulmonis inflammatione abscessus ad aures aut inferiores partes fiunt, tum suppurant, tũ per fistulam via aperta effunduntur. His autem secũda valetudo cõtingit,quos febris & dolor consequitur,si sputum non satis pro ratione eiicitur,neque biliosæ fuerint alui deiectiones, sed solutu faciles ac synceræ, neq; vrina admodum crassa,aut multũ habens sedimentum ac in reliquis omnia securitatem polliceantur.Fiunt autem, aliis quidem in partibus inferioribus,quos circa præcordia inflammatio fatigat,aliis verò in superioribus partibus, quibus præcordia tumoris & doloris sunt expertia, spirandi autem difficultas pro tempore accesserit, quæ deinde sine vlla euidenti occasione quiescat.

395 Ὅσοισι δὲ ἐκ τῆς περιπλευμονίης ἀποστάσιες τοῖσι οὖσι, ἢ ἐς τὰ κάτω γίνονται, κῦ ἐκπυέσι τε, καὶ ἐκδυσεντερίοισι γίνονται. τῆς δὲ γίνονται, οἷσιν αἱ ὦτε πυρετὸς, καὶ ὁ πόνος παρακολουθῇ, ἢ τὸ πτύαλον χωρὴν κῦ λόγον. μηδὲ χολὴ δεὴς αἱ διαχωρήσιες, βύλυοί τε καὶ ἄκρητοι γίνονται, μηδὲ ὄδμὴν παχὺ τε σφόδρα, καὶ πολλῷ ὑποῦσαν ἔχῃ πάτε σμικρὰ σωτηρίας ἔχοιεν, γίνονται δὲ, αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω οἷσιν αἱ περὶ ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίνηται. αἱ δὲ ἐς τὰ ἄνω, οἷσιν αἱ, πρῶτον ὑποχόνδριον λαπαρὸν τε καὶ ἀνώδυνον ᾖ, δύσπνοοι δὲ ἴσως χρόνον ἡμιόλιον, παύσωνται χωρὶς παρὰ φάσιος.

Ista quoque ex Prognostico sumpta videntur,neq; tamen integritatem retinent,sed illic melius scribuntur.Hunc autem mihi cum subindicare videtur Galenus cum in Exegesi,διαπυοῦται, ἀναστομοῦται exponit, quod est aperiuntur,aut in fistulas abeunt cauantur: Nos vt Galeni explicationem & dictionis vim comprehenderemus,per fistulam via aperta effunduntur,aut fistula facta periuntur,dicimus,quod in Prognostico simpliciter συεκγοῦται ponitur.Quod sequitur, γίνονται ἢ, melius ex Prognostico legas γίνοντ' ἄν,cùm signa abscessuum futurorum contineant,etsi tamen potest vtcunque tolerari hæc lectio. Præceptor quoque Holler Prognostici lectionem amplectitur,& post διαπυοῦται δ' οἱ γίνονται legit.

κῦ τὸ πτύαλον χωρὴν] μὴ χωρὴν legimus ex Prognostico vnde hæc sunt desumpta. Et verò addendam esse negationem satis patet Galeni Commentario.Quod etiam vidit Cornarius eamque lectionem secutus est,omnesque alij Interpretes, repugnantibus tam omnibus exemplaribus.

βύλυοί τε κῦ ἄκρητοι γίνονται] In Prognostico negatio additur, & aliam habet significationem, quanquam hanc etiam lectionem agnoscit in Com. Galenus, & βύλυτας διὰ χωρίσεως τῆς συμμίκτου ὑγρασίας explicat, & ἀκρήτους τὰς ὑδατώδεις κῦ ἀμίκτους.

μηδὲ ὄδμὴν] In Prognostico κάρτα πολύ τι δὲ παχὺ scribitur & Gal. μηδ' ὄδμὴν πολὺ κάρτα agnoscit.

At verò in pulmonis inflammationibus quæ periculum creant abscessus in cruribus non inutiliter fiunt. Quibus nec potest quicquam melius accedere, quàm si sputum pro flauo purulentum existat. At si neque sputum pro ratione excernitur, neque in vrina bonum apparet sedimentum, periculum est ne claudicet æger, aut ne res multum negotij sit exhibitura. Quòd si abscessus intro recurrant, perseuerante febre neque prodeunte sputo, periculum aut mortis, aut delirij imminet. Quicunque vero pulmonis inflammatione laborant, neque diebus iudicatoriis repurgantur, verùm cum delirio quatuordecim dies superarunt,iis suppurationis metus impendet.

396 Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν ἀποστάσιων, ἐν τῆσιν ὀκτὼ κινδυνώδεσι περιπλευμονίῃσι, λυσιτελέες μὲν πάσῃ· βέλτιον δὲ αἳ τὸ πτύελου πυώδεος αὐτοῦ ξανθοῦ γίνεσθαι. μὴ χωρέοντος δὲ τοῦ πτύελου κατὰ λόγον, μηδὲ τοῦ οὔρεου χρηστὸν ὑπόστασιν ἔχοντος, κίνδυνος χωλωθῆναι· ᾧ ἂν ἄφρωστον, ἢ καὶ πολλὰ φρήγματα προσδοκᾶν. διὰ παλινδρομέουσιν αἱ ἀποστάσιες, πυρετοῦ προσκαθεύδοντος, καὶ τοῦ πτύαλου μὴ χωρέοντος, κίνδυνος φανῆναι μανικούς. ὅσοι δὲ τῶν περιπλευμονικῶν μὴ αὐτόματοι ἐξεθύησαν ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀλλὰ προσκαθεύδοντες διέφυγον τὰς τεσσαρεσκαίδεκα, κίνδυνος ἐμπύους γενέσθαι.

Αἱ δὲ ἐς τὰ ἐνίσια τῆς κρησίμου] κρησίμου manifesto vitio legitur in omnibus publicatis exemplaribus, sed κρησίμων ex Prognostico legimus cum omnibus interpretibus.

τὸ πυῶδες πυώδεος] Addendum facit, vt in concoctionis argumento, ἐκχωρέοντος ἔξω, vt in Prognostico, & postea in malignitatis indiciis μὴ χωρεῖν additur: idque satis ex Galeni Commentario in Prognost. apparet. Sed in tumultuario opere accuratam diligentiam nimis ambitiosè requirimus.

ἔστι δὲ τῆς περιπνευμονικῆς] Ex lib. 1. de Morb. hæc videtur desumpta sententia, vbi amplioribus verbis proponitur. ἢν δὲ μὴ ἐν τῇσι κυρίῃσι τῆς νούσου κριθῇ, φλεγμήνῃ, ἢν δὲ πάνυ ἐπιλάβῃ τὸ ἀφ' ἑκάστης πλευρῆς ἕτερα, ἢ καὶ πάνυ. αἱ κρίσιες γίνονται ἐπὶ πλείστοις τῆς ἑπτακαιδεκάτης, ἐπὶ ἐνίοις τῆς εἰκοστῆς, ἢ τῆς εἰκοστῆς πρώτης, ἢ ἐς τριακοστὴν μὴ ἐκπλυθῇ, ἔμπυος γίνεται. γίνεται δὲ μάλιστα ἐν τούτων οἷσιν ἰσχυρὸς ἢ πλευρίτις ἢ περιπνευμονίη. Et superstes quidè cuadit, si in iudicatoriis diebus putrefacta, hoc est concocta, sputo reiecta fuerint. Quòd si ea quæ per initia aduenerut susceperit, alioque insuper accesserint, ac neq; ea spuens, neque putrefaciens euicerit, ob eorum quæ insuper accedunt copiam fere moriuntur. Si verò ad dies dans & viginti peruenĩat, & febris remiserit, & in his per sputũ repurgati non fuerint, ad suppurationẽ deueniunt. Præcipuè autem hi suppurati fiunt, quos vehementissimè pleuritides & pulmonum inflammationes vexant. Rursusque ibidem, ἐὰν δὲ περιπνευμονικὸς ὑπολειφθῇ ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀλλ' ὑπολειφθῇ ἐν τῷ πλεύμονι πύος τε καὶ φλέγμα, ἔμπυος γίνεται. καὶ διὰ μὲν αὐτὰ θεραπεύεται, δύσφορα δὲ, καὶ τὰ πολλά. διὰ δὲ ἀμελησθὲν ἐν τῷ πλεύμονι, δύσφορα γίνεται. ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ τε σῶμα ἐκλείπει, καὶ πυρετὸς ἐπιτείνει, καὶ τὸ πλεύμων, καὶ δύσπνους γίνεται. καὶ ἐπὶ τοῦτο ἔλκει ἐς ἑαυτὸ, καὶ ἀξιοῖ λέγειν τροφὴν, ὅτε μὴ λαμβάνοι· ἀπ' αὐτῶν δὲ οὐδὲν, ἀλλὰ πήγεταί τε καὶ δυσπνοεῖ ἀεὶ δὴ μᾶλλον, καὶ βήσσει αἰεὶ πλείω, καὶ αἱματίον αὐτόθεν ἀναπτύει ἐκ τοῦ στήθεος. τέλος δὲ, ἀποστάσει ὑπὸ τοῦ πλεύματος, καὶ ἀποθνήσκει. Si pulmonis inflammatione correptus nõ purgetur in diebus iudicatoriis, sed relinquatur in pulmone sputum & pituita, suppuratus existit. Ac si quidem confestim curatus fuerit, fere euadit. Si verò neglectus fuerit, ex eo quod in pulmone inhæresit & putrescit, corrumpitur, vlceratur que pulmo & suppuratur, neq; amplius ad se intrò effata dignum alimentum trahit, neque quicquam sursum repurgatur, sed suffocatur & semper maiore spirandi difficultate vexatur, & respirando stertit, & inde sursum respiratio ex pectore ducitur. Ad extremum verò offarcto à sputo pulmone moritur.

397 τῶν περιπλευμονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικοῦ μεταστάσαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς ἡμορρόων ἀσφαλέστεραι.

Pulmonis inflammationes quæ ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis quæ ab initio fiunt securiores sunt.

πνεύμων (vt scribit Aretæus) ματὸς τε καὶ θερμὸς, καὶ ὑπ' ὀλιγοῦ διαπέπαται, πλευρὰ γειτόνημα, καὶ κοινὰς ἀρχὰς ἔχει. Ideoque facilè post lateris dolores vitia pulmonum fiunt, quod scribit Celsus ex aphorism. 11. lib. 7. Maior autem est inflammatio quæ subitam & notam occasionem in pulmones detulit, quam quæ ex lateris inflammatione permutationem accepit. Paucior namque est humor & tenuior qui ex lateribus in amplam thoracis capacitatem venit, ideoque promptius à natura superatur. At Cælius Aurelianus cap. 25. lib. 2. Acut. periculi pleniorem peripneumoniam facit quæ pleuritidem sequitur, quòd iam viribus exoluti & remediis frustra erogatis defatigati sint ægri. Cuius etiam opinionis videtur esse Aretæus cap. 10. lib. 2. θερα. πξ. Quod desumptum videtur ex eo theoremate quod scribitur libro περὶ παθῶν ab Hippocrate περὶ τῆς ἐπιγινομένης νοσήματος. Quod effecit vt quidam hanc scripturam non immerito suspectam habeant, & pro ἀπὸ κλίσεως χαλεπωτέρας legant, &, locum hunc περὶ ἐπιγινομένης accipiant, qui hoc modo quo hic legitur scriptus, περὶ μεταβολῆς intelligendus est.

398 τῶν δὲ σωμάτων τὰ γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ὑπὸ τῆς πλευριτικῆς καὶ περιπλευμονικῆς ἁλίσκεται) τῶν ἀγυμνάστων.

Densa & exercitationi dedita corpora, citiùs ex morbo laterali & pulmonis inflammatione intereunt, quàm quæ sine exercitatione degunt.

Scribit Hippocrat. lib. περὶ τροφῆς, ἀκμαιότης τε ματος ἐς ἀρετὴν οἵη σαλὸν ἀσαρέστερα, ὑγιεινότερα. πυκνότης σώματος ἐς ἀρετὴν οἵη ἔλαττον ἀσαρέστερα, κοσμιώτερα. Sic huiusmodi morbis promptiùs tentantur iuuenes & ætate vigentes, quam senes, vt scribit Hippocrates in Prognostico. Iuuenes etenim tum propter humorum naturam, tum ætatis ratione procliuius febribus, doloribus, ac inflammationibus internis corripiuntur, quam senes. Compacta quoque corpora & exercitata, cùm mollia sint, rara, laxa & fluida, propensiùs periculo exponuntur. Qua etiam ratione scribit Aretæus (imprimis grauis & vetustate memorabilis author) iuuenes & viros, vt rariùs in pleuritidem incidant, ita neque frequenter euadere, cùm non nisi ex valentissimis causis ægrotent. Senes verò quamuis sæpius eo morbo tententur, fere tamen liberari, tum ob corporis temperamentum, tum etiam partium internarum, nempe pulmonum, naturam. Eius verba sunt cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. πλείστη, σχεδὸν τῆς ἀλλης πάσης γιγνέσθαι, εἰ μὴ μᾶλλον ἑτέρων τὸ πάσης ἀρχῆς ῥάστην ὅτε γὰρ μεγάλα ἀθρόα ἐγίνετο φλεγμονὴ ἐν ξηρῷ τῷ σώματι, ὅτε ἐς πνεύμονα ἢ μεταστάσις. ὑγροτέρης γὰρ, ἢ ὅση ἄλλης ἁλίσκεται, καὶ ἀκαπνοῦ σώματος, καὶ ὀλίγη ἀπὸ τῶν ἐλίγνων· νέοι δὲ καὶ εἰ ὅτι ἀκμῇσι, καὶ μάλα μὴ πάσχοι, ἀπὸ νέου μάλα φθείρονται). καὶ γὰρ ἐν παντὶ ὅτι σμικρὴ φλεγμονή. ὅτι δὲ τῶν μεγάλοισι μείζων ὁ κίνδυνος. Quod ætatem attinet, præ aliis morbo sunt obnoxii senes, qui etiam citius quàm alij morbum effugiunt. Nam neque in sicco corpore magna inflammatio existere potest, neque in pulmonem tranlitus est facilis, quippe qui frigidior sit quàm alia in ætate, tuncque spiratio parua sit & attractio omnium exigua. Iuuenes vero & ætate vigentes, haud ita quidem hoc morbo tententur, at non admodum euadunt. Neque enim ob exiguam inflammationem morbo conflictantur & in magnis maius inest periculum. Eademque ferè scribit Hippocrat. lib. 1. de Morbis, vbi iuuenum corpora densa, compacta & robusta facit, ideoque celeriùs ab his morbis interire quàm senes.

399 Κορύζας καὶ πταρμοὺς τοῖσι περὶ πλεύμονα καὶ προσηλέσθαι καὶ ἐπηλέσθαι, πονηρόν. τοῖσι δὲ λοιποῖσι πταρμὸς οὐκ ἀχρειώδης.

In morbis pulmonis grauedines & sternutamenta tum præcedere, tum vero succedere, malo est. In reliquis verò morbis sternutamentum vtilitate non vacat.

Id ex Prognostico translatum videtur, vbi aliis paulò verbis scribitur. Illud verò, τοῖσι λοιποῖσι. quod obscurum videtur, pleniùs in Prognostico scribitur, ἐν τοῖσιν ἄλλοισι νοσήμασι διαπρησίῃσι Celsus de sternutamento eleganter (quod alias salutare videtur) extulit, cap. 8. lib. 2.

400 Τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν οἵοισι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ τραχεῖα γίνῃ, ἀμφότερα φλεγμαίνῃ τὰ μέρεα τοῦ πλεύμονος. οἵοισι δὲ ὅλην, ἐνταῦθα ὁ φαίνεται. καὶ οἵοισι κατὰ τὴν μίαν κλεῖδα ὁ πόνος γίνῃ, ἡ αἴσω πέρυξ τοῦ πλεύμονος ἡ μία νοσέει· οἵοισι δὲ κατὰ ἄμφω τὰς κλεῖδας ὁ πόνος γίνῃ, αἱ ἄνω πέρυγες τοῦ πλεύμονος ἄμφω νοσέουσιν, οἵοισι δὲ κατὰ μέσην τὴν θώρηκα, ἡ μέση. οἵοισι δὲ κατὰ ὑπογάστριον, ἡ κάτω. οἵοισι δὲ πρὸς ὃ ἕκαστον μέρος πονέοισι, πάντα τὰ κατὰ τοῦτο μέρος νοσέει. καὶ οἷσι σφόδρα φλεγμαίνουσι αἱ ἀορταὶ, ὥστε παρέχεσθαι πρὸς τὸ πλευρὸν, ἀναλγέουσι τὸ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελιώματα ἐπὶ τὴν θώρηκα

In pulmonis inflammationibus si lingua tota alba fiat ac aspera, ambæ pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus vero dimidiata lingua, qua parte id apparet, inflámatio affligit. At quibus quidem ad vná clauiculam dolor subit, iis vna superior pulmonis ala laborat: quibus verò ad ambas clauiculas dolor extenditur, ambæ superiores pulmonis alæ laborant: quibus ad mediã costam, media: quibus verò ad quã partem pulmo extenditur dolor permeat, inferna ala laborat: quibus vna tota pars laborat, quæ ei parti respondent omnia ægrotant. Si quidem igitur suspensæ vtrinque pulmonis partes aortæ dictæ, tanta inflammatione tententur, vt ad latus adhæreãt, illa corporis parte resolutionem sentiunt, & ad costam huores

foris fiunt, quos veteres ictos aut sydere percussos vocabant. Quòd si tanta non est inflammatio vt adhæreant, dolor quidem totum occupat, neque tamen resolutionem sentiunt, neque liuores habent.

ἔξω γίγν. τύπτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς. ἰῶ δὲ μὴ σφόδρα φλεγμαίνωσιν, ὥστε μὴ πεφοβῆσθαι, ἀγγελὼν μὲν γίγν πᾶν ὅλον, ὁ μὲν δὴ ἀλγέουσί γε, οὐδὲ πελιώματα ὄψεσιν. A

In pulmonia dolor ad iugulum, dorsum, scapulas, spinam, costas, & mammas, grauitatisque sensus ad pectus peruadit, vt scribitur libri de Morbis. Ex his autem indiciis & signis propriis rectè distinguas. Linguam verò in pulmonia flauam adscribit Hippocrates lib. 3. de Morb. & temporis progressu nigrescentem, moribundis autem scabram, diffissam, & digitis adhærescentem. Hic tamen albam ex halituoso vapore & inflammationis pituitosæ natura ponit. Est vbi πεπλευμονικὸν χλόασμα peculiari denominatione insigniat, & ὠχρόλευκον esse scribat," vt ὠχροπύρῳ, lib. de loc. in homine.

" Lib. 1. & 3. "" Lib. 7. epid. B

καὶ εἴσι μὲν πρὸς τῷ ἀκλείδι] Exemplaria quædam πρόσθιον κλεῖδα legunt, quædam etiam μέσην κλεῖδα. Clauiculam autem primam nominat, quod in costarum ordine primum videatur quodammodo locum obtinere, aut certè melius primam quasi vnam accipit. Per clauiculas autem & iugula superiores pulmonis alas indicat, vt & per nothas costas & infirmam thoracis partem, inferiores alas quas ὑποχονδρίους vocat" ἃς καλέουσι λοβούς, & quinque numero facit.

" Lib. περὶ ἀνατομῆς.

οἵσι δὲ πρὸς τῷ διήτασιν] Hic διήτασις qua pulmo extenditur ac peruadit significare videtur, & infimam thoracis partem & diaphragma denotat, qua notione discriminationem vertit Cornarius nisi si fortè διήτασιν legisse videatur. διήτασις autem dicitur quod ad inferiorem thoracem distendatur.

αἱ ἀορταὶ] ἀορταὶ hic dici videntur (si modo locus mendo caret) quæ ἀόρτρα ἐν ταῖς γλώσσαις Galeno explicantur his verbis: ἄορτρον τὸ ἀπηρτημένον τῶν πνεύμονος μερῶν ἑκατέρωθεν, ὡς ἐν τῷ περὶ νούσων τῷ μείζονι. ἔστι δὲ καὶ ἀορτρεῖν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐνίοτε καλεῖν ὡς Διοσκουρίδης οἴεται. ὁ πάνυ δ' ἀφρὸς ἔστι. Quam dictionem etiam agnoscit Varinus, & ἄορτρον τὸ ἀπηρτημένον τῶν πνεύμονος μέρος ἀφῃρῆσθαι τῷ Ἱπποκράτει esse scribit. Est igitur ἄορτρον pars pulmonis vtrinque dependens, quæ vbi inflammatione tentatur, distenditur atque inflatur, in costas & latera incumbit, eisque adhærescit. Lib. 2. de Morbis (qui Galeno liber primus de morbis maior dicitur, vt multis testimoniis contestatum habemus) ἀόρτρα τῶν πλευμόνων σπασθέντα describuntur, atque etiam curatio edocetur, siue pars illa vtrinque suspensa per se, siue ambæ simul distendantur & diuellantur. Vbi tamen publicata exemplaria vitiosè ἀφρᾶ, recepta vbique lectione, legunt. Et sanè illum locum à Galeno in Exegesi designatum mihi haud dubia fides est, etsi ab interpretibus minimè est animaduersum. Hæ igitur dependentes vtrinque pulmonis partes ad latera adhærescentes, hic ἀορταὶ dicuntur, aut potius vt reor ἀορτραὶ ex Dioscoridis opinione. Hunc enim expressum à Galeno & Dioscoride locum arbitror, cum scribit Galenus ἀορτρεῖν aut potius ἀορτρίζω (vt meliora habent exemplaria) aliquando ab Hippocrate ex Dioscoridis opinione vocatam. Sunt autem ἀορταὶ Hippocrati dictæ libro de loc. in homine, arteriæ asperæ cartilagines propè circulares, in totum pulmonem à gutture quaquauersum in tenues ramos ac fistulas dispersæ, eiusque totam substantiam contexentes. Quæ vbi inflammatione tentantur, distendantur, inflantur, ac tumore intumescentes vias faciunt angustiores, ac difficiliorem respirationem, ita vt concepto humore, turgentes lobi in latus facilè incumbant eique adhærescant. Quem in sensum appositissimè accommodari potest quod scribitur ab Hippocrate lib. de loc. in homine, de fluxione in pulmones inguente, ὅταν ἐς τὰ πλεύμονα ῥεύσῃ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀφῃρημένον τὸ βρόγχου καὶ τὴν ἀορτέων, ὁ πνεύμων ἅπας φαίνεται ἐὼν ξηρὸς φύσει, ἔλκει ἐφ' ἑωυτὸν πᾶν τὸ ὑγρὸν ὅπῃ ἂν δύνηται. καὶ ἰσχυρὸν ὅπῃ ἂν ῥέῃ, μείζων γίνεται. καὶ ὅταν μὲν ἐς ὀλίγον ῥεύσῃ, μείζων ὁ λοβὸς γίνεται, ἀμαυρότερον δ' φαίνεται τῆς πλευρίης, καὶ περιπλευμονίῃ ἐπίσταται. Sic enim ex illum locum legendum existimo, cum publicata exemplaria ἀφῃρημένον pro ἀορτέων legant, etsi Erotiano vulgatam lectionem attestatam non diffiteor. Nisi quis etiam ibi ἀορτρᾶν aut ἀορτήρων pro ἀορτέων non temerè scribendum existimet. Quæ lectio quoque eodem in libro aliàs ex manuscriptis codicibus est confirmata. Qua ratione hic ἀορταὶ dici possunt huiusmodi lobi & pulmonis vtrinque dependentes partes. Eamque in sententiam fortè à Galeno scriptum videtur, ἀορτρεῖν aut potius ἀορτρίζω ex Dioscoridis opinione Hippocrati dictam, cùm ipse existimaret ἀορταὶ hic procul omni dubio vocatam fuisse, vulgatamque lectionem nullo merito esse mutandam. Aut certe ἀορταὶ etiam Dioscoridi dictam existimare quis possit, itaque potiùs legendum quam ἀορτρεῖν aut ἀορτίζω. Quæ certè omnia sunt valde arbitraria, & ex coniectura sola auguranda, præsertim cum addat Galenus ὁ πάνυ δ' σαφές ἐστι. ἀορτρεῖ autem aut ἀορτρᾷ, vt & ἄορτρον δοὺς τὸ ἀορτρᾶσθαι dici videtur, vt & ἀορτὴρ lorum dicitur Homero ὀδυσσ. λ. ex quo clypeus aut ensis dependet. Porrò de pulmonum vitiis multa habes scitu dignissima apud Hippocratem libro de Morbis primo & secundo, & lib. de locis in homine, vbi & ἀορταὶ sæpe tenues illas appendices & σύριγγας, βρογχία appellatas, in totum pulmonem veluti ramulos quosdam disseminatas significant.

βλητοὺς] Rectè ac propriè βλητοὺς antiquis dictos significat, quasi syderatos, ictos, aut sydere afflatos, aut ex plaga liuidos. Pleuriticos namque sic dictos scribit Hippocrates lib. de rat. vict. in morb. ac. quod stertore aut difficultate spirandi repentè suffocati totum latus in quo inflammatio delitescebat, tanquam ex plaga liuidum habeant: quod etiam peripneumonicis contingit. διὰ ταῦτας οὖν τὰς φρικώδεσιν καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον οἱ ὅλοι χρώμενοι πλησσόμενοι, ἐβδομαῖοι καὶ ὀγδοηκονταῖοι ἐτελεύτησαν. οἱ μὲν τοι καὶ τὸν γνάμπτον βλαβέντες, οἱ δ' ὑπὸ τὸ ὀρθοστάδιον, ἐς τὸ βρόγχος ἀποπνιγόμενοι. ἀλλὰ δὴ τοῦτον τοιοῦτοι οἱ ἀφικόμενοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τάδε μάλιστα. ἐκ ὕπνου δ' οἱ μὲν ἀποθανόντων αὐτέων, ἢ πλευρὴν πελιὴν ἢ ἐρεισκομένην ἰκελόν τι πληγῇ Quibus in verbis duplicem notationis causam exprimere videtur Hippocrates, quod syderati aut icti dicti sint antiquis, qui derepente tanquam sydere afflati conciderent, aut quibus post mortem liuores tanquã plaga percussis, ex inflammatione in latus incumbente, apparerent. Quod etiam innuere videtur his verbis Galenus, καὶ διὰ τὸ πάχος μὲν τῶν ἀπωλείας ἢ τοιαύτης διάθεσιν ἀφικέσθαι εἰκότως, καὶ διὰ τὸ πελιδνοῦσθαι ὅτι τὸ πλευρᾶς ἐνίοις ἔνδον ὀλίγον τὸ φλεγμαῖνον ὑπὸ ῥίζαν. Quorum etiam meminit initio Com. 1. in Progn. Atq; hinc fortassè teli nomẽ antiquis petitum videtur, & à Q. Sereno in lateris morbis annumeratum.

Est & vis morbi, quod telum commemoratur,
Cum subito dolor insanus furit incitus ictu.

Varin. quoque βλητοὺς antiquis dictos scribit, οἷόν τε ὑπὸ ὀξέων νοσημάτων αἰφνιδίως ἐπλεύτων Ex eadem quoque opinione pendet quod veteres venenatos pleuritide sublatos existimarunt (vt scribit Aurelianus cap. 16. lib. 2. acut.) cum illis expirantibus sæpe latus aut nigrum, aut liuidum compertum sit. At βλητοὶ describuntur libris de Morbis, qui capitis stupore ac velut attoniti, stupefactis sensibus, tanquam syderati concidunt, ac derepente moriuntur, interque cerebri vitia annumerantur.

Quibus autem vna cum corde pulmo totus inflammatur, ita vt in latus incumbat, ij toto corpore neruorum resolutionem sentiunt, & sine sensu iacet æger frigidus, secũdo autem aut tertio die interit. Quòd si contingat vt cor nihil tale quiddam, aut etiã minus patiatur, diutiùs viuunt, nonnulli verò etiã seruantur.

401 Οἷσι δ' ἅπας ὁ πλεύμων φλεγμαίνῃ μετὰ τῆς καρδίης, ὥστε καὶ παρασπᾶσθαι πρὸς τὴν πλευρήν, παραλύεται πᾶς ὁ νοσέων, καὶ κεῖται ψυχρὸς ὁ νοσέων ἀναίσθητος. θνήσκει δ' ἢν μὲν δευτεραῖος, ἢ τριταῖος. ἰῶ δ' ἢν καὶ χωρὶς τῆς καρδίης συμβῇ, καὶ ἧσσον, πλείονα χρόνον ζῶσιν. ἔνιοι δ' καὶ διασώζονται. I

Illud, καὶ ἧσσον, obscurum habet sensum. Cornarius sequentibus iunxit, ac minus diu viuunt, dixit. Nos ad præcedentia retulimus vt minus malum & minorem phlegmonem intelligamus.

Ex lateris morbo præcipuè aut pulmonis inflammatione purulẽtos, calores interdiu quidem tenues, nóctu verò intensiores consequuntur, neque quicquam effatu dignum expuunt, circa ceruicem & clauiculam sudores occupant, oculi cauãtur, malæ vero

402 Τοῖσιν ἐμπύοις γινομένοισι, μάλιστα δ' ὅκου πλευριτικοῦ καὶ περιπλευμονικοῦ πάθεος παραγενομένου, τὴν μὲν ἡμέρην λεπταί, τὴν δ' νύκτα σιμωνώτεραι, καὶ πύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου, ἱδροῦσί τε καὶ τραχήλου καὶ κληῖδα, καὶ σφῶν μὲν ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, τὰς δ' γνάθους ἐρυθρὸν

ἐρεύγονται. χεῖρες δ', θερμαίνονται μὲν δακτύλοις ἄκροις καὶ τραχύνονται, γλυπτοῦνται δ' ὄνυχας καὶ καταψύχονται, τοῖσί τε κατὰ πόδας ἐπάρματα ἴσχουσι, καὶ πᾶν δὲ σῶμα φλυκταινίδια, σίτων τε ἀφίστανται. Τὰ μὲν δὴ ὧν χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων ἴσχει τὰ σημεῖα ταῦτα. Τὰ δ' σωτήρια ῥηγνύμενα σημειοῦσθαι τούτων τὰ ἴσα ὀπτηθεῖσι μάθοις, καὶ ἔστιν ἐν ἀρχῇ πόνοις, ἅμα δ' καὶ ἧσσόν τι δυσπνοώτερος γίνηται. ῥήγνυται δ' τὰ μὲν ἕβδομα τῶν ἐμπυημάτων, τὰ μὲν εἰκοστᾶια, τὰ δ' τεσσαρακοστᾶια, τὰ δ' πρὸς τὰ ἑξήκοντα. οἷσι μὲν δὴ ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἔγκαιτα σώτηρος, καὶ δύσπνοια, καὶ βὴξ μὴ πτυαλισμοῦ, πρὸς τὰς εἴκοσιν ἢ σωτηριώτερον προσδέχου τὴν ῥῆξιν. οἷσι δ' ἐλαφρότερα ταῦτ' ἔστιν καὶ λόγῳ. λογίζεσθαι δ' ⟨ἐν⟩ χρόνον ἀφ' οὗ πρῶτον ἤλγησεν, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξεν, ἢ ὁπότε ῥῖγος ἔλαβε. προγινέσθω δ' ἀνάγκη καὶ πόνον, καὶ δύσπνοιαν, καὶ πτυαλισμόν, πρὸ τ' ῥήξιος. οἷσι μὲν δὴ ὧν ὅ, τε πυρετὸς βύσσεως ἀποστὰς μὴ τὴν ῥῆξιν, ⟨καὶ⟩ σιτίων ὀρέγωνται, καὶ ὃ πῦον ἀνάγεται ῥᾳδίως λευκὸν ἐὸν, καὶ ἄοσμον, καὶ λιπὲς, καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέγματον, χειλίη τε μικρὰ σωθεῖσα ὑποχωρέῃ, ὡς ὀπὶ τὸ πολὺ σώζονται σωτήρως. οἷσι δ' πυρετοί τε προσαχθήσονται, καὶ δίψα, καὶ ἀποσιτίη, καὶ ὃ πῦον πελιὸν ἢ χλωρὸν, ἢ φλεγματώδες, ἢ ἀφρῶδες, κοιλίη τε ἐφυγραίνεται, τελευτῶσι. οἷσι δ' τὰ μὲν ὀπτηθέντα ὧν τῶν προφημένων, τὰ δὲ μὴ, τούτων τὰ μὲν ἀποθνήσκουσιν, τὰ δ' πολλῷ χρόνῳ σώζονται.

rubent, digiti quidem manuum summi calent & scabri redduntur, vngues autem vnci fiunt & perfrigescunt, in pedibus tumores & pustulas toto corpore habent, ac cibos refugiunt. Atque hæ sunt diuturnarum vomicarum notæ. Quæ verò celerem eruptionem habent, tum ex notis quæ ad eas consequuntur comprehenduntur, tum etiam ex doloribus qui circa initia fiunt, simúlque si spiritus aliquantò maiori cum difficultate trahitur. Rumpuntur autem magna ex parte suppurationes, partim quidem vigesimo die, partim quadragesimo, partim etiá sexagesimo. Quibus igitur inter initia intensus dolor instat, nec non spirandi difficultas, & tussis cum frequenti sputatione, circa vigesimum diem, aut celerius ruptio expectanda est. Quibus autem leuiora hæc insunt, pro ratione serior eruptio futura est. Sed & dolorem, & spirandi difficultatem, ac crebram spirationem, eruptionem ipsam præcedere necesse est. Temporis autem ratio ineunda est, ex quo primùm quis dolorem aut grauitatem sensit, aut febricitauit aliquis, aut si quando etiam rigor prehendit. Vt plurimùm igitur breui seruantur, quos febris statim atq; eruptio facta est dimittit, & cibos appetunt, & quibus pus facilè ducitur album, odoris expers, læue, eiusdémque coloris, sine pituita, ac aluus exigua & coacta reddit. At verò ij moriuntur, quos febres consequuntur, & sitis, & cibi fastidium, si pus liuidum, aut ex pallido viresces, aut pituitosum, aut spumans, ac insuper si aluus est liquida. Quibus autem ex prædictis partim quædam adsunt, partim vero absunt, hi quidem moriuntur, illi verò post longa temporum interualla sani euadunt.

Hæc suppuratorum indicia in libros de Morbis sparsa, & ex Hippocrat. Prognostico desumpta, translatione mutationem aliquam acceperunt.

καὶ πτύσιν] Tussiendi irritam cupiditatem addit in Prognostico, ex qua nil quicquam insigne expuitur, quod hic omitti non debuit.

χεῖρες δ'] Sic legunt quotquot licuit videre exemplaria, verum χεῖρα ex Prog. legendum contendo, vt ad δακτύλοις referatur, explicato admodum sensu. Quod etsi paruum est, sensum tamen alioqui valde immutat, & ab interpretibus non esse animaduersum miror.

τὰ μὲν δὴ χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων] ἐμπυημάτων legunt interpretes ex Prognost. communiore notione, sed nos pluralitatis consensum retinuimus, & vomicas diximus, & aliàs οἰδήματος nomen suppuratis tumoribus attribui ex Hippocrat. authoritate probauimus.

ἔστιν ὀπτηθεῖσι] Quæ suppurationes consequuntur indicia tria sunt numero, grauitas, rigor, febris multò quàm antea grauior, ex Prog. σημεῖα autem longè explicatiorem sensum præbet, etsi σημαίνοις legitur in Progn.

ἅμα δ' καὶ ἧσσόν τι] In Progn. ἅμα δ' καὶ δυσπνοώτερος ἢ ἀνθρώπῳ, legitur. Quam lectionem hic amplectuntur exemplaria quædam. Alia καὶ τι δυσπνοώτερος legunt.

ῥήγνυται δ'] Ductæ à rei substantia suppurationum differentiæ, celeriores, aut tardiores eruptiones faciunt. Septimo etiam quædam rumpuntur, (quod rarum est) & vigesimo & trigesimo, vt patet ex Prog. hic verò prætermittitur.

προσαχθήσονται δ' ἀνάγκη] Hæc temerè videntur transposita, ideoque suum in locum hoc ordine ex Prognost. inferenda videntur, quem nostra interpretatione retinuimus.

λογίζεσθαι δ'] Ita ad ruptionis tempus referenda sunt, vt inde sit temporis ineunda ratio, ex quo ad præfinitum ruptionis diem peruenias, ex his indiciis suppurationis initium colligens, vt scribitur in Progn. vnde tam temerè sunt suo loco emota.

καὶ πόνον] Sitim hic reticet, quam addit in Prog. & ex antitheti sequente addenda videtur. Pus autem λιπὲς in Progn. reticetur, & ἀφλέγματον, φλέγματος ἀπαλλαγμένον explicatur. Celsus sine pituita dicit, & ὁμόχροον eiusdem coloris, atque etiam vnius coloris. Prorrh. etiam 2. tabescentium sputum laudabile facit ὁμοιόχροον καὶ ἀφλέγματον, quod alij interpretes, sine inflammatione aut igneo calore dicunt. Vitiosa autem sunt edititia exemplaria quæ ὁμόχροον legunt.

493 Οἱ δ' μέλλοντες ἔμπυοι γίνεσθαι, πτύουσι, τὸ μὲν, πρῶτον ἁλμυρὸν, ἔπειτα γλυκύτερον.

Qui pus intrò collecturi sunt, iis primùm quidem salsuginosum sputum expuitur, deinde dulcius.

Libr. 1. & 3. de Morb. sputum dulce in peripneumonia, pulmonis suppurationem indicare, & morbum longum annúmque fore scribitur. Dulce autem sputum ex salso concoctionem significat, & humorum temperationem ac fumonem, non secus ac tordium aures colliquato cerebro dulcescere scribit Galenus Com. ad aphor. 18. sect. 5. lib. 6. epid.

494 Οἷσι δ' ἐν πλεύμονι φύματα γίνεται, τὸ πῦον ἀνάγουσιν ἐς μὲν ἡμέρας μ' τὴν ῥῆξιν. Τοὺς δ' ὑπερβάλλοντας, ὡς τὰ πολλὰ φθισικοὶ γίνονται.

Quibus tubercula in pulmone oriuntur, ij pus intra dies quadraginta, ex quo fit ruptio, expuunt, quos si superent, vt plurimùm tabidi fiunt.

Quod antea, & aph. 15. lib. 5. de pleuritide extulit, hic in vniuersum tumoribus qui in thorace concipiuntur & in pus vertuntur attribuit. Dicuntur namque φύματα tumores omnes, qui statim oborti augentur, inflammantur, & in pus vertuntur, vt scribit Gal. ad aph. 8. lib. 7. & aph. 26. lib. 3. Sic etiam φυματίαι dicuntur lib. de art. quibus tubercula circa pulmones oboriuntur.

495 Ἐπὶ πλευρικῷ ἀγήματι, σῆξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, κακόν.

In dolore lateris, sanguinis è naribus stillatio, mala est.

σῆξις apud Hippocr. pluribus in locis damnatur, & κρίσιμον μὴ κριθὲν iudicium subit, idq; præcipuè si die critico contingit, vt

fusiùs aliàs scripsimus. Etsi verò pleuritis αἱματῤῥαγὴς ἐξ ῥινῶν λάβρως ἀθρόον λύεται (vt scribit ** Aretæus) ea tamen rara est, ac ne vix quidem contingit, vt scribit Gal. cap. 3. lib. 3. de crisibus, idcóque hic euentus suspectam magis è naribus stillationem facit. A

** Cap. 10. lib. 1. ὀξ.

Purulentos moderatiùs habentes, si sputa graueolentia consequantur, recidiua interimit.

406 Οἷσιν ἐμπύοισιν, ὁκοῖα ἂν ἐξ ἀρχῆς ἔχοισι, δυσωδίαι τῷ πύσματι ἐπακολουθέουσι, τούτοισιν ὑποτρέπεται ἐς ἀναπτύσιας.

Sputa graueolentia putrilaginis grauitatem, calidi natiui extinctionem, & extranei vehementiam indicant, & tabidorum lethalia sunt signa, vt postea scribetur. Sic puris vesicæ graueolentiam damnat Hippocr. aph. 31. lib. 4. & quod ex aure effluit probari vult num grauiter oleat, aph. 12. sect. 5. lib. 6. epid.

Qui in morbo laterali sputa reiiciunt purulenta, aliquantulum biliosa, rotunda, aut purulenta aliquantulum cruenta, iis temporis progressu periculum creatur. Perniciem etiam denunciant sputa nigra, suliginosa, aut quibus qualia ex vino nigro fiunt.

407 Οἱ ἐν πλευρητικοῖσιν ἀναπτύοντες πυώδεα, ὑποχόλα, τροχύλα, ἢ πυώδεα ὑφαιμα, ἢ ὀλιγοχρόνου ὀλέθριοι. ὀλέθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλανα λιγνυώδεα πτύοντες, ἢ οἷσιν ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πτύσματα. B

ἢ οἷσιν ἀπὸ οἴνου μέλανος] In sputis nigrescentibus insolens est phrasis. Incertum namque est, num sputa ex rubro nigricantia intelligat, velut quæ vino nigro tincta sunt, an verò fœci ex vino nigro similia, vt & fœculenta intelligantur etiam cum nigredinis vitio. Certum tamen ex vtroque modo nigricantia inaudiri, quæ ad nigredinem & suliginem ipsam tendunt calore igneo aucto, & ad exitum adducente, & incoctam putredinem indicante. Quemadmodum αἴθοπα οἶνον sæpius Homero dici contendunt, non solum μέλανα & nigrum, sed τὸ καυστικὸν, quod incendat & ardere faciat.

Qui spumantem sanguinem sputitione reiiciunt, cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex iecinore prodit, & plærumque pereunt.

408 Ὅσοι αἷμα ἀφρῶδες πτύουσι, πονέοντες ὑποχονδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ οἱ πολλοὶ ἀπόλλυνται. C

Hæc sententia iisdem verbis postea repetitur in his Præsagiis. Sanguinem autem ex hepate & liene sputitione reddi satis testatur Aretæus vetustissimus author lib. 2. περὶ ὀξ. cap. 2.

Quibus si concutiuntur, pus lutulentum & graueolens prodit, vt plurimùm moriuntur.

409 Οἷσι στειμβώδεσι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσώδες, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

Illud [στειμβώδεσι] purulentorum sectionem aut vstionem prodit. Quanam enim parte pus decumbat ad sectionem & vstionem concussione explorat Hippocr. lib. 2. de Morb. Aut certè validum thoracis motum indicat, dum concutitur ad puris exclusionem, quo concusso pus educitur & virus suum exhalat. Verùm [ὡς τὰ πολλά] concussionem ad sectionem aut vstionem instituendam magis spectare videtur, quo ill ius ope interdum euadant. Pus autem βορβορῶδες & δυσῶδες in purulentis mortem denunciat ex libris de Morbis, aph. 44. lib. 7. & Prognostico. D

Quibus specillum à pure, velut ab igne, coloratur, ij ferè moriuntur.

410 Οἷσιν ἀπὸ τοῦ πύου ἡ μήλη χρωματίζεται, καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

Vehementem & indomitam putrilaginem summamq; puri acrimoniam aut malignitatem adesse oportet, qua specillum vulnerarium ad puris eductionem in fistulam immissum velut ab igne, vritur, coloratur, rubescit aut nigrescit. Primis autem sæculis & frugalioribus moribus, ærea erat chirurgica supellex, vt satis patet ex libello περὶ ἑπτρείου apud Hippocr. † & Arist. sect. 1. quæst. natur. quòd æri vis quædam remediabilis inest & siccifica (vt loquitur Macrobius) quam in vulnere dimittit. † quæst. 35. & 36. E

Lateris dolore citra inflammationem affecti, cum turbulentis, tenuibus, moderatis, in phrenitidem labuntur.

411 Μετὰ πλευρικὸν ἄλγημα, μὴ πλευρητικοῦ ὄντος, καὶ παραφωνίδεσι λεπτοῖσι ἐπιγενομένοισι, οὗτοι φρενητικοὶ ἀποβαίνουσιν.

Obseruatio est empirica ex diuersi generis signis conflata, & nulla habens propria phrenitidis signa. Quales sunt multæ his in Præsagiis & Prorrhetico, quæ ἀλλόκοτον ἰρμώδιον faciunt, vt scribit Galenus. Παραφώνδεα autem quonam referat ambiguum est, an ad mentem, an verò ad alui deiectiones, etsi vero est simile hic potius mentem spectare. Quem verò lateris dolorem sine pleuritide ponit τὰ αἱματώδη καὶ πλευρὰ ἀλγήματα exprimere videtur, ex Prorrh. 22.

In pulmonum vitiis supra modum rubræ sanguinis stillæ, malum denunciant.

412 Ἐν τοῖσι τοῦ πλεύμονα αἰτίοισι ὑπέρυθρος ἀποσταξίες, πονηρόν. F

Sanguinis stillæ, vt neque in lateris doloribus, ita neque in pulmonis morbis conducunt, ac ferè vniuersali enunciato Hippocrati damnantur, quod sæpe diximus. Quòd si prærubrum & supra modum rubro colore exaturatum sanguinem effundant, ita vt crassior & nigrior quodammodo euadat, vehementis incendij metus est, & seri ab immodica exæstuatione consumpti.

Sputa viscida, salsuginosa, cum raucitate malo sunt. Quòd si adhæc aliquid etiam in pectore sublatum sit, malum significat. In his extenuatis ceruicis dolores perniciem denotant.

413 Μετὰ βράγχου πτύελα γλίσχρα, ἁλμυρώδεα, κακόν. ἢν δέ τι καὶ ἐπαίρηται τοῦ στήθεος, ὅπη τύχοισι κακόν. Τὰ ἐς τράχηλον ἀγήματα, τούτων ἰσχναινθέντων, ὀλέθριον. G

Hæc prompta via est ad tabem, suntque ipsius certissima rudimenta. Vbi enim tanta acris, salsuginosi & viscidi humoris copia à cerebro affluit, vt fauces, thoracem, ac spirituum instrumenta irriget, suspecta ex destillatione tabes est, & ex affluxu ceruicem dolor occupat, morboque trahente corporis extenuatio subsequitur, velut in Thaso contigisse scribit Hippocr. sect. 1. libr. 1. epid. Interdum etiam musculorum laryngis inflammatio, nullo foris se prodente tumore, aut reficcatio suboriri potest. Quomodo ἰσχναινόντων τόπων sumit Præceptor Hollerius, vnde suffocationis, velut in angina, metus impendet.

Raucitas cum tussi & aluo liquida, pus educit.

414 Βράγχος μετὰ βηχὸς καὶ κοιλίης ὑγρῆς, πῦον ἀνάγει.

Hoc quoque præsagium tabem ex destillatione minatur. Publicata autem exemplaria ἀναγάγει pro ἀνάγει habent, vt aliàs apud Hip. lib. 3. de Morbis in peripneumonia, ἢν μὴ ἐν τῇσι πεπαράκοντα ἡμέρῃσι ἀποδῶσιν αἱ ἀγαγοῦσαι τὸ πῦον.

In pulmonis inflammatione, quibus circa initia vrinæ crassæ sunt, deinde ante quartum diem tenues euadunt, mors impendet.

415 Οἷσι ἐν πλευμονίῃ ἔδεα παχέα ἐν ἀρχῇ, εἶτα πρὸ τῆς τετράδος λεπτοῦται, θανάσιμον. H

Vrinæ istæ tenues raptam sursum materiam statim primo circuitu significant, vnde phrenitis impendet, quæ in pulmonis inflammatione periculum denunciat, ex placito 12. lib. 7.

In pulmonis inflammationibus siccis qui pauca concocta educunt, metuendi sunt.

416 Οἱ ἐν ξηροῖσι πλευμονικοῖσιν ὀλίγα πέπονα ἀνάγοντες, φοβεροί.

Pneumo-

A Pneumonia ficca quænam sit ex Hippocr. monimentis lib. 1. de morb. satis testatum est, nempe in qua pulmonum incendium humidum omne reficcat & exurit, ita vt nihil educatur, vnde præsens periculum impendet. ὡ γὰρ μὴ πυθῇ, σκληροπυός τι γίνεται ὁ πλεύμων καὶ σπασμώδεται, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀπόλλυσι, vt scribitur lib. de Morb.

417 Τὰ ἐν τοῖσι σήμασιν ἐρυθήματα ὑποπλατέα, γίνεται τοῖς τοιούτοισιν ὀλέθρια.

His aliquantulum extenti in pectoribus rubores fiunt, & perniciem denunciant.

Etsi sententia ista per se, non relata ad pulmoniam, sumi potest, vt rubores in pectoribus leuiter effusos damnet, quomodo antea quoque in manibus ac pedibus rubores pernicioſos scripsit, ac experientia comprobatum sit rubores in extremis partibus ac superficie corporis per morbos acutos enatos, periculi plenos esse, & deficientis caloris natiui significationem exhibere, morbiq; victoris velut erecta esse de illo trophæa: tamen mihi aptiùs ad peripneumoniam referri & superiori sententiæ coniungi videtur, in qua ob incendij interni vehementiam, ex thoracis & vasorum conceptaculis humor interdum exprimitur, & in superficiem effun-
B ditur, taléſque apparent rubicundi tumores aut in pectore, aut in aliis corporis partibus, symptomatici potius quàm critici, & sunt irrita fatiscentis naturæ ac propè deficientis testamenta. Ac experientia testatum est huiusmodi rubores præsentem interitum denunciare. Quinetiam in pulmonis incendio Hippocr. lib. 3. de Morb. flammeos tumores in pectore, acuum punctiones ac morsus annotat. ὅτε ἐσ ὠὶν ὀξείη ἴσχῃ, ἢ τὸν τε ναῦτον καὶ τὰ σήθεα, καὶ τὰς πλευρὰς ὡς βελόναι κεντέουσι. καὶ κνίσι τῶν, ὡς τοῖσι πῦρ καιόμενον. καὶ ἐρυθήματα ἀκριβέα ἐς τὰ σήθεα καὶ τὰ ναῦτα φλογώδεα. Lib. vero 3. ἐπιδημ. ἐντὸς τριάδων, οἴδημα κατέχειν τὰ σήθεα, καὶ ἐρύθημα ἐν τῇ ὄψει, adscribit. At certè alioqui præceps morbus est, vt qui intra diem septimum plærumque interficiat.

418 Πλευρὸς ὄδυνα ἐν πύσει χολώδει ὀδύνως ἀφανισθεῖσα, ὀξίστα.

Lateris dolor cum bilioso sputo præter rationem euanescens, ægros in vehementem & furiosam mentis emotionem agit.

Ex Prorrh. 97. repetita est hæc sententia, vbi pro ὀξίστατα, ὀξίσταται legitur, & πλευρου ἄλγημα adscribitur, cum in edititiis codici-
C bus πλευρῶ tantum legatur, & ad ἐρύθημα referendum sit, aut ἄλγημα subaudiendum.

419 Οἱ δι' ἐμπύησιν πυρετοὶ δηλείποντες, ἐφιδρωῶντες ἢ πολλοί εἰσι.

Quæ ob puris intro collectionem febres intermittunt, in his magna ex parte ægri tenuibus sudoribus diffluunt.

In suppuratis febres sunt leues, obscuræ & inæquales, crebris repetitionibus affligentes, interdiu mitiores, noctu & cibo sumpto vehementiores, vt scribitur in Progn. & antea his in Præsagiis est annotatum. Quod effecit vt intermittentes vocaret, ob obscuritatem, non secus ac δηλείποντας interdum dici scribit" Galenus, eas quæ licet ad integritatem non desinunt, remissiores tamen quasdam habent accessiones & mutationes. In his quoque suppuratorum febribus, sudoris copia elicitur, & magna ex parte sudoriticæ sunt, idque ob virium imbecillitatem, vt scribit Gal. in progn. & nos antea adscripsimus. Has verò febres velut latentes Are-
D tæus ἀμυδρὰς vocat, easque in tabidis planiùs his verbis" " describit: ξυνίστη δὲ καὶ τόδε ξυνεχὲς, ὡς μὴ δοκέῃν, λῆρον μὲν ἔκοπε, λῦσον δ' ἡμέρης ἱδρῶτι καὶ φύζει τὸ σκιώδες. καὶ γὰρ καὶ τὰ ἴδια φάσις ἀδιὸς, ὡὶ ἢ θέρμη ζωπυρῇ, καὶ νύκτα ἐκλάμπει, ἡμέρῃ δ' ὑπεκρύπτεται. " *Com. 3. in lib. 1. epid.* " " *Cap. 10. lib. 1. χρον. παθ. Cap. 3. eiusd.*

420 Τοῖσιν ἐμπύοισι κώφωσις ἡμορδὴν, αἱματώδεα διαχώρησιν σημαίνει. τοῦτοισι τοῖς τελευτῶσι μέλανα διαχωρέει.

Surditas pus intrò colligentibus suborta, sanguinolentam deiectionem denunciat. His sub mortem nigra egeruntur.

Nil est necesse in suppuratis surditate tentatis ob cerebri imbecillitatem, sanguinolentam deiectionem videri, & alioqui diuersi sunt generis signa & valde disparata, neque quod semel obseruatum est illicò in artis præceptiones trahi debet.

E 421 Πλευρὸς ὄδυνα μετὰ πυρετοῦ χρονίου σημαίνει πῦου ἀνάξιν.

Lateris dolor cum diuturna febre, puris eductionem fore denotat.

Lateris dolor cum diuturna & lenta febre suppurationis metum non abs re iniicit, præsertim si longa tussis aut difficultas spirandi adfuerit. Hic verò codices publicati asteriscum apponunt, vitij notam, cum tamen alioqui locus integer videatur. Quod non alia fieri ratione credo, nisi quòd codices scripti quidam πνιγμοῦ pro πυρετοῦ legunt, vt diuersa lectio notetur, & per strangulatum difficultas spirandi insignis & vehemens, quæque diu traxerit intelligatur, quod & antea ab hoc authore factitatum est. Atque hunc in sensum accipi poterit sententia huius præsagij 113. antea expressa.

422 Οἱ φρενικώδεες πυκνὰ, ἐς ἐμπύησιν ἔρχονται. ἀπαρὰ δὲ
F πυρετὸς ἢ τοιοῦτον ἄλγος ἐς ἐμπύησιν.

Qui subinde horrore corripiuntur, ad suppurationem deueniunt. Quinetiam febris talem ad suppurationem ducit.

φρενικώδεας πυρετοὺς tabis comites diximus initio huius præsagij. Quin & eos quibus pus intrò collectum est toto corpore subinde inhorrescere scripsimus, & ex Prognost. testatum fecimus.

423 Οἷσιν ἐν πλευρῇ ὀδύνῃσι ἀσιτίαι προσγενόμεναι, ὑποχόνδριον, ὑπό τι καρδιαλγικοὶ, ἰδρῶτες. ἔχοντες δὲ τοῦ προσώπου αἴθη, καὶ κοιλίης ὑγροτέρης, ἀκπυήματα κατὰ πλεύμονα ἴσχουσι.

Quos ex lateris dolore cibi fastidia comitantur, iis os ventriculi aliquantulum dolet, & sudoribus diffluunt. Vbi autem facies ruboribus velut efflorescit, & aluus est liquidior, pus in pulmonibus collectum habent.

Hæc sententia diagnostica est, & puris collectionem circa pulmones indicat. Quæ ratio me mouit vt in publicatis codicibus
G disparatas istas sententias simul connecterem, tum etiam quod symptomata ista ferè pulmonum vitia consequuntur, & antea quoque adumbrata esse videntur (sent. 67.) & illic explicata. Quin & ciborum inappetentiæ, & malarum ruboris in purulentis, antea facta est mentio, & ex progn. traducta. Et in suppuratis πλεύμονα ἀσπίλως διακεῖσθαι, scribit Hipp. lib. 1. de morb. In his quoque Aretæus * δυσφορείλου, ὑποπίλου, annotat, & in tabidis ἀσίλου, δυσρεείλου, ὑποπίλου Sic quoq; in vitiis pulmonum malarum rubor notatur, & τοῦ κύκλου τῶν προσώπου ἐρυθρίην scribitur lib. 2. de morb. & τὰ μῆλα exponit Galen. in Exegeti. Aretæus etiam ἐρυθρὰ τὰ πρόσωπα, ὅτι ἢ μᾶλλον τὰ μῆλα, & μῆλα ὑπείροντα καὶ ἐρυθρά, hoc est malas extantes & rubentes, phthiticis adscribit. Hic igitur τὰ πρόσωπα αὖθι, floridum faciei colorem & ruboribus quasi efflorescentem significant, & aliàs sæpe προσώπου εὐχρόου vocat Hippocr. Et Galen. in Exeg. τὰ αὐτὰ ἐρυθήματα ex his Coac. Prænot. significare scribit, haud dubiè hunc locum exprimens, vt alibi scripsimus.

* *Cap. 9. lib. 1. de χρ. παθ.*

H 424 Τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιεῖ ὑδρωπιώδεα σκληρά.

Spirationes quæ non nisi erecta ceruice ducuntur, hydropem siccum faciunt.

Ambigua est scriptio. Incertum namque an in hydrope erectæ ceruicis spirationem (quam orthopnœam vocat) adesse velit, ob insignem tumorem, & spiritus angustiam, vt experientia testatur, & scripsit Hippocr. lib. de ἐν ὑδρωπικοῖσι παθῶν, & hic interpretes sunt assecuti: an verò ex vitiis pulmonum & thoracis, quæ eam spirandi difficultatem quæ fit erecta ceruice, habent, hydropem siccum contrahi velit, quod magis est probabile. Nam quòd hic thoracis & spiritalium partium vitia expediat, ὀρθοπνοϊκὰ pro thoracis malis in quibus est erectæ ceruicis spiratio, sumere videtur. Certum est enim hecticos, tabidos, asthmaticos, & qui ex pulmo-

nia laborant, hydrope magna ex parte corripi, intemperie hepati à pulmone, aut alia ex parte communicata. Aliquando etiam A
quâ in spacio thoracis collecta, hydrops thoracem occupat, atque eorum sectionem edocet Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν & lib.
2. de Morb. vulgariter inscripto. Hydropem autem siccum hic contrahi scribit, aut σκληρὸν, quod Interpretes ad ὕδρωπα πεύμονος a
tuberculo duro & grandinoso enatum referunt, de quo scribitur ab Hippocrate libris de Morbis & περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Siccumque
vocari existimant, quod nihil per eum tussi educatur, aut quod interdum in pulmonibus reficcata vi caloris pituita & indurata
grandinis aut lapidis instar, asthma & orthopnœam inducat. Etsi solenne est Hippocrati hydropem siccum vocare, qui aliis Tym-
panites dicitur, vt antea scripsimus, quem μετ' ἐμφυσημάτων, quod à flatibus fiat, nominari scribit lib. 4. de rat. victus in morb. acut. &
διὸ τὴν κενεώνων ἢ τὸ ἰσχίον ἄχθος, in Prognostico. Quem hic quoque non temerè inaudiri æquum est, quòd & in pulmonum vitiis ex
imbecillo calore & affecta facultate naturali, flatibus distento corpore nonnunquam oboriatur. Quod etiam Aretæus in Medendi
arte non ignobilis author obseruauit, & in pulmonariis non temerè suspectat, cùm scribit, " μετεξετέρωσι δὲ ἐς ὕδερον καὶ λαγόνα ἢ αἰα-
σάρκα τὸ πάθος τελευτᾷ. Sic enim ὕδερον καὶ λαγόνα, ὑδρωπα ξηρὸν non malè subintelligas. At certè hic ὑδρωπώδεα σκληρά, idem quod an- B
tea ὑδρωπώδεις ξηρὸν, intelligi videntur, & fortè ξηρὰ pro σκληρὰ rectiùs scriberetur, nisi constantissimus esset codicum omnium con-
sensus, & σκληρὸν αἰτῆ τὸ ξηρὸν Hippocrati sumi interdum mihi optimè conscius essem. Sic δέρματα καταφαλέα ἢ σκληρὰ, cutem aridam
& siccam vocat aph. 71. lib. 5. & aph. 15. sect. 6. lib. 6. epid. Vbi nullo sensus discrimine interpretes omnes siccum pro duro posue-
runt, cùm cutis sicca dura sit, & ex consecutione siccum durum. Cumque hydrops siccus passim Hippocrati dicatur, eum potius re-
tinere cum interpretibus, quam hydropem durum dicere maluimus.

" *Cap. 12. lib. 1. περὶ παθ.*

Diuulsa omnia quidem molestiam exhibent, & intensos dolores circa initia creant, ac interposito temporis spacio quibusdam sui sensum in memoriam suggerunt. Grauissima autem sunt quæ circa thoracem fiunt, præcipuéque in periculum adducunt.

425 Τὰ ἀπάσματα μὲν πόνους ὀχληρὰ ἔχει, καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ σφοδροὺς παρέχει, καὶ ἐς ὕστερον ἐνίοις ὑπομιμνήσκει. δυσκολώτατα δὲ τὰ περὶ θώρηκα, μάλιστα δὲ κινδυνώδεα. C

ἀπάσματα vulsa dicuntur & distentiones quæ neruosis partibus accidunt, cùm quæ in ipsis sunt fibræ conuelluntur, vbi ex ictu aliquo vim sentiunt, aut irruente aliqua causa externa subitò & affatim intenduntur. In vnitatis solutione citra vulnerationem reponuntur Galen. lib. 3. Meth. quanquam quod in carne est ῥῆγμα, id in neruosis partibus ἄπασμα intelligatur. ἀπάσματα verò quænam sint, & quanam ex causa plurima fiant, circa thoracem præcipuè, indéque suppurationes oriantur, ac interdum mors accersatur, lib. 1. de Morb. fusissime persequitur Hippocrates, vt inde liberalissimè haurire liceat, vbi & ἄπασμα interdum ἀπάδων dicitur, & tractum quendam violentum aut distensionis sensum in vena aut carne significat. Quod autem scribitur, ἐς ὕστερόν τινας ὑπομιμνήσκει, hunc sensum habere videtur ea locutio, vt indicet, in quibusdam longo pòst tempore diuulsa sui significationem exhibere ac D
dolores facere, aliosque progressu temporis futuros denunciare, velut quibusdam circa initia intensos dolores creare, imbecillitatémque ex diuulsione relictam fluxionem facere & excipere, indeque non probè confecto alimento dolorem & morbum tempo-
ris successu renouari. Ac fere similis est phrasis lib. 1. de Morb. cùm conuulsiones ac ruptiones iuuenibus adesse scribit: καὶ τούτων τὰ μὲν παραυτίκα ἐκδηλα γίνεται, τὰ δ' ὑστέρῳ χρόνῳ αἰφνιδίως.

Qui sanguinem euomunt cum febre multa, dolore ad mammam, thoracem & dorsum, quibus inquam hæc insunt omnia, ij breui moriuntur, quibus autem non omnia, neque intensè adsunt, tardiùs. Ad summum autem diebus quatuordecim inflammationem concipiunt.

426 Οἷσιν ἔμετος αἵματος, πυρετὸς πολὺς, καὶ πόνος περὶ μαζὸν, καὶ θώρηκα, καὶ μετάφρενον. οἷσι γὰρ γίνεται πάντα ταῦτα, σπανίως θνήσκουσιν. οἷσι δὲ μὴ πάντα μηδὲ σφόδρα, βραδύτερον. φλεγμαίνουσι δὲ τὸ μακρότατον ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα. E

Mihi videtur ista sententia rectiùs cum superiore coniungi, vt de diuulsis intelligatur. Sic enim scriptio & sensus postulare videntur, contra tamen omnium codicum fidem. Aptiùs nanque hoc modo congruet, μάλιστα δὲ κινδυνώδεσιν εἶσιν ἔμετος αἵματος, &c. In conuulsis autem ac ruptionibus circa thoracem, sanguinis adesse vomitum fidem facit Hippocrates lib. 1. de Morbis. Ac offensio quidem celeriùs interficit, si cum febre & vehementibus circa thoracem doloribus adfuerit, alioqui diutiùs trahit. Ad summum autem diebus quatuordecim aut viginti inflammatio suboritur, ac nisi thorax per sputa repurgetur, ad suppurationem tendit. Quòd si quis vomitum per se accipiendum contendit, huic loco aph. 37. lib. 7. accommodari possit, ἐκ δὲ αἵματος ἔμετοι, ὧν μὴ ἄνευ πυρετοῦ σιτίων, εἰ δὲ ξυὼ πυρετός, κακόν.

Sanguinem spuitione reiicientibus sine febre esse conducit, ac tussi & dolore leuiter conflictari, sputumque ad dies quatuordecim tenuari. Intensè autem febricitare, ac tussire, aut dolere, sanguinemq; recentem semper spuere minimè conducibile.

427 Τοῖσιν αἷμα πτύουσιν ἀπυρέτοις εἰ συμφέρει, καὶ βήσσειν καὶ πονέειν ἐλαφρῶς, καὶ τὸ πτύελον λεπτύνεσθαι τοῖσι δι' ἐπτά. πυρέσσειν δὲ καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν σφοδρῶς, καὶ αἷμα τοῖσι φανὸν αἰεὶ πτύειν, ἀσύμφορον. F

Ruptis ista ferè accidunt, quæ quò leuiora sunt, eò minorem perniciem ostentant. Alioqui nisi sanguis in breui per sputa reiiciatur ac repurgetur, concepta in thorace inflammatione, pus intrò colligunt, & tabe periclitantur. De his verò omnibus amplissimè agitur lib. 1. de Morbis.

Quibus latus in tumorem sublatum est ac calidius existit, vbi in alterum latus incumbentibus, pondus quoddam suspensum esse videtur, iis pus vna in parte collectum est.

428 Ὅσοισι δὲ πλευρὴ μετέωρον καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκεκλιμένοισιν ὑπὸ θάτερον, βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκέῃ, τούτοισι δὲ πῦον ἐν τῷ ἑνὸς μέρεός ἐστιν. G

Tumor & dolor materiæ effluxum ad thoracem indicant, & sunt solennia collecti puris indicia libris de Morbis. Quin & ponderis ac grauitatis in latus incumbentis sensus est, nec ferè tolerabilis est in sanum latus inclinatio, ex puris in latus collecti copia & pondere. Quæ nota celebratur in omnibus offensionibus quæ hæc ragrauant, velut in lateris tuberculo, aut pulmone in latus illapso, vt scribitur lib. 3. de Morbis. In Prognostico, vnde hæc sumpta videntur, dolorem & calorem notas addit puris in alterutro latere latentis, & ægro in latus sanum reclinato ponderis sensum & grauitatis. In his igitur reliqua spes ad sectionem & vstionem conuertenda, quæ ex libris de Morbis & libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν petenda est.

In pulmone pus colligentibus, per aluum pus secedere, mortiferum.

429 Τοῖσιν ἐμπύοισι τὸν πλεύμονα, καὶ κοιλίῃ πῦον ἐκχωρέειν, θανάσιμον. H

Pus in thorace collectum interdum naturæ quodam miraculo in aluum effunditur, per cœcas & anfractuosas vias quasdam quas docet Galenus lib. 5. & 6. de loc. affect. & Comm. ad aph. 30. lib. 7. γινωσκόντων ἡμῶν (vt idem scribit *) ὡς ἀεὶ πῶς ὕλας ὁδὸν εὑρίσκειν οἰκείαν ἡ φύσιν ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν ἐρρωμένη τυγχάνει, καὶ ὅπου μάλιστα παχεῖαι πῶς εἰσὶ, καὶ ὅθεν λεπτῶν ὁδοιπορεῖσι πάρων. Magna tamen ex parte quibus pus per aluum secedit, eos mors consequitur, quòd puris acrimonia aluum vellicet & effundat, ac naturales facultates prosternat. Adeò vt in his alui fluxus inter lethalia signa ab Hippocrate recēseatur aph. 12. & 14. lib. 5. & 16. lib. 7. Quò etiam τὸ περὶ πνεύ-

μονα

ινα ὀξέδοσιν κάτω in tabidis maluimus referre noſtris in lib.3.epid.annot. quàm ad puris per aluum effuſionem, quod ab aliis factum ſcimus.Qua autem ratione exitium afferat pus per aluum ſecedens,eleganter his verbis explicat Hippocr.lib.1.de morbis: ἢ μὲν δὴ τοῦ ἄνω, ὁκόταν πρὸς κοιλίην μάλιστα συῤῥέῃ, καὶ γίνηται πύος. πρὸς μὲν ἐσιόντα τοῦ σιτίου, ὀξυχωρέει ὕπνος. καὶ ξυφὸν ἀπ' αὐτοῦ οὐ γίνεται τῷ σώματι. ἢ δὲ τοῦ πλύσματος ἄνω κάθαρσις, οὐκ ἀκαλὴν γίνεται. ἅτε ὀξυθυμοτάτης τῆς κοιλίης καὶ ἀγέσης πάντα κάτω, ἐφ' ἑωυτήν. καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ πλύσματος, πίνεται τε καὶ ῥέγχει ὁ κατειρόμενος. ὑπὸ δὲ τοῦ πρὸς ῥεύσης ἐξαδενέος, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ὀλίγον διαφθείρεται. Et partim quidem à ſuperioribus partibus,in ſuperiorem præcipuè ventrem confluit, pus fit,præter id quod iam adeſt.Partim verò etiam in inferiorem ventrem confluit,ac interdum ab ipſo aluus conturbatur,& æqualis fit,concalefacta nimirum aluo,& omnia deorſum ad ſe deducente.Et à ſputo quidem ſuffocatur cum ſtercore, dum non regurgitat, à fluente vero aluo debilitatur,fereque interimitur.

*Com.ad aph.54.lib.7.

130 Ὅσοι τρωθέντες ἐς τὸν θώρηκα, τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ σώματος ὑγιάθησαν, τὸ δὲ ἐντὸς μὴ, κινδυνεύουσιν ἐμπυοι γενέσθαι. ὅσοις δ' αὖ ἀσθενὴς ἔνδοθεν ἡ οὐλὴ γένηται, ῥᾳδίως ἀναῤῥήγνυται.

Vulneratum thoracem accepto, ſiquidem externa vulneris pars ſanitatem receperit, interna verò nequaquam,ſuppurationis periculum impendet. Quibus autem interni vulneris cicatrix debilis effecta eſt prompte reſcinditur.

Hic agitur de purulentis ex vulnere, quorum euentus & occaſiones fuſiùs proſequitur Hippocrates libr.1.de morb.vnde hæc artè translata videntur.Quod autem hic ἀναῤῥήγνυται dicitur, ἀνίλκουται ponitur lib.de Morbis, vt vlcus denuò renouari & cicatricem refricari, reſcindi, aut refringi indicet. Quam in notionem alias etiam ἀναῤῥήγνυται vſurpatur Hippocrati libr.1. de morbis.

432 Ἀπόλλυνται δὲ ὑπὸ μὲν τῶν περιπλευμονικῶν ἐμπυημάτων οἱ γεραίτεροι μᾶλλον. ὑπὸ δὲ τῶν λοιπῶν οἱ νεώτεροι.

At ſanè ex ſuppurationibus quas pulmonum morbi excitarunt,ferè ſenes moriuntur, ex cæteris verò iuniores.

Ex Prognoſt.huc translatum videtur.At lib.1.de Morbis cauſas affert,ob quas in pulmonis inflammationibus iuuenes ſenibus difficiliùs anguntur,etſi ſenes faciliùs repurgari contendit.

432 Τῶν ἐμπύων οἷσι σειομένοισιν, ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίνεται ψόφος, ἐλάσσονα ἔχουσι πῦον, ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοώτερόν ἐστι καὶ βαρύτερον. οἷσι δὲ ψόφος μὲν μηδὲ εἷς ἐγγίνεται, δύσπνοια δὲ ἰσχυρὴ, καὶ ὄνυχες πέλιοι, πλῆρες δῆτα ἐνεὸν πύου, καὶ ὀλέθριοι.

Quibus purulentis ab humeris concuſſis, multus editur ſtrepitus, ij minùs habent puris,quàm quibus paulò difficilior ineſt ſpiratio, iiq; meliùs colorati videntur.Quibus verò nullus intus fit ſtrepitus, difficultas tamen ſpirandi vehemens adeſt, & liueſcũt, vngues,ij pure pleni ſunt,& perniciosè habent.

Pus intrò collectum obſcuras interdum habet dignotionis notas,quò poſtea ad vſtionem & ſectionem (quæ vnica reliqua ſpes eſt) tendatur, & inde pus effluat. Quocirca in puris deprehendendi doctrina plurimùm elaborat Hippocrat.libris de morbis, & emittendi puris viam ſectione & vſtrina aperit,lib.præcipuè 2.& 3.de Morbis & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Quibus ex locis deprompta videntur hæc prognoſtica. Corpore igitur prius calida probè loto & ab humeris concuſſo,ea quam Hippocrat.tradit ratione, ſi pus ſatus fluctuare & ſtrepitum edere audiatur,quanam in parte redundet videndum eſt, vt illic vſtione aut ſectione, magna adhibita cautione, via fiat. Quòd ſi ne ſic quidem ex corporis concuſſione pus deprehendas, quòd nulla fluctuatio aut nullus ſtrepitus indiatur, non continuò tamen pure vacuum corpus exiſtimandum,cum interdum ſuppuratio interna ob puris copiam & craſſitudinem,aut loci, deliteſcat,ex aph.41.lib.6. Ideoque reliquæ puris deprehendendi notæ ab Hippocrat. enumeratæ in conſideratione adhibendæ ſunt,velut crebrior ac difficilior ſpiratio,pedum tumor, febricula perſeuerans,oculi caui redditi , totius cutis ac cutis oculorum tumor quidam,tuſſis perpetuò affligens, vngues liuidi ac curui, ſudores crebri & tenues frontem præcipuè ac cervicem occupantes. Ea enim ferè ſunt pure plenorum indicia. Ac demum ad locum ſectioni deſignandum adhibendum Hippocr. conſilium, & ex his locis quos indicauimus, firma puris emittendi doctrina hauriendа. Quantum autem ad ſcriptionem attinet ἀπὸ τῶν ὤμων iungimus,facilioris intelligentiæ gratia,quod Hippocr.corpus inſtar ſellæ collocatum, ab humeris correptum concuti velit: etſi ferri poteſt vulgata lectio, ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίνεται ψόφος , quod in ea ab humeris concuſſione, ſi aures prompus admouceantur,ſtrepitus inaudiatur. In hoc etiam omnium codicum conſenſum ſecuti ſumus,quod ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοώτερόν ἐστι καὶ βαρύτερον legimus,etſi Cornarius aliique interpretes ὀλίγος legiſſe videntur,& ad paucum puris ſtrepitum retuliſſe, quod puris copia thoracem replens fluctuationem impediat. Neq; enim me latet pus multum ſua craſſitudine paucum aut propè nullum ſtrepitum edere, vt ex his etiam quæ ſequuntur patet,quæ ſimul quoq; coniunximus, vetuſtatis auctoritatem,vt in cæteris,amplexi: tum quod ἰσχνοῖσι ἐνῆν quodammodo τοῖς ὀλίγον δυσπνοωτέροισιν ex aduerſo reſpondere videatur. Et certè verò ſique idem eſt doctrinæ conſenſus, niſi quòd exemplarium conſenſio mihi magnæ ſemper fuit religioni. Illud autem εὐχρωτέοισιν ad malarum ruborem referri debet,quod ſit purulentorum indicium,vt antea diximus,& ex Hipp.Prædictionibus ſatis annotatur. πλήρεες autem legendum eſſe conſtat,manifeſto in publicatis codicibus mendo,qui πλῆρες pro πλήρεις aut πλήρεες,legunt.

433 Ὅσοι ἀφρώδες αἷμα ἐμέουσι, πόνος μὲν ἔσω κάτω ἢ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι, καὶ οἷσι μὲν μεγάλη φλὲψ ἐν αὐτῷ ῥήγνυται, πολὺ τε ἐμέουσι καὶ ἐπικίνδυνοι. οἷσι δὲ ἡ ἕλκωσις, ἐλάσσονα τε ἀναλίσκει, καὶ ἀσφαλέστεροι.

Qui ſpumantem ſanguinem euomunt,partibus infra ſeptum tranſuerſum dolorem nequaquam intrà tibus,iis ex pulmone vomitio fit. Ac quibus quidē inſignis in eo venæ ruptio fit, copioſus vomitione reiicitur,periculumq; imminet. Quibus verò minor,minus reiiciunt,& maiorem ſanitatem promittunt.

Sanguinem ſpumantem expui,ex pulmone reiicij teſtatum eſt ex placito 13.lib.5. Hic autem ſumi impropriè ſumi videtur pro eo quod copia quadam ſurſum per os reiicitur,quemadmodum lib.1. de Morbis in ſanguinis copioſi ſurſum ex thorace reiectatione ſumi videtur,& aph.13.lib.5.in quibuſdam exemplaribus legi teſtatur Galen.Aut certè eo verbo quæcunque ex pulmone aut thorace educuntur,complectitur huius Progn.author.Qua notione ſumi videtur aph.37.lib.7. Neceſſe autem eſt copioſum & ſpumantem ſanguinem ex inſigni aliquo pulmonis vaſe educi,etſi poteſt ex pulmonum ſubſtantia paucus & ſpumans efferri.Quantum ad eam diſcrimen ex vaſis alicuius inſignis in thorace ruptione impendeat,& quàm maximè ex huiuſmodi offenſionibus periclitentur iuuenes,eleganter ſcribitur ab Hipp.lib.1.de Morbis.

434 Τῶν φθισικῶν οἷσιν ὅτι τάχιστα ὀζὴ ὁ πτύαλος ἰχώδεος βαρύ, καὶ αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ἀπόλλυνται.

Tabidi quorum ſputum igni impoſitum grauem nidorem redolet,& capilli è capite defluunt, moriuntur.

A ſuppuratis ad tabidos facilis eſt tranſitus,quibus graueolens ſputi nidor & capillorum defluuium impendens exitium denunciat,ex placito 11.lib.5.Sic lib.2.de morb.idem ſcribitur. τάχιστα δὲ μάλιστα αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, καὶ ψιλοῦται ἡ κεφαλὴ ὑπὸ τῆς ἰχῶρος ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέοντος, καὶ ἢν ἐπὶ πολὺ ἐπὶ πλεῖστον ἐπὶ πολὺ ἀναῤῥήγνυται βαρὺ ὀζὴ τὸ σαλον, φάναι αὐτὸν ἀποθανεῖσθαι ἐπὶ πολὺ χρόνον. ὀζὴ ediderunt ὀζεῖ pro ὀζεῖ aut ὄζει hic manifeſto vitio legunt. Sed neq; in cæteris conſentiunt.Aſulanus namque χιόνος legit, Germanicus [illegible].Quæ lectiones etſi mihi nō improbantur, animadvertenda tamen eſt quorundam exemplarium lectio,quæ ſic legunt. ἢν ἐπὶ πολὺν , εἶσιν ὅτι τῶν πυρὸς τὸ πλύσμα χιόνος βαρύ, hoc eſt , igni

impositum grauem nidorem reddiderit aut exhalarit. Quam lectionem sequuntur omnes interpretes. Quæ quamuis plurimum arridet. ὀζῃ κνίσης ἐμφὺ tamen rectè retineri potest, quod eam lectionem vsurpet lib. de Morb. 2. vnde ista videntur translata, τὸν ὀζοντα κνίσης ἐπὶ τοῖσιν ἀνθρακι. istud prunis impositum nidorulentum odorem exhalat.

Tabidis in aquam marinam expuentibus si pus fundum petit, celerem perniciem denunciat. Sit autem marina aqua in æneo vase.

435 Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ θαλάσσαν πτύουσιν, ἐς μὲν πυθμένα βαδίζῃ ὁ πῦον, ὀλέθριον σωτόμως. ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἡ θάλασσα.

Puris grauitas, consummata putredo, & caloris natiui defectio, aut spiritus priuatio indicatur, cùm in aquam demissum fundum petit, eoque magis si in aquam marinam, quæ sua salsedine densior est ac spissior, mergatur. Aretæus autem medendi nobilissimus author, huiusmodi puris probandi igne aut aqua notas, quibus vtuntur qui de morbo dubitant (inquit Celsus) his verbis contemnit: * οὐδὲν γὰρ ἡ πυρὶ, ἢ ὕδατι τὸ ὑγρὰ τεκμαίρεσθαι, ἢ χάρτῃσι ὁμοίοισι φθίσιν οἵδε γινώσκειν. πρότερον γὰρ ἢ ὄψις ἁπάσης ἁμαρτύρου, ἢ τὴν αἰσχρότητα ἐκκρίσιος, ἀγαθὴ ἢ τοῦ ἴδιος τοῦ νοσέοντος. ἰῶ γὰρ καὶ δημότης ἰδὼν † ἀνθρωπον ὠχρὸν, καὶ ἐρυθρὴν, καὶ ἐπιβεβηκότα ξυντετηκότα, ἀσθενέα μαρτύρεται φθίσιν. Quicumque enim aut igne, aut aqua, humiditatum notas explorant, ij non admodum tabem mihi dignoscere videntur. Nam & inspectio ipsa quouis alio sensu certior est, non solum eorum quæ sursum educuntur, sed & ipsius ægrotantis habitus. Si quis enim vel plebeius hominem viderit pallidum, imbecillum, tussi conflictatum, extenuatum, certò tabem denunciat. Verùm hæc indicia, non ad morbi aut puris dignotionem, sed ad mortis prædictionem adhibenda censet Hippocrates.

* *Cap. 8. lib. 1. Cur. ἐξ. παθ.*

Tabidi, si capilli è capite defluunt, alui profluuio moriuntur. Et tabidis si succedant alui profluuia, moriuntur.

436 Ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, οὗτοι διαῤῥοίῃσι ἀπόλλυνται. καὶ ὅσοισι φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διαῤῥοίαι, θανάσιμον.

Aphorismus est 12. lib. 5. Et ῥύσις, quæ alui profluuium, aut capillorum defluuium aliquando denotat (vt aph. 16. libr. 7.) tabidæ morti vicinos denunciat. Alui autem profluuium in tabidis vt signum & causa damnatur, etiam si solum adsit, ex aphor. 14. lib. 5. et non tam præsentem mortem denuntiet, quàm cum capillorum defluuio, aut sputi graueolētia. Lib. 2. de Morbis, in tabidis, τὸ δὲ κτύπον ἔστω διάῤῥοιαν scribit. Et Aretæus, ξυντήκουσι δὲ κοιλίην ἐκπεσοῦσαν, αἰνὰ π. τ. σ. Alui autem profluuium accipiendum quod vi & morbi ratione accidat, vt scribit Gal. alioqui fallax esset prædictio.

Sputorum retentiones in tabescentibus mentem ad delira verba commouent. In his sanguinis profluuium per ora venarum in ano sanguinem fundere solita existere posse spes est.

437 Αἱ ἐν φθινώδεσιν ἐπιστάσιες πτυάλων ἐξισᾶσι λυρωδῶς. αἱμορροΐδα τούτοισιν ἐλπὶς ἐπιφανῆναι.

In tabidis formula mortis est sputi suppressio, cùm ob puris copiam, aut virium imbecillitatem spiritus angustiæ occluduntur, & ægri strangulantur. Vnde non abs re Hippocrates mortis modum his qui tabe pereunt denunciat his verbis: τούτων δὲ τὸ πλεῖστον ἴσχει ἀποθνήσκουσιν. Sputum autem suppressum sua putredine febrem auget, & vaporum calidorum magna copia in cerebrū subuehitur, vnde ad delira verba & nugas mens conuertitur, & promptius periculum imminet, morsque potius prædicenda quàm sanguinis ex alui profluuium, aut vena in ano sanguine distenta & tumefacta. Vtrumq; namq; significat αἱμορροΐς, & cum venam in ano sanguine melancholico tumefactam indicet, symptomatis tamen nomen etiam accipit, vt scribit Galen. lib. περὶ μελαίνης χολῆς. Possunt autem hæmorrhoides vacuationis ratione prodesse, quod exustum & feruidiorem sanguinem, vnde delirium mouetur, liberent, ex placito 2. lib. 6. Et sanè alioqui hæmorrhoides in morbis thoracis non minimo sunt auxilio, ex aph. 28. sect. 3. lib. 6. epid.

† *Aph. 16. lib. 7.*

Tabes maximè periculosæ sunt, quæ ex ruptione venarum crassarum, & ex capitis distillatione contingunt.

438 Φθίσιες ἐπικινδυνόταται, αἵ τε ἀπὸ ῥήξιος φλεβῶν τῶν παχειῶν, καὶ ἀπὸ καταῤῥύσιος τῆς ἀπὸ κεφαλῆς.

Oritur ferè tabes à capite (vt scribit Celsus) & inde in pulmonem distillat, exulceratioq; accedit, acribus & salsis humoribus thoracem effluentibus & pulmones erodentibus. Quod genus tabis primum enumeratur ab Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, & plærumque lethale esse, paucosq; euadere scribitur. Meminit etiam lib. 1. de Morbis, vbi purulentos ex distillatione capitis in pulmones fieri scribit. Gal. vero Com. 1. in lib. 1. epid. duas maximè facit tabis differentias, vnā quidem ex capitis distillationibus, alterā vero ex affectibus ipsius pulmonis originem ducentem, omninoque postquam expuitur sanguis, potissimum vase rupto: sæpius verò fluxione impleto viscere ob aliam quandam causam ex partibus aliis, non ex capite. Quibus sane verbis, hanc prognosin mihi potissimum adumbrasse videtur. Cæterùm Celsus longè periculosissimam speciem facit eam quam Græci φθίσιν nominant.

Tabe maximè periclitantur ætates ab anno decimo octauo ad trigesimum quintum.

439 Τῶν δὲ ἡλικιῶν ἐπικινδυνόταται τοῖς φθίσιν πὸ ιη' ἐτέων, μέχρι ἐς λ'.

Placitum est 9. lib. 5. aph. huc aliis verbis translatum. Celsus vero ætate firmissima maximè oriri hunc morbum scribit, id est ab anno duodecimo ad annum quintum & trigesimum. Vbi aliter apud Hippocratem legisse videtur.

In tabidis pruritum sentientia corpora ab alui suppressione, malo sunt.

440 Τὰ κνησμώδεα σώματα μὴ κοιλίης ἁλόντα φθισικοῖσι, κακόν.

Pruritus iste in tabidis malum corporis habitum & iam consummatam cachexiam indicat, adeò vt omnium humorum ac etiam alimentorum corruptio consequatur, quæ etiam aluo suppressa intenditur. Celso quoque altera tabis est species, quam Græci κακοχυμίαν appellant, vbi malus est corporis habitus.

In naturis ad tabem promptè comparatis, si fluxiones ad gingiuas & dentes compareant, malum denunciant.

441 Ἐπὶ τῇσι φθινώδεσιν ἕξεσι μὴ πυρετώδεες ἕλκε ὀδόντας ῥεύματα ἐπιφαινόμενα κακόν.

Ex huiusmodi namque defluxione acrioris & salsi humoris à cerebro promptus est ad pulmones impetus, qui tandem tempore successu exulcerantur. Sunt autem φθινώδεις ἕξεις habitus ad tabem à natura comparati, quales sunt angusto thorace & restricto, oblongo collo, & quibus à capite ad pulmones defluxio defertur (vt aph. 13. lib. 3. & 8. lib. 4.) quos πλευμωνώδεις vocant * Hippocr. & (id. quòd iis scoptulæ operta alarum in morem promineant.

* *Lib. 1. Epid.*

Præcordia in tumorem sublata omnibus quidem mala sunt, præsertim verò his qui ex longo interuallo tabidi existunt.

442 Ἐπὶ πᾶσιν ὑπερώδρια μετέωρα, κακόν. κάκιστα δὲ ἐπὶ τοῖσι φθισικοῖσι τῶν μακρῶν.

Intumescentia & in altum sublata præcordia, vitalitatis penetralibus affectu præter naturam appetitis, omnibus quidem perniciem denunciant, maximum verò his qui ex longis & diu trahentibus morbis tabitudine confecti sunt, in quibus exhausto spiritu & calore nativo, facultatum robur labascit, & corpus malum habitum contrahit, tandemque hydrops & mors ipsa portenditur. ic enim hîc malim legere ἐπὶ φθισικοῖσι τῶν μακρῶν, contra tamen omnium codicum fidem, quàm publicatos sequi, tum quòd in diuturna tabe ex longis morbis contracta, hoc symptoma procliue sit admodum, tum verò quòd antea (sent. 287. & 301.) eadem locutione vsus sit huius Præsagij author eodemque sensu, & φθινώδεας τῶν μακρῶν vocarit eadem omninò notione. Cuius lectionis coniecturam augent edititij codices, qui huic loco velut lubrico & anfractuoso asteriscum apponunt.

443 Ἐπὶ τοῖσι τετηκόσιν ὀλεθρίοισιν, ἔνιοι καὶ τὸν τελευτῆσαι πυρέσσουσι.

Ex his qui cum pernicie consumpti sunt, nonnulli ante mortem subinde rigoribus corripiuntur.

Inconsumptis ac colliquescentibus ad extremum rigores apparere,cuiusdam inflammationis ac deinde suppurationis est indicium. Potest etiam rigor variam vlceris putrilaginem ac malignam acrimoniam subnotare,qua vellicatæ membranæ subinde totum corpus concutiunt & contrahunt,tuncque certissimus impendet exitus. Et antea quoque huius Progn.author crebros rigores in suppuratis adscripsit. Alioqui etiam rigoris nomine horror subaudiendus est,quod in Hipp.disciplina minimè est insolens.

444 Τὰ ἀμυχώδεα ἐξανδρώματα, φθίσιν ἕξιος σημαίνει.

Pustularum eruptiones velut summa cute leuiter lacerata aut vellicata, totius habitus tabem & corruptionem denunciant.

3 Alteram attingere videtur tabis speciem,quam Græci καχεξίαν appellant (vt scribit Celsus, vbi malus corporis habitus est, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Quod ferè fit,cùm longo morbo vitiata corpora,etiam si illo vacant,refectionem tamen non accipiant,aut cùm malis medicamentis corpus affectum est,aut cùm diu necessaria defuerunt,aut cùm insalitatos & inutiles cibos aliquis assumpsit,aliquidve simile incidit. Huic præter tabem illud quoq; nonnunquam accidere solet,vt per assiduas pustulas aut vlcera, summa cutis exasperetur,vel aliquæ corporis partes intumescant. Quæ si nè verba huic loco omnem in modum conueniro cumque quodammodo exprimere mihi videntur. Sunt autem ἀμυχαὶ leues cutis lacerationes,incisuræ & excoriationes,velut quæ fe vellicatu fiunt. Quas ὀλιγοπλαῖς καὶ λεπτὰς interdum Galenus,vt quæ per summa leues fiunt, vocat, interdum quoque ἐκτάσεις καὶ μακράς, aut & longas,nonnunquam etiam τὰς ἀπὸ μέσου τοῦ ἀμφοτέρων, intermedias. ἀμυχὴ ὀλιγοπλοῦν ἕλκος exponitur Hesychio & Varin. φθίσιν autem ἕξιον totius habitus corporis tabem iam confirmatam,& solidas corporis partes occupantem,aut totius corporis marcorem & corruptionem intelligit,cùm malus habitus in totum occupauit, Sed & ἐξανθισματα legi debet, cum ἐξανδρίσματα vitiose scribatur, & ἐξανθήματα ferri possunt.

445 Οἱ δύσπνοοι ξηρώσει, πολλὰ ἄπεπτα ἀνάγοντες ἐν φθίσῃ, ὀλέθριοι.

Cum spirandi difficultate arescentes, in tabe cruda multa educentes,exitialiter habent.

οἱ δυσπνοϊκοὶ ξηράσῃ, qui arescentes difficultate spirandi laborant dicuntur,velut in Prorrh.ξηρὸν δύσπνοον. Quibus verbis intelliguntur qui multo pure intus collecto cum multa putredine & febre exiccati,difficultate spirandi conflictantur. Cornarius pro ξηρώσῃ, ἐν φθίσῃ legisse videtur,aut ξήρωσιν τῆς φθίσιν sumptisse,quod ξηρῆς σημεῖον apud Hippocr.in Exegesi exponat Galenus.Et Varinus ξηρὸς pro σημεῖον apud Hippocratem poni testetur.Sic enim legisse apud Galenum videtur,vt & legendum censeo , & quidam eam lectionem ex meliorib.codicibus apponunt,cùm tamen passim σημειωδῶς legatur.Asulanus huic loco asteriscum ascribit , vt suspecto , constans tamen est in hac retinenda lectione codicum omnium consensus.

446 Οἷσιν ἡπατικοῖσιν πολὺ πτύελον αἱματῶδες, εἴτε ἐυπυώδεσον εἴτε χολώδες ἀφρῶδες, ὀλέθριον δ' ἤδη.

Hepaticis sputum multum cruentum , siue intus subputridum , siue syncerè biliosum fuerit , statim perniciem denotat.

Hepatici dicebantur veteribus qui hepatis inflammatione laborabant.Gal.vero,qui citra manifestum aliquem affectum , hepatis imbecillitate laborant,ex intemperie. Sputum autem cruentum ex hepate educi etsi primis sæculis parum fuit animaduersum, nunc verò curationibus Medicis satis est contestatum,quod & antea ex Aretæo obseruatum adscripsimus.

447 Ἐφ' ἡπατικῷ πῆξις αἵματος βεβήχῃ, κακὸν, δηλοῖ τε ἰητρὸν ἰητρεύειν.

Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit,idq; præcipuè si cum quadam tussi contingat.

1 Ista de hepatis inflammatione dici videntur,quæ ex aliis multis longè fideliorem habent indicaturam aut dignotionem. Colliquantur autem primum humores,deinde ipsius etiam hepatis caro,vbi inflammatio aliquantulum traxit : vnde ab Aretæo † ἕλκεσι τοῦ ἥπατος dicuntur,& σαρκῶν ἐκπύησις adscribuntur,idq; præcipuè si suppuratio non adsit.Galen.etiam lib.8.Comp.phar. κατὰ τόπους. in intemperie hepatis calida,primum humorum,deinde hepatis ipsius substantiæ colliquationem fieri scribit, cum bilis crassæ , abunde coloratæ & graueolentis per aluum deiectione,quemadmodum in pestilientibus febribus contingit.Tussicula autem ista inanis , & quædam tussiendi promptitudo à Gal.adscribitur lib.5.de loc.aff. & ab Aretæo " elegantissimè his verbis apponitur. διάφορα δὲ ὑποχωρίοις ἕλκεσι. διὸ τοῦδε μὲν τὸ ἧπαρ ἥρτηται. διὰ πάσης δὲ τῆς καλῆς ἔξιν κλησάσης ὀδυνῶν καρτερῶν, βηξὶ ξηρῇ ὀπτικῇ, σφυγμῷ δὲ μύδρῳ. κλῶ δὲ τὸν τελεώτατον ἀφικνεῖσθαι. ξηρὴ Qui tamen locus aliter legitur in publicatis codicibus. Neq; verò me latet quosdam ista ad hepaticos ex hepatis ἀδρίᾳ & ad hepaticam affectionem ex intemperie referre cum tabe coniunctam.

† *Cap.7.lib.2.* ἀφὶ ὀξ. παθ. *Cap.13.lib.1.* ἀφ. παθ. " *Cap.7.lib.2.* ὀξ.

448 Οἱ καθ' ἧπαρ ὀδυνώδεες, καρδιαλγικοὶ, καρώδεες, ῥιγώδεες, κοιλίαν παραχώδεες, λεπτοὶ, ἀπόσποι, ἐφιδρωοῦντες πολλῷ, πυώδεα καὶ κοιλίῃ τοιαῦτα ἐκκρίνοντες.

Quibus hepar dolet, cum oris ventriculi dolore, sopore,rigore,ij aluo exturbata, cum corporis extenuatione,ciborũ fastidio,multis tenuibus sudoribus diffluunt,& purulenta per aluum demittunt.

Hæc hepatis inflammationem in pus versam subindicant,& pus per intestina effundentem.Quæ via Aretæo teste periculi plena est,& plærunque difficultatis intestinorum & hydropis comes.Quòd si per vrinas & vesicam vomica secedit,longè tutior est successus. λεπτοὺς verò hic vocat graciles,extenuatos & toto corpore consumptos, ξηροτικοὺς dicunt: ἢ δὲ δι' ἧς πύον ἐκκλησαν ξηροτικοὺς διὰ τὸ ἕλκεσι ἥπατος ἰσχνοὺς ἀποθνήσκοντας, vt scribit * Aretæus. * *Cap.13.lib.1.* ἀφ. παθ.

449 Τοῖσιν ἧπαρ ἐξαπίνης καιόδυνοδυνον, πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.

Quibus iecur derepente vehementer dolet,iis febris succedens remedio est.

Ex aph.52.lib.7.petitum & 40.lib.6. Et febris ipsa (quod maximè mirum videri potest)sæpè præsidio est, & in iocinoris dolore ocurrit,vt scribit † Celsus. † *Cap.8.lib.2.*

450 Ὅσοι δ' ἀφρῶδες αἷμα πτύουσι, πονέοντες ὑποχονδρίου δεξιοῦ, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ διήκουσιν.

Quicunq; spumantem sanguinem expuunt ,cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex iecore expuitur,& pereunt.

Sanguis spumans ex pulmonum substantia sanguinem ferri certissimè indicat,vt scribit Galen. " lib. 4. de loc. aff. & Comm. ad ph.13.lib.5.30.lib.7.43.lib.2.& lib.5.Meth.medendi.Aut igitur verbo πτύειν abutitur horum præsagiorum author , aut ex thorace ferri huiusmodi sanguinem indicat. Ac priùs etiam repetita ista sententia,ex tabellis velut aduersariis quibusdam tumultuariè collectam hanc operam palam profitetur. Potest autem sanguis sua copia ex hepate & liene in ventriculum ferri,& inde vomitu,aut in thoracem,& sputo reiici,vt priùs quoque scriptum est.

" *Cap. 6.*

451 Οἷσιν ἧπαρ καυθῇσιν οἷς ἀμόργη ἔρχεται, θανάσιμον.

Quibus ex hepatis vstione pus amurcæ simile prodit,lethale.

Integrum est præsagium aphor.45. libr.7. Quod si iecoris vomica extra feratur, neque illius substantiam attingat, in tunica pus continetur albumque & purum effluit. At verò si illius interiorem substantiam putredo & corruptio depasta est,pus fæci olei amurcæ simile prodit , putredinem incoctam & alteratricis imbecillitatem indicans.Id expressit Celsus lib.2.cap.8.Si in ioci-

more vomica est,& ex ea fertur pus purum & album,salus ei facilis.Id enim malum in tunica est. Ex iecinore verò si pus cruentum exit,mortiferum est. Vstionis autem hepatis per fusos buxeos oleo feruenti intinctos,aut per fungos,meminit Hippocrates lib. περὶ ἐντὸς παθῶν. At vstionem simul & sectionem adhibet Hippocr.aph.44.lib.7.vt & Aretæus cap.13.lib.1.περὶ χρ. παθ. idemq; periculum edocet his verbis: λῦσαι δὲ ἐξωρέπειν καὶ ἀνὰ μὲν τάχιστα ἰῶ τε γὰρ ὕπος ἐπιγίνεται ὑπὸ τοῦ πύου τὸ ἦπαρ, καὶ ὅκως ἐς ἀμβολὰς ὁ θάλαμος. ὧν δὲ λῆς τάχιστα, αἰμίξαι καὶ ἰνδικὸν μύρον, καὶ τύπτειν τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ ἐν. ἄχθεται γὰρ αἱμορραγίην ἐπ' ἦπαρ ἰῶ οὕτως ἐς ἀνάγκην ἔωσις κρίσιος κοτέ, καὶ ἦπαρ ἅμπυον ἐξαναίσει καὶ ῥήσσει καὶ διὰ μέσου τοῦ πύου, ταυτὸν γὰρ σοι τέμνειν τὸ καίειν. καὶ ἰῶ ἀπολίγοπτοι, πολὺν ἐκπρόσει λάκκον πύου, λεῖον, καλόν, ἐπὶ πυκνῷ. At si extra fertur vomica,eam non secare vtique malum est.Etsi quidem sic fuerit,iecur à pure eroditur,neque mors diu differtur. Quod si secare velis,proinde tui sanguinis ac ne statim mors ægrotum occupet,metus est. Neque enim sanguinis profusio ex hepate coerceri potest. Si igitur ad sectionem interdum ex necessitate deueneris, vstorium ferramentum igni impositum & candens, vsque ad puris locum impellito. Idem enim tibi sectionem & vstionem præstabit.Et si superstes euaserit,pus effluet album,concoctum, læue,malè olens,quoniam crassum est. Codices autem editi tij ἰῶ ἀμύρνης legunt,quidam etiam ἰῶ ἀμύργη ex aphorismis eodem omninò sensu.

Aqua inter cutẽ quæ ex acuto morbo cœpit,morlestiã ac perniciem affert. Oritur vero fere & à laterum inanitate,vel à iecore. Sed vbi à laterũ inanitate ortum contraxit,pedum tumor, & alui diuturnus fluor consequitur, qui neq; ventrem emollit, neque lumborum aut ilium tumorem soluit.At quibus è iecore aqua inter cutem proficiscitur, ij prompte etiã tussi vexantur, pedes intumescunt, & aluus non nisi dura & ægre reddit, tumoresq; modo dextra, modo sinistra parte ventris oriuntur,ac rursus desinunt.

452 Οἱ δὲ ὕδρωπες ⓐ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ὅταν πονοι γίνον) καὶ ὀλέθριοι. ἄρχον) ὅ, ⓐ πλῆσαι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, ⓐ ὃ καὶ ἀπὸ τῶν ἰπάτων. ῥῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων ἔρχομένοισιν, ⓐ πόδες οἰδέουσι, καὶ διαῤῥοίαι πολυχρόνιοι παραγκολουθοῦσιν, ὑ λαπάσσουσα κοιλίην, οὐδὲ ἐᾷ ὀδμὰς λύουσα ἐᾷ δὲ ὀσφύος καὶ κενεώνων. ὅκοις ὃ ἀπὸ τῶν ἰπάτων, ὄγκος ἔτ' ἐτύμως ἐγίνε), καὶ ⓐ πόδες οἰδέουσι, καὶ ἡ κοιλίη σκληρὰ διαδίδωσι, ὑ ταχὺς αὐάνε), πάλιν ὅτε δεξιὰ, ἐᾷ δ' ἐπ' ἀριστερά, καὶ πάλιν καταπαύεται.

Hepatis inflammatio ac duricies facile in aquam inter cutem transit,estq; in morbis huiusmodi κοινωνία τῶν κακῶν ὑδρωπί, vt eleganter loquitur Aretæus. Quare meritò & ex ordine ad aquam inter cutem transitus fit.Qui locus ex Hippocrat. Prognost. paucis immutatis desumptus est.

ταῖς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων]Hoc satis indicat defectum esse prius membrum,& ex Prognostico legendum,ἄρχονται ὅ οἱ πλῆσαι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος.Celsus ex Prognostico haud secus vt solet,hunc locum sic reddidit,Vbi pedes turgent,longæ deiectiones sunt,vbi dolor in imo ventre & in coxis est aqua inter cutem instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet.

ἐᾷ ἔτ' ἐτύμως ἐγίνεται] Aptior mihi lectio est Progn.reponenda videtur ἐᾷ τι ἡ θυμὸς ἐγίνεται, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem. Est enim θυμὸς Galeno ἡ ὁρμὴ πρὸς τὸ βῆξαι,tussiendi cupiditatem & voluntatem vertit Celsus, qui hunc quoque locum sic reddidit. Idem propositum periculum est his quibus voluntas tussiendi est,venter nihil reddit, nisi ægrè & durũ, tumor in pedibus est, idemq; modò dextra,modò sinistra parte ventris inuicem oritur atq; finitur: sed à iocinore id malum proficisci videtur.Qui locus in publicatis codicibus vitiosè legitur. Tussis autem quantum periculum creet hydropicis ostendit aph. 35. lib.6.& 47.lib.7. & aliàs scripsimus nostris in lib.2.epid.comment.

καὶ πάλιν καταπαύεται] Haec lectio defecta esse videtur & aliud membrum desiderare ac ex Prognostico repetere,ἵσταταί τε καὶ πάλιν καταπαύει),vt hydropis originem significet,cùm ventris tumor statim desinere videatur,mox rursum attolli,ac rursus subsidere,deinde etiam rursus efferri, tandemq; permanere. Sed illud πάλιν fortè ad γίνεται vicissitudinem illam referre potest. Hunc verò locum ex Prognost.sic Celsus exprimit. Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur,deinde desinunt,deinde rursus assurgunt. Hi quidem tutiores sunt,quàm qui supra comprehensi sunt,si attenduntur,sed ferè fiducia secundæ valetudinis opprimuntur.

In hydrope sicco vrina stillatim effluens malũ denunciat.Mala quoq; est quæ exigua habet sedimẽta.

453 Ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιῶδεσι τὰ στραγγουρικὰ, μοχθηρόν. φλαῦρα ὅ ἐστὶ τὰ μικρὰς ἵζησας ἔχοντα.

Communis est curandi hydropis scopus vrinarum prouocatio,& foras deducendi humoris sollicitatio. In eoq; allaborat Hipp lib.4,de rat.vict.in morb.acut.cùm scribit in hydrope curando: ξηρὰ ὅ ἡ δυσουρίη ἐοῦσα ὅτι μὲν ἀφυπνώτατος ἐστι, ἧσσον ἰχῶρος μᾶλλον. E vrinæ autem retentione interdum hydrops subitò & repentè cnascitur.Alioqui pus,aut vrinæ crassamentum, hydropis rudimentu quoddam adfert,quod apertis viis & crassis effluentibus vrinis leuatur.

Hydropicis succedentes morbi comitialis offensiones,perniciem adferunt , prauis inuicem succedentibus signis,& aluos humectant.

454 Τοῖσιν ὑδρωπιῶδέσιν ὅταν λιπόψυχικὰ ὅταν ἰλιγγώδεα ὀλέθριον, ἀλλήλων σημείων μοχθηρῶν, καὶ κοιλίας ἔξυγρασμοῖσιν.

Morbo comitiali nihil est cum hydrope commune,cum diuersi sint generis & naturæ. Ideoq; communi ratione quadam & ep logismo,hydropicis exitium minatur. Obscura autem est prorsus significatio,τῶν ἀλλήλων σημείων μοχθηρῶν, & cuius sensus in tam tu bulento opere non facilè explicari possit.Mihi ista sumi posse videntur velut interiecta, vt alioqui comparata inter sese hæc sign praua censenda sint & mutuò in ægri perniciem conspirantia.Potest & alius sensus erui, vt etsi hæc inter se succedentia signa prau sint,aluos tamen humescentes designent,quæ videntur esse in hydrope mali leuamenta quædam. Potest etiam vt in obscuro sen & sententia alia quædam notio educi.Sed in loco ex obseruatione empirica notato,otiosum est diligentiam aut disciplinam requ rere,præsertim cùm sit difficile verum sensum eruere,cumq;(vt scribit Gal.)ἐν ταῖς ἀδιαφόροις ῥήσεσι, ὡς αὖ ἐνίοτε πρὸς ἀκοὴν ἔξισιν.

Biliosis aluus perturbata,exigua reddens genituræ similia & mucosa,doloremq; ad imum ventrem inferentia,vrinæ quoq; non facilè prodeuntes , ad hydropem tendunt ex huiusmodi casibus.

455 Ἐν τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, διαδιδοῦσα σμικρὰ γονώδεα, μυξώδεα, καὶ πόνον περὶ ἧτρον ἐμποιέουσα καὶ ὕδατα ὀκὶ βύλυτως ἰόντα, ἐς ὑδρωπα ἀποτελοῦντα τῶν τοιούτων.

γονώδεα] Quod sæpius in Hippocr. doctrina ad vrinas refertur,hic alui deiectionibus attribuitur.Alui igitur excrementa genitu similia intelligenda,quæ pituitam multam acidam,vitream & albumineam deiiciunt,quod de vrinis sæpius dicitur. Sic in Prorrh. τὸ γονοειδὲς ἐπελθόν, εἴτε ὕδωρ, εἴ τε διαχώρημα interpretatur Gal.χυοειδῆ ἔκκρισιν.Qua dictione etiam vsus est antea huius Præsagij auth. Γονώδεα autem dicuntur posteà,quæ hic γονώδεα,vbi hoc Prognosticum repetitur paulò aliter.

ὀκὶ βύλυτως ἰόντα] Vrinæ non facilè prodeuntes intelliguntur,neque solutæ hoc est facilè effluentes,sed crassæ & quæ pro ptè subsistunt,quales hydropem facilè suspectant.In Progn.quoq; μηδὲν βύλυσις διαχωρήσεως dicit,neq; solutiores,aut solutu faciles, que liquidas deiectiones,quæ crassis adiacent,siue copiam,siue moderationem spectent , easq; morbi ad suppurationem tendo is indices facit,non secus ac hydropem minari hic dicit vrinas quæ non facilè procedunt,neq; solutæ sunt , sed crassæ & quodamo do restitantes. βύλυσις quoq; hic συμμέτρως ex Galeno significare potest.

Aqua inter cutem laboranti cum febre,vrina pauca & conturbata,perniciem denotat.

456 Ὑδερικῷ πυρετώδεϊ, ὖρον μικρὸν καὶ τεταραγμένον,ὀλέθριον.

Vrinæ paucitas in hydrope obstructionem aut renum imbecillitatem denotat. Perturbata verò venosi generis perturbationem & agitationem cum eruditare indicat.

457 Ἐπὶ

457 Ἐπὶ δὲ ὑδέρῳ ἀρχομένῳ διάῤῥοια γλωμώδης ὑδατώδης, χωρὶς ἀπεψίης, λύει τὸ νόσημα.

Aquæ inter cutem initio aquosum alui profluuium absque cruditate exortum, morbum soluit.

Id de ea hydropis specie quæ anasarca aut Leucophlegmatia dicitur, testatur aphor. 29. lib. 7. (quod etiam hic postea repetitur) & Hippocrat. lib. 2. de Morbis. ἐν φλέγματι λάκκῳ, τούτῳ ὦ μῆν (inquit) ἢν γὰρ περιχθῇ αὐτομάτη αἱ χωμώδης ἢ νέβου, ἰητρὸς γίνεται. Tollit autem morbi causam ac materiam alui profluuium aquosum, si sponte, aut naturæ robore, ac integris viribus, nec dum syderatis aut corruptis visceribus, neque ex imbecillitate contingit, alioqui perseuerante causa, aut statim repetente morbo, interitus consequitur. Quod igitur hic additur (χωρὶς ἀπεψίης) vires integras & robusta viscera, si quis liberetur, requirit, idque videndum esse admonet antequam curationem instituamus. Istud autem peculiariter de Leucophlegmatia intelligendum (quæ & ὕδερος & ὑποῦδος sæpe dicitur, & Sereno aquosus languor, vt & Horat. aquosus albo corpore languor) testatur Aretæus * de ea verba faciens. πολλὴ γὲ ἡ πιθανότης τοῦδε ἢ εὐτυχίη ἰδρῶτος ἢ ὕδρων ἢ κοιλίης κατὰ διάῤῥαξιν, λυομένης ἤδη τοῦ ὕδρωπος ἐξίου. Sic enim Hipp. lib. 1. de Morb. ὑδρώρῳ δὲ ἀπολωλότι ὑπὸ λάκκου φλέγματος ἐχομένῳ περιχθεῖσα ἡ κοιλίη ἰχῶρος ἀγαθόν. Etiam huiusmodi liberatio per alui profluuium non temerè Asciti conuenit.

* *Cap. 1. lib. 2. κβ. παθ.*

458 Τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι τὰ σημήϊα, σφυγμοὶ καὶ ἕλκεα τὰ ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἐμπίπτοντες, κακόν.

Vbi hydrops siccus de se significationem præbet, tormina ad tenue intestinum incumbentia, malum denunciant.

Tormina circa vmbilicum ac tenuia intestina, vbi neque tempore, neq; remediis soluuntur, si accedat lumborum dolor, flatuum sobolem intestinorum inuolucris contentam, & hydropem siccum suspectum faciunt, ex aphor. 11. lib. 4. hic verò confirmant & damnant.

459 Τὰ ἐξ ὑδρωπικῶν ὀπὶ λημπικὰ, ὀλέθρια.

Ex aqua inter cutem morbus comitialis perniciem adfert.

Paulò ante explicata & repetita est hæc sententia, vt inde facile tumultuariam operam colligas.

460 Ὑδέρος τοῖς ἀφαιρεθεῖσι σὺν δίδοις παλινδρομέουσιν, ἀνέλπιστος.

Aqua inter cutem quæ curationi cessit, vbi recurrit, spem tollit.

Signum namque est pessimum vbi vacuata sponte vel arte materia, malum redit. Causa enim pertinax censetur, & vitalium partium magna corruptio. Idq; sæpiùs obseruatur, vt subsidente & detumescente tumore, eos qui sibi restituti videntur, intra paucos dies repetente malo, interitus consequatur, insigniter læsis vitalitatis visceribus & extincto calore natiuo.

461 Τοῖσι ὑδρωπιῶδεσι καὶ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγίσι τὸ ὕδατος, λύσις.

Aqua inter cutem laboranti, aqua quæ in venis est ad aluum erumpente, soluitur morbus.

Ex aphor. 14. lib. 6. sumptum, de anasarca intelligitur, & lib. περὶ κρισίων repetitur. ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένοις καὶ ταῖς φλεψὶ ἐς τὴν κύστιν ἢ κοιλίαν ἢ ἄλλοθί ῥηγνυμένοις, λύσις. Vbi aquosam materiam, aut in vesicam, aut in aluum erumpere vult & effandi. Neque tamen est perpetuum aquosis per aluum exturbatis & erumpentibus superesse salutem, quomodo nec sectis, siue aqua in ventre, siue in thorace collecta fuerit. Est vbi quoque ex nimia humoris effusione, vnaque exhausto spiritu, mors consequitur. Aqua etiam in thorace concluſa in aluum erumpente, sibi sanitati restitutus videtur æger, sed paulò post malum grauius redit, quod experientia testatur, & indicat Hipp. lib. 2. de Morb. & lib. περὶ τῶν τοῦ παθῶν. Parum autem refert an ὑδρωπιώδεας καὶ φλέβας intelligas eos qui pituitosa cacochymia per venas redundant, quæ ipsius hydropis forma est, vnde etiam carnes & tota cutis intumescit ac turgescit, vt καὶ φλέβας idem quod διὰ σάρκα significet: an verò καὶ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγίσι τὸ ὕδατος dicas.

462 Δυσεντερίη ἀκαίρως ἐπισχεθεῖσα, ἐπίστασιν ἐν πλευρεῖσιν, ἢ ἀρθρίτιδας ἐν ἄρθροισιν, ἢ ἐν ἄρθροισιν ποιέει. ἀφρὸς μὲν χολώδης ἐν ἄρθροισιν, ἢ δὲ αἱματώδης ἐν πλευρεῖσιν, ἢ ἀρθρίτιδι.

Intempestiuè suppressa intestinorum difficultas, abscessum in costis, aut visceribus, aut articulis inducit. Ac fortè biliosa quidem articulis, sanguinea verò in costis ac visceribus abscessum facit.

Ex intempestiuè suppressa dysenteria & hæmorrhoidibus, varia oriuntur incommoda indeque insaniam, apoplexiam, melancholiam, pleuritidem, hydropem, sanguinis sputum & vomitum sequi scribit Galen. lib. de venæ sect. contra Erasistr. his verbis: κἀγὼ γε πολλοὺς οἶδα μελαγχολήσαντας. ἀγάμως ἐκαινέτησι δὴ διαύτης κεκώσησι ἰατρὸν ἀμαθίᾳ κωλυθείσας. εἰ δ' ἐπιτρέψαι καὶ ἀφεῖναι ἐάσαντα. ἄμοι δ' ἀμάτος ἤκουσεν ἐν γὰρ ἑξὸς ἑβδόμης ἐν ἕξακος αὐίζησεν, ἢ ἐφεβδομηκοντάμις, ἢ ὑδέσις ἀπόλλυτο. Auditui ex suppressa dysenteria insanum factum, & mulierem cui in reliquam vitam ita aluus adstricta fuerit, vt non nisi septimo quoque die egereret. Et nobilem quendam pictorem in fœdam scabiem incidisse. Quod autem scribitur ὠφελεῖ ἡ μὲν χολώδης, interpretes ad abscessus biliosos & sanguineos referunt, sed aptè ad dysenteriæ differentias biliosam & sanguineam accommodari potest. Ad hanc autem sententiam aptissime adscribitur quod refertur lib. de rat. vict. in morb. acut. δυσεντερίη, ἀπόστασιν ἢ ὑπαρώδη ἢ παυσιώδη ποιεῖ· ἰῶμα δὲ ἐς πυρετὸν, ἢ ἰσχυρὴ ἔμετος, ἢ ἔξω πάχεα ἐγλαφῇ, ἢ λίαν ὑπερωδέα· ἢν ἐς τρίπους, ἢ ἐς κύρτην, ἢ ἐς ἔρχεα, ἢ ἐς σκέλεα ἄῤῥηκτα, ἢ ἐς ἰσχίον σπείρῃ ἐδιών.

463 Δυσεντερικοῖσιν ἔμετος χολώδης ἐν ἀρχῇ, κακόν.

Intestinorum difficultate laborantibus, vomitio biliosa circa initia, malo est.

Vomitio biliosa ventriculi perturbationem ab humoris acrimonia indicat & vlcus in tenuibus ac superioribus intestinis ventriculo vicinis, ipsoque ventriculo suspectum facit, tuncque vexant febres acutæ, extremorum perfrictiones, cibi fastidium, rictus grauedolentes, nauseæ, & tenebricosæ vertigines. His accedit crebra virium exolutio, genuum resolutio, fitis, æstuatio, corporis inquietudo, pulsus exiles, & debiles, ac magna tormentorum intensio ac perseuerantia. Quæ omnia annotauit Aretæus. Adolescenti dysenteria laboranti cum febre, vomitione, ventris dolore acerbissimo, vigesimo die mortuo, vlcus inuentum est in ambitu vstulatum, exesis ventriculi tunicis qua parte decliuis est ad pylorum.

464 Οἷσιν ἐν δυσεντερίης ὀξείης ἐς πυώδεα ἥκει τὸ ὑγρὸν, τὸ ἐφίσταμενον ἑλκῶδες ἐστὶ καὶ πολύ.

In graui intestinorum difficultate quibus humor ad pus peruenit, quod summum insidet exalbidum erit & copiosum.

Videtur vlcus in superioribus & tenuibus intestinis denotari. Tunc enim grauissimæ sunt dysenteriæ, & in summo pus insidet ac deiectionibus superstat. Aut acutas intestinorum difficultates & vehementiores indicat, in quibus quæ deiiciuntur purulenta ex pituita lenta & salsa, ab iis quæ colliquamentum carnis aut pinguedinis consequuntur, albedine distinguit.

465 Τὰ δυσεντερώδεα, ὑπερυθρα· ἰλυώδεα, λάβρα διαχωρήματα, ὑπόφλογα ὄντα, ἐξερυθρησι χρώμασι λυόμενα, ἔλπις ἀκμαίων.

Intestinorum difficultate laborantibus, aliquantulum rubræ, limosæ & copiosæ deiectiones, in flammeo colore & prærubro perfusis solutæ, insaniam suspectam faciunt.

Id de hepatica dysenteria intelligendum aut de crassioribus intestinis exulceratis, quæ carnosiora sunt, & quorum vlcera, crassa, carnosa, valde rubicunda grumosa, nonnunquam nigra & tabo aspersa interdum multis modis variantia redduntur. Insania igitur suspecta esse potest in sanguineis & flammeo colore perfusis, si deiectiones fœculentæ ac limosæ, in prærubras & cruentas tendant, tandemque velut solutæ, intempestiuè supprimantur. Sic enim sursum ad cerebrum raptam humorum copiam significant, vnde insania metuitur.

Lienosis difficultas inteſtinorum non longa, vtilis; longa verò, mala. Vbi enim deſinit, ſi aquæ inter cutem aut inteſtinorum læuitates oriuntur, mortem afferunt.

466 Δυσεντερίη σπλιωώδεσι μὴ μακρὴ, χρήσιμον. Ἢν μακρὴ δὲ πονηρόν. λιηϑύσης γὰρ, ϑὴν ὕδρωπες ἢ λφεντερίαι γίνονται, ϑανάσιμον.

Lienosis, hoc eſt iis qui diu durum habent lienem, bono tormina ſunt, vt ſcribit Celſus ex Hipp. aphor. 48. lib. 6. Quæ ſi diutiùs perſeuerent & vltra modum extendantur, in læuitatem inteſtinorum aut aquam intercutem tranſeunt, & tandem mortem afferunt, ex placito 43. lib. 6. Læuitas autem inteſtinorum difficultati inteſtinorum ſuccedit ex aph. 78. lib. 7. Vitioſa etiam eſt lectio publicatorum codicum, qui μὴ μακρῇσι pro μὴ μακρὴ legunt. Quod etiam vidit Cornarius.

In inteſtinorum læuitate laborantibus, cum ſæuiſſimis vlceribus, dolores ex inteſtinorum cruciatu ſoluti, articulorum partes attollunt, ac ex huiuſmodi tenues ſquamæ cum rubore & puſtulis fiunt. Ij poſt multos ac tenues ſudores, velut acceptis ex flagris vibicibus, rubeſcunt.

467 Ἐν λφεντερικοῖσι μὴ ϑηρίων, ὀδυνὴ σφόδρα λυμήνηται, καὶ πολλὰ ἄρϑρα μετεωρίζουσιν. ἐκ γὰρ τοιούτων λεπτὰ ὀξέρυθρα, φλυκταινώδεα. ἐφιδρώσαντες δέ τι, διαφοινίσσονται οἷα μάστιξιν.

Eſt inteſtinorum læuitas quædam quæ ſalſam, acrem, aut calidam habet materiam, & ex humorum acrimonia totius ventriculi atque inteſtinorum planitiem abradit, progreſſuque temporis in inteſtinorum difficultatem permutatur. Hæc periculi plena eſt, præſertim ſi (vt ſcribit Celſus ex Hipp. Prorrh. 2.) os exulceratur, ſi rubet facies, & quaſi maculis quibuſdam colorum omnium diſtinguitur, ſi venter eſt quaſi fermentatus, pinguis, atque rugoſus, ſi & cibi cupiditas non eſt. Hæc ergo ſuccorum corruptela & acrimonia, quæ cacochymiam & atrophiam, totiuſq; corporis tabem facit, vbi in articulos decumbit, eos tumefacit, cutemq; ipſam ſiccitate & aſperitate corrugat, ſcabram reddit, & ſuccorum prauitate alimoniam corrumpente ac partes corporis defraudante, ſcabie & puſtulis deformat, tandemq; deſquamat, aut in cutis planitiem effuſa, velut ſcutica cæſos vibicibus flagellat ac rubefacit. Inter quæ cùm euidens mors ſit, multò euidentior eſt, ſi iam longum quoque id vitium eſt, maximeq; ſi etiam in corpore ſenili eſt. Hic autem ϑηρίον ἄγριον ἕλκος, (vt aliàs quoq;) apud Hippocrat. ſignificat, etſi interaneorum animalibus, hoc eſt vermibus, non malè accommodatur, vt ſcripſimus noſtris in lib. 2. epid. comment.

Longis inteſtinorum læuitatibus laborantes, vnà cum ſæuiſſimis vlceribus, inteſtinorum cruciatu & dolore, iis ſolutis intumeſcunt. His inſuper exortus rigor, malo eſt.

468 Οἱ ἐν λφεντερικοῖσι μακροῖσιν ἄμα ϑηρίοισι τροφώδεες, ὀδυνώδεες, λυομένων ἐπαιδέοισι. τὸ ὀπιρρίγος τούτοισι κακόν.

Inteſtinorum læuitas quam cacochymia, atrophia, ac malus corporis habitus ex ſuccorum prauitate ſequitur promptè hydropem minatur, vt ſcribit Actius, & his verbis teſtatur Aretæus. * ἀταρ ἢν ὕδρωπὶς κοτὲ ἐς τὸ δὲ ἀπόκαμψαι δ' τυχοῦσ', ἐς κακὸν ὧν ἐκ κακοῦ, ἀνὴρ κρίσσων ἢ δίψαδωχή. Eſt autem huius Præſagij phraſis inſolens, quales multæ in hoc tumultuario opere & Prorrhetico reperiuntur. Eaque de cauſa forte afteriſcum apponit Aſulanus.

* *Cap. 51. lib. 9.*

Inteſtinorum læuitates cum ſpirandi difficultate, & pectoris morſu, ad tabem tendunt.

469 Λφεντερικὰ μὴ δυσπνοίης, ἢν σπλυερὸν τῇ κνήσῃ, ἐς φθίσιν ἀποτελοῦσα.

κνῆσις hic κνησμὸν aut κνίδωσιν Hippocr. ſatisfamiliarem ſignificat, hoc eſt pruritum, prurigínem, vellicationem, aut punctúram, velut quandam ab vrtica vredinem aut morſum. Idemque quod κνιπότης, aut κνήφη, melius tamen κνῖσις aut κνισμὸ. Sic paulò antea κνησμώδεα σώματα in tabidis damnauit, quòd huiuſmodi pruritus aut punctura iam confirmatam cachexiam & ſuccorum corruptelam indicet: aut certè morſus ille & vellicatio acrem diſtillationem in thoracem & cauitatem pectoris ſignificat, & tabis rudimentum. Vitium eſt autem in publicatis codicibus, vbi κνησῇ pro κνήσῃ ſcribitur, nec dum omninò ſuſpicione carere locus mihi videtur.

In tenuioris inteſtini morbo laborantibus, vomitio & ſurditas malo ſunt.

470 Εἰλεώδεσιν ἔμετος ἢ κώφωσις, κακόν.

In Ileo, quem tenuioris inteſtini morbum Celſus vocat, vomitio damnatur ab Hippocr. placito 10. lib. 7. Exitialis quoque morbi nota eſt vomitus, vt ſcribit Galenus, & (quod dicit Celſus) adiicitur periculo vomitus biliоſus, mali odoris, aut varius, aut niger. Surditas autem malè affecto neruorum principio ex ſtomachi conſortio, oritur, vt & deſipientia & conuulſio.

Veſica dura & grauiter dolens omninò quidem mala eſt. Peſſima verò ſi febris continua acceſſerit (veſicæ namq; dolores interimendi vim obtinent) & aluus his nihil admodum reddit. Eos autem metu liberat vrina purulenta procedens, in qua album & læue ſubſidet. Quòd ſi neque hæc leuata fuerint, neq; veſica mollior reddatur, intra primos circuitus laborantem moriturum expectandum eſt. Hoc verò pueris à ſeptimo anno ad decimum quintum præcipuè contingere ſolet.

471 Κύστες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, πολλῶν μὲν κακόν. κάκιστον δὲ πυρετὸς ξυνεχὴς καὶ γὰρ ⓜ ἀπ' αὐτέων πόνοι, ἰκμάνοι αὐέλξιν. καὶ κοιλίαι τοιτέοισιν οὐ πάνυ διαχωρέουσιν. λύει δὲ τούτους ϑόην. πυώδεες ἐλθεῖν, λευκὸν ὑπόστασιν μὴ λυομένων δὲ τούτων, μηδὲ κύστις λαπαρὴ γίνηται, ἐν τοῖσι πρώτοισι περιόδοισι ἐλπὶς ἀπολέσθαι ⓦ νοσέοντα. μάλιστα δὲ γίνεται τοῦτο τοῖσιν ἀπὸ ἑπτὰ ἐτέων, μέχρι πεντεκαιδέκατα.

Id ex Prognoſtico ſumptum, abſolutiorem illic habet doctrinam, & quod hic παίτων κακόν, illic δεινὰ μὲν παντελῶς καὶ ὀλέθρια legitur, ac fortè melius πάντως.

καὶ κοιλίαι τοιτέοισιν] Aluus in hac veſicæ inflammatione nil propè niſi dura reddit, nec niſi coacta. Sic enim in Progn. καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσιν ἐν ξυτίῳ τῷ χρόνῳ. εἰ μὴ σκληραί τε καὶ πρὸς αὐάγκλου.

λύει δ' ϑόην] Celſus ex Prognoſt. ſic vertit, Ex veſica dolente, ſi purulenta vrina proceſſit, inque ea læue & album ſubſedit, metum detrahit.

μὴ λυομένων δ' τούτων] Contracta & breuis eſt hæc lectio, & generale quiddam complectitur, quod propriè magis in Prognoſtico effertur. Nam & dolorem remitti, aut vrinam concedere, ac febrem deſinere intelligit, quod diſertis verbis illic exprimitur.

Calculo laborantes eo habitu conſtituti, vt ne in vrinariam fiſtulam calculus illabatur, promptè vrinam reddunt.

472 Οἱ λιθιῶντες σημαίνοντες, ὥστε ⓦ λίθον μὴ πεσεῖν ἐς ⓦ ὀρτηρίην, ῥηϊδίως οὐρέουσιν.

Vt pueris accommodata erat extrema ſententia, ita in his hoc Prognoſt. ex calculo in veſicæ ceruicem illapſo, vrinæ ſuppreſſionem curat. Eſt autem λιθίασις πάθημα παιδικὸν, & pueris familiaris morbus, vt ſcribunt Hippocr. & Galen. cuius ortus & cauſa e† Hippocrate libr. 4. de Morbis, & lib. de Natura humana, & aphoriſ. 11. ſect. 3. lib. 6. epidem. petenda eſt. Hæc autem vrinæ ſuppreſſio ex calculo in veſicæ ceruicem illapſo, certam morbi nocitiam facit, vt arenulæ ſubſiſtentes ex aph. 79. lib. 4. & ad curatio-

nis quo

nis uoque modum non partum præbet coniecturam, vt his verbis scribit Galenus lib. primo, de loc. affect. similique tam ... tionem demonstrat, vt non alium huius loci interpretem postulemus. εἰσὶ γὰρ ὑποκείσθω παιδίον μὴ ... γόνῳ τε καὶ τῷ λίθου σημεῖα. τὸ μὲν ὄξυ ὑδατῶδες, ὑποστάσεις δ' ἔπειτα ψαμμώδεις ἐν αὐτῷ, ἢ κονιώδεις τὰ αἰδοῖα σπασθῆναι, ἔπειτ' ἐξαίφνης ἰσχνοῦται διὰ τοῦτο τις καὶ ἀνευλόγου ὑποπτώσεως ἐμπεσούσης ... ὑψηλότερά τε πολλῷ τοῦ λοιποῦ σώματος ἱρχατύλους τε σκέλη, δύσπεπτος πολυσίτως, ὑπὸ πνεύματος ἐνεπιπλῆ τὰ τόρα τοῦ λίθου. ἐστὶν ... ρίης, κλύειν προσυμβαίνει τὸ παιδίον ὑγιᾶναι. κἂν μὴ ὑποπέσῃ τὸ ὄρχον, ἐκκριθῇ τε τὸ ὄξυ. ἅμα τε τ' αἵματος ἐκρυῆναι ἐγγίνεται ... ρασίας εὐπερικίνητοι πεφύκασι. μανίαις δ' ἐπὶ τῇ ἰσχνείας, ἐκ δυστάσεως ὀρθοῦ ἕρπειν, εἰ δ' ὑδατώδεις τε καὶ ὑπὸ ὑγροῦ ... τῶν. ἅμα μὲν ἀπίσῃ τὸ λίθον ἐκ τοῦ πραχήλου τοῦ κύστεως, ἅμα δὲ παθημάτος τοῖς ὕδρεσι. Sic quoque lib.6. ὅτι δὲ τὸ παιδίον λιθιῶν ... καὶ κυστιν ὑκκαίδεκα πολλάκις ἰσχνείαν ἠργάσαντο, ὑφ' ἓν γνωρίζει τε· αἰφνίδιον τὸ πῶμα μὴ καταστέλλειν, λεπτοῦ τε ὄντος τοῦ λίθου τὸ πέτρωμα τοῦτο ... Arcturus quoque calculum vesicæ ceruicem obstruentem sic deturbat, ὦν δὲ λίθων ὑπεκκρίσεις ἔσονται τῷδε τῷ τρόπῳ, τὸ ἰσχίον τὸ κατέπειτα ὠθεῖν τὸν λίθον εἰς ἄνω τὸν ὄρχιν, ὦν μὲν ἴωσι φλεγμοναί. Celsus ††† etiam in calculosis istud attingere videtur, cùm scribit, Vrinam quidam prompsis recti, quidam resupinati, maximéque hi qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati reddunt. Hic autem πρὸς τὸ ὀρθοῦσθαι πρὸς τὸ ὑρίνεσθαι ponitur. Meatum nanque vrinarium fistulam vrinariam quæ ad pudendum est & colem permeat, intelligit.

† *Aph.26. lib.3. & 11. lib.6. epid. sect.3.* †† *Cap.9. Curt. ex Gal. lib.2.*

††† *Cap.7. lib.2.*

475 Οἷσι δ' φῦμα πρὸς τῷ κύστι ἐστὶ τὸ πρὸς ἔργον τῷ ὑδατίῳ, πυωτοίους ἐκπιαθέντες ὀχλέουσι. λύσις δ' τούτου, πύου ῥαγέντος.

At quibus tuberculum ad vesicam adnascitur, vrinæ difficultatem adferens, iis quiuis corporis habitus negotium facessit, cuius quidem solutio contingit per puris eruptionem.

Suppressionis vrinæ curatio est, quæ à tuberculo innato oritur. Contingit nanque fistulam vrinariam ab eo quod præter naturam innascitur occupari, siue callus sit, siue caruncula, siue tuberculum, vt scribit Gal. lib.1. de loc.aff. Tuberculum autem vrinæ tui adnatum suppurari aut diffrumpi præcipit Hippocr.aph.82.lib.4. quem Celsus ita reddidit, Quibus in fistula vrinæ, vti miti abscessus (quos φύματα Græci vocant) esse cœperunt, iis vbi pus ea parte profluxit, sanitas redditur. Tuberculi verò ruptionem, aut caruncularum, Galenus " catheterem, aut illius dissolutionem medicamento procurat.

" *Lib.1. de loc.aff.*

476 Οἷσι λανθάνῃ ὃ ὄξυ πρηστάπιον, ἢ ὃ αἰδοῖον ἕλκεται, ἀνέλπιστοι.

Quibus incogitantibus vrina decidit, ac pudendum contrahitur, ij desperati sunt.

Inuoluntariam vrinæ profusionem facit vesicæ exolutio, ac præcipuè musculi vesicæ ceruicem ambientis, siue id per se partis ... nem lædat, siue neruis, per quos animalis facultas eo defertur, læsio contingat. Et hunc casum cùm mulæ causæ faciant, indefi... est sententia quæ desperatos facit. Pueris familiaris est musculi vesicam stringentis relaxatio ac dissolutio (vt scribit " Paulus) ... que difficulter per medicamenta leuantur. Sed inuoluntariam vrinæ profusionem, quæ fit ob vesicæ ceruicis vulnus, aut casum, aut ... rebræ intrò luxationem, nulla ferè medicina periculo subtrahit (vt scribit Paulus ") Quos vehementes casus hoc Progn. intelligi videtur quos conuulsio comitatur quæ pudendorum contractione satis indicatur. Resolutæ nanque partes vel conuelluntur, ... laxantur, idque à repletione aut inanitione. Hippocrates etiam lib. περὶ ἄρθρων in interna spinæ obliquatione ob casum aut gra... rei cuiusdam iliapsam, ῥύσεως τοῦ ἔσω, ob profluam vrinam, fieri scribit. Cæterùm vulgatas editorum codicum lectiones secutus ... ob pluralitatem, quanquam & aliorum exemplarium lectio plurimum arrideat, quæ est, οἷσι λανθάνει τὸ ὄξυ οὐρηθρίον ἐς τὸ αἰδοῖον, ἑλκόμενα αἰδοῖα. Quæ satis indicant vehementem quandam ex grau casu exolutionem subaudiri, & ad vrinæ inuoluntariam emissionem ex sensus stupefactione referri, quæ certe ipsem ademit. Eamque lectionem secutus est Cornarius. De vrinæ autem inuoluntaria eiectione ex resolutione, abundè Galenus libr.1. & 6. de locis affect. & Paulus cap.45. & 18. lib.3. & Aetius fusissimè serm.3. Trab.3. cap.24.

" *Cap.45. lib.3.* " *Cap.18. lib.3.*

477 Ἐπὶ τραχυοιλίῃ ἕλκεος ὑπογλουδύνους ἑβδομαίους στάλλεσιν, ἢν μὴ πυρετῷ ὑπογλομένου ἀλγέον οὖρον ἐξέλθῃ.

Tenuioris intestini morbus vrinæ stillicidio succedens, intra septimum diem interimit, nisi suborta febre vrina affatim prodierit.

Aphorismus est 44. lib.6. aliis paulùm verbis expressus, & à Celso duas in sententias distractus. Morbus intestini tenuioris nisi resolutus est, intra septimum diem occidit: &, febris ex difficultate vrinæ morbum tenuioris intestini ortum, si vrinam per calorem mouet, leuat.

478 Ναρκῇ δ' αἰσθήσιος γινομένῃ πρὸ τοῦ ἔργου, ἀποπληκτικῶν συμβησομένων σημεῖον.

Torpores & stupores præter consuetudinem euenientes, adfuturam syderationem denunciant.

Torpor ac stupor cùm sint motricis ac sensibilis facultatis symptomata, partium resolutiones minantur, aut corporis totius, si caput occupent, vnde syderationes contingunt. Est enim ἀποπληξία (vt scribit Galenus) ἡ πάντες τῶν σώματος τοῦ ζώου, ἅμα τῶν ὀργανικῶν ἐνεργειῶν. Sic ναρκώσεις καὶ κνησμοὺς velut prurigino sas quasdam puncturas, si caput occupent ac per illud peruagentur, magni & difficilis alicuius mali metum facere scribit Hippocrates Prorrhet.2. & Celsus in fine cap.8. lib.2. Est autem νάρκη Galeno καθ' ὅλου τοῦ σώματος, ἢ μάλιστα καὶ τοῦ κάτω, σπάνιος δὲ δυσαισθησίας τε καὶ δυσκινησίας ὑπάρχουσα διάφορος.

479 Ὅσοι ἐκ τρώματος ἀκρατέες γίνονται τῶν σώματος, πυρετῷ μὲν ὑπογλομένῳ χωρὶς ῥίγεος, ὑγιάζονται. μὴ ὑγιαίνοντες δ', ἀποπληκτικοὶ γίνονται τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά.

Quibus ex vulnere corporis impotentia accidit, ij quidem febre citra rigorem oborta sani euadunt, alioqui dextra aut sinistra parte syderantur.

Capitis vulnera quæ neruorum principium attingunt ad motum impotentiam faciunt, vnde & partium syderationes ac resolutiones contingunt. Febris autem in capitis vulneribus, cùm alioqui admodum suspecta sit, (vt scribit Hippoc. Prorrh.2.) interdum tamen prædicio est, præcipuè si humorum aut viscerum vitio minimè contingat (quod hic χωρὶς ῥίγεος dicitur) aut si circa initium oriatur, & exiguo tempore perseueret. Nam & humores crudos, pituitosos & flatuosos dissoluit, extenuat & calefacit, ac innatam intemperiem frigidam ad temperiem reuocat, vt scribit Galenus. * Quinetiam neruorum affectibus qui mouendi aut sentiendi impotentiam afferunt, febris plurimum confert, vt scribit Gal. Com.2. in Prorrh. Est autem ἀκράτεια τοῦ σώματος, corporis ad motum impotentia, vt σκελῶν τε καὶ χειρῶν ἀκρατίαι dicuntur lib. de art. quibus crurum ac manuum motiones inefficaces redduntur. Ἀποπλῆκται autem pro paraplecticis sumuntur, & iis qui partium syderatione laborant, vt ἀποπληξία τοῦ μέρους dicitur Prorrh.2. & ἀποπληξίας ὅτι παῖς ἴδιος ἀποπλήξιας λιχμώσας μεταφέρουσι εἰς ἃς εἰς ἀκμὴν ἢ αἰσθήσιος μορίων πολὺ κατασκήπτει τὸ νόσημα, vt scribit Galenus.

* *Aph.40.44 & 51.lib.6.* " *Com.2. in Prorrh.*

480 Ἀποπληκτικοῖσιν αἱμορροΐδες ὑπογλομένῳ, χρήσιμον. ψύξιες δὲ καὶ ναρκώσιες, πονηρόν.

In syderatis succedentes hæmorrhoides vtiles, refrigerationes verò & torpores malum denunciant.

Apoplexiæ cùm ex atra bile fiant, vt scribit Galenus ad aph.56. & 57. libr.6. succedentes hæmorrhoides bono esse possunt. Aliqui etiam τῇ φλεγμονῇ ἀπόληψιν & venarum à crassiore & copiosiore sanguine interceptiones, quas apoplexiæ comitantur, haemor-

rhoides obtingentes leuare possunt. ῥύξιες autem & νυκτώσιες partis cuiusdam resolutionem minantur, ideóq; valde suspectæ sunt. Sic Prorrh.2. τὰ καῦσις ἢ κατὰ ῥυξίας ἢ ὀσφύϊ τε ἢ ἧπαρ σκελέων in Ischiade valde suspectat Hippocrates.

In syderatis ex magna spirandi molestia subortus sudor, mortem adfert. In his rursus si febris accedat, solutio contingit.

479 Ἐν τοῖσιν ἀποπληκτικοῖσιν ὅτι τῇ δυσφορίῃ τὸ πνεύμενος, ἱδρὼς ἐπιγιγνόμενος, θανασιμον. ἐν αὐτοῖσι πάλιν τὰ ἐναντία ἰὼ πυρετὸς ἐπιγίνηται, λύσις.

In apoplecticis (quos attonitos vocat Celsus) ex noxæ quam respirationi infert vehementia, discernitur affectionis magnitudo vt scribit Galenus lib.3.de loc.affect. " Cùm enim naturalem ordinem plurimum egreditur, magnam; cùm verò paulùm impedimenti est, paruam in cerebro noxam esse coniicere oportet. Ex quibus apoplexiæ gradus existimandi sunt. Sanè omnium pessima spiratio putanda est, quæ & intermittitur & magna cum vi trahitur, & vehementem apoplexiam facit: etsi maxima est & acutissima, a qua prohibetur spiratio. Vehemens quoque est, minus tamen, quibus neque intentus, neque violentus, inæqualis tamen atque inordinatus præterea que intermittens spiritus trahitur: sicuti in quibus aliquem seruat ordinem debilior existit. Hic igitur πνεύματος δυσφορείῳ vocat, intentam illam ac violentam, & magna cum vi ac intermissione factam spirationem, quæ fortem apoplexiam significat, & per stertorem indicatur aph.51. lib.6. & quam soluere nefas est. Sudor verò extremum naturæ conatum & oppressionem, maximamque imbecillitatem denotat. Febris autem apoplexiam soluere potest ex aph.5. libr.5.& 51.libr.6. " Cap.10.

Syderationes quæ repentè fiunt, si insuper febris exolutionis in modum contingat, quæ diutiùs trahat, perniciem minantur.

480 Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ὅτι πυρετιώσαντα χρόνῳ, ὀλέθρια.

Ex Prorrh.82. petita sententia, quæ illic Numenij filij exemplum additum habet. Vbi etiam Galenus λελυμένως ὅτι πυρετιώσαντα χρόνιος iungit, & βληχρὸν ἢ χρόνιον, ἀκόλουθα & θερμὸν πυρετὸν exponit. Meliùs tamen ἀποπληκτικὰ λελυμένως iunguntur, vt apoplexia moderata ac veluti sanabilis intelligatur vt scripsimus in Prorrh. Hic autem χρόνῳ pro χρονίως ponitur.

Quos ex aliqua ægritudine hydrops circumuenit, iis alui resiccatæ caprinis stercoribus similia deiiciunt, cum mucosa eliquatione, neque laudabili vrina. Præcordiorum autem distentiones, ventris dolores ac tumores, & circa laterum inanitates ac spinæ musculos dolores incidunt. Febres quoque, sitis, & tusses siccæ comitantur, & ad motiones spirandi molestia, & crurum grauitas. Cibos etiam auersantur, pauciq; sumptis, explentur.

481 Οἷσιν ἐκ ὑδρωπικῆς ἐξυδατώσεως ἀφεῖσα, τὰ τοῖσι χιλίαι ξηραὶ ἀπυρεταίδες ἔρχονται, μὴ ἀφεστηξὶν μυξώδεος καὶ ὑγροῦ ὑ καλοῦ. διατάσιές τε ἀφὶ ὑποχόνδρια, καὶ πόνοι καὶ ἐπάρματα ἀφὶ κοιλίῃ, καὶ πόνοι ἀφὶ κενεῶνας, & ἀφὶ τὰς ῥαχιαίους μύας ἀφιστάμενοι. πυρετοὶ τε καὶ δίψαι, καὶ βῆχες ξηραὶ ἀφαυαλυθυδεῖς, & δύσπνοοι ἀφὶ τὰς κινήσιας, καὶ σκελέων βαρύτης, σιτίων τε ἀφιστάμενοι & ἀφεστενεχάμενοι μικρὰ πλησιῶνται.

Quæ antea de hydrope in his præsagiis scripta sunt, ex Hippocratis Prognost. deducta, ordinem & tractationem acceperunt nunc verò permixtis inter se aquæ intercutis generibus, & cuiusque speciei attributionibus, confusa exoritur doctrina, huic tumultuariæ operæ admodum familiaris, ac velut nullo loco posita, personato tamen & mutato habitu, in orchestram venit. Aqua autem intercus quæ longo antecedente morbo fit, vt quæ longis febribus superuenit, admodum formidabilis est, vt scribit Paulus omnium pessima quæ ex acuto nascitur.

τοῖσι κοιλίαι ξηραὶ ἀπυρεταίδες] Indicium est ortæ à iecore aquæ inter cutem cum eoque conuenit' quod antea scripsit ex Prognostico, & ἡ κοιλίη ξηρὰ διαδίδωσι & ὑγρὸς ἀέναλος. Cuius rei rationem adfert Galenus in Progn.

μὴ ἀφεστηξὶν μυξώδεος] Hic ἀφίστηξιν μυξώδη vocat alui fluorem diutinum, cruda & mucosa non sine morsu effundentem, cùm ventriculi vel intestinorum, maximéque ieiuni vitio & totius mesenterij, vt phlegmone, iecur ipsum consensione quadam afficitur, & ad hydropem res deuenit, ac ab ilibus oritur (vt ex Hippocrate scribit Celsus) In hac autem aquæ inter cutem speciem cruda & incocta deiiciuntur alimenta, velut onere debilia intestina grauantia, corruptionemque ex inflammatione & bilis copia accipiunt, vnde morsum & naturæ ad excretionem contentionem habent, profluuiique diuturnitatem. Cùm verò neque dolorem leuent, neque tumorem, sed cum dolore & morsu excernantur propter inflammationem, rectè ἀφίστηξιν vocat, velut erosionem quandam & ex morsu eliquationem, quâ cruda, liquida & mucosa egeruntur. Videtur autem istud referri ad eam sententiam antea scriptam, in qua aluum perturbatam & mucosa egerentem, ad hydropem tendentem facit. Alioqui ἀφίστηξις ista solidarum partium colliquationem præ se fert, à febre hectica illiusque malignitate, & corporis atrophia ex viscerum corruptione vbi corpus totum exuccum & velut eliquatum contabescit. Vrinas verò quales in aqua intercute damnet, antea quoque scriptum est.

διατάσιές τε ἀφὶ ὑποχόνδρια] διατάσιες legi ex melioribus codicibus cum omnibus interpretibus, sententiamque continuaui, quam διατάσεις retineri potest, quòd per huiusmodi tumores materia intus contenta hypochondria quodammodo ab internis diuimat & seducat. Sunt autem communes quæ hic scribuntur hydropum affectiones, velut ventris tumores, dolores, hypochondriorum distensiones, sitis (in his maximè qui Ascite laborant) & ciborum fastidium, nisi ventriculi oltulum ex intempestiua frigidi potione refrigeratum fuerit, vt scribit Galenus libr.5. de loc.affect. febricula etiam comitatur assidua, lenta, ac ferè in totum primi ex hydropicis febriunt, vt scribit Aetius. Grauitas quoque ac totius corporis langor, color vitiosus, corpus laxum, pallidum & emortuo simile. Spirandi difficultas à cibo præcipuè, & distensiones etiam pauco ingesto ob plenitudinem & venarum tentionem. Quas affectiones his verbis Aretæus hydropicis in commune attribuit. "ξύμπασι δ' ὁμοῦ ξυνεστι ὠχρὸν, δύσνοια, ῥηϊδιη, ἀλγηδόνες, ἄλλοτε ἄλλοθι ἐοῦσαι, ὄκνος, πτυελὸς, ὀπόσοι. διὰ δὲ τὸ πεπιέσθαι τὴν βεγχὺν ἢ ἄφυσιν, φυσώδεες, διατάσιες ὡς ἐπὶ πλησμονῆς.

" Cap.1.lib.2. χρον. παθ. σημει.

Aquæ inter cutem vitio, cui leucophlegmatias nomen est, laborantes, alui profluuium sedat. Animi abiectiones cum silentio, & ab hominibus solitudines ferè eosconficiunt.

482 Τοὺς λευκοφλεγματιῶντας διάῤῥοια παύει. μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπόνοι θεωρίαι, ὅτι ἐκ ὡς αὐτῶν καὶ περγασικαί.

Leucophlegmatias nomen Celsi exemplo retinuimus. Vehemens autem & diuturnum alui profluuium esse oportet, ex aph.2 lib.7. vnde ductum est hoc præsagium. Hanc in sententiâ scripsit Hippocrates lib.1.de Morbis, ὑφύδρῳ καὶ πολλῷ ὠδε ἐόντι λευκοῦ φλέγματος ἰχωρώδη. Ταραχθεῖσα ἡ κοιλίη ἰχῶρος, ἀγαθόν. In hoc verò alui profluuio cruditatem antea damnauit, vbi hæc sententia aduumbrata est & à nobis confirmata. Quod sequitur etsi magna ex parte disiunctum scribitur, connecti tamen oportere videtur. Vbi Iudd, αὐτῶν περγασικαί, ambiguam habet significationem. Incertum nanque num ad causam referatur, & animi abiectionem cum silentio, & hominum auersationem ac fugam (quæ melancholici humoris signa sunt) ad hydropem efficiendum ponat, quæ tamen rara causa est, ideóque ὅπεικῶς ab authore adscribitur. Potest & ad ægritudinis modum aut mores accommodari, & periculum circumscribere, quod animi desponsiones ac solitudines huiusmodi ægros conficiant ac opprimant. Quinetiam αὐτῶν περγασικαί intelligi potest, quod eos exerceant, profligent, & conficiant, velut περγασμένος exercitatus, confectus & profligatus dicitur. Quam in rem eleganter ab Aretæo scriptum est his verbis cap.1. libr.2. περὶ χρον. παθ. σημείω. ὅτι ὃ τοῖσι αὐτὰ σάρκα καὶ τὰ φλεγματώδη οἱ ἄφυκτα χρῶνται. ὑπνοι βαρέες, νωθροὶ, σμικροὶ, ἀψυχίη, σμικρολογίη, φιλοζωίη, καρτερίη καὶ ἀπ' εὐθυμίης καὶ εὐελπιστίης, ὅκως τοῖσι ἐν δυστυχίῃ, ἢ ὀξ α

τὸν τῦ πάθους. Has autem omnes quas expressimus τὰς κατηρεμίζεσας notiones, vno vt potuimus (conficiendi) verbo concluſimus.

483 Οἷσι φόβου μὴ καταψύξιος ἀξίσανται, πυρετοὶ μεθ' ἱδρώτων, καὶ ὕπνοι ἀπὸ παύσεως τοῦ λύοντος.

Quibus vehemens mentis emotio ex metu cum perfrictione contingit, febres cum ſudoribus & ſomni ſermonem omnino intercipientes hæc ſoluunt.

Ex dictione inſolenti & affectata de induſtria, obſcurata eſt ſententia. Primum φόβος pro ἐκφόβῳ poſitum, & alia hanc ſimili phraſis huic authori vſurpata. Deinde οἱ παύσεως ὕπνοι quinam dicantur non ſatis conſtat, & inſolens dictio ſcriptionis fidem ſuſpectam. Quam tamen ex codicum pluralitate ſecuti, ſomnos ſermonem omninò intercipientes, hoc eſt, tranquillos, profundos, & minimè turbulentos diximus, quibus ſolui velit mentis emotionem ex metu cum perfrictione & febre, celeritatis ſudoribus vt κρίσεως legibus. Etſi ἄυσεως potiùs quam παύσεως legendum cenſemus, cum ἄυσις & ἄφωνον ſignificet Heſychio. Cornarius ἀπαύσεως ὕπνοι legit ex coniectura fortè potius quàm vllorum codicum lectione, & ſomnos aliquantulam vocem intercipientes dixit, cùm loquelam intercipientes dicere debuerit. Eſt enim ἄυσεως aliud quàm ἄφωνος apud Hippocratem, vt noſtris in libr. 3. Epid. Annotat. & verò pleniùs in noſtra Œconomia ſcripſimus. Somni igitur aliquantulum ſine voce intelligi poſſunt profundi, alti, & in quibus nulli ſermones, nulla vox, nullæ vociferationes, clamores, aut eiulationes exaudiuntur. Qui etiam ſanè velut ſudores ipſi ſolutionis criticæ cautionem inire poſſunt. Sunt qui pro παύσεως, νήδυμοι legant, vt ſint νήδυμοι ὕπνοι profundi ſomni & alti. Quæ dictio Homero familiaris eſt, & νήδυμος, ὑδὺ καὶ βαθὺ Heſychio exponitur.

484 Ἐκ μανίης ἐς βράγχον μὴ βηχὸς ἀπόστασις.

Ex inſania in rauedinem cum tuſſi fit ſeceſſio.

Idq; ex humoris tranſpoſitu contingit, & κατ' ἀπόστασιν ἀπόστασις iſta fieri ſolet. Hic nanque ἀπόστασις (vt aliàs ſæpè) μετάστασιν ἐξ ἑτέρου τοπίματος εἰ ἕτερον ſignificat, velut ἀποστάσεις εἰς ὀφθαλμίαν & ἀποστάσῃς εἰς παρωτίδες dicit Hippocrates, quod alias ſcripſimus.

Lib. 1. epid.

485 Ἐν τοῖσι μανικοῦσι ἄπασμὸς παρεσηκὼς, ἀμαυρώσιν ἴσχει.

Inſanientibus accedens conuulſio, oculorum aciem retundit.

ἀμαύρωσις Hippocrati non niſi oculis hebeſcentibus attribuitur & obtuſis. Par eſt igitur in inſanientibus & furioſis reſiccato calore neruorum principio, conuulſione oculorum aciem hebeſcere ac retundi. Quod quam ſit damnandum in morbis præcipitibus ſatis teſtatur Hippocr. lib. 6. Epid. In aphoriſmis quoque ab humore melancholico ἀποσκήψεις. vt hic etiam ſuſpectat, & cæcitates fieri ſcribit. Hoc verò loco ἀμαύρωσιν extinctionem ægri & exitium ex natura rerum accipit Præceptor Hollerius. Qua notione certè mihi diſſipationem dixiſſe videtur Cornarius.

486 Αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες ὀξὺ ἠπιάζουσαι, ὄμμασι παραβλέπουσαι, πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσι, ὀλέθριαι. ποιοῦσαι δὲ παραπληξικὰ χρήματα. ἀτὰρ καὶ ὀκμαὶ ὀνίσκουσι. οἷσι δὲ ὑπὸ γαστρὸς κοιλίης ὕδατι πρήθεται, τοῖσι χρίσιν μέλαινα διέρχεται.

Vehementes mentis emotiones ſilentes, abſque quiete, oculis quoquouerſum intuentes ſpiritum efflantes, perniciem minantur, diuturnas verò faciunt partium reſolutiones. Quinetiam vehementer inſaniunt hoc modo affecti. Quibus autem cum ventris perturbatione huiuſmodi affectus ingraueſcunt, iis nigra per aluum ad iudicationem prodeunt.

Iſtud obſeruationem habet empiricam, ac ferè conſentit cum ſent. 64. & 65. antea hoc Prognoſtico deſcriptis. Hæ vero vehementes mentis emotiones taciturnæ & ſilentes, neque tamen quieſcentes, ſed μὴ ἀρυθμὸν & inordinato corporis motu, manuum geſticulatione & calcitratione, melancholicas inſanias ſuſpectant, ex bilioſi humoris exaſtatione. Poſſunt autem leues partium ſi derationes ex humorum tranſpoſitu contingere, idque depoſitionis quadam ratione, velut nigrorum ſeceſſus cum alui perturbatione ad iudicationem tendentes grauiſſimos caſus liberant. Quod verò dicitur ὄμμασι παραβλέπουσαι, ſuo more morbo attribuit quod ægros afficit, idque inſaniam indicat & inconſtantem oculorum motum quoquouerſum circumſpicientium denotat. πνεῦμα etiam ἔξω ἀναφέρουσι ſpiritum efflantes ſignificat, quos antea ἐκφυσῶντας dixit, qui ex concepto intus incendio magnam ſpiritus copiam expiratione efflant. Etſi nonnulli ad ſpirationem magnam & raram delirij propriam non malè referunt. Hic autem in magna exemplarium varietate, pluralitatem ſecuti ſumus, & παύσεσι, non παύσει, cum Cornario legimus.

487 Οἷσιν ὑγιαίνουσι χειμῶνος ἐόντος περὶ τὰ ὀσφύα ψυχρότης καὶ βάρος ἀπὸ βραχείης παρεφάσιος, & κοιλίης ἔπισχεσις, ἢ αὖθι καλῶς ὑποστρέψῃς, ἰσχιὰς, ἢ ἑφρῶν πόνος, ἢ στραγγουρίης ἆχθος αὐτοῖσι γένηται.

Si per ſanitatem hyemis tempore lumborum frigiditas & grauitas leui ex occaſione orta ſit, & alui ſuppreſſio, ſuperiore ventre probe officio ſuo fungente, coxendicum, vel renum dolor, aut vrinæ ſtillatio fortè expectanda eſt.

Humorum in lumbos decubitus qualitate aut copia noxiorum, grauitatem & frigiditatem infert, & ferè coxendicum laborem minatur, aut renum dolores, & vrinæ ſtillicidium, ſi per vrinæ vias deducta humorum multitudo, craſſitudine ſua reſtitet, aut noxia qualitate veſicam vrgeat. Poteſt etiam merito quodam colicus labor ex loci vicinia ſperari, & id in dies contingere videmus. Neque id ſolum hyemis tempeſtate, ſed ſi quouis tempore contingat, præcipuè tamen hyeme, aëris ambientis & frigoris, humoriſq; eo tempore redundantis ratione.

488 Οἷσι τὰ κάτω κακῶται, κνησμῶν ἐγγενομένων ἔμπροσθεν ἰσχυρῶν, τάσιν ἀμμώδεα ἔχειν τὴν οὖρα, καὶ ἐφίστασθαι. τοῖσι δὲ ὀλεθρίοισιν αὐτῶν ἡ διάνοια ἀποναρκᾷ.

Quibus inferiores partes malè afficiuntur, vehementibus pruritibus priùs obortis, iis vrina fabuloſa fit & ſubſiſtit. At qui perniciosè habent, iis mens obtorpeſcit.

Indefinita eſt ſententia, neque enim ſatis compertum eſt quaſnam partes inferiores intelligat, nec ſatis expreſſum quonam vitio affici ſentiat. Vero tamen eſt ſimile partes inferiores renes pertingentes, lumbos & coxendicem ſubaudiri, quas in renum calculis fabuloſa vrina grauari, morderi, tundi ac premi contingit. Neque verò etiam neceſſe eſt vehementes pruritus antecedere, niſi illarum partium morſus ac coxendicis grauitatem, dolorem ac ſtuporem capiat. Sic ſubſidere vrinam ac ſupprimi à calculo crebro contingit. Quòd autem mens obtorpeſcat, id non niſi morti iam vicinis ex ſuppreſſa vrina & extincto calore natiuo emortuis ac ſpiritis ſenſibus animaduertitur, ac in his qui ex vrinæ ſuppreſſione perniciosè habent, ſublatis ſurſum vaporibus & oppreſſis vitalibus viſceribus, grauari cerebrum ſæpe videtur, & ſenſationes quodammodo obſtupeſcere, indeque præſentiſſimum vitæ periculum colligitur.

489 Οἱ τὰ ἄρθρα φλυκταινώδεσι ὀξέσι ἔχουσιν ὑπερυθήμασι, ὑπερρηγώσαντες, ὑπὸ κοιλίας καὶ βουβῶνας διαφοινίσσονται, οἷα πληγῆσιν ἐπωδυνώδεσι, & ἀποθνήσκουσι.

Quibus ad articulos prærubræ puſtulæ ſuperficiales enatæ ſunt, ac ſubinde rigent iis velut ex acceptis plagis cum dolore venter & inguina rubeſcunt, & pereunt.

Huiuſmodi puſtulæ exanthematum genere cenſentur & valde ſuſpectas habent notas, quæ alia peſtilente cœlo in morbis popularibus grauantibus paſſim animaduertuntur, & venenatæ materiæ indicia præ ſe ferunt. Sic ἐρυθήματα in febribus crebrò damnat Hippocrates & ἐξανθήματα οἷα κώνωπων velut culicum morſus ac puncturas toto corpore enaſcentes, in morbis popularibus valde ſuſpectas habet, velut in fullone Syrio ac Pherecyde, & Euphranoris filio apparet lib. 7. Epid. Atque hæc aliquando ſine vlcere apparet, & vibices velut acceptis verberibus præ ſe ferunt, vnde μώλωπες cuncturi: interdum etiam vlcus & cruſtam faciunt.

In morbo regio affectis, nec admodum sentientibus, quibus singultus adest, iis aluus effunditur, fortè verò etiam supprimitur, atq; hi cum virore pallescũt.

490 Τὰ ἰκτερώδεα, ὁ πόνου μὴ ἐπαισθανόμενα. οἷσι λύγξες κοιλίαι καταῤῥήγνυνται. ἴσως ὃ καὶ ὑπόστασις. ὅτι ἐκχλοιοῦνται. A

Sumpta ex Prorrh. 154. sententia paucis quibusdam immutatis. Raræ autem sunt in ictericis affectiones adscriptæ, singultus, sensus hebetudo, ac stupor, & alui effusio, & vt diuersam à morbo regio habent, naturam, ita si quando accidant, periculum creant, vt symptomatum huiusmodi concursio in Hermippo satis indicat ex Prorrh. & Hermocrate lib. 3. Epid. Sic ἡ ὑπὸ ἰκτέρου μάρωσις καὶ νὴ (vt antea hoc in Prognostico est ex Prorrh. adscriptum) quam νωθρότητα, stupiditatem ac sensuum tarditatem interpretatur Galenus. Alui verò suppressio vt ictericis est familiaris, ita & ex bilis refusione cum virore pallescens color, qui & ex insigni viscerum obstructione in cachexia laborantibus sæpe visitur, & per ἐκχλοιῶδες Hippocrati significatur, quod idem est ac χλωραίνεσθαι, vt χλὼς, χλωρότης, ἡ χλοῶδες, χλωρὸν dicitur, vt aliàs scripsimus ex Galeno. Hic autem color à bile pallida & crocea in auruginosis ex viridi B subluteus conspicitur, atque huius argumentum in oculis proditur, qui promptè colorem ex virore pallescentem imbuunt, quos herbeos dixit Plautus in Curculione. At in Prorrh. ἐκλύονται pro ἐκχλοιοῦται legitur, ex vocis affinitate aut rei consecutione, quemadmodum aliàs sæpe pro ἐκχλοιῶσθαι ἐκλύεσθαι scribitur apud Hippocratem, & id per ἔκλυσιν exponit Galenus, quod sit hepaticum symptoma, vt idem scribit Com. 3. in Prorrhet. & nos aliàs fusiùs expressimus. Hìc autem χλοιῶν pro ἐκχλοιοῦν videtur legere Gal. in exegesi vocum Hipp. & pro χλωραίνον positum esse scribit.

Lateris dolores in febribus leuiter firmatos, & absque vlla significatione, venæ sectio lædit, siue auersum à cibis animum, siue sublata præcordia æger habeat. Quinetiam in corporis perfrictione torpescentes non sine febre, sanguinis detractio lædit, & cùm videantur leuiùs habere moriuntur.

491 Τὰ κατὰ πλευρὴν ἀγνήματα ἐν πυρετοῖσιν ἰσχνῶς ἐσηκότα, ἄσημα, φλεβοτομίη βλάπτει, κἢν ἀπόσιτος ᾖ, κἢν ὑποχόνδριον μετέωρον. καὶ ἐν καταψύξει, ὁκόσοι ἀπύρετοι νευροθρυμμένοι αἵματος ἀφαίρεσις βλάπτει. καὶ διακέοντες ὑπὸ ῥιγεϊκέτεος ἔχθη, ὅτι θνήσκουσι. C

Leues videtur intelligere laterum dolores & à flatibus ortos, tenuantibus & discutientibus medicamentis sedari posse, & phlebotomia lædi. Sed obscura est phrasis & insolens, ac de industria quadàm huius Prognostici authori affectata. ἀγνήματα nanque ἰσχνῶς ἐσηκότα intelligere videtur, leuiter consistentes ac firmatos dolores, leues, nec ita fixos ac stabiles, quemadmodum in Prorrh. dicuntur τὰ ἀφαῖρεσιν ἔχοντα πλευρὸν ἀγνήματα, aut τὰ ἰσχνὰ λεπτὸν ἀγνήματα, τὰ δὲ σμικρὸν γινόμενα, τυτέστι τὰ ἀδεᾶ, vt exponit Galenus. ἄσημα verò vocat leuem de se significationem præ se ferentes dolores, neque effatu dignos: Aut certè ἄσημα ἰσχνῶς ἐσηκότα simul iuncta, ἀσήμως ἰσχναθέντα (velut antea dixit) subintelligit, aut ἀσαφῶς ἢ ἄνευ σαφάσιος ἀφανισθέντα, absque vlla significatione euanescentes & disparentes dolores, velut πλευρὸν ἄγνημα ἀλόγως ἀφανισθέν, temerè & præter rationem enascentem lateris dolorem in Prognostico scribit. Quod sequitur de perfrigeratis & torpescentibus, non temerè esse adhibendam sanguinis missionem his casibus consulit, vbi frigidæ materiæ copia stupefacti sunt sensus, & totum corpus perfrixit, quod etiam est antea hoc præsagio significatum. ἐκ ἀπύρου autem addit, velut in Prorrh. ἔκ τε ψύξιος μὴ ἀπύρου dicuntur. Exemplaria quædam βλάπτει pro βλάπτει habent, quod est minutum. I

Caput, pedes & manus frigidas esse, ventre & lateribus calentibus, mali morbi signum est. Optimum verò totum corpus æquè calidum & molle esse.

492 Κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ χεῖρας καταψύξαι, κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, κακόν. βέλτιον δὲ πᾶν ὁμοίως τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν.

Id de morbis acutis intelligi satis patet ex Prognostico, vnde hic totus locus desumptus est. Et per totam Hippocratis OEconomiam ἀκροτελεύτιον ψύξις damnatur, vt aphorism. 1. & 26. lib. 7. & 48. lib. 4. Celsus hunc locum ex Prognostico suo more ingenio indulgens, sic vertit, Mali etiam morbi signum est, caput & pedes manusque calidas habere, ventre & latere frigentibus, aut frigidas extremas partes, acuto morbo vrgente. Idem quoque in valetudinis tutæ signis reponit, corpus quod æqualiter molle & calidum est. " *Cap. 4. lib. 2.*

Ægrum quoque facile conuerti oportet, & dum surgit leuem esse. At grauitas quæ totum corpus, vel manus ac pedes premit, vitiosa est. Quod si cum grauitate digiti quoque ac vngues liuidi fiant, in propinquo mors est. At si omnino nigrescant, minus quam liuentes periculum portendunt. Verùm tunc reliqua consideranda sunt. Etenim si facilè morbum sustinet æger, & aliud quiddam ex his quæ securitatem pollicentur se prodit, morbus in abscessum vergit, & denigratæ corporis partes decidunt.

493 Στρέφεσθαι ὃ ῥηϊδίως χρὴ καὶ νοσέοντα, καὶ ὅσοι τοῖσι μετεωρισμοῖσιν βλαφθῆναι εἰώθασι, βαρύτης δὲ ὅλου τοῦ σώματος, καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ βαρέος πέλιοι γίγνονται οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ ὄνυχες, πλησίον ὁ θάνατος. μελανόμενα δὲ πάντελῶς, ἧσσον ὀλέθρια τῶν πελίων. ἄλλα δὲ λοιπὰ θεωρέειν. ἢν μὲν γὰρ εὐπετέως φέρῃ τὸ νόσημα, καὶ ἀνὴρ ἢ τῶν χρησίμων ἐπιδεικνύῃ τι, νόσημα ἐς ἀπόστασιν τρέπεται, καὶ τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπίπτει.

μετεωρισμοὶ ὀξέων ἀσθενείας exponit Galenus in Prognost. ægrorum exurrectiones, dum se erigunt & attollunt.

Testiculi pudendumq; retractũ, malũ denunciant.

494 Ὄρχεις μὲν αἰδοῖον ἀνεσπασμένα πονηρὸν σημαίνει.

ὀρχὶς ἐντεθεὶς κενικὸν Hippocrati." At hæc contractio ac reuulsio facultatis vitalis ac animalis extinctionem & resiccationem aut resolutionem significat, vt patet ex Prognostico.

" *Lib. de rat. vict. in morb. acut.*

Flatum verò absque crepitus sono emitti, inter optima signa est. Præstat tamen cum strepitu prodire quam illic reuolui: Quanquam hoc pacto prodiens, dolorem & delirium denunciat, nisi sua sponte id æger fecerit & flatum emiserit.

495 Φῦσαν ὃ ἀνὴρ ψόφῳ περδήσιος διεξιέναι, βέλτιον. κρέσσον ὃ μὲν σὺν ψόφῳ διίζειν, ἢ αὐτὸν ἀνειλέεσθαι. καὶ τοι τοῦτον διίζουσα, σημαίνει πονηρὸν καὶ παραφρονέοντα, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιέηται τὴν ἄφεσιν τοῦ φύσης.

Et hic quoque locus ex Prognostico sumptus est. Etsi verò constare potest lectio ἄνευ ψόφου περδήσιος, vt sit absque crepitus strepitu, quod legunt omnia exemplaria, tamen ἄνευ ψόφου καὶ περδήσιος ex Prognostico malim: non secus ac paulò post, σημαίνει πόνον καὶ παραφρονεῦντα lego, vbi exemplaria πονηρὸν habent. Quod etsi retineri potest, vt pernicies & delirium denuncietur, cuiuis tamen patet priorem lectionem esse germanam. Idem est iudicium in eo quod sequitur, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιέηται, quod legunt omnia exemplaria, cum Prognostico tamen melius legatur, ὅταν ποιέηται τὴν ἄφεσιν τοῦ φύσης. H

Vlcus liuidum & aridum, aut pallidum effectum, mortem indicat.

496 Ἕλκος πέλιον καὶ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γινόμενον, θανάσιμον.

Etsi χλωρὸν apud Hippocratem passim ex virore pallescens significat, hìc tamen pallidum indicare satis apparet ex Prognostico quod illic ὠχρὸν hic χλωρὸν posuerit, & ex Galeni Commentario, qui etiam χλωρὸν αὖτη τῇ ὠχρᾷ positum agnoscit, & ex Celso quoque qui pallidum vertit. Porro vlcera liuida quomodo mortem præsagiant indicat Hippocrates lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, & libr. Capitis vulneribus.

497 Ἀνάκλισις βελτίστη μὲν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῶν ὑγιαινόντων. ὕπτιον δὲ κεῖσθαι, τὰ σκέλεα ἐκτεταμμένον, οὐκ ἀσφαλές. εἰ δὲ καὶ παρρέοι τοῦ σπέρματος ὅπῃ πόδας, κεῖσθαι, θανάσιμον· καὶ κεχηνέναι, καὶ καθεύδειν ἀεί. καὶ τὰ σκέλεα ὕπτιον κειμένου συγκεκαμμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα. ὃ δὴ ὅτι μάλιστα κεῖσθαι οἵοισι μὴ σιτίοντες, τοῦτο διαφορησίαν σημαίνει, καὶ πόνους περὶ κοιλίην. πόδας δὲ γυμνοὺς ἔχειν καὶ χεῖρας, μὴ θερμὸν ἐόντα ἰσχυρῶς, καὶ τὰ σκέλεα διαῤῥῖφθαι, κακόν. δύσπνοιν γὰρ σημαίνει. ἀναθρῴζειν δὲ βέλτιον, κακὸν ἐν τοῖσιν ὀξέσι. κεχίστον δὲ ἐπὶ πλεῖστον μενιγξίσι, καθεύδειν δὲ χρὴ τὴν νύκτα, τὴν δὲ ἡμέρην ἐγρηγορέναι. ὃ δὴ ἀναλγίον, πονηρόν. ἥκιστα δὲ αὖ βλάπτει ὁ περὶ κοιμήσιος ἕως τοῦ τρίτου τῆς ἡμέρης. ④ ὃ μὴ τοῦτο ὕπνοι, πονηρόν. κάκιστον δὲ μὴ καθεύδειν, μήτε ἡμέρης, μήτε νυκτός. ἢ γὰρ ἐκ τοῦ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνοίη αὖ, ἢ παραφρονήσει ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου.

Optimus ille quidem iacentis habitus, quem sanus aliquis vsurpare consueuit. Supinum vero iacere cruribus porrectis, probari non potest. Id quoque deterius vbi subinde deorsum ad pedes prolabitur. Exitiosum est vbi hiat, aut assiduè dormit. Aut vbi supinus iacet cruribus vehementer contractis ac reductis. Pronum autem iacere ei qui non consueuit, deliriũ aut circa ventrem dolores portendit. Quod si pedes & manus nudat, neq; vehemẽs calor ei subest, & crura dispergit, mali morbi signum est, angorem nanq; portendit. Vbi verò residere vult æger, malum quidẽ indicium in acutis morbis, sed longè pessimũ in pulmonum & laterum affectibus. Noctu dormiendũ, interdiu vigilandum, contra verò malum. Minimum autem offendit, si quis matutino tempore ad tertiam diei partem dormiat. Qui vero ab hoc tempore somnus est, malus. Pessimum tamen est si somnus neque noctu neque interdiu accedit. Id enim ob dolorem laboremq; accidit, vel delirium fore significatur.

εἰ δὲ καὶ παρρέοι ὁ σπέρματος] Celsum secutus, deorsum delabi ad pedes, idem ac pronum, dixi. Sic enim illud ex "Prognostico vertit. " *Cap.6. lib.2.*

καὶ κεχηνέναι καὶ καθεύδειν ἀεί] In Prognostico hiantem assiduè dormire damnatur. Sed & hiantem, & assiduè dormientem exitio esse, ex quibusdam exemplaribus agnouit Galenus. Quem sensum sequitur huius Præsagij author. Celsus quoque dum scripsit, vbi hiat, vbi assiduè dormit. † Et de somno agens, Æquè verò signum malum est, etiam somno vltra debitum vrgeri, peiusque quo magis se sopor interdiu noctuque continuat. † *Cap.4.lib.2.*

σκέλεα ξυγκεκαμμένα] Genua contracta dixit Celsus, quod crura non nisi curuatis genibus contrahi possint. διαπεπλεγμένα verò reducta dixi, quod dispersa ac diducta, & à se inuicem distantia significent, cùm Galenus τὰ μέχρι πολλοῦ διεστῶτα σημαίνειν scribat, & ἐν ταῖς γλώσσαις διαπεπλεγμένα (etsi aliunde natum est) τὰ ὅτι πολυτρόπως πως πλεκόμενα διεστῶτα exponit, non secus ac ἐκπεπλέχθαι & διαπεπλέχθαι lib.6.Epid. & τὰ ἐκπεπλεγμένα ὅτι τῶν πολὺ διεστώτων σκελῶν lib.de fracturis.

καὶ τὰ σκέλεα διαῤῥῖφθαι] In Prognostico αἰωρώδεως διαῤῥιμμένα σκέλεα dicuntur, quod Celsus inæqualiter dispergere dixit. Sunt enim crura dispersa & dilecta, velut prostrata, omni robore exoluto. ῥῖψις nanque eam proiectionem significat, qua corpus prostratum est, velut exanime & emortuum, exolutis viribus omnibus & deiectis. Qua dictione vtitur Hippocrates libro περὶ χυμῶν. ἐῤῥῖφθαι verò & καπτικῶσθαι ea ratione, differre inter se qua καταπίπτειν & καπτικῶσθαι scribitur à Galeno libr. de Tremore palpitat.&c.

ἀναθρῴζειν] Residere Celsus dixit, quod est erectum sedere velle, & illud in morbi vigore vehementem spirandi difficultatem, aut inquietem corporis iactationem, aut delirium portendit.

καθεύδειν δὲ χρὴ] Integra est sententia in Prognostico, quam eleganter Celsus vertit cap.4.libr.2. hic verò concisa est & defecta.

498 Οἷσιν κρόταφος πάμπαν τέτηται, σπασμὸς ἐκ τῶν ἀναλίων τὴν ὄψιν ὀπτήνεται.

Quibus tempora secantur, iis ex aduersa sectionis parte conuulsio contingit.

Hic locus multa ad chirurgiam pertinentia tractat. Digna autem Hippocratis doctrina hæc sententia & ex media eius OEconomia tracta est. Nam in capitis sectionibus tempora cauet, & temporum vulnera ac diruptiones, conuulsiones & sopores accersunt, vt antea scriptum est hoc Præsagio. Quod etiam indicatur libr. de vulner.cap.his verbis, Τάμνειν δὲ κεφαλὴν, τὰ μὲν ἄλλα ἢ πᾶσαν κεφαλὴν ἀσφαλείην ἔχει τεμνόμενα. ἢν δὲ κρόταφον, καὶ αἰωδέα ἐπὶ τὸ κροτάφου, καὶ τοῦ φλέβα τοῦ ἀπὸ τοῦ κροτάφου φερομένου, τότε δὲ τὸ χωρίον μὴ τάμνειν σπασμὸς γὰρ ἐπιλαμβάνει ἢ τιμωρίη. In Prorrhetico quoque, ἀρά γε καὶ ἐκ τοῦδε κρίνουσιν ὀφθαλμοὶ σπασμὸν ὑπολείποντα; Tempora nanque ob cerebri viciniam, promptè conuulsiones & reliquas noxias sentiunt. Quod etiam scribitur libro περὶ ἀφόρων, ὁκόσοι μὲν αὖ ἐν σπασμοῖσι καὶ τετάνοισι, τοῦτο κρῆσσον τὸ ἄφορον ὑποσημαίνει σωτηριωδέστερον. ἔτι δὲ πλησιαίτεροι καὶ καρῶδες αἱ κροτοφίτιδες γίνονται, ἔτι ἐν ἄλλῳ λόγῳ ῥηθήσεται. quem locum adducit Galenus Com.3.in Prorrhet. Hæc verò conuulsio longè alia est quam quæ ex capitis vulneribus accidit, quæ etiam vt ex altera sectionis parte contingat, disertè scribitur lib. de capitis vulneribus, καὶ ὧν μὲν ἐπ' ἀριστερὰ ἡ κεφαλὴς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ὑπὸ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς λαμβάνει. ὧν δ' ἐν τῷ ὑπὸ δεξιὰ ἡ κεφαλὴς ἔχῃ τι ἕλκος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς ὑπολαμβάνει. Ic quoque ancillæ in Omilo libr.5. Epidem. ex capitis vulnere conuulsio contigit. σπασμὸς δὲ χεῖρα τὴν ἀριστερὴν ὑπελάμβανεν. ἐν δὲ τοῖσι ἐξοίσω αὖθις ἔχει τὸ ἕλκος.

499 Ὅσοισιν αὖ ὁ ἐγκέφαλος σειωθῇ, καὶ πονέσῃ πλησίως, ἢ ἀμόθεν πίπτοισι, παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ τε ὁρῶσιν, ὅτε ἀκούοισι, καὶ τὰ πολλὰ ὑπόσχεσιν.

Quibus concussum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo casu, his illico vox deficit, neque vident, neque audiunt, feréque intereunt.

Ex Aphorismo 58. libr.7. perita sententia, quæ integra disertè expressa est libr.1.de Morb. ὧν ὁ ἐγκέφαλος σειωθῇ τι ἢ πονέσῃ πλησίως, ἄφωνον παραχρῆμα ἡμῖν ἄγει, ἢ μάτην ὁρᾷ μάτην ἀκούει. Fit autem concussio aut ex casu aliquo ex editioribus locis, aut plaga insigni (quam etiam consequitur ἔκπληξις καὶ παραφροσύνη, periculumque denunciat.ex aphorism.14. libr.7.) aut capite ad durum aliquod illisio, aut telo aliquo obtuso percussio. Sic qui lapide in caput à Macedone percussus est libr.5. Epidem. ἔπεσε, ἔσωσε δὲ, ἔκλυεν οὐδὲν ὑγιές, οὐδὲ ὁρόωνα, quæ sunt insignis vulneris & cerebri appetiti non leuia indicia. Interdum contractio aut conuulsio contingit, & tunc nulla vitæ spes est.

500 Οἷς ἐγκέφαλος ὑπεώσκεται, πυρετὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ χολῆς ἔμετος ὀπτήνεται, καὶ ἀποπληξίη σώμασος, ὀλέθριοι ④ τοιοῦτοι.

Ex cerebri vulnere, febris vt plurimùm, ac bilis vomitus succedit, & corporis resolutio, iisque perniciosè habent.

Hi quoque casus insignia capitis vulnera sequuntur, quæ membrana aut cerebrum attingunt, vt patet ex aphorism.50. lib.6. & lib.1.de Morbis scribitur, vnde expressa videtur hæc sententia. ὧν τρωθῇ (ὁ ἐγκέφαλος) πυρετὸν τὸ ὀπτήμενος, καὶ χολῆς ἔμετον καὶ ἀποτλασιν τοῦ σώματος ἡμῖν, ἢ ἀποπληξίαν. Quod autem in capitis vulneribus bilis vomitione refundatur, (χολώσιας vocat Galenus) id & insignibus capitis vulneribus ex ventriculi consensione contingere scribit Galenus. * Corporis etiam stuporem, aut alicuius partis sideration (ἀποπληξίαν vocat) & febrem, in huiusmodi casibus mortis adferre periculum scribit Hippocrates lib. de Cap. vulneribus, & Prorrh.2. & Celsus cap.4.lib.8. vt & ἔκπληξις vulneribus capitis adscribitur aph.14.lib.7.

* *Cap.3. de loc.aff.*

Ossium capitis fracturæ cognitu difficillimæ, quæ circa futuras sunt. Fiunt autē potissimum à grauibus ac rotundis telis, aut ex his quæ ex opposito ferūtur, neq; ex plano. At ossa, de quibus fissa sint nec ne ambigitur, sic discernas, si in vtranq; maxillam albucum aut ferulam manducandā exhibueris, atque animum aduertere iusseris, num os aliquod strepere videatur, confracta nanq; strepere vidētur. At processu tēporis, fissa quidem septimo die, partim verò decimoquarto, partim etiam aliàs, sui significationem edunt. Nam caro ab osse abscedit, aut os liuescit, aut dolores ex saniei influxu excitantur, eaq;ia remediis ęgrè cedūt.

501 Τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων, χαλεπώτατον γνῶναι τὰ ἐν τῇσι ῥαφῇσι ῥηγνύμενα. ῥήγνυται δὲ ὑπὸ τῶν βαρέων καὶ στρογγύλων βελέων μάλιστα, καὶ ἐκ τῆς ἐξ ἐναντίου φερομένων, καὶ μὴ ἐξ ἰσοπέδου. Τὰ δ' ἀπορεύμενα, πότερον ἔρρωγεν ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ, ἁφὰς μασσᾶσθαι διδόντα ἐφ' ἑκατέρῳ τῷ σιηθέϊ. αὐξάνεται, ἢ ναρκᾷ, καὶ προσέχειν κελεύειν, ἔστι φοφὴν αὐτῷ δοκεῖν ὑπὸ τοῦ ὀστέου. Τὰ γὰρ κατεηγότα δοκεῖ φοφεῖν. προσιόντος δὲ τοῦ χρόνου τὰ ἐρρωγότα μᾶλλον ζῇ τοῦ ὑγιοῦς, τὸ δὲ ὅλως ἀφισταται. τῆς τε γὰρ σαρκὸς ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ ὀστέου γίνεται, καὶ τὸ ὀστέον πελιὸν καὶ πόνοι, ἰχῶρων ἐπιῤῥεόντων. γίνεται δὲ ταῦτα ἤδη δυσοιδήματα.

In capitis vulneribus, quæ ad futuras fiunt, periculo non carent, in quibus præcisio, aut teli sedes, aut fractura, aut etiam fissura plærunque fallit, nec nisi ab exercitato diligenti industria deprehendi potest, ex quo errore prætermissa sectio, ægrum perfundat. Quod sibi accidisse in Autonomo non temerè fatetur " Hippocrates, more magnorum virorum & fiduciam magnatum rerum habentium vt scribit Celsus. Quò certè magis diligentem & industrium medicum esse oportet in capitis vulneribus, quæ futuras attingunt, quod longè ante seculis à nostro Medicinæ parente, magna mentis sagacitate periculum prouisum est, & hac sententia cautio rectè adhibita, quæ ex libello de Capitis vulneribus expressa, suam tuetur fidem & authoritatem. Locus integer apponendus, tum quod ad eam rem quam quærimus plurimum faciat, tum quod mendosè passim circumferatur. ὅτ' αὖ τύχῃ φιλωδὲς τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ἐὸν τῷ βέλεος, ἢ τύχῃ κατ' αὐτὰς τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενον τὸ ἕλκος, χαλεπὸν γίνεται ἢ τῷ ἔδρῃ τῷ βέλεος φράξαι τῷ ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὸν γενομένῳ εἴτ' ἔνεστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μή ἔστιν. διὸτε τύχῃ γινόμενον ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι. συγκλείεται γὰρ αὐτῇ ἡ ῥαφὴ τραχυτέρη ἐοῦσα τῶ ἄλλῃ, ἢ ὁ ῥῆξιν ἔσται ἐν τε αὐτῇ ῥαγῇ ὄντι, ἢ ὅτι τῶ βέλεος ἕδρη, ἰῷ ὡς κάρτα μεγάλη φανῇ ἡ ἕδρη. θορυβοῦνται ἢ ἰητροὶ τὴν ῥῆξιν τῆς ἕδρης ὡς ὀλιγωτέρου αὐτῇ ἐν τῇσι ῥαφῇσι γινομένῃ, ἢ γίνεται ἢ αὐτῇ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράξασθαι ἰῤῥωγότος τοῦ ὀστέου, ὅτῳ τοῦτο, ὅτι κατ' αὐτὸ τῷ ῥαφῷ ἡ ῥῆξις γίνεται ὡς ὀλίγου τοῦ πολλοῦ. ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον, ἢ διαχαλᾶν διὰ τὴν ἀνάτασιν τῆς φύσεως τοῦ ὀστέου ταύτῃ ἢ ἀφίστασθαι ἢ, διὰ τῆς ῥαφῆς ἐπίμονος ἐούσης ῥήγνυσθαι ἢ διαχαλᾶν. Τὰ τ' ἄλλα τὰ ὀστέα τὰ θραυέντα τῷ ῥαφῷ ὑβρὶ ἀῤῥαγέα, ὅτι ἰχυρὰ πρὸς ὀλίγα τῆς ῥαφῆς. ἢ ῥῆξις ἢ κατὰ τῷ ῥαφῷ γινομένη ἢ διαχάλασίς ὀλίγη τῆς ῥαφῆς. ἢ φράσασθαι ἐκ εὐμβρίης ἢ ὅτε ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος θορυβοῦνται ἐν τῇ ῥαγῇ ἐπειδὰν ῥαγῇ ἢ διαχαλάσῃ. ἀλλ' ὀλίγου χαλεπώτερον φράσασθαι τῷ ὑπὸ τῆι φλοιοῦ ῥωγμήν. συγκλείεται γὰρ τῷ γνώμῃ ἢ ὄψει τὸ ἰητροῦ αὖται αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδίης φαινομένας, ἢ τραχύτεραι ἐόσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου, ἔπι μὴ ἰχυραὶ διεκπᾶν, ἢ διεχάλασαν. At vbi osse à telo nudato vulnus ad ipsas futuras fieri contigerit, teli vestigium, quod in alio osse relictum necne fuerit conspicuum est, si in futuris ipsis extiterit, asserere est difficile. Fallit enim futura ipsa reliquo osse asperior, neque constat sit ne illic futura, an teli vestigium, nisi admodum magnum teli vestigium relictum sit. Accedit quoque ad teli vestigium plærunque rima ipsa in futuris existens, ruptòque osse rimam asserere ideo difficilius est, quod vbi plurimùm rumpi contingit, ad futuram ipsam rima existat. Promptè enim os hac parte, ob eam quam a natura habet imbecillitatem & raritatem, rumpitur & elaxatur, aut quia futura promptè rumpi ac elaxari solet. Reliqua verò ossa si circum ambientia, quod futura sunt robustiora citra ruptionem permanent. At fractura ad futuram existens, futuræ etiam laxatio est, quam, vbi rupta fuerit & elaxata, neque si id à teli vestigio in futura existente contingat, asserere est facile. Verum rimam vbi ex collisio contigerit difficilius est asserere. Suturæ enim rimæ speciem referentes, & reliquo osse asperiores, medici iudicium & visum fallunt, nisi os vehementer dissectum sit & elaxatum. † Celsus quoque fissuras circa futuras plærunque fallere his verbis scribit. Potest autem futura eo nomine fallere, quæ æquè aspera est, vt aliquis hanc esse, etiamsi rima est, existimet eo loco quo subesse hanc verisimile est. Ergo eo nomine decipi non oportet, sed os aperire tutissimum est. Nam neque vtique certa sedes, vt supra posui, futurarum est, & potest idem, & naturaliter commissum, & ictu fissum esse, iuxtáve aliquid fissum habere. Hic autem animaduertendum est apud Asulanum ἐγκέφαλος vitiosè pro κεφαλῆς legi.

" *Lib.5.epid.* * † *Cap.4.lib.8.*

ῥήγνυται δὲ] Telorum varietatem & læsionis modum propriè magis distinguit Hippocrates libello de capitis vulneribus. Quænam tela frangant aut contundant his verbis indicat, ἦν δὲ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, ταῖς τε φανεραῖς ῥωγμαῖς καὶ ταῖς ἀφανέσι, καὶ πλάτει, καὶ ἰσχνῷ ἐὸν ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῆ τὸ ὀστέον, τὰ στρογγύλα τε καὶ σφαιρικὰ, καὶ ἀπίστως, ἀμβλέα τέ ἐστι καὶ βαρέα καὶ σκληρά. Sub telis sanè quæ rotunda sunt, orbiculata, omni ex parte plana, retusa, grauia & dura, os maximè rumpitur tum rimis conspicuis, tum obscuris, & colliditur, & à naturali statu recedens medium desilit. Hic autem τὰ ἐξ ἐναντίου φερόμενα vocat, quæcumque vulnus impetu quodam infligunt, siue ab hoste, siue à casu, aut ictu, aut iactu, aut ex edito loco plaga accepta sit, aut è directo, quod εἰς ἰθὺ τρωθῆναι καὶ εἰ κατ' ἐναντίον ἦλθε τὸ ὀστέον τοῦ βέλεος, dicit Hippocrates. Quibus verbis, quæ ossi ex aduerso occurrant & illud vulnerant, accipit Hippocrates. At varias telorum differentias explicat Paulus lib.6.cap.88.

τὰ δ' ἀπορεύμενα] Cum caluaria fracta sic necne ambigitur, id rectè explores licet aliquid teres & solidum dentibus indendo, & mandere iusso ægro, velut Asphodeli caulem hic exhibet & ferulaceum. Nostri Chirurgi linteum, aut pannum, aut etiam lorum aliquod dentibus prehendi iubent, quo tracto fissuram explorant, etsi quibusdam fallax & arbitrarium istud indicium esse videtur. Quidam etiam nucleos dentibus confringi volunt. * Hippocrates nigro aliquo cum medicamento mixto & illito, deinde scalpro eraso, ossis fracturam dubiam & sensum fugientem inuestigat. † Paulus nigrum medicamentum liquidum, aut atramentum scriptorium infusum imponit. Quod etiam " Celsus his verbis procurandum iubet. Ac si ne tum quidem rima manifesta est, inducendum super os atramentum scriptorium est, deinde scalpro id detrahendum. Nigritiem enim continet si quid fissum est. Hi porrò ἀσφόδελον pro Asphodeli caule & scapo ponit, veterum more (vt scribit " ' Plinius) Theophrastus & ferè Græci, princepsqu Pythagoras, caulem eius cubitalem & sæpe duum cubitorum, foliis porri syluestris, anthericon vocauere: radicem verò, id est bul qos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, & asphodelum hastulam regiam. Nos igitur cum Plinio albucum diximus, pro al buci caule & scapo cubitali, amplo, puro, læui. Sic quoque Theophrasto & Idæo pro caule sumi scribit Varinus, & Apollodoro e nomine solum caulem dici. """ Dioscoridi ἀσφόδελος asphodeli flos dicitur, vt & cæteris Græcis Varino & Hesychio, qui etiam ἀσφόδελον ponit, vt & Theocritus & Herodotus, qui (teste Suda) anthericas vocat asphodeli caules, quos & tenaciores ait esse quàm frangi queant. ἀσφόδελος etiam quidam aristarum culmina & fastigia, aut culmos vocant, velut apud Homerum Il.υ. (v.227.) de Dardani equabus, ἄκρον ἐπ' ἀσφοδέλοιν καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων. quæ per summa culmorum aut aristarum fastigia currerent. Quod de Iphicle Hesiodus est imitatus, & * * Maro de Camilla expressit, *Illa vel intactæ segetis per summa volaret culmina, nec teneras cursu læsisset aristas.* Est autem ἀσφόδελος Hesychio & Homeri Scholiastæ, ὁ τῶ ἀσφοδέλου καρπός. Et Theocriti Sch. Idyl.1. ἀσφόδελον ἀσφόδελον τὸν ἄνθον, esse dicit, ἀσφόδελος vero * καυλόν, vt & Hesiodi Schol.

* *Lib.de Cap.vuln.* † *Lib.6.cap.90.* " *Cap.4.lib.8.* "" *Cap.17.lib.21.* """ *Cap.199.lib.2.* ** *Æneid.7.*

προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου] Caluariæ fissuræ aut collisiones non apparentes, ex ægri fermonibus primùm, (vt scribit Hippocr.) deinde tatione & opere inuestigandæ sunt. Atque in his quæ latent, manifesta se prodant indicia, interdum primis diebus febris, vt æstate die septimo occupat, hyeme tardior, vt decimo quarto, inflammatio oritur, carnis ab osse discessus fit, os liuescit, pallescit, & exbescit, corrumpitur & nigrescit, vlcus decolor fit, & ex ipso sanies pauca & tenuis effluit, aut viscosa, fulua & muriæ similis, deliri & conuulsiones accedunt, dolores intenduntur, tuncque medicinæ locus non est. Si verò sub prima curatione (inquit Celsus) f

bris int-

A oris intenditur,breuesq; somni,& iidem per somnia tumultuosi sunt,vlcus madet,neque aliter,& in cervicibus glandulæ oriuntur, magni dolores sunt,cibisque super hæc fastidium increscit,tum demum ad manum scalprumque veniendum est.

502 Ὅ,τισιν ἔπιπλοον ἐκπίπτῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι. Quibus omentū procidit,vt putrescat necesse est.

Aphorismus est 58.lib.6.libro 1.de Morbis iisdem verbis expressus.Abdomine igitur rupto aut vulnerato, cum omentum prolapsum aut liuescat,aut nigrescat,funiculo exceptum,ne sanguinis profusionem faciat,præciditur,vt docet * Galenus. & † Paulus.Celsus lib.7.cap.21. in omenti prolapsione cautionem adhibet his verbis, Fuerunt etiam qui omentum forfice præciderent, quod in paruulo non est necessarium. Si maius est,posset sanguinis profusionem facere. Siquidem omentum quoque venis quibusdam etiam maioribus illigatum est. Neq; verò si discusso ventre id prolapsum forfice præciditur,cùm & emortuum sit,& aliter tutius abscelli non possit, inde huc exemplum transferendum est. Vulnus autem curari,si rectum omentum est,sutura debet. Si id amplius fuit,& extra emortuum est,excisis oris,sicut suprà propositum est.

B * *Lib.4 Meth.cap.4.* † *Lib.7.cap.21.*

503 Ἢν ἔντερον λεπτὸν ἀποκοπῇ τῶν λεπτῶν, οὐ συμφύεται. Ex tenuibus intestinis si quod dissectum fuerit, non coalescit.

Hæc sententia ex aph.24.& 18.libr.6.expressa est. "Celsus, si tenuius intestinum perforatum est,nihil profici posse scribit, cuiusque vulnus incurabile esse profitetur Galenus lib.6.Meth.med. " *Cap.16.lib.7.*

504 Νεῦρον ἀποκοπὲν, ἢ γναθῶδες λεπτὸν, ἢ ἀκροποθὲν, οὐ συμφύεται. Præcisus neruus,aut quod in gena est tenue, aut præputium,non coalescit.

C

505 Ὅ,τι ἂν ἐκ τοῦ σώματος ὀστέον ἀποκοπῇ, ἢ χόνδρος, οὐκ αὔξεται. Neq; corporis os quodcunque resectum, neque cartilago,augetur.

Hæ sententiæ ex aph.19.lib.6.petitæ sunt,& lib.1.de Morb. his verbis expressæ: νεῦρον ἀποκοπὲν οὐ συμφύεται οὐδὲ αὔξεται, οὐδὲ τῶν ἐπάνω τῶν λεπτῶν, οἷόν φλεβὸς αἱμορροούσης οὐδὲ γναθῶν τὸ λεπτὸν, οἷόν τὸ ἀπὸ τοῦ αἰδοίου δέρμα.

506 Ἐπὶ τραύματι σπασμὸς ἐπιγιγνόμενος, κακόν. Vulneri succedens conuulsio,malo est.

Placitum est 2.lib.5.aph.supra quoque hoc Prognostico, aliis verbis expressum.

D

507 Ἐπὶ τραύματι χολῆς ἔμετος ἐπιγιγνόμενος, κακὸν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖσι κεφαλικοῖσι. Bilis vomitus vulneri succedens malum denunciat,præcipueq; in capitis vulneribus.

Hæc vulnus in parte neruosa acceptum significant,cui consentiat os ventriculi. Velat musculis temporalibus affectis, soporem induci & bilem iyncertam vomitione reiici scribit Hippocrat.lib.2.de fract. Idem quoque lib.5.& 7.Epid. in Aristippo fugit a magna vi in ventriculum impacta, biliosam vomitionem affuisse scribit,& septimo die mortem. Quinetiā bilis vomitio cerebri vulnera, & membranæ id ambientis dilaceration em consequitur. Sunt & alia vulnerati cerebri indicia,partim superioribus decretis tacita,partim etiam ex libello de capitis vulneribus, & Paulo lib.6. hauriendā,& ex ægri sermonibus eruenda. Nam in magnis capitis offensionibus interrogare iubet Hippocrates, num altior sopor ægrum occupauerit,num caligo oculis offusa fuerit,aut vertigo prehenderit, aut conciderit. Paulus quoque lib.6. in insignibus plagis vertigines,vocis defectionem & subitum collapsum annotat. In cerebri verò aut membranæ vulneribus, bilis vomitum, conuulsionem, mentis delirium,febrem acutam ponit,in quibus manum admoliri non oportet. * Celsus certe hæc omnia indicia eleganter his verbis expressit. Igitur vbi caluaria penetrata, protinus requirendum est, num bilem is homo vomuerit,num oculi eius occecati sint, num obmutuerit, num per nares aureiue sanguis ei effluxerit, num conciderit, num sine sensu quasi dormiens iacuerit. Hæc enim non nisi osse fracto eueniunt. Atque vbi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si verò etiam torpor accessit, si mens non constat, si neruorum vel resolutio, vel distentio secuta est,verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam, eoque in angusto magis spes est. Idem quoque lib.5. "Sin cerebrum membranáve eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, fereque simul torpor insequitur. Quorundam sensus obtunduntur, appellatique ignorant. Quorundam trux vultus est, quorundam oculi: quos resoluti, huc atque illuc mouentur, fereque tertio vel quarto die delirium accedit, multorum etiam mentes diem non ferunt. Ante mortem autem plerique fatcias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudatum vulnus frigori obiiciunt. Hippocrates etiam Prorrh. 2. lethalia capitis vulnera multum præcuet, eorúmque indicia & affectiones paucioribus verbis prosequitur.

E *Cap.4.lib.8.* " *Cap.26.*

508 Νεῦρα ὁλόκληρα τετρωσκόμενα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χωλοῦται, καὶ λεπτὰ τετρωσκόμενα μάλιστα, καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαὶ, μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσιν. Nerui quicunq; crassi vulnus accipiunt, vt plurimùm claudos reddunt, præcipueq; si obliquum vulnus fuerit, ac in musculorum capitibus, præsertim fœmorum.

F

Idem ferè scribitur circa initium lib.1.de Morb.ἐν μὲν τοῖσι τρώμασι, νεῦρα τὰ παχέα πεπηρωκότα μὲν οὐ λίην χωλεύειν, καὶ τῶν μυῶν τὰ κεφαλαὶ, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι μηροῖσιν. Præcisi autem nerui qui articulos continent,partium debilitatem,aut claudicationem pariunt.Puncti conuulsiones & dolores intensissimos, vigilias & deliria adferunt, idque obliq; vulnerati, vt interdum præcidi eos necesse sit. Et in transuerso nerui vulnere maior conuulsionis metus impendet vt scribit Galenus. * Vt autem claudicationis metus est præfectis ad articulos neruis aut ligamentis, præcipueque musculorum in fœmore capitibus. Ita πονικὰ τραύματα dicuntur Hippocrati, quæ capita aut fines musculorum maximè neruosorum appetunt. Hic autem neruos crassiores ligamenta & tendines vocat, vt pluribus docuimus in nostra Hippocratis OEconomia. Est & Prorrh. 2. locus huic sententiæ affinis,ex quo claudicationis periculum præcipiendum monet. * *Lib.6.Meth.*

G

509 Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων, ὧν ἂν ἐγκέφαλον τρωθῇ, ἢ ῥαχίτιδων μυελὸν, ἢ ἦτορ, ἢ φρένας, ἢ καρδίην, ἢ κοιλίην, ἢ φλέβα τὴν παχέην. Ἀποθνήσκει δὲ, καὶ ὧν ἐς ἀρτηρίην ἢ πλεύμονα μεγάλας ὁδοὺς αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε τὸν πλεύμονος πλῆθος, ἔλασσον τοῦ ἐρχόμενον πνεῦμα κατὰ στόμα γίνεσθαι, ἢ ὃ ἐκπίπτον ἐκ τοῦ τρώματος. Ἀποθνήσκουσι δὲ καὶ οἷσιν ἐς τὰ ἔντερα ὕδατα, ὧν τε καὶ τῶν λεπτῶν τετρωμένων, ὧν τε τοῦ παχέος, ὧν ἐπικαρσίη ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη. Ἦν δὲ μικρὴ καὶ βάθεα, ῥᾷον ἐπιγίνονται ἔνιοι. Μάλιστα δὲ ἀποθνήσκουσι οἱ τετρωσκόμενοι ἐν οἷσι τοῖσι μὴ ἔνι τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἢ τούτων ῥηχεσσοῦχατα. Ex vulnere autem ferè mors contingit ei cui vulneratum fuerit cerebrū,aut spinalis medulla, aut iecur,aut septum transuersum, vel cor,aut vesica, aut quædam grandis vena.Mors quoq; subit si in arteriā & pulmonem insignes valde plagæ inflictæ sunt, ita vt percusso pulmone,minor sit qui per os prodit spiritus,quam qui per vulnus excidit. Intereunt verò quibus nerui interiores,siue tenuis aliquis, siue crassus,vulnus acceperit,si plaga transuersa fuerit & magna: quod si parua & recta, nonnulli periculo eximuntur.Minimè autem ab his vulneribus mors impendet,quæ in corporis partes, in quibus hæc non sunt,aut ab his quam longissimè absunt, infliguntur.

H

Vulnera lethalia & quæ magna ex parte mortem afferunt,ex læsæ actionis præstantia hic censentur,vt aphorism.18.lib.6. Quorum (vt reliquorum etiam morborum) magnitudo,aut in partis affectæ præcellentia, aut propria affectus essentia,aut symptoma-

tum complexu,& facultatis quæ læsum corpus gubernat æstimatione perpendenda est. Prorrhetico secundo vulnera lethalia recen- A
sentur quædam ex istis, quorum etiam attributa & differentias in consideriationem adhibendas monet,ex quibus de vulneris dignitate æstimandum censet. " Celsus verò eleganter quænam insanabilia sint vulnera, & quænam difficilem curationem habeant his verbis complectitur, Seruari non potest cui basis cerebri, cui cor,cui stomachus,cui iocinoris portæ, cui in spina medulla percussa est,cuique aut pulmo medius,aut ieiunum,aut tenuius intestinum,aut ventriculus, aut renes vulnerati sunt,cuive circa fauces grandes venæ vel arteriæ præcisæ sunt. Vix autem ad sanitatem perueniunt,quibus vlla parte pulmo,aut iocinoris crassum,aut membrana quæ continet cerebrum,aut lienis,aut vulua,aut vesica,aut vllum intestinum,aut septum transuersum vulneratum est. Hi quoq; in præcipiti sunt,in quibus vsque ad grandes intusq; conditas venas,in alis vel poplitibus mucro desedit. Periculosa etiam vulnera sunt, vbicunq; venæ maiores sunt,quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt. idque euenit non in alis tantum atq; poplitibus , sed etiam in his venis quæ ad anum, testiculosq; perueniunt. Præter hæc malum vulnus est,quodcunque in alis,vel feminibus,vel inanibus locis, vel in articulis,vel inter digitos est. Item quodcunque musculum, aut neruum , aut arteriam , aut membranam,aut os,aut cartilaginem læsit. " *Cap.26.lib.5.* B

ὥστε τῶ πλεύμονος πληγὴς] Pulmone icto(vt scribit Celsus) spirandi difficultas est,sanguis ex ore spumans, ex plaga rubens , simulq; etiam spiritus cum sono fertur. In vulnus inclinari iuuat,quidam sine ratione consurgunt. Multi si in ipsum vulnus inclinati sunt, loquuntur, si in aliam partem,obmutescunt. Percusso etiam pulmone ceruicis vasa attolluntur (vt scribit 'Paulus) lingua alium colorem assumit,multum spiritus attrahitur,frigidum appetunt ægri. " *Cap.88.lib.6.*

θηήκισιν ἢ] Cornarius εἰ ἐς τὰ ἔντερα legit,quam lectionem sequuntur omnes interpretes,& certè vt plausibilior cæteris anteponenda videtur : Etsi publicata lectio etiam tolerari potest,præsertim cùm hic nulla intestinorum mentio subeat,& crassiora intestina sanatu sint facilia,tenuia verò difficilia, vt scribit * Galenus,etsi periculum facit quodcunque magnum vulnus est , vt scribit Celsus. Neruorum vero(quorum etiam nomine ligamenta & tendines obaudiuntur) transuersa vulnera,maiorem conuulsionis metum faciunt,inflammatione scilicet à desectis fibris ad non sectas communicata,conuulsione autem ab ipsis non sectis excitata. At recta C
& quæ per longitudinem aut directum fiunt,minori periculo patent. Quod scribitur Prorrh.2. his verbis, εἰ ἢ ἐνδιαστὸν εἴη ὁμοῦ τῷ ἀέρῳ ὅπως ἔχοι , ὀξέως μᾶλλον ἐντὸς τὸ εἴλεος τὸ πιόσαντος, ἀρδὴν τὸ τρῶμα ἕξει ἄμεινον ὀπικαφόν. Quem locum haud dubiè ita vertit " Celsus, Si id dubium est,& ex acuto telo plaga est,ea transuersa commodior est. Vitiosi autem sunt codices qui ὀπικαφὶς pro ὀπικαφὸς legunt, & legendum videtur. θηήκοισι ἢ εἰ ἐς τὰ ἐντὸς ὑοῦρα, ὡς τὶ τῇ λιπαρῇ τρωθῶσιν, aut εἰ ἐς τὰ ἐντὸς ὑοῦρα, aut εἰ ἐς τὰ ἔντερα.

* *Lib.6.Meth.* " *Cap.25.lib.5.*

ἅπασα ἢ θηήκοισιν] Præcipuarum partium dignitatem & periculum subeunt,quę consensione quadam aut actionis ministerio cum viscеribus communicant,pariterque cum iis vitalitatem profundunt.

At in vulneribus quæ in supercilium,aut paulò altiùs inferuntur,visus acies obtunditur,& quò vulnus recentius est eò magis vident.Inueteraſcente autem aut tardante cicatrice,magis obtundi solet.

ιε' Τῶν δὲ ὀφθαλμῶν ἀμαυροῦται ὑπὸ τοῖσι τρώμασιν ἐς τὸ ὀφρῶν, ἢ μικρὸν ἐπάνω. ὅσῳ δ' ἂν τὸ τρῶμα νεώτερον ᾖ, μᾶλιστα βλέπουσι. χρονιζομένης δ' ἀλῆς, ἀμαυρώσθαι μᾶλλον συμπίπτει.

Hebescit oculorum acies nonnunquam ex lippitudine,nonnunquam etiam sine hac propter senectutem imbecillitatémve , aut natura,aut ex vulnere,aut aliunde contractam.Externæ noxæ in supercilium,aut anteriorem capitis partem impingentes , oculorum aciem retundunt. Ac quò recentius est vitium,eò minor imbecillitas ferè esse solet. Inueteratum nanque & longas moras trahens, imbecillitatem auget paulatimque aciem consumit.

Ex fistulis maximè molestiam adferunt , quæ in cartilaginosis aut carne vacuis locis fieri solent,cauę sunt,& longiùs excurrunt, assidueque sanie manant, & in quarum osculo caruncula inest. Faciliùs autem curantur, quæ in mollibus & carnosis locis, & non neruosis oriuntur.

ιϛ' Αἱ σύριγγες χαλεπώταται εἰσίν, ὅσαι ἐν τοῖσι χονδρώδεσί τε καὶ σαρκίνοισι τόποισι πεφύκασιν, εἰσί τε κοίλαι, μολυσῶνταί τε, καὶ ἰχωρεσθοῦσιν ἀεὶ, σαρκίον τε ἐπὶ τῷ στόματι ἔπεσιν αὐτῇσι. ῥᾷστα δὲ, ὅσαι ἐν τοῖσι μαλθακοῖσι τόποισι καὶ σαρκώδεσί τε καὶ εὐήθεσι πεφύκασι.

Fistula vlcus est altum , angustum , sinuosum & callosum , sinusque malè curatus consequitur. Cuius plura genera & differentiæ , ac curationes ex * Celso , † Paulo & ' Aetio petendæ sunt. Expedita curatio est in fistula simplici , recenti, intra carnem , in mollioribus locis , si neque ad neruos neque ossa aut interiora procedat. Quæ etiam breues sunt & rectà intus feruntur,& intrà carnem desinunt,curatu facillimæ , adiuuatque ipsum corpus,si iuuenile , si firmum est. Inimica contraria his sunt. Nam quæ altiùs penetrant , & transuersæ sunt , aut etiam in plures sinus diuiduntur, aut flexæ, aut tortuosæ, cum difficultate sanantur. Idem quoque iudicium subit vbi ad ossa aut cartilaginem penetrant, aut vbi neutrum horum subest, ad interiora perueniunt. Itemque si fistula os vel cartilaginem, vel neruum , vel musculos læsit, si articulum occupauit, si vel ad vesicam, vel ad pulmonem, vel ad vuluam vel ad grandes venas arteriásve, vel ad inania, vt guttur, stomachum , thoracem penetrauit. Ad intestina quoque ea tendere sæpe

* *Cap. 28.lib.5.* † *Cap.49.lib.4.* " *Tetrab.4.ser.2.c.55.*

periculosum , sæpe pestiferum est. Quæ vt à Celso eleganter scripta sunt , ita huic loco optimè quadrant , qui haud dubiè mihi suspectus est , nec nisi ex fidelissimis vetustarum membranarum pigmentis colorem & sanguinem recipere potest. Salebram arguit asteriscus Asulano codici suppositus , & inusitata orationis phrasis. μολυσῶνται retinent omnes ferè codices,quos adhuc videre licuit præter vnum qui μογοῦνται habet facili (vt apparet) lapsu. Regia exemplaria duo μολυσῶνταί τε legunt. Quo in erroris tormento quiddam tamen quod laborem soletur eruendum est. Cornarius & reliqui interpretes μολυσῶνται pro μολύνῃ aut μολύσῃσιν aut μολύσῃ , sumpsisse videntur , cum procedere dixit , quod idem est ac ad interiora peruenire & longius excurrere Quæ vulgata est & recepta lectio , quamque non illubenter secuti sumus, vt μολοῦσι pro μολεῖν vsurpetur,vt ex Æschyli Prometheo annotatum reperitur. Est autem μολεῖν, ἥκειν, ἐλθεῖν, Hesychio,atque etiam πρόσω ἰέναι, quod est currere. Qua notione accipiuntur fistulæ,quæ altiùs procedunt, cuniculos agunt, & in flexus sinuosos veniunt. Sed μολοῦσι poeticum magis est , nec temere hanc in vsionem vsurpatum. μολυσῶνται ergo retineri potest , aut (quod aliquando suspicatus sum) μοθυσῶνται aut τὸ μοθύουσι legi.Et enim μολγὸς & μόθος, πόνος, ac eas fistulas intelligimus, quæ laborem ac molestiam exhibent,& dolore ac tædio grauant. Quo significato μογοῦνται etiam sumendum erit, pro μογοῦσι aut μογώσῃσι. μόγος nanque πόνον ἢ μόχθον denotat, vnde μογοστόκοι εἰλείθυιαι dicuntur Homero Il.λ. (v.270.) Quanquam (vt ingenuè fatear,) nec dum mihi in hac scriptionis consensione satisfacio ,& si licet antestari , locum esse mendosum profiteor. Quod si locus coniecturis esse potest,quando nunc aliter remediari non datur, μελυραί τε , aut μολυραί τε legi potest. Est enim μολυρὸς & μολορὸς Hesychio , ἀηδὴς, ἀνιαρὸς, λυπηρὸς & molestum,iniucundum,impudentem & ingratum significat. Ideoque ad fistulas putrilagine sordidas & odore graues rectè referri potest μογεραί etiam scribi potest , hoc est βαρύπονοι ἢ μοχθηραί, quod laborioſæ sint graues & molestæ. Verùm etsi hæ coniecturæ propiùs ad scriptionem accedunt & lacunam explere videntur, quia tamen paulò longiùs petitæ sunt,nonnunquam dubitaui & æquius esse iudicaui , vt pro μολοῦσι μολώσῃ legatur,& sit μολώσῃ idem quod μαίνονται,& saniei corruptelam qua assiduè manant & fœdantur fistulæ, indicet. Sic enim Hipp.libr. de fistulis, abominandum illum fœtorem & execrandam fœditatem quam fistulæ euomunt,& grauitate fastidium afferunt , βλητυμίαν vocat. Sordida enim (vt plurimum)sunt vlcera, varia excrementorum putrilagine fluentia , & (vt scribit * Galenus) ἀνιαρώτατα δὲ ὀπορρόου θεσπεσιώτατον. Atque haud scio an per μολυσῶνται fistulæ quæ in ano & podice consistunt, intelligi debeant quòd μολυσὶν ἡ πυγὴ hoc est, podex dicatur , quodque huius loci fistulæ operosam valde ac difficilem curationem subeant. Ea igitur lectio in præsentia huic exulcerato loco tolerabilior mihi visa est , dum melior medicina ex fidelioribus codicibus conqui-

fur, ad quos tanquam æquos iudices iam dudum non sine magna quiritatione prouoco. Etsi non differeor quoidam μυλωδῆτα legere, hoc est cuniculosæ sunt aut tortuosæ, quod μύλλω Hesychius κυλίω κάμπτω, στρέφω hoc est circumago & tortuosum exponat. Est & μυλώδης indurari, occalescere, vnde ἐμυλάδη, ἐτυλάδη, ἐσκληρώθη exponitur Galeno ad Hippocratem. Qua notione fistulæ callosæ & induratæ accipi possunt.

* *Lib. de Tumor. præt. nat.*

ΤΑ δὲ πρὸ ἥβης οὐ γίνεται νοσήματα, οἷον πλευμονικά, οἷον πλευριτικά, ποδαγρικά, νεφρίτις, κιρσὸς οἷον κνήμιος, ῥοὴ αἱματηρός, καρκίνος μὴ σύμφυτος, λέπρη μὴ συγγενὴς, καταῤῥοος νωτιαῖος, αἱμορροΐς, μὴ σύμφυτος, χορδαπὸς. τούτων τῶν νοσημάτων οὐδὲν βίαιος ἐχόντων προσδέχεσθαι γλιχτέον ἐστίν, ἀπὸ δὲ μέσου β' καὶ μ' ἐτέων, πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τοῦ σώματος γίνεται. πάλιν δὲ ἀπὸ τούτης τῆς ἡλικίης μέχρι ξ' καὶ ἑ' ἐτέων, ἀγίνονται χειράδες. ὀδὲ λίθος ἐν κύστει, ὦ μὴ τύχη προϋπάρχων ἔτι ἄνωθεν, οὐδὲ καταῤῥοος νωτιαῖος, οὐδὲ νεφρίτις, ὦ μὴ προσαναλαμβάνωσιν ἔξ ἄλλης ἡλικίης. οὐδὲ αἱμορροΐδες, οὐδὲ ῥοὴ αἱματηρὸς, ὦ μὴ προϋπάρχοι τύχη γεγληνιῶτος. ὧδε μέχρι γήρως ἀπίσχεται νοσήματα.

Sed neque ante pubertatem occupant hi morbi; pulmonum inflammationes, laterum dolores, podagræ, renum vitia, varix in tibia, fluor sanguineus, cancer non innatus, albicás vitiligo non cognata, defluxio in spinalem medullam, sanguinis per ora venarũ profluuiũ, tenuioris intestini morbus (quem χορδαπὸν vocant) non à natura insitus. Horum morborum nullus ante pubertatem metuendus est. Ab anno autem decimo quarto ad quadragesimum secundum vsque natura omnis generis morborum corporis ferax est. Contra verò, ab hac ætate ad annum sexagesimũ tertium, neque strumæ fiunt, neq; vesicæ calculus; nisi antea occupet, neq; in spinalem medullam defluxio, neq; renum morbus, nisi ex alia ætate sequantur, neque sanguinis per ora venarum profluuium, neque fluor sanguineus, nisi priùs adfuerit. Atq; hi morbi ad senectutem vsque absunt.

Vt tempestatum, ita & ætatum mutationes, morbi consequuntur. Ac velut omnibus temporibus morbi ferè oriuntur, ita quibusdam tempestatibus aut ætatibus peculiares morbi ferè fiunt, tunc que grauant magis. Nam cùm omnibus morbis obnoxia maximè infirmitas sit, æquum est quasdam ætatis partes, corpora maximè tuta, vel periculis opportuna reddere. Non quò non omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis ætatis, omnis habitus hominum per omnia genera morborum & ægrotent & moriantur, sed quòd frequentiùs tamen quædam eueniant. Quæ morborum genera pro temporum & ætatum mutatione, cuique rectè accommodat Hippocrates lib. 3. aph. Pubertatis autem etsi non est vnus omniam certissimus terminus vt scribit Galenus, ferè tamen secundo septenario inchoat, & ad annum vigesimum quintum extenditur, vt aph. 28. lib. 3. & 7. lib. 5.

νεφρίτις] Renum vitia dixi, vt Celsus renum dolores ex Hippocratis aphor. 3. lib. 3. Galenus renum calculos & obstructiones intellexit. Sic aphor. 11. lib. 6. per renum vitia, renum calculum peculiariter obaudire videtur Hippocrates. Et author libelli de renum affectuum dignotione, νεφρίτιν propriè renum calculum significare scribit. Sed & aphor. 6. lib. 6. renum vitia, præter calculum, vlcera & inflammationes intelligi videntur, quæ in senioribus curationem non accipiunt, nec vltra quinquagesimũ annum sanescere vidit Hippocrates aphor. 4. sect. 8. lib. 6. Epid. Renum autem calculos iam prouecta ætate & declinante natci scribit Galenus Comment. 3. in libr. 6. Epid. eamque ætatem quæ grauis est & constans dicitur per πρεσβύτας intelligi ab Hippocrate aphor. 6. lib. 6. satis patet: quanquam per πρεσβύτας vltima ætas & totum senectutis curriculum accipi videatur aphor. 31. libr. 3. vt scribit Galenus. Quam ætatem pulmonum inflammationibus & laterum doloribus opportunam facit Hippocrates.

κιρσὸς οἷον κνήμιος] Varix vena est latior & distenta à crasso & flatulento sanguine, vt plurimum melancholico, interdum quoque pituitoso. Fit præcipuè in cruribus & testiculis, interdum in imo ventre sub vmbilico, nonnunquam etiam in temporibus, tibiis, & (si Aetio credimus) in palpebris, & in pulmone lib. οἷοι περὶ τὰς κνήμας κιρσοί. Varicum in tibiis meminit Galenus Com. ad aph. 21. lib. 6. & author Medici siue Isagoges οἷοι κνήμης κιρσοὶ celebrat.

ῥοὴ αἱματηρὸς] ῥοὴν aliqui simpliciter, quem alij ῥοὴν γυναικείων vocant, fluorem dicimus, estque ῥοὴ ὑγροῦ ἐξ ὠτὸς καὶ ἄλλου τινὸς τῶν ἐκτὸς χρόνον, vt scribit author Definit. Medic. ῥοὴ αἱματηρὸς fluor est muliebris sanguineus, quem ἑμορρόην vocat Hippocrat. lib. 2. οἷοι γυναικείων, maximeq; iunioribus accidere scribit, cuius etiam meminit Aretæus cap. 11. lib. 2. χρον. παθ. σημ. ῥοὴν etiam αἱματώδη celebrat ibidem Hippocr. Sunt autem qui hîc profluuium sanguinis è naribus aut etiam aliunde intelligant.

καρκίνος] Prorrh. 2. καρκίνους κρυπτοὺς ἐν ὑποχονδρίοις viris attribuit. Sunt autem ξυγγενῆ τεσσαρα, (quæ ξυγγένεια vocat Hippocrates Prorrh. 2.) morbi qui cum semine & lacte imbibuntur, & connati aut congeniti dicuntur. In quorum numero hic cancrum, vitiligi-nem & ileum ponit. Prorrh. autem 1. hydropem, tabem, podagram, & morbum comitialem.

λέπρη] λεπίζω albicantem vitiliginem dicimus, albuginem dixit Gaza. Lepræ & impetiginis est species, quę Arnobio vitiligo dicitur, qui lepram à Domino in Euangelio curatam, fœdas vitiligines vocat. Sunt autem hæ sanguinis crassi, lenti, melancholici & pituitosi, acrisque soboles.

καταῤῥοος νωτιαῖος] Videtur defluxio in spinalem medullam hoc nomine intelligi, quæ à capite fertur. Sic enim καταῤῥοος omnem fluxionem quæ à capite in inferiores partes defertur, significat aph. 12. lib. 3. & lib. de aëre loc. & aq. Cornarius defluxum spinalis medullæ dixit. οἷον νωτιαίου intelligens, (de qua agitur lib. 2. de Morbis & lib. οἷοι περὶ ὠτὸς πάσχουσιν, aut αἴφνης. Quam opinionem secutus est Præceptor Hollerius.

αἱμορροΐς] In constanti ætate & iam prouectis, sanguinis per ora venarum profluuium (hæmorrhoidas vocant) familiare est (aph. 30. lib. 5.) ex atra bile, quando ad venas quæ in sede sunt abundantiùs decumbit.

χορδαπὸς] χορδαψὸς" Galeno lib. 6. de loc. affect. dicitur, qui cæteris ἑλκώδης, & morbus & tenuioris intestini, ab inflammatione vel aridi stercoris obstructione ortus, in quo tumor in tenuium intestinorum parte eminet, ita vt videatur intestinum ad chordæ similitudinem conuolutum. Ac videtur χορδαψὸς dici ἀπὸ τῆς χορδῆς ἅπτεσθαι, quod qui loco dolenti manum admoueat, videatur chordam tãgere, ob tenuioris intestini tensionem. † Aretæus χορδαψὸν voluuli speciem facit, cùm ad tormina intestinorum compressio & remollitio, cum magno imi ventris renixu, accessit, aliamque nominis notationem sequitur. Nam velut intestinorum elixationem aut emollitionem χορδαψὸν dictum vult, quasi χορδὴ ἕψησις. ἕψησις μὲν γὰρ ἡ μαλάξις. χορδὰ δὲ ἡ ἐντέρων ἐπώνυμος. Quam notationem sequutus est Archigenes apud Aetium Tetrab. 3. lib. 1. cap. 28. Est etiam χορδαψὸς volubilis Tralliano initio lib. 9. Diocles Carystius apud Celsum, tenuioris intestini morbum χορδαψὸν plenioris ἑλκῶν nominauit.

" *Cap. 2.* † *Cap. 6. lib. 2.* περὶ ἐξ. παθ.

πάμφορος ἡ φύσις] Etsi ὅλος αὐξήσεως καὶ ἡβητικὸς καιρὸς ὅδε ἐστὶν (vt scribit Hippocr.) pro ætatis tamen ratione morbis quandoque magis est obnoxius. Et temeritas cùm sit florentis ætatis comes, prudentia senectutis, non mirum est ob vitæ intemperantiam, eam ætatem omnis generis morborum feracem esse. Quod etiam scripsit Hipp. senes magna ex parte iuuenibus ægrotare minus, & Tullius Catone Maiore, faciliùs in morbos incidunt adolescentes grauiùs ægrotant, tristiùs curantur. Hic autem comprehenditur iuuentus & virilis ætas, quæ etiam constans dicitur, & ad septimum septenarium peruenit, vt scribit" Galenus, quanquam Prorrh. 2. ad 45. annum extendat, vt hoc loco ad 42. annum, qui sextum septenarium claudit, si modo integra est lectio.

" *Com. ad aph. 30. lib. 3.*

πάλιν δὲ] Ætas media (vt scribit Celsus) tutissima est, quæ neque iuuentæ calore, neque senectutis frigore infestatur.

χειράδες] Struma pessimus colli morbus, cum sit vitiosi succi & multi ad superficiem tendentis soboles (vt scribit Galenus)

tertiæ ætati familiaris est ex Hippocrate aphor.26.lib.3. Est autem strum a glanduloſi corporis tumor,ex pituitoſiore & frigidiore A
materia præcipuè conſiſtens,& glandularum indurata inflammatio,Galeno lib.Tumor.præt.nat.

μέχρι γήρως] Hic γῆρας pro ſenio & vltima ætate ſumitur, qualiter γέροντες dicuntur Græcis qui in vltima & decrepita ætate ſunt conſtituti,ex aph.31.lib.3.

In muliebribus purgamentis, quæ ante partus aquoſa prodeunt,malum denunciant.

513 Ἐν γυναικείοισι τὰ πρὸ τοῦ τόκου ἰόντα ὑδατώδεα, κακόν.

Hic locus muliebres locos attingit,& præcipuè quæ ad purgationes ſpectant. In quibus naturæ quidam ductus eſt, quem abunde explicat Hippocrates lib. περὶ φύσιος παιδίου. In edendo enim partu,vbi ruptis membranis in lucem prodit,primum cruenta proluuies quædam,nempe vrina & ſudor diffluunt,vt certa naturæ prouidentia os vteri emolliant & lubricent, quò faciliùs irrumpente fœtu dehiſcat. Hanc proluuiem (quam rectè vulgus aquas) Hippocrates ſanguinem vocat, quod diſruptis tunicarum venis cruor immixtus ſit: Medio loco fœtus erumpit. Poſt quem ſanguis craſſus & fœculentus effunditur,ac velut excrementum vniuerſi ſanguinis,qui abſumptus eſt in alimentum fœtus.Hanc ſaniem craſſam & cruentam, ἰχῶρα παχὺ αἱματώδη vocat Hippocrates,& ὑδρωπα αἱματώδη,& ſimpliciter ἰχῶρα. Hic igitur τὰ ὑδατώδη intelliguntur,quæ aquoſam illam ſaniem referunt, & ὕδρωψ αἱματώδης ab B
"Hippocrate nuncupatur, & interdum ὑγρὸν ſimpliciter dicitur. Quæ quidem ſi recluſis apertiſque vteri acetabulis, per quæ loci ipſi cum vtero cohærent velut nodis quibuſdam,affatim effundantur (quod per ἰόντα ſignificari videtur) periculum denunciant, & fœtum mortuum præſagiunt. Quod ſcribit Hippocrates lib. περὶ ἀποκυήσιος. ὧν πνι αἱ ἀδῖνες πρὸ τοῦ παιδίου ῥόῳ πολλὸς αἱματώδης γίνεται καὶ ὠμὸς ὡς, κίνδυνος τὸ παιδίον τεθνηκὸς ἀποκυθῆναι, ἢ ὑ βιώσιμον γενέσθαι. Atq; hæc rectè huic loco quadrare expoſitio videtur.At ſi eiuſmodi aquoſa proluuies aut vterinæ aquæ ante partum aliquot diebus,aut longè à partu prodeant,difficilem omnino partionem faciunt, & ſecundarum ſuppreſſionem plærunque minantur.

" Lib.1.περὶ γυναικ.

Serpentia oris vlcera in prægnantibus bono non ſunt. Ac fortè etiam alui humectantur.

514 Στόματα ἀφθώδεα, τῆσιν ὑπαφόρησιν ὑγρὴν ἔχει. C
ἄρα καὶ χειλία καθυγραίνονται.

στόματα ἀφθώδεα ſunt ſerpentia oris vlcera ex Celſo,fiuntque ex bilioſo,feruidiore, & maligno acrioreque ſucco in fauces irrumpente,qui aluum deorſum cum morſu ſubiens,ventris perturbationem (quæ vterum gerentibus non parum ſuſpecta eſt) inferre poteſt, velut lib.3. Epid.in ſt.poſt. Etſi verò iſta de manantibus oris vlceribus intelligi poſſunt,quæ ἄφθαι propriè & verè dicuntur, (vt aphoriſm.24.lib.3.) reliquis tamen etiam partibus ἄφθαι attribuuntur.Et ἀφθώντας teſtes curat Galenus libr.9.Comp.pharm.κατὰ τόπ. & Paulus lib.3.cap.54. Libro quoque de Morb.2.fiſtulæ pulmonis ἄφθας celebrat Hippocrat.Et libr.1. περὶ γυναικείων pudendorum ἄφθας in prægnante curat, quod etiam repetit libr. περὶ γυναικείης φύσ. Atq; haud ſcio an iſta de vteri oſculo ſuperficiario vlcere affecto intelligi poſſint quod στόμα & στόμιον ſæpe vocat Hippocr.libris περὶ γυναικείων, & στόμαχον libello περὶ ἀποκυήσιος.Sicq; per συμπάθειαν cum recto inteſtino ac cæteris partibus nutritioni dicatis perenni acrioris humoris tranſitu, aluus erit profuſior. Sunt autem ὑπαφόρησι vterum gerentes & vicinæ partui Galeno Comment.3. in Prorrh. cùm ſcribit, ταῖς ὑπαφόρησιν ἔνιοι μὲν ἤκουσαν ταῖς ἐγκυμονούσας ὅταν πλησίον εἰσὶ τ ὠδινῶν τ ἀποκυήσεως. ἔνιοι δ ταῖς ῥᾳδίως συλλαμβανούσας καὶ σωτηρίως κυούσας. Sententiam verò iſtam à ſuperiore diſtinximus, codices manuſcriptos & interpretes omnes ſecuti. D

Ex laterum inanitate ad tenue inteſtinum migrãtes dolores,in diuturnis morbis ex abortione, neque admodum purgata muliere, perniciem denunciant.

515 Ἐκ πλευρέων μεθισταμένα ἀγχόνας ἐς τὸ λεπτὸν ἐντερον, ἐκ διαφθορῆς καὶ μὴ λίαν καθαρθείσης, ὀλέθριον.

Innuere videtur ex longis morbis & magna corporis impuritate, diuturnos ilium & tenuis inteſtini dolores fœtum perdere & abortus facere,velut ægr.10.lib.13.Epid.contigit. Aut certe iſta ex abortu & defecta purgatione contingere cenſet,& periculum creare,vt magis ſequenti ſententiæ congruat. λεπτὸν autem tenue inteſtinum ſignificat (ſub coque nomine ad meſenterium & hepar loca comprehendi poſſunt) aut τὸ πλατὺ ἔγγιστ ἐπὶ ὀνομαζόμενον ἔντερον, vt ſcribit Gal.Com.3. in Prorrh. διαφθορὰ verò idem quod ἀποφθορὰ lib.6.Epid. & ἄμβλωσιν ac abortum,aut eiectum fœtum denotat. E

Quæ ex partu & abortu copioſa celeriter cum impetu feruntur,ſi ſubſiſtant moleſtiam exhibent. Huiuſmodi mulieribus rigor inimicus eſt & alui perturbatio,præcipuè verò ſi præcordiorum dolore vexentur.

516 Τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ἐξέως ὁρμήσαντα, ὅπις ἅπτα, δύσκολα. ῥῖγος τούτῃσι πολέμιον, καὶ κοιλίης παραχή. ἄλλως τε καὶ ὑποχονδρίου ὀδυνώδεες.

Partus purgamenta ſubſiſtentia variis nec paruis periculis obnoxium corpus reddunt, vt ſcribit Hippocr.lib.1. περὶ γυναικ. in quibus rigorem,horrorem & febrem annumerat. Alui autem turbationem moderatam,qua nigra & graucolentia interdum ſecedunt, I
in his probat,vehementem autem & effuſam damnat,quæ ipſa purgamenta retineat. Eadem verò & maiora pericula abortiones ſubeunt, vt ſcribit Hippocr.lib.1. περὶ γυναικ. καὶ κινδυνώδεσιν αἱ ἀβιώσεσυται μᾶλλον αἱ γὰρ φθοραὶ τῶν τόκων χαλεπώτεραί εἰσιν. ὅ γὰρ ὅτι μὴ διαίως φθαρῆναι τὸ ἔμβρυον, ἢ φαρμάκῳ, ἢ ποτῷ, ἢ ἔδεστῷ, ἢ περιόδοισιν, ἢ ἄλλῳ τινί. βίη δ πυρετὸν ὅτιν. ὁκόταν δὲ τοιούτῳ κίνδυνος ὅτι ταῖς μήτρας ἕλκωδέωσι ἢ φλεγμαίνωσι. τοῦτο δ ἔστιν ὑπονόσημον.

In vterum geſtantibus capitis dolores qui cum ſopore,grauitate & conuulſione fiunt, vt plurimùm malo ſunt.

517 Τῆσιν ὑπαφόρησι κεφαλαλγικὰ καρώδεα, μετὰ βαρέος γινόμενα καὶ ἀπασμοῦ, φλαῦρα ὡς ὑπὸ πολύ.

Hæc ſententia paulò poſt repetitur aliis verbis ex Prorrh.103. Quod fidem facit huic lectioni quam ſecuti ſumus ex melioribus codicibus manuſcriptis & Cornario cum vitioſè legatur in publicatis exemplaribus. Ac vitium ſubolere videtur aſteriſcus Aſulano codici præfixus.

Quibus ex muliebribus purgamentis dolores intenſi ad ſuperiorem ventris partem & tenuius inteſtinum excitati,aluos humectant,& leuem anxietatem inducunt:his ad iudicationem,in ſomnum propenſiones fiunt,& impotentes ex capitis dolore cum tenuibus ſudoribus & perfrictionibus vexantur. Huiuſmodi recidiuæ plurimis poſt remiſſionem obortę celeriter interimunt.

518 Ἧσιν ἐκ γυναικείων τοῦ τε ἄνω καὶ τ λεπτὸν πόνοι σιῶνοι, κοιλίας καθυγραίνοισιν. ὑποκαύσεες. ταύτῃσι περὶ κεῖσιν καταφοραὶ, καὶ ἀδυνάτοισι κενεαλγικῶς, ἐφιδρώσι καὶ περιψύχοισιν, αἱ γιγνόμεναι ὑποτροφαὶ τῆσι πολλῆσι. ῥηϊδίως μετὰ τῶν ἄφεσιν, ταχέως κτείνουσι.

Siue de menſtruæ purgationis retentione, ſiue de partus purgamentis id intelligatur, ſymptomata indicantur quæ huiuſmodi purgamentorum moram ſequuntur. De quibus abundè agitur lib.1. περὶ γυναικείων,& libr. περὶ γυναικείης φύσιος. τὸ ἄνω verò ſuperior ventris pars intelligitur,in qua reſtitat huiuſmodi proluuies (vnde ὑποπία & ὕσπα) etſi in huiuſmodi caſibus frequenter τὰ νεφριτικὰ χωρὶς dolores annotat Hippocrates. Capitis autem dolor & ventris ſubductiones his purgamentis ſubſiſtentibus diſertis verbis adſcribuntur lib.1. περὶ γυναικείων. "Αφεσις an morbi remiſſionem ſignificet incertum eſt, cùm membrorum exolutionem aut reſolutionem, ac τὸ μοχθηρὸν τοῦ σώματος πάρεσιν indicare poſſit, velut lib.3. Epid. in ſt.poſt.vt ἀδυνατίαι reſpondeat,& membrorum ad motum impotentiam innuat,in quæ huiuſmodi abundantia decubuerit,quam etiam ἀφανῆαι πνὰ τῶν μοχθηρῶν πυήσεως ſcribit Hipp. libr.1.

περὶ

A περὶ γυναικ. Varia autem est hic scriptio. Quidam enim codices ὑπαστώδεες καταφοραὶ iungunt. Sed maluimus post ὑπαστώδεες distinguere scriptis melioribus membranis. κεφαλαλγικοὺς etiam quidam legunt quos secuti sumus cum Cornario, etsi κενεαλγικοὺς legunt publicata exemplaria, qua lectione laterum inanitatum & τῶν κενεώνων dolores intelligi possunt, quamuis inanium locorum corporis dolores accipiat Præceptor Hollerius. Non desunt etiam qui κενεαγγικοὺς probabili admodum lectione legant, vt quæ ὄρεξιν ἀδυναμίαν, & ἐρίδρωσιν probè respiciat. Verùm ista de purgamentorum suppressione rectiùs mihi dici videntur, quàm de vasorum inanitione aut vteri apertione, quod tamen facit Doctor Hollerius.

513 Τὰ μὴ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα, καὶ τῆξις τοῦ γάλακτος, τὴν ἐπιφορησιν ἐκλυτεώσει.

Spirationes suspirios æ quæ foras educuntur, ac citra rationem facta colliquatio in vterum gerentibus abortiones indicant.

Hic μὴ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα idem quod paulò post τὰ μυχθώδεα πνεύματα significant, & difficilis spirationis genus indi-
B cant, quod in ea quæ extra fertur latione intercisum est & interruptum, ac velut offensantem & elisum spiritum habens, in medioq; expirationis cursu deficientem velut reuocans, ingeminanti similem facit, & iterato quodammodo spiritu resarcit. πνεῦμα φυσῶδες ἐν τῇ ἄνω φορῇ aliàs dicitur " Hippocrati, aut πνεῦμα φυσκῶδες. Magis autem propriè luctuosa suspiria referunt quę κλαυθμώδεις ἀναπνοαὶ dicuntur Hippocrati aphor. 54. lib. 6. Atq; hæc difficilis spirationis species interrupta & subsistens, in expiratione considerandą, quemadmodum & ea quæ lib. 2. & 6. Epid. celebratur ingeminata & velut intro reuocata spiratio, ad inspirationem spectat. Conuulsionem autem præsagit elisa huiusmodi spiratio, aut organorum spirationi deseruientium duritiem, resiccationem, & facultatis animalis imbecillitatem, interdum etiam magnum intus conceptum incendium & fuliginosi recrementi copiam, vt patet in Philisco ac Dromeadæ vxore lib. 1. Epid. & ex Galeno lib. 3. περὶ δυσεντερίας. Est igitur μὴ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενον πνεῦμα, & μυχθώδης πνεῦμα, suspirios a expiratio, & velut in pueris plorabundis medio suspirio interrupta. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῶν τῇ κύῃ περιδυσχέρειαν ἐμφανέων, πνεῦμα
C φυσῶδες ἐν τῇ ἄνω φορῇ. ὡς γὰρ οἱ πλέοντες πνεῦσιν οὐκ ἄπαξ τοῦτο ῥοῦσιν, ἀλλ' ἠσυχίαν ἄγοντες πολὺ ἐπέρχεται ὁμοίως τοῖς κλαυθμυζομένοις παιδίοις, ἔπειτα καὶ ἐκπνέουσιν. (vt scribit Galenus) Etsi enim insolens est & noua dictio, nec nisi (vt reor) hoc præsagio vsurpata in tam celebrata apud Hippocratem spirandi difficultate, ncq; à Galeno tota de spirandi difficultate tractatione commemorata, potest tamen per ea quæ adscripsimus Galeni verba explicari. Quòd si ciulabundam & gemebundam expirationem intelligimus, aut sonum qui in flentibus exauditur accipimus, iam doloris affectum aliquem exprimi necesse est, neq; sola spiritalium instrumentorũ motio spectanda est, velut in luctuosa spiratione accidit. Abortionis autem causa non est in prægnantibus huiusmodi suspirios a spiratio: sed cùm non nisi magnos affectus comitetur, fœtus periculum indicat. Sic etiam repentina extenuatio aut colliquatio in vterum gerentibus, quæ interni alicuius visceris vitio, aut OEconomiæ naturalis culpa contrahitur, fœtus corruptionem prædicit. Et quod de mammis effertur aph. 37. lib. 5. id de toto corpore dici potest. μίξιν γὰρ τὴν κατὰ λόγον σωτικὴν corporis imbecillitatem significat * Hippocrati, quâ facilè abortus sequitur.

" *Lib. de rat. vict. in morb. acut. & aph. 68. lib. 4.* * *Aph. 28. lib. 2.*

D 520 Ὀδυνὴ χειλίης μὴ ἔχει, ἐπὶ ταύτῃσι πυώδεα καθαίρει.

Ventris dolor à partu, in his purulenta expurgat.

Indistinctè scriptum videtur præsagium. Neque enim omnis à partu dolor purulenta expurgat, sed qui vel ab vlcere, vel partus purgamentis tardantibus & putrefactis excitatur, cùm & morantes menses purulenti fiant. Cui affectui magnam curam adhibendam censet Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικείων. Videtur autem istud superiori annectendum, & de dolore ex abortu, vnde enata sunt vteri vlcera, intelligendum. Omnes tamen quotquot videre licuit codices distinguunt. Aut certè de pituitosis recrementis accipiendum, quæ vbi intestinis aut vtero adhærescunt, & in flatus à calore vertuntur, tormina & tensiones excitant, cocta verò & calore liquata, puri similia existunt & repurgantur. Quod ferè in his videtur, quæ multo grauiditatis tempore pica laborarunt.

521 Αἱ ναρκώδεες καὶ μάλιστα ἐν τῇσι κινήσεσι μὴ ἀδυναμίης κατακεκλασμέναι, καὶ κείσιν ἐνοχληθεῖσαι, ἀσώδεες, ἐφιδρεῦσι πολλῷ. χειλίαι καθυγρανθεῖσαι ταύτῃ, κακόν.

Quæ torporis sensu afficiuntur, præcipueq; ad motiones impotentes & perfractæ, circa iudicationem vexatæ, anxietate laborantes, multo & tenui sudore diffluunt, in his aluus effusa malum denunciat.

Incertum est quibus hanc symptomatum collectionem attribuat, quæ frigidorum humorum grauantem abundantiam indicat, Istud tamen videtur (vt cætera) vterum gerentibus, aut quibus menses restitant accommodari. Sunt autem κατακεκλασμέναι ἐν κινήσεσι μὴ ἀδυναμίης, quæ viribus sunt fractis & exolutis, & ad motiones ineptæ aut impotentes, quales sunt extremè languentes & membris perfractæ, aut delassatæ, humorum copia animalem facultatem opprimente & spiritus vitales exoluente, vt idem κατακεκλασμένα quod κατακεκλιμένα, & quæ viribus exolutis prostratæ iacent, significat, non secus ac κατακεκλασμένοι κωματώδεες dicuntur Hippocrati libello περὶ ἑλλεβορισμοῦ, qui in Prorrhetico κατακεκλιμένοι κωματώδεες vocantur, & ἐκλυτοὶ hoc est exoluti & fractis viribus exponuntur Galeno.

522 Τὰ δὲ γυναικεῖα μὴ ἐπισχεῖν, χρήσιμον. ἐπιληπτικὰ ἐκ τοιούτων, οἷμαι. ἐνίοισι δὲ καταφοραὶ μακραὶ, ἐνίοισι δὲ αἱμορροΐδες.

Muliebria purgamenta non subsistere vtile, ac fortè ex talibus comitiales morbi oriuntur, partim verò diuturnæ alui subductiones, partim etiam sanguinis per ora venarum profluuium.

Hæc sententia Hippocrate digna & veritate sua constantissima, siue de statis menstruis purgationibus, siue de partus purgamentis intelligatur. Nam & huiusmodi muliebria remorata maximam noxam adferunt, vt patet ex Hippocrate lib. 1. περὶ γυναικ. & Galeno lib. 6. de sympt. caus. & lib. 6. de loc. affect. & Comment. ad aph. 57. lib. 5. In vteri autem peruersionibus aut præfocationibus, quæ plærunque tardatis mensibus fiunt, comitialis morbi symptomata cernuntur, qualia enumerantur libr. 1. περὶ γυναικείων, cùm vterus in hepar aut hypochondria obuoluitur. ἐπίλυσις φρενῶν καὶ ἄπαφροσύνη αἱ μῆτραι καὶ τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν, πνίγεσι, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν αἱματώδεα, καὶ ψυχρὸν ἱδρῶτα. εἰσὶ δὲ αἱ καὶ παλίδρομαι γίνονται. εἰσὶ δὲ καὶ τοῦ ὀδόντας ῥοῦχθαι, καὶ σιαλα ὀπὶ στόμα ῥέειν, καὶ ἐσίεσθαι τοῖσιν ὑπὸ τὴν ἰσχιάδα νόσου σωνεχομένοισιν. Idem lib. 2. in vteri procidentia, epileptica symptomata annotat, quæ etiam membrorum contractiones, peruersiones, aut cõuulsiones significant. Alui autem diuturna profluuia sæpius antea commemorata, & hic quoque molestiam exhibent vt satis patet ex lib. 1. περὶ γυναικείων. ἢν δὲ ἐς τὴν κοιλίην ἔλθῃ ἄλεσις ἐπειδὰν στείσῃ, ταράξει αὐτὴν καὶ οὐκὶ πῶρόν. πιμπρᾶται δὲ ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πολὺ ὀξέα ὀπτήσιμα σώματα φλαύρως ἔχοντα, πονέοντα, πονέοντα μὲν. Rursusque ibidem, ὅταν πολλὴ πίπτῃ ἡ ὑδρωψ, ἔστιν ὅτε ἡ κοιλίη παράσιτος. καὶ ὑποχωρέει μέλανα, καὶ κάκοδμα κἀστοτε ἄλλοτε, καὶ ἄλλοτε ὡς ὄγδοον ἔτος. Ἐκλύεσθαι, δοκέει οἱ ῥηϊτέρην εἶναι. καὶ μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιὴς γίνεται, ἢν δὲ μὴ κινδυνώδεϊ ὀξαρρόῃς αὐτὴ ἰσχυρῶς ὑποπεσοῦσης. Fiunt autem alui profluuia diuturna à sanguinis in hepar refluxu, calidique natiui oppressionem indicant & periculo sunt, fieri etiam possunt perenni in aluum & intestina fluxione, ideoq; summam naturalium facultatum imbecillitatem denunciare. Quòd ad hæmorrhoidas attinet, solet retenta illa abundantia interdum ad sedem deduci, & per ora venarum effundi. Quod etiam indicauit Galenus Comment. ad aph. 33. libr. 5. & Hippocrat. libr. 1. περὶ γυναικ. cùm menstruam purgationem interdum ad sedem deriuari scribit, etsi id rariùs mulieribus, virginibus verò crebriùs apparere dicit. Et sanè in opere medico non semel reseratis hæmorrhoidibus huiusmodi abundantia vacuari visa est.

523 Τῇσιν ἐπιφορῇσιν ὑποχονδρίου ἄλγημα κακόν. καὶ χειλίαι ταύτῃσι φερόμεναι, κακόν. καὶ ὑπερρίγεω ταύτῃσι κακόν. ὀδυνὴ χειλίης ἐν τῇσι τοιαύτῃσιν ἦσσον κακόν,

Vterum gerentibus præcordiorum dolor malum denunciat, hîc etiam alui euntes & rigore subinde corripi malo est. Ventris dolor, si limosa expurget

in huiusmodi leuius malum indicat. Quę ex his faciles partus habent, eæ postea vehementer anguntur.

ὠὶ ἰλυώδεα καθαίρη. ἦσι ῥηϊδίως τὴν τοιούτων τίκτε, ὑϛ A
ὕστερον δύσφορα σφόδρα.

Aluum prægnantibus effundi abortionis periculum denunciat, ex placito. 34. lib. 5. Limosa autem excrementa cum ventris & præcordiorum dolore, & rigore qui subinde repetit, viscerum impuritatem, præcipueque iecoris imbecillitatem significat, vnde deiectiones hepaticæ cum torminibus subeunt. Alleuant autem huiusmodi limosorum & cœnosorum deiectiones, ex quo leuius malum iudicatur. Eæ etsi faciliores ac promptiores ex rigoris concussione habent partiones, postea tamen torminibus grauiter conflictantur, ob collectam viscerum cauo humorum impuritatem. Sic enim tota connecti posse melius existimo quod etiam manuscripti codices faciunt, etsi προῆσι, τῆσι legunt. Quam scriptionem Asulanum exemplar, quia suspectam habet asteriſco notauit.

Quibus prægnantibus tabi opportunis faciei rubor exoritur, hunc stillationes è naribus auertunt.

524 Τῆσι κυόσησι φλιηώδεσιν, ἦσιν ἔρυθρος ὅτι πρόσ- B
ωπον γίνεται, αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποσάξιες τοῦτο ἀποτρέπουσι γι-
νόμεναι.

Malarum rubor successi & infirmi pulmonis signum ex distillatione ferina aut concalfacto capite in tabi obnoxiis, quem iure reuocant & auertunt sanguinis ex naribus stillationes. Malarum quoque cauitatem partus purgamentis retentis rubescere annotat Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. φυσ. & lib. 1. περὶ γυναικ. sublato illuc sanguine, velut vtero erysipelate laborante faciei ruborem adscribit lib. 2. περὶ γυναικ.

Quibus à partu alba prodeunt, ex his subsistentibus surditas cum febre & lateris dolor acutus excitatur, eæ in vehementem & pernicioſam mentis emotionem incidunt.

525 Ἥσιν ἐκ τόκου λευκὰ, ὁπισάντων δὲ, ἅμα πυρε- C
τῷ καὶ φωνῆς, νηδὺς πλευρὴν ὀδυνῶν ὀξέα, ὀξέες δυται ὀλέ-
θριοι.

Hæc sententia ex Prorrh. 80. petita est, vbi iisdem penè verbis repetitur & à Galeno explicatur.

Prægnantibus salsuginosa, post partum molestias ex albis, mordacibus denunciat. Purgationes huiusmodi duritiem adferunt. In his singultus malo est, & vterorum procidentia, quæ vnà interficit.

526 Τὰ ἐν τῇσιν ὑπιφόρῃσι ἁλμυρώδεα, σημαίνει μὲν
τόκον δύσκολα λευκοῖσιν δακνώδεσιν. αἱ διαῦται καθάρ-
σιες ἀποσκληρύνουσι. λύγξ ὅτι τοῖσι φλαῦρον, ἢ πτῶ-
σις ὑστερέων, ἢ σωτηνίη.

Salsuginosa multa collecta prægnanti, post partum purgationes molestas & mordaces, biliosas & acres fore præsagiunt, ex quibus interdum vlcera excitantur & vteri indurantur. Sic etiam in scirrhum indurescere scribit Hippocrates, ex mensium corruptione D
& putrilagine, lib. 2. περὶ γυναικείων, & repetit lib. περὶ γυναικείης φύσιος. Et ex huiusmodi vterorum duritie, facilis est in cancrum transitus. Scribit nanque lib. περὶ γυναικ. φύσ. & lib. 2. περὶ γυναικ. γυναικὶ ὅταν ὑστέρα σκληρὰ γένωνται, καὶ εἰς τὸ αἰδοῖα ἐξίκωνται, καὶ οἱ βυβῶνες σκλη-
ροὶ γίνωνται, καὶ κῆλα ἐν τούτῳ αἰδοίοισιν ἐκφύηται, καρκινώδης ἀγρίη. Vt non immerito apud Hippocratem καρκινώδης σκληρώδης exponat Erotianus. Quod sequitur καὶ πλῦσις ὑστερέων parum cohæret, & rem totam obscurat. Neque enim video quidnam hic πλῦσις significet, nec quomodo huic loco conueniat. Et certè locus conclamatus videtur, cùm ita se gerant omnia exemplaria, vt manifestum vitium, nullam autem medelam ostentent. Asteriscum enim vt scopuli indicem plæraque præfigunt. Cornarius hoc totum velut nil ad rem faciens prætermisit. Quòd si coniecturæ locus esse debet, (quandoquidem in tam exulcerato loco nulla alia quam coniecturæ medela est) πλῶσις legi potest, vt vteri lapsum & procidentiam intelligas ex calamitosa mordacium & acrium purgamentorum effluxione, quæ & locorum duritatem & distensionem parit. πλῶσις enim ὑστερέων & ἔκπτωσις adeo familiaris est, vt (quod scribit Hippocrat. libr. 2. περὶ γυναικ.) ἅπασα προόδους ἰήσατο ταῖς ὑστέραις παρεσχῶσι, ὧν ἔνιοι πλαῦρον. Quæ etiam sæpius celebratur libris περὶ γυναικ. Potest etiam πλῦσις legi, aut πλῦξις, (quod postea Præceptorem Hollerium fecisse video) & pro vteri cervicis complicatione aut reduplicatione sumi ex qua sequitur σωτηνίη distentio aut peruersio, locorumque duritas, vnde & purgamenta exitu prohibentur, & morborum congeries succedit. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. & lib. 2. περὶ γυναικ. ἐπὶ πλῦξιν τὸ στόμα τῆς μητρέων Hippocrati celebratur, σωτηνίη quoque exemplaria quædam legunt, vt corrugatam & complicatum vteri osculum contractio aut contensio consequatur: alia etiam σωκτίνη habent, quæ hic secuti sumus. E

Ex purgamentis muliebribus ad pedes & lumbos pertingentes tensiones, suppurationes indicant, & viscosa graueolentia ex aluo cum dolore prodeuntia. Ex præscriptis quoque suffocationes, suppurationes denunciant.

527 Ἐς πόδας καὶ ἐς ὀσφὺν σωτάσιες ἐκ γυναικείων,
ἐκπυητικὴν, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλίσχρα, δυσώδεα ὑπὸ πά-
νυ ἰόντα. πνιγμοὶ ὅτι τῆσι προειρημένοισιν, ἐκ-
πυητικόν.

Menstruum abundantia retenta & corrupta, interdum suppurationes mouet & vteri vlcera. Ex quibus & lumborum distensio aut per sympathiam cum vtero contractio, & pedum contentiones aut tumores, quæ sunt symptomata hydropica, ex multa cacochymia suboriri possunt. Quæ etiam interdum vitio totius corporis contingunt, quod indicant graueolentia & putria per aluum cum dolore effusa. Vteri quoque strangulatus ex iisdem causis, corruptam putrilaginem euoluunt, & suppurationes faciunt. Hic verò τὰ πικίλα potiùs lego quam ἀπὸ κοιλίης, ex sententia huius Prognost. 324. quæ huic valde affinis est & longe purioribus verbis scripta.

Vterinæ ventris duritates cum dolore, celerem perniciem denunciant.

528 Ταὐτερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα ἐπώδυνα,
ὀξέως ὀλέθριον.

Vteri duritates quæ tactu in ventre percipiuntur intelligit & verè Medicis σκληρύσματα dicuntur, quæque velut oneris aut lapidis incumbentis pondus præ se ferunt, vt scribitur lib. 2. περὶ γυναικ. vbi etiam variæ causæ adscribuntur. Aut certè vterorum inflammationes accipiuntur, cui solenne sit Hippocrati σκληρύσματα ἐπώδυνα tumores duros & dolentes dicere, quę ἰδήματα σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα vocantur in Progn. Vteri autem inflammatio & doloris acerbitate, & febris vehementiâ non paruam perniciem minatur. Ideoque ὀξέως ὀλέθριον iunximus, vt mali acerbitatem indicaremus, etsi plæraque exemplaria ἐπώδυνα ὀξέως legunt.

In vterum iam gerentibus, fluxiones serpentia oris vlcera cum dolore excitantes malum denunciãt. In his sanguinis per ora venarum profluuiũ pessimũ.

529 Τῇσιν ὑπιφόρῃσιν ἤδη, ἀφλώδεα ῥεύματα ἐπώ-
δυνα, πονηρόν. αἱμορροΐς ταύτῃσι κάκιστον.

Hic ἀφλώδεα ῥεύματα dicuntur, quæ paulò ante sent. 515. ἀφλώδεα στόματα, addito causæ genere. Huiusmodi autem fluxiones tabem aut alui profluuium minantur, ideoque abortionis metum afferunt, vt & sanguinis quodcunque per ora venarum profluuium (αἱμορροΐδα vocant) in grauidis fœtui alimentum surripit, præcipueque si iam longè progressa sit imprægnatio & fœtus grandior, ex placito 31. lib. aph. 5. Etsi hic αἱμορροΐς quancunque sanguinis profusionem, aut etiam ex venis pulmonum sanguinis eductionem significare potest.

Quibus in tumorem sublato ventre, pudendum rubor occupauit, muliebribus purgamentis albis humidis subitò procedentibus, diuturnis febribus intereunt.

530 Ἥσι κοιλίης ἐπαρθείσης ἐς αἰδοῖον ἔρυθρος ἦλθε
γυναικείων λευκῶν ὑγρῶν κατελθόντων ἐξαπίνης, ἐν μα-
κροῖσι πυρετοῖσι τελευτῶσι.

Vteri tumore cum vlcere aut phlegmone laborantis sunt indicia, quemque sæpe cancer occupat, & quo laborantes diuturnitate lentis febribus tabescentes consumuntur. ἐξανίησι autem magnam & confertam purgamentorum putriliginem denotat.

531 Σπασμῷ, γυναικείων ἐν ἀρχῇσι φανέντων, πυρετῷ μὴ ἐπιγινομένῳ, λύσις.

Conuulsionem, muliebria si circa initia appareant, neque febris accesserit, soluunt.

Conuulsiones intelligit quibus solent mulieres hystericæ plærunque esse obnoxiæ purgationibus muliebribus remoratis, & quibus procedentibus continuò liberantur, vt satis indicat historia ægr. 11. lib. 3. epid. post 1. post. Quod si febre accedente (quæ conuulsiones etiam sanare potest) circa initia morbi purgationes erumpant, eiusmodi vacuatio maximo malo est, cum sit symptomatica & morbi, non naturæ, impetu contingat, quod etiam sæpius obseruare licet in opere med. co. Illud igitur πυρετῷ μὴ ἐπιγινομένῳ, huic suffragatur lectioni quam antea (sent. 350.) adscripsimus, quæ ἄνευ πυρετοῦ legit. aut quæ ex Prorrh. ἀπύρους easque conuulsiones, quæ magnis vteri inflammationibus succedunt, distinguit, quibus febres coniunctæ sunt. ἐν ἀρχῇσι verò conuulsionis initium, aut primum apparentes menses, hoc est pubertatis tempus, quo primum menstrua erumpunt, & comitiales, conuulsiones aut puritiæ morbos etiam soluunt, vt scribit Hippocr. aph. 28. lib. 3. Plinius nanque cap. 4. lib. 28. multa morborum genera, maximeque comitiales, primo coitu solui scribit, primóque fœminarum mense.

532 Οὖρα λεπτὰ ὑποστέφελα ἐν μέσῳ ἐρύθημα, ῥῖγος σημαίνει.

Vrinæ tenues, nubeculam quandam in medio assumentes, rigorem denunciant.

Absurdum est nubeculas in vrinis tenuibus rigorem denunciare, neque etiam si in medio suspensæ sint, ideóque hæc sententia demonstratione caret, præstátque Hipp. doctrinam de vrinis in mentis notione reponere. Quinetiam phrasis est insolens, & illud ἐρεύθημα locum suspectum facit. Quod tamen pro μεταλαμβάνοντα sumpsimus, quod ἐρεύθημα apud Hesiod. μεταλαμβάνοντα exponat Var. neque huic loco hac notione malè quadrare videatur. Quia autem infrequens est dictio, non omninò temerè ἐναιωρήματα aut ἐωρήματα scriptum fuisse coniicias, etsi hanc lectionem suis reticriptis damnat Gal. Com. 1. in Prorrh. Aut certè ὑπόστασιν ἐν μέσῳ ἐρύθημα, idem quod ἐναιωρήματα ὑπερύθρα indicare videntur, de quibus aliàs scripsimus. ἐρεύγεσθαι etiam pro ἐρυγγάνειν, per syncopem, legi posse aliquando suspicatus sum, vt sint vrinæ quæ nubeculas in medio eructant aut effundunt, vt ἔρυγες nomine effusa quædam copia aut abundantia intelligatur.

533 Ἢν ἀπὸ τετραάδος αἱματος ῥύσις γένηται, χρόνια σημαίνει, καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται, καὶ σκελέων οἰδήματα.

Sanguinis fluxus si quarto die oriatur, diuturnitatem indicat, & aluus effunditur, cruráque intumescunt.

Indistinctè admodum prolata est ista sententia. Neque enim quemnam sanguinis fluxum intelligat satis certum, neque quo modo quarto die exortum sanguinis profluuium diuturnitatem indicet compertum est, quin potius iudicationis disciplinam labefactat & subuertit. Neque cuinam affectui ista accommodentur, satis intelligitur. Possunt fortassis ista conuulsionibus attribui, in quibus ob frigidam & crudam materiam qua abundant, vrinæ tenues conspiciuntur, & hæmorrhagia quarto die exorta nihil promouet, quinetiam morbi initio contingens iudicationem irritam facit. In criseos ratione celebre est ex lib. 2. epid. εἰ πταρνῷεν αἱμορραγίαι, ὀλισθηροί. Et τὰ χρίσιμα ἐκ αὐτῶν ὑποχωρήσειν: etsi morbi quidam, præcipuéque sanguinei, & qui paribus diebus mouentur (idq; maximè in iuuenibus) salutares habere hæmorrhagias quarto die obseruantur. Sed quanam ratione ista in hunc muliebrium morborum ordinem irruperint, superuacaneum est quærere, neque quomodo crurum tumor inde, aut alui eruptio speretur, nisi hæc ex liberaliore hæmorrhagia contingant.

534 Τῆσιν ἐπιφόρησι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μὴ βαρέα γινόμενα, φλαῦρα, ἴσως ἢν ταύτῃσι καὶ ἄλλα ἀσημοτέρως ἢ ὠφελέῃ.

In vterum gerentibus capitis dolores cum sopore & grauitate malo sunt: forteq; huiusmodi naturæ vnà etiam conuulsionibus quibusdam sunt obnoxiæ.

Ex Prorrh. 103. distertis verbis huc tradueta sententia & paulò antea expressa. Ideóque lectionem Prorrhetici secuti sumus, cùm sint exemplaria omnia vitiosa, & ὠφελίοι pro ὠφελῇ legant. Potest etiam legi ἀσημοτέρως ἢ ταῦτα ὠφελῇ, quæ est Galeni lectio & à Cornario vsurpata.

535 Αἱ πρηθηνήσασαι ἔξω πόνον χολερώδεα περὶ τὴν τόκον, ἀκμαίοισι μὲν ῥηϊδίως. πυρέξασαι δ', καὶ κοπώδεες, δύλως τε καὶ ἰσχὺν φάρυγγα ὀχλῇ, ἢν τι τῶν ἐν πυρετῷ κακοήθων ἐπιφανῇ σημεῖον.

Quæ ante partionem in modum choleræ morbi affliguntur, faciles quidem partus edunt. Febre autem tentatæ, malignè habent, tum verò præcipuè, si quid fauces vexet, aut in febre maligni aliquid appareat.

Magnam ventris perturbationem cruda multa & bilem per vomitum ac secessum excernentem cum summa corporis iactatione, interiorum oppressione & crurum conuulsione, velut in cholera morbo, intelligere videtur, quæ partui vicinas terrere non mediocriter debet, idque præsertim si cum febre sit & malignis symptomatis, biliosa acrimonia in venas delata ibique corrupta non secus ac in cholera morbo ex alimentorum insigni cruditate & corruptione.

536 Τὰ περὶ τὸν τόκον ῥηγνύμενα ὑδατώδεα, φλαῦρα.

Erumpentia ante partus aquosa, mala.

Hoc paulò antea expressum est sent. 513.

537 Τῆσιν ἐπιφόρησι κατὰ φάρυγγα ἁλμυρώδεες ῥύσιες, πονηραί.

In vterum gerentibus salsuginosæ ad fauces fluxiones malum denunciant.

Ἁλμυρώδεις ῥύσις nunc * dicuntur, quæ paulò antea ἁλμυρώδεα simpliciter. * *Sent.* 526.

538 Τὸ πρὸ τῶν τόκων ἐπιῤῥιγοῦν, καὶ τὰ αἰῶν δυσὶν ἀκτόμενα, κινδυνώδεα.

Ante partus subinde rigore corripi, & citra dolorem parere, periculum indicat.

Rigor ante partum subinde corripiens, materiæ agitationem & ad neruos aut superiora transpositionem indicat, ex qua concussis partus faciliùs elabitur. At sine dolore parere cùm præter naturam sit magnum aut fœtui, aut parturienti periculum denunciat: in partu enim dolor est totius corporis, præcipuè vero lumborum & coxendicum. διέστηκε γὰρ ἕκαστον τὰ ἰσχία, (vt scribit * Hippoc.) καὶ ἀλγεῖ τὰ ὀστέα τὰ περὶ τὰ ἰσχία. * *lib. de fist. initio.* *Lib. 1. de morb.*

539 Τῆσιν ἐπιφόρησι τὰ ἀφθώδεα ῥεύματα, πονηρά. τὰ ἀθεῖσα ἐκλυθῆσαι, μεταστάντα ξυνθεῖσα, ἐκθερμαίνοντα ὀξέως, καὶ μάλιστα καὶ δύσκολα ἀποβαίνει τῆσιν ἐπιφόρησι τὰ περὶ τὸ λεπτὸν οἰδήματα, οἷα τὰ περὶ τὰς ὀφθαλμοὺς γίγνεται, ἀποπλανώμενα ὀρθοπνοίησιν. ἆρα τὰ διαῤῥώνα οἰδήματα διδυμοποιεῖ; ἆρα καὶ ἀσημοτέρως τὰ διαῤῥώνα οἰδήματα ποιέει.

Prægnantibus fluxiones cum serpétibus oris vlceribus, malo sunt. Hæ conuulsionibus, exolutionibus, postea perfrictionib. tentatæ, celeriter calefiúnt. Quinetiam prægnantibus molestiá exhibent, qui circa tenue intestinum contingunt tumores, quales circa extremas vteri osculi oras, in erectæ ceruicis spirationis difficultate detentis, eueniúnt. Quinetiam fortassis huiusmodi tumores gemellorum partum prænunciant, aut fortè conuulsiones tumores huiusmodi indicant.

Syndrome est empirica, difficilis, ex obseruatione nata & demonstratione carens, quæque quò obscurioribus vtitur vocibus:

eò perplexam magis ſententiam facit. Nam quid per παὶ ὀχίας intelligatur non facilè coniicias. ὀχίας enim omnes hic aut ὀχέας ſere A
ſumunt,& ſcrotum intelligunt,quod & ὄχεα & ὄχη dicitur lib.2. περὶ γυναικείων, ὀχίας tamen cùm paſſim legant omnia exemplaria dubium relinquitur an hic ὀχίαι idem quod τὸ ὀχίον indicet,quod exponitur Gal. in Exegeſi ὑ περὶ τὸ σῶμα τ μήτρας ἑλικοειδὲς ἐπιπλα-
σασις, flexuoſa circa vteri oſculum extuberantia. quomodo etiam ſumpſiſſe videtur Cornarius, an verò pro ὀχίαι in Exegeſi ὀχίαι legendum ſit,vt iſtum locum ſubindicet,& exponendum ſit,αἱ περὶ τὸ σῶμα τ μήτρας ἑλικοειδεῖς ἐπιπλασεις. Neque quod ad notionem attinet,ſatis eſt explicatum quinam tumores circa huiuſmodi oſculi vuluæ eminentias fieri intelligantur,in ea ſpiratione quæ erecta ceruice obitur detentis, aut quæ huiuſmodi ſpirandi difficultatem inducant. Mihi, ſi quid coniicere licet, tumores ſubindicari videntur,qui in longa tuſſi & magna ſpirandi difficultate,ad genitales partes,velut teſtes aut ſcrotum iudicationis quadam lege decumbunt. Nota namque ſatis eſt thoracis cum genitalibus partibus communitas, & ὅρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχίου, vt ſcribit Hippocr. lib.2. epid. Quam conſenſionem pluribus locis confirmatiſſimus noſtris in lib.2.epid. Commentariis. Sic igitur ἐν τῷ ὀχίῳ & in extremis oſculi vteri oris non eſt abſurdum ex longa tuſſis contentione & ſpirandi difficultate tumores fieri, quo in loco etiam ſæpiùs hernix viſuntur. Quæ ratio magis etiam notionem noſtram confirmabit,qua γονὼ apud Hippocratem lib.2. epidem. vterum indicare proponebamus,vt luculentus vteri cum thorace & ſpiritalibus partibus conſenſus innoteſcat. Quod autem ſcribitur huiuſmodi tumores circa tenue inteſtinum enatos gemellorum partum ſubindicare, id ſemel obſeruatum non temerè in dubium adducitur. Et ſanè longè eſt æquiùs inde conuulſiones impendêre. B

Quæ ſuſpirioſæ ſpirationes foras educuntur in febribus, abortionis periculum afferunt.

540 Τὰ μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεῦμα ἐν πυρε-
τοῖσιν, ἐκτιτρώσκοντας.

Hoc præſagium ſuprà ſcriptæ ſententiæ (519.) lucem affert eamque explicat. Hic enim τὰ μυχθώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα dicuntur, quæ illic τὰ μὴ μυχθισμοῦ ἕξω ἀπαιωρούμενα πνεύματα. Indeque hîc eſſe legendum fortè coniicias τὰ μυχθώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα, aut τὰ μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεύματα, quemadmodum legiſſe videtur Corn. aut μυχθώδης πνεῦμα, vt luctuoſam expirationem, & eam quæ foras fertur cum ſuſpirio intelligas. C

Horrore ſubinde tentatis, laſſitudine & capitis grauitate conflictatis, muliebres purgationes erumpunt.

541 φρικώδεσι, κοπιώδεσι, καρηβαρικοῖσι, γυναικεῖα
καταῤῥήγνυται.

Publicati codices hanc ſententiam ſuperiori connectunt,& ἐν πυρετοῖσι φρικώδεα intelligunt. Poteſt & per ſe accipi, quod faciunt reliqua exemplaria,quæ ſecuti ſumus cum Corn. Et hoc ſæpe accidit vt in magna humorum inæqualitate & copia totum corpus degrauante,menſes erumpant, interdum natura morbum deponente,ſæpiùs verò impetu ſibi qua ratione cunque exitum molente.

Quæ ad manus contactum torpeſcunt, peraridæ, ſitis expertes, muliebria multa profundentes, pus intrò colligunt.

542 Αἱ περὶς χεῖρα νωθραὶ, καταξηραὶ, ἄδιψοι, γυναι-
κεῖα πολλὰ χαλῶσαι, ἐκπυητικαί. D

Ex menſium abundantia & interno vitio tabeſcentes, areſcentes & ſuppuratas intelligit, quæ febre lenta conflictantur, quas ideò περὶ χεῖρα νωθρὰς vocat, quòd ad manus contactum lenta ſit febris, cæque velut tardæ ac torpeſcentes, totoque corpore quodammodo pigræ ac plumbeæ.

Ex abortione vbi alba derepente percurrunt, ſi rigor aliquis corripiat,& ad femur impetus fiat,tremor moleſtus ſubit.

543 Τὰ ὀξέως λευκὰ καταῤέοντα ὅτε τρωσμῷ,
εἶτα ῥῖγος, ἢ ἐς μηρὸν ὁρμὴ, τρόμος δύσκολον.

Ex abortu quæ fiunt febres periculi plenæ ſunt, præcipuè verò ſi vteri inflammatio, aut exulceratio ſuccedat, aut quauis alia de cauſa in femur decumbat, quod in vteri tumoribus valde ſoleane eſt, vt aphor.47. lib.5. Alioqui ex mucoſorum & pituitoſorum fluxione, quæ abortionem fecit, in femur decubitus, & tremor, materiæ ad ſuperiora reflexu,& à venis ad neruos tranſpoſitu, difficilis & calamitoſus eſt. Exemplaria autem publicata ῥηγῆ pro ῥιγῆ legunt. Quæ lectio abortum magis & vlcera ſuſpectat, ideoque plauſibilior videtur.

Serpentia oris vlcera in vterum gerentibus, aluos humectant.

544 Τὰ ἀφθώδεα στόματα τῆσιν ὑπιφόρισι κοιλίας
καθυγραίνει.

Sæpiùs antea expreſſa ſententia,ex qua & alui profluuium, indéque periculoſa abortio ſuſpectatur.

Quæ prægnantes ante partus laborarunt, ſubinde rigore corripi ſolent.

545 Αἱ ὑπὸ πυρετῶν, περιστάσαι περὶ τὴν τόκον,
ὑπορρίγεσι.

Publicatorum codicum lectio valde eſt implicata, quæ ἴσα ὑπὸ πυρετῶν habet, & iſtam ſententiam ſuperiori connectit. Quæ etſi referri poſſunt ad aphthoſas illas fluxiones & ferinas, quæ ante partiones prægnantes affligerent, aptiùs tamen diſtingui videntur & ad prægnantium morbos accommodari, quæ ante partus ſubinde rigoribus tentantur ex magna humorum inæqualitate & viſcerum impuritate,quale quid Epicratis vxori contigit. lib.1.epid. vnde deducta videtur hæc ſententia. Eamque lectionem ſequuntur reliqua omnia exemplaria cum Cornario, & αἱ ὑπὸ πυρετῶν legunt.

Quæ ex partionib. contingunt exolutiones cũ torpore moleſtiã quidem exhibent,& mẽtem emouent, nullam tamen perniciem afferunt. Verùm etiam purgamentorum muliebrium abundãtiam denunciant.

546 Αἱ ναρκώδεες ἐκλύσιες, δύσκολοι μὲν ἐκ τῶν τό-
κων ἀποβαίνουσι καὶ παραφρουσικαὶ, ἀ μὴν τοι ὀλέθριον.
ἀπάρ καὶ πλῆθος γυναικείων περιπεμφθήσεται.

Quod ſemel obſeruatum,id in exempli authoritatem transferri non debet. Neque huiuſmodi exolutiones periculo carent, ſiue ad motionis impotentiam, ſiue ad animi defectiones referas. In laboriofis & moleſtis partionibus, præcipuè ſi grandiores fœtus educantur, huiuſmodi membrorum exolutiones cum torpore contingunt. Sed quod mentis emotionem addidit, cerebrum appetitum ſignificat,& exundantem toto corpore vitioſæ & inæqualis materiæ abundantiam, quæ per muliebria purgamenta deducitur.

Quæ in partu oris ventriculi dolorem antea ſenſere, paulò poſt fœtus deponunt.

547 Αἱ ἐν τόκῳ καρδίῃ περιφλιήσασαι, ὀλίγῳ ὕστε-
ρον ἀποβάλλουσι.

Hippocr.lib.1. περὶ γυναικείων in parturientibus crebram ſpirationem, lumborum dolorem, & oris ventriculi morſum (καρδιαγμὸν vocant) adſcribit. Hic autem ἀποβάλλειν, ἀφιέναι, & fœtum deponere, demittere, excludere & eiicere ſignificat.

Horroris & laſſitudinis ſenſus,capitis grauitas cum ceruicis dolore, muliebres purgationes deijciunt. Quòd ſi quid huiuſmodi circa iudicationem cum tuſſicula contingat, ſubinde rigorem adfert.

548 Τὰ φρικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαρικὰ, πρὸ χρίσιος
ὀδυνώδεα. γυναικεῖα καταῤῥήγνυσι. περὶ χρίσιν δὲ τοιού-
των γινόμενον μετὰ βηχίου ὑπορρίγος.

Iſtud fidem facit ſuperiorem paulò ſententiam (541) rectè diſiunctam eſſe. Quod inſuper de tuſſicula additur, ex obſeruatione ductum eſt,nec ſatis ad demonſtrationem accommodatum.

Quæ puellæ erectæ ceruicis ſpiratione vexantur, iis vterum ferentibus mammæ pus colligunt. Muliebria purgamenta circa initia apparere,malum.

549 Ὅσαι κόρησιν ὀρθοπνοϊκαὶ συμβαίνει, ἐν τῆσιν ὑπιφό-
ροισι, μαστοὶς ἐκπυοῦνται. γυναικεῖα ὑπιφαίνεσθαι ἐ
ἀρχῇ, κακόν.

Ex magna & continua in thoracem & pulmones defluxione, orta huiuſmodi ſpirandi difficultas, partem imbecillam reddidit in quam

in quam gestationis vteri tempore deducto sanguine, pus fortassè collectum est, & muliebres purgationes statim ad initium eruperunt. Ex quibus nil nisi fœtus corruptionem aut etiam tabem sperare queas. Potest & in viro mammis pueris suppressâ orientium purgatio huiusmodi erectæ ceruicis spirationem ad superiora recursu adducere, ex quo pars postea imbecillior reddita, suppuratum excepit.

550 Τὰ μεμικὰ πυρετὸς ὀξὺς παραφόδεας ἀχόλῳ κοιλογαλακτῶ λύσει.

Febres acutas cum mentis perturbatione, in oris ventriculi dolore non bilioso, insania soluit.

Παραφόδεας febres dicuntur in quibus ægri sunt turbulenti, & sine ratione mentis perturbatione vexantur, quod est initium malè affectæ mentis, vt scribit Galenus in Prorrh. Impropria est autem solutionis acceptio, ac potius morbi successio, cuius varia alias descripsimus exempla. Et hic insania huiusmodi febres soluit, velut μανίαν ἴσχασις aph. 5. lib. 7. & alioqui (quod scribit Galenus) vehementes casus in morbis acutis, interdum probas solutiones promouent. Insania igitur febres acutas huiusmodi ita soluit, velut febres ardentes tremoribus ac delirio soluuntur ex aph. 26. lib. 6. Oris autem ventriculi dolor qui sine bile fit, breuem morbum fore indicat, alioqui appetito cerebro in furorem & vehementem insaniam erumperet.

551 Τῆσι ἀτόκοισιν αἵματος ἔμετος πρὸς τὸ συλλαβὴν ὠφελῆ.

His quæ non pariunt, ad conceptum sanguinis vomitus prodest.

Sanguinis copia interdum fœtum primis mensibus suffocat, ideóque deplenda est, interdum ita vasa implet ac distendit, vt fœtui concipiendo locus non sit. Sanguinis igitur vomitus velut ad causam relatus confert. Sic lib. περὶ ἐπικυήσιος Hippocrates ad conceptum sanguinem detrahendum consulit. γυναικὶ ἥτις αἱμάτων ἔξω πίπτοντι κύησιν βούλῃ, φλεβοτομέειν χρὴ ἐς τὸ ἐναντίον τοῦ ἕδρου χεῖρα ἢ τῆς σκελέων. Et lib. περὶ ἀέρων vt conceptum procuret, brachij sinistri venam aperiendam consulit. Sunt autem hic ἄτοκοι, non quæ sterriles dicuntur, sed quæ vel probè non repurgantur, vt exponit Galenus extremo libr. 3. de difficult. spirandi, vel quæ viri congressu non vtuntur.

552 Τὰ ἀχλυώδεα γυναικείων συχνῶν ἐπιφαινόντων λύεται.

Oculorum caligines crebris apparentibus mensibus, soluuntur.

Mensibus restitantibus ex sanguinis impuritate caligo oculis obtenditur & spiritus visorius conturbatur. Quibus erumpentibus, ista reuulsione quadam conquiescunt.

553 Ὅσαι γυναιξὶν ἐκ πυρετῶν ἀθήμια ἀπὸ τῶν μαζῶν γίνεται πῦσις αἱμάλωπος ἢ τευγώδης ἠμιμόρων, λύει ὁ πόνος.

Quæcunque mammarum dolore ex febribus vexantur, eas sanguinis concreti spuitio non fœculenta, dolore liberat.

Non magnam fuisse neque admodum corruptam sanguinis concreti copiam electam, significat ἠμιμόρων adiectum. Neque enim fœculentum, crassum, aut sanioſum fuisse suspicandum est. Alioqui magna sanguinis concreti & fœculenti reiecta copia, insigne vasorum vlcus indicaret. Mammarum autem dolor humoris ex vtero recursum ex partium consortio præ se ferre potest, qui potuit sanguinis concreti spuitione depelli. Hîc autem πῦσις αἱμάλωπος, idem quod πῦσις αἱματώδης aut αἱματώδης significat, cùm proprie αἱμαλὲ in oculis sugillationem indicet, sicque vt scribit Erotianus, συγγραφικῶς ὡς ὅταν ἐκ πληγῆς περὶ τὸ κεφάλαιόν τι γένηται ἠμιμόρων. Asclepiades ἐγγινομένων legit, reliqua exemplaria ἠμιμόρων.

554 Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἀπύρεξισι πασμοὶ εὐχερέες, οἷς ἐν Δορκάδι.

In mulieribus quæ vteri suffocationibus tentantur, idq; sine febre, faciles sunt conuulsiones, quale quid etiam Dorcadi contigit.

Hoc præsagium ex Protrh. 119. sumptum, & antea expressum & explicatum.

555 Ἢν ἐν ῥίγεος πυρετὸς κεφαλὴν, γυναικὶ καταλάβῃ. ταχὺ λύσις ἐν ὕπνοισιν ὀδυνώδης, αἱμορραγικόν.

Quibus ex rigore febris cum lassitudinis sensu adest, in his muliebrium profluuium expectare oportet. Quòd si ceruicis dolor prehenderit, sanguinis è naribus eruptionem fore spes est.

Ex Prorrh. 142. sumpta sententia & in hoc præsagium traducta.

556 Ἔμετος ὁ ἀνυποστατος φλέγματος καὶ χολῆς συμμιγοῦς. μὴ πολὺς ὁ καρπαίμεσθαι. τὰ δ' ἀκρητέστερα τῶν ἐμουμένων κακίω. πρασσώδης ὁ ἔμετος, καὶ μέλας, ἢ πελιὸς, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον. ταχιστον δ' θάνατον σημαίνει ὁ πελιὸς καὶ κακώδης. ἔστι δ' θανάσιμος ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος, καὶ μάλιστα εἰ μετ' ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδυνῶν.

Vomitio autem maximè est innoxia, quæ pituita & bile permixta est, dum ne admodum copiosa sit. At synceriores vomitiones deteriores sunt. Viridis quoque vomitus & niger, & liuidus vitiosus est. Quòd si omnes colores idem vomat, exitiale est. Celerrimum autem exitium indicat liuidus & mali odoris. Mortem quoque adfert ruber vomitus, isq; præcipuè si cum maiore conatu & dolore contingat.

Hæ vomitionis leges ex Prognostico sumptæ sunt. Et si quis incidit vomitus (inquit Celsus) mixtus esse ex bile & pituita debet. Hic autem ἀνυπόστατον dixit, quod in Prognostico ὠφελιμώτατον. Cùm nanque vomitus in symptomatum genere censendus sit, eum qui maximè sit innoxius perquam vtilem esse dicimus. In Prognostico etiam, vt nec admodum copiosum, ita neque admodum tassum esse vult, vt ex eo loco hic rectè ἢν μὲ παχὺς κάρπα μηδὲ πολὺς, legendum videatur.

πρασσώδης] πρασσοειδὴς dicitur prasinus & porraceus, qui in porri morem viret, (vt scribit Gal.) nos viridem cum Celso dicimus. Varie autem coloratum & grauem vomitum his verbis damnat ** Celsus, Atque in omni morbo vomitus pestiferus est, qui varius & multorum colorum est, præcipuéque si malus in hoc odor sit. ** Cap. 6. lib. 2.

ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος] Quemnam intelligat rubrum vomitum est ambiguum. Significari nanque potest croceæ bilis per vomitionem fusio, quæ tamen synceri vomitus nomine censetur. Quòd si sanguinis vomitum corporum accipit, ex venæ alicuius insigni ruptione, præsens periculum ostentatur, vt antea scriptum est. Eumque hic quoque subindicare videtur Celsus cùm post cætera de vomitu scribit. Aut sanguinem quoque in febre vomuisse pestiferum est, etsi placitum 37. lib. 7. diserte verbis exprimit.

557 Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτοι πρόξιωδύνοι, κακὸν, καὶ οἱ παρασαστιδύοι ἀνέμετοι.

Corporis æstuatione & inquieta iactatione conflictati, citra vomitum ingraueſcentes, malè habent, atq; etiam qui vellicantur citra vomitum.

Prorrheticum est 76. cuius hæc sententia explicationem adfert. Nam cum ἄσα duobus contingat modis (vt scribit Galenus) vno, cum corporis virtus mole & humorum copia ita opprimitur, vt nullo statu quiescat, sed omnes figuras mutet: altero, cum ventriculi os vitiosis humoribus lancinatur, de priore sententiam intelligi vult Galenus. Hic autem vtrique significato locus est, cùm nauseabundi ventriculi symptomata indicentur. Quod etiam innuit quod scribitur οἱ παρασαστιδύοι ἀνέμετοι, quibus significantur ii ore ventriculi ex humorum vitio lancinantur & vellicantur.

558 Τὰ μικρὰ ἐμέσματα, χολώδεα, δηλοῖ τὸ ἐν ἀνωμαλίῃσιν.

Vomitiones exiguæ, biliosæ, malum denunciant, tum verò præcipuè si peruigilio conflictentur ægri.

Diminuta est sententia & ex Prorrhetico 79. restituenda, ideóque κακὸν addendum videtur, ne quid absurdi affingamus. Huiusmodi verò vomitiones breui phrenitim prænunciant, quam per ἀχυπνίαν sæpe indicat Hippocr. A

Ex nigris vomitibus oborta surditas, noxia non est.

559 Ἐπὶ μελάνων ἐμέτων κώφωσις, ὀβλεῖπ.

Author Prorrhetici nigrorum vomitum cum surditate in phrenitidis suspicione sæpe coniungit, istáque symptomatum connexio non leuiter affectum cerebrum indicat, tantúmque abest vt bono sit, cum potiùs vehementem & furiosam insaniam denunciet, humore retorrido & exaltato iamiam appetito cerebro. Quòd si tale quid vacuationis ratione & crisεos munere contingat, interdum salutare est, velut in Epicratis vxore lib. 1. epid. verùm id est rarissimum exemplum.

Vomitus parui & frequenter repetẽtes, bilioſi, synceri, mali sunt in copioſiore ventris subductione & intenſo lumborum dolore.

560 Οἱ κῆ μικρὰ ταχέως, χολώδεες, ἄκρητοι ἔμεσι, κακόν, ἐν ὑποφορῇ πλείονι καὶ ὀσφύος ἀγκύλῃ στυ- B
τόνῳ.

Vomitiones bilioſæ, synceræ, paucæ & crebræ damnandæ sunt, ob magnam bilis & corruptelæ copiam, quæ etiam sua acrimonia intestina lancinat & lumborum dolorem facit, non secus ac ἐν χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι ὀπτῷ ἐδωδίμου ponit in Prorrh. ἐν ὑποπτώσει autem legunt exemplaria publicata pro ὑποφορῇ, facili lapsu, quæ vox huius Præsagij authori familiaris est. Etsi ὑποφορὴ humorum corruptelam & proluuiem aluo refusam subindicare potest.

Vbi ex vomitu anxietudo occupat, vox stridula est, oculi puluere obsiti, insania portenditur, ac tales vehementi insania correpti, voce defecti intereunt.

561 Τὰ δὲ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ὄμματα δὲ ὀπ-
χοιῶ ἴσχοντα, μανικά. ὀξέως μενέντες ἀφωνοι.

Hæ duæ sententiæ ex Prorrh. 17. natæ sunt, in vnamque coaleſcunt. ὀπίχνοιον autem ὄπταγον χνεώδη (etsi varia scriptione) exponit Galenus in Exegesi, & concretum puluiſculum aut lanuginem significat, vt sint ὄμματα ὀπίχνοιον ἴσχοντα, oculi puluerulenti, squalidi, & puluere velut lanugine ac sorde quadam obsiti, quod per nimium æstum iter facientibus præ intensa siccitate accidit, & in insanientibus, aut ex ardentibus febribus marceſcentibus inspicitur. Insaniam igitur eamque non leuem, sed vehementem & furiosam portendi non est absurdum, & ex siccitate & vitalitatis resolutione, cum vocis defectu interitum. Hoc autem loco vniuersalem doctrinæ complexionem habet, quod in Prorrhetico Hermozygis coniugis nomine insignitum, ex obseruatione enatum apparet, ideóque non temerè coniunximus ex publicatis exemplaribus, etsi quædam cum Cornario separant. Exemplaria omnia, tum scripta, tum publicata, κλαγγώδεα ὄμματα iungunt, vitioso tamen, vt satis apparet, cum κλαγγώδεα ad vocem stridulam referatur, & voci destinatorum instrumentorum siccitatem denotet, vt in Prorrhetico κλαγγώδης φωνή, dicitur. Demetrius tamen Epicureus κλαγγώδη ὄμματα ex hoc loco legisse videtur, & δίκηπτα interpretari, vt satis constat ex Erotiano, qui eum hac in re grauiter hallucinatum existimat. Quinetiam (si modò vera est lectio) hunc locum indicare videtur Erotianus, cùm κλαγγώδη exponit, etsi ad vocem referre oportet, vt satis ex Prorrhetico patet, & ex his quæ hoc modo scribit Erotianus, ὁ γὰρ τῶν ὀμμάτων εἴρηται κλαγγή, πιθανὴ τις ἂν εἰκάσαι φάντασις, ὁποίαν μάλιστα ἐργάζεται ἔμετος ἀσώδης. ἔστι δ' ὅτε ἀπαρχῶν ὑπὸ βαρείας καὶ λήθαργος εἰς ὀξὺ, ὥσπερ ἀπαυδῶντος πνεύματος. Vt satis appareat ex hoc loco in Prorrhet. legendum esse, τὰ δὲ ἐμέτου ἀσώδεα, κλαγγώδους φωνῆς. vt etiam admonuimus in nostra OEconomia.

In vomitu cum qui siti prematur sitis expertem esse malum est.

562 Ἐνεμέτῳ διψώδεα ἐόντα, ἄδιψον γενέσθαι, κακόν.

Illud delirium ac phrenitidem prænunciat, & ex his Prorrhetici locis pendet. διψᾶν παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέϊ, κακόν. Et, ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, κακόν. καὶ διψᾶν διαπαντὸς πονηρόν. Et, τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα, ἀσταμώδεα.

In angore & peruigilio vexatis, ad aures abscessus maximè obueniunt.

563 Ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις ταὶ πρὸς οὖς μάλιστα.

Hæc sententia ex Prorrh. 157. desumpta apparet, cumque in modum mihi reponenda videtur, etsi in exemplaribus valde discerpta est. Cornar. illud ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις superiori sententiæ iungit, quò plenior phrenitidis spes fiat. Reliqui codices hanc cum sequenti simul iungunt. Sed etsi abscessuum ad aures non satis firma spes sit, quòd & alia signa (qualia scribit Galenus in Prorrh.) in consideratione adhibenda sint, constat tamen integram istam esse ex Prorrh. sententiam.

In anxietate laborantibus cum alui turbulenta suppressione, celeriter velut culicum punctura in cutem erumpunt, & ad oculos lachrymosus abscessus procedit.

564 Τοῖς ἀσώδεσι κοιλίης παραχώδης ὀπίσασις, ἀφὼ ταχέων ἐξανθὲς οἷα κωνώπων κεντήματα, καὶ ἐς ὄμματα δακρυώδης ἐπόρασις ἔρχεται.

Ambigua valde sententia & ex obseruatione nata. Incertum nanque est num de abscessibus ad aures ista intelligantur, quod facit Cornarius. In quibus significandis magnam facit spem alui suppressio, faciei rubor, & humentes oculi, qualia per τὰ ἀφὶ πρόσωπα sæpe intelligit huius Præsagij & Prorrhetici author. Hic ergo τὰ κωνώπων κεντήματα, τὸ πρόσωπα ἐρυθρὸν καὶ ὄγκον παρὰ φύσιν indicabit. Oculi autem lachrymosus abscessus, τὰ ὀφθαλμῶν ὑγρότητα. Quæ sunt sursum repentis materiæ & ad superiora abscessuum significationes. Mihi tamen magis arridet vt de anxietate per se laborantibus, absque parotidum significatione, ista intelligantur. Nam cum ἄσῃ (vt sæpe diximus) oppressarum corporis virium, aut vitiosi humoris os ventriculi lancinantis symptoma sit, quod in malignis febribus sæpe visitur: non mirum est ebullientis materiæ feruorem, in cutem prorumpere, & velut culicum morsus papularum speciem præ se ferre. Quæ indubitata sunt certæ malignitatis indicia. Potissimùm autem in cutem efferuntur aluo suppressa, & materia intro exagitata, cuius vapores sursum sublati & condensati, in oculos facilè deriuant. Quæ autem hîc κωνώπων κεντήματα dicuntur ἀναδήματα vocat libr. 7. epid. & hos culicum morsus ac puncturas in Pherecyde ac fullone in Syro valde suspectas habet. Cæterùm hic κοιλίης παρεχώδης malim quam παραχώδης, quod tamen legunt omnia exemplaria, tum publicata, tum manu scripta.

Et synceris vomitionibus singultus malus est, mala quoq; conuulsio. Quinetiam idem existimandum est in immodicis purgationibus, quæ ex medicamentorum potionibus fiunt.

565 Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμός, κακόν. κακὸν δὲ καὶ σπασμός. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇσιν ὑποκαθάρσεσι τῇσιν ἐκ τῶν φαρμακείων.

Ex placito 3. lib. 7. & 3. lib. 5. æstimationem sumit hoc præsagium. Vbi κακὸν, vt illic etiam, θανάσιμον significat. Extrema verò pars ex aph. 4. lib. 5. & 41. lib. 7. notionem accipit.

Qui vomituri sunt, iis antea os crebra saliuatione impletur.

566 Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν, πτυαλίζουσιν ἔμπροσθεν. H

πτυαλίζειν significat Galeno τὸ πτύειν πολλάκις, ἢ πλησθῆναι συνεχῶς πτυέλου τὸ στόμα, & per crebram sputationem, aut oris saliuationem indicat. quæ vomitum intrà intem prænunciat. Quod his verbis significat Galenus in Prorrh. simulque eius rei causam indicat. Ἐμοὶ δοκεῖ ἡ φαίνεται πληρούμενον σιάλου λεπτοῦ τὸ στόμα τοῖς μέλλουσιν ἐμεῖν, οἷον τοῦ κοινωνίαν τοῦ χεύδους, ἐνὸς ὄντος ἀπάντων συνεχοῦς, τό τε τὸ στόμα πᾶν ἐνδιαβρεῖφοντος τῇ φάρυγγι, καὶ τοῦ κατὰ τὸ στόμαχόν τε καὶ τοῦ γαστέρα. Ἐνίοτε δὲ τοῦτο ἐνίοτε τὸ κάτω σίεται χείλους, εἰς ἔμετον ὁρμῶντος τοῦ σώματος ἢ χαιρόντως ἐκκενοῦται γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῶν χείλων, διὰ νεύσεις τε καὶ ἀσαρκίαν, ἢ κλονεῖσθαι ἢ ἐστενωμένον ὑπὸ τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ γαστέρα χεῦδα. Harum porro sententiarum distinctio ista longè melior visa est, quàm quæ publicatis codicibus contestata est.

Ex epoto veratro conuulsio exitium adfert.

567 Ἐπὶ ἐλλεβόρῳ σπασμός, ὀλέθριον.

Placitu-

A Placitum est. 1. lib. 5. quod repetitur in Epist. περὶ ἰλιγγοειδισμοῦ.

568 Ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεοναζούσῃ, ψύξις μετ' ἰδρῶτος, ὀλέθριον, καὶ οἱ ἐπαμεμέσηνται διψώδεες ἐν τούτοισι κακόν. οἱ δ' ἀσώδεες ὀσφυαγγέες, χειλίῃ καθυγραίνουσι.

In omni superflua purgatione, frigus cum sudore exitiale. Et inter hæc qui subinde vomunt, & siticulosi sunt, malè habent. Qui verò anxietate laborant cum lumborum dolore, iis aluus humectatur.

κάθαρσις φαρμακοῦ significat, vt τὸ καθαίρειν φαρμακεῖον exponit Galenus Comm. 4. in libr. de rat. vict. in morb. ac. & in Prorrh. In redundante igitur & superflua medicatione, refrigeratio cum sudoribus syncopas minatur, tandemq; etiam exitium ex calidi nativi extinctione & solidarum partium dissolutione. Quòd si præterea creber adsit vomitus & sitis, magnum oris ventriculi exolutionem ac vitium à medicamento factum indicatur. Possunt & ista de insanientibus & phreniticis male affectis intelligi, qui ad
B medicationes malè habent, vt patet ex Prorrh. quos sæpe per ἐπαμέσηντας μέλανα, διψώδεας, & ἀσώδεας intelligit Prorrhetici author, quod in huiusmodi ventriculus ac illius oſculum bile redundet. Sic quoque libr. 4. de rat. vict. in morb. acut. διψώδεας purgatione tentari vetat. Quod sequitur, οἱ δ' ἀσώδεες, potest per se intelligi & de his accipi quibus acri humorum vitio & malignitate vellicatur ventriculi os, cuius per intestina depositu, morsus, lumborum vellicatio & dolor sentitur. Sed tunc αὐχμώδεις faciunt, idque citra vomitum contingit. Quod interdum insanientibus attribuitur, præsertim si nigra aluus profundat, vt scribitur in Prorrh. & antea quoque hoc Præsagio expressum est.

569 Αἱ ἐξερύθρων, μελάνων, ὑπὸ ἐλλεβόρου καθάρσιες, πονηραί. καὶ ἔκλεισις οὐ μετὰ θυόντων, κακόν.

Ex epoto veratro prærubrorum & nigrorum purgationes vitiosæ. Virium exolutio cum talibus mala est.

Veratrum vtranque bilem purgat & pituitam Mesueo, sed vomitiones, strangulatus, & conuulsiones accersit exolutionéque, vt scribit Hippocrates ἐν τῷ περὶ μανίης λόγῳ. Violenta autem & periculosa est purgatio, quæ syncopas & animi defectiones, aut nimia concussione ac vi sanguinem etiam elicit. Quod euenit non rectè exhibito veratro, nec antea emollito aut præparato corpore, vt docet Galen. Com. 1. in libr. 6. epid. Nam propter nimiam distensionem ac vellicationem, aut vehementem concussionem (quam μοχλείαν ἰσχυρὰν vocat Galenus & Paulus) à veratro excitatam, vas aliquod rumpitur, & sanguis exhauritur. Quod etiam ab effera & vehementiori cuiusuis medicamenti vi contingere potest.

570 Ἀπὸ ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἐρυθρὰ, ἀφρώδεα, ὀλίγα, ὠφελέει. ποιεῖ μὲν σκληρύσματα, καὶ ἐμπυήσιας μεγάλας ἀφίησιν. οἷσι δὲ καὶ θυώδεα ἐμέοντες δηλοῦσι τε καὶ ἧσσον ἐπώδυνοι, καὶ ἐν τοῖς ῥίγεσιν ἐφιδρωῶντες, καὶ ὀρχίας ἐπαίοντα. τούτοισι περισφυρίζουσι, καὶ ἀτρέμα ἔχουσι καὶ ἰσχναίνονται.

Epoto veratro rubra, spumantia, pauca, vomitione reiicere iuuat. Duritias tamen facit, & magnas puris intro collectiones eximit. Qui verò talia vomitione refundunt, pectoris præcipuè dolore conflictantur, & in rigoribus crebro & tenuiter exudant, testes in tumorem sublatos habent. Quo in casu subinde rigent, & graciles euadunt.

ἐρυθρὰ hîc vt antea, sanguinolenta intelliguntur. Sumi etiam possunt biliosa, quæ ex rufo ad rubrum accedunt, qualis est bilis vitellina crassa, quæ detectiones rubentes facit, qualia antea quoque huius præsagij author annotauit, ἐρυθρὰ δηλοῦσι τε καὶ χρίσιν ὠφελίῃ. σκληρύσματα verò quænam hic intelligantur non satis perspicuum. Possunt tamen ea ad corporum soliditatem & duritiem referri, quæ ad veratri purgationem antea emollienda & præparanda sunt cum humorum attenuatione, ex Hippocrat. præscripto, quo ductilia ad distentiones & vellicationes reddantur, alioqui periculum fore ne in concussionibus contracta, propter duritiem rumperentur, aut distorquerentur, quod scribit Galen. Com. 1. in libr. 6. epid. Has igitur in conuulsionibus distortiones, quæ male exhibito veratro contingunt, ὅταν (vt scribit Galenus) παραθήσεται δηλῶ τὸ σκληρὸν ὃ ἐν τοῖς παραγμοῖς ὁ καθαιρόμενος, σκληρύσματα vocare videtur. Aut certè σκληρύσματα τὰ σκληρὰ & quæ καποσκληκότα in Exegesi exponit Galen. sumi possunt, vt σκληρύνεις σκελετοεἰδῆ, quod est resiccari, arefieri, rigere ac durescere, quòd veratrum crebrò sumptum rigiditatem inducat. Quod sequitur, καὶ ἐμπυήσιας μεγάλας ἀφίησιν, admodum est obscurum & insolens, ac (si modò lectio vitio non caret) suppurationes magnas eximere aut inhibere veratrum significat, quod inuereratis, diuturnis, ac deploratis morbis, & quibus spes ex aliis præsidiis adempta est, veratrum exhibeatur, vt scribunt Paulus & Galenus, Sed sanè pus intrò colligentibus veratro abstinendum est, & μὴ διδόναι τοῖς ἐμπύοις præcipit Hippocrates, & libr. de rat. vict. in morb. acut. disertis verbis suppurationis causas excludit. Quod effecit vt existimarim aliquando hîc legendum esse, καὶ ἐμπυήσῃ μεγάλης ἀφίησιν, meliore phrasi, cuius opinionis me necdum pœnitet, vt sit sensus, veratrum à magnis intro collectis suppurationibus auocare, abducere, auertere aut dehortari. Reliqua sunt difficilis vomitionis & angusti thoracis, ac nimiæ in vomitu contentionis symptomata. Antea autem huius præsagij prima pars aliquo modo expressa videtur, sed illic ἀφρώδεα συχνὰ non ὀλίγα, legitur.

571 Αἱ πυκναὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὑποτροφαὶ ἐμετώδεες περὶ κρίσιν μέλανα ἔμετον ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ θαμβώδεες.

Crebrò repetentes iisdem perseuerantibus casibus vomitiones, ad iudicationem nigra vomitione refundunt. Quinetiam tremulos ægros faciunt.

Aliter antea expressa est hæc sententia (sent. 122.) & explicata. Potest etiam hoc præsagio vehemens insania subindicari, quod illic nigrorum vomitum, & tremulos ægros sæpe annotet huius Præsagij & Prorrh. author, præcipuè verò vomitu, & pessimis cum eo perseuerantibus casibus. Hic autem ὑποτροφαὶ ἐμετώδεις dicuntur, quæ antea αἱματώδεις.

572 Ἱδρὼς ἄριστος μὲν ὁ λύων καὶ πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῃ. χρήσιμος δὲ καὶ ὁ κνωφίζων. ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ μόνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος. φλαῦρος. καὶ μὴ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνῃ.

Sudor optimus sanè qui febrem die iudicatorio tollit. Vtilis autem & qui alleuat. Malus verò frigidus, & vbi caput duntaxat & ceruix insudat. Nam & temporis diuturnitatem, & periculum denunciat.

ὁ κνωφίζων] Alter sudoris gradus hic vtilitatis, in Progn. bonitatis indicaturam habet. κνωφίζων autem, ὁ ἀποδεικνὺς τὸν ἄῤῥωστον ὑπάτερον φέροντα τὸ νόσημα. dicitur in Prognostico.

ὁ δὲ ψυχρὸς] Hic omittitur medius ordo sudorum qui mediocriter mali sunt, quem ex Prognostico sumas licet. Frigidorum autem sudorum alij sunt gradus in Prognostico, & hic duobus modis frigidus sudor damnatur, qualiter libello περὶ κρισίων repetitur, ex placito 37. & 42. lib. 4. Celsus * multum sudare, maximéque frigido sudore, mali morbi signum esse scribit. Idem, vbi frigidus sudor inter febres non acutas, circa caput tantum & ceruices oritur, malum longius tempus habiturum significat. At sudorum tractatio plena est & absoluta in Prognostico & libello περὶ κρισίων, vnde ista sunt in hoc præsagium traducta. Præcipua autem sudoris laus est, vt & die critico febrem finiat, & toto corpore diffundatur, ex placito 36. & 56. libr. 4. Celsus † etiam sudores improbat non per totum corpus æquales, quique febrem non finiant. Et, vbi febre non quiescente corpus insudat, morbum longius tempus habiturum †† scribit.

* *Cap. 4 lib. 2.* † *Cap. 4 lib. 2.* †† *Cap. 5.*

573 Ἱδρὼς δὲ ψυχρὸς, ἐν ὀξέι μὲν πυρετῷ, θανάσιμος, ἐν ὑστέρῳ δὲ, χρόνον σημαίνῃ.

Sudor autem frigidus, cum acuta quidem febre, exitium, cum mitiore verò, diuturnum fore morbum significat.

Ex placito 37.libr.4.expreſſa ſententia, niſi quòd χρόνῳ hic, μῆκος νόσου ſignificat. Et frigidus ſudor in acuta febre peſtiferus est. A Celſo. * *Cap.6. Lib.2.*

Sudor vna cum febre,acuto morbo vrgẽte, malus.

574 Ἱδρὼς ἅμα πυρετῷ ὀξυθύμῳ ὀν ὀξὺς φλαῦρον.

Prorrh.58. aliter paulò ſcribitur, vbi copioſus ſudor in febre acuta damnatur. Et Celſus, acuto morbo vrgente, multum ſudare, mali morbi ſignum eſſe ſcribit. Et aph.42.lib.4.& 63.lib.7. ſudor copioſus fluens,ſiue frigidus,ſiue calidus, damnatur.

Vrina in febre album & læue depoſitum habẽs ſedimentum, celerem liberationem denunciat. Celerem quoque quæ diluta indiſcretam quandam habet pinguedinem. Quæ verò aliquantulum rubet,ſubrubrum habet ſedimentum & læue, ſi quidem ante ſeptimum diem appareat,ſeptimo die ſolutionem fore deſignat, poſt ſeptimum autem tardiorem, aut planè diuturnam.Et quæ quarto die ſubrubram nubeculam capit, ſeptimo die liberat, dum reliqua pro ratione habeant.Tenuis autem & bilioſa;& ægrè lentum habens ſedimentum, & quæ in melius ac deterius commutatur, temporis diuturnitatem poſtulat. Quòd ſi iſtud diutiùs perſeuerat, aut ad iudicationem temporis longinquitas requiratur, periculo non vacat.

575 Οὖρον ὑπὸ πυρετῷ λευκίῳ ἔχον καὶ λεῖον ὑποστάσιν ἱδρυμένην, ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. ταχεῖαν δὲ ὃ ὀξὺ ἀκρίτου λίπος ἔχον καὶ ὀξυδατούμενον. ὃ δὲ ὑποπέρυθρον, καὶ τῇ ὑποστάσιν ἔχον ὑποπέρυθρόν τε καὶ λεῖον, τὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης, ἑβδομαῖον ἀπολύει. μέλαν δὲ τὴν ἑβδόμην, χρονιώτερον, ἢ πάντως χρόνιον. τὸ δὲ τετάρτην λαβὸν ὑπονέφελον ὑποπέρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, τὴν λοιπῶν κρίσιν ἐχόντων. ὃ δὲ λεπτὸν καὶ χολώδες, καὶ ὃ μόλις γλίχρον, ἔχον ὑπόστασιν, καὶ ὃ μεγάλλον ὅπου ὃ βέλτιον, καὶ χέρσιον, χρόνιον. ὑπόπλεον δὲ τῶν ἐπακολουθοῦν, ἢ τὴν περὶ κρίσιν χρόνων ἡμερῶν, οὐκ ἀκίνδυνον.

Vrinarum iſta ſpeculatio (qua non alia toto hoc Præſagio relucet amplior aut copioſior) etſi ambiguè conſarcinatam habet texturam, plena tamen eſt varietatis & doctrinæ, feréque quicquid ad vrinarum cognitionem paſſim in Hippocratis monimentis eſt diſperſum, & in artis opere diligenter obſeruatum, id totum velut in vnum corpus, ad eam facultatem huc confertur. Plenior verò huius doctrinæ abſolutio, tanquam regula ex Prognoſt. petenda, vnde multa huc ſunt tranſlata.

τὸ δὲ ἀκρίτου λίπος] Vrina diluta & aquoſa, inter tenues repoſita, raras habet probitatis notas, niſi ex maioris & minoris collatione.Valde igitur perplexus eſt hic ſenſus, & quamnam pinguedinem intelligat non eſt facile explicatu. Mihi tamen intelligi videtur concreta illa & continua vrinæ ſuperficies, qualis lacti aut iuſculo refrigerato ſuperinducitur, & χρὼς Græcis dicitur, quod ſit veluti in vetuſti rugoſa quædam cutis ſuperficies, quæ & in ſalubribus ſignis, & coctione firmata viſitur, vt ſcribit Galenus libr.4. ſalubrium. ὃ δὲ ἀκρίτου autem continuam & non diuulſam rugoſam illam ſuperficiem eſſe vult, non ſeparatam, aut velut guttis reſperſam, velut in colliquationis ſignis contingit, & oleoſas vrinas repræſentat. Eáque ſuperficiei velut pinguedinis continuatio, firmum naturæ concoquentis robur indicat. Alioqui non video quanam ratione ſupernatans pinguedo vrinas probas reddat. Poteſt etiam accipi, τὸ δὲ ἀκρίτου ὀξυδατούμενον ὄζειν, vrina, quæ ex confuſa & returbida ſubſidit ac conquieſcit, dum naturâ coctionem procurante, terreum ab aqueo calore ſecernitur aut quæ ex confuſa,hoc eſt,craſſa,grumoſa,pauca diluta redditur,id eſt tenuis & copioſior,qualis laudatur aph.69.libr.4. Eadem quoque pingue quiddam, lentum & adipoſum ſupernatans habere poteſt, in ſpecie quidem, & quale quid modò indicauimus,non autem veram pinguedinem exprimens, quæ ſanè toto genere præter naturam eſt, & σιώπιξιν ſignificat.

τὸ δ' ὑπέρυθρον] Ex Prognoſtico & præcipuè ex aph.71.lib.4. facilis eſt huius loci explicatio.Illud autem, τὴν λοιπῶν κρίσιν ἐχόντων idem quod in aphoriſmis, καὶ τἄλλα κρίσιν λόγον, ſignificat, & reliquorum ſignorum quæcunque futuram iudicationem prænunciant, in conſilium rationem adhiberi poſtulat, corúmque ſignificationem per reliquas excrementorum notas exquiri vult. Ac velut in vrinis,ita in alui inferioris deiectionibus & ſputi reiectionibus,ac reliquis criticis ſignificationibus,ad iudicationem omnia reſpondere oportere ſignificat.

τὸ δὲ λεπτὸν καὶ χολώδες] Hic videtur tenues & crudas vrinas oſtendere,& quæ morbum portendunt,& ad concoctionem temporis longinquitatem deſiderant, tum quæ ſæpius mutantur, & inconſtantes ſunt, modóque puræ emittuntur, modò etiam ſedimentum aliquod læue deponunt, quæ quidem ex Prognoſtico diuturniorem morbum ſignificant. Hoc autem loco τὸ χολώδες ὄζειν dicit, quod in Prognoſtico πυῤῥὸν, ex bilis flauæ quantitate, aut vbi ſyncera vrinæ permiſcetur, & abundè croceo colore vrinam tingit. Rufam aut fuluam dicunt: Celſus" rubram, quod impensè colorata ſit,vocat. Quòd verò bilioſæ huiuſmodi vrinæ nullum aut pauciſſimum habeant ſedimentum (vt ſcribit Galenus) τὸ μόλις γλίχειν additur, ideoque ſanè ad ὑποστάσιν retulimus, quanquam aliter videatur legiſſe Cornarius, non tamen abſimili ſenſu. Et quam ægrè lentam ac viſcidam ſubſidentiam hic intelligimus parcam aut paucam dicere potuimus,tum quod rei notioni optimè congruat, tum quod etiam in eam rem γλίχρον reponatur. Poſtremò quod ſequitur. ὑποπλέειν δὲ τοῦτο ἐπακολουθοῦν, hunc mihi ſenſum habere videtur. Vrinas varias & tenues ſi diutiùs perſeuerent,morbúſque protrahatur, & ad iudicationem temporis longinquitatem requirat, periculo non vacare, metuendúmque ne ſæpe antequam ſpatio matureſcat, hominem rapiat, quod etiam ex Prognoſtico Celſus expreſſit. De variis autem vrinis & inconſtantibus ſcribitur libello περὶ κρισίων. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐὰν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνον τε σημαίνει, & ἀνάγκη τῷ ἀσθενέοντι μεταβάλλειν καὶ ὅτι τὰ χείρω, & ὅτι ἀάτρα. Quod etiam repetitur lib.4. de rat. vict. in morb. acutis.

" *Cap.6. Lib.2.*

Diluta vero & alba in diuturnis morbis perſeuerans,difficilem & non ſecuram iudicationem facit.

576 Ὑδατώδες δὲ & λευκὴν ἀμάτελέως ὀν χρονίοισι, δύσκριτον ἦϊ, & οὐκ ἀσφαλές.

Huiuſmodi vrinæ aquoſæ & albæ, quæ dilutæ dicuntur,tenues ſunt, vt ſcribit Galenus, & ſummam indicant humorum cruditatem facultatiſque naturalis imbecillitatem, ideóque exitiales ſunt Hippocrati in Prognoſtico. De his ſcribitur libello περὶ κρισίων. ὧν αἱ οὐρέσιος ὧραι μὴ ὅμοιαι ἦϊ, ἀλλὰ ἡμίπαν παχέα ὀν λεπτῶν, καὶ παντελῶς λεπτὰ, δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα.

In vrinis nubeculæ, albæ quidem & quæ infimum locum tenent, vtiles ſunt, rubræ verò, nigræ ac liuidæ, moleſtiam exhibent.

577 Νεφέλαι δὲ ἀν οὐρέσι λευκαὶ μὲν καὶ κάτω, λεπτελέες. ἐρυθραὶ δὲ & μέλαιναι, & πελιαὶ, δύσκολοι.

Aliter ſcribitur in Prognoſt. vbi & nubeculas ἐμφερείας, hoc eſt, per vrinam inuehi ſcribit, nigras autem ſolas vitioſas eſſe dicit, vbi & liuidas comprehendit.

In præcipitibus morbis periculum denunciat vrina bilioſa, neq; aliquantulum rubra,& quæ hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia habet ſedimenta, alba, & quæ colore ac ſedimentò variat, præcipuéque in iis quæ ex capite fiunt defluxionibus. Perniciem etiam præ ſe fert,quę ex nigra in bilioſam tenuem tranſit,& quæ ſedimentum habet diuulſum, quæque ex his quæ denſata per vrinam ferũtur,quod ſubſidet habet aliquantulùm hueſcens & limoſum.

578 Κινδυνώδες τῶν οὔρων ὅτι ὃ χολώδες, μὴ ὑποπέρυθρον, ὀν τοῖσιν ὀξέσι, καὶ ὃ κριμώδες, λευκὰς ἔχον ὑποστάσιας, καὶ ὃ ποικίλον χροιῇ καὶ ὑποστάσι. καὶ μάλιστα τοῖσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥευματισμοῖσι. κινδυνώδες δὲ καὶ ὃ ὀν μέλανος μελισσάμωνον ἐς λεπτὸν χολώδες, καὶ ὃ ὀξὺ ὑποστάσιος ἀλφιτώμωνον, καὶ ὃ ὀν ἰξφιώδεος ὑποστάσιν ἔχον ὑποπέλιον, ἰλυώδεα

ἆρα ἐκ τουτων τὸν χόνδριον ὀδυνῶνται; δοκέει δεξιόν. ἢ καὶ χλωδέες γίνονται, ἢ τὰ παρ' οἷς ὀδυνῶδες. τόπισιν ὅτι βραχὺ κοιλίη καὶ ταρράγεται ὀλέθριον.

Ac fortasse ex his quidem præcordia dextra dolor occupat, aut ex virore pallescunt, aut abscessus ad aures cum dolore excitantur. In his paulo post effusa aluus periculum denunciat.

κριμώδεες ὕπνος ἀπνεε] quænam sint ostendit Galen. Comment. in Prognost. vbi candicantia etiam huiusmodi sedimenta damnantur, & copiam crudæ, incoctæ, & flatuosæ materiæ significare scribitur. Et vbi magnam materiæ inæqualitatem, pituitæ crudæ & crassæ pertinaciam, internique incendij vehementiam huiusmodi sedimenta denotant, & morbi longi ruinam difficilemque liberationem faciunt, vt patet ex aph. 31. lib. 7. & Philisco, Sileno, Philini & Epicratis vxore lib. 1. epid. Colliquationis quoq; & æstuantis incendij periculum denunciant huiusmodi vrinæ, vt scribit Gal. lib. 1. de Crisi & Comm. 5. in lib. 6. epid. Ac de his abunde tempimus nostris in lib. 1. & 3. epid. annot.

ἢ τὸ ποικίλον χροιῆ] Vrinæ inconstantes & variæ, variè quoque affectas naturæ vires & ingentem materiæ inæqualitatem indicant, pro cuius qualitate & copia, modo erigitur, modo etiam natura deprimitur. Quod in capitis defluxionibus manifesto percipimus, in quibus vrinæ pro fluxionis modo & copia sæpius tenues, interdum etiam paulo coloratiores & magis concocta apparent.

ἢ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διφασίμυρον] Noua phrasis quæ sedimentum diuulsum indicat & inæquale, ingensque naturæ inæqualitas denunciatur ac turbatio à flatuoso spiritu, qui naturam distrahit & materiæ continuitatem dissipat, & in altum subuehit, vnde & huiusmodi vrinæ nigræ & tenues cum contentis diuulsis ac dispersis phrenitidem & delirium denunciant, vt satis videre est ex historiis epid. præcipuè ægr. 13. 14. & 15. lib. 3. epid. post fi. pest.

ἢ τὸ ἐκπυρίδιον] Insolens est dictio & inter obscuras reposita, tantumque ab Hippocrate hoc Præsagio & lib. 7. epid. in Philistide vsurpata. πυρίδωσις autem οὖρων intelligi videtur vrina quæ contenta densata & compacta quædam innatantia habet, & veluti quædam fabulamenta grumosa, conferta & densa, ex multa materia cruda & flatulenta πυρίδας explicat Galenus ἐν γλίσχρας ἔχουσιν οἷον ἐμπεφυκότα τινὰ πυτυρίδι, ὅ ἐστι τυρώδεις, quemadmodum & Suidas Hesychio πυτυρώδη significat. Ac huiusmodi vrina crebrò videtur in periculosis morbis ex magna crudæ materiæ succensæ & agitatæ copia, ac videntur referre, quæ Hippocrat. ἐνεωρήματα σφοδρὰ, διαπασμὸν dicuntur, fereq; conuulsiones ac delira portendunt, magnumq; intro conceptum incendium agitationemq; significant. Quod apparet ex pluribus epid. historiis, præcipuè ægr. 1. & 8. lib. 1. & ægror. 3. & 4. lib. 2. & ægr. 11. lib. 3. post fi. pest. Compacta igitur illa per vrinam sublata, materiam crassam, flatulentam, agitatione & incendio commotam fortiamq; subuectã denotant, fereq; tales vrinæ nigrescunt ex incendio, & perniciem præ se ferunt, viscerumq; efficacem virtutem ac coctionem quãdam, maximè verò hepatis, vt ex annotatis historiis cuiuis liquidò patet. Nec sane mirum est in tam maligno humorum complexione, tantoq; viscerum cauo, concepto incendio, visceris alicuius inflammationem adesse, ac præcipuè dextri, cuius intro inclinationem & contentionem adhibent in Philiste lib. 2. epid. velut splenis tumorem in Philisco lib. 1. epid. Subsidentia autem limosa & subliuida lucescens inde exibens, exallationem & torrefactionem indicat. Atque si modò vera est hæc scriptio, ittam mihi interpretationem iure quodam sibi vendicare videtur. Sed Prorrh. 156. vnde huius sententiæ extremum deductum est, ἐν σφοδροῖσι legitur, & Galenus ex Dioscoride & Capitone ἐν σφοδροῖσι ἐπινοεῖ, ac σφοδροῖσι δὲ ἐχρῶτο πρὸ τοῦ ἰωτὸς ἐμπεφυκότα πυτυρίδα τοῦτο δ' ἐστὶ τυρώδεις ἢ ὅτι τυρώδεις γενόμενοι τὸ ἐνόντας. Vnde satis apparet apud Galenum πυτυρίδα δὲ Dioscoridem & Capitonem agere, aut eandem esse notionem apud eum τὸ πρὸ ὠδῖνος & σφοδροῖσι ὧδε quod ex eodem fere significato pendeant, οὗτο δ' ἔχει δὲ, quod coalescere, cogi ac densari, aut velut concrescere significat. Sic enim Eustachius πυτυρίδες interpretatur, Galeniq; lectionem vitiatã esse apparet ex hemistichio Homerico Iliad. secundo, v. 903. Inàeq; eas vrinas intelligi, quæ crassamenta quædam in vrina velut cõtorta, densata, compacta, & conglobata habent contenta, ex conferta quadam materia & intento colore constata. χλιδῶντες porrò hæc enim ex melioribus codicibus lege. exiftimo, cùm Germanica exemplaria χλιδῶσι legunt, dicuntur qui ex virore pallescunt, ἢ ἴσχι ἐκχλοιοῦν ἢ χλωρίσκειν. χλοὴ enim, χλωρὸς, & χλοιώδες χλωὸν significat vt scribit Galenus, & nos sæpius τὸ ἐκχλοιῶδες ex Hippocrate expositimus præcipuè lib. 2. epid. quod magnam viscerum impuritatem & insigne humorum vitium sequitur, & in Prorrhetico per ἐκλύειν designatur, nisi vocis affinitate vitiosa est scriptio. Aluus autem effusa periculum intentans, ægri alicuius obseruationem sub oculos ponit, in quo naturæ quidam impetus ad aures humores sustulit, sed facultatis naturalis imbecillitate & viscerum corruptela irritata excretio perniciem attulit.

ὀλίγη παραλόγως ἐπ' ὀλίγῃ παραλόγου, φλαῦρον. καὶ ὅλως τὸ παραλόγως πέπον ἐν ἕξει, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἐξερυθρωθὲν ἐκ τούτων ἐπόμενα ἰῶδες, κατεχόμενον. λευκὸν δὲ κατεχόμενον δῆλα φανὲς, οὖρον, πονηρόν. μάλιστα ἐν φρενιτικοῖσιν ὅτι φαίνεται. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ μὴ πολὺ ταχέως διυγρόμυδρον, καὶ μάλιστα πλευριτικοῖσι καὶ περιπλευμονικοῖσι. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ παχέως ῥήγνες ἐλαιώδες διυγρόμυδρον, πονηρὸν δὲ ἐν τοῖσιν ὀξέσι δὲ τὰ χλοιώδεα μὴ ὅτι χρησιμεύοντα.

Vrinæ derepente præter rationem parum concoctæ, vitiosæ sunt. Ac in totum quæ in morbo acuto vrina præter rationem cocta est, vitium denotat. In his quoque malo est prærubra efflorescentia cõtenta atque æruginosa. Alba verò effusa & perspicua vrina mala est, præcipuè in phreniticis apparens. Mala quoque quæ post potionem celeriter meiitur, præsertimque in lateris doloribus & pulmonis inflammationibus. Mala etiam quæ ante rigorem oleosa redditur. Malæ quoq; & in acutis morbis, & quæ ex viridi pallescunt, nec in colore persistunt.

Vt parum metuenda sunt mala quæ præter rationem eueniunt, ita & valde suspecta bona sunt quæ temerè & subitò leuant, ex aphor. 27. lib. 2. Et caput est in tota iudicationis tractatione celeberrimum, τὸ λόγου προσπεπτωκὸς ὀλίγου. Sic & vrinæ quæ sepenumero ac præter rationem, hoc est nullis cõsequentibus solutionis signis, aut die iudicatorio non ante significantis, suspectæ sunt, & morbi euersionem aut difficilem iudicationem denunciant. Natura nanq; motiones certis temporum circuitionibus & momentis exercet, quod scribit Galen. lib. 1. de dieb. decret. ἡ γὰρ τοῦ φύσεως κίνησις ἐπίτηδες ἐν ὡρισμένοις τισὶ χρόνοις ἐστίν. Et, πάντα μέτρῳ τὰ κρίσιμα ἐστὶν ἡ φύσις, πυθμὴν κρατεῖ τὰ ὅλης, ἀπαλλαγὰς τῶν ἀσιτιῶν, καὶ ἀφιξόδους πεπαυμένας αἱ κινήσεις ἐμποιοῦσιν. Quod apposite citat Hippocrates initio lib. de iuuen. οἱ πυθμένες ἐν τῷ χρόνῳ. Atq; hanc interpretatio optime huic loco mihi quadrare videtur & magnam Prorrh. 59. lucẽ afferre. Quod quidem variè dilapsum, ex hoc loco vel facile restitui potest. Nam & illic Galen. ex vetustis exemplaribus πέπονα agnoscit & totus locus critica signa male decernentia damnat, vt δῆλα παραλόγως λυθέντα. & ἴδιος πολὺ μᾶλλον τοῦ πυκνοῦ, satis indicat. Nec sane video quomodo hic πέπονα οὖρα subintelligere possint, etsi ea retinet in Prorrhet. Galenus. Nec quæ de concoctis vrinis à nobis, huic loco conueniunt, qui satis est per se peripicuus, nec πέπονα οὖρα simpliciter damnat. sed quæ ἐξαίσιος & παράλογος, & iudicij seriem subuertunt. τὸ δ' κρίσιμον ὅτι τὸ θελκτὸν, μὰ ἐαυτὸν ὑποφαίνεσθαι, vt scribitur lib. 2. Epid. In hunc autem ferè sensum scribitur libro de iuuen. αἱ πεπάνσεις τῶν ὑρῶν καὶ μᾶλλον ἐκπεπανόμεναι, ἐν τοῖς κρισίμοισιν ἐὰν πεπανθῶσι, λύουσι πάνυ κάλῶς.

ἢ τὸ ὀξίου θρουν ἐκ τούτων] Prærubræ vrinæ efflorescentias æruginosas continentes quænam sint non facile est cognitu. Videntur autem intelligi valde rubentes vrinæ, permixta multa sanguinis incocti copia, ex renum aut magna facultatis naturalis imbecillitate, in quibus supereminent biliosa quædam, & velut in ambitu spumantes efflorescentiæ ex bile incendiosa & prærubra enatant. Est enim ἐπίθεσις Galeno Comment. 1. in Prorrh. τῆς ἀδρὸς αὐτῶν ὑπερυθρίας, Quales in hepatis aut viscerum inflammationibus cum insigni obstructione videri possunt, in quibus vrinæ saturato rubore nigricantes ex bile incensa, & in ambitu ex viridi flauescentes apparent, & in arquatis sæpe conspiciuntur, vt in Hermocrate celebratur lib. 3. epid. Illic enim rubræ vrinæ impense rubræ adumbrare videntur, vt diximus, & hic prærubræ ponuntur, quas in Prorrh. rubras simpliciter dixit. Huiusmodi ergo vrinæ cum naturalis facultatis aut renum imbecillitatem summam indicent, magnumq; intus incendium denotent, vnde bilis ista dilutior mixtæ vitium præ se ferunt, Neque verò hic nobis necesse fuit Galeni interpretationem ex Prorrh. sequi, quæ ἐκπεπλυμένα οὖρα sat. scen-

tes aut retentas vrinas dicere æquum videtur, cùm longè petita videatur notio, neque hîc ὅτι πόα οὖρα intelligantur, neque τὸ μικρὰ ὅτι φαίνεσθαι δεῖ σάξιας addatur, ἐν τοῖσιν autem ad vrinas ipsas in genere retuli, non ad concoctarum vrinarum species, cùm prærubræ vrinæ serosi humoris & incocti magnam copiam præ se ferant: etsi de fugacibus concoctionis signis & de concoctionis leuitate aut inconstantia ista dici possint. Adeo difficilis est & inexplicata obscuræ dictionis notio, & vbi ad æquitatem res deducitur, æquanimiter toleranda explicationis dissensio, in tanto præsertim præcipitio, aut tam lubrico opere. A

ὑδατώδεας οὔρησιν] Ex aph. 72. lib. 4. locus hic explicationem sumit, & quod sit ὑδατώδεις οὖρον in Sileno abundè diximus libr. 1. epidem. Celsus cap. 4. lib. 2. & Plin. cap. 6. lib. 28. dilutam vocat, cùm albam iungant & Hippocratis aphorismum interpretentur, ea tamen aquosam explicat. Et hic κατεχόμενον effusam vrinam, velut exundantem, aquosam ac dilutam referre videtur, aut certè κατεχόμενον ὑδατώδεις rectè iungi potest.

ἢ τὸ μὴ ποτὸν] Magnum naturalis œconomiæ vitium & contentricis facultatis imbecillitatem, internarumque partium nutricationi deseruientium, ac præcipuè hepatis ac renum exæstuantem intemperiem denotat, quę statim post potionem vrina redditur, aut vini aquei & tenuis exuperantem potum. Quod additur de pleuriticis ac peripneumonicis, partium internarum phlegmonas designat, in quibus (vt scribit Gal.) sola salus in virium robore est posita. In his etiam vrina potioni concolor naturalis facultatis imbecillitatem indicat, non secus ac alui profluuium perniciem significat aph. 16. lib. 6. B

ἐλαιώδες οὐρέμενον] Oleosarum vrinarum gradus ac denunciationem fusissime aperuimus nostris in libr. 1. & 3. epid. Annotat. & ex veterum ac recentiorum decreto eas ostendimus exæstuans incendium præ se ferre, pro caloris tamen modo & coloris intensione, perniciem aut eleuare aut exaggerare. Quæ tamen oleosæ ferè omnes vrinæ veteribus adeo suspectæ fuerunt, vt non leue colliquationis aut exæstuantis incendij periculum denunciarent, vt satis ex historiis epidemion patet, in quibus oleosæ vrinæ miserabiles solicitarunt exitus. Quod certè nos non parum mouet, cur hîc ante rigorem oleosas vrinas vitiosas censeat. An quòd postea & iam obita iudicatione eas periculo vacare suspicetur? Rigorem nanque pro iudicatione & ea quæ rigorem sequitur liberatione sumere videtur. Mihi certè æquius videtur, vt oleosas vrinas intelligat, quæ tota natura, & colore & consistentia oleum referant, & ἐλαιώδη οὖρα à recentioribus dicuntur, easque ex veterum præcipuęque Hippocratis decreto in totum damnet, & prauas censeat, siue ante iudicationem, siue postea apparuerint, siue febrem præcesserint (quod tamen vix fieri posse videtur) siue eam comitentur, quod sæpius contingit. Eoque modo rigor febrilis insultus significationem præbet, & quod sequitur, πονηρὸν δ' ἐν τοῖσιν ὀξέσι, huic è diuerso respondere videtur, & propiùs ad oleosas vrinas refertur, quæ certè in morbis acutis funestę admodum animaduertuntur ex historiis epidem. præcipuè ægrot. 11. & 12. libr. 1. & 14. & 16. libr. 3. post. fl. pest. Quæ postea sequuntur, ἢ τὰ χλοιώδεα, non parum negotij facessunt. Mihi videntur intelligi vrinæ quæ ex viridi pallescunt, bilioſi & æruginosi succi permixtione, qui oleosas vrinas facit & repræsentat. Quæ tamen pro materiæ modo, aut caloris temperatione, remissionem aut intensionem accipiunt, quæ ex colore æstimatur. Vt enim oleum ipsum vnius neque coloris, neque naturæ est, ita & oleosæ vrinæ quædam ad candidum vergunt exoluto pallido, & ἐλαιώχροα recentioribus, colliquationisque rudimentum designare dicuntur: quædam etiam bilioſi humoris vberiorem copiam & exaltationem maiorem coloris intentione referunt, & ἐλαιοφανῆ vocantur, colliquationisque incrementum prædicunt: iisque duobus oleosarum vrinarum generibus rectè ista accommodari posse videntur, cùm certum sit ex bilioſi & æruginosi succi feruore ac torrefactione, ex viridi pallescentes, vrinas fieri. Quę si colorem pro febris & incendij magnitudine, & materiæ copia intendant, iam in viridantes & nigricantes transeunt, & oleum ipsum tota natura repræsentant, verè quæ ἐλαιώδη recentioribus appellantur, & colliquationis vigorem præ se ferunt. Quas superiora verba denotasse videntur, vbi propriam significationem accipiunt, & ἐλαιώδη rectè dicuntur. Sic μὴ ὄπη χροιῇ ἴσχει in colore non persistentes aut perseuerantes accipiuntur, quæ colorem pro incendij & bilioſi humoris moderatione modò remittunt, modò intendunt, non autem ex viridi iam ferè nigricantem exactè retinent, quales tota natura oleosæ, & quæ perfectæ colliquationis statum, vt priores rudimentum & incrementum, indicant. More autem suo facit huius præsagij author, nec satis exactè signorum dignationem æstimat, cùm par vtrisque damnationis decretum assignat, etsi longo inter se interuallo ac veluti quibusdam gradibus dissentiunt. An quòd oleosæ omnes vrinæ iure quodam suspectæ sunt, & cùm colliquationem proponant, nullos quamuis leuiter progressæ sint, contemnendos exitus faciunt. Possunt etiam τὰ χλοιώδεα simpliciter accipi de vrinis quæ bilioſi humoris exustionem præ se ferunt, ideoque ex viridi pallescunt, neque tamen colore incendium satis produnt, neque in eodem perseuerant, quales interdum phreniticis apparent. Possunt & dici quæ non in colore aut extima superficie, verùm in sua substantia aut liquore ex viridi pallescunt. Quod etiam ad oleosas tota natura & substantia referri potest. χλοιώδης autem id quod χλωρὸν significat, & ex bilis incendio fit, estque ad nigrum transitus quidam & via, vt scribit Galen. libr. 1. de Cris. cap. 12. At vrina viridis Celso (cap. 7. lib. 2.) & Plinio (cap. 6. lib. 28.) vitiorum dolorem tumoremque cum aliquo periculo subesse, aut certè corpus integrum non esse testatur.

Perniciem verò indicat vrina in qua nigrum est quod subsidet, & quæ nigra est. In pueris etiã tenuis potiùs quam crassa. (In tenuibus autem contra quàm in commutatis vrinis accidit.) Et quę grandinem refert & genituræ similis effunditur, itemq; dolorem exhibet. Pernicioſa quoque est quæcunque insscio ægro redditur. At in pulmonum inflammationibus periculum indicat, quæ initio coctionem habet, verùm post quartum diem tenuis euadit.

580 Ὀλέθριον δ' ἐστὶν τῶν ὕδρων ὅτε μέλαναν τὴν ὑπόστασιν ἔχουσι, καὶ ὅ μέλαν. μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ τὸ λεπτὸν τοῦ παχέος. τοῖσι δὲ λεπτοῖσι τὸ ἀνάπαλιν τοῖσι σωεσταμμένοις, καὶ τὰ χαλαζώδεα γὰρ οὐδὲς ἀφεκόμενον. τὸ δ' αὖ καὶ ὀπίπονον. ὀλέθριον δ' ὅτι ἢ πρῶϊ λαθραίως ἀναύδυμον. ἐκπλευμονικοῖσι δ' ἐστὶν ὀλέθριον καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ μὴ πέπον, μὴ ἢ τὴν τετράδα λεπτυόμενον.

Incendium magni & extinctionis caloris natiui nota est si τὸ χλωρὸν nigrum consequatur, ideoque non temerè vrinas nigras damnat, de quibus in Prognost. agit Hippocrates, fusiùs autem Galen. lib. 1. de Cris. cap. 12. Vbi & nigrarum vrinarum, & nigrorum contentorum pulchrè æstimationem facit.

μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ] In pueris vrina aquosa & tenuis damnatur in Prognost. Naturæ nanque puerorum repugnat, in quorum vrinis secundum naturam multa & crassa sedimenti copia detinetur. Cuius rei rationem adfert Galen. lib. 1. de Cris. In pueris etiam cùm maximè vigeant concoctiones, tenuis vrina & diluta meritò exitialis censetur.

τοῖσι δὲ λεπτοῖσι] Perplexus est valde horum verborum sensus & non parum suspectus. Mihi velut per parentheſin ista interiecta videntur, & contra in tenuibus vrinis quàm in crassis & returbatis spectari debere significare, & quia tenues vrinas in pueris damnarat, eas tenues inaudiendas innuit, quæ tenues manent & aquosæ, nec vllam mutationem ad crassius habent, summamque cruditatem significant, ideoque in pueris pernicioſæ habentur. Aut igitur simpliciter tenues vrinas commutatis & returbatis crassisque opponi intelligit, aut certè in tenuibus vice versa quàm in crassis fiat, spectandum iudicat. & quemadmodum crassas & returbidas vrinas apud Hippocratem intelligi, quæ perpetuò returbidæ manent, ita & tenues obaudiendas, quæ tenues perseuerant, nec ad crassitiem commutantur, easque in pueris præcipuè damnari. Quod scribit Galen. Comm. 2. in Prognost. his verbis: ἐπὶ οὖν φανητοῖσι παισὶ τὸ οὖρον ὑδατῶδες, ὅτι πλείονα χρόνον ἐνδιαμένουσι, ὡς μηδεμίαν μεταβολὴν ἴσχειν ὅτι τὸ παχύτερον, ὀλέθριον γίνεται τὸ σημεῖον. Atq; hunc in sensum satis expedita videtur lectio. Quòd si absolutè returbidas vrinas tenuibus opponi intelligat, & in his diuersum quid spectari velit, nempe vt tenues ad crassitiem tendere præstat, ita & crassiores ad mediocritatem quandam spectare: per σωεσταμμένα, τὰ ἀνεστραμμένα intelligit, & τὰ παχέα ἢ μὴ καθεστάμενα (quæ & διαλελυμένα & ἀναπεφραγμένα οὖρα dicuntur, vt scribit Gal. Com. 1. in lib. 3. epid.) accipit, & returbidas vrinas ac crassas quæ sedimentum non deponunt, perpetuóque turbatæ manent designat, quales per ἀναπεφραγμένα aut ἀνεστραμμένα οὖρα intelligunturHippocrati aph. 70. lib. 4. & in Epidemiis, vt ostendimus in Sileno & Philini vxore. Nec

re. Nam & ἀϊσγραιμβώδεα aut ἀϊσπισγαμβώδεα οὖρα vt scribitur libr.7.epidem.commutatæ vrinæ vulgi more pro returbatis ponuntur,& Comment.in aphor.76.lib.4. ἀϊσπισγαμβώδεα ὑποστάσεις, vbi tamen codices Græci vitiosi sunt. Nam vbi ἀϊσπισγαμβώδεα aut ἀϊσπισγαμβώδεα reponi debent,etsi Gal.in Exeg. ἀϊσγραμβώδεα de vrinis,non ἀϊσπισγαμβώδεα dici attestatur.

ἢ τὸ χαλαζῶδες.] χαλαζώδες γονιδὶ ὀξυχόλῳ ὄζον huius Præsagij author eam vrinam accipere videtur,quæ mulcam pituitam vitream aut albumineam,confertam,cõpactam,ac grumosam & veluti grandinosam deiicit,quæ per, γονιδίας ὑφάσας, aut ἀλλοίας ὕδατι; aut διήγησιν ὑαλοειδῆ antea expressa est, † qualiscũque sæpe in acutissimis morbis ex ambigua humorum permutatione annotatur in historiis epid.in quibus ob caloris immoderationem & materiæ crudæ copiam,multa pituita vitrea & cõpacta gignitur,ac veluti in grumos rotundatur,aut similis grandini effunditur.Eaq; sunt Hippocrati sæpius annotata ὑφασματα ὑφεσιν γονιδίου & ὑφασματα οἷς κελεύει γονιδίοις,de quibus locus scribimus nostris in lib.epidem.notat.Quæ qu intam perniciei denunciationem faciant, & quam crebras conuulsiones prædicant,ex historiis epid.& antea enumeratis huius Præsagij sententiis satis patet.

† *Sent.*150.& 158.

ἢ ὀδύνιον.] ὀδύνια ὕδατα dicuntur Hippocrati ex Rufo τὰ μὴ πόνου χαρακτῆρα vrinæ laboriosæ & quæ cum dolore aut molestia excernuntur,vt refert Galenus Comm.2.in Prorrh.& quæ τὰ μὴ πόνου κεκριμένα etiam exponit,Com.3.

τὸ λαβραίους ὑρώδεα.] Delirium nanque & mentis alienationem,aut partium vrinæ destinatarum exolutionem denotat.

ἔ τὸ σὺν αὐχμῷ μὴ πέσσει.] Antea huius præsagij author in morborum pulmonis recensione,ὅσοι ἐν αὐχμῷ πέσσει, ἢ ὅσοις ἡ ὑπόστασις λεπτὴ μένει damnauit,vnde huius fortè sententiæ sensus deprimi ac reduci debet. Etsi sinus quoque huic sententiæ sensus construi possit dum coctam vrinam, non eam quæ perfectam coctionem indicet, sed plenius ac vniuersalius sæpenumero significat, quæ incitatæ satisdam coctionis habet rudimenta, deinde vero tenuis & cruda effunditur post quartum diem, indeque longiorem morbi diuturnitatem augurii.

582 Πλευρεληχῆσιν ὄζον αἱματώδες, ζοφῶδες, μὴ ἐπισταμένοις ποικίλως, ἀμφιλαφίτου, θανάσιμον ἐν δεκατεσσάρεσιν ἡμέρῃσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. θανάσιμον δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλευρεληχῆσι σωθεῖσιν, καὶ ἢν τὸ ὑποστάσιος μέλαν ἔδον ὑπόστασιν, ἢ πιτυρώδεα. καὶ ὡσαύτως ἢν καθαρὸν, καὶ κάκιστον ὄζον ἐξελθεῖν.

In laterum doloribus vrina cruenta,obscura,cum eo quod subsidet vario & indiscreto,vt plurimum in quatuordecim diebus mortem adfert.Laterum quoque dolore affectis in propinquo mortem esse significat,quæ viridis nigrum habet sedimentum,aut furfuribus simile.Febri verò ardente cum alto stupore (quem catochum dicunt) detentis, exalbida vrina pessima est.

ζοφώδης.] Quænam sit vrina obscura & tenebricosa non facile est explicatu.cum ζοφώδης inter inutilitates vrinæ attributiones reponatur.Mihi sanè ex eo quod cruentum addidit,obscura intelligi videtur,crassa & valde turbulenta vrina & prærubra quæ magnam interni incendii exaltationem,indigestamque humorum exagitationem,præcipuè verò bilis rubræ & feroci sanguinis in venoso genere conculefactionem præ se ferat, neque paruam humorum perturbationem aut materiæ crudæ copiam indicat,ex qua veluti densata & conferta incendio siccescente,pace ac veluti obscura redditur vrina multaque caligine obducta,spiritibus ipsis & lucido humorum splendore materiæ crassitudine & exagitatione extincto aut obtenebrato. Non secus ac

—cum effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit,tonitruque tremiscunt.
Ardua terrarum,& campi: ruit æthere toto

Turbidus imber aquæ,densoque nigerrimus Austro, vt inquit ille) multa caligine nubes densantur ac aër obducitur, offuscatur, vnde nubes atra & obscura dicitur.Pleuriticis igitur vrina huiusmodi non parum suspecta est,cùm ingens incendium varieque affectam naturam magnaque copia obruptam ac exagitatam indicet,in quibus solo virium robore spes nititur.

ἢ τὸ κεκαυμένῃσι.] Vrina hæc viridis porraceæ bilis permixtione,exæstuans incendium denotat, præcipueque si ad nigredinem vergat, vt scribit Gal.lib.1.de Crisi, πτισώδης quoque ὑπόστασις deterrima est Hipp.in Progn. & sanguinis torrefactionem, aut venosi generis atque etiam totius corporis colliquationem ab immoderato calore denotat,vt scribit Gal.Comm.ad aph.77.lib.4.

καυσώδεσι δὲ κατάρροι.] Incertum an febrem ardentem cum stupore intelligat,an verò illud κατάρροι de pertinaci & hæsitet inhærente affecta dicatur,& de febre ardente grauiter affligente,quæ phrasis huius præsagij authori valde est familiaris. Exalbidæ aut in vrinæ tam quod morbi naturæ repugnent,tam verò quod naturalium facultatum imbecillitatem præ se ferant,pessimæ sunt.Illud verò rectè in melioribus exemplaribus distinguitur.

582 Οὖρον ὃ ὠμὸν πλεῖον χρόνον γινόμενον, τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων. ὑπόστασιν καὶ πόνον σημαίνει, καὶ μᾶλλον ἐν ἰσχίοισιν ἢ κατὰ φρένα. ἀλγήμασι δὲ ἐν ὀσφύι πλανωμένοις, ἐς ἰσχίον, ἢ ἐν πυρετῷ, καὶ αὖθι πυρετός. ὃ δὲ ἐκπεπεμμένον λίπος ἔχον οὖρον ὑπόστασιν, σημαίνει πυρετόν. ὃ δὲ αἱματώδες ἐν ἀρχῇ ὀρθῆς, χεῖρον. ὃ δ' ἀκατεργάστου μὲν ἰδρῶτος ὑπόπυον. ὃ δὲ λευκὸν οἷον τῶν ὑποζυγίων, κεφαλαλγίην. ὃ δ' ὑμενώδες, ἀπόσημον. ὃ δὲ πτυαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας οὖρον, ἢ ἰλυώδεας, ῥῖγος δηλωτικόν. ὃ δὲ ἀραχνιώδες, σωτήριος. ὃ δ' ἐν πλανωδέσι πυρετοῖσι μέλανα νεφέλια, τεταρταίου. ὃ δ' ἄχεσα μέλασιν ἐπεωρθυμένα μὲν ἀχρυπνίης ἢ παραφρῆς, φρενιτικά. ὃ δ' ἡνιώδεα μὲν δυσπνοίης, ὑδατώδεα.

Vrina cruda,quæ sic diu perseuerat, vt reliqua signa salutaria sint abscessum & dolorem præcipueq; infra septum transuersum denunciat.Doloribus vero ad lumbos oberrantibus,ad coxam, idq; in febre & sine febre.At quæ emittitur vrina in qua quod subsidet pinguedinem habet,febrem significat. Cruenta verò circa initia reddita,morbi diuturnitatẽ. Returbida quoq; cum sudore,morbi reuersionem. Alba autem qualis in veterino genere redditur, capitis dolorẽ:membranosa conuulsionẽ. Quæ verò sputo similia habet sedimenta,aut limosa, rigorem denunciat,quæ arancorum telis similia quædam habet,colliquationẽ. At in errantibus febribus nigræ nubeculæ quartanam denunciant, decolores autem vrinæ suspensa quædam in medio nigra habentes,cum peruigilio & perturbatione,phrenitidem,cineritiæ verò cum spirandi difficultate,aquam inter cutem.

Ex Progn.petita est sententia,vbi cruda & tenuis diutius reddita vrina ponitur.Quod etiam ex Pythione lib. 3. epidem. patet,in quo tenues per totum morbum vrinæ,abscessum ad sedem & vesicam procurarunt.

ἐς ἰσχίον.] In reliquis [illegible] abscessus fieri testatur aph.31.& 74.libr.4.Oberrantibus ergo ad lumbos doloribus, in coxam firmari rationi est consentaneum,illic que per vesicam,neque aluum materia expurgetur.

τὸ δ' ἐκπεπεμμένον λίπος ἔχον οὖρον ὑπόστασιν, similiter febrem huiusmodi vrina denunciat,sed deurentem & cum colliquatione.Quòd autem ὑπόστασιν scribat,vt tota [illegible] lectione non parum suspectum est.Nam & pinguedines per summum innatare solent, non per medium,aut ad fundum [illegible] scribit,vt scribit Gal.(Com.3.in lib.3.epid.& Comm.ad aph.35.lib.7.) sicque ὑπόστασιν, non ὑπόστασιν mutandum est,vt in Progn.πυρὸς ἐπιγενομένου ἐπὶ λεπτοῖσιν ponit,& aph.35.lib.7. ὑπόστασιν λιπώδη, cui ex quibusdam codicibus ὑπόστασις scribitur.Aut certè eam ὑπόστασιν hic intelligit,quæ tabitudinis & colliquationis index est,qualis νεφελώδης aut πτισώδης, & in his vrinis apparet,quæ ex deurente febre aut exæstuante incendio pinguedinis affusę notas indicat.Et alioqui vitij suspicionem iniciunt publicati codices,qui ἰσχίον pro ἴσχιον habent,etsi vulgatam lectionem nonnulli commendant.

τὸ δὲ αἱματώδεες] Hic αἱματώδεες ὕδεσι dicitur quod in Progn. ὑφυφρον.

A

οἷσι ἦσι ὑποζυγίων] Vrinæ iſtæ veterini generis, returbatæ & craſſæ, multum humorem crudum flatuoſo ſpiritu permixtum, & à calidioribus ſuccis exagitatum ac fuſum, velutique muſtum feruentem indicant, vt ſcribit Gal. Comm. 1. in libr. 3. epid. & Comm. 5. in lib. 6. & lib. 4. Salubrium, vnde vigiliæ, deliria capitis & ſtomachi dolores ac conuulſiones conſequuntur, vt patet ex ægr. 4. libr. 1. epid. & aph. 70. lib. 4. Albæ autē ſunt huiuſmodi vrinæ ob ſuccorum crudorum copiam & feruorem, vt ſatis experientia teſtatur eáſque ſub albedine colliquationem præ ſe ferre exiſtimabat Sabinus, quod tamen reprehendit †† Galenus.

†† *Comm. 5. in lib. 6. epid.*

ὑμενώδεες] ὑμενώδεες ὕδεσι quodnam ſit, antea hoc in Præſagio explicatum. Videtur nanque ea vrina intelligi, quæ pelliculoſa aut membranacea quædam continet, aut crudam, viſcidam, & frigidam materiam, membranis ſimilem neruis affixam vacuat, quæ aut neruorum diſtenſionem, aut neruoſi generis conſumptionem promptè indicat, aut propter crudam materiam & craſſam returbida, membranarum ramentis ſimilia multa conuehit. ὑμενώδεες autem vrinas eas eſſe quæ vitioſè apud Galenum ὑπνώδεες ſcribuntur, mediæque inter ἀφρώδεας & πυώδεας ambigunt, ad conuulſionis indicaturam, ex his quæ ſupra in conuulſionis denunciatione ſcripta ſunt, ſatis teſtatum eſſe exiſtimo.

B

τὸ δὲ πλυαλώδεας ἔχον] Vrinam intelligit ſputo ſimilem habentem ſubſidentiam hoc eſt ſpumantem pituitam referentem, quæ pituitoſæ materiæ ſobolem indicat, indeque rigorem promptiùs denunciat. Vt non malè mihi augurari cum Præceptore Hollerio videantur, qui ὑαλώδεας pro πλυαλώδεας ſupponunt, quod iſta ſit inuſitata vrinarum attributio, illa verò pituitæ vitreæ & albuminæ copiam teſtetur, neque immeritò rigoris ſit prænuncia. πλυαλώδεις etiam ſubſidentiæ dici poſſunt, quæ craſſam, inflatam aut tumentem materiam habent, qualia ſæpe ſunt craſſioris pituitæ ſputa. Cuiuſmodi materia incendio tandem & vſtione fæcem & limum refert, & nobilium viſcerum reſolutionem indicat potiùs quam rigorem. Alioqui, quod lubricus ſit hic locus, & inſolens admodum vrinarum attributum, non malè fortè πιπαλώδεας legatur, cuius etiam lectionis non leuis ex quibuſdam codicibus iniecta eſt ſuſpicio. Huiuſmodi nanque ſubſidentiæ, neruoſum genus ac vaſorum tunicas appetitas ſignificat, vnde etiam rigor ortum ducit, vt ſcribit Hippocrat. aph. 15. ſect. 3. lib. 6. epid. Vitioſa autem ſunt publicata exemplaria, quæ πλυαλώδεις pro πλυαλώδεας habent, vt non temerè ſuſpectam loci fidem faciant.

C

ἀφαχνώδεες] Vrina arancorum telis ſimilis ſubauditur quæ innatantem habet pinguedinem ex Prognoſt. & aph. 35. libr. 7. corporiſque conſumptionem denunciat. ἀφαχνώδεις autem retinui ex omnibus exemplaribus, vt vrina indicetur ſupra innatantem habens pinguedinem, quod etiam ex Prognoſtico exponit Galenus (Comm. 3. in libr. 3. epidem.) etſi ἀφαχνώδεας legiſſe videtur Cornarius, & ad ſubſidentias retuliſſe, Celſum ſecutus, qui in tabe mortis ſignum eſſe " ſcribit, vbi vrina quædam arancis ſimilia ſubſidentia oſtendit.

" *Cap. 8. lib. 2.*

τὰ δ' ἄχροα] Id ad vrinas non nubeculas referendum videtur, & ἄχροα ὕδρα vrinas aquoſas ſignificare, quæ ſæpe tenuibus coniunguntur in phrenitide, velut ægr. 13. lib. 3. epid. Ex huiuſmodi autem vrinis phrenitidem denunciari fidem faciunt hiſtoriæ libr. epid. vt ægr. 13. 14. & 15. lib. 3. epid. poſt ſt. peſt. Etſi poſſunt iſta contentis attribui, & ad nubeculas referri, & ἄχροα μέλασιν ἐναιωρήμυα intelligi ſublimamenta malè colorata vrinis nigris innatantia. Priorem tamen notionem ſequitur Prorrh. 3. vbi iſta repeti videntur. Τὰ ὅσα παραχώδεσιν ἀχρύποισιν ὕρα ἄχροα μέλανα ἐναιωρήμυα, ἐφ' ὑδρωπι φρενιτικῇ.

I

κονιώδεα] Inſolens eſt vrinarum attributum, vt cætera multa, nec ſatis explicatum. Videntur autem κονιώδεα ὕρα dici velut libr. 7. epid. ἀποδιεσία, vrinæ quæ cineritij ſunt coloris, aut velut puluerulentæ, aut quodammodo calce perfuſæ & exalbeſcentes, quæ inſignes vaſorum obſtructiones ex magna pituitoſæ & craſſæ materiæ copia teſtantur. κονιώδεα etiam intelligi poſſunt vrinæ cineri lixiuo aut lixiuio ſimiles, hoc eſt rufo colore ſaturatæ, quæ impuritatem viſcerum arguunt, vnde ad hydropem facilis eſt tranſitus.

Vrina diluta aut arenida & facilè diſſolubili aſperitate returbata, liquidam fore aluũ denunciat. Quæ verò admodum tenuis ſpiſſa euadit, fortaſſe eruppturum ſudorem indicat, iam autem erupiſſe, quæ ſpumam in ſeipſam inſidentem habet.

583 Οὖρον ὑδατῶδες ἢ τεταραγμένον φαφερὴν τὴν χύσιν, κενεὸν ὑγρὸν ἐσομένου σημαίνει. ὃ δ' ἔκλεπτον οὖρον δασυώμενον, ἂν ἔρα ἱδρῶτα μέλλοντα δηλοῖ· γεγυμνωμένον δὲ, ἀφρώδεσιν ἐφ' αὑτῷ ἐφιζάνοντα.

Quidnam intelligat per φαφερὴν χύσιν in vrinis, non eſt explicatu facile, neque quænam ſit vrina facilè diſſolubili aut arenida aſperitate returbida, quæ liquidam fore aluum denunciet. φαφερὸν etſi φαῦρον ſignificat apud Hippocratem Galeno teſte & Varino, ſolidis quidem attributum, φῶρον aut εὐδιάλυτον, aut idē quod κραυρὸν " Galeno, aut ' " Ariſtot. φαυστὸν dicitur, ſignificat, & quod Atticis φαῦρον ſcribitur, præcipueq; eduliis attribuitur quæ friabilia ſunt & tenera, nihilq; lentoris aut pinguedinis in ſe habent, vt ſcribit Galenus lib. 3. de aliment. facult. φαφαρὸς etiam aut φαφερὸς & φαθρὸς aut φαθαρὸς, ἁπαλὸν ἢ ἀστερῆ, εὐαφὲς, vt & αὐχμηρὸν ἢ ξηρὸν ſignificat, tenerum, delicatum, tenuem & mollem. Qua notione in vrinæ liquore φαφερὴν χύσιν, mollem ac tenuem, aut facilè diſſolubilem & friabilem intelligere poſſumus, cùm φαφαρὴ λεπτὴ Varin. explicetur, & quæ ſolent vrinæ aluos humidas denunciare, non admodum ſint returbatæ, ſed vt plurimum, dilutæ, aut leuiter & obſcurè quodammodo perturbatæ, quales ſunt quæ crudioris ſucci effuſam copiam & extremam imbecillitatem indicant. Sic & φαφερὰ ταραχύτης idem quod φαφαρὴ accipi poteſt, vt intelligatur quædam velut obſcura perturbatio, cùm & φαφερὰ aut φαφαρὰ, τὰ ζοφοειδῆ & μελανεδοειδῆ. aut μελανίζοντα Dioſcoridi ſignificent apud Gal. Atq; ea videtur vrinæ liquori accommodari poſſe explicatio. Quòd ſi ſolidis attribuatur, friabilitatem quandam indicat, & aſperitatem quandam facilè diſſolubilem, & quæ in fruſta quædam facilè diſcerpatur, vt tum mollium calculorum fragmenta, quę per vrinam feruntur & vrinam conturbant, taleſq; ſunt calculoſorum vrinæ, niſi quòd aluum liquidam ferri non eſt neceſſe.

" *Lib. 11. Meth.* "" *Lib. 4. Meteor.*

δασυώμενον] δασυώμενον ὕδεσι ἢ δεδασυμμένον inter obſcuras nec dum ſatis explicatas, aut ex induſtria affectatas dictiones à Gal. reponitur, eaq; vſus eſt Prorrhetici & huius Præſagii author antea. Quidam denſas vrinas intelligunt, quæ in ſuperficie craſſæ ſunt & ſpiſſæ, ac inter returbidas ponuntur velut lib. 7. epid. δασέα ὕρα ἢ αἰεσφαμμένα ſimul iunguntur in capitis doloris indiciis. Sic δασυώμενον ὕδεσι hoc loco vrina ſpiſſa & quæ craſſa euadit rectè accipi poteſt, vt quæ valde tenui ex aduerſo reſpondeat, & ſuccorum concoctiones naturam aggredi teſtetur, vnde ad ſalubres excretiones & ſudores promouendos excitari poteſt, præcipuè ſi ex tenui craſſa euadat, vt non improbanda ſit lectio quæ ἐν λεπτῷ habet. Hincq; """ Auicennas vrinas, quæ quarto die tinguntur, & ſeptimo craſſitudinem accipiunt, ſudorem prædicere ſcribit. Alij etiam δασυώμενα ὕρα intelligunt, quæ inæqualem habent ſuperficiem & extuberantibus quibuſdam eminentiis exaſperatam. Sunt qui etiam ſpumoſas intelligant, vt quæ ſpumam inæqualiter diſperſam in ſuperficie habeant. Quo certè referri poteſt τὸ ἀφρώδεσιν ἐφ' αὑτὸ ἐφιζάνοντα. Quod cum internam naturę à ſpiritu flatulento & feruore agitationē indicet, & tenacem ac glutinoſam coniunctam eſſe materiam, interdum contingere poteſt vt inde ſudores commoti fuerint, quod tamen non eſt neceſſe.

""" *Lib. 4. ſen. 2. tract. 1. cap. 7.*

In tertianis cum horrore nubeculis nigris ſimilia, inconſtantem horrorem indicant. Membranoſæ quoque mictiones, & quæ cum horrore ſubſidunt, conuulſiones prædicunt.

584 Τὰ δ' ἐν τεταρταίοισι μὲν φρίκης οἷα νεφέλια μέλανα, φρίκης ἀκαταστασίην δηλοῦντα· καὶ ὑμενώδεες οὖρήσεις, ἢ αἱ μὲν φρίκης ὑφισταμένου, σπασμώδεες.

Indiſtinctè iſtud videtur ſcriptum. In Prognoſt. nanque nubeculę nigrę ſimpliciter damnantur, quòd exuperantem calorem ſummamque exæſtuationem, interdum etiam νέκρωσιν quandam indicent. Hic verò videtur humoris bilioſi exaſſatio ſignificari per nigras nubeculas, vnde fit tranſmutatio & quidam in quartanum circuitum tranſitus. Id enim quodammodo inconſtans horror ſubindicare videtur, quòd à certa & præſtituta ſibi forma aberret, neque eandem, aut debitum tempus ac numerum obſeruet. Sic

nanque

Atque ἡ φελικὴ ἀκατάστατος dicitur, καὶ ὀξυσώζουσα τὸν ἰδίαν μίαν ἀκριβῶς. De membranosa aut pelliculosa vrina antea affatim dictum est. Hunc autem sententiam contra publicatorum codicum fidem distinximus.

585 Οὖρον χρηστὸν ἔχον ὑπόστασιν, ὀξὺ παύσῃ μὴ ἔ-χον, πόνον καὶ μεταβολὴν σημαίνει. Ὃ δ' ἂν ὑπόστασιν ἔχον, ἐ-ρεθιζόμενον καθιστάμενον, ῥίγος περὶ κρίσιν. Ταχὺ δὲ καὶ ἐς πεμπταῖον ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.

Vrina in qua quod subsidet bonum est, & de repente euanescit, dolorem ac mutationẽ denunciat. At quæ sedimentum habet, returbida, residens, rigorem circa iudicationem, fortè etiam & in tertianam aut quartanam transitum.

In Progn. si vrina modò liquida est, modò sedimentum habet candidum aut læue, morbi diuturnitas aut minor securitas portenditur. Celsus quoque in longæ valetudinis signis, vrinam modò liquidam & puram, modò quæ subsidentia quædam habeat reponit. Καθιστάμενον autem οὖρον vrina est quæ residet & conquiescit, & in qua deposita subsidunt quædam, crassaque & perpetuò returbida opponitur, vt ex libris epid. satis apparet, vbi familiaris est locutio, οὖρα παχέα οὐ κεκίνηται. Huiusmodi autem in vrinis inæqualitatem, mali laborem materiæque peruicaciam præ se fert, vnde morborum reuersiones aut transmutationes meritò suspectandæ sunt. Vitiosus autem est hoc loco Asulanus codex, vbi & asteriscum apponit.

586 Ἐν πλευρετικοῖσιν οὖρον. Ὑπόρυθρον ἔχον λεῖον ὑπόστασιν ἀσφαλέα κρίσιν σημαίνει, ὃ δὲ ὑπόχλωρον βαθὺ, λευκὸν ἔχον ὑπόστασιν, κακόν. Ὃ δὲ ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ βαθὺ, ὑπόστασιν χλωρὸν ἔχον λεῖον, εἰλικρινέα, πολυχρόνιον, σφόδρα παρακάθεα νοῦσον μεταδηλοῖ ἐς ἧπαρ, ἢ μάλα ὀλέθριον. Ὃ δὲ λευκὸν, ὑδατῶδες κεμιτώδεα πυρρὸν ἔχον ὑπόστασιν, πόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. Καὶ ὃ χλωρὸν πυρρὸν ἔχον ὑπόστασιν κεμιτώδεα, χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

Laterum dolore affectis vrina aliquantulum rubra, læuem habens subsidentiam, securam iudicationem prænunciat. Quæ verò aliquantulum pallida, bene florulenta est, & albam habet subsidentiam, cererem quoque. At quæ admodum rubra & bene florulenta, sedimentum pallidum, læue ac purum habet, diuturnum valdeq; turbulentum morbum fore & in alium transiturum, non tamen pernicioſum. Alba verò, diluta, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile habens sedimentum, fuluum,, dolorem & periculum denunciat. At quæ pallida, fuluum habet sedimentum, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile, diuturnitatem ac periculum indicat.

Melius & ad doctrinæ complexionem laudabilius quod in Prognost. & antea quoque hoc in Præsagio de subrubra vrina scriptum est, diuturnum quidem, verùm salutarem morbum denunciari, neque in pleuriticis solùm, sed in omnibus acutis morbis. εὐανθὴς] Quidnam per ἀνθὴς οὖρον intelligatur, non satis est expeditum. Videtur intelligi bene florulenta vrina, quæ efflorescentias quasdam spumeas extantes habet, (quæ ἐπανθίσματα vt plurimum dicuntur) & veluti flores supereminentes. "Quod in vrinis quæ ob magnum incendium, ingentem sanguinis feruorem ac bilis efferuescentiam produnt, conspicitur. Atq; hic vrinarum status præcipitem ac celerem morbi motum denunciat. Alij εὐανθὲς pellucidam ac puram vrinam intelligunt, & quæ ad naturalem vrinæ colorem prope accedit, quæque pellucido colore floreat & parum superiore parte rubescat, qualis, ob sanguinis motum, curum & breue iudicium indicare interdum post. παχέαν autem manifesto vitio, pro παχεῖαν, multa habent exemplaria. Sed nos παχεῖαν cum Cornario & meliorum codicibus amplectimur.

" *In Prorrh. & Coac. Prænot.*

εἰλικρινία] Purum, manifestum, merum ac verum sedimentum intelligendum, nullo alieno humore permixtum, quod subsidentiæ speciem referat, vt securitas indicetur.

κεμιτώδεα] De subsidentia hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simili, quam κεμιτώδη vocant, celebris est Galeni locus, qui ad hunc sensum probè admodum accommodari potest. δῆλον οὖν ὅτι μὲ σωθήσεται μᾶλλον ἡ ὑρηκὼς τὸν κεμιτώδη, χεῖρόν τι δὲ ὀλίγον ἔχων, τούτου ἐνδεὴς ἔσται. Ac mihi videntur ista perturbata, & (nisi fallor) parum integra.

Com. ad aph. 31. lib. 7.

587 Οὖρα τοῖσι περὶ ὦτα, ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρον. Καὶ ὃ κατεψύχθαι ὧδε, πονηρόν.

In his quæ circa aures abscedunt, vrinę quę celeriter & paruo tempore concoquuntur, damno sunt. Quin & perfrigerari itidem malum est.

Ex Prorrh. 113. desumpta sententia, iisdémque verbis etiam antea repetita (sent. 206.)

588 Κύστις ἀπολημφθεῖσα, μάλιστα μὲν μετὰ κεφαλαλγίης, ἀλγήματα σπασμώδεα. Τὰ ναρκώδεα δὲ τοιούτοισιν ἐκλυόμενα, δυσκολίην, ὀλέθριον. Ἀφανίζεται καὶ τοιάδε ἐκφορήσαι;

Vesica intercepta maximeq; cum capitis dolore conuulsionem quandam minatur. Quę in his cum torporis sensu exoluuntur, molestiam, nõ perniciem afferunt. Ac fortè etiam aliquantulum desipiunt.

Prorrheticum est 120. huc traductum. Ex quo manifestum publicatorum codicum vitium apparet. Aut enim ἡ μὲν ὀλίγον ex Prorrh. reponendum, aut manuscriptorum codicum lectio, ἢν ὀλίγον, reponenda, quam etiam secutus est Cornarius.

589 Νεφρῶν ὀξὺ πίνημα, μετ' οὖρου ἐπιστάσιος, ὑποστάσιν οὖρου ἢ παχέων οὖρον, σημαίνει.

Derepente obortus renum dolor cum vrinę suppressione, calculorum aut vrinæ crassæ mixtionem indicat.

Suppressionis vrinæ, quæ fit renibus aut vreteribus interceptis, hoc præsagium causas assignat, nempe calculorum exortum aut humorum crassitudinem. De renum verò calculo intelligentia sumitur, cuius ortus & causa Galeno explicatur Comment. 3. in lib. 6. Epid. & Com. ad aph. 26. lib. 3. & Aretæo cap. 3. lib. 2. de signis diutur. morb.

590 Τρόμοι δὲ παρεσυτέρεσιν ἐν πυρετῷ, καὶ ὅτως ἐκφαινόμενα λιθία τῶν οὐρητήρων.

Tremores senioribus in febre contingunt, atque vbi apparent, calculi fortasse per vrinas excluduntur.

Tremorem intellige corporis concussionem quæ in exturbando calculo, in vreterum ductibus aut angustioribus viis restitante, contingit, σεσμὸν ὡς δὴ ῥιπὴν vocat Aretæus. Fiunt autem plærunq; (vt idem scribit) πυρετοῖ διαλείποντες, ἐπέχοντες. Quæ quia grauem ægritudinem magis affligunt, præsentius etiam periculum circumscribunt. Illud verò καὶ ὅτως, de repentino etiam in senibus renum dolore cum vrinæ suppressione, intelligi potest.

591 Οὖρου ἀπόληψις καὶ βάρος ἐν ὑπογαστρίῳ, σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ στραγγουρίην ἐξαίφνης. Εἰ δὲ μὴ, ἄλλην ἀρρωστίην ἢ ἐώθεσιν ἄρρωστος ἦν.

Vrina intercepta & ad imum ventrem pondus, vt plurimùm futurum vrinæ stillicidium denunciat: sin minus, alium aliquem morbum ex consuetudine affligentem.

Hæc vesicæ vitio vrinæ stillicidium contingere indicant, ibique sitã esse morbosam affectionem, ἡ γὰρ κύστις (inquit Aretæus) ὁμοπαθὴς μάλιστα καὶ κατὰ πάντα τῇ μήτρῃ. Cæterum alios morbos pro consuetudine vitio vesicæ affligentes intellige, dysuriam & ischuriam, quorum causa est aut grumus, aut calculus, aut vlcus, abscessus, aut phlegmone. Ex quibus ἐξυπηρετεῖ πόνος καὶ ὀλεθρίη ἄκρισις, (vt loquitur Aretæus.) Nam etsi vesica aliarum partium vitiis communicat, difficiliores tamen magisq; mortiferos habet dolores, si per se laborare incipit

quandoquidem toti corpori,& neruis,& menti labem traducere valentissimè potest. Vnde etiam alij morbi statu quodam tempore pro consuetudine redeuntes accipi possunt,vt arthritis & dolor colicus,cæteriq; id genus.

In biliosis vrina intercepta mortem breui affore significat.

592 Ἐν χολώδεσιν οὖρον ἀπόληψις κτεινέει σιωθέντας.

Siue renum vitio,siue vesicæ affectu vrina supprimatur,periculum minatur & citam mortem. ἡ γὰρ ἐπίσχεσις τοῦ οὔρου δυνατώδης, Aretæo σωπίμως verò,aut symptomatum vehementiam & intensionem,aut periculi celeritatem indicat. ἡ δὲ ἐπίσχεσις τοῦ οὔρου πάντα τὰ δεινὰ φαίνει. ἐν χολώδεσιν autem additur ὡς γὰρ τὸ ὕδωρ δεινὸν ἢ δακνώδες εἰσῆλθεν, ψύξιες, πτόησις, σπασμοὶ, διαστάσεις καὶ πληρώσεις τοῦ ὑποχονδρίου, vt scribit Aretæus.Hoc autem Præsagium ferè respondet Prorrh.51.αἱ ἐκ καταψύξιος ἐς ὀξέα οὖρων ἀπολήψιες, κάκιστα.

Febricitanti vrina densitatem habens diuulsam, morbi reuersionem aut sudorem portendit.

593 Οὖρον ἐν πυρετῷ δάκος ἔχον διαστεπτόμενον, ὑποστροφικὸν, ἢ ἱδρῶδες.

Vrina spissa quædam continens diuulsa,magnam adhuc superesse agitationem in corpore , nec planè confectas esse morbi reliquias ostendit,& sudoris copiam ex materiæ cruditate & naturæ oppressione,atque ideo recidiuam minatur,quòd natura totam semel materiam coquere non possit.

In febribus longis,paruis,vagis,tenuium vrinarum eiectiones,lienis affectionem denunciant.

594 Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι,λεπτοῖσι πλανώδεσι, λεπτῶν οὔρων ὑπόστασις,μηκυνόντων.

Febres hæ diuturnæ,lentæ,mites & incertæ,magnas internorum viscerum obstructiones prænunciant,quibus valde est opportunus lien.

In febre variarum interdum vrinarum mictiones, morbum producunt.

595 Ἐν πυρετῷ ἐνίοτε ἐνίων οὔρησις,μηκυνόντων.

Vrina huiusmodi quæ materiæ inæqualitatem atq; humorum varietatem indicat, ideoq; mutationem accipit, morbum producit ex Prognost.& hoc præsagio.Quod etiam scribitur libello περὶ κριτῶν & lib.de rat.vict.in morb.acut. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐὰν μεταβολὴ ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνιον σημαίνει.

Vrinę quę non sentientibus effluunt, aliàs perniciem denunciant.Animaduertendum num tales his reddantur quales fiunt vbi subsidentiâ cõturbaueris.

596 Τὰ οὐρούμενα μὴ αἰσθανομένων, ἐνίοις ἢ ὀλέθρια. ἆρα τοιοῦτον οὖρον ἢ οἷόν τ' ἐστὶν ἐπὶ τούτοισιν παρασχεῖν.

Satis constat ex Prorrh. 29. locum hunc esse corruptum , & μὴ αἰσθανομένων esse reponendum, sententiamque per se esse distinguendam,quod etiam vidit Cornarius.

Quibus vrinæ paucæ,grumosæ , non sine febre , si ab iis tenues & copiosæ prodierint,iuuat.Talibus autem circa initia procedunt,aut non multò post sedimentum habent.

597 Οἷσιν οὖρα ὀλίγα, θερμώδεα,οὐκ ἀπυρέτοις πλῆθος οὐ τοῦτων ἐλθὸν λεπτὸν,ὠφελέει. ἔρχεται δὲ τοιοῦτον ἐξ ἀρχῆς,ἢ μετὰ ταχέων ὑποστασιν ἔχει.

Hoc in Præsagio vrinæ crassæ temerè deficiunt,quæ tamen ex aphor.69.lib.4.reponi debent,aut per grumosas intelligi. Quod sequitur ἔρχεται δὲ τοιοῦτον, etsi obscurè est positum, ex aphorismo tamen lucem accipit,& de vrinis crassis accipi haud dubiè debet,quæ statim circa initia,non naturæ lege,sed grauitatis materiæ ratione, sedimentum accipiunt,vt scribit Galenus.Alioqui si de tenuibus vrinis sumatur (quod faciunt interpretes)mediocriter crassæ ac comparatè tenues obaudiendæ sunt.

Quibus in vrinis citò aliquid subsidet, hi breui iudicantur.

598 Οἷσιν οὖρα ταχέως ὑποστασιν ἴσχει. ταχέως δὲ οἱ κρίνοντας.

Hoc caput in tota iudiciorum disciplina est celeberrimum. πάσασι γὰρ ταχύτητα κρίσιος καὶ ἀσφαλείαν ὑγιὲς σημαίνουσιν, sic quibus quarto die in vrinis nubecula aut subsidentia cernitur,solutio septimo die denũciatur,vt antea scriptum est hoc in præsagio & aph 71.lib.4.

Vrinæ præter consuetudinem tenues & crudæ, absq; repletione,in morbo comitiali obnoxiis,morbi insultum denunciant,idq; præcipuè si in summum humerum,aut ceruicem,aut dorsum dolor aut conuulsio incidat,aut torpor totum corpus occupet,aut turbulentum insomnium visum fuerit.

599 Ἐπιληπτικῇσι οὖρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος αὐτῇ πλησμονῆς, ἐπιλήψιν σημαίνει, ἢν τε κατὰ τὸν ἐς ἀκρώμιον, ἢ τε ἀχλὺν, ἢ μετάφρενον πόνος, ἢ σπασμὸς ἐμπεπτώκῃ, ἢ ναρκὴ παρεγένηται τῷ σώματος, ἢ παραχωδες ἐνύπνιον ἑωράκῃ.

Hoc præsagium plurimùm facit ad morbi comitialis prædictionem,vt inde impendenti malo prouideatur & insultus præcauea tur.

Quæ parua copia apparent, velut stillæ sanguinis, vrinæ,vomitiones,& deiectiones, malum quidẽ penitus denunciant,pessimum verò si exiguis interuallis sese consequantur.

600 Τὸ μικρὰ ὀφθαίνεσθαι,οἷς σταξιας,καὶ οὖρον, ἢ ἐμετον,καὶ διαχωρήματα κακὸν ὅλου πάντως. κάκιστον δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα.

Id de excretionibus criticis accipiendum quæ infra modum erumpunt. Vniuersalis nanque est præceptio in crises disciplina (vt scribit" Galenus) μηδενὸς ἓν σημεῖον ἀποκεῖνεσθαι σμικρά. οὐδὲν γὰρ τῶν κρισίμων. σμικρὸν ἐκφύσεως πορισικόν. Siue igitur sanguis à naribus, siue vomitiones,siue alui secessus,siue vrinarum,sudorum,aut vteri eruptiones infra modum subsistant, mali augurij omen habent, vt fusiùs scripsimus nostris in lib.2.Epidem.Comment.Prorrhetico 59.huius præsagij initium vrinis accommodatur,non satis tamen aptè, ita vt multò sit clarior hæc notio integram iudicationis authoritatem conseruans. Quod sequitur ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα, etsi Prorrh.60. vomitionum varietatem,quæ continenter & assiduè fiunt,sugillat, hic tamen excretionibus criticis aptari potest, qua quo propiùs aut minori interuallo apparent,tandemque subsistunt,eò sanè præsentius periculum denunciant. Nam tunc fatiscentes naturæ vires meritò suspectamus,vbi pluribus excretionibus tentatis,nihil tamen erumpit, sed intrò omnia subsistunt. ἐγγὺς autem ἀλλήλων , idem quod ἐν μὴ πολλῷ χρόνῳ significat teste Galeno.

" *Com.2.in Prorrh.*

Alui recrementum optimum est molle,constans, aliquatenus fuluum,nec admodum graueolens , eóque tempore quo per secundam valetudinem deiici solet,excretum,copia verò ingestis cibis respondẽs. Crassum autem fieri oportet in iudicationem eunte morbo. Vtile quoque quod lumbricos teretes ad iudicationem exire cogit.

601 Διαχώρημα κοιλίης βέλτιστον, μαλθακὸν, ξυνεχὲς, ὑποπυῤῥον, μὴ σφόδρα δυσῶδες, διαχωρέον τῇ ἐθισμένῃ ὥρῃ. πλῆθος δὲ κατὰ λόγον τῶν ἐσιόντων παχυνέσθω δὲ κατὰ τὴν κρίσιν. χρήσιμον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι, κατὰ κρίσιν κατασκῆψαν.

Quod in vrinis factitatum est , idem in deiectionum attributionibus vsurpat huius Præsagij author , & vndique emendi-

ta suffrag

ta ſuffragia eadem politura in hanc tractationem coniicit. Hoc ex Prognoſtico, vt cætera, deſumptum eſt. σπυτώδες ἀφεχώρημα alui recrementum conſtans & cohærens, coactum, quodq; conſiſtentiam & figuram ſeruat, dicitur, figuratum " Celſo, & liquido, diffluenti aut humido ex aduerſo reſpondet. " *Cap. 3. lib. 2.*

ὑπόπυῤῥον] Rufam aluum dicit Celſus. Id autem hîc loco & ordine poſitum videtur, ac melius quidem quàm in Prognoſt. vt conſiſtentia, tempore, quantitate & qualitate deiectiones ipſæ probarentur. Quod etiam teſtatur Galenus in Prognoſt. Repetitur quoque libello περὶ κρισίων.

παχυνέσθω] In Prognoſt. & libello περὶ κεισίων, ἐκεῖ πρὸ κείσιος ἡ πέψις legitur, & de aluo liquida aut molli melius effertur. Celſus procedente tempore paulatim contrahi vult.

χρήσιμον ὄν] Id quoque in Prognoſt. in libello περὶ κεισίων repetitur, Celſus. Lumbricos quoque aliquos ſub fine morbi deſcendiſſe nihil nocet. Adeò iudicationis aut criſeως nomen ſubtimidè ac ſuperſtitioſè effert, aut certè contemnit. περίττωμα autem alui recrementum refertur, quod ſuo momento lumbricos agit ac deturbat. Quod ideò dicitur, ne quis id ſuperuacaneum exiſtimet, quod aliàs deficit, nec ſatis ab interprete expreſſum eſt.

602 Ἐν ὀξέσι δὲ ἀφρῶδες, πεφυσιγμένον ἀφεχώρημα, χαλεπὸν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔκλυσιν. ἔτι δὲ καὶ κακιῶδες τὸ ἀμητοειδές, ὀσφριῶδες. κάλλιστον δὲ τὸ τοιοῦτον κακόν, καὶ αἱματώδης ἀφεχώρησις, καὶ νεκυαγγὴς καὶ χολώδης.

In præcipitibus malis ſpumans & circumbilioſum alui recrementum, malo eſt. Malum quoq; & exactè candicans. Adhuc verò deterius farinę molitę inſtar, & ſtercoroſum. Præter hæc ſopor malo eſt, & cruenta alui deiectio, ac immoderata vaſorum inanitio.

περίχολα ἀφεχωρήματα dicuntur " Galeno τὰ χολώδεα, καὶ τὰ περὶ ξ αὐτὰ ἔχοντα χολὴν τῇ ουσίᾳ λεπτὴν, circumbilioſæ egeſtiones, & quæ in ambitu ſunt coloratæ ac bile obductæ, quales ἐκκενώσεις περίχολους vocant, & quæ efferueſcentis caloris copiam indicant. ἴκτερικὸν autem ἀφεχώρημα, id eſt, quod in Prognoſt. κάρτα λευκὸν dicitur. Ac melius hic ſeparatum ponitur, quàm ſi ad περίχολα ἀφεχωρήματα adiungas, vnde iſta huius præſagij portio deſumpta videtur. ἀλητοειδὲς etiam nouè quodammodo poſitum videtur, ac obſcuram habet notionem. ἄλητον ἄλευρον exponit Erotianus apud Hippocratem, idemq; deducit Heſychius, ab ἀλέω aut ἀλήθω, vt ſit πᾶν ἀλεσμένον σῖτον, & cereale ſubactum, quaſi ἄλετον, aut ὃ πρὸ ἄλέτου ἐθήρευσον ἄλφιτον, farina molendo concta & ſubacta. Videtur igitur excrementum intelligi, quod farinam molendo ſubactam refert, tum candore, tum conſiſtentia ac ſuore, aut quod velut paſtaceum eſt, ac ſtatim depoſitum errat ac diſſoluitur, quale in magnis viſcerum ac totius meſenterij obſtructionibus & facultatis naturalis imbecillitate, aut etiam tenuioris inteſtini inflammationibus nonnunquam cernitur. Stercoroſum autem ſummam putrilaginem ac corruptionem indicat. Quod ſequitur de ſopore, deiectione cruenta, & vaſorum inanitione quæ præter rationem contingit, id alterius eſt generis & valde pernicioſum. " *In Prorrh.*

603 Κοιλίης ἀπόληψις μικρὴ, μέλαινα, σποδοειδέα, ἢν ἀναγκαίως χαλῶσα μυκτὴρ τοιοῦτον ῥεγκύμενος, ἔκκριμα.

Vbi aluus modicè intercepta, nigra ſtercoribus caprarum ſimilia, nec niſi coacta demittit, hoc caſu naſus erumpens, malo eſt.

Prorrh. 41. repetitur hoc præſagium, ex quo melius μικρὰ μέλαινα legeretur. ἀναγκαίως autem, χαλῶσα κοιλίη, phraſis eſt Hippocrati admodum familiaris in Prorrh. quæ Galeno teſte, μὴ τὸ φλεγματοειδὲς πῦρ ἰατρεύειν, ἢ ἀφεχωρήσῃ, ἢ ἀφὲ βάλωνται ſignificat. Hæc autem conflagrantis interni incendij certiſſima ſigna ſunt, vnde exiccato corpore & imbecillo, quæuis excretio etiam critica non minimùm ſuſpecta eſt.

604 Γλίσχρον ἄκριτον, ἢ λευκὸν ἀφεχώρημα, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ μὴ ἐζυμωμένον, ἀποφλεγματῶδες, πονηρὸν δὲ καὶ ἐφιωδέων ἀπόστασις ἀποπίλος, πυώδης μὴ χολώδεος.

Alui recrementum glutinoſum, ſyncerum, aut album, in vitio eſt. Vitioſum quoq; quod abundè fermentatũ eſt, & aliquantulum pituitoſum. Prauum etiam cùm ex his quæ denſata feruntur, quod ſubſidet aliquantulum liueſcit, purulentum ac bilioſum eſt.

ἐζυμωμένον] Hac attributione vrinas inſigniuit Prorrhetici author. Vbi οὖρα ἐζυμωμένα hoc eſt fermentatæ vrinæ dicuntur Galeno, quæ ſpiſſæ & craſſæ magnam crudæ & flatuoſæ materiæ copiam continent, vnde leuis quidam feruor per agitationem excitatur, adeò vt motis & rarefactis ſpiritibus, in maiorem quam cum primùm excretæ fuerunt molem attolluntur. Atq; eæ ſunt quæ turbulentã continent humorũ crudorum agitationẽ ac feruorem, ita vt flatibus humorum acrimoniæ ac ebullitioni permixtis, in maiorem tumorem attollantur, ac inflentur, interdum etiam bullas & ſpumam excitent. Quæ quidem affectio alui excrementis crudis, flatuoſis, & humorum acrimonia agitatis aut efferuentibus attribui poteſt. Poſſunt etiam recrementa alui fermentata dici, quæ plurimam bilem atram retortidam continent, quæ in terram effuſa, eam abradit, & partes omnes in altum attollit, vnde modo quedam ſpirituoſa ac fermentatio aſſurgit. Eſt enim ζύμωσις Platoni, ἡ χώσεως ὕσπερ ἐμοὶ κίνησις ἡ αἴρουσα. Atq; ex bilis illius agitatione ſuccenſa alui recrementa, ebullitionem ac feruorem accipiunt, acrimoniamq; contrahunt, vnde concepto aëre diſtenduntur, inflantur, ebulliunt & in tumorem quendam attolluntur, interdum etiam à craſſa & flatuoſa materia, ſpumæ & bullæ efferuntur. τροφώδεα verò ἀφεχωρήματα etſi intelligi poſſunt, quæ concreta quædam fruſtulatim diſcerpta efferuntur, mihi tamen germanè lectio videtur, ſi ἐκ τροφωδέων ὑπόστασις ὑποπίλου, ἰλυώδης, ex Prorrhetico legatur. Atq; ea omnia liquidæ aluo optimè conuenire videntur, quæ cum torminibus ſæpe effundi ſolet, cum humorum corruptione ex viſcerum vitio, vnde huiuſmodi ſubliuida & purulenta materia educitur. Erotianus tamen hanc hoc loco lectionem agnoſcere ac mihi ſubindicare videtur, cùm τροφιώδη ἀποδοσθὲν exponit. τροφιὰ γὰρ ἡ ἀποδιδομένη λίχνη. Vt cinereæ deiectiones intelligi videantur veluti exaſſatæ ac torrefactæ. Etſi Erotiani lectionẽ quidam ad Prorrhetici lectionẽ referre malint. ὑπόστασιν verò in deiectionibus poni nouum non eſt, & alioqui huic præſagio admodum familiare. Vitioſus quoq; hoc loco eſt Aſulanus codex, vt ſatis apparet, ſi quis cum cæteris publicatis cõferat.

605 Αἷμα λαμπρὸν ἀφεχωρέον, κακὸν, ἤν τε μὴ ὑπὸ ὀδυνέων πέσῃ.

Sanguis ſplendidus aluo per ſeceſſum reiectus malo eſt, præſertimq; ſi dolor aliquis adſit.

Sanguis per aluum ſecedens niger probatur aphor. 25 lib. 4. purus autem & ſplendidus effuſus, vitæ theſaurum profundit, præſertim ſi dolor adſit aut hypochondriorum, aut abdominis, qui viſceris alicuius vitium, aut vlcus prodit. Alioqui purus aliquando eſt is interuallis, abſque periculo ſecedere poteſt.

606 Τὸ ἀφρῶδες περίχολον ἀφεχώρημα, φλαῦρον, καὶ ἀκεραιωτάτη ὂν ἐκ τοιούτων.

Spumans & bile obductum alui recrementum, vitio eſt. Quin & inde morbus regius contrahitur.

Prorr. 53. hoc præſagium explicatur, vnde etiam fluxit, vt non malè ἰκτερικὸν hic adſcribatur. Quin & illic ἴκτερος ὑπόπυρος annotatur aut tumore, aut obſtructione, aut inflammatione obſeſſum, ex quibus morbus regius contrahitur. Quem in ſenſum etiam expoſitum eſt paulò ante Prognoſt. 602.

607 Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι τὸ ἀφρῶδες ἐπώδυσμα, κακόν. μᾶλλον δὲ ὀσφὺν πεπονηκόσι, καὶ πλευρὴν ἔχουσι. ἆρα ὑπὸ τοιούτων τὰ ἀγήματα;

In bilioſis deiectionibus ſpumoſa efflorescẽtia, malo eſt, iis verò præcipuè quos antea lumborũ dolor aut deſipiẽtia vexarit. Forteq; etiã dolores iis adſunt.

Ex Prorrh. 21. deſumpta eſt ſententia, vbi meracas deiectiones bilioſis adiungit. Huius autem præſagij finis, quæ in Prorrh. dederatur, hunc ſenſum habere videtur, vt renum dolores perſeuerare indicet, ex humoris bilioſi feruore & acrimonia per inteſtina delati. Fortaſſis etiam & reliquorum inteſtinorum dolores vrgere ſignificat, non eorum tantum quæ circa renes feruntur, cùm ſcribat Galenus, ἢ γὰρ τοῦτο ἀφεχωρήματος παρειληφότος τοῖς ἐντέροις, ἢ τοῖς κατ' ἰσχίον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς, ὁδυνᾶται τότε, ἐκκαλυφθὲν. Aut certè ex Prorrh. 22. corrupta eſt lectio ac diminuta, quod eſt vero ſimile.

Tenue alui excrementum & ſpumás, in quo quod ſubſidet aqueum eſt & ex pallido vireſcens, malo eſt, malum quoque purulentum. Nigrum etiam cruentum malum, cum febre, atque aliàs. Vitioſum quoq; varium abundè coloratum alui excrementum, eoq; deterius quò colore formidádum magis, pręterquam in medicaměti potione. Tunc namq; periculo vacat, copia nõ exuperans. Friabilis quoq; mollis in febre alui ſeceſſus, vitio eſt. Vitioſus quoq; ſiccus, qui facilè diſſoluitur, nec cohæret, decolor, idq; præcipuè ſi aluum humectet, lethalis verò ſi nigra antea prodierint.

[608] Λεπτὸν ἔπαφρον διάχωρημα, ὑδατόχλοον ἔχον ὑ-
πόστασιν, πονηρόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ πυῶδες. καὶ τὸ μέλαν αἱ-
ματῶδες πονηρὸν σὺν πυρετῷ, καὶ δηλῶς. καὶ τὸ ποικίλον
κατακορὲς διάχωρημα, φλαῦρον. καὶ χεῖρον ὅσῳ φοβερώ-
τερον τῇ χρόᾳ, πλεῖον ἐν φαρμακείοισιν. ἐν ᾧ τοιούτοισιν ἀ-
κίνδυνον μὴ πληθὴ ἐμβάλλειν. καὶ τὸ ψαφερὸν μαλ-
θακὸν ἐν πυρετῷ διάχωρημα. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ξηρὸν,
ψαθυρὸν, ἄχλοον, καὶ ἄλλως. καὶ ἢν κοιλίῃ καθυγραίνῃ.
μελάνων δὲ πολλῶν διελθόντων, κτείνει.

καὶ τὸ μέλαν αἱματῶδες] Hîc αἱματῶδες idem videtur ſignificare quod ἐκεῖον ἄιμα μέλαν, vt aphor. 21. lib. 4. & paulò pòſt ſcribitur. Et καὶ ἄλλως, pro καὶ ἄλλως πυρετῷ ſumitur, etſi quædam exemplaria ſequentibus iungunt.

καὶ τὸ ποικίλον κατακορὲς] ποικίλον κατακορὲς ſimul iungi poteſt, vt admodum & abundè varium excrementum ſugillet, velut ἐκ προδήλου κατακορέος antea dicti ſunt hoc præſagio aurigine impenſiùs fœdati & colorati: aut κατακορὲς per ſe abundè ſaturatum & ſyncera bile coloratum ſignificat. Poteſt & κατακορὲς accipi de variis alui excrementis, quæ ſyncera & impermixta egeruntur, ποτὲ μὲν ὁμοῦ διεξερχόμενα ἀλλήλοισι, ποτὲ δὲ κεχωρισμένα, (vt ſcribitur in Prognoſt.) & vt loquimur Celſus, quæ modò diuerſis temporibus, modò ſimul, & in mixtura quadam, diſcreta tamen repræſentant.

καὶ χεῖρον] Aph. 21. lib. 4. καὶ ἐκόσῳ αὖ τὰ χρώματα ἐκκεχωρημένων πλείω πονηρότερα ἦ, μᾶλλον κάμοι, σὺν φαρμάκῳ δ' ἄμεινον. & ὁκόσῳ αὖ πλείω χρώματα ἐκκέκριται πονηρά.

ψαφερὸν] Hîc ψαφερὸν μαλθακῷ iunctum deiectionem friabilem ac veluti ſanioſam indicat, ex viſcerum corruptione aut colliquatione, qualis in tuibus cernitur, aut iis qui pyris & pomis victitant, aut pane furfuraceo aut hordeaceo veſcuntur. Poteſt & nigricans deſignare, quod ψαφερὰ aut ψαφυρὰ διαχωρήματα, ζοφοειδῆ καὶ μελανθυῶντα Galenus exponit, & Dioſcoridi μελανίζοντα ſignificant apud Galenum ψαθυρὸν autem aut ψαθυρὸν in excrementis explicat Galenus τὸ δ' ἀδιάλυτον & μηδεμίαν ἕνωσιν ἔχον δύσλυτον, aut ἄγλισχρον, quod eſt arenidum, friabile, non cohærens, & quod promptiſſimè teritur aut diſſoluitur, qualia ſunt eorum excrementa qui panicum aut milium, aut hordeaceos panes eſitarunt, aut ex pyrorum ſylueſtrium eſu ruri ſe vidiſſe teſtatur Galenus. Interdum verò talia euadunt nec cohærent, tenui humore & diſſolutu facili excrementis admixto & continuitatem impediente, etiam ſi quis integris cerealibus vtatur. Quod corporis vitio contingere poteſt, ſummamq; & cruditatis & materiæ inæqualitatem, aut etiam colliquationem indicat aluo tunc effuſa, velut ψαφερὸν μαλθακὸν hîc iungitur.

Liquidum alui recrementum, & breuibus interuallis cumulatum, malo eſt. Partim namq; vitium & inſomniam, partim verò exolutionem pariet.

[609] Ὑγρὸν διάχωρημα, καὶ ἀθρόον καὶ μικρὸν, κα-
κόν. τὸ μὲν γὰρ κακὸν καὶ ἀγρυπνίην, τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂ
ποιήσῃ.

Melior lectio ex Progneſt. ὑγρὸν διάχωρημα, καὶ ἀθρόον, καὶ μικρὸν, κακόν. Liquida enim alui deiectio & cumulata vires exoluit, frequens verò & ex breuibus interualiis inſomniam quoque & vigilias parit. Hîc autem publicatorum codicum lectionem ſecuti ſumus, etſi mihi vitio carere non videtur. Nam τὸ μὲν γὰρ κακὸν, quanquam redundare videtur, viſcerum tamen intemperaturam, aut naturæ oppreſſionem indicare non temerè poteſt. καὶ μικρὸν quoque quod ex breuibus interuallis egeritur ſignificat, & idem quod κατ' ὀλίγον ἐκκεχωρίκεν. ἔκλυσις verò λιποθυμίαν.

Perliquidum & aliquantulum friabile alui recrementum, cum ſummi totius corporis perfrictione, non ſine febre, vitioſum eſt. Rigores præterea veſicam & aluum corripiunt. Valde verò aquoſa deiectio in præcipitibus malis non deſinens, malo eſt, atque eò magis ſi ſitis vacuitatem fecerit.

[610] Ἐνυγρὸν ἐκκεχαφαὸν διάχωρημα πάνυ λίην
μὲν ἀπύρῳ, φλαῦρον. τὰ δ' ὑπὸ τούτοισι ῥίγεα καὶ
κοιλίῃ ὑπολαμβάνει. ὑδατώδες δὲ σφόδρα διά-
χωρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξέσι, κακόν. καὶ μᾶλλον ἢν
ἀδιψήσῃ.

Prorrh. 116. ἐκκεχαφαὸν διάχωρήματα dicuntur quæ hîc ἐκκεχαφαὸν, vt eadem ſit vtriuſq; dictionis notio. Quam mutationem etiam agnoſcit Galenus cùm à Dioſcoride ἐκκεχαφαὸν in ἐκκεχίφαρα verſum ſcribit. Poſtrema verò huius præſagij pars in publicatis exemplaribus vitiosè ſcripta; quæ eſt de perliquida & aquoſa deiectione diutiùs perſeuerante nec mutationem in morbis acutis recipiente, ſummam cruditatem & caloris natiui imbecillitatem indicat cum perenni materiæ affluxu.

Prærubrum in alui proluuie excrementum vitio eſt. Vitioſum etiam admodum ex viridi palleſcens, aut albicans, aut ſpumans, aut aquoſum. Item malum eſt quod exiguum, glutinoſum, læue & ex viridi ſubpallidum. Peſſima quoq; deiectio liquida in ſopore & torpore detentis. Lethale verò eſt etiam multum ſanguinem grumoſum ex aluo effluere, itémque candidum & liquidum excrementum cum alui tumore.

[611] Ἐξέρυθρον ἐν πολυπλύσῃ διάχωρημα, φλαῦρον.
φλαῦρον δὲ καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ
ὑδαρές. καὶ τὸ μικρόν τε καὶ γλίσχρον, καὶ λιπὸν καὶ ἐκκεχλω-
ρὸν, κακόν. καὶ τὸ κωματώδεσι νενωθρωμένοισιν ὑγρὸν διά-
χωρημα, κάκιστον. θανατώδης δὲ καὶ αἱμορροΐς αἱματώδης
πολὺ θρομβώδης. λευκόν τε καὶ ὑγρὸν μετὰ κοιλίης μετεώρου.

πολυπλύσιον vocat alui proluuiem multa tenuia & liquida effundentem, quæ hepaticum eſt ſymptoma, vt ſcribit Galenus & ea hoc præſagio πολύπλυσις ἐξίμυθρος damnata eſt. Cæterùm ſententiam iſtam ex melioribus codicibus diſtinximus, etſi mi coniungunt. Quæ tamen omnia non ſatis aptè cohærent.

καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν] Id ex Prognoſt. ſumptum eſt.

Alui excrementum nigrum velut ſanguis, & cum febre, & ſine febre, malo eſt. Mala item quæcunque varia, & quæ bile abundè ſunt ſaturata.

[612] Διαχώρημα μέλαν οἷ αἷμα, καὶ σὺν πυρετῷ, καὶ
ἄνθυ πυρετοῦ, πονηρόν. πονηρὸν δὲ καὶ πολύτα τὰ ποικίλα
καὶ τὰ κατακορέα πονηρά.

Hæc ſententia aph. 21. lib. 4. exprimit. κατακορέα autem intelligi poſſunt bile admodum ſaturata, aut quouis etiam alio colore ſaturata, vt viridi, flauo, nigro aut rubro, cùm ποικίλα ſimul iungantur, eademq; proprij ſeri conſumptionem indicent.

Alui recrementa quæ in ſpumoſa & ſyncera deſinunt, omnibus quidem ingraueſcentis mali ſignificationem præbent, conuulſione verò tentatis, vel maximè. In huiuſmodi caſibus ad aures tubercula oriri ſolent. At quæ perliquida, ac rurſus conſiſtentia, ſyncera, ſtercoracea, morbi longitudinem denunciant. Prærubrum verò in febre, delirium. Candicans

[613] Τὰ δὲς ἀφρώδεα ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα,
παροξυντικὰ μὲν πᾶσι, δῆλα δὲ μάλιστα σπασμώδεσι καὶ πόνῳ. κα
δοιότητα τὰ πρὸς οὖς αἴρεται. τὰ δὲ ἐξυγραινόμενα, καὶ
λιν σεσηπότα, ἄκρητα, κοπρώδεα, μῆκος νόσου σημ
νέ. τὸ δὲ ἐξέρυθρον ἐν πυρετῷ, παραφροσύνην. τὸ δὲ λε

κοπρώδες

κοπρώδες, ἐκτέρῳ δύσκολον. ὃ δ' ἂν ὑγρὸν ἐν τῷ τεθῆναι λαβὸν ἐρύθρος.

autē ſtercoroſum, in morbo regio moleſtiā exhibet, ac liquidum etiam, vbi reſederit ruborem adeptum.

Ex Prorrh. III. præcipuè & Prorrh 50. ſumpta ſententia. Meliùs verò in quibuſdam Prorrh. exemplaribus, πρὸ παρόξυσμοῦ, pro πάσῃ, legitur, quòd huiuſmodi deiectiones in ſynceras deſinentes, non omnino ingraueſcentis mali ſignificationem præ ſe ferant, ſed tum præcipuè vbi talia excrementa perſeuerant, & præterquàm quòd non deſinunt, etiam in ſpumoſa ſyncera, & prioribus longè deteriora mutantur. Quod ſequitur miſerè eſt exagitatum noſtris in exemplaribus. Quædam etiam iſta diſtinguunt, quædam coniungunt.

πρὸς λάκκον] Alba & ſtercoroſa deiectio in icftero negocium facceſſit, icteriq; magnitudinem & cauſæ pertinaciā oſtendit. At quæ liquida in matula depoſita ruborem accipit, hepatis imbecillitatē aut alicuius viſceris inflammationem portēdit. Exemplaria publicata λαῦρον ἔρυθρος legūt, qua lectione exaturatus ac copioſus rubor accipitur. Sed nos cum Cornario & Hollerio λαβὸν legimus.

614 Αἱμορραγέσι γλίσχρον δεχώρημα μέλασι διαποίκιλον, καὶ κονδές, μάλιστα δ' ἐκλεύκοις.

Sanguinem effundentibus glutinoſum alui recrementum, maculis nigris diſtinctum, malignitatem denotat, præcipueq; in exalbidis.

ἔκλευκοι dicuntur valde candicantes, qui pituita redundant, quorum naturæ reſpondere alui excrementa debent, non autem variegata, aut nigris maculis diſtincta, quæ humorem retorridum eiuſq; malignitatem denotant.

615 Ἔκλευκον δεχώρημα ἐν πυρετῷ σὺν θύρῃσι.

Exactè candicans alui recrementum in febre nullam bonam iudicationem denunciat.

Exactè candicantes deiectiones obſtructionum indices bilis flauæ auerſionem ſignificant, & icterum minantur. Quare nullam habent probatam iudicij notam. Videtur autem huius præſagij author tacitè eam quæ fit à morbo regio in febre iudicationem ſuggillare, quòd non niſi moleſtiæ & laboris plena ſit.

616 Κοιλίη ταραχῶδης σμικρῆσι πυκνῆσιν αἰγασάτεσι, σπηδόνας ἐντείνει. λύει δ' ἐνίοτε καὶ τοῦ προσώπου ἐρυθήματα.

Aluus perturbata cum frequenti deſidendi labore, maxillas intendit, rubores etiam faciei ſoluit.

Laborem & inſomniam potius facit frequens deſidendi labor quàm rigorem aut conuulſionem, cuius rudimentum ponit σπηδόνας ἐντείνει. κοπὴ ὁ ἀνθρωπος ὡσὰν τὸ ξυνεχὲς ἔξαγασάσθαι καὶ ἀγρυπνίαν αὖ, vt ſcribitur in Prognoſtico. Secutus ſum autem ſenſum maximè popularem, vt rubores faciei ſoluat huiuſmodi frequens deſidendi labor, etſi frequentes deiectiones faciei ruboribus exortis ſubſiſtere non ſit alienum, vt etiam ſurditate aluum in febribus retardari contingat.

617 Κοπρώδης μὲν τόνῳ διαχώρησις, κοιλίης πόνημα σημαίνει. φλεγματώδης δ' ὀξέως μὲν καρδιωγμόν, δυσεντερίην. κατὰ δὲ καὶ ὀσφυαλγίην. οἷσι δ' ὑδρωψι κοιλίης τάσις ταχὺς αἰάγκιον ὑγρὸν χαλῶσα ἔχιον κυλλοῦται, ἔχει δὲ ἀπαρτιῶδες, ὃ ὑπορρίγοῦν τοῦτοισιν ὀλέθριον.

Stercoracea alui egeſtio cum tenſione, aluum malè affectam denunciat. Pituitoſa verò repente cum oris ventriculi dolore, inteſtinorum difficultatem, & fortaſſe etiam lumborū dolorem. In talibus aluus circūtenſa, ex neceſſitate liquida demittēs, celeriter intumeſcens, quandam conuulſionis ſignificationem præ ſe fert. In his nouus ſubinde rigor, periculum creat.

Stercoroſa deiectio cum alui contentione flatuum copiam indicat, vnde malè afficitur. Pituitoſa verò cum oris ventriculi morſu ob pituitam ſalſam, dyſenteriam denunciat. Quod ſequitur ex Prorrh. 99. deſumptum videtur, neq; paruam hic parit obſcuritatem. δυσέντασις namq; legendum videtur, & κυλλοῦται pro ὀγκοῦται poſitum inſolentiam facit, ac fortè vitium ſubolet. κυλλὸν enim cùm dicatur Hippocrati diſtortionis ſpecies qua membrum in exteriorem partem conuerſum luxatur, & intrò flexum extra protuberat, pro alui inflatione & tumore poni nouum eſt, quòd intus flectatur ac cauetur, extra verò gibbum faciat ac protuberet. Ac certè ταχὺ ὀγκυλλοῦται, aut ταχέως, legendum videtur facili lapſu, iſq; mihi videtur eſſe locus quem ſubindicat. Erotianus, cum ὀγκυλλοῦται κοιλίαι apud Hippocratem explicat. Scribit namque, ὀγκύλλεσθαι μὲν ἀτίλλεσθαι λέγει, τὰ μέλη ἢ ἐπιπολὺ φρονεῖν, ὁ δὲ Ἱπποκράτης ὀγκυλλοῦται κοιλίαι, τὴν ταχέως εἰς ὄγκον αἰρομένην. ὀγκύλλεσθαι tamen & ὀγκυλοῦσθαι, apud Erotianum ſcriptum eſt. Neq; verò ex iſta caſuum concurſione cōuulſionem prædici neceſſe eſt, vt ſatis patet ex Galeno in Prorrh. Cornarius pro κυλλοῦται ἐπιφλύει, egiſſe videtur, quem etiam ſecutus eſt Præceptor Hollerius. Aut certè inflatam aluum retentis fœcibus reſtitantem dixerunt.

618 Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδρώδεσι ψυχροῖς.

Quibus nigra per aluum ſecedunt, ij tenuibus & frigidis ſudoribus diffluunt.

Deiectiones nigræ in vehementi aut pertinaci morbo, ſuſpectas perniciei notas habent, viribus plurimùm affectis ac extincto calore natiuo, vnde ſudores frigidi & tenues mortis rudimenta ſunt. Liene tamen exurgato, interdum criticè & ſalutariter nigra per aluum deiiciuntur.

619 Οἷσι κοιλίη κατ' ἀρχὰς ταράσσεται, τὰ δὲ οὖρα μικρὰ, προαγόντων κοιλίη μὲν ξηραίνεται, τὸ δ' οὖρον πληθύει λεπτὸν, τοῦτοισιν ἀποστάσιες ἐς ἄρθρα.

Quibus circa initia aluus turbatur, vrinæ autem paucæ ſunt temporis progreſſu aluus quidem reſiccatur, vrina verò tenuis abundat, his abſceſſus ad articulos fiunt.

Id fit materia ad inteſtina conuerſa, vt & aluo reſiccata vrina copioſior affluat, quæ vt tenuis eſt, cruditatis notas exhibet, ideoq; abſceſſum in articulos ſuſpectat.

620 Αἱ μὲν μικραὶ ἀναστάσιες ῥιγώδεες. ἢν οἷς φλεγμονὴ διαχώρημα, δυσκληώδεστον τεταρταίοισιν ἀρξάμενον.

Frequentes deſidendi labores rigorem adferunt, & quibus alui recrementum vitioſum eſt, id maximā moleſtiam exhibet, ſi quarto die initium fecerit.

Exemplaria quædam φεικώδεις pro ῥιγώδεις legunt, quæ ſecutus videtur Cornarius, qui etiam λάζρον διαχώρημα legit, & ἀρξάμενον. Frequens autem deſidendi labor in Prognoſt. damnatur, quod fatigationem & inſomniam afferat. Probatur namq; μᾶλλον πυκνὴν τῆς κατ' ὀλίγον ἐποχετεύειν. Valde autem ſuſpecta mala ſunt quæ quarto die malignitatis iudicia præ ſe ferunt, & ſtatum naturæ ordinem grauant. Nam & multum moleſtiæ exhibent, & difficilem ſolutionem faciunt.

621 Αἱ πυκναὶ μὲν μικραὶ ἀναστάσιες ὀδυνηρόν, ἔχουσαι μικρὰ κατακλίδια, μάλ' ἐπὶ ὀνδρολόγιον καὶ πλευρὸν ἀγήματος, ἐκτερώδεες, ἄρτι δ' ὀπισάντων οὔτοι ἐκχλοιοῦσθαι· οἴμαι δ' ἢν αἱμορροΐδων τοῦτο. ταῖσι δ' ἐς ὀσφὺν ἀγήματα ἐντοῦτοισιν αἱμορροΐδοισιν αἷμα διαχωρέει λαμπρὸν. μὲν κάρη καὶ κεφαλαγίης, ὃ δ' ὀπισθιαίνειν, ὀλέθριον.

Frequentes & ex paruis interuallis deſidendi labores, aliquantulum glutinoſa excernentes, cum paucis ſtercoraceis, præcordiorum & lateris dolore, morbum regium prænunciant. Animaduertendum autem num ex iſtorum ſuppreſſione ij cum virore palleſcant. Eos verò etiam exiſtimo ſanguinem profundere. Hos quoque lumborum dolores affligunt, & his ſanguinem profundentibus, ſanguis ſplendidus prodit. Cum ſopore & capitis dolore ſubinde incaleſcere, perniciem denunciat.

Hæc casuum multorum coaceruatio ex Prorrh.146.descripta est,in quo etiam ἐπεξωσθαι additur,& pro ἐκχλοιώσιος, ἐκλύσιος (vt aliàs sæpe) legitur.Postrema verò pars valde est conturbata.Sunt qui eam aliter distinguant. Solet autem lumborum distentio interdum per dysenteriam cruentam, nonnunquam etiam per hæmorrhoidas leuari, tuncq; sanguis purus ac splendidus effunditur. A

Glutinosæ, biliosæ deiectiones magis quodammodo abscessus iuxta aures excitant.

622 Τὰ γλίσχρα, χολώδεα μᾶλλόν τι ἢ ἀποστάσιας πρὸς οὖς ποιέει.

Sunt alia parotidum propria magis signa & veluti ἀναγκαῖα ac necessaria quæ in Prognost.& Prorrh. describuntur, & doctrinæ complexione comprehenduntur, vniúsq; sunt generis. Et aluo erumpente parotides attolli rarum est, quin potiùs subsidere conflat ex Clazomenio ægr.10.lib.1.Epid.

Tumores humescente aluo sublati in altum cum doloribus, malo sunt, aluo verò suppressa, dum ne quid aliud innouetur, celeriter rumpuntur, & maligniores sunt.In his vomitus praui & maligni.

623 Ὅσα κοιλίης καταχραινομένης οἰδήματα μετεωρίζεται μὴ ῥηγμάτων, κακόν. κοιλίης δ' ἐπισχούσης, ἀγαθὸν μὴ νεωτερωθέντος, ταχέως καταῤῥήγνυται, καὶ κακοήθετερον, ταῦτα ἐμέσματα ἢν τούτοισι πονηρὰ ᾖ θηριώδεα.

Hoc Prognostico ventris tumores cum doloribus sugillantur,& in aluo suppressa maius periculum quàm in effusa denunciant. Sic aphor.7.lib.6. τὰ ἀλγήματα καὶ οἰδήματα τὰ μὲν μετίοντα κυφότερα, τὰ δὲ μὴ μετίοντα ἰχυράτερα. θηριώδεα verò malignitatem & humorum feritatem vomitione refusorum, ac fortè etiam lumbricos denotant.

Quibus faciei incendium & intensus rubor soluitur, & graueolens est alui egestio, redundans & subrubra,in his insaniæ metus est.

624 Οἷσιν ἢν φλεγώδεσι καὶ ὀξερυθρίοις λυσμοῖσι δυσώδεσι, λάβροις, ὑπερυθροῖσι, ᾗπερ ἐκμανίῃσι.

Idque præcipuè si facies ardor & inflammatio cerebrum appetat, interdumq; effusis per aluum æstuantibus & acribus succis, quo sensu λυσμοῖσι quidam sumunt. φλεγῶδες autem de facie incensa & exaturato rubore colorata, dici Hippocrati solemne est, quod effecit vt hic ad faciei incendium referrem, etsi ad deiectiones flammeas ac ardentes ex bile syncera & vitellina alij referãt.

Cutis corporis squallida & plus æquo sicca, malà affectæ alui index est. In his prærubræ caruncùlæ purulentæ ferè ex aluo prodeunt.

625 Ὁ αὐχμώδης χρὼς σημαίνει χολίῃ πονηρυομένῃ. ἢν τούτοισιν ὀξέρυθρα σαρκίδια μάλιστα ἐξίῃσιν.

Lethalis dysenteriæ indices sunt caruncùlæ purulentæ ex aluo prodeuntes, ex placito 26.lib.4. febris verò tanta vt humores exasperet,& corpus squallidum & resiccatum reddat, periculum etiam intendit. Alioqui etiam viscerum vitio & labefactata naturali œconomia,interdum prærubra excrementa effunduntur,carnis purulentæ instar, quæ carnis tenerè & mollis colliquationem præ se ferunt, vnde corporis cutis squallescit & resiccatur. χρὼς autem dicitur Hippocrati, quælibet corporis pars carnosa, aut quicquid in corpore est carnosum,cuius generis præcipuè sunt cutis & musculi,vt scribit Galenus Comment.2.in lib.de fract.

In biliosa aluo, molli, stercoracea egerente, apparentes æstus tumorem ad aures excitant.

626 Ἐπὶ χολίῃ χολώδει μαλθακῇ, κοπρώδει, καύματα ὑπερφυέντα, πρὸς οὖς ἔμπτωμα ποιέει.

Ex Prorrh.168.petitam esse apparet hanc sententiam,ex quo etiam κώματα pro καύματα reponi debere constat. Neque enim κώματα ad parotidum prædictionem plurimùm possunt, cùm καῦμα earum sufficiens nota sit. μέλαινα etiam pro μαλθακῇ legunt illic exemplaria,& χολώδεα expungunt.

Biliosas alui deiectiones surditas,& surditatem biliosa alui deiectio sedat.

627 Χολώδεα διαχωρήματα κώφωσις παύει. κώφωσιν δὲ παύει χολώδες διαχώρημα.

Ex aphor.28.& 60.lib.4. sumptum hoc præsagium. Celsus quoque, nihil plus aduersus surditatem quàm biliosam aluum posse, scribit.

Serpentia vlcera supra inguina, ad laterum inanitatẽ & pubem enata, malè affectam aluum denunciãt.

628 Τὰ ἑρπυστικὰ ὑπὲρ ἀνω βουβῶνος, πρὸς κενεῶνα καὶ ἤβιον γινόμενα. σημαίνει χολίῃ πονηρυομένῃ.

Biliosum namque & acrem humorem multum illis in partibus adesse significatur à quibus aluus solicitata malè afficitur.

Virium exolutio dolorem soluens, aluum maximè humectam reddit.

629 Ἔκλυσις ὀδυνέων λύει, κοιλίῃ μάλα καταχαίνει.

Habitum enim totius corporis refrigerat & humectat, corpusq; elaxat, vnde contingit vt relaxatis ventriculi fibris & reuocatis spiritibus aluus effundatur, siue virium & animi defectio ἔκλυσις intelligatur, siue membrorum impotentia quædam. Nam & istud in dies conspicimus vsuuenire in ea animi defectione quæ ex liberali sanguinis missione in maximis doloribus aut febribus ardentibus imperatur,& membrorum exolutio & ad motum impotentia coli dolores soluens interdum & iudicans, totum corpus emollit & humectat.

Quæ circa sedem cum dolore suppurant, aluum conturbant.

630 Τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδεα σκληρήματα, κοιλίῃ ἐπιταράσσει.

Doloris ratione fit attractio,& puris acrimonia aluus etiam irritatur & effluit.

Exitialis est deiectio pinguis & nigra, ac liuida cum odoris grauitate, itemque biliosa simile quiddam lentium aut cicerum lomento continens, aut veluti bene florulentos sanguinis grumos, & infantium egestionem odore referens,ac varia,eademque diu perseuerans. Talis etiam fuerit cruenta, strigmentosa, biliosa, nigra, viridis, & simul, & per vices excreta. Exitialis quoque quæcunq; prodeundo sensum ægri fallit.

631 Θανατώδεα ἐστὶ τῶν διαχωρημάτων τὸ λιπαρὸν, καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ πελιὸν μετὰ δυσωδίης, καὶ τὸ χλωῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἑλίγμασι παραπλήσια, ἢ οἷ θρόμβοι αἵματος βυαθοῦς, καὶ πολὺ ὀδμῇ ὅμοιον τῷ τῶν νηπίων, καὶ τὸ ποικίλον, τὸ δὲ αὖ καὶ χθόνιον. γίνοιτο δὲ καὶ ἴδιον αἱματῶδες, ξυσματῶδες, χολῶδες, μέλαν, παρασταδὲς, καὶ ὁμοῦ, καὶ ἀνωμάλως. θανατῶδες δὲ καὶ πολὺ ὅτι τὸ ἀναθρῶπτον διεξιόν.

ἕλιγμα etsi idem quod ἔρεγμος aut ἔρεγμα, & fabam fresam fractámq; significat,aliis tamen leguminibus etiam accommodatur. Deiectionem igitur biliosam intelligit, quæ simile quiddam lenti aut ciceri freso & fracto continet, aut eorum lomento similis est,tum colore subrubro,tum etiam substantiæ inæqualitate,bilisque incendium in angustissimis venæ portæ anfractibus indicat. Cornarius κυάμων ἑλίγμασι pro φακῶν legisse videtur,sed φακῶν ἐρίγματα Erotianus legit,& αἱπὸ τῆ διαιρήματος sumi scribit. καὶ γὰρ ἔρεγμος κυαίως λέγεται ὁ δίχα διηρημένος κύαμος. Deducuntur autem ista ab ῥαίκειν, quod est χίζειν, σχίζειν, scindere,diuidere,vnde ἐρεικίδες Galeno in Exegesi,etsi ἐλικίδες quidam legunt.

ἑλίον θρόμβους] Sanguinis benè florulentos grumos,interspersas sanguinis floridi notas in biliosa deiectione intelligit, qua molestam & tandem exitialem dysenteriam minatur.

καὶ πολὺ ὀδμῇ] Id de biliosa egestione intelligẽdum,quæ infantibus valde familiaris est,& odore grauis,etiã si solo lacte,ad corruptionem

ptionem & putredinem admodum procliui, nutriantur. Vnde etiam virides & porraceæ illis egestiones fiunt, cibum huiusmodi non probè concoquentibus, sed cruditate laborantibus. Hìc autem exprimitur quod in Prog. scriptum est, πίσσα ἢ χλοώδη. Vnde etiam reliquæ exitialium deiectionum attributiones sumptæ sunt.

μίσυος δ' ἀεὶ ἔοικεν αἱματώδης] Hìc cruentam deiectionem periculo adiicit, quæ à quibusdam etiam ad litur in Progn & eam Celsus legisse videtur, cùm scribit, † Aluus quoque varia pestifera est, quæ strigmentum, sanguinem, bilem, viride aliquid, modò diuersis temporibus, modò simul, & in mistura quadam, discreta tamen, repræsentat. (Sic enim ex membranis melioribus lego.) Vbi etiam ἁμοῦ ἢ ὁκαλαῖ diserte explicatur. † *Cap. 6. lib. 2.*

[632] Ποτὸν χαλεπῶς καταβρογχίζοντι πνεύματα βηχώδη, ἐρεύγμος ὑποπνεύμων, εἴτω κατῆλθεν, σημεῖα πόνου χειλίης. πονηρὸν ἢ καὶ ὀξὺ ῥαιώδεα τεταρταίοισι, ἢ αἱ ἰσχυραὶ, αἱμόῤῥοιαι κωματώδεες. ὀκτὼ τούτων ἀσημέων τελευτῶσι, μελάνων προδιελθόντων.

Potum ægrè deglutienti cũ spiritu tussiculoso, eructatio quodammodo reuulsa, intrò conuoluta, vétris dolorem denúciat. Vitiosæ etiam sunt prærubræ deiectiones, eruginosę quarto die apparẽtes, ac eiusmodi sanguinis profluuia soporem inducũt. In his calib. ex conuulsione moriuntur, nigris ante prodeũtibus.

πνεύματα βηχώδη vocat difficultatem spirandi tussi coniunctam, aut spiritum tussiculosum, vt diximus antea hoc" prælagio. Atque hìc idem significant ποτὸν χαλεπῶς καταβρογχίζοντες πνεύματα βηχώδη, quod illic οἱ χαλεπῶς καταβεχθίζοντες πνεύματα βηχώδη, quod symptoma in extrema pernicie laborantibus posuit. Atque haud scio an hic quoque καταβρογχίζοντι legi debeat. pendent autem hæc à defluxione in fauces & ventriculum, tunicam ori toti, faucibus & ventriculo communem irritante & lancinante, ἐρεύγμὸς verò idem quod ἔρευξις, & flatum qui ex ventriculo mouetur significat, ructum & eructationem, quandoq; etiam quancunque ex corpore flatus eductionem, siue supra, siue infra fiat, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. 6. epid. ὑποπνεύμων autem dicit velut subtractam & subductam eructationem, qualis est iis qui erumpentem ventriculi flatum verecundè continent, ac veluti subducunt, & retrahunt, qui intus conuolutus dissipatur. Quæ sunt cruditatis & imbecilli ventriculi flatusq; colligentis certa indicia. Reliqua ex syndrome pendent, quæ huic sententiæ non satis cohæret, & videtur per se distingui debere, eíque adiici quod de nigris deiectionibus diminutum videtur, ex Protrh. 127. & iis quæ antea hoc prælagio scripta sunt (sent. 331.) μετ' ἀμυχμῶν μελαίνων διαχώρησις, κακόν. Cuius rei suspicionem auget Aslanus codex, qui huic Prognostico asteriscum præfigit. "*Sent. 62.*

[633] Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφίδρωσι ψυχροῖς.

Quibus nigra per aluum secedunt, ij tenuibus & frigidis sudoribus diffluunt.

Antea quoq; iisdem verbis expressa hæc sententia, & ex Protrh. 139. deducta, & supra etiam adumbrata (sent. 334.) "*Sent. 618.*

[634] Αἱ ἐξαίφνης ἐπιλήθαι ὀκλύσιες χειλίης, ἐν οἷσι τετηκόσι γενοίσιν, ἅμα ἀφωνίῃ τρομώδεϊ, ὀλέθριοι.

In iis qui longo tempore consumpti sunt, temeratiæ & quæ præter rationẽ finiunt alui exolutiones, vnà cũ vocis defectione tremula, perniciem denũciãt.

In morbum trahentibus & longo temporis tractu extenuatis, repente & sine ratione aluus effusa, facultatis naturalis extinctionem, vocis verò defectio cum tremore, animalis spiritus consumptionem indicat.

[635] Αἱ λεπταὶ μελάνων διαχωρήσιες αἱ φερικώδεες, βελτίους οἷσι γίνονται. αἱ γὰρ ἂν ὠφελοῖεν μάλιστα τὴν ἡλικίην ἡ προσακμάζουσα.

Tenues nigrorum deiectiones horrorem inducentes in talibus meliores. Tales præcipuè iuuant ætatem quæ vigorem antecedit.

Hæc sententia paulò ante superiori cohærere videtur, & de his intelligi quibus aluus nigris excrementis fertur. Ætas autem quæ vigorem antecedit, aut iuuentus intelligitur, aut ea quæ nondum tricesimum annum attigit, in qua ob ætatis robur & calorem exuperantem, humorum tenuitas & acrimonia maior inest, sanguis etiam copiosior abundat, vnde nigrorum secessus horrorem inducentes fiunt.

[636] Πᾶσι τὰ κνησμώδεα μελάνων διαχωρήσιν σημαίνει, ἢ ἔμετον βρομώδεα. ἢ τρομώδεα σὺν δήγματι τῇ κεφαλαλγίῃ. τὰ μέλανα διαχωρήματα προτῶν γιγνόντων ἔμετος διέρχεται, ἢ ἐπέστασι συχνὰ τοιαῦτα προσκαταπίπτει.

Pruritus omnibus nigrorum secessum denunciant & grumos vomitione refusos. Tremulæ etiam affectiones cum morsu ac capitis dolore, nigras deiectiones prædicunt. Tales verò præcedit vomitus, & vbi vomuerint, talia multa præterea reuelluntur.

Turbulenta est & temeraria nigrorum secessuum ista prædictio. Neque enim in pruritibus nigra necessariò secedunt, aut vomitione grumosa refunduntur. βρομώδης ἔμπας num sanguinis grumos vomitione refusos, num etiam retortidos humores & adustione crassos aut grumosos indicet, non satis est compertum. In magna humorum adustione & acrimonia, ex summa viscerum intemperie & infirmitate, pruritus toto corpore excitari possunt, indeq; nigra & retorrida per aluum secedere, ac vomitu veluti sanguinis grumi reiici. Quòd si humores huiusmodi malignitatem & virus conceperint, oris ventriculi morsus (quem δῆγμὸν vocat) cum capitis dolore & tremore consequitur. Sic enim τρομώδεα ad tremulas affectiones ex oppressione referre malim, quàm ad vomitum. Interdum etiam oppleto ventriculo vomitus præcedunt, & frequenti vomitione talia reuelluntur ac detrahuntur.

[637] Οἷσι δ' ὅτι ταραχῆς κοιλίης προξυόμενα ἐς κρίσιν, κάτω μέλανα διέρχεται.

Quibus autẽ cum alui perturbatione sub iudicationem morbus ingraueſcit, iis nigra per aluum prodeũt.

Nihilo etiam certiùs nigrorum secessus hac sententia sperari debet. Ac incertum est an ad superiora & tremulas affectiones cum oris ventriculi morsu & capitis dolore referatur, an verò simpliciter intelligi debeat & seorsum distingui: quod faciunt publicata exemplaria, quæ cum aliis secuti sumus.

[638] Ἐπὶ κοιλίῃ μακρῇ ἐμετώδεσι, χολώδεσιν, ἀποσίτοις, ἱδρὼς πολὺς ἢ ἀδυναμίης ὀξαπίνης, κτείνει.

Ex diuturno ventris affectu, vomentibus, biliosis, cibum auersantibus, copiosus sudor obortus cum repentina virium impotentia lethalis.

Hæc omnia vires præcipitant, quibus effœtis ac languidis quæuis excretio, quantumuis critica, lethalis est. Nouè autem dicitur κοιλίη μακρὴ, de diuturno ventris affectu ac profluuio. Parum autem refert an ὀξαπίνης repentinam virium impotentiam, an verò repentinam mortem spectet, cùm vtrumque rectè subsistat.

[639] Ἐν φαρμακείοισιν ἐν περιῤῥῷ λεπτὸν συχνῶς αἷμα ἐκτηκόμενον, φλαῦρον.

In medicamentorum purgantium vsu & circumfluo humorum affluxu, sanguis tenuis frequenter eliquatus, vitio est.

ἐκτηκόμενον αἷμα sanguis eliquatus & expressus intelligitur, aut humoris affluentis impetu & acrimonia, aut vi medicamenti purgantis. Hìc autem secuti sumus exemplarium pluralitatem & Cornarium ipsum, publicata namque mendosa sunt. Aldinus codex ἐκχωνεξεπιζομβρούμενον legit, nullo sensu & manifesto vitio. Deinde illud, ἔοικε δὴ, redundare certum est.

[640] Τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου, πυρετῶν αἷμα φερικώδεσιν, ἀποσίτοις, σμικρὰ ἐφυγραινόμενα καθαρσιν κοιλίης, ὠφελεῖ τὰ ἐς ἔμπυησιν.

Alui durities cum dolore, vnà cum febribus horroris sensu insignibus, ac cibi fastidio laborantibus, paulum humectata ad purgationem aluo, ad suppurationem non tendit.

σκληρύσματα κατὰ κοιλίην hic dicuntur tumores duri cum dolore ventrem affligentes, vt antea quoq; hoc prælagio (sent. 304.) vnde

hæc ſententia deſcribenda, explicanda, & reponenda. In publicatis enim exemplaribus variè eſt mutilata & perturbata. Aldinus A
codex ἀποσίτους pro ἀποπίπτις legit, deinde κοιλίης omittit, & huius ſententiæ extremum tam diſtractè & oſcitanter, multoq; interpoſito ſpatio legit, vt facilè mendum indicet, ac videatur in lectionem priùs deſcripti præſagij deſcendere velle. Cæterùm ὑ πτίς ἐμπύησιν eum ſenſum habet, ὑς ἐμπύησιν ἀκ ἔξει, & eandem habet notionem cum ſuperiore illa prognoſi. Nam ſi alui tumores ad purgationem concedant ſuppurationis ſpes nulla futura eſt. Si verò reſtitent neque per aluum effluant, pus intrò colligent.

Aluus perturbata ſalſuginoſa demittens, vnà cum febre, non admodum ſopore & torpore oppreſſos conſequitur.

641 Ἅμα πυρετῷ κοιλίη ταραχώδης ὕπνον ἀμυρώδεα, κωματώδεσι νοσήμασιν ὁμοίην παρέπεται.

Sic enim & febris materiam morbi diſcuteret, & perturbata aluus ſalſuginoſa & acria multa demittens, morbum leuaret. Adde B
quòd ſopor & torpor, cùm ex frigido, lento & nulla acrimonia prædito humore fiant, toto genere differunt. Aſulanus codex hic etiam vitium præ ſe fert.

Vbi aluus humecta eſt, ægri laſſitudine, capitis dolore, ſiti, inſomnia torquentur, in prærubro colore liberatis inſaniam metuere oportet, ſi ſpirandi difficultas adfuerit. Quos etiam ex virore palleſcentes facilis ſpiratio iuuat, aluo ſubinde prorumpente.

642 Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κεφαλαλγικῷ, διψώδεϊ, ἀγρύπνοι, ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένοισι ἦπις ἐκμανίῃσιν, ἰὼ δυσπνοοι ἔασι. πρὸς δ' ἐκχολοῦσθαι ὕπνον, σινόν τε χολίης ἐπιστελλουσης.

Ex Prorrh. 38. ſumptum videtur præſagium", & antea quoq; hic adumbratum, ſed hoc loco variè perturbatum. Vt enim neque iſta ſignorum coitio neceſſaria eſt ad ſperandam inſaniam, ita lectio valde & obſcura & inſolens. Quid enim per ἐξερύθρῳ χρώματι C
λυομένοις intelligatur admodum eſt ambiguum. Mihi videntur ſumi poſſe prærubro colore abſoluti ac liberati, quibus totum corpus incendioſum & flammeum paulatim ſubſedit, intrò concedente & ſurſum repente cum humore ſpiritu & ſanguine, vnde facilis inſaniæ metus, præſertim accedente ſpirandi difficultate, quæ ex illorum humorum momento cumulatur. Quòd ſi reſtinctum incendium deferbuerit, & ſpirandi difficultas ceſſerit noxiis per aluum prorumpentibus, magna ſalutis ſpes erigitur. Quod effecit vt diſparatas iſtas in multis codicibus ſententias coniungerem, & malè mutilatas quâ poſſem ratione reſtituerem. Exemplaria quædam κοπιώδεϊς, κεφαλαλγικῷ διψώδεϊς, ἀγρύπνοις legunt, reliqua κοπιώδεϊ, κεφαλαλγικοῖς, διψώδεϊ, ἀχύτῳ, vt in Prorrhetico. Cornarius etiam ἐξερύθρῳ δέρματι λυομένοις legit, præter omnium quos adhuc videre licuit codicum fidem, quibus innixi maluimus lectionis inſolentiam leni quodam ſenſu temperare, quam accommodatam ſenſui lectionem ſine authoritate cum fraude affingere. πρὸς τ ἐκχολοῦσθ etiam lego cum publicatis codicibus, etſi quædam πρὸς πῷ ἐκλοιῦσθ habent, quæ ſecutus videtur Cornarius, qui etiam ὑ σινόν τι, aut ἄσινόν τι legit faciliore notione. cui nos quoque lubenter ſuffragamur.

Æſtuoſæ deiectiones & cum contentione procedentes, malè affectam aluum prænunciant.

643 Τὰ κωματώδεα διαχωρήματα τόνον ἔχοντα, κοιλίῃ πονηρευομένῃσι σημήϊα. D

τόνον ἔχοντα διαχωρήματα vocat deiectiones quæ cum multa contentione & conatu feruntur, vt ſiccæ & duræ ab exæſtuante intus incendio, vnde κωματώδεα, quæ cum feruore & æſtu prodeunt, ac aduſtæ ſunt, dicuntur, etſi exemplaria publicata κωματώδεα, (vt aliàs ſæpe) legunt.

In bilioſis perturbata aluus, pauca crebro reddens, & cum paucis mucoſis diſtentionem facientia, oborto circa tenue inteſtinum dolore, nec facilè prodeúte vrina, ex his caſibus in aquam intercutem tendit.

644 Τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, μικρὰ πυκνὰ διαδιδοῦσα, τνώδεα μικροῖσι μυξώδεσι, πόνον περὶ τὸ λεπτὸν ποιέουσι, καὶ οὖρον οὐ βουλύτως ἰὸν, ἐς ὕδρωπα οὐ σὺν πόνῳ ἀποτελυτᾷ. E

τνώδεα dici videntur qualia in teneſmis & inani egerendi cupiditate mucoſa, pituitoſa, pauca cum multa contentione egeruntur. Fortè etiam quæ multò flatu aluum diſtendunt, & ex intemperie ac pertinaci partium nutritioni dicatarum imbecillitate orta, totum ventrem, inteſtina, lumbos & renes flatibus implent, & tandem hydropem accerſunt, ex aph. 11. lib. 4. Id autem ſæpe obſtruatur in bilioſis & implacabilibus torminum cruciatibus, vt pauca egerente aluo & mucoſa non ſine magna contentione, dolore ad tenue inteſtinum aut circa vmbilicum obſirmato, vrina tandem paulatim reſtitet, & in hydropem tranſitus fiat. Repetitur autem hæc ſententia hoc" præſagio antea paulò tamen aliter, vbi γνώδεα pro τνώδεα legitur. "Sent. 455.

Lingua tremula nonnullis prorupturæ alui ſignificationem præbet.

645 Αἱ ξυμφόδεες γλῶσαι σημῆον ἐσίοισι χειλίης καταῤῥαγησομένης.

Supra" expreſſa quodammodo eſt hæc ſententia, & pro eruptura aluo, humecta poſita, linguæq; tremor ad mentem è ſede conſtantiæ deturbatam attributa ex Prorrh. etſi nimia exundantia commota aluus, tunicæ toti ori communis conſortio, linguam interdum vellicare poteſt. "Sent. 134.

Qui æſtum ſentiunt, & progreſſis deiectionibus, tenuibus ſudoribus diffluunt, iis febris ingraueſcit.

646 Οἷσι καῦμα ἦν, ἐφιδρῶσι δ' ἤδη τῶν, ἀπὸ ἀλῶν, πυρετὸς παροξύνεται.

ἀπὸ ἀλῶν inſolenter poſitum, ad prodeuntes deiectiones rectè refertur. In ardoris autem ſenſu & ſudorum copia, bene reſpondente aluo, magnam adeſſe incenſæ materiæ redundantiam & naturæ imbecillitatem eſt probabile. Videtur autem eſſe corruptum præſagium ex Prorrh. 93. οἷς καῦμα γίνεται ἐπ' ἄφρῳ προελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται ὀξύς.

In humecta aluo perfrictio cum ſudore, vitioſa.

647 Ἐπὶ κοιλίῃσιν ὑγρῇσι κατάψυξις μετ' ἰδρῶτος, φλαῦρον.

Perfrictio, ſiue totius ſit corporis, ſiue extrematum partium, cum ſudore contingens, in aluo effuſa, extremam virium imbecillitatem & prope calidi extinctionem præ ſe fert.

Humeſcente aluo ſanguis ex gingiuis effluens, lethalis.

648 Ἐπὶ κοιλίῃσιν ὑγρῇσι τὰ ἀπὸ ὀλῶν αἵματα ῥέοντα, θανατώδες.

Supra quoque expreſſum hoc præſagium eadem phraſi." Nam vtrobiq; αἵματα, pluralitatis notione, ſanguinis effuſi copiam, au ex pluribus locis erumpentem indicant. ἀπ' ὕλων autem, non ἀπ' ὀλῶν lego, contra omnium codicum fidem, vt ex gingiuis, non cicatrice & vulnere obducto ſanguis effluens ſignificetur, & cum ſuperiore prognoſi conſentiat. "Sent. 24.

Alui recrementum purum ſuccedens, febrem acutam ſoluit cum ſudore.

649 Διαχώρημα καθαρὸν ἐπιγιγνόμενον, λύει πυρετὸν ὀξὺν μετ' ἰδρῶτος. H

καθαρὸν διαχώρημα fortaſſis ἄκρητον & ſyncerum intelligit, aut bilioſum alui profluuium, quod cum ſudoribus inter ſigna febre decernentia numeratur. Eſt & διαχώρημα καθαρὸν καὶ ἄμεμπτον, οἷον ὅταν ὑγιαινόντων, vt ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. Alioqui malum eſt alui recrementum quod poſt febres longas ſyncerum eſt, vt ſcribit Celſus. Cap. 4. lib. 4.

HIPPOCRATIS COI
MEDICORVM PRINCIPIS
OPERVM OMNIVM,

Sectio III.

Τὰ φυσικὰ καὶ αἰτιολογικά, hoc est, quæ ad causas naturales spectant,
LIB. XIV. continens.

Omnia Latina interpretatione & breuibus notis donata,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico authore.

Hac Sectione continentur

Περὶ φύσιος ἀνθρώπου, *De natura hominis.*
Περὶ γονῆς, *De genitura.*
Περὶ φύσιος παιδίου, *De natura pueri.*
Περὶ σαρκῶν, *De carnibus.*
Περὶ ἑπταμηνιαίου, *De septimestri partu.*
Περὶ ὀκταμηνιαίου, *De octimestri partu.*
Περὶ ὑπερκυήσιος, *De superfœtatione.*
Περὶ ὀδόντων φύσιος, *De dentitione.*
Περὶ καρδίας, *De corde.*
Περὶ ἀδένων, *De glandulis.*
Περὶ ὀστέων φύσιος, *De ossium natura.*
Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, *De aëre, locis & aquis.*
Περὶ φυσῶν, *De flatibus.*
Περὶ ἱερῆς νούσου, *De morbo sacro.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ
ΑΝΘΡΩΠΟΥ.

HIPPOCRATIS
DE NATVRA HOMINIS, LIBER.

QVi de natura humana ſupra quam ad Medicum facultatem attinet differentes audire conſueuit, huic certè minimè eſt accommodata hæc oratio. Neq; enim in totũ aërem hominem eſſe dixerim, neque ignem, neque aquam, neque terram, neque aliud quicquam, cùm minimè appareat vnum in homine eſſe. Verùm iis qui hæc volent dicere, permitto. Nec verò qui talia affirmant rectè mihi ſentire videntur. Siquidem cùm eadem omnes ſentiant, eadem tamen non dicunt, ſed ſententiæ ſuæ eandem ratiocinationẽ adferunt. Aiunt enim vnum quid eſſe quodcunq; eſt, & id ipſum tum vnum eſſe, tum vniuerſum, nominibus autem minimè cõſentiunt. Hic ſiquidem hoc vnum & vniuerſum äërem eſſe aſſerit, alius ignẽ, ille aquam, alius terram. Tum vnuſquiſq; ſuam orationem teſtimoniis & indiciis confirmat, quę nullius ſunt momenti. Quod enim eadem omnes ſentiunt, neq; eadem dicunt, ex eo patet, quod neq; ea intelligunt. Idq; vel ex eo maximè quis cognouerit, ſi eorũ cõtentionibus interfuerit. Ná cùm iidem inter ſe cõtendant, coram iiſdem auditoribus, nunquã in diſputando idẽ ter ordine ſuperior exiſtit, ſed modò hic vincit, modò ille, interdumq; is cui potiſſimũ volubilis lingua & ad popularem aurã accõmodata contigerit. Quanquam par eſt cum qui rectè ſe de rebus ſentire profitetur, vt ſemper in diſputatione ſuperiorem ſe præſtet, ſi quidẽ de iis quę ſunt rectè exiſtimat atq; pronunciat. Sed ij quidem (vt mihi videtur) ſuis ipſorum quibus in differendo vtuntur verbis, ſeipſi præ imprudentia oppugnant, Meliſſi vero ſententiã reſtituunt. Ac de his quidem hactenus. At verò ex Medicis, hi quidem hominem ſanguinem ſolum, alij bilem, quidam etiam pituitam eſſe affirmant. Atq; ij omnes eandem afferunt ratiocinationem. Vnũ enim eſſe quid affirmant, quod eorum quiſq; appellare voluerit: atq; id vnũ cùm ſit à calido & frigido coactũ formam ac facultatem mutare, dulceq; & amarũ, & album, & nigrũ, vel aliud quiduis fieri. At hęc aliter mihi ſe habere videntur. Plurimi igitur talia quædã, atq; amplius his proxima pronunciãt. Ego autem ſic ſentio, quod ſi homo vnum eſſet, neutiquam doleret.

1 ΣΤΙΣ μὲν οὖν ἔοικεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τ̃ ἀνθρωπίνης, πρεσβυτέρω ἢ ὡς ἐμοὶ δοκέειν αὐτέης ἐς ἰητρικὴν ἀφίκθαι, τοιῇδε μὲν οὐκ ἐπιτήδεος οὐδὲ ὁλόγως ἀκούειν. 2 ὅτε γὰρ ὃ παμπάν μὲ ἓν λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτ' ἄλλο οὐδέν· 3 ὅτι μὴ φανερόν ἐστιν ἐόν γε τῷ ἀνθρώπῳ· ἀλλὰ τοῖσι βουλομένοισι ταῦτα λέγειν παρίημι. δοκέουσι δέ μοι οὐκ ὀρθῶς γινώσκειν (4) τὰ τοιαῦτα λέγοντες. γνώμῃ μὲν γὰρ τῇ αὐτέῃ, πάντες χρέονται. λέγουσι γάρ, ἃ ταὐτά. 4 ἀλλὰ τῆς μὲν γνώμης τ̃ ὀπίλεγειν, τ̃ αὖθις ποιέονται. 5 φασὶ γὰρ ἓν τὶ εἶναι, ὅ, τι ἐστὶ τ̃τ' εἶναι ὃ ἔν τε καὶ ὃ πᾶν. καὶ γὰρ ὀνόματα, ἃ οὐχ ὁμολογέουσι. 6 λέγει δ' αὐτέων ὁ μὲν ὡς φάσκων, ἓν εἶναι τ̃τ' εἶναι, ὃ ἔν τε καὶ ὃ πᾶν· ὁ γὰρ, πῦρ ὁ γὰρ, ὕδωρ· ὁ γὰρ, γῆν καὶ ὀπίλεγει ἕκαστος ὧν ἑωυτ̃ λόγῳ, μαρτύρια τε καὶ τεκμήρια ἄγει ἔστιν οὐδέν. 8 ὅτι μὲν γὰρ τῇ αὐτέῃ γνώμῃ πάντες χρεόν ἐστι, λέγουσι δ' ἃ ταὐτά, δῆλον ὅτι οὐδὲ γινώσκουσιν αὐτά. γνοίη δ' ἄν τις δὲ μάλιστα ταῦτα ξυμβαλλόμενος αὐτέοισιν ἀντιλέγουσι. 9 ἐς γὰρ ἀλλήλους ἀντιλέγοντες οἱ αὐτοὶ ἄνδρες, τ̃ αὐτέων ἐναντίον ἀκρητάων, οὐδέποτε τοῖς ἐφεξῆς ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος φαίνεται, ἐν ὧ αὐτὰ λέγω. ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὀλίγ̃ ὀπικρατέει, ποτὲ δ' οὐδὲ ποτὲ δ', ὡς ἂν τύχῃ μάλιστα ἡ γλῶσσα ῥυῆσαι ἐς τ̃ ὄχλον. καὶ τοι δικαίην ἐστὶ τ̃ φαίνεσθαι ὀρθῶς γινώσκειν ἀμφὶ τ̃ πρηγμάτ', παρέχειν αἰεὶ ὀπικρατέοντα τὸν λόγον τ̃ ἑωυτ̃, εἴπερ ἐόντα γινώσκει, καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται. 10 ἀλλ' ἐμοί γε δοκέουσιν (4) τοιοῦτοι ἀνθρωποσφᾶς αὐτοὺς καταδηλῆσαι ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τ̃ λόγων αὐτέων. ἐστὶ δὲ ξυνέσιος. τὸν δ' μελίσσιον λόγον ὀρθῶς. τοῖσι μὲν οὖν τοιούτοισιν, ἀρκέσει τὰ εἰρημένα. 11 τ̃ δ' ἰητρῶν οἱ μὲν ἓν λέγουσιν, ὡς ὁ ἄνθρωπος, αἷμα μοῦνον ἐστίν. οἱ δ' αὐτέων, χολὴν φασὶν εἶναι τ̃ ἀνθρωπον. ἔνιοι δὲ ἓν, φλέγμα. ὀπίλεγειν δ' οἱ ποιεῦνται καὶ αὖθις πάντες τὸν αὐτὸν. ἓν γὰρ τὶ εἶναι φάσκοντα, ὅ, τι ἕκαστος ἠθέλησεν ὀνομάσαι αὐτέων. καὶ τοῦτο ἓν ἐὸν μεταλλάσσειν πολλὰ ἰδέων καὶ τ̃ δυνάμιν. ἀναγκάζομαι δὲ τό τε τ̃ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ γλεῦκος καὶ γλυκύ. καὶ πικρὸν· καὶ λευκὸν· καὶ μέλαν· καὶ πυρρὸν καὶ ἄλλο. ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκέει ὧδε ἔχειν. (4) μὲν οὖν πλέοσι τοιαῦτά τινα, καὶ εἴ τι ἐγγύθεν τούτων, ἀποφαίνονται. ἐγὼ δὲ φημὶ εἶναι ἓν ὃ τὸ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν πλεῦ

οὐδὲ γὰρ ἂν ἓν ὂν τοῦτο ἐγίγνετο, εἰ δεῖ καὶ τὸ ἀλγοῦν ἰᾶσθαι. νυνὶ δὲ πολλά. πολλὰ γὰρ ἐστιν ἐν τῷ σώματι ἐόντα, ἃ ὅταν τοῦτο ἀλλήλων πάσχῃ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηταί τε καὶ ὑγραίνηται, νούσους τίκτει. ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ ἡ ἴησις αὐτέων ἐστίν. ἀξιῶ δὲ ἐγὼ τὸν φάσκοντα αἷμα εἶναι μοῦνον τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδέν, δεῖξαι αὖτον μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μηδὲ γίνεσθαι πάμπαν. ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γὰρ ἐν μιῇ τινὶ ὥρῃ, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ ἐόν. τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος φλέγμα εἶναι· καὶ περὶ τοῦ χολὴν φάσκοντος. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω ἃ αὖ φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῇ φύσει, ἐόντα ὅμοια, καὶ νέου ἐόντος, καὶ γέροντος, καὶ τῆς ὥρης ἐούσης καὶ ψυχρῆς καὶ θερμῆς, καὶ τεκμήρια παρέξω, καὶ αἰτίας ἀποφανέω, δι' ἃς ἕκαστον αὔξεταί τε καὶ φθίνει ἐν τῷ σώματι. πρῶτον μὲν οὖν, αἰτίην τὴν γένεσιν γίνεσθαι, μὴ ἀφ' ἑνός. πῶς γὰρ ἓν γ' ἐόν, γένοιτ' ἄν, εἰ μή τινι μιχθείη; ἔπειτα οὐδέ, εἰ μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγοιτο, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν, γένοιτ' ἄν. οὐδ' αὖ ταῦτα ἡμῖν συντελέοιτο. καὶ πάλιν, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἀλλήλα ἔξει καὶ ἴσως, ἀλλά θατέρου θατέρου πολὺ προέξει. καὶ τὸ ἀσθενέστερον τοῦ ἀδυνατέστερου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. ὥστε πῶς εἰκὸς ἀπὸ ἑνὸς τινὸς γίνεσθαι; ὅτε γε οὐδ' ἀπὸ πλεόνων γένοιτ' ἄν, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τὰ κρήσιος πρὸς ἄλληλα. ἀναγκαίην οὖν τὴν φύσιν τοιαύτην ὑπάρχουσαν, τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶδος τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἕκαστον τῶν ξυμβαλλομένων ἐς τὴν γένεσιν, ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι, οἵην περ ξυνεβάλετο. καὶ πάλιν γε αὖ ἀνάγκη ἀποχωρέειν ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος ἀνθρώπου, τὸ μὲν γεῶδες, πρὸς τὸ γεῶδες, καὶ τὸ ὑγρὸν, πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, πρὸς τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ θερμὸν, πρὸς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, πρὸς τὸ ψυχρόν. τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζώων ἐστὶν ἡ φύσις, καὶ τῶν ἄλλων πάντων. γίνεταί τε ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα. ξυνίσταται γὰρ αὐτέων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν προειρημένων παθέων. καὶ τελευτᾷ γε παλιν εἰς ταὐτὰ, εἰς τὸ ἑωυτοῦ ὅτεν περ ξυνέστη ἕκαστον. ὁτὲ μὲν οὖν ταῦτα οὕτω καὶ ἀπεχώρησε. τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν διττὴν ἥν τε ξανθὴν καὶ μέλαιναν. καὶ ταῦτ' ἔστιν αὐτέων ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὅταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος καὶ μίξιος ἧν μεμεγμένα ἔῃ. ἀγιάζει δὲ, ὅταν τι τουτέων, ἔλασσον ἢ πλέον ἐὸν, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι καὶ κεχωρισμένον ᾖ τῆσι ξύμπασιν. ἀνάγκη γὰρ ὅταν τουτέων χωρισθῇ τι ἐφ' ἑαυτοῦ, ἐνθέν τε ἀπέστη, κοῦφον τοῦτο γενόμενον νοστεῖν γίνεται ἀλλὰ καὶ ἔνθα ὑπέχυ-

Neque enim esset, cùm vnum existat, à quo doleat. Quòd si etiam doleat, necesse est & quod medetur vnum esse. At nunc plura habentur, siquidē multa insunt in corpore, quæ cùm mutuò inter se præter naturam calescunt & refrigerantur, siccanturq; & humectantur, morbos pariūt. Ex quo multæ quidē sunt morborum formæ, & multiplex quoq; eorū curatio existit. At mea quidem sententia qui hominem sanguinem solum, nihilq; aliud esse affirmat, & neq; eū formam mutare, neq; omne genus mutationum subire, ostēdere deberet. Sed vel tempus anni aliquod, vel hominis ætatem dare, qua sanguis solus in homine ineſſe appareat. Consentaneū nanq; rationi videtur, vt vnum aliquod tempus sit, quo id ipsum per se vnum existere appareat. Eademq; censeo de eo etiā qui pituitam, & de eo qui bilem esse asseuerat. Nam & ego quæcunq; hominem esse dixero, ea & pro lege, & pro rerū natura, tam in iuuene, quàm sene, tum tempore tam calido quàm frigido semper similia inesse demonstrabo. Tum indicia etiam proferam, & causas aperiam, ex quibus necessariò vnumquodque in corpore auctionem & imminutionē accipit. Primùm quidem igitur generationem non ab vno fieri necesse est. Quonam enim pacto vnum cùm existat, aliquid generabit, nisi cum aliquo misceatur? Deinde nisi eiusdē generis sint quæ miscentur, eandemq; facultatem obtineant, neque generent, neq; similia nobis efficiantur. Ac rursus, nisi calidum cū frigido, & siccum cum humido, moderatè & æquabiliter inter se respondeant, sed alterum altero, & valentius imbecilliore longè excellat, nulla generatio futura est. Quocirca quomodo rationi consentaneū fuerit, vt quid ab vno generetur, cùm ne à pluribus quidem generetur, nisi probè mutua inter se temperie conueniant. Cùm igitur eiusmodi sit natura cùm reliquorū omnium, tum hominis, non vnum esse hominem necesse est, sed eorum vnumquodque quæ ad generationem conferunt, talem in corpore vim, qualem contulit, obtinere. Rursus, cùm homo interit, singula in suam naturam secedere necesse est, humidum nempe ad humidum, siccum ad siccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum. Talis autem tum animantium, tum reliquarum omnium rerum est natura, oriuntúrque similiter omnia, & similiter occidunt. Eorum enim natura ex prædictis omnibus constat, & vt prædictum est definit, in idipsum vnde conflatum est vnumquodque, eodem etiam se recipiens. Hominis autem corpus in se sanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flauam nempe & nigrā continet, ex quibus corporis ipsius natura constat: & per hæc dolet, & sanum est. Sanum quidem vel maximè, cùm hæc moderatam inter se, tum facultate, tum copia, temperationem habuerint, idque præsertim, si permixta fuerint. Dolet autem, vbi horum quicquam vel minus, vel copiosius fuerit, aut in corpore separatum, nec reliquis omnibus cōtemperatum. Cùm enim horum aliquid secesserit, & per se constiterit, necesse est nō solum locum ex quo excessit morbo tentari, sed eum etiā in quem nimia copia influxerit, dolore & labore vexari. Nā si quid horum amplius quàm redundantia requirat, extra corpus effluat, euacuatio ipsa dolorem exhibet. Sin contra intrò vacuationē & transitionem, ac ab aliis

secretionem fecerit,duplicem sanè dolorẽ (velut dictũ est)vt cõcitet necesse est,& vnde excessit, & vbi redundat.At sanè cùm dixerim quæcunq; hominem esse affirmaro,ea me semper talia esse & pro instituto,& pro natura,demõstraturũ.Iccirco assero sanguinẽ esse,& pituitá,& bilem,tum flauá tum nigrá. Atq; horum quidẽ primùm nomina instituto distincta esse asseuero,nulliq; ipsorũ idem esse nomen inditum. Deinde natura formas discrepare, nullamq; pituitá similẽ esse sanguini,neq; bilem sanguini,neq; pituitę bilem.Quænam enim eorum inter se similitudo esse possit,quæneq; colore ad visum,neq; ad manus cõtactum similia esse videntur,cùm neq; consimiliter calida,neq; frigida,neq; sicca,neq; humida existant? Itaq; cùm tantũ inter se,tum forma,tũ facultate differant,ea non vnũ esse necesse est, siquidẽ neq; ignis & aqua idem sunt.Ex his autem tibi constabit, quod hæc omnia vnũ non sint,sed suam quodq; ipsorũ facultatẽ & naturam obtineat. Si enim alicui medicamentũ exhibueris quod pituitá educat,pituitam tibi vomitione reddet,& si medicamentũ quod bilẽ ducat exhibeas,bilem tibi euomet.Eadem quoq; ratione,atrá bilem purgat medicamentũ quod dederis atrá bilem ducens.Quod si aliqua corporis parte sauciata vulnus accipias,sanguis inde effluet. Atq; hæc omnia tibi vsuenient semper tam interdiu, quàm noctu,& hyeme quàm æstate,quoad spiritũ ad se trahere vicissimq; reddere valebit.Valebit autẽ, donec aliquo ex his,quæ illi sunt cõnata,priuatus fuerit.Sũt autẽ quæ diximus connata.Qua enim ratione cõnata nõ sint?cùm primùm quidẽ hęc omnia homo quoad vita fruitur,semper in se manifestè contineat. Deinde ex homine natus sit hæc omnia obtinente. Postea in homine nutritus sit,ista omnia quæ nunc quidẽ asseuero & demonstro habente.Qui verò vnũ esse hominẽ asserunt,ij mihi in hanc opinionẽ venisse videntur,quòd ex iis,qui epotis medicamentis, per nimias purgationes interiissent,hos quidẽ bilem , illos pituitá euomere cõspicati,horũ vnumquodq; hominem esse existimarunt,in cuius purgatione eum morientẽ viderunt.Eadem etiã ratione nitũtur,qui sanguinẽ esse hominẽ asseuerant,cùm iugulatis hominibus manantem ex corpore sanguinem conspicati, eum hominis animũ esse existimant,hisq; argumentis omnes inter differendum vtuntur. Quanquam primùm quidem in immodicis purgationibus , sola euacuata bile nullus vnquã mortuus est. Verũ epoto medicamento quod bilem ducat, primùm sanè quis bilem vomitione refundet,mox etiam pituitam, deinde quoq; præter bilem,atram bilem, idq; per vim, sub mortem verò sanguinem etiam purum euomit. Idem quoq; contingit ex medicamentis pituitã ducentibus.Primùm enim pituitá euomunt,mox bilem flauam,deinde atram,sub exitũ verò purum sanguinem,sub eoq; moriuntur. Etenim cùm medicamẽtũ corpus subierit,primùm quidem quodcunq; sibi ex omnibus quæ in corpore insunt, secundùm naturá maximè familiare fuerit,educit:deinde verò reliqua etiam trahit & purgat.Nõ aliter quàm quæ ex terra oriuntur,& in eam conseruntur,vbi terrá subierint, eorũ quodq; trahit quod suæ naturæ accõmodatum in terra ineſt. Est autẽ & acidum,& amarũ,& dulce, & salsum,& cuiusq; modi.Imprimis igitur ex eo plurimum quod suæ naturæ accõmodatum fuerit ad se allicit,tum etiam reliqua attrahit. Tale quiddá etiã

ἀπὸ τ̃ ἀνθρώπων, πολλὴ αὐτέῳ αἰτίη διαλλάσσειν τ̃ ὀδυνέων παρέχειν τ̃ εἰρημένα, ἔνθέν τε ὄξεῃσι & ἔνθα ὑποῤῥέδηκεν. 26 εἶπον δὴ ἃ αὖ φήσω τ̃ ἄνθρωπον εἶ), ἀποφαίνειν ἀεὶ ταῦτα ἐόντα & τ̃ νόμον τ̃ φύσιν. φημὶ δὴ εἶ) αἷμα, καὶ φλέγμα, & χολὴν, ξανθήν τε & μέλαιναν. & τούτεων πρῶτον μὲν τ̃ νόμον 27 τὰ ὀνόματα διωρίσθαί φημι, & ὅσα ἐστὶν αὐτέων, ὅ οὗτο ὄνομα εἶ), ἔπειτα τὰς ἰδέας τ̃ φύσιν κεχωρίσθαι, & οὔτε ὃ φλέγμα ὅσον ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε ὃ αἷμα, τῇ χολῇ· οὔτε τ̃ χολὴν, τῷ φλέγματι. πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα & ἓν τοῦτο ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται πρὸς ὁρώμενα, 28 ὅτε τῇ χεῖρι ψαύοντι ὅμοια δοκέει εἶ). ὅτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, ὅτε ψυχρὰ, ὅτε ξηρὰ, ὅτε ὑγρά. ἀνάγκη δῆτα ὅλα πρὸς ὅλα διάλλακτα ἀλλήλων τὴν ἰδέαν τε & τὴν δύναμιν, μὴ ἓν αὐτὰ εἶ). εἰ γὰρ μὴ πῦρ τε & ὕδωρ ταὐτόν ἐστι. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε, ὅτι οὐκ ἐν τοῦτο πάντα ἐστὶν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτέων ἔχει δύναμίν τε & φύσιν τὴν ἑωυτέου. ἰὼν γὰρ ἄν τις δίδως ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὃ, τι φλέγμα ἄγει, ἐμέσεται σοι φλέγμα. & ἰὼν δίδως φάρμακον, ὅτι χολὴν ἄγει, ἐμέσεταί σοι χολήν. κατὰ ταὐτὰ δ' & χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἰὼν δίδως φάρμακον, ὅ, τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. 29 & ἰὼν τρώσῃς αὐτέων τὸ σῶμα τῆς μέρεος ὅτεο τρῶμα γλυφθῇ, ῥυήσε) αὐτέων αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πᾶσι ἡμέρῃσι & νύκτα, 30 & χειμῶνος, & θέρεος, μέχρις ἂν διαπαύσῃ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἰς ἑωυτὸν, & πάλιν μεθέναι, 31 διαπαύσει δὲ ἕως μὲν ἂν ζῇσι, ἕως ἂν λυθῇ τούτεων τῶν ξυγκειμένων. ξυγκέεται δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. πῶς γὰρ οὐ ξυγκέεται, 32 εἰ πρῶτον μὲν φανερόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα ἀεὶ, ἕως ἂν ζῇ· ἔπειτα γένεσιν δὲ ἄνθρωπος, παῦτα πάντα ἔχοντος. ἔπειτα τέθεαται ἐν ἀνθρώπῳ, παῦτα πάντα ἔχοντι. ὁκόσα ἔγωγε νεῦμι φημί τε & ἀποδείκνυμι. 33 οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἓν ἐστιν ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι. ὁρέοντες οὖν πίνοντας τὰ φάρμακα, καὶ ἀπολυμαίνοντα ἐν τῇσιν ὑποκαθάρσεσι οὖν μὲν χολὴν ἐμέοντας· οὖν δὲ λίνας, φλέγμα. τὸ δὲ ἕκαστον αὐτέων ὁμοίως ἓν) τ̃ ἄνθρωπον, ὃ, τι καθαιρόμενον εἶδον αὐτ̃ ἀποθνήσκοντα, & οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶ) τ̃ ἄνθρωπον· τῇ αὐτέῃ γνώμῃ χρέον). ὁρέοντες ἀποσφαζομένους οὖν ἀνθρώπους, 34 & τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τ̃ σώματος, τοῦτο νομίζουσιν εἶ) τ̃ ψυχὴν ἐν ᾧ ἄνθρωπος, & μάλιστα εἰσὶ τοιούτοις πάντες χρέον) ἐν τῇσι λοιμοῖσι. 35 καὶ οἱ μὲν ἄνθρωπον μὲν ὑπὸ τῇσιν ὑποκαθάρσεσιν οὐδεὶς πω ἀπέθανε χολὴν μόνον καθαρθείς. ἀλλ' ὁκόταν ὑς πίῃ φάρμακον, ὃ, τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἐμέσει, ἔπειτα & φλέγμα. 36 ἔπειτα ὑπὸ τῇ χολῇ, ἐμέσει χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενος· τελευτῶντες & αἷμα ἐμέσει καθαρόν. τὰ αὐτὰ & πάσχουσιν & ὑπὸ τ̃ φαρμάκων τ̃ τὸ φλέγμα ἀγόντων πρῶτον μὲν & φλέγμα ἐμέουσιν· ἔπειτα χολὴν ξανθήν· ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες & αἷμα καθαρόν, & ὧν τινες δὲ ἀποθνήσκουσιν. 37 τὸ γὰρ φάρμακον, ὁκόταν ἐσέλθῃ ἐς σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει, ὃ αὖ αὐτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα τ̃ ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. ἔπειτα & ἀγχόνη ἕλκει τε & καθαίρει, 38 ὥσπερ καὶ φυόμενά τε & ἀφεδρόμενα, ὁκόταν εἰς χρόνον ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ, ἡδὺ & ὀξύ· & πικρόν· & γλυκύ· & δριμυῤῥόν & πλαντῶδες. 39 πρὸς

πρὸς δὲ πλῆθος τούτου εἵλκυσεν εἰς ἑωυτὸ, ὅ, τι αὖ ἦ ἑωυτέῳ κατὰ φύσιν ἔπεστα & ἕλκει & τ̃ δηλα. 40 τοιοῦτον δὲ τι καὶ

Φάρμα-

φάρμακα ποιεῖ ἐν τῷ σώματι, ὀξέα μὲν γὰρ χολὴν ἄγει πικροτάτην καὶ ἀκρητεστάτην ἐκάθαρε χολήν. ἔπειτα δὲ μεμιγμένην. καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα, πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει. ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. καὶ τοῖσιν ἀποσφαζομένοισιν, πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥεῖ, θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον· ἔπειτα δὲ ῥεῖ φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον. [41] αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ μὲν φλέγμα χειμῶνος, [42] τοῦτο γὰρ τοῦ χειμῶνος καὶ φύσιν μάλιστα τὴν ἐν τῷ σώματι ἐοικότων. ψυχρότατον γάρ ἐστι. τεκμήριον δὲ τουτέων, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον· εἰ ἐθέλεις ψαῦσαι φλέγματος καὶ χολῆς, καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα θερμοτάτης ψυχρότατον ἐὸν, καὶ τοι γλισχρότατόν ἐστι καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολέος μέλανος. [43] ἐκθερμαίνεται, θερμότερα γίνεται, ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης· ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς ταῦτα ἔοικε ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος, γνοίης ἂν τοῖσδε. ④ ἄνθρωποι πτύουσί τε [44] καὶ ἀποκαθαίρονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος. [45] καὶ ἰκτεριῶσι, λευκοπαθέα γίνεται μάλιστα τούτῳ τῷ ὥρῃ· καὶ τἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα. τὸ δὲ ἦρος, [46] τὸ φλέγμα, ἔστι μὲν ἰσχυρότερον ἐν τῷ σώματι, καὶ τὸ αἷμα αὔξεται. ταῦτα γὰρ ψυχεῖ ἤδη καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίνεται. [47] τὸ δὲ αἷμα καὶ τότε αὔξεται, ὑπό τε τῶν ὄμβρων, καὶ τῆς θερμασίης. [48] καὶ φύσιν γὰρ αὐτέων ταῦτα ἐστὶ μάλιστα τῇ ἑωυτοῦ. ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι τῷ ἦρος καὶ θέρεος, μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται, [49] καὶ οὐκ ἄνευ αἵματος ῥέοντος αὐτέοισι. καὶ θερμότατοι εἰσὶ καὶ ἐρυθρότατοι τότε τοῦ θέρεος, καὶ τε αἷμα ἐρεύθεται, [50] καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι, καὶ τοῦτο πίνοντες ὑγιαίνουσι τὸ φλεγματῶδες. [51] ἐν δὲ τῷ φλεγματώδει, τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον ἐστί. [52] ἐναντίον δὲ αὐτέων τὸ φλεγματῶδες τῇ φύσει ἐστίν. ἡ μὲν χολὴ, τῷ θερμῷ κατέχει τὸ σῶμα, καὶ τὸ φλεγματῶδες· γνοίης δ' ἂν καὶ τοῖσδε· ④ ἄνθρωποι αὐτῷ τούτῳ τῷ ὥρῃ χολὴν ἐμέουσι, καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστερα καθαίρουσι). δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι, καὶ τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων. [53] τὸ δὲ φλέγμα τῆς θερίης, ἀσθενέστατόν ἐστιν αὐτὸ ἑαυτοῦ. ἀναλίσκεται γὰρ αὐτέων ἐστὶ τῇ φύσει, ἡ ὥρη. [54] ξηρή τε γάρ ἐστι καὶ θερμή. τὸ δὲ αἷμα τῷ φλεγματώδει, [55] ἐλάχιστον μέν ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φλεγματῶδες, καὶ ψυχρὸν ἤδη ἀρχὲ) τ' ἀνθρώπων. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ, τὸ φλεγματῶδες πλείστην μὲν ἐν τοσούτῳ ἐστὶν. ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥτε χολὴ ψυχομένη, ὀλίγη μέν ἐστι, τὸ φλέγμα αὔξει) πάλιν, ἀπό τε τοῦ ὑετοῦ τοῦ πολλοῦ, καὶ τοῦ μήκεος τῶν νυκτῶν. ἔχει μὲν οὖν [56] τοῦτο πάντα αἰεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ὑπό δὲ τοῦ παρεισιόντος ὥρης, ποτὲ μὲν, πλέον γίνεται σφέων αὐτῶν ἑαυτέων, ποτὲ δὲ, ἐλάσσω ἔόντα κατὰ μέρος καὶ κατὰ φύσιν. [57] ὥσπερ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πάσης πρώτης, καὶ τοῦ θέρμου καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ τοῦ ξηροῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ. οὐ γὰρ ἂν μείνειεν τουτέων οὐδέν, οὐδένα χρόνον, ἄνευ πάντων τοῦ ἐόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, [58] ἀλλ' ἐξ ἑνὸς ἑκάστου λείπει, πάντ' ἂν ἀφανισθείη. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτέης ἀνάγκης, πάντα ξυνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ἕκαστα ὑπ' ἀλλήλων. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπου ἐνείπει τουτέων τοῦ ξυγγενεόντων, οὐκ ἂν δυνατὸν ζώειν ὁ ἄνθρωπος. ἰσχύει δὲ ἐν τῷ ἑωυτοῦ, ποτὲ μὲν, ὁ χειμὼν μάλιστα. ποτὲ δὲ, τὸ ἔαρ. ποτὲ δὲ, τὸ θέρος. ποτὲ δὲ, τὸ φθινόπωρον

medicamenta in corpore faciũt. Quæ enim bilem educunt, plurimùm meraciſſimá quidem bilem purgant, deinde mixtam. Itemq; quæ pituitá reſpiciunt medicamenta, primùm quidem eam meraciſſimá educunt, poſt etiam mixtam. Et in iugulatis, primùm quidem ſanguis tum calidiſſimus, tũ maximè rubet, mox verò magis pituitoſus, magiſq; bilioſus profluit. Per hyemem verò augetur in homine pituita, cùm ea ex omnibus quæ in corpore inſunt, ad hyemis naturam maximè accedat, quòd ſit frigidiſſima. Cuius rei hæc ſunt indicia pituitam eſſe frigidiſſimã, quòd ſi pituitam & bilé & ſanguinem attingere voles, pituitam frigidiſſimam eſſe comperies. Quæ quamuis eſt lentiſſima, nec niſi ſumma vi, ſecundum atram bilem, educitur: (quæ verò per vim veniunt, ea per violentiam compulſa calidiora redduntur.) Nihilominus tamen præ his omnibus pituita ſuapte natura frigidiſſima eſſe conſpicitur. Quod autẽ hyeme corpus pituita repleatur, hinc conſtat, quod per hyemem homines maximè pituitoſa tum expuunt, tum emũgunt, hocq; anni tempore præcipuè, tumores laxi & albi (λευκώματα dicti) & reliqui morbi pituitoſi oriuntur. At vere adhuc quidẽ in corpore viget pituita, ſed ſanguis increſcit, quòd & frigora remittát, & imbres ſuccedant. Tuncq; ſanguis augetur, tum ex imbribus, tum ex dierum calore. Eorum enim naturæ id anni tempus cùm ſit calidum & humidum, maximè reſpondet. Quod hinc cognoſcas, quòd homines verno æſtiuoq; tempore potiſſimũ inteſtinorũ difficultatibus corripiátur, iiſq; ſanguis ex naribus profluat, & ſint maximè calidi & rubicundi. Æſtate verò ſanguis adhuc viget, & bilis in corpore attollitur, & in autumnum protenditur. At per autumnum modicus quidem ſanguis gignitur, quod illius naturæ autumnus aduerſetur. Bilis autem æſtate & autumno in corpore obtinet. Quod his indiciis cognoſcas, cùm hac tempeſtate homines ſua ſponte bilem euomant, & per medicamentorũ potiones bilioſa repurgentur. Id quoq; ex febribus & hominum coloribus patet. At pituita æſtate longè imbecillior eſt, quod ea tempeſtas, ob ſiccitatem & caliditatẽ, eius naturæ aduerſetur. Per autumnum verò ſanguis pauciſſimus in homine gignitur, ſiquidem ſiccus eſt autumnus, & hominem iam refrigerare incipit. Bilis autem atra autumno, tum plurima, tum vehementiſſima eſt. At ineunte hyeme, bilis perfrigerata pauca gignitur, & pituita rurſus augetur, tum ob pluuiarum copiam, tum noctium longitudinem. Hæc igitur omnia perpetuò hominis corpus obtinet, ſed pro circunſtantiis anni temporis ratione, ſingula tum pro parte, tum pro natura, modò inter ſe augentur, modò etiam imminuũtur. Vt annus omnis omnium quidem & calidorum, & frigidorum, & ſiccorum, & humidorum eſt particeps: neq; enim eorum quicquam, ne minimo quidem tempore, ſine omnibus quæ in hoc mundo exiſtunt, perdurauerit, verùm ſi vnum quodpiam deficiat, omnia aboleantur, cùm ex eadẽ neceſſitate cõſiſtant omnia & alantur inuicem: ita ſi quid ex his quæ in homine ſunt connata defecerit, is vtiq; viuere nequeat. In anno autem, modò hyems maximè viget, modò ver, nunc etiam æſtas, nunc autumnus.

Sic quoque in homine modò quidem pituita inualescit, modò sanguis, interdum etiam bilis, primùm quidem flaua, mox quoque atra appellata. Cuius rei euidentius est argumentum, quod si eidem homini idem medicamentum quater in anno exhibere voles, hyeme quidem maximè pituitosa tibi euomet, vere autem valde humida, æstate admodũ bilio sa, & autumno nigerrima. Cùm igitur hæc ita se habeant, oportet morbos qui hyeme augentur, æstate desinere, & eos qui æstate increscunt, hyeme cessare, nisi intra certum dierum circuitum soluantur. De hoc autem dierum circuitu, aliàs nobis dicendum est. Morborum verò qui vere oriuntur liberatio ad autumnum expectanda est, & autumnalium morborũ discessum, vere fieri necesse est. Quòd si quis hæc anni tempora morbus superauerit, hunc annuũ fore sciendum est. Atque ita medicum morbis mederi conuenit, adhibita horum cuiusque consideratione, quod in corpore præualet, pro anni temporis ratione, quod suæ naturæ maximè accommodatũ existit. Insuper hæc quoq; nosse oportet, quòd morbos quos repletio parit, sanat euacuatio; & qui ex euacuatione oriuntur, repletione curantur; & qui ex immoderato labore fiunt, eos quies sanat; quiq; ex otio gignuntur, immoderato labore tolluntur. Omninoq; Medicum sua prudentia obuiam ire cõuenit morbis instantibus, & naturis, & anni temporibus, & ætatibus, cõtentaq; soluere, & soluta intendere. Hac nanque ratione vel maximè quod molestiã exhibet quieuerit, eaq; mihi curandi ratio esse videtur. Morbi verò partim ex viuendi ratione, partim etiam ex spiritu quem viuendo trahimus, proueniunt. At vtrunq; hac ratione discernas. Vbi complures vno morbo eadem tempestate vexantur, in id quod maximè commune est, quoq; omnes vtimur potissimùm reiiciẽda causa est. Id autẽ est quod inspirando trahimus. Quod enim viuendi cuiusq; nostrum ratio in causa nõ sit, iam liquidò constat, cùm morbus omnes continenter attingat, & iuuenes & senes, & mulieres & viros, perindeq; temulentos & abstemios, tam eos qui maza, quàm qui pane victitant, & eos qui multis, quàm qui paucis exercitationibus vtuntur. Non igitur victus rationi assignanda causa est, cum cuiusuis generis victu vtentes, eodem morbo corripiuntur. Cùm verò eodem tempore cuiusque modi morbi oriuntur, sua proculdubio cuique viuendi ratio in causa est, adhibendáque curatio, aduersus morbi causam instando, quemadmodum alias etiam à nobis dictũ est, & victus rationem immutando. Quandoquidem constat victus genus quo quis vtitur, aut ex toto, aut magna ex parte, aut in eorum aliquo minimè ei esse accommodatum. Quo cognito, immutare, & adhibita in consideratione cuiusque natura, ætate, forma, anni tempore, & morbi genere, ad curationem aggredi oportet, nunc quidem detrahendo, nunc verò addendo, ita vt (quemadmodum iamdudum à me dictum est) ad singulas ætates, & anni tempora, & naturas, & morbos, contrariam tum medicamentorum, tum victus rationem adhibeas. At verò vbi morbus aliquis populariter grassatus fuerit,

οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ αὐθρώπῳ, ποτὲ μὲν, τὸ φλέγμα ἰσχύει· ποτὲ δὲ, τὸ αἷμα· ποτὲ δὲ, ἡ χολὴ πρῶτον μὲν ἡ ξανθὴ, ἔπειτα δὲ ἡ μέλαινα καλεομένη. μάρτυριον δὲ σαφέστερον, εἰ ἐθέλεις τῷ αὐτέῳ αὐθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέειέ σοι τοῦ μὲν χειμῶνος, φλεγματωδέστατα. τῷ δὲ ἦρος, ὑγρότατα· τῷ δὲ θέρεος, χολωδέστατα· τῷ δὲ φθινοπώρου, μελαίνεται· ὀφείλει οὖν τουτέων οὕνεκεν ἐχόντων, ἐκάστῳ μὲν τῶν νοσημάτων τὸ χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν· ἐκάστῳ δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν· ἐκάστῳ μὴ αὐτέων, ἐν τῷ εἰόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται. τὴν δὲ τῷ εἰόδον αὖτις φράσω, τὴν τῶν ἡμερέων. ἐκάστῳ δ' ἦρος γίνεται νοσήματα, τοῦ σὺν δέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπαλλαγήν. ἐκάστου δὲ φθινοπωρινὰ νουσήματα, τουτέων τοῦ ἦρος ἀναγκαίη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι. ὅλως δ' αἱ τοιαῦται ὧραι τοιαῦτα ὑποβάλλει νοσήματα, εἰδέναι χρὴ ὡς ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον. ἐν ᾧ δὲ ἐνὶ οὕτω χρὴ ἰῆσθαι τὰ νοσήματα, ὡς ἑκάστου τουτέων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι τῷ ὥρῃ τῇ ἑωυτῷ καὶ φύσιν οὖσαν μάλιστα. εἰδέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε, τοῖς σκεπτομένοισιν, ὅλα ὁκόσα πλησμονὴν ἴκτῳ νοσήματα, κένωσις ἰῆται. ὁκόσα δὲ, ἀπὸ κενώσιος γίνεται νοσήματα, πλησμονὴ ἰῆται. ὁκόσα δὲ, ἀπὸ καλαπωσίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται). ὁκόσα δ' ὑπ' ἀργίης ἴκτεται, καλαπωσίη ἰῆται. ὃ δ' ἔστι μάλιστα γνῶναι δεῖ ἐν ἑκάστῳ, ἐναντίον ἴσασθαι τοῖσι καθεστεῶσι καὶ νουσήμασι. καὶ ἐδέσει, καὶ ὥρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι, καὶ τὰ ξυντεινόντα λύειν, καὶ τὰ λελυμένα συντείνειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὃ κάμνον ἀναπαύοιτο, ἥκιστα, πολλοὶ δοκέει εἶναι). αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται, αἱ μὲν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων· αἱ δ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἕσαγε μοῦνοι ζῶμεν, τὴν δὲ διάγνωσιν χρὴ ἑκατέρων, ὧδε ποιέεσθαι. ὁκόταν μὲν τοῦ νοσήματος ἑνὸς πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκωνται τῷ αὐτῷ χρόνῳ. τὴν αἰτίην χρὴ αἰεὶ ὑπολαμβάνειν τουτέων, ὅτι κοινότατον ἐστι, καὶ μάλιστα αὐτέῳ πάντες χρεώμεθα. ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. φανερὸν γὰρ ἤδη, ὅτι τὰ διαιτήματα ἑκάστου ἡμέων, οὐκ αἰτιά ἐστιν, ὅτε ἁλίσκεται πάντων ἡ νοῦσος ἑξῆς, καὶ τῶν νεωτέρων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως· καὶ τῶν φαρμακωδέων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων. καὶ τῶν μαζαν ἐσθιόντων, καὶ τῶν ἄρτον σιτεομένων· καὶ τῶν πολλὰ καλαπωσαμένων, καὶ τῶν ὀλίγα. οὐκ ἂν οὖν τὰ γε διαιτήματα αἴτια εἴη, ὁκόταν ὀλιγιστέοισι πάσχωσι ταῦτα ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῆς αὐτέης νόσου. ὁκόταν δὲ αἱ νοῦσοι γίνωνται πᾶσι δὴ ταύτῃ καὶ ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματά ἐστιν αἴτια ἅπασι ἑκάστοισι. καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου, ὥσπερ μοι πέφασται καὶ ἑτέρωθι, καὶ ἐκ τῶν διαιτημάτων μεταβάλλειν. δῆλον γὰρ ὅτι οἷσι γε χρὴ σθαι ἐώθασιν ὁ ἄνθρωπος διαιτήμασιν, ὁκόταν ἐπιδημίη ἐστὶν, ἢ πάντα, ἢ τὰ πλείω, ἔνεστι τι αὐτέων. ἀ δὴ καταμαθόντα μεταβάλλειν. καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν τήν τε ἡλικίην, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος, καὶ τῆς νούσου ὅπων, τὴν θεραπείην ποιέεσθαι. ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα· ποτὲ δὲ, προστιθέντα. ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, προὸς ἑκάστας τῶν ἡλικιέων, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τῶν νόσων. ἔνεστι τῇσι φαρμακίῃσι προστίπτεσθαι καὶ ἐν τῇσι διαιτήμασιν. ὁκόταν δὲ νοῦσημα ὃς ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστήκῃ, δηλονότι

οὐ τα

ς τὰ διαιτήματα αἰτιά ὅστιν, ἀλλ' ὁ ἀναπνέομεν ὑπ' αὐτῶν
ὅστι καὶ δῆλον ὅτι ὑπ' 66 ὀσμὴν ἴσχνα ἀποκρίσιν ἔχον αὐ εἰκὸς ὑπ'
χρὴ (ν) χρόνον τὰς πραγμάτειας ποιεῖσθαι τοῖσιν αὐτοῖσι,
τοιὰς δὲ τὰ μὴ μεταβάλλειν, ὅτι δὲ οὐκ αἰτία
ὅστι τ νόσου. 67 ὃ δ' σῶμα ὁρᾶν, ὅκως ἐς ἃ ὡς ἀσκήτατον καὶ
ἀσθενέστατον. τ σιτίων τε ἀφαιρέοντα, καὶ τ ποτῶν, οἷσιν εἰώθη
χρέεσθαι καὶ ὀλίγον. ἰὼν γὰρ μεταβάλῃ ταχέως τ διαίτην, κίν-
δυνος καὶ ἀπὸ τ μεταβολῆς νεώτερόν τι γίνεσθαι ἐν ᾧ σώ-
ματι. δηλὰ χρὴ τοῖσι μὴ διαιτήμασιν ὅτῳ χρέεσθαι, ὅτε γε
δοκέοι) μηδὲν ἀδικέοντα τ ἄνθρωπον. ὃ δ' πυθμάτος, ὅκως
λαχίστη ἡ ῥεῦσις ἐς τὸ σῶμα ἔσοιτο, καὶ ὡς ξενοτάτη ἐς ἃ τρέ-
πεσθαι. τ τε χωρίων τὸν τόπους μεταβάλλοντα εἰς δύναμιν, ἐν οἷσιν αὖ ἡ νοῦσος καθεστήκῃ, καὶ τὰ σώματα λεπύνοντα.
ὅπως γὰρ αὖ ἥκιστα πολλῆς τε καὶ πυκνῆς πνεύματος χρήζοιεν
ἄνθρωποι. ὁκόσα δ' τ νοσημάτων ἀπὸ τ σώματος ἰσχυρότατα,
μελέων τ ἰσχυροτάτων, τοῦτο δῆλόν ὅστι. καὶ γὰρ ἰὼν αὖ τοῦτο μόνον
ἔνθα αὖ ἄρξῃ), ἀναγκαίη τ ἰσχυροτάτων τ μελέων πονεῖσθαι,
ἕπεσθαι τὸ σῶμα πονέεσθαι. καὶ ὅτι μὲν τ ἀσθενεστέρων ἀφίκηται)
ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων, χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται). ὁκόταν
δ' αὖ ἀπὸ τ ἀσθενεστέρων ὅτι τὰ ἰσχυρότερα ἔλθῃ βέλτιόν-
τερα ὅστιν. 68 ὑπὸ γὰρ τ ἰσχύος ἀπωθεόμενα) ῥηϊδίως τὰ
προσπίπτοντα. 69 αἱ παχεῖαι) αἱ τ φλεβῶν, ὧδε πεφύκασι.
ἔστι θαζύγιά ὅστι, ἐν ᾧ σώματι. καὶ ἐν μὲν αὐτέων, 70 ἀπὸ
τ κεφαλῆς ὀπίσθεν δι' ἀὐχένος, ἔξωθεν ὅτι τ ῥάχιν, ἔνθεν
τε καὶ ἔνθεν παρὰ τὰ ἰσχία ἀφικνέεται), καὶ ἐς τὰ σκέλεα. ἔπεσθαι
δὲ τ κνημέων καὶ τ σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τὸν πόδας δηκέ.
μεῖ δὲ ὧν τὰς φλεβοτομίας τὰς ὅτι τ ὀμφαλοῦ τ ἐν ᾧ νώτῳ
τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἀπὸ τ ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν
ἔξωθεν. αἱ δ' ἕτεραι φλέβες ἔχουσιν ἐκ τ κεφαλῆς παρὰ
τὰ ὦτα, διὰ τ αὐχένος, αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι, 71 εἰ-
σωθεν παρὰ τ ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρονται, παρὰ τὰς ψόας
τὸν ὄρχιας τε ἐς τὸν μηρούς. τε διὰ τ ἰγνύων, ἐκ δ' εἴσωθεν
ἕπεσθαι. ἔπεσθαι δὲ τ κνημέων παρὰ τὰ σφυρὰ εἴσωθεν,
ἐς τὸν πόδας. διαφόρως τὰς φλεβοτομίας, τοῖσι τὰς ὀδύ-
νας ποιέεσθαι, τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὀρχίων, ἀπὸ τῶν
ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν εἴσωθεν. αἱ δ' τελευταῖαι φλέβες,
ἐκ τ κροταφῶν διὰ δ' αὐχένος, τοῦτο τὰς ὠμοπλάτας. ἔ-
πεσθαι συμφέρον) ἐς τ πλεύμονα, καὶ ἀφικνέεται). 72 ἡ μὲν
ἀπὸ τῶν δεξιῶν, ἐς τὰ ἀριστερά ἐστι, ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ἐς τὰ
δεξιά, καὶ ἡ μὲν δεξιὴ, ἀφικνέεται) ἐκ τ πνεύμονος τοῦτο τ
μέζον, καὶ ἐς τ καρδίην, καὶ ἐς τ πλεύμονα, καὶ ἐς τ νεφρόν. ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν,
ἐς τὰ δεξιά, ἐκ τ πλεύμονος, τοῦτο τ μέζον. 73 καὶ ἐς ὃ ἦ-
παρ, καὶ τ νεφρόν. 74 τελευτῶσι δ' εἰς τ ἄρχην, αὗται ἑκάτε-
ρωθεν. αἱ δὲ τέτταρες φλέβες, ἀπὸ τ ἐμπροσθεν τ κεφαλῆς
τοῦ ὀφθαλμῶν, τοῦτο τ αὐχένα καὶ τὰς κληίδας. 75 ἔπειτα
κατὰ τῶν βραχίονων, αὖθις εἰς τὰς ξυγκαμπάς. ἔπεσθαι
δὲ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν αὖθις, καὶ ὅτι τοῦ καρπούς
τοῦ δακτύλους. 77 ἔπειτα ἀπὸ τ δακτύλων πάλιν διὰ
τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν αὖθις εἰς τὰς ξυγκαμπάς, καὶ διὰ
τῶν βραχίονων τὰ κάτωθεν μέρεος, εἰς τὰς μασχάλας. καὶ ἀπὸ
τῶν πλευρέων αὖθις, ἡ μὲν, εἰς τ πλεύμονα ἀφικνέεται· ἡ
δὲ εἰς τὸ ἦπαρ, ἔπειτα τοῦτο τ γαστρὸς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευ-
τῶσιν ἀμφότεραι. καὶ αἱ μὲν παχεῖαι τ φλεβῶν, ὧδε ἔχουσιν· 78 εἰσὶ δ' καὶ αἱ ἀπὸ τ κοιλίης φλέβες, αἱ τὸ σῶμα παμπολ-
λαχῆ τε καὶ παντοῖαι. καὶ δι' ὧν ἡ τροφὴ ἐν τῷ σώματι ἔρχεται. φέρουσι δ' ἀπὸ τῶν παχέων φλεβῶν· 79 εἰς τὰ κοιλίαν καὶ
εἰς τὸ ἄλλο σῶμα, 80 καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ ἀπὸ τῶν εἴσω. καὶ εἰς ἀλλήλας διδόασιν, αἵτε εἴσωθεν ἔξω· καὶ αἱ ἔξωθεν εἴσω·

non victus rationem in causa esse, sed quod spirando
ducimus, manifestum est, ipsumq; morbosam quan-
dam excretionem planè obtinere. Eo igitur tempore
his exhortationibus homines sunt admonēdi, vt ne
victus quidē rationem immutent, cùm morbi causa
minimè existat. Prouideant etiam, vt corpus quā mi-
nimè intumescat, sitq; attenuatissimum, tum cibos,
tum potus quibus vti consueuerint sensim demendo.
Si quis enim subitò victus rationem immuter, ne quid
in corpore ex immutatione innouetur, periculū est.
Sed solita victus ratio seruanda est, vbi nihil quidem
lædere videtur, atq; insuper vt aeris quam minimum
in corpus influat, isq; vt maximè peregrinus sit, prou-
idendum, tum regionum loca, in quibus morbus
consistit, quoad eius fieri poterit permutando, tum
corpora extenuando. Ita enim minimè multum ac
frequentem spiritum homines ex necessitate attrahēt. Morbi autē à validissima corporis parte orti, grauissimi existunt. Etenim si vnde originem sumpserūt, isthic perstiterint, cùm pars valentissima laboret, corpus vniuersum laborare necesse est. Quòd si ad imbecilliorem aliquam ex validissima deuenerint, difficiles habent absolutiones. Quicunq; verò ab imbecillioribus ad valentiores veniunt, facilius soluuntur, quòd quæ influunt facilè per vim liberantur. At venę crassissimæ hunc natura ortum sortitæ sunt. Quarum cùm sint in corpore paria quatuor; Vnum quidem ex capite retro per ceruicem, parte exteriore ad vtraq; spinæ latera, indeq; in coxendices & crura peruadit, deinde per tibias ad exteriores malleolos & pedes peruenit. In dorsi igitur & coxendicum doloribus, ex poplitibus & malleolis exterioribus venæ sectiones fieri debent. Alteræ autem venæ ex capite exortæ, iuxta aures per ceruicem, iugulares dictæ, intrò secundum spinam vtraq; ex parte ad lumbos, in testes & femora, & per poplites interiore ex parte, indeq; per tibias ad malleolos internos & ad pedes deferuntur. Proinde in lumborum & testium doloribus, sanguis ex poplitibus & malleolis interioribus mittendus est. Tertium par venarum ex temporibus per ceruicem subter scoptula operta, inde ad pulmonem defertur, & hæc quidem ex dextris ad sinistra, illa verò à sinistris ad dextra, peruenit. Et dextra quidē ex pulmone mammam subiens, & ad lienem & ad renem tendit. Quæ verò à sinistris ad dextra procedit, ex pulmone mammam subiens, & iecur & renem petit. Vtraq; postremò in rectum intestinum desinit. Quartum par ex anteriore capitis parte & oculis, sub ceruicem & clauiculas, indéque per superiora in brachiorum flexus tendit, posteáque per cubitos, ad primas manuum iuncturas & digitos, rursúsque à digitis per cubitos & superiores manuum partes in flexuras, & per superiorem brachiorum partem ad axillas, pérque summas costas hæc quidem ad lienem, altera verò ad iecur deuenit, postea supra ventrem in pudendum vtraque desinit. Atque ea est venarum crassissimarum natura. Existunt etiam ex ventriculo permultæ & variæ venæ, per quas in corpus alimentum transmittitur. Quod etiam ex crassis venis, tam externis, quam internis, in ventriculum & reliquum corpus deferunt; sibíque mutuò subministrant, internæ externis, vicissimq; externæ internis

Hæ igitur mittendi sanguinis rationes seruandæ sunt, studendumq; est, vt quàm longissimè à locis, in quibus dolores fieri, & sanguis colligi consueuit, venarum sectiones fiant. Hac namq; ratione, cùm minimè magna de repente mutatio continget, tum etiam consuetudinem tollendo effeceris, vt ne amplius eodem colligatur. Qui pus copiosum citra febrem expuunt, quibusque absque dolore pus multum in vrina subsidet, & qui alui deiectiones, velut in difficultatibus intestinorum, cruentas habent & diuturnas, quales in iuuenibus annos quinque & triginta natis, & grandioribus natu inesse solent, iis omnibus ex eadem causa morbi oriuntur. Hos namque immodicis corporis exercitationibus & laboribus addictos, & cùm iuuenes essent operas exercuisse necesse est. Deinde dimissis laboribus, molli carne & multum à superiore differente expletos, tam longè inter se dissidentem corporis habitum habere, vt pristinus cum eo qui postea accreuit, nulla in re consentiat. Qui igitur ita affecti sunt, si quando in morbum incidunt, ij confestim euadunt, sed post à morbo temporis successu corpus liquatur, & per venas, qua latissimæ esse solent, saniei quiddam non dissimile defluit. Si quidem igitur ad inferiorem aluum impetu deferatur, quale quid ferè in corpore inest, tale etiam per deiectiones secedit. Neque enim, cùm via decliuis sit, diutiùs in intestinis subsistit. At quibus in pectus influit, ij purulenti fiunt, quòd nimirum cùm purgatio acliuis sit, & diutiùs moram trahens in pectore computrescat, & puris simile euadat. Quibus verò in vesicam effunditur, ex loci calore incalescit, exalbescit & secernitur, quodq; rarissimum existit supra innatat, crassissimũ verò, quod sanè pus appellatur, subsidet. In pueris quoq; ob loci huius & totius corporis caliditatem gignuntur calculi, quod viris, ob corporis frigiditatem minimè vsuuenit. Istud enim probè nosse conuenit, hominem prima ætate in omni vita esse calidissimũ, postrema verò frigidissimum. Siquidem quod augescit corpus & ad robur tendit calidũ esse necesse est, at vbi marcescere & ad exitium præcipitare cœperit, frigidius euadit. Atque hac ratione quò magis his primis diebus homo increscit, eò calidior euadit, & quãtò magis vltimis diebus marcescit, tantò frigidiorẽ esse necesse est. Qui autem sic affecti sunt, sua sponte sanescunt, plæriq; quidem quo anni tempore colliquescere cœperint, quinto & quadragesimo die. Qui verò hoc anni tempus superauerint, anno conualescunt, nisi quid aliud hominẽ malè habuerit. Qui morbi ex paruo tẽporis interuallo oriuntur, & quorum causæ cognitu sunt faciles, ij securissimè prædicantur. Quorum curationẽ sic instituere oportet, vt morbi causæ occurramus. Ita siquidẽ quod morbũ in corpore excitauit, facilè dissoluatur. Quibus in vrina arenulæ vel lapilli subsident, iis per initia ad crassam venam tubercula enascuntur, & suppurãt, deinde cùm ea tubercula haud ita citò rumpantur, lapilli ex pure coalescunt, qui per venam cum vrina in vesicam foras extruduntur. At quibus vrinæ quidem cruentæ sunt, iis in venis vitium èst. Quibus vnà cum vrina crassa prodeunt minutæ carunculæ capillamentorũ speciem referentes, eas à renibus & articulari morbo laborantib. prodire nosse conuenit.

τὰς οὖν φλεβοτομίας δ' ᾗ ποιέεσθαι, καὶ τοὺτέοις σὺν λόγοις. ὁπόταν δὲ μὴ ἐθέλῃ ὁ χρὼς τὰς τομὰς, ὡς τοιοῦτον τὸ μυῖον ἀπὸ τῶν χωρίων, ἔνθα αἱ ὀδυναι μέμηκασι γίνεσθαι. καὶ τὸ αἷμα συλλέγεσθαι. οὕτως γὰρ ἂν ἥκιστα μεταβολὴ ἄκυρος μεγάλη γένοιτο ἐξαπίνης. καὶ τὸ ἔθος μεταστήσας ἂν, ὥστε μηκέτι ἐς τὸ αὐτὸ χωρίον ξυλλέγεσθαι. ὁκόσοι πύον πολλὸν πτύουσιν. ἄτερ πυρετοῦ ἐόντες, καὶ ὁκόσοισιν ὑπὸ τὸ ἦθος πύον ὑφίσταται πολλὸν, ἄτερ ὀδυνέων ἐούσης. καὶ ὁκόσοισι τῶν ὑποχωρήματα, αἱματώδεα, ὥσπερ ὅσοισι δυσεντερείῃσι καὶ χρόνια ἀνέοισιν ἐοῦσι, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἐτέων, καὶ πλείοσι, τοὺτέοισι πᾶσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τὰ νουσήματα γίνεται. ἀναίτιον γὰρ τοὺτέοις, τὰ λαμπρύνεσθαι τὸ σῶμα καὶ φιλοπόνους τὸ σῶμα καὶ ἐργάτας νεανίσκους ἐόντας. ἔπειτα ὑπεξανειμένους τῶν πόνων, ἁρκωδεώδη μαλθακὴν σάρκα, καὶ πολὺ διαφερούσην τῆς προτέρης. καὶ πολλὸν διαχρῖμψον ἔχειν τὸ σῶμα, τό, τε προϋπάρχον καὶ τὸ ὕστερον ὥστε μὴ ὁμονοεῖν. ὁκόταν οὖν νόσημά τι καταλάβῃ τοῦτον ἅτε διαφθόρους, τὸ μὲν διαχρῆμα διαφθείρεται. ὕστερον δὲ μετὰ τὴν νοῦσον, χρόνῳ τήκεται τὸ σῶμα, καὶ ῥέει διὰ τῶν φλεβῶν, ἢ αἷ εὐρυχωρείη μάλιστα τύχοι, ἰχωρώδες. ἐὰν μὲν οὖν ὁρμήσῃ ἐς τὴν κοιλίην τὴν κάτω, σχεδὸν οἷόν περ ἐν τῷ σώματι ἐνεῖη, τοιοῦτον καὶ τὸ διαχρῆμα γίνεται. ἅτε γὰρ τὴν ὁδὸν κατὰ τὸ τρωθὲν ἐοῦσαν, οὐχ ἥσσα πολλὸν χρόνον ἐν τῷ ἐντέρῳ. ὁκόσοισι δ' αὖ ἐς τὸ στῆθος ἐσρυῇ, ὑποπυοι γίνονται. ἅτε τὴν καθάρσιος αὐαντέος ἐούσης καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον τὸ πολλὸν ἐν τῇ στέρνῃ, καταπέπτει, καὶ γίνεται πυοειδές. ὁκόσοισι δ' αὖ ἐς τὴν κύστιν ὀξερρύηται, ὑπὸ τὴν θερμότητος τοῦ χωρίου τοῦτο καὶ θερμὸν καὶ λιθυκὸν γίνεται, καὶ διακρίνεται· καὶ τὸ μὲν ἀραιότατον, ἐφίσταται ἄνω· τὸ δὲ παχύτατον, κάτω· ὃ δὴ πύον καλέεται. γίνονται δὲ καὶ ⊕ λίθοι τοῖσι παισὶ διὰ τὴν θερμότητα τοῦ χωρίου τοῦτον, καὶ τὴν ὅλου σώματος. τοῖσι δὲ ἀνδράσιν οὐ γίνονται λίθοι, διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ σώματος. δεῖ γὰρ χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὁ ἄνθρωπος, τὴν πρώτην τῶν ἡμερέων, θερμότατός ἐστιν ἀνθρώπων ἑωυτῷ. τὴν δὲ ὑστάτην, ψυχρότατος. ἀναγκαῖον γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα τοῦτο βίῳ θερμὸν εἶναι. ὁκόταν δὲ ἄρχηται μαραίνεσθαι τὸ σῶμα, καταῤῥέον πρὸς βυσσότητα, ψυχρότερον γίνεται τοῦτον ⊕ λῆγον. ὁκόσων τοῦτέων τὰς ἡμερέων τὴν πρώτην πλεῖστον αὔξεται ὁ ἄνθρωπος, τοσοῦτον θερμότερος γίνεται. καὶ τὴν ὑστάτην τῶν ἡμερέων, ὅσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτον ἀναγκαῖον ψυχρότερον εἶναι. ὑγιέες δὲ γίνονται αὐτόματοι, ⊕ ὅτων διακεκριμένοι. πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ, ἐὰν ἄρξωνται τήκεσθαι πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερέοι. ὁκόσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλωσιν. ἐν αὐτῷ αὐτόματοι ὑγιέες γίνονται, ἐὰν μή τι δεινὸν κακοργήσῃ ὁ ἄνθρωπος. ὁκόσα τῶν νοσημάτων δι' ὀλίγου γίνεται, καὶ ὁκόσων αἱ πρόφασιες δῆλοι, τούτων δὲ ἀσφαλέστατόν ἐστι προσαγορεύειν τὸ τέλος. τὸ δὲ ἴσον χρὴ ποιέεσθαι αὐτέων ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τὸ νόσου. ὕστερον γὰρ ἂν λύοιτο τὸ τῇδε νῦν προσφερόμενον τῷ σώματι. Ὁκόσοισι ψαμμοειδέα ὑφίσταται, ἢ πῶμα τοῖσιν ὕδρισι, τοὺτέοισι τὴν ἀρχὴν φύματα ἐγίνετο πρὸς τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ, καὶ διεπύησεν. ἔπειτα δὲ ἄτερ τοῦ ταχέα ἐκρεαγέντων τῶν φυμάτων, πῶμα σιωπηρὰ ἔφησαν ἐκ τοῦ πόου, οἱ ἵνες ἔξω θλίβονται διὰ τὸ φλέβος, σὺν ᾧ ὕδρω ἐς τὴν κύστιν. ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα μὲν τὰ οὐρήματα, τοιοῦτοισιν αἱ φλέβες πεπονήκασιν. ὁκόσοισι δὲ ἐν ᾧ οὐρήματι πυχεῖ ἐοῦσι, σαρκία μικρὰ τειχοειδέα συνέρχεται, ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν, εἰδέναι χρὴ ἐόντα· καὶ ἀπὸ ἀρθριτικῶν

ὁκόσ-

ὁκόσοισι ἢ καθαρὸν ὃ ἤδωρ, ἀλλὰ τεχνὴ ἀλγοῦσι, [88] ὀχεῖον ἢ πίτυρα ἐπιφέρεται ἐν ᾧ οὐρήσαντι, τούτων ἡ κύστις ψωριᾷ. ⓐ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν, χόλου ἢ ἐκ χολῆς. εἴδεα ἢ στέων ἐόντα τέσσερα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσιν ὀδωὶ ἢσι γνωμῴων, [89] τῇσιν ἀποκεκριμένῃσιν. ὀνόματα δὲ αὐτέοισιν ἐστὶ, ξυνοχὸς· ἀμφημερινός. τριταῖος. τεταρταῖος. ὁ μὲν οὖν ξυνοχὸς καλεόμενος, γίνεται ἀπὸ πλείστης χολῆς καὶ ἀκρητεστάτης. καὶ γὰρ κρίσιας ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ποιέεται. ὃ τε γὰρ σῶμα, ὑπὸ θερμοῦ πολλοῦ θερμαινόμενον. ὁ τε ἀμφημερινὸς μετὰ ⓦ ξυνοχον, ἀπὸ πλείστης χολῆς γίνεται, καὶ ἀπαλλάσσει ταχίστα τῶν ἄλλων. μακρότερος δὲ ἐστὶ τοῦ ξυνόχου, ὁκόσῳ ἀπὸ ἧσσονος γίνεται χολῆς, καὶ ὅλῳ ἔχει ἀναπαυσιν τὸ σῶμα, ἐν τῷ ξυνόχῳ οὐκ ἀναπαύεται οὐδένα χρόνον. ὁ τε τριταῖος, μακρότερός ἐστι τοῦ ἀμφημερινοῦ, καὶ ἀπὸ χολῆς ἧσσονος γίνεται. ὁκόσῳ τε πλείονα χρόνον ἐν τῷ τριταίῳ ἢ τῷ ἀμφημερινῷ, τὸ σῶμα ἀναπαύεται, τοσούτῳ χρονιώτερός ἐστὶ ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφημερινοῦ ἐστιν. οἱ δὲ τεταρταῖοι, τῶν μὲν ἄλλα καὶ ⓦ αὐτῶν λόγων. χρονιώτεροι δὲ μάλα τῶν τριταίων ἐόντων. ὁκόσῳ ἐλαττόν τι μέρος μετέχουσι χολῆς, τοῦ δὲ φλέγματος πλεονάζοντος, τῶν τε ἄλλων μᾶλλον μετέχουσι. [90] σωφρονέουσι δὲ αὐτέοισιν, ἀπὸ μελαίνης χολῆς, τὸ σφέτερον τῶν καὶ δυσαπάλακτον, μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν, γλισχροτάτη, καὶ ταχέδρας χρονιοτάτας πεποίηται. γνώσῃ δὲ τῷδε, ὅτι ⓐ τεταρταῖοι πυρετοὶ μετέχουσι τοῦ μελαγχολικοῦ. φθινοπώρῳ γὰρ μάλιστα ⓐ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῶν τεταρταίων, καὶ ἐν τῇ ἡλικίῃ, ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων, ἕως τῶν πέντε καὶ τεσσαράκοντα. [91] ὅτι καὶ ἡ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται μάλιστα πασέων τῶν ἡλικιῶν, ἥτε φθινοπωρινὴ ὥρη μάλιστα πασέων τῶν ὡρέων ἐστὶ τοιαύτη, ὁκόσοι δ' αὖ ἡλίκων ἔξω τῶνδε τούτων, καὶ τῆς ἡλικίης, ὑπὸ τεταρταίου, οὐ χρὴ εὐέλπιδα μὴ χρόνιον ἐσιδέσθαι ⓦ πυρετὸν, ἰῶ μὴ ἄλλο τι κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

Quibus vrina pura est, & aliàs atque aliàs furfuracea quędam per summam vrinā feruntur, iis vesica scabie laborat. Febres magna ex parte à bile oriuntur, quarum genera sunt quatuor, præter eas quæ dolores eximios comitantur. Earum autem nomina sunt, continens, quotidiana, tertiana & quartana. Quæ continens appellatur, ex copiosissima & meracissima bile prouenit, & perquam breui iudicatur. Corpus namque vehementi calore incalescens neq; vnquam refrigescens, celeriter colliquescit. Quotidiana secūdum continentem ex plurima bile ortū habet, & præ aliis citissimè liberat, at continente eò longior, quò ex pauciore bile prouenit, quódque in ea corpus requietem habet, quod in continente nullo vnquam tempore quiescit. Tertiana verò quotidiana longior, & à pauciore bile fit, quóque diutiùs in ea, quàm in quotidiana corpus quiescit, eò diuturnior hæc febris est, quàm quotidiana. At quartanæ in reliquis eandem rationem obtinent, sed tertianis tantò longiores sunt, quantò minus bilis calorem exhibentis obtinent, tum quia in his corpus liberaliùs refrigeratur, iisq; ab atra bile is cumulus accedit, vt non nisi ægrè depelli possint. Bilis enim eorum omnium quæ in corpore insunt cùm sit glutinosissima, maximè diuturnas stationes facit. Quòd autem quartanæ humoris melancholici sint participes, ex eo cognoscas, quod autumno præcipuè homines quartanis corripiantur, & ea ætate quæ est ab anno vigesimo quinto ad quadragesimum quintum, tum etiam quòd hæc ætas inter alias omnes atræ bili potissimùm est obnoxia, vt & inter anni tempora autumnale maximè accommodatum. Siqui verò extra hoc anni tempus & eam ætatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas hanc febrem, nisi quid aliud hominem malè habeat, minimè diuturnam fore.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE GENITVRA, LIBER.

ΝΟΜΟΣ μὲν πάντα κρατεῖ· ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἔρχεται [2] ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ, τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, ὃ ἰσχυρότατον ἀποκρίνεται. τούτου δὲ τόδε ἐστὶ σημεῖον, ὅτι ἀποκρίνεται· ὃ ἰσχυρότατον, ὅτι ἐπὶ ὀλίγῳ λαγνεύσαντες, σμικρὸν οὕτω μειόμενοι, ἀσθενέες γινόμεθα. ἔχει δὲ οὕτω. φλέβες καὶ νεῦρα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, τείνονται ἐς τὸ αἰδοῖον, οἷσιν ἅπαντα τετρωμένοισι καὶ θερμαινομένοισι καὶ πληρουμένοισιν, ὥσπερ κνησμὸς ἐμπίπτει, [3] καὶ τῷ σώματι πᾶσι ἡδονὴ καὶ θέρμη ἐκ τούτου προσγίνεται, τετρωμένου δὲ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ αἰδοίου κινουμένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι, καὶ ἀφρίζεται, καὶ κλονέεται ἅπαν τὸ κινούμενον, καὶ ἀφρὸς καθάπερ καὶ τἄλλα ὑγρὰ σύμπαντα κλονούμενα ἀφρός. οὕτω δὲ καὶ αὐτῷ ἀνθρώπῳ, ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος, τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πίονα[ν], καὶ ἔρχεται εἰς ⓦ νωτιαίους μυελούς.

Lex quidem omnia sibi subiicit. At verò viri genitura ex vniuerso humido, quod in corpore continetur, proficiscitur, vbi id, quod validissimum est, excernitur. Cuius rei istud est argumentum, quòd vbi rem veneream exercemus, tantillo emisso, imbecilles euadimus. Istud verò sic se habet. Ex toto corpore venæ & nerui in pudendum procedunt, quorum attritu, excalefactione & repletione, velut pruritus exoritur, indeq; ad totum corpus voluptas & calor permanat. Trito autem pudendo & moto homine, humidum in corpore concalescit & diffunditur, & motum agitatur & spumescit, non secus ac reliqua omnia humida agitata spumescunt. Sic verò etiam in homine quod validissimum est & pinguissimum, à spumescente humore secernitur, & ad spinalem medullam progreditur.

In hanc enim ex toto corpore viæ quædam feruntur, & ex cerebro in lumbos, vniuersum corpus, & spinalem medullam diffunditur, ex caq; viæ quædam procedunt, ita vt ad eam humidum deferri, & ex ea secedere queat. At vbi ad spinalem medullam genitura peruenerit, per venas quasdam, quibus illi via patet, ad renes fertur, quibus exulceratis, interdum etiã sanguis vnà defertur. A renibus autem per medios testes ad pudendum peruenit, neque quâ via vrinæ est prodit, sed alia ipsi via est huic proxima. At verò qui per somnum veneris ludibrio tentantur, ideò per somnum venerea exercẽt, quòd humidum in corpore diffusum & excalefactum, siue ex vehementi exercitatione, siue ex alia quauis causa spumescat, dum ab ipso excernitur, veneris imaginem quandam exhibet. Perinde enim se habet hoc humidum vt in eo qui venerem exercet. Sed neque de his qui per somnum venerem exercent, neq; de toto morbo quid sit, quæve efficiat, neq; cur coitus loco habeatur, dicẽdum nobis est, & de his quidem hactenus. At verò eunuchi eam ob causam venerem minimè peragunt, quia genituræ transitus ipsis aboletur. Per ipsos enim testes ei via est, & nerui tenues & crebri ex testibus in pudendum feruntur, quibus assurgit & demittitur, iique in ipsa exectione dum castrantur rescinduntur, ideóque ad obeundam venerem inutiles existunt. Qui verò istorum attritionem passi sunt, iis genituræ via obstructa est. Callum enim contrahere testes solent, neruiq; à callo indurati & hebescentes, neque pudendum intendere, neque laxare possunt. At qui iuxta aures sectionem experti sunt, ij venerem quidem exercent, verùm semen paucum, imbecillum & infœcundum emittunt. Maxima siquidem seminis pars è capite secundum aures in spinalem medullam fertur, ipse verò transitus, sectione ad cicatricem perducta, solidior euasit. Pueris autem venæ exiles & plenæ, genituram ferri prohibent, neque pruritus eodem modo excitatur, nec proinde humidum in corpore agitatur, vt genitura secerni queat. Virginibus quoque eandem ob causam, intra pubertatis annos, menses minimè prodeunt. Vbi verò adoleuerint, tum virgo, tum puer, venæ quæ ad pueri pudendum, & in virginis vterum feruntur, incremento accepto ampliores redduntur, & aperiuntur, viaq; & transitus per illarum angustias patet, tuncq; humidum agitari incipit, & spatia ampliora in quibus agitetur habet, pueroq; cùm adultus fuerit prodit, & ob eá causam & virgini menstrua prodeũt. Atque ista mihi ad hunc modũ se habere cõperta sunt. At verò genituræ ex toto corpore, & ex solidis & mollibus partibus, & ex vniuerso totius corporis humido secerni asseuero. Humidi autẽ quatuor sunt species, sanguis, bilis, aqua, & pituita. Homo enim tot sibi cognatas species habet, ex quibus tũ morbi fiunt, tum diiudicantur. Atq; hæc mihi quidem de genitura dicta sunt, & vnde, & quanã ratione, & quanam ex causa ortũ habeat, & in quibus, & quare nulla insit, simulq; de virginum mẽsibus. Mulieribus autem in coitu attrito pudendo & commotis vteris, pruritus quidam in seipsis sentitur, & reliquo corpore voluptas calórque exoritur. Semen verò è corpore etiam emittit mulier, interdum quidem in vterum, ex quo humidus redditur; nonnunquam verò foras, si plus æquo vterus dehiscat.

τείνουσι γὰρ ἐς τοῦτον, ὁκόταν πλῆτος τοῦ σώματος. καὶ ἀφικνέεται ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου ἐς τὸν ὀσφῦν, καὶ ἐς πᾶν τὸ σῶμα, καὶ ἐς τὸν μυελόν, καὶ ὀξὺ αὐτοῦ τείνουσιν ὀδοὶ, ὥστε καὶ ὀπίσω τοῦ ὑγροῦ ἐς αὐτὸν καὶ ἀποχωρέειν. ἐπὶ δὲ ἐλθῃ ἐς τοῦτον τὸν μυελὸν ἡ γονὴ, χωρέει καὶ διὰ νεφρεών. αὕτη γὰρ ἡ ὁδὸς ὕστατη ἀφὰ φλεβῶν. κεῖνται ① νεφροὶ ὑπὸ κοιλίῃσιν, ἔστιν ὅτε καὶ αἷμα ξυμφέρεται. πορὴ δὲ τῶν νεφρῶν, ἔρχεται ἀφὰ τῶν ὀρχίων μεσάτων ἐς τὸ αἰδοῖον. καὶ χωρέει οὐχ ὅπη τὸ οὖρον, ἀλλὰ ① ἄλλη ὁδός ἐστιν αὐτῆς ἐχεμύθη. καὶ ① ἐξονειρώσσοντες ἀφὰ τάδε ἐξονειρώσσουσιν· ἐπὴν τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι, ἀφακεχυμένον ἔῃ καὶ ἀθέρμον, εἴτε ὑπὸ ψαλαπωσίης, εἴτε ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀφροῦ. καὶ ἀποκρινομένου ἀπ' αὐτοῦ ὁρᾶν πρῆγμα τοιοῦτον οἷόν περ γίνεται. ἔχει γὰρ τὸ ὑγρὸν τοῦτο ὅκωσπερ γινώσκει. ἀλλ' οὔ μοι δοκέει ὀνειρωσσόντων καὶ πλῆτος τοῦ νοσήματος τί ἐστι, καὶ ὁκόθεν ἐργάζεται, οὐδὲ περὶ γονῆς. οὐδὲ μὴν ἐς τοῦτο μοι εἰρέαται. ① ὅτι δὲ εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ γίνονται, ὅτι σφέων ἡ δίοδος ἀμηδώεται τῆς γονῆς. ἔστι γὰρ δι' αὐτῶν τῶν ὀρχίων ἡ ὁδός. καὶ νεῦρα τείνει λεπτὰ καὶ πυκνά, ἐς τὸ αἰδοῖον ἐκ τῶν ὀρχίων οἷσιν ἀείρεται καὶ καθίεται. καὶ ταῦτα ἐν τῇ τομῇ ἀποτέμνεται, διότι καὶ οὐκ ἂν ἀφροῖσιν ① εὐνοῦχοι γένοιντο. τῶν δὲ τὰ δεξιὰ ἐκτεμνόντων, ἡ ὁδὸς τῆς γονῆς ἐμπεφράκται. πορεύονται γὰρ ① ὄρχιες καὶ τὰ νεῦρα σκληρὰ καὶ μορφὰ γινόμενα ὑπὸ τῷ πώγωνι, οὐ δυνάμενα τείνειν καὶ χαλᾶν. ὁκόσοι δὲ πρὸ οὗ τετμήμεθα εἰσίν, οὗτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφίασιν ὀλίγον ὑγρὸν, καὶ ἀσθενές, καὶ ἄγονον. χωρέει γὰρ τὸ πλῆσον τῆς γονῆς, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πρὸς τὰ οὐατα, ἐς τὸν νοτιαῖον μυελόν. αὕτη δὲ ἡ δίοδος ὑπὸ τῆς τομῆς οὐλῆς γενομένης, στερεὴ γίγνεται. τοῖσι δὲ παιδίοισι, λεπτὰ τὰ φλέβια ἐόντα καὶ πληρούμενα, κωλύει τὴν γονὴν ἰέναι. καὶ ὁ κνησμὸς, οὐχ ὁμοίως προσγίνεται. ἀφὰ τοῦ οὐδὲ κλονέεται ἐν τῷ σώματι τὸ ὑγρὸν, ἐς ἀπόκρισιν τῆς γονῆς. καὶ τῇσι παρθένοισι μέχρις οὗ νέαι ἔωσιν, οὐ χωρέει τὰ καταμήνια, διὰ αἰτίον τὸ αὐτό. ἐπὴν δὲ αὔξωνται καὶ παῖς καὶ παρθένος, αἱ φλέβες αἱ ἐς τὸ αἰδοῖον τεῖνουσαι τοῦ παιδὸς, καὶ τῆς παρθένου, καὶ ὅτε μήτρας, εὐρέαι γίνονται ὑπὸ τῆς αὐξίος, καὶ σωμοῦνται, καὶ ὁδὸς καὶ δίοδος ἀφὰ γενέων γίνεται. καὶ τὸ ὑγρὸν κλόνησιν τότε ἴσχει. θύρυχος γὰρ ① τότε γίγνεται, ἔνθα κλονήσει. καὶ τῷ παιδὶ χωρέει, ἐπὴν ἀδρὸς ἔῃ, ἀφὰ τοῦδε καὶ τῇ παρθένῳ τὰ καταμήνια. τοῦτο δέ μοι οὕτως ἀποπέφανται τὸν ὑγρὸν φημὶ ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μεμβρανέων, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. εἰσὶ δὲ τέτταρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ αἷμα, χολὴ, ὕδωρ, καὶ φλέγμα. τοσαῦται γὰρ ἰδέαι ἔχει ξυμφυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ, καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νοῦσοι γίνονται, ἢ αἱ ἐκ νόσων ἀφακρίσιες. καὶ τοῦτο μὲν εἰρέαται μοι περὶ γονῆς. ὁκόθεν γίγνεται, καὶ ὅκως, καὶ διότι, καὶ οἷσιν οὐ γίγνεται, καὶ διότι οὐ γίγνεται, καὶ περὶ καταμηνίων παρθένων. τῆσι δὲ γυναιξὶν ἐν τῇ μίξει τετρωμένου τοῦ αἰδοίου, καὶ τῶν μητρέων κινουμένων, ὥστε κνησμὸν ἐμπίπτειν ἐς αὐτάς, καὶ τῷ ἀνδρὶ σώματι ἡδονὴν καὶ θέρμην παρέχειν. μετὰ δὲ καὶ ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ σώματος. ὅτε μὲν ἐς τὰς μήτρας, αἱ δὲ μῆτραι ὑγραλέαι γίνονται, ὅτε δὲ καὶ ἔξω, ὑπὸ χάσκουσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ καιροῦ

ἥδεται ἐπὶω ἀρξεται μίσγεσθ. ἀφ' ὅσον τ̃ χρόνον, ἐγχεις αὖ αὐτὸ μεθῇ ὁ ἀνὴρ· κἀκ μὲν ὀργᾶ ἡ γυνὴ μίσγεσθ, τοσοῦτον τ̃ ἀνδρὸς ἀφίσ. ἢ δ' λοιπὸν οὐκ ἔτι ὁμοίως ἥδεται ἡ γυνή. ἐὰν μὲ ὀργᾶ, σωτελέσ τ̃ ἀνδρὶ ἡδονήν· ἢ ἔχει οὕτως, ὥσπερ ἐάν τις ὕδατι ζέον, ἕτερον ψυχρὸν ὕδωρ ὀπτιχέσ, παύε ζέον. ὅτω ἢ γυνὴ πεσοῦσα τ̃ ἀνδρὸς ἐς τὰς μήτρας, σβέννυσι τ̃ θερμὸν, ἢ τ̃ ἡδονὴν τ̃ γυναικός. ὀξαίας γ' ἡ ἡδονὴ ἢ θερμὴ ἅμα τῇ γονῇ πεσοῦσα εἰς τὰς μήτρας, ἔπειτα λήγ· ὥσπερ εἴ τις ὀπτι φλόγα οἴνου ὀπτιχέσ, συμβαίνει τοιοῦτον ὀπτιχέσ, ζυμβαίνει τοιοῦτον· ὀξαίας δ' τ̃ φλόγα ἢ ὀξεῖαν δι' ὀλίγου, τοιοῦτος τ' ὀπτίχυσιν τ̃ οἴνου, ἔπειτα λήγει. ὡσαύτως γ' ἢ τῇ γυναικὶ ἡ θερμὴ ὀξαίνεται τοιοῦτος τὸν ἀνδρὸς, ἔπειτα λήγ. ἧσσον γ' πολλῷ ἥδε γ' ἡ γυνὴ τ̃ ἀνδρὸς, ὅν τῇ μίξ. πλείονα γ' χρόνον, ὁ ἀνὴρ. ὅθεν μανθάνομεν ὁ ἀνὴρ ἥδεται, ἀποκρίνεται αὐτῷ ὀξαπίνης ἀπὸ τ̃ σώματος ἀπὸ σαφεσχῆς ἰσχυροτέρης, ἢ τῇ γυναικί. ἔχει γ' τόδε τοῦτο τῆσι γυναιξὶν, ἐὰν μὲν μίσγωνται ἀνδράσι, μᾶλλον ὑγιαίνουσιν· ἐὰν γ' μή, ἧσσον. ἅμα μὲν αἱ μήτραι, ἰκμαλέαι γίνονται ὅν τῇ μίξ. ἢ δ' ξηραὶ ἐοῦσαι μᾶλλον τ̃ χαρᾶ, συστρέφονται ἰσχυρῶς. συστρέφόμεναι γ' ἰσχυρῶς· πόνον τῷ σώματι παρέχουσιν· ἅμα γ' ἡ μίξις τ̃ αἷμα θερμαίνουσα καὶ ὑγραίνουσα, ποιεῖ ὁδὸν ῥηϊτέρην τοῖσι καταμηνίοισι. τῶν γ' καταμηνίων μὴ χωρεόντων, τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ὀπτίνονται· ὀπτίνονται γίνονται. διότι γ' ὀπτίνονται γίνονται, εἰρήσεται μοι ὅν τῆσι γυναικείοισι νούσοισι. καὶ τοῦτ' μὲν μοι εἰρέαται ἐς τοσοῦτον. ἐπὶω γ' μιγῇ ἡ γυνὴ, ἐὰν μὲν μὴ μέλλῃ λήψεσθαι παρὰ ἑωυτῆσ, παρὰ τῷ ἔξω χωρεῖ ἔξω ἡ γονὴ ἀπ' ἀμφοτέρων, οὐκέτι μὴ γυνὴ ἐμπλήσῃ. ἐὰν γ' μέλλῃ λήψεσθαι, οὐ χωρεῖ ἔξω, ἀλλ' ἐμμένει ὅν τῆσι μήτρῃσιν ἡ γονή. αἱ γὰρ μήτραι δεξάμεναι καὶ μύσασαι, ἔχουσιν ὅν ἑωυτῇσιν, ἅτε σύμφυτος τ̃ σώματος ἐοῦσ τ̃ ἰκμάδος, καὶ μίσγεται ὁμοῦ, τό, τε ἐκ τ̃ ἀνδρὸς ἐὸν, καὶ τὸ ἀπὸ τ̃ γυναικός· ἐὰν ἡ γυνὴ τόκων ἔμπειρος ἔῃ, καὶ συνοίσῃ ὁκότε μὴ γονὴ ἐπὶ δεξέλθῃ ἀλλ' ἐμμείνῃ, εἰδήσ ἡ ἡμέρῃ ἔλαβεν ἐς ἑωυτήν· ἔχει γ' οὕτως καὶ τόδε. ὅτε μὲν ἰσχυροτερόν ἐστι τὸ μεμιγμένον ἀπὸ τ̃ γυναικὸς, ὅτε γ' ἀσθενέστερον καὶ τὸ ἀπὸ τ̃ ἀνδρὸς, ὡσαύτως. καὶ ἔστι καὶ ὅν τῷ ἀνδρὶ, τὸ θῆλυ σπέρμα καὶ τὸ ἄρσεν καὶ ὅν τῇ γυναικὶ ὁμοίως. ἰσχυρότερον δὲ ἐστι τὸ ἄρσεν τ̃ θήλεος. ἀνάγκη οὖν ἐοντ̃ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. ἔχει γ' καὶ τόδε, ὅτω. ἐὰν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ μεμιγμένον· ἐὰν γ' ἀσθενές, θῆλυ. ὁκότερον δ' αὖ κρατήσῃ τὸ πλῆθος, τοῦτο καὶ γίνεται. ἐὰν γὰρ πολλῷ πλέον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα τ̃ ἰσχυροτέρου, κρατεῖται τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μεταβάλλει τῷ ἀσθενεῖ, ἐς θῆλυ τρέπεσθαι. ἐὰν γ' πλέον ἔῃ τὸ ἰσχυρὸν τ̃ ἀσθενέος, κρατηθὲν τὸ ἀσθενὲς, ἐς ἄρσεν τρέπεσθαι. ὥσπερ ἐάν τις κηρὸν καὶ στέαρ μίξας ὁμοῦ, πλέον ἐμβάλῃ τὸ στέαρ, τήκεται τοῖς πυρὶ, μέλις μὲν ὑγρὸν, οὐ δῆλον γίγν τὸ κρατέον. ἐπὶω γ' παγῇ, τότ' ἐμφανὲς γίγν, ὅτι κρατέει τὸ στέαρ τ̃ κηροῦ κ' τ̃ πλῆθος. ὅτως ἔχει καὶ τ̃ ἄρρενος καὶ τ̃ θήλεος ἡ γονή. ξυμβαίνει δὲ καὶ ὅν τῇ γυναικὶ καὶ ὅν τῷ ἀνδρὶ, εἶναι γόνον καὶ θήλεος καὶ ἄρσενος, τοῖσιν ἐμφαίνεσι γινομένοισι. πολλαὶ γὰρ γυναῖκες ἤδη ἐθηλυτόκησαν πρὸ ἀνδρῶν ἄλλοις· τοῖσδε γ' ἑτέρους ἀνδρῶν ἔχουσαι, ἐκουροτόκησαν.

Illa etiam vbi coire cœperit, toto tempore voluptatem percipit, dum vir semen emiserit. Quòd si coitum ardenter quidem mulier appetat, ante quàm vir semen emittit, neque deinceps eadem voluptate perfunditur: sin verò venerem non vehementer appetat, vnà cum viro voluptate affici desinit. Ac habet se res ad hunc modum, vt si quis ad aquam feruentem frigidam affundat, feruere desinat, ita etiam virile semen in vterum illapsum, mulieris calorem & voluptatem extinguit. Effertur autem voluptas & calor, simul ac semen in vterum decidit, deinde desinit, non secus ac si quis ad flammam vinum affundat, ea primum ad vini affusionem attollitur, & paulatim increscit, deinde desinit: eodem modo in muliere calor ad viri semẽ effertur, postea desinit. At verò in venere exercenda longè minorem quàm vir, voluptatem mulier percipit, vir verò etiam diuturniorem. Cúmque maiorem vir percipiat voluptatem, ei repente ab humido maiore agitatione quàm mulieri secernitur. Sic autem se res habent mulierum, si quidem cum viris rem habeant, magis sanæ sunt; sin contra, minus bene habent. Nam & coitu vteri humidiores euadunt, qui si plus æquo siccescant, vehementer contrahuntur, sicque contracti corpori dolorem afferunt, simulq; coitus sanguinem excalefaciens & humectans, causa est vt menses faciliùs profluant, quibus minimè prodeuntibus, morbis obnoxiæ mulieres redduntur. Cuius rei causam in morbis muliebribus exponemus. Ac de his quidem hæc dixisse satis sit. Post coitum autem, siquidem mulier minimè conceptura sit, semen ab vtrisque emissum, pro more foras cùm volet, profluet. Quòd si conceptura sit, semen minimè foras profluit, sed in ipso vtero manet. Eo namque excepto vterus clauditur & retinet, eius nimirum oſculo ob humiditatem contracto, simulq; miscetur tum quod à viro, tum quod à muliere procedit. Quòd si mulier partum aliquando experta fuerit, & animaduerterit quando genitura non exciderit, sed intus remanserit, sciet qua die conceperit. Sic quoque se res habet. Quod à muliere emissum est, quandoque quidem robustius est, quandoque verò imbecillius. Similiter quoque quod à viro emissum est se habet. Et in viro tum muliebre, tum masculum semen inest, eodémque modo in muliere se habet. Masculum verò fœmineo robustius est. Generationem igitur à robustiore fieri necesse est. Hoc quoque modo se res habet. Si quod ab vtroque semen prodit robustius fuerit, mas generatur, si debile, fœmina. Vtrumlibet verò copia superarit, illud ipsum generat. Si nanque debilius semen multò maiore copia valentius superet, euincitur quod valentius est, & debili permixtum ad fœminam transfertur. Quòd si validum debili copiosius fuerit, superatur debile, & ad marem redigitur. Ac veluti si quis ceram & adipem simul commiscear, & adipe multo maiore copia addito, ea ad ignem liquefaciat, dum quidem liquida fuerint, quod copia superat manifestum non est, vbi verò concreta fuerint, tunc quòd adeps ceram copia superat conspicuum est. Sic maris & fœminæ genituram se habere existimandum est. Quòd autem tam in muliere quàm viro, tum fœmineum, tum masculum semen insit, ex his quæ manifestè contingunt coniicere licet. Plæræque enim mulieres suis viris fœminas iam peperere, quæ cum aliis congressæ, ex iis filios susceperunt.

Et viri illi ipſi quibus mulieres fœminas peperêre,cũ aliis mulieribus congreſſi, maſculam prolem genuerunt,& quibus maſculus fœtus ſuſcipiebatur, cum aliis mulieribus congreſſi, fœminas genuerũt. Eoq; modo hæc ratio demonſtrat,tam virum quàm fœminam,& fœmineum, & maſculum ſemen continere. Siquidem quæ fœminas ſuſcipiebãt, in iis quod erat validius à debilioris copia ſuperabatur, & fœmellæ generabantur. Quæ verò mares ſuſcipiebant, in iis quod erat debilius ſuperabatur, & mares gignebantur. Neq; verò ab eodem viro ſemẽ validum,neq; ſemper debile procedit, ſed alias aliud, & in muliere ad eundem modum ſe habet, vt proinde minus mirum videatur,eaſdem mulieres eoſdemq; viros & maſculam & fœmineã prolem gignere. Eadem verò in brutis,tum fœminam, tum marem procreãdi, ſeminisq; ipſius eſt ratio. Prodit autem & mulieri & viro ab vniuerſo corpore, & ab imbecillibus imbecillum, & à validis validum, eodemq; modo fœtui diſtribui neceſſe eſt. Cumq; plus ex viri quàm mulieris corpore ad genituræ acceſſerit, fœtus ille patris magis erit ſimilis, cùm verò plus ex muliere prodierit, matrem magis referet. Neq; verò fieri poteſt,vt per omnia matris ſimilis ſit,patrem nihil referat, aut contra, neque alterum referat. Verùm vtriuſque aliqua in re ſimilẽ eſſe neceſſe eſt, ſiquidem ex vtriſque ſemen ad procreandum fœtum prouenit. Quiſquis autem plus & ex pluribus corporis partibus ad ſimilitudinem contulerit,illius pluribus in rebus ſimilis erit. Ac interdũ contingit, vt nata filia, maiore ex parte, patrem melius quàm matrem referat, & editus filius nonnunquam matris magis quàm patris ſimilis exiſtit. Atq; hæc mihi tamq; multa ſunt ſuperioris ſententiæ argumenta, quòd tum in muliere, tum in viro, & maſculæ, & fœmineæ prolis generandæ facultas ineſt. Quinetiam iſtud interdũ contingit, vt tenues & imbecilli fœtus ex parentibus craſſis & robuſtis gignãtur. Quod ſi multis iam editis eiuſmodi liberis accidat, fœtum in vtero ægrotaſſe perſpicuum eſt, vel à matre aliquid eius incrementi foras prodiiſſe, vtero nimirum dehiſcente,proindeq; debilem exiſtere. Animantium autem quodcunq; pro virium ſuarum ratione ægrotare videtur. At verò ſi omnes editi liberi debiles extiterint, vteri plus æquo anguſti in cauſa eſſe exiſtimantur. Siquidem cùm deſit amplum ſpatiũ in quo fœtus nutriatur, ipſum debilẽ exiſtere neceſſe eſt, deficiente nimirũ ſatis amplo ad incremẽtum ſpatio. Quod ſi neque deſit amplum ſpatium,neque fœtus ægrotet,æquum eſſe videtur,vt ex magnis parentibus magnus partus edatur. Iſtud autem hoc modo ſe habet, perinde ac ſi quis cucumerẽ iam defloreſcentem, tenellum tamen & adhuc cucumerario adhæreſcentem, in vas aliquod anguſtum impoſuerit, æqualis ac ſimilis ipſius vaſis anguſti cauitati euadet. Ac ſi quis in vas amplũ imponat,quod probè cucumerẽ capere poſſit, neq; eo multò maius ſit, æqualis etiã & ſimilis vaſis cauitati cucumis euadet. Increſcẽdo enim vaſis capacitatem æmulatur,& quæ è terra ferè naſcũtur omnia, eodẽ quo quis ipſa coegerit proueniũt modo. Ad eundẽ quoq; modũ in puero ſe habet, ſiquidem ampliore loco incrementum accipiat, maior, ſin verò anguſtiore, minor euadit. At verò mutilari in vtero puerum cenſeo, vel colliſione,ſi circa fœtum mater percuſſa fuerit,vel in eum ceciderit, vel aliam vim quampiam perpeſſa fuerit.

καὶ ⓐ ἄνδρες ⓐ αὐτοὶ κεῖνοι, περὶ οἷσιν ἐθηλυτόκεον αἱ γυναῖκες, ἑτέρων γυναικῶν ἐς μίξιν ἀφιγμένοι, ἄρσενα γόνον ἐποίησαν· καὶ οἷσιν ἄρσεν γόνος ἐγίνετο, ἐς ἑτέρας γυναῖκας μιγέντες, θήλεα γόνον ἐποίησαν. οὕτως ὁ λόγος ἁρμόζει καὶ ⓜ ἀνδρὶ καὶ τῇ γυναικί. ἔχειν καὶ θήλεα γόνον, καὶ ἄρσενα, τῷδε μὲν τοῖσιν ἐθηλυτόκεον, ἐκρατέετο δὲ ἰσχυρότερον, πλέονος ἡμισυτέου τοῦ ἀσθενέος, καὶ ἐγίνετο θήλεα. τῷδε δ' τοῖσιν ἐκυοφορέετο, ἐκρατέετο δὲ ἀσθενέστερον, καὶ ἐγίνετο ἄρσενα. χωρὶς δ' οὐκ ἀεὶ τοῦτο [11] ἀπὸ τοῦ αὐτέου ἀνδρὸς ἰσχυρὸν ἀλλ' ὧδε ἀσθενὲς ἐς ἀεί. ἀλλ' ἀμήτορε ἀλλοίη. [12] καὶ τ' γυναικὸς οὕτως ἔχει· ὡς μὴ θαυμάζειν τὰς αὐτὰς γυναῖκας καὶ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, γόνον καὶ ἄρσενα καὶ θήλεα ποιέειν. ἔχει δὲ [13] καὶ τοῖσι κτιλώεσιν οὕτως, τὰ μὲν θήλεα γόνος θήλεος καὶ ἄρρενος. καὶ ἐν αὐτῇ σφὶ τῇ γονῇ, ὀξέρχεται καὶ τ' γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν ἀσθενέων, ἀσθενὴς· καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν, ἰσχυρή. καὶ τῷ τέκνῳ οὕτως ἐστὶν ἀνάγκη, ἀποδίδοσθαι. [14] καὶ ὁκόθεν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ ἀνδρὸς πλέον ἔβη ἐς τὸν γενέα ἢ τ' γυναικὸς, τὸ τέκνον κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῷ πατρί· ὁκόθεν δ' ἂν πλέον ἔλθῃ [15] ἀπὸ τ' γυναικὸς τοῦ σώματος, κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῇ μητρί. ἔστι δ' ὅτε αὐτὸν πρώτα τῇ μητρὶ ἐοικέναι, τῷ δὲ πατρὶ μηδέν, [16] ἢ τὸ ἐναντίον τούτου, μηδ' ἑτέρῳ ἐοικέναι μηδέν· ἀλλ' ἀμφοτέροισιν, ἀνάγκη δὲ ἐστὶν ἐοικέναι τινί. [17] εἰ γὰρ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων, τὸ σπέρμα χωρέει ἐς τὸ τέκνον. ὁκότερος δὴ ἂν πλέον ξυμβάλῃ ⓒ ἐς τὸ ἐοικέναι ⓒ ἀπὸ τῶν πλείστων μορίων τοῦ σώματος, κείνῳ τῷ πλείονα ἔοικε. ⓒ ἔστιν ὅτε θυγάτηρ ἡμισυνθῇ, τὰ πλείονα ἔοικε κάλλιον τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρί. ⓒ κὤρος γενόμῃ, ἔστιν ὅτε κάλλιον ἔοικε τῇ μητρὶ, ἢ τῷ πατρί. ⓒ τῷδε μοι ⓒ τοσαῦτα ἔστιν ἰσόρεα τῷ τοιούτῳ λόγῳ, ὅτι ἔνεσι ⓒ ἐν τῇ γυναικὶ ⓒ ἐν τῷ ἀνδρὶ, ⓒ κυοφορίη ⓒ θηλυτοκίη. ἔχει δ' ⓒ τόδε. ἔστιν ὅτε τὰ τέκνα λεπτὰ ⓒ ἀσθενέα ἔῃ, ὀκ παχέα ⓒ μὴ ὑγρὰ, παχέων τε καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων. κἀὼ μὲν πολλῶν ἤδη ἡμισυνθέντων τῶν παιδίων [18] τοιοῦτον γένη ⓒ, δῆλον ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐόσησε ὁ ἔμβρυον, [19] καὶ ἀπὸ τ' μὴ ὑγιὲς, ἢ τ' αὐξης αὐτῷ ἔξω πεφυκότι, τῶν μητρέων χαμηστέων μᾶλλον, καὶ διὰ τοῦτο ἀσθενὲς ἐλύγει. νοσέει δ' ζώων ἕκαστον, καὶ τ' ἰσχνὸν ἐοῦτο. ἰὼ δ' πάντα τὰ ἡμιόλια παιδία ἀσθενέα ἔῃ, αἱ μῆτραι αὗται εἶσι, γενόμεναι ἐοῦσαι τοῦ καμόντος. ἰὼ γὰρ μὴ ἔχῃ ὑστερικὸν, ἔνθα ὁ ἔμβρυον τραφείη ἀνάγκη ὀκὼς λεπτὸν ἡμιόλιον, ἅτε ὀκ ἔχον τὴν αὐξὴν ὑστερικόν· ἰὼ δ' ἔχῃ ὑστερικὸν ⓒ μὴ νοσέῃ, ὁπόταν ἐς μεγάλων τοκέων, μέγα τέκνον γίνεσθαι. ἔχει δ' οὕτως, ὥσπερ εἴτις σίκυον ἤδη ἀπτὴν ἐκπόα, ἐόντα δ' νεογνὸν, ⓒ τοσοῦτον τῷ σικυηλάτῃ, [20] θεῖη ἐς ἀρυσσίδα, ἐξαίρῃ τ' ἀρυσσίδος ὧδε κοίλῳ ⓒ ὁμοίος. ἰὼ δὲ τις ⓒ ἐς ἄγγος θῇ μέγα, [21] ὅτι ὁπόταν ἐστὶ σίκυον χάδλιν, ἀλλὰ μὴ πολλῷ κάρτα μέζ τ' φύσις τοῦ σικύου, ἴσος ἔῃ ὁ σίκυος τῷ ἀγγέος ὧδε κοίλ καὶ ὁμοίος· ἐείζῃ δὲ ἐν τῇ αὐξῃ ὧδε κοίλῳ τοῦ ἀγγέος. χρὴ δ' ⓒ πάντα τὰ φυόμενα οὕτως ἔχει, ὅκως ἂν πίσκαζανα κάσῃ αὐτὰ, οὕτω δὴ ἔχει ⓒ ὧ παιδίῳ, ἰὼ μὲν ὑστερικὸν ⓐ ἔῃ ἐν τῇ αὐξῃ, μεῖζον γίγ. ἰὼ δ' ὑστερικὸν ἐλάσσον. ὃ πρωθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον, φημὶ αὐτὸ, ἢ φλαῦ πρωθῆναι τ' μὴ ὑγιὲς ὠληγείσης τ' ὀμβρυον, ἢ πεσόντ. ἢ ἄλλῳ τινὸς βιαίῳ. πάθηματος προσγιομένου τῇ μητ-

[22] ἰὼ ἡ φλεβοδὴ ταύτη, πηροῦται τὸ παιδίον. ἰὼ ἡ μηδὲν φλεβοδὴ τὸ ἔμβρυον τῶ ὑμένος ῥαγέντος τῶ περιέχοντος αὐτό, φθείρεται τὸ ἔμβρυον· ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ τοιῶδε πηροῦται παιδία, ἐὰν ἰὼ ἐν τῆσι μήτρῃσι κῆ τὸ χωρίον κακῶς κὴ ἐπηρῶδες γένον ἔῃ, καὶ ἀνάγκη ἐν γενῷ κινουμένου τὸ σῶμα τος, πηροῦσθαι κατ' ὀκρίον τὸ χωρίον. ὥσπερ κὴ τὴν δένδρων ἄλσα ἐν τῇ γῇ ἐόντα, μὴ ἔχη βύρυχωρείη, ἀλλ' ὑπὸ λίθου ἢ ὑπό τινος ἄλλου ἀποληφθῇ, καὶ τέλλον σκολιὸν γίνεται. [23] ἢ τῇ μὲν παχύ, τῇ δὲ λεπτόν. οὕτω δὲ ἔχει [24] κὴ ὦ παιδίῳ γινέσθω, ἰὼ ἐν τῆσι μήτρῃσι κατά τι τῶ σώματος, τὸ μὲν τερον ἐὸν ἑτέρου τ' ἑτέρου. ὅτι κὴ ὀκ πεπηρωμένων ἀνθρώπων, ὑγιέα γίνεσθαι τὰ παιδία, ὡς ἐπὶπλεῖστον συμβαίνει. ἔχει γὰρ ⟨ν⟩ ἀριθμὸν πᾶν τὸ πεπηρωμένου τοῦ ὑγιέος, ἐπεὶ δὲ τι ⟨α⟩ νόσημα προσπέσῃ, [25] κὴ τοῦ ὑγιεῦς αὐτοῦ, ἀφ' ἧς ἀπόρμα γίνεται, τέσσαρες ἰδέαι ἐοῦσαι. ὁκόταν ἐν φύσει ὑπάρξαν, τὸ γενέσθαι, οὐκ ὀλίγα παρέχουσιν. [26] ἀλλ' ἐνέγκειν δὲ τὸ κὴ τὸ πεπηρωμένον. οὐ θαῦμα δέ μοι δοκέει, κὴ πηρωθῆναι, καθάπερ ὁ ὀκλάζων. ταῦτα δέ μοι ἐν τούτοισι εἰρέαται· καὶ ἀνέκαθεν μὲν αὖθις ὀπίσω, ἐς τὸ λόγου οὗ ἔλεγον.

Qua verò parte colliditur, ea mutilatur puer. Quòd si vehementiùs etiam colliditur, ita vt quę eum continet membrana disrupta sit, corrumpitur fœtus. Quin & alio huiusce modi modo mutilantur pueri, vbi vteri locus in quo mutilati fuerint angustus fuerit, cùm necesse sit corpus quod angusto loco mouetur, illic mutilum fieri. Non secus ac arbores quæ terra continentur, neque satis amplum spatium habent, sed vel à lapide, vel alia quapiam re detinentur, cùm exoriuntur, tortuosæ euadunt, aut parte vna crassæ, altera tenues: sic certè circa puerũ contingit, si pars quædam corporis in vtero angustiore loco quàm antea contineatur. Ex mutilatis autem hominibus vt integri pueri nascantur, vt plurimùm contingere solet, cùm quod mutilatum est omnem partium numerum expleuerit, perinde ac sanum. Verum vbi parentes morbo aliquo laborare cõtigerit, neq; humidi ipsius, ex quo semen oritur, species quatuor quæ natura insunt, genituram totam præbuerint, sed imbecillior sit quæ ex mutilato membro prouenit, nil mirum videri debet, si vt parens ita & fœtus mutiletur. Et hæc mihi ea de re dicta satis sunt. Iam verò quem initio proposui sermonem repetam.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ.

HIPPOCRATIS DE NATVRA PVERI, LIBER.

[1] Ἢν ἡ γονὴ μείνῃ ἀπὸ ἀμφοῖν ἐν τῆσι μήτρῃσι τῆς γυναικὸς, πρῶτον μὲν μίσγεται ὁμοῦ, ἅτε τῆς γυναικὸς οὐκ ἀτρεμεούσης, καὶ ἀθροίζεται τε παχύνεται θερμαινομένη. ἔπειτα πνεῦμα ἴσχει, ἅτε ἐν θερμῷ ἐοῦσα. ἔπειτα τῆς μήτρης πνεούσης. ἔπειτα δὲ τὸ πνεύματος ὅτῳ πλαδῇ, ὁδὸν ⟨α⟩ ἀπ' ἑωυτοῦ ἔξω ποιέει κατὰ μέσον τῆς γονῆς τὸ πνεῦμα ἔξεισιν. ὅταν δὲ ὁδὸς γένηται τοῦ πνεύματος ἔξω θερμῷ ἐόντι, αὖθις ἕτερον ψυχρὸν ἐσπνέει ἀπὸ τῆς μήτρης. καὶ τοῦτο ποιέει ἀεὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου. θερμαίνεται μὲν γὰρ, ἅτε ἐν τοῦ θερμῷ ἐοῦσα· ψυχρὸν δ' ἴσχει, ἀπὸ τῆς μήτρης πνεούσης. πνεῦμα δ' ὁκοῖόν θερμαίνεται, πνεῦμα ἴσχει. ὃ δ' πνεῦμα ῥήγνυσι καὶ ποιέει ⟨α⟩ ὁδὸν αὖθι ἐωυτοῦ καὶ χαρέες ἔξω. αὖθι δὲ τὸ θερμαινόμενον, ἕλκει ἐς ἑωυτὸ αὖθις ἕτερον πνεῦμα ψυχρόν· ὅσα τῆς ῥαγῆς ἀφ' οὗ πέφευγε. τοῦτο δ' γίνεται καὶ ὅτι τὰ ξύλων, καὶ ὅτι τὰ σίλλων, καὶ σπορτὰ καὶ ποτὰ ὁκόσα θερμαίνεται ἰσχυρῶς. σύνοισα δὲ παρέξει ξύλα χαιόμενα. ἄπνοα μὲν γὰρ ξύλα ποιήσει τοῦτο. μάλιστα δὲ τὰ νεοτμητα. μεθίσι γὰρ τὸ τοιοῦτο πνεῦμα. τὸ δὲ πνεῦμα ὁκόταν ἔξω χωρήσει, ἐλίσσεται ὧδε τὸ τοιοῦτο. καὶ τοῦτο γινόμενον ὁρῶμεν ἀεί. δῆλος οὖν ὁ ὀκλογισμὸς ὅτι τοῦ πνεύματος, ὃ τι ἐν τῷ ξύλῳ ἐὸν θερμὸν, αὖθισ ἄ ἕτερον ψυχρὸν, ἀφ' οὗ πέφευγε, καὶ ὑπὸ ἑωυτοῦ ἀφῆκεν. εἰ μὲν γὰρ μὴ αὐτέσαι, οὐκ ἂν τὸ πνεῦμα ἐλίσσεσθαι ἔξω ἰόν. [2] πνεῦ γὰρ τὸ θερμὸν, τοῦ ψυχροῦ πέφευγε τοῦ μετεόν. καὶ ὁκόταν διαθερμανθῇ τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῷ ξύλῳ ἐνεόν, πνεῦμα γινόμενον. χαρέες ἔξω ἕτερον ψυχρόν. ἀφ' οὗ πέφευγε. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ σίλλα χλωρά. ὅταν δὲ καίηται πνεῦμα ἴσχει.

SI genitura ab vtroq; parente profecta in mulieris vtero permanserit, primum quidem, cùm mulier minimè quiescat, simul permiscetur, condensatur, & calore increscit, deinde spiritum concipit, tũ quia loco calido existit, tum quia mater spirat. Quæ cùm spiritus plena fuerit, viam ipse sibi foras facit, qua per mediam genituram exeat. Vbi verò via facta spiritus ille calidus foras eruperit, alium rursus frigidũ à matre ad se attrahit, idq; toto tempore perseuerat. Incalescit siquidem cùm loco calido existat, matre autem spirante, frigidum concipit. Quæ verò calent omnia, spiritum continent. Erumpit autẽ spiritus, viamque ipse sibi aperit & foras fertur. Quod verò incalescit, alium rursus ad se spiritum frigidũ, quo nutriatur, per scissuram attrahit. Quod etiam contingit in lignis, foliis, & cibis & potibus, quæ vehementer incalescunt. Id verò videre licet in lignis ardentibus. Quæ quidẽ omnia istuc faciunt, tum verò præcipuè si subuiridia fuerint. Spiritum siquidem per iectionẽ emittunt, qui vbi foras prodierit, circa fissuram conuoluitur, idq; perpetuo fieri videmus. Bene igitur subducta ratione, existimare licet, quòd spiritus in ligno cùm calidus existat, alium frigidũ, à quo nutriatur, attrahat, & à seipso dimittat. Nisi enim attraheret, spiritus exiẽs minimè cõuolueretur. Omne namque calidum frigido moderato nutritur. Et vbi percalefactum fuerit humidũ, quod in ligno inest, & in spiritum conuersum fuerit, foras prodit, eadémque via qua exit calor ille, qui in ligno existit, alium frigidum, quo nutriatur, attrahit. Ad eundem quoq; modum folia viridia cùm vruntur spiritum concipiunt, καὶ τῆσδε ἕξιον ἔχω ὁ θερμὸν ὁ ἐν τοῦ ξύλῳ ἐνεόν αὖθισ ἄ

qui postea erumpit, & viam sibi faciens foras, conuolutus prodit, cúmque exit strepitum exhibet, quâ parte inspirationem facit. Quin & legumina, triticum & arborei fructus, vbi incaluerint, spiritum concipiunt, qui rima facta foras prodit, & si humida fuerint, copiosiorem spiritum emittunt, & rupturam maiorem efficiunt. Et quid longiore oratione opus est? Quæcunque enim incalescunt, spiritum emittunt, & alium frigidum vicissim, quo nutriuntur, attrahunt. Atque eæ quidem à me adductæ rationes necessariò efficiunt, vt genitura in vtero incalescens, spiritum habere & emittere videatur, simulq; à matre spirante spirationem habere. Cùm enim mater aërem frigidum ad se attraxerit, eo genitura fruitur. Quę cùm loco sit calido, calida est, túncque sanè spiritum concipit & emittit, & spiritu distẽta, membrana obducitur. Ei enim exteriore parte quiddam obtenditur, quod cùm viscidum sit, vndiq; sibi cohæret, & non secus ac in pane tosto, tenue quippiam ad instar membranæ in superficie extat, qui incalescens & inflatus attollitur. Quâ verò parte inflatur, isthinc quod membranam refert, exoritur. At verò vbi genitura tota incaluit, & flatu intumuit, ei exteriore parte membrana circunducitur, per quã ad mediam genituram intrò & foras spiritui transitus fit, eaq; parte membranæ tenue quiddam à genitura recedit, quæ in his locis pauciſſima inest, ipsa verò reliqua in membrana continetur. Equidem genituram sex diebus in vtero retentam & foras prolapsam ipse vidi, & qualis tunc meo iudicio visa est, ex eo reliquorum coniecturam facio. Quanam autem ratione istud viderim, enarrabo. Mulieri nobis familiari perelegans erat fidicina, quæ cum viris conuersabatur, & quam minimè decebat grauidam esse, ne viliore loco haberetur. Hæc audierat quæ mulieres inter se narrant, si quando mulier conceptura sit, genituram intus manere, neque foras egredi. Quibus auditis & intellectis, ea semper in animo habuit, cúmque aliquando genituram non exire percepisset, rem ad dominam detulit, quæ ad me etiam peruenit. Quo audito ipsa vt in terram desiliret iussi. Quod cum iam septies fecisset genitura in terram cum sonitu defluxit. Quam illa videns non sine admiratione spectauit, ego verò qualis erat referam. Vt si quis ouo crudo externam testam vndique auferat, in quo interiore membrana contentus humor pelluceat, ad hunc ferè modum (vt vno verbo dicam) se habebat liquor ille, prætercáque ruber erat & rotundus. Conspiciebantur autem fibræ albæ & tenues in membrana cum sanie crassa & rubra contentæ, & ipsa membrana exteriore parte cruore ad instar fugillatorum suffusa erat. In cuius medio tenue quiddam extabat, quod mihi vmbilicus esse videbatur, & per illum primum respirasse, ex eoq; protendebatur membrana tota genituram complectens. Atque hæc quidem mihi visa est genitura sex diebus concepta. Adducam autem paulò post aliam cognitionis rationem, his omnibus qui horum desiderio tenentur manifestam, quæ quantum homini de re eiusmodi dicere conceditur, omnem orationem meam probabit. Ac de his quidem hactenus. Cùm verò genitura in membrana continetur, spirationem intrò & foras habet, & sanguine à matre in vterũ delapso incrementũ accipit.

ἔπειτα ῥήγνυσι ὃ πνεῦμα καὶ ὁδὸν ποιέεται, καὶ χωρὴς ἔξω ἑλισσόμενον. χωρέον ὑ ψόφον παρέχει, ἢ τὴν ἐλύτρωλὼ ποιέεται. καὶ χέδροπα καὶ σῖτος, καὶ ἀκροδρυα θερμαινόμενα, πνεῦμα ἴσχει, ὃ ἔξω ἐξέρχεται ῥαγὴν ποιησάμενον. καὶ ἰῶ νοτερὰ ἔτι πλέον ὃ πνεῦμα ἀφίησι, καὶ τὴν ῥαγὴν μέζω ποιέεται. καὶ ἵνα δὴ μακρηγορέω; πάντα γὰρ ὁκόσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἀφίησι, καὶ ἕτερον ψυχρὸν ἀντ' τοῦτο ἀνίσωσι, ἀφ' οὗ τρέφεται. καὶ αὗται μοι αἱ ἀναγκαιότατα ἐπηγμέναι εἰσί, ὅτιν γενὴ θερμαινομένη ἐν τῇσι μήτρῃσι, πνεῦμα ἴσχει καὶ ἀφίησι. ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τ μητρὸς πνέουσης, πνεῖν ἴσχει καὶ ἡ γενή. ὁκότ' γὰρ ἡ μητὴρ ψυχρὸν ἑλκύσῃ ἐς ἑωυτὴν ἀπὸ τ ἀέρος, ἐπαυείσκεται ἡ γενή. θερμὴ δέ ἐστι, ἅτε δὴ ἐν θερμῷ ἐοῦσα· καὶ τότε δὴ πνεῦμα ἴσχει καὶ ἀφίησι. καὶ ἡ γενὴ, ὑμεναιοειδὴς φυσιμένη. περιτέταται γὰρ ἀμφ' αὐτὴν τὸ ἔξωθεν, ὑπεχὲς γινόμενον ἅτε γλίσχρον ἐόν, ὥσπερ ἐπ' ἄρτῳ ὀπτωμένῳ; λεπτὸν δίζηται ὑπὸ πολλῆς ὑμεναιοειδές. θερμαινόμενος γὰρ καὶ φυσιούμενος αἴρεται. ἢ δ' ἂν φυσᾶται, κενὴ ὑμεναιοειδὴς γίνεται. τῇ δὲ γενῇ θερμαινομένῃ καὶ φυσωμένῃ πάσῃ, ὑμὴν ἔξωθεν περιγίνεται, κατὰ δὲ μέσον τῆς γενῆς, τῷ πνεύματι διοδος καὶ ἔξω καὶ ἐσω γίνεται διὰ τ ὑμένος. καὶ τούτῳ τ ὑμένος ἀπέχει τὸ λεπτὸν ἀπὸ τῆς γενῆς ὀλίγιστον ἐστιν. αὐτὴ δ' ἡ ἄλλη γενὴ σύμπασα ἐστὶν ὑμήν. καὶ μοι ἐξ ἡμέρας μείνασαν ἐν τῇ μήτρῃ εἶδον γενὴν καὶ ἔγωγε πεσοῦσαν αὐτὴν εἶδον. καὶ οἱ φοιτῶντι μοι ἐφαίνετο ἐν τῇ γνώμῃ τότε, ἀπ' ἐκείνων τὰ λοιπὰ τεκμήρια ποιεύμενος. ὡς δὲ εἶδον τὴν γενὴν ἐκπαῖον ἐοῦσαν, ἐγὼ διηγήσομαι. γυναικὸς οἰκείης μουσοεργὸς ἦν πολύτιμος, παρ' ἀνδρὸς φοιτέουσα, ἣν οὐκ ἔδει λαβεῖν ἐν γαστρί, ὅκως μὴ ἀλιμωτέρη ἔσῃ. ἡ κηκὼ δὲ ἡ μουσεργὸς οἷα γυναῖκες λέγουσι πρὸς ἀλλήλας· ἐὰν μὴ γυνὴ μέλλῃ λήψεσθαι ἐν γαστρί, οὐκ ἔδεν ἐνέχεται ἡ γενή, ἀλλ' ἔνδον ῥυῇ. ταῦτα ἀκούσασα, ξυνῆκε. ἐς τοῦτο ἐφύλασσεν ἀεί. καί πως ὡς ἤκουσε οὐκ ἔδιόσθαι τὴν γενὴν, καὶ ἤνεγκε τῇ δεσποίνῃ, καὶ ὁ λόγος ἦλθεν ἔως ἐμέ. καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἐκελευσάμην αὐτὴν πρὸς τὴν χύτρην πηδῆσαι, καὶ ἐπήδησε· καὶ ἐπεὶ ἤδη ἐπεπήδηκει, ἡ γενὴ κατέρρυη ὅτι τὴν χύτρην, καὶ ψόφος ἐγένετο. καὶ κεῖνη δὲ ἰδοῦσα, ἐθηήσατο καὶ ἐθαύμασεν. ὁκοῖον δὲ ἰῷ, ἐγὼ ἐρέω. οἷς ἔθλις οὐδ' ὠμοῦ τοῦ ἔξω λεπύριον περιέλωσιν, ἐν τῷ ἔνδον ὑμένι, τὸ ἔνδον ὑγρὸν διαφαίνοιτο. τοιοῦτος μὲν οὖν ἰὸς τοιοῦτος, ἄλλος ἐστὶν ἰῷ· ὃ δὲ ἐρυθρὸν καὶ περιφερές. ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνετο σπεῦσαν ἶνες λευκαὶ καὶ παχεῖαι, ἐλληνιστὶ ξυνῆκε παχέα δὲ ἐρυθρά, καὶ ἀμφ' αὐτὴν ὑμένα ἔξωθεν αἱμάλωπες. ἐν δὲ μέσῳ τοῦ ὑμένος, ἀπεῖχε λεπτὸν ὅ, τι μοι ἐδόκεε εἶναι ὀμφαλός. καὶ ἐπὶ τὴν πυέλου καὶ ἐνῆν καὶ ἔξω καὶ ἐπὶ ποιέεσθαι τὸ πρῆγμα. καὶ ὁ ὑμὴν ὁ ἐκ τούτου ἐτέτατο ἅπας, περιέχων τὴν γενήν. τοιαύτην μὲν ἐγὼ εἶδον ἐκπαῖον οὖσαν τὴν γενήν. ἐρέω δὲ καὶ τὴν διάγνωσιν ὀλίγον ὅτι κυτῷ ὕστερον σκοπέειν, πρὸς τὴν βουλομένῳ εἶδέναι κύκλου πρὸς. ἔστι δὲ ἴσον, πρὸς τὴν ἐμὸν λόγον, ὅτι ἐστὶν ἀνθρώπου ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώπου πρὸς τοιοῦτον πρᾶγμα· καὶ τοῦτο μὲν, ἐς τοῦτο μοι εἴρηται. ὅτι δὲ γενὴ ἐν ὑμένι ἐστὶ, καὶ πνεῦμα ἔχει καὶ ἔσω, καὶ ἔξω, καὶ αὔξεται ἐπὶ τῆς μητρὸς τὸ αἵματος κλύοντος ὅτι τὰς μήτρας.

[15] τὰ γὰρ

τὰ γὰρ καταμήνια οὐχωρεῖ, ὁκόταν γυνὴ λάβῃ παῖδα ὑγιαίνοντα· εἰ μὴ ἔστιν ἐπισημασίη ὥσπερ ὀλίγον μιῶαι ὀπίσω ὀλίγον· ἀλλὰ χλιὸν τὸ αἷμα ἀπὸ πάντος τοῦ σώματος τῆς γυναικὸς κυκλόσε περίεισι καὶ ὑγρὸν ἔξω. ἅμα δὲ τῇ πνοῇ ἐκπεμφθὲν ἔσω τοῦ αἵματος ἅμα τοῦ ὑγροῦ, καὶ τὸ μὲν ὑγρὸν πτερωθὲν καὶ ἀπέχον συμπήγνυται καὶ αὔξει τὸ μέλλον ἔσεσθαι. ὁκόταν δὲ χορίον ἐγγλίσηται, αὖθις ἕτερον ὑγρὸν ἔσω τοῦ αἵματος ἅμα τοῦ ὑγροῦ λεπτὸν καὶ πολλὸν περιτείνεται, ὅκως τοιοῦτον, οἷον καὶ ὁ πρῶτος ὑμὸς ἐφάνη. τερμόνες δὲ εἰσὶ καὶ ὧδε ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ, καὶ ἐς ἀλλήλους ἀδέσμους ἔχουσιν. ὁκόταν δὲ ἤδη τοῦτο γένηται, καθίοντος αἵματος ἀπὸ τῆς μήτρης καὶ πεπυκνωμένου ἀρξὶ γίνεται. κατὰ δὲ μέσον τῆς ἀρχῆς ὁ ὀμφαλὸς ἀπέχει, δι' οὗ πνέει καὶ τὴν αὔξησιν ἴσχει. ἡ δὲ γυνὴ ὁκόταν μὲν ἐν γαστρὶ ἔχῃ, ὑπὸ τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, ἅμα τούτου πονέεται, ὅτι τὸ αἷμα οὐ ταμιεύεται, βούζιον ἄπιον ἢ μιῶαι ἔκκριτον· ἀλλὰ χωρεῖ ἠσυχῇ καὶ κατ' ὀλίγον διὰ πόνου καθ' ἡμέρην ἐς τὰς μήτρας. καὶ τὸ ἐνδὸν ἐν τοῖσι μητρίοισιν ἐόντι αὔξεται. καθ' ἡμέρην δὲ ἐκκρίνεται, ὅτου ἕνεκα χωρεῖ, ἀλλ' οὐκ ἐς ἄπειρον κατὰ μιῶαι. ὅτι τῶν μητρίων μητρίοισιν ἡ γονὴ ἐοῦσα, ἐλαφρὴ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐοῦσα καὶ διυμωμένη ἔχει. τοιοῦτον καὶ ἡ πνοή. καὶ ὑγρὸν τοσοῦτον σμικρὸν ἡ πνοὴ γίνεται. καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον ὑπερίει ἀπὸ τῆς μήτρης. ὁκόταν δὲ ἡ πνοὴ ἐπὶ πλέον γίνηται, μᾶλλον ἕλκει τὸ αἷμα, καὶ ἐπὶ πλέον κατέρχεται ἐπὶ τὰς μήτρας. τῶν δὲ ἐν γαστρὶ μὴ ἐχουσῶν, ὁκόταν καταμηνίων μὴ χωρέῃ. ἅμα δὲ τούτοισι πόνος γίνεται· τὸ γὰρ ταμιεύεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι καὶ μιῶαι ἔκκριτον, ἐπὶ τοῦτο ἀνάγκης τοιῆσδε. ὅλη μιὴ μιῶος ἅμα φέρει ἐπὶ τὸν ὑμόν, καὶ τῇ ὑγρῇ καὶ τῇ θερμασίῃ, καὶ τούτου ἀποκρίνεται τῆς γυναικὸς τὸ σῶμα, ὑγρότερον γὰρ ὅσῳ ἢ τὸ τοῦ ἀνδρός, καὶ ταμιεύοντος τοῦ αἵματος καὶ πληροῦντος τὰς φλέβας, ἀπέρχεται ἀπ' αὐτοῦ. καὶ πῶς ἔστι ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ φύσει ἐπήρξεν. ὥστε ἰὼν ῥηϊδίως ἀπὸ τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ, λαμβάνει ἐν γαστρί. ἰὼν δὲ πλήσῃ, ἢ κενέων γὰρ τῶν μητρέων καὶ τῶν φλεβέων γενομένων τοῦ αἵματος, λαμβάνουσι τοῦτο σφᾶς αἱ γυναῖκες ἐν τοῦ παντός. μὴ γὰρ τῶν καταμηνίων τὴν κάθαρσιν, αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν γαστρί. αἴτιον δὲ τὸ ἐπιρρυὲν, ὁκόταν δὲ παραζέσῃ τὸ αἷμα καὶ ἀποκλείσῃ, μὴ χωρεῖ ἔξω, ἀλλ' ἐς τὰς μήτρας, αἱ δὲ μήτραι μὴ χαίνουσι, θερμαινόμεναι ὑπὸ τοῦ αἵματος χεσνιώτερον μᾶλλον τοῦ ἀνὼ σώματος παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐπὶ τὸν κύστιν τρέπεται, καὶ πιέζουσιν καὶ χωρεῖ τὴν κύστιν, καὶ στραγγουρίην παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅτε πλήρεες αἵματος ἐοῦσαι αἱ μήτραι ἐπὶ τὸν ἔντερα τρέπεται ἢ ἐπὶ τὸ ἔντερον, ἢ πρὸς ὀσφύν, καὶ πόνον παρέχουσιν. ἔστι δ' ὅταν ἐγχρονίσῃ τὸ αἷμα μιῶας πάντε ἢ ἓξ ἐν τῇσι μήτρῃσι σαπὲν, πύος γίνεται. καὶ οὐκ ἔστι κατὰ τὸ ἴδιον ἐξέρχεται τὸ πύος. ἔστι δ' ἔστι καὶ καθ' ὑπερβολὴν ὡς φῦμα γίνεται, κἀκεῖ πύον γλοιῶδες, ὀξὺ λὲ καὶ ἄλλα πολλὰ κακὰ τῇσι γυναιξὶ τοιοῦτον γίνονται, ὁκόταν μὴ ἀποκαθαίρωνται τὰ καταμήνια. ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν ἃ τοιάδε; ἐξήρτηται γὰρ ἐν τοῖσι γυναικείοισι νοσήμασιν. ἀλλ' ὅσον ἀπέλιπον περαιτέω ὑπὲρ λόγου.

Neque enim menſes prodeunt mulieri quæ prægnás eſt, ſi puer ſanus futurus ſit, præter quàm quibuſdam perpuſillum primo menſe, ſed promanans ab vniuerſo muliebri corpore ſanguis, omni ex parte foris circum membranam diffunditur, iſq; vna cum ſpiritu per membranam, qua perforata eſt & extat, attractus condenſatur, & in futuri animalis augmentum cedit. Succedente autem tempore rurſus aliæ multæ tenues membranæ, eo modo quo prima, intra primam protenduntur, eæque ex vmbilico dependentes, mutuis inter ſe vinculis connexæ ſunt. Quod cùm extiterit, ex delapſo & concreto materno ſanguine caro gignitur, ex cuius medio vmbilicus extat, per quem ſpiritum & incrementum recipit. At verò mulier cùm vtero gerit, etiamſi menſes minimè prodeant, neque tamen iccirco laborat, quod ſanguis ſingulis menſibus cumulatè exire ſolitus, non agitetur, ſed ſenſim paulatimq; quotidie in vterum citra dolorem ſecedit, ex quo augetur, quod intrò in vtero continetur. Singulis autem diebus, & non quolibet menſe ſemel iccirco defertur, quòd genitura quæ in vtero continetur, ſemper aliquid è corpore, pro virium ratione trahit, ad eundémque modum etiá ſpiratio habet. Ac primò quidem parua eſt ſpiratio, & paucus ſanguis ex matre fertur. Cum verò amplior fit ſpiratio, plus quoque ſanguinis attrahit, & maiore copia in vterum deſcendit. Iis verò quæ minimè vtero gerunt, vbi menſes non prodierint, eas ob cauſas dolor accedit. Primùm quidem quolibet menſe ſanguis in corpore ex eo neceſſario agitatur, quòd menſes plurimum inter ſe frigore & calore diſtant, id quod mulier ſenſu percipit, cùm viro longè ſit humidior. Vbi autem agitatur ſanguis & venas impleuerit, ex corpore deorſum fertur, id quod ei quodammodo ab initio à natura inſitum eſt. Quare ſi illo ſanguine vacuata mulier fuerit, concipit, ſi verò is redundarit minimè. Vteris enim & venis ſanguine vacuis, mulieres fœtus concipiunt. Hæ namque poſt menſtruam purgationem, ob iam dictas cauſas, vtero concipiunt. Quòd ſi agitatus ille & ſecretus ſanguis, minimè foras, ſed in vterum feratur, iſque non hiarit, tum ſanè diutiu. immorante, ſanguine incaleſcit, caloremque reliquo corpori diſtribuit eſt vbi etiam ſanguine in venas corporis refuſo, eæ impletæ dolent, & tumores excitant. Nonnunquam verò ex eo claudicationis periculum impendet. Quinetiam interdum veſicam offendunt. eamque premunt & vrunt, vrinæq; ſtillicidium adferunt. Quandoque verò vteri ſanguine redundantes, in coxendicem & lumbos procumbunt, doloréſque exhibent. Eſt vbi ſanguis quinque aut ſex menſibus in vtero immoratus, ibique putreſcens in pus vertitur, quod quibuſdam per pudendum extra fertur. Nonnullis etiam in inguine velut tuberculum oboritur, ibique in pus conuerſum foras prodit, & plæraque alia eiuſmodi mala mulieribus contingunt, quæ per purgationes menſtruas non repurgantur. Sed quid ea hoc loco recenſere opus eſt? De his ſiquidem in morbis muliebribus dicetur. Verùm eò vnde digreſſi ſumus reuertamur.

Cùm caro producta fuerit, tum sanguine in vtero increscente, etiam ipsæ membranæ, præcipuéq; externæ, augentur, & in ampliores sinus distenduntur. Et quicquid sanguinis à matre descendit, & caro spirando attraxerit, & in incrementum cesserit, quodque vtile fuerit, in membranarum sinus secernitur, quæ vbi in sinus excauatæ fuerint, & sanguinem exceperint, tum rectè Græcis χοεῖον, Latinis Loci & Secundæ appellantur. Ac de istis hęc mihi dicta sint. At verò caro dum increscit à spiritu discernitur, in eaq; simile quodq; ad id, quod sibi simile fertur, densum ad densum, tarum ad rarum, humidum ad humidum, ferturq; vnumquodque in proprium locum, ad id cum quo cognationem habet, & ex quo etiam ortum est. Et quæcunque ex densis orta sunt, densa sunt, & quæcunq; ex humidis, humida, reliquaq; ad eandem rationem augentur caloreq; ossa condensata durescunt. Ac sanè ad instar arboris in ramos etiá diuiduntur, multoq; meliùs in membra tũ corporis interna, tum externa distinguuntur, ipsumq; caput ab humeris distans exoritur, brachia item & cubiti à costis & crura inter se separantur, neruiq; ad articulos prosiliunt, os per se diducitur, nasus & aures in carne eminent & perforantur, oculi humore puro implentur, pudendum quodnam sit, manifestũ est, & viscera ipsa conspicuò discernuntur. At sanè superioribus etiam partibus, ore nempe & naribus, spiritũ trahit, & venter spiritu inflatur, eoq; inflata intestina, ex superioribus per vmbilicum insuper spiritum accipiũt, & absumunt, & à ventre ac intestinis in podicem, similiterq; in vesicam via foras patet. Atq; horum singula vi spiritus distinguuntur. Spiritu namq; distenta omnia, pro generis affinitate distant. Quemadmodũ si vesicæ fistulam alligaris, per eamq; in vesicá terrá, arenam, & tenuia plumbi ramenta iniicias, deinde aqua per fistulam affusa flatum immittas: primũ quidem illa cum aqua permiscebuntur, deinde verò tẽporis progressu, flatu agitata secedẽt, plumbumq; ad plumbum, arena ad arenam, & terra ad terram se cõferet. Ac si quis ea arescere permittat, disruptaq; vesica contempletur, simile ad sui simile se contulisse comperiet. Ad eundem certè modum genitura & caro discernuntur, in eaq; simile quodq; ad sui simile secedit. Atq; ista quidem ea de re à me dicta sunt. Iá verò genitus est infans eóq; peruenit, vt fœmina quidem primam concretionem duobus & quadraginta diebus, cùm longissimè, accipiat, mas verò triginta diebus, quod longissimum. Vt plurimùm enim intra hoc tempus, vel paulò minus, vel maius, ista distingui contingit. Nam & purgatio à partu fit mulieribus vt plurimùm, iis quidem quæ fœminam susceperunt, duobus & quadraginta diebus, cáque vt maximè diuturna, ita perfecta est. Extra tamen periculum fuerit, si etiam quinque & viginti diebus purgetur. In masculo verò purgatio diebus triginta contingit, sicq; cùm longissima, perfecta est, quæ tamen extra periculum posita fuerit, si diebus viginti perseueret. Postremis verò diebus, quàm minima purgatio procedit. Quin & iuniores paucioribus diebus, seniores verò, pluribus repurgantur. In partu autem & puerperij purgamentis maximè laborant, quę primos partus expertæ sunt, & quæ minus sæpe, quàm quæ sæpius peperere, magis, conflictantur.

ὁκόταν δὲ γλύπτα ⟨ἀρξ⟩, τότε ⟨δ⟩ ὑμένες αὐξομένου τοῦ σ
τησιν μήτρησιν αἵματος, αὔξονται καὶ αὐλοὶ καὶ χηλητῆν), κα
μάλιστα ⟨δ⟩ ἔξωθεν. καὶ τὸ αἷμα κατελθόν, τὸ ἀπὸ τ μητρος
ὅ,τι ἂν ἡ ⟨ἀρξ⟩ πνεύσα ⟨δ⟩ ἑλκύσῃ, καὶ ἡ αὔξη ἐγγένηται [21] καὶ χρη
σον ἴῃ, ἐς τοῦτο χήλητος τῶν ὑμένων ἀποκρίνει). ⟨δ⟩ ὁκόταν κολ
πωθῶσι καὶ τὸ αἷμα δέξωνται, τότε ἤδη καλέεται χοεῖον
ταῦτα δὲ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται). ἡ δὲ ⟨ἀρξ⟩ αὐξομένη ὑπὸ τ
πνεύματος ἀραρυῖα), καὶ ἔρχεται ἐν ταύτῃ ἕκαστον ὅμοιον, ὡ
τὸ ὅμοιον. τὸ πυκνὸν, ὡς τὸ πυκνὸν· τὸ ἀραιὸν, ὡς τὸ ἀραιόν
τὸ ὑγρὸν, ὡς τὸ ὑγρόν. καὶ ἕκαστον ἔρχε) ἐς χώρεω ἰδίω καὶ
τὸ ξυγγενές, ἀφ' οὗ καὶ ἐγένετο. καὶ ὅσα ἀπὸ πυκνῶν ἐγένετο, πυ
κνὰ ἔστι. καὶ ὅσα ἀπὸ ὑγρῶν, ὑγρά. καὶ τ' ἄλλα καὶ τ' αὐτοῖ λό
γον γίνεται ἐν τῇ αὐξήσι. καὶ τὰ ὀστέα σκληρύνεται ὑπὸ
τ' θερμης πνεύματα. καὶ διὰ καὶ διέζου) ὡς δένδρον. καὶ ἀρ
θρῶν) ἔνι ἀμείνον, καὶ τὰ ἐντὸς τὸ σώματος, καὶ τὰ ἔξω. κ
ἥτε κεφαλὴ γίνεται ἀφεστηκυῖα ἀπὸ τῶν ὤμων. καὶ ⟨δ⟩
βραχίονες καὶ ⟨δ⟩ πήχεες ἀπὸ τῶν πλευρέων. καὶ τ
σκέλεα διέστηται ἀπ' ἀλλήλων. καὶ τὰ νεῦρα [22] ἐπαίο
σεται ἀμφὶ τὰς φύσιας τῶν ἀρθρων, καὶ [23] αὐξομένα
καὶ ἡ ῥὶς, καὶ τὰ οὖατα ἀφίσταται ἐν τῇσι ⟨ἀρξι⟩, καὶ τ
τειώνεται. καὶ ⟨δ⟩ ὀφθαλμοὶ ἐμπίπλανται ὑγροῦ καθα
ροῦ. καὶ ὁ αἰδοῖον δῆλον γίνεται, ὁκότερόν ἐστι. καὶ τὰ σπλα
χνα διαφορέεται. καὶ δὴ καὶ τοῖσιν αὖτω τιὼ πόνω ποιέ
ται, τῶτε στόμαλι καὶ τῇ ῥινί. καὶ ἤτε χιλὶη φυσᾶται. κ
τὰ ἐν τρεφ καταφυσώμενα καὶ τὸ ἄνωθεν ὀπισθαμβα
τιὼ διὰ τὸ ὀμφαλοῦ πνοιὴ [24] καὶ ἀμαλδυνῇ. ⟨δ⟩ [25]
⟨δ⟩ κύστεων ὁδὸς γίνεται ἀπὸ τῆς χιλίης καὶ τῶν ἐ
τέρων ἔξω, καὶ ἐς τιὼ κύσιν ὁδὸς ἔξω. τούτων δὲ διὰ
θορὸν ὑπὸ τῆς πνοῆς ἕκαστα. φυσώμενα γὰρ διίσατ
ξύμπαντα καὶ συγχύσιν. ⟨δ⟩ μὲν εἰ θήλεος αὐλίσκον πρε
δῆται τῇ κύστι, καὶ διὰ τὸ αὐλίσκου ἐμβαλῇ ἐς τιὼ κ
στιν γῆν τε ⟨δ⟩ ψάμμον, ⟨δ⟩ μαλίβδου κνήσματα λεπ
καὶ ὕδωρ ὀπιχέας φυσιῷ διὰ τὸ αὐλίσκου, πρῶ
μὲν ὀχεῖα ἀναμεμίξεται τῷ ὕδατι. ἔπειτα δὲ, χρό
φυσώμενα ἐλθύσεται, ὅ, τε μόλιβδος, ὡς ⟨δ⟩ μόλιβδον, ὁ
ἡ ψάμμος, ὡς τιὼ ψάμμον· ⟨δ⟩ ἡ γῆ ὡς τιὼ γῆν. [26] κ
ἰὼν ἕκαστα ἀπαθέως ἔσται, ⟨δ⟩ παρρήξας τιὼ κύ
σκέψηται, εὑρήσει αὐτῶν ὅμοιον ἐς ὅμοιον ἐληλυθ
οὕτω δὴ καὶ γονὴ καὶ ⟨ἀρξ⟩ διαφορέεται, καὶ ἔρχετ
ἕκαστον ἐν ὠὐτῇ, τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον. ταῦτα δέ μοι ἐς τ
ρο εἴρηται. καὶ γίγνεται ἤδη παιδίον, καὶ ἐς τοῦτο ἀφ
κνέεται, τὸ μὲν πλεῖστον τιὼ χρόνω πῆξιν, ἐν τεσαρε
κοντα ἡμέρῃσι ⟨δ⟩ δύο· τὸ μακρότατον· τὸ δ' ἄρσεν, ἐν τε
σσαρακοντα ἡμέρῃσι τὸ μακρότατον. ὡς γὰρ ὅπισθεν ξυμβα
ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἢ ὀλίγῳ μείονι, ἢ ὀλίγῳ πλείονι, πα
τα διαφορέεται. [27] καὶ γὰρ ἡ κάθαρσις γίνεται τῇσι γ
ναιξὶ μετὰ ⟨δ⟩ τόκον ὡς ὅπισθεν, ὅπι μὲν τῇ κούρῃ, ἡμέρ
σι τεσσαράκοντα καὶ δύο. οὕτως ἡ χρηιωτάτη, τελε
ἀκίνδυνος δ' ἂν εἴη, καὶ ἐν εἴκοσι ⟨δ⟩ πέντε ἡμέρῃσιν, ἢ
καθαίρεται. ὅπι δὲ τῷ κούρῳ, ἡ κάθαρσις γίνεται ἡμέ
σι τεσσαράκοντα. οὕτως ἡ χρηιωτάτη τελείη. ἀκίνδυνος,
ἂν εἴη καὶ ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσιν εἰ καθαίρεται. τῶν δὲ ὑστ
του χρόνου, ἐλαχίστη χωρεῖ ἡ κάθαρσις. ὅπι δὲ τῇσι νε
τέρῃσιν ἐλάσσοσιν ἡμέρῃσι καθαίρονται· ὅπι δὲ τῇσι πρεσβυτέρῃσι, πλείοσι. μάλιστα δὲ πονέονται αἱ γυνῖ
κες ἐν τῷ τόκῳ, καὶ ἐν τοῖσι λοχίοισιν αἱ πρωτοτόκοι, καὶ αἱ ἐλάσσω τεσσαράκοντα, τῶν πλείω τεσσαράκοντα, μᾶλλον πονέονται.

αἱ δ'

καὶ ἡ καθάρσιες αἱ ἐν τῷ τόκου τῆσι γυναιξὶ, τοῦτο ἕνεκα
γίνονται, ὅτι ἐν τῷ πρώτῳ τὸ χρόνῳ, μέχρι τεσσεράκοντα ἡ-
μερέων. καὶ δυοῖν δέοντι τῇ κύρῃ, ὀλίγῳ ἧσσον ἢ τῷ κούρῳ, μέχρι τεσ-
σεράκοντα ἡμερέων ἐλάχιστον αἷμα κατέρχεται ὀλίγῳ τῷ
πλείονι τῷ παιδίῳ. ὅ τι δὲ ἀπὸ τούτου πλῆθος, μέχρι τεσσε-
ράκοντα ἀποδοθῆναι ἐν τῇσι λοχίοισι, καὶ ἐξιέναι ἔξω, καὶ
λόγον τὸν ἡμερέων. ἀρχὴ δὲ γίνεται τοιαύτη τῇ γυναικὶ ἐν τῇ
ὀδύνῃ. τὸ αἷμα ταράσσεται τῇ γυναικὶ καὶ θερμαίνεται πρὸς
τοῦ τὸ κινήσεως τοῦ παιδίου ἀναρπηθέντος. ταραχθὲν
δὲ, πρῶτον μὲν ἔρχεται ἔξω. μετὰ δὲ τὸ παιδίον. ἰχὼρ πα-
χὺς αἱματώδης· καὶ ὑφήνησις ἐγίνετο τούτῳ, ὥσπερ ὕδατι
ἐπὶ τραπέζης. ἔπειτα μετ' ὀλίγον αἰεὶ πάσας ταύτας ἡμέρας
ὡρέῃ ἡ κάθαρσις, ἕως τοῦ ἐμπνεύματος χέοντος. πλῆθος
δὲ πλείστη κατὰ λόγον ὅλη καὶ ἡμίσεια τοῦ πρώτου, ἢ ὀλίγῳ πλείω,
ἢ ὀλίγῳ ἐλάσσω, καὶ λόγον τούτου μέχρις αὖ λήξῃ. χρῶ-
μα δὲ αἷμα, οἷ ἀπὸ ἱερείου ἢν ὑγιαίνῃ ἡ γυνὴ, καὶ ἢν μέλλῃ
ὑγιαίνειν, καὶ ταχὺ πήγνυται· ἢν δὲ μὴ ὑγιαίνῃ ἡ γυνὴ, μὴ δὲ
ὑγιαίνῃ, χωρέει ἡ κάθαρσις ἐλάσσων, καὶ εἶδος πονη-
ρότερη, καὶ οὐ ταχὺ πήγνυται. ὧδε δὲ τοῦτο ἔχει. ἢν μὲν ἡ
γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα νόσημα ἔχῃ μὴ ξυγγενές, ἐν τῇ
ὑστέρῃ καθάρσις ἀπόλλυται. ἢν δὲ μὴ ἀποκαθαίρηται, ἐν τῇσι
πρόσθεν ἡμέρῃσιν ἐν γαστρὶ ἔχουσα, ὑγιὴς ὑγιεινὴ ἔσται,
εἴτε καὶ μὴ, ἐαυθῇ ἢ ἡ κάθαρσις, εἴτε ὑπὸ φαρμά-
κων, εἴτε καὶ αὐτόματη ἐξαίφνης, κατὰ λόγον τῶν ἡμερέων χωρήσῃ,
ἐν οὐ χωρέει ἐς ἄνω αὖ. ἢν γὰρ μὴ ἀποκαθαίρηται τὰ λόχια
ἡ γυνὴ, νοῦσος αὐτῇ μεγάλη ἔσται καὶ κινδυνώδης ἀποθα-
νεῖν, ἢν μὴ μελεδαίνηται ἐν τάχει, καὶ ἧς αὐτῇ προσήκου-
σαν ἐπάγῃ τὴν κάθαρσιν. ταῦτα δείσενεγκάμενος ὧδε δηλώ-
σω τοῦτο, ὅκως ἀποφαίνω ὅτι τῶν παιδίων γίνεται ἡ διάκρισις τῶν
μελέων ἡ μακροτάτη ὅτι μὲν τῇ κούρῃ, ἐν τεσσεράκοντα
καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν· ὅτι δὲ τῷ κούρῳ, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρη-
σιν. ἰσόμοιρον ἡ κάθαρσις τῶν λοχίων, ὅτι ὅτι μὲν τῇ κούρῃ
γίνεται ἐν τεσσεράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν. ὅτι δὲ τῷ κούρῳ
ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἢ χρονιωτάτη. ὡδὶ δὲ δοῦ τε-
κεῖν νῦν ὀνομάζειν, ταφιοῦσθαι ἕνεκα. φημὶ γὰρ αἰεὶ ἀποδιδό-
σθαι, ὅ τι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνεοῦσι τῇ γονῇ, ἐλάχιστον αἷμα
ἔρχεται ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὅτι ταῖς μήτρας θῆλυν γονὴν ἐ-
δεξάσης τεσσαράκοντα καὶ δυοῖν ἡμέρῃσιν. ἐν γὰρ ταύτῃσι
μάλιστα δοκέουσι τὰ μέλεα τῶν παιδίων. ἀπὸ τούτου ἤδη χέ-
ει, ὅτι πλῆθος ἔρχεται τὸ αἷμα. ἐπὶ ὅτι τῷ κούρῳ πάλιν, κατὰ
λόγον τὸν πεντήκοντα ἡμερέων. ὧδε δὲ ἔχει ἕτερον ἰσόμοιρον ἐόν-
τος οὐκ ταῦτα ἐστὶν ἀμήχανα. τῇσι αὐτῇσι τῶν ἡμερέων ὀχε-
τὸν ἡ γονὴ ἐς ταῖς μήτρας πέσῃ, ἐλάχιστον αἷμα ἔρχεται ἀπὸ
τῆς γυναικὸς ἐς ταῖς μήτρας. ἔπειτα ὅτι πλῆθος. εἰ γὰρ
ἐν δέοντι καὶ πολὺ ἐλθοιεν ἅπαξ, οὐκ ἂν δύναιτο ἡ γονὴ
πνεῦμα ἔχειν, ἀλλ' ἀποπνιγείη ἂν τῷ αἵματος ἰόντος πολλοῦ.
ἐκπροδίδοται δὲ ἐν τῇ καθάρσει γυναῖκον. χωρέει γὰρ ἡ κά-
θαρσις τῶν λοχίων ἐν τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, πλεί-
στη. ἔπειτα ἐπ' ὀλίγα, ἕως λήξῃ. πολλαὶ γυναῖκες ἤδη δι-
έφθειραν κοῦρον ὀλίγῳ πρόσθεν τεσσαράκοντα ἡμερέων, καὶ
ἄναρθρον ἐφάνη ὂν ὕστερον, ἢ ἅμα τῇσι τεσσαρακοστὰ ἡ-
μέρῃσι, διαρθρωθὲν ἐφάνη ἐόντα. καὶ ὅτι τῇ κούρῃ κατὰ
λόγον τῶν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμερέων ὀκτάτου διαφθα-
ρῇ, φαίνεται ἡ διάφθορσις τῶν μελέων. ἐπὶ τε πρόσθεν φθαρῇ τὸ παιδίον, ἐπί τε ὕστερον, ὧδε φαίνεται, καὶ λόγῳ καὶ αἰσθή-
σῃ ἡ διάφθορσις ἐοῦσα. ὅτι μὲν τῇ κούρῃ, ἐν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμέρῃσιν. ὅτι δὲ τῷ κούρῳ, ἐν πεντήκοντα.

At verò purgationes à partu ea de causa mulieribus cõtingunt, quòd primo tempore ad duos & quadraginta dies in fœmina, in masculo verò ad dies 30. paucissimus sanguis in pueri alimentũ cedit, ex eo verò ad partum vsq; tempore, copiosior. Ac sanè purgationem in partus purgamentis reddi, & foras exire pro dierum ratione oportet. Cuius in eiusmodi muliere tale est principiũ. In partus doloribus sanguis mulieri cõmouetur, & à valido pueri motu vehementer incalescit. Cõmotus verò is quidem primus foras prodit, post puerũ verò sanies crassa & cruẽta, fitq; huic ductus quidam, non secus ac aqua in mensam effusa. Post quam singulis diebus, toto quo diximus tempore, purgatio foras procedit, primo quidem quantum hemina Attica vna & dimidia, vel paulò plus, aut minus, pro eius ratione, dum cesset. Prodit autẽ velut à victima sanguis, si bene habeat, & bene habitura sit mulier, citoq; concrescit. Quod si neq; rectè valeat, neq; sana futura sit, purgatio tum parcior, tum specie deterior prodit, neq; citò concrescit. Sic autem se res habet. Si mulier vterum gerens morbo aliquo minimè cognato laboret, in partũ purgatione perit. Quod si vterum gerens statim primis diebus non repurgetur, siue bene valeat, siue non, eiq; de repente purgatio siue sponte, siue à medicamento cõmoueatur, pro ratione dierum, quibus nõ semel profluxit, procedet. Nisi enim à partus purgamentis mulier repurgetur, magno morbo tentabitur, vitæq; periculũ incurret, nisi quis celeri adhibita curatione conuenientẽ purgationem promoueat. Hæc eo loco à me adducta sunt, quò demonstrarẽ membrorũ distinctionem in pueris fieri, fœminæ quidẽ intra duos & quadraginta dies, & longissimè, masculo verò intra dies triginta. Cuius rei fidem faciunt partus purgamenta, quæ quidem, si susceptа puella fuerit, duobus & quadraginta diebus cõtingunt, si verò masculus editus fuerit, quam longissimè, triginta diebus. Ac sanè denuò ista, quo clariora sint, repetam. Asseuero enim quòd semine in vtero cõtento, sanguis ille qui à muliere in vtero fœmineam genituram gerente paucissimus venit duobus & quadraginta diebus vicissim redditur. Puerorum enim membra his diebus distinguuntur. Ex eo verò tempore copiosior sanguis affluit. Quod rursum in masculo pro ratione triginta dierum accidit. Quæ quidem ita esse hoc altero argumento constat. Posteaquam in vteros genitura delapsa est, primis diebus paucissimus sanguis à muliere in vterum fertur, deinde verò copiosior. Si enim cõfertus multúsque vnico impetu accederet, genitura spiritum trahere non posset, sed sanguinis irruentis copia suffocaretur. Contra verò in purgatione vicissim redditur. Partus enim purgamenta primis diebus plurima prodeunt, deinde sensim imminuuntur, donec desinant. Plæræque autem iam mulieres fœtum masculum paulò ante trigesimum diem abortione reddidere, sed is indistinctus conspectus est. Qui verò paulò post, aut eo ipso die reiecti sunt, omnes distinctis membris visi sunt. Sic etiam in fœmella pro ratione duorum & quadraginta dierum, si quando abortu perierit, membrorum distinctio apparet. Siue autem priùs, siue posteriùs puer abortione pereat, sic se habere membrorũ distinctio necessaria ratione conspicitur, in puella quidẽ duobus & quadraginta diebus, in puero verò, triginta.

Huius siquidem rei fidem faciunt fœtuum abortiones & puerperij purgationes. Quòd autem fœmella posteriùs concrescat & membrorum distinctionem recipiat, in causa est ipsius genitura imbecillior & humidior quàm mascula, eaq; ratione fœmellã tardiùs quàm masculum concrescere necesse est, & in puella diuturniorẽ esse purgationẽ quàm in masculo. Nunc verò ad id, vnde digressus sum, reuertar. Posteaquam in membra distinctus puer fuerit, tum eorum forma increscit, tum etiã ossa duriora euadunt & excauãtur, eaq; vi spiritus proueniunt. Ex quo caua reddita, ad sẽ à carnibus, quicquid in sanguine pinguissimũ est, attrahunt, & temporis successu extrema ossa in ramos diducuntur, & quemadmodum arborũ summæ partes postremò in ramos scinduntur, sic & in puero manuum & pedum digiti inter se dissident, eorumq; partibus extremis vngues adnascuntur. Venæ enim omnes corporis humani in pedum & manuum digitos desinunt. Et crassissimæ quidem venæ sunt in corpore, & in capite, deinde in cruribus, brachiis, & cubitis. At in pedibus & manibus tenuissimæ, densissimæ, & plurimæ venæ sunt, itemq; nerui tenuissimi, densissimi, & plurimi, ossaq; magnitudine minima, eaq; præcipuè in manuum ac pedum digitis. Ex digitis autem, nimirum cùm ossa densa & parua habeant, venas etiam ac neruos itidem paruos ac densos, ita ex ipsis vngues tenues & densi oriuntur, qui extremas venas comprehendunt, adeò vt nec vlteriùs progrediantur, neque alia aliam excedat. Vt proinde minimè mirum videri debeat, si vngues exteriore corporis parte densissimi sint, cùm ex densissimis constent. Quin etiam vnà cum vnguibus pili in capite radices accipiunt, eorumq; natura sic se habet. Hi siquidem maximi & plurimi nascuntur, quâ summa corporis cuticula rarissima est, & vbi pilus moderatum habet humorem quo nutriatur. Ac sicubi summa cuticula postea rara euadit, ibi postea quoque pili nascuntur, velùti in mento, pube, & alio quouis loco. Nam simul ac genitale semen oritur, caro & extrema cuticula rarior euadit, venulæq; magis quàm antea aperiuntur. Cùm enim adhuc puer est, venulæq; tenues existunt, neque per eas genitura ferri potest. Eadémque ratio est de mensibus virginum. At simul ac mensibus & genituræ via patet, tum puero & virgini, extrema cuticula rarescente, pilus in pube nascitur, simúlque moderatum neq; pauciorem quo alatur humorem habet. Ad eundem modum de pilo in viri mento se res habet. Rarescit enim summa cuticula, delata in eam à capite humiditate. Simul siquidem & in coitu, & intermedio tempore, moderatam humiditatem qua nutriatur pilus habet, túmque maximè, cùm humiditas in coitu à capite descendens, in mento longè à pectore restiterit, ibiq; moram fecerit. In rarissimis autem summæ cuticulæ partibus pilos enasci indicio est, quod si inusta extrema cuticula, pustulam solum excites, eámque persanaueris, vbi summa cutis densior euaserit, nullum ex cicatrice pilum emittet. Qui verò ætate adhuc puerili eunuchi existunt, eam ob causam neque in pube, neque in mento pilos habent, leuésque toti sunt quod, cùm nondum via genituræ facta sit,

ἰσορέοισι γὰρ αἱ ἐξαμβλώσιες τῶν παιδίων, καὶ τῶν γοχίων αἱ καθάρσιες. αἴτιον δέ ἐστιν, ὅτι τὸ θῆλυ πήγνυται ὕστερον, καὶ διαρθροῦται, ὅτι ἡ γονὴ ἀσθενεστέρη ἐστί, καὶ ὑγροτέρη τοῦ θηλείης ἢ τοῦ ἄρρενος. καὶ ἀνάγκη ὅσῳ χρόνου πλέονι λέγειν, ὕστερον πήγνυσθαι τὸ θῆλυ, ἢ τὸ ἄρρεν. καὶ ἡ κάθαρσις χρονιωτέρη τοῦ θήλεος εἶναι ἕνεκεν ὅτι τῇ θηλείᾳ ἡ τοῦ ἄρσενι. αὖ ἀναδήσομαι δὲ αὖθις ὀπίσω, ὅθεν ἀπέλειπον. ὁκότ' ἂν δὲ διαρθρωθῇ τὸ παιδίον, καὶ τὰ εἴδεα τῶν μελέων αὐξηθῇ αὐτοῦ, καὶ τὰ ὀστέα ὀξυσκληρότερα γίνηται, καὶ κοιλαίνεται. ἐν τούτῳ μὲν τῷ πνεύματος γίνεται. κοίλα δὲ ἐόντα, ἕλκει ἐς ἑωυτὰ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τὸ αἱμάλωπος τὸ πιώτατον. καὶ χρόνῳ διέζοδται αὖθις καὶ ἄκρα τῶν ὀστέων, ὥσπερ δενδρέου καὶ ἀκρότατα ὕσατα ὀζοδται· οὕτω καὶ τοῦ παιδίου διίσανται ἀπ' ἀλλήλων οἱ δάκτυλοι τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. ὅτι δὲ αὐτῶν τῶν ἄκρων ὄνυχες φύονται. τελευτῶσι γὰρ αἱ φλέβες αἱ τοῦ ἀνθρώπου πᾶσαι, εἰς οὓς δακτύλους τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν. καὶ παχύταται μὲν εἰσιν αἱ ἐν τῷ σώματι φλέβες, αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ. ἔπειτα δὲ ἐν τοῖσι σκέλεσι καὶ τοῖσι βραχίοσι καὶ τοῖσι πήχεσιν. ἐν δὲ τοῖσι ποσὶ καὶ τῇσι χερσὶ, λεπτόταται, καὶ πυκνόταται, καὶ πλῆσαι φλέβες εἰσί, καὶ νεῦρα λεπτόταται καὶ πυκνόταται, καὶ πλῆσαι· καὶ ὀστέα ἐλάχιστα τῷ μεγέθει· τῶν δὲ χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν, ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῦτα μάλιστα ἐστίν. ἐν γὰρ τῶν δακτύλων ἄτε πυκνὰ ἐχόντων ὀστέα σμικρὰ καὶ φλέβας καὶ νεῦρα, οὕτως οἱ ὄνυχες φύονται ἐξ αὐτῶν, λεπτοὶ καὶ πυκνοί. ἐξαπολαμβάνουσι τῶν φλεβῶν τὰ ἄκρα, ὥστε μηκέτι αὔξεσθαι αὐτὰ, μὴ δὲ προέχειν ἑτέρων ἑτέρης. ὥστε μὴ θαυμάζειν ὅτι οἱ ὄνυχες ἔξω τὰ τοῦ σώματος πυκνότατοί εἰσιν. ἐν γὰρ τῶν πυκνοτάτων εἰσίν. ἅμα δὲ τοῖσιν ὄνυξι καὶ αἱ τρίχες ἐν τῇ κεφαλῇ ἀρίζονται. ἔχει δὲ ὧδε τὰ ἀμφὶ τῶν τριχῶν τῆς φύσιος. φύονται μὲν γὰρ μέγιστα καὶ πλεῖστα, ὅκου τὸ σώματος ἡ ὑπόδερμις ἀραιοτάτη ἐστί, καὶ ὅκου ἡ ἰχὼρ μετέωρα ἰκμάδα ἐς τοῦτο ξυφλὸν ἔχει. καὶ ὅκου ἡ ὑπόδερμις ὕστερον ἀραιὴ γίνεται, ἐνταῦθα δὲ ὕστερον αἱ τρίχες φύονται, ὅταν τε τὰ ἡλικία καὶ τὴν ἥβην, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ. ἅμα γὰρ τε γένεα γινομένῳ, ἡ σὰρξ ἀραιὴ γίνεται, καὶ ἡ ὑπόδερμις, καὶ τὰ φλέβια σαμοιῶται μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. παρὰ δὲ γονὴ ἐστὶν, καὶ τῶν φλεβίων λεπτῶν ἐόντων, οὐκ ἐγχρεῖ δὲ αὐτῶν ἡ γονή. καὶ τῇσι παρθενίοισι ὡσὶ τῶν καταμηνίων, οὗτος λόγος. ἅμα δὲ ὁδὸς προσγίνεται καὶ τοῖσι καταμηνίοισι καὶ τῇ γονῇ, τῇσι παρθένοισι καὶ τριχοῦται ἡ ἥβη τοῦ παιδὸς καὶ τῆς παρθένου, ἀραιὴ τῆς ὑπορμίδος γινομένης. καὶ ἅμα ἡ ἰχὼρ ἰκμάδα μετέωρα ἐς τοῦτο ξυφλὸν ἔχει καὶ οὐκ ἐλάσσονα. οὕτω δὲ καὶ ἡ ὅτι τὸ ἡλικίου τὸ ἀνδρὸς ἔχει. ἀραιὴ γὰρ γίνεται ἡ ὑπόδερμις, χωρεούσης ἐς αὐτοῦ τῆς ἰκμάδος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. ἅμα μὲν γὰρ καὶ ἐν τῇ λαγνείῃ, ἅμα δὲ καὶ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, ἡ ἰχὼρ μετέωρα ἔχει τοῦτο ἰκμάδα ἐς τοῦτο ξυφλὸν ὅτε μάλιστα, ὁκότ' ἂν ὁ χρόνος ἐγκλίνῃ τῷ ὑγρῷ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταβαίνοντι ἐν τῇ λαγνείῃ ἀπέχων τῶν ἡθέων, ὅτι τὸ ἡλικίου. σημήιον δὲ ὁ

ἐν τοῖσι ἀραιοτάτοισι τῆς ὑπορμίδος φύονται αἱ τρίχες ἐλλιπέστατοι τοῦτο ὑπόδερμίδα, ἐν φλυκταίναν μὲν ποιῆσαι καὶ ὑγρασίαν, πυκνὴ γενομένη ἡ ὑπόδερμις τοῦτο οὐλοῦτο τὰς τρίχας οὐκ ἀναφύσεται· οἱ δὲ θυνοῦχοι παῖδες ἐόντες γίνονται, διὰ τοῦτο οὔτε ἡβῶσιν, οὔτε γενειῶσι, λεῖοί τε γίνονται ὅλοι, ὅτι ἡ ὁδὸς τῇ γονῇ οὐκ ὑπογενομένη,

C 2

ὁκ ἀρχῆ τῆ ὑποδερμίδα [34] ὅτι τῷ ξύμπαντι δέρματι. ἀπολέλειπται γὰρ ἡ ὁδὸς ἣ γονῆς ὥσπερ μοι εἴρηται, ὀλίγῳ πρόσθεν. αἱ δὲ γυναῖκες λέγεται γίνονται τὸ τε γλίσχρον καὶ ὃ σῶμα, ὅτι ἐν τῇ λαγνείᾳ σφέων ὃ ὑγρὸν, οὐχ ὁμοίως χλοερούμενον ὡς ὃ τῶν ἀνδρῶν, τῇ ὑποδερμίδα καὶ τοιῇδε ἀρχῇ. ὀλίγοισι δὲ φαλακροὶ γίνονται, [35] οὗτοι δὴ φλεγματώδεες εἰσί. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτέων ἅμα τῇ λαγνείᾳ χλοερούμενον καὶ θερμαινόμενον ὃ φλέγμα, προσπῖπτον πρὸς τὴν ὑποδερμίδα καὶ τῶν τριχῶν τὰς ῥίζας, καὶ ἐκρέουσιν αἱ τρίχες. ⓐ δὲ βλοδροὶ διὰ τοῦτο γίνονται φαλακροὶ, ὅτι σφέων οὐ γίνεται κάνωσις ἰκμερής. ὃ δὲ θερμαινόμενον ὃ φλέγμα ἐν τῇ λαγνείᾳ, καὶ τῶν τριχῶν τὰς ῥίζας. [36] αἱ δὲ πολιαὶ διὰ τοῦτο γίνονται, ὅτι ἐν πολλῷ χρόνῳ διϊκνεῖται τοῦ ὑγροῦ ἐν τῇ αὐξήσει, ἀποκρίνεται ὃ λευκότατον, καὶ πίπτει πρὸς τὴν ὑποδερμίδα. καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ λευκοτέρη γίνεται, καὶ ἡ ὑποδερμὶς, καὶ μᾶλλον ἔτι αἱ πολιαὶ εἰσὶ, λευκοτέρη τὸ μέσον γίνεται. καὶ ὀλίγοι ἐν ἡλικίῃ πολιοὶ γίνονται ἐν τῇ κεφαλῇ, κείνοισιν ἡ ὑποδερμὶς, ὅκου αἱ πολιαί εἰσι, λευκοτέρη τὸ μέσον ἐστίν. ἔχει γὰρ τόδε, ὧδε. ὁκοίου ἂν ἡ μὲν ἀρχὴ ἰκμάδα ἔλκῃ, ἢν τε λευκὴν, ἢν τε πυῤῥὴν, ἢν τε μέλαιναν, διαύτη τὴ χροιῇ καὶ ἡ μέσον γίνεται). ταῦτα δὲ οἱ ἐς τοῦτο εἴρηται. ἐλθόντα δὲ αὖτις [37] εἰς ὃ ἀπολείπομεν τὸν λόγον. ὅταν δὲ δὴ τὰ ἄκρα τοῦ σώματος τοῦ παιδίου ὀζωθῇ ἔξω, καὶ ⓐ ὄνυχες καὶ αἱ τρίχες ἐρρίζωνται, τότε δὴ καὶ κινέεται. καὶ ὁ χρόνος ἐς τοῦτο γίνεται. τὸ μὲν πρῶτον, τρεῖς μηνῶν τῇ δὲ θηλείῃ, τέσσαρες. ὧν δὲ γὰρ πιοτέρη ξυμβαίνει. ἔστι δὲ ἃ καὶ πρόσθεν τῶν παιδίων τούτου τοῦ χρόνου κινέεται. κινέεται δὲ πρῶτον ὃ ἄρσεν, ὅτι ἐστὶν ἰκμοτέρου τοῦ θήλεος. καὶ πρῶτον πήγνυται ὃ ἄρσεν, διὰ γὰρ ἰκμοτέρης καὶ παχυτέρης γονῆς γίνεται. ὁκόταν δὲ κινηθῇ ὃ ἔμβρυον, τότε δὴ ὀπισημαίνῃ καὶ ὃ γάλα τῇ μητρί. ⓐ δὲ μαζοὶ αἴρονται, καὶ αἱ θηλαὶ ὀργῶσι. ὃ δὲ γάλα, οὐ χωρέει. καὶ τῆσι μὲν πυκνοφράκτοισι τῶν γυναικῶν, ὕστερον τὸ γάλα ὀπισημαίνει καὶ ἔρχεται. τῆσι δὲ ἀραιοφράκτοισι, προθύει. [38] διὰ ἀνάγκαιαν δὲ τοιήνδε, γίνεται τὸ γάλα. ὁκόταν αἱ μήτραι ὀγκηραὶ γένωνται ἐόσαι τοῦ παιδίου, πιέζουσι τὴν κοιλίην τὸ γαστρός. ἢν δὲ ὁκόταν πλήρεος ἐόντος ὁ πιεσμὸς γένηται, ἀποπηδᾷ τὸ πόσιον ἀπό τε τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν ἔξω, ἐς τὸ ὑπόπλοον, καὶ τὴν ὠμόν. ὥσπερ δέρμα ἐόντος διείληφεν ἡμῖν πολλῷ, καὶ ἐόν αὐαπτόν, καὶ ἐπὶν αὐαπτὸν πιέζῃ τὸ δέρμα, ἀναπηδᾷ αὖ πιεζομένου τοῦ δέρματος ἔξω τὸ ἔλαιον. οὕτω δὴ καὶ ἡ τὸ κοιλίης τὸ πιαῖνον ἐν αὐτῇ ἐχούσης ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν πιεζομένης ὑπὸ τῶν μητρέων [39] ἀναπηδᾷ τὸ πίαρ ἐὸν ἐς τὸ ὑπόπλοον καὶ ἐς τὴν ὠμόν. καὶ ἀραιοφράκτοις ἔνι ἡ γονὴ, ῥᾷόν ἀμαθαίνει ἡ ἀναπηδήσιος· διὰ τὸ μὴ, ὕστερον. καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κτίσεα, διὰ μὴ πνοστέῃ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποσὸν καὶ σίτου, πίσσερα γίνεται. διὰ τοῦτο. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ. ἀπὸ γὰρ τοῦ

nusquam rarescit summa superficiei cuticula. Nam quemadmodum paulo ante a me dictum est, intercepta est genituræ via. Mulieres autē mento & toto corpore glabræ sunt, quod ipsis in actu venereo nō perinde agitatus humor ac viris, summam cuticulá raram efficere nequeat. At qui caluescunt, ij sanè phlegmate redundant, quod per coitum in eorum capite agitatū & incalescens, in summam cuticulam illapsum, pilorum radices exurit, ita vt pili effluant. Eunuchi autem eam ob causam non caluescunt, quòd neq; vehementiùs moueantur, neq; phlegma in coitu incalescens, pilorum radices exurat. Cani autem ob id contingunt, quod longo tempore permeante in homine humido, id quod candidissimum est secernitur, & in summam cuticulam illabitur, ita vt attracta candidiore humiditate pilus quàm antea candidior euadat, ipsáque summa cuticula, eo præsertim loco vbi cani sunt, quàm quouis alio candidior existat. Quiq; à prima origine canos habent in capite, illis summa cuticula, vbi cani sunt, quàm alia quæuis candidior existit, quòd illic albissima humiditas insit. Sic autem se res habet. Qualem humorem caro attraxerit, siue album, siue flauum, siue nigrum, talem etiam colorem capillus imbuit. At de his quidem hactenus.

Deinceps verò quod est reliquum persequar. Postea autem quam summæ corporis pueri partes ramos foras emiserint, vnguésque ac capilli radices egerint, tunc sanè etiam mouetur : ad idque masculo trium mensium tempus conceditur, fœmellæ verò quatuor. Sic enim vt plurimum contingit, etsi etiam quidam pueri ante hoc tempus mouentur. Primùm autem mas mouetur, quod fœmella sit robustior : primùm quoque concrescit masculus, cùm ex validiore & crassiore genitura constet. Cùm autem fœtus mouetur, tunc sanè lac de se significationem matri exhibet. Mammæ enim attolluntur, & papillæ turgescunt, neque tamen lac prodit. Et mulieribus quidem, quæ denso sunt corporis habitu, tardior est lactis significatio, seriúsque fertur, citiùs verò his quæ rarum habent corporis habitum. Lac autem propterea necessariò gignitur. Cùm vterus fœtu intumescens, mulieris ventrem comprimit, si eo pleno compressio illa contingat, quod in cibo & potu est pinguissimum foras in omentum & carnem prosilit. Ac veluti si corium copioso oleo perunctū quis imbibi sinat, eóque imbibito corium premat, quo compresso foras oleum exilierit : sic certè vbi venter pinguedinem à cibis & potibus continet, & ab vtero comprimitur, quod pingue est in omentum & carnem transilit. Et si raro habitu mulier fuerit, hanc exudationē faciliùs percipit, sin minus, tardiùs. Quin & pecora cùm vterum gerunt, nisi morbo aliquo laborent, potu cibóque ob eam causam pinguiora euadunt, itidemq; mulier. Pingui namq; incalescente & candido effecto, quod vteri calore edulcatum est, in mammas expressum tendit, & in vteros quoque exigua portio per easdem venas defertur. Ad mammas enim & vteros eiusmodi venulæ & consimiles aliæ feruntur. Cumq; ad vterum peruenerit, lactis formam habet, eóque exiguo puer fruitur. Mammæ verò vbi lac exceperint, attolluntur & implentur.

πόνος διαθερμαινομένῳ καὶ λευκοῦ ἐόντος τὸ γλυκαινόμενον ἀπὸ τῆς θερμῆς τῆς ἀπὸ τῶν μητρέων, ἀποβλιβόμενον ἔρχεται, εἰς τοὺς μαζοὺς. καὶ εἰς τὰς μήτρας ὀλίγον ἔρχεται, διὰ τὴν αὐτέων φλεβῶν. πέφυκε γὰρ εἰς τοὺς μαζοὺς καὶ εἰς τὰς μήτρας, φλέβια ταυτά τε καὶ προσπλήσια ἀλλα. καὶ ὁκόταν ἀφίκηται εἰς τὰς μήτρας ἰοῦσα ἐκ τοῦ γάλακτος, [40] καὶ ὃ παιδίον ἀπ' αὐτῆς ἐπαυρίσκεται ὀλίγον. ⓐ δὲ μαζοὶ δεχόμενοι τὸ γάλα, αἴρονται πιμπλάμενοι.

Atq; vbi mulier pepererit, ſuppeditato motus initio, ac in ipſas mãmas fertur, ſi puerũ lactauerit. Sic enim ſe res habet. Dum mammæ exuguntur, venæ quæ ad eas tendũt, ampliores reddũtur, & ampliores effectæ, quod pingue eſt à ventre attrahunt, & in mammas tranſmittunt. Vir namque ſi venerem crebrò exerceat, ampliores venæ redditæ, ſemen attrahũt. Quin etiam hæc ſe res habet ad hunc modum. Cùm, quæ à matre ferri conſueuerunt, ad vterum peruenerint, tum pueri nutriri & augeri incipiunt, atque vt mater ſana ac debilis eſt, ita etiam puer valet. Et quemadmodum quæ è terra gignũtur, è terra nutriuntur, quæ & eodem, quo terra, ſe habent modo. Semen enim cùm in terram demiſſum fuerit, humore quodam ab ipſa impletur, cùm cuiuſuis generis humorem terra in ſe contineat, quo, quæ ex ea naſcuntur, nutrire poſſit. At ſemen humoris plenum, flatu diſtenditur & intumeſcit, & vis quæ in ſemine leuiſſima eſt, ab humore cogitur, illaq; vi ſpiritus coacta, & humore in folia verſo, ſemen rumpit, & primum folia foras emergũt. Quæ cùm emerſerint, vbi ampliùs ab humore, qui in ſemine ineſt, nutriri non poſſunt, tum folia inferiore parte rumpuntur, ipſumq; à foliis coactum, vim ſuam, quæ in eo propter grauitatẽ eſt reliqua, ad inferiora demittit, & ex foliis oriuntur radices, ex iiſq; dependent. Vbi verò planta firmas radices in terram iecerit, ex eaq; alimentum ſumpſerit, tũ ſane totum euaneſcit, & in plãtam, excepto cortice qui ſolidiſſimus eſt, abſumitur. Qui rurſus etiam in terra putreſcens, progreſſu ſanè temporis euaneſcit, & folia quædam in ramos finduntur. Ex ſemine igitur vtpote ex humido ortũ, quamdiu quidem molle & aquoſum fuerit, ad incrementum tum inferiorẽ, tum ſuperiore parte fertur, & nullum fructum edere poteſt. Neque enim facultas valida & pinguis ei ineſt, vt ex eo ſemẽ cogatur. Vbi verò temporis ſucceſſu ſoliditatem maiorem acceperit, & firmiores radices egerit, tum iam etiam venas amplas, tum ſuperiore, tum inferiore parte obtinet, tuncq; ſanè ex terra non ampliùs aquoſum attrahit, ſed craſſius, pinguius, & copioſius, quod à ſole calefactum, in extremitates efferueſcit, & fructus naſcitur, cum eo ex quo ortum eſt cognationem habẽs, multuſq; ex pauco iccirco oritur, quod quæ è terra naſcuntur, copioſiorem ex ea vim trahant, quàm ex quo orta ſunt, neq; vno in loco, ſed pluribus efferueſcunt. Quo ex feruore prodiẽs fœtus, planta ſua nutritur, quæ quicquid ex terra trahit, in fructum trãsfert. Sol autem ab ipſo aquoſum ad ſe alliciens, fructum coquit & ſolidiorem reddit. Atq; hæc à me quidem dicta ſunt de his, quę ex ſemine de terra & aqua producuntur. At de plantatis in terrã ſurculis, ex arboribus aliæ arbores hunc in modũ producuntur. Ramus in infima ad terram parte, qua ab arbore euulſus eſt, vulnus habet, & vnde radices prodeunt, quod hoc fit modo. Cùm planta in terram defixa, ab ea humorem acceperit, intumeſcit, & ſpiritum concipit, quod non facit quod terræ ſupereminet. Spiritus autem & humor, collecta in inferiore plantæ parte vi, efficiunt vt quod grauiſſimum eſt deorſum erumpat, ex eóque teneræ radices oriuntur. Quod cum inferiore parte acceperit, tunc ſanè ex radice attractum humorem ei, quod ſupra terram eminet, tranſmittit; túncque certè ſuperiore parte intumeſcit & ſpiritum cõcipit,

καὶ ὁκότ᾽ ἂν τάχιστα ἀρχὴ κινήσιος γένηται, χωρεῖ δὲ γάλα ἐς τοὺς μαζοὺς τούτους, ἢν θηλάζῃ. ἔχει γὰρ οὕτω. θηλαζομένοιν τοῖν μαζοῖν, εὐρυτέρω γίνεται τὰ φλέβια ἐς τοὺς μαζοὺς, εὐρυτέρω ἢ γάλακτος, ἀπὸ τῆς χειλίνης ἕλκεται δὲ πιαρὸν, τοῖν μαζοῖν δίχα διδόασι. καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀνὴρ ἢν λαγνεύῃ πολλὰ, εὐρυτέρω γινόμενα τὰ φλέβια, μᾶλλον ἐπαίρει τὸ λαγνεῖον. ἔχει δὲ καὶ τόδε, ὦδε· ἡ ξυφὴ καὶ ἡ αὔξησις τῶν παιδίων γίνεται. ὁκότ᾽ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐὼν τὰ ἀπὸ τῆς μητρὸς. καὶ ὅκως ἂν ἡ μήτηρ ἔχῃ, ὑγιείης ἢ ἀσθενείης, ὧδε καὶ τὸ παιδίον ἔχει. ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ φυόμενα τρέφεται ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ ὅκως ἂν ἡ γῆ ἔχῃ, ὕτω καὶ τὰ φυόμενα ἔχει ἐν τῇ γῇ. τὸ, τε γὰρ σπέρμα, ὁκότ᾽ ἂν καταβληθῇ ἐς τὴν γλῶ. ἰκμάδος ὑγρὸς ἐμπίμπλαται ἀπ᾽ αὐτῆς. ἔχει γὰρ ἐν αὐτῇ ἡ γῆ ἰκμάδα πολλοίσιν, ὥστε τρέφειν τὰ φυόμενα. ἰκμάδος δὲ πλησθὲν τὸ σπέρμα φυσᾶται καὶ οἰδέει, καὶ ἀναγκάζει ὑπὸ τῆς ἰκμάδος συστρέφεσθαι ἡ δύναμις, ἥτις ἐστὶ κουφοτάτη ἐν ᾧ σπέρματι. συστρεφομένη δὲ ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ πνεύματος, καὶ τὴν ἰκμάδος φύλλα ῥηγνυσι τὸ σπέρμα, καὶ ἀνατέλλει πρῶτον ἔξω τὰ φύλλα. ἀνατείλαντα δὲ, ὁκόταν μηκέτι δύνηται τρέφειν τὰ φύλλα ὑπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς ἐν ᾧ σπέρματι ἐνεούσης, ῥήγνυται τε ἐς τὸ κάτω τὸ, τε σπέρμα καὶ τὰ φύλλα. καὶ βιώμενον ὑπὸ τῶν φύλλων, μεθίησι τῆς δυνάμιος ἐς τὸ κάτω, ἥ οἱ αὐτῷ ὑπολείπεται δίχα τοῦ βαρύτατα. καὶ γίνονται ῥίζαι ἐκ τῶν φύλλων διατεταμέναι. ὁκότ᾽ ἂν δὲ κάτω βεβαίως ῥιζωθῇ τὸ φυὲν, καὶ τὴν ξυφὴν ἀπὸ τῆς γῆς ποιέηται, τότε ἤδη ἠφανίσθαι πρῶ, καὶ αὐήλωται ἐς τὸ φυὲν πλεῖστον τὸ λεπυρίου, ὅτι γερεώτατόν ἐστιν. αὕτη δὲ τὸ λεπύριον ἔοικεν ἐν τῇ γῇ, ἀδηλον χρόνον δή· καὶ ὀζοῦται καὶ ἴνας τῶν φύλλων. ἐκ σπέρματος γὰρ οὔτε ἀφ᾽ ὑγροῦ γιγνόμενον, τέως μὲν ἀπαλὸν ἔῃ καὶ ὑδαρές, εἰς αὔξησιν ὡρμημένον καὶ ἐς τὸ κάτω καὶ ἐς τὸ ἄνω, ἵνα δύναται τὴν καρπὸν ἐκδοῆναι. οὐ γάρ ἐστιν αὐτῷ δύναμις ἰσχυρὴ καὶ πιφανῆς τὸ σπέρμα συστρέφηται. ὁκότ᾽ ἂν δὲ γερεωθῇ μᾶλλον καὶ ῥιζωθῇ τὸ πεφυκὸς ὑπὸ χρόνου, τότε ἤδη καὶ φλέβας ἴσχει θυρείας, καὶ ἐς τὸ ἄνω καὶ ἐς τὸ κάτω. καὶ τότε δὴ ἐκ τῆς γῆς ἕλκεται, οὐκ ἐπὶ ὑδαρές, ἀλλὰ παχύτερόν τε καὶ πιώτερον καὶ θολερόν. τὸ δὲ θερμαινόμενον ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐκζεῖ τε ἀέρα, καὶ γίνεται καρπὸς, καὶ τὸ ξυγγενὲς ὀζοῦται ὁκοίου καὶ ἐβλάστησε. καὶ πολὺς ὀζοῦται διὰ τόδε γίνεται, ὅτι ἕλκει ἕκαστον τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς δυνάμιν πλείονα, ἢ δι᾽ ὃ ἐβλάστησε. καὶ ἐκζεῖ καὶ ἐν, ἀλλὰ καὶ πολλά. ὁκόταν δὲ ὁ καρπὸς ἐκζέσῃ, πέφεται ὑπὸ τοῦ φυομένου. ἕλκει γὰρ τὸ φυόμενον ἀπὸ τῆς γῆς, τὰ καρπῷ ἐκδίδωσιν. ὁ δὲ ἥλιος πέσσει καὶ τρέφει καρπὸν, τὸ ὑδαρέστερον τοῦ ἑωυτοῦ ἕλκων ἀπ᾽ αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ μοι εἴρηται, ὡς τῶν ἐκ σπέρματος φυομένων, ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος. τὰ δὲ ἐκ φυτοτμηίων, ἀπὸ δενδρέων δένδρεα γίνεται, ὧδε· πρῶτα μὲν ἔχει ὁ κλάδος ἐν ᾧ κατωτάτω τοῦ ξύλου, ἢ ἀπὸ τοῦ δένδρου ἐκλάθη ὅθεν αἱ ῥίζαι ἀφίσανται. ἔπειτα δὲ τοιούτῳ μεθίενται· ὁκότ᾽ ἂν τὸ φυτὸν τὸ ἐκτὸς γῆ ἐνέον, ἰκμάδα λάβῃ ἀπὸ τῆς γῆς, οἰδέει καὶ πνεῦμα ἴσχει. δεῖ δὲ ὑπὸ τῆς γῆς, κοὐκέπω. δεῖ δὲ πνεῦμα καὶ ἡ ἰκμὰς συστρέφεσθαι ἐν ᾧ κάτω τοῦ φυτοῦ τοῦ δυνάμιν, ὅς ἐως βαρυτάτη, ἐρρῆξεν ἐς τὸ κάτω, καὶ γίνονται, ὅθ᾽ αὖ ῥίζαι ἀπαλαί. ὁκότ᾽ ἂν δὲ ἐς τὸ κάτω λάβῃται, τὸ δὴ ἕλκει ἐκ τῆς ῥίζης ἰκμάδα, καὶ διαδίδωσι ᾧ ὑπὸ γῆς ἐόντι. καὶ τότε δὴ αὖθις τὸ ἄνω οἰδέει καὶ πνεῦμα ἴσχει

καὶ ὅση δύναμις ἐν τῷ φυτῷ κύφη ἔνεστι ξυσταφθεῖσα φύλλα γεννῶσι βλαστούς, καὶ ἐς ὃ ἄνω ἤδη τὴν αὔξησιν ποιέεται, καὶ ἐς ὃ κάτω· ὅταν ἐς ὃ ἀνάπαλιν ξυμβαίνῃ ἤδη πρῶτον ἐκ τῶν σπερμάτων γεννᾶσθαι· πρότερον γὰρ ἐκ τῶν σπερμάτων ὃ φύλλον ἀναπέλλει· ἔπειτα ἀρίζας εἰς ὃ κάτω ἀφίεται. ὃ γὰρ δένδρον, ῥίζου πρῶτον· ἔπειτα φυλλοῦται. Αἰτία δὲ, ὅτι ἐν μὲν τῷ σπέρματι αὐτάρκεως ἰκμάδος πλῆθος ἔνεστι, καὶ ἐν τῇ γῇ πάντι ἐόντι, ὑγρὴ ἔνεστι· ὃ πρῶτον τοῦ φύλλου ἀρχόμενον, ὅταν ὃ φύλλον ἀφῇ, μέχρις αὖ ῥιζωθῇ, ἐν τῷ κλάδῳ ἐστί. ἡ γὰρ γῆ ὀξέτερον ὅταν ὃ φύλλον ὃ πρῶτον ὑγρὸν ἐᾷ· ἀλλ' αὐτὸς ὁ κλάδος ἐστὶν, ὡς ἂν ἔχῃ ὃ δένδρον ἐχῇ· καὶ τοῦτο ὑπὸ γῆς ἐστὶ πολύ. ὥστε οὐκ ἂν δύναιτο ὑπὸ γῆς εἶναι, ἰκμάδος πλησθῶναι. εἰ μὴ ἐκ τοῦ κάτω μεγάλη τις δύναμις ἕλκουσα, τοῦ ἄνω ἐκδιώκοι τὴν ἰκμάδα. καὶ πρῶτον τὸ φυτοβλάστιον, ἀνάγκη ἐστὶν ἑαυτῷ ὑγρὸν ποιῆσαι ἀπὸ τῆς γῆς τῇσι ῥίζῃσι· ἔπειτα οὕτως ἀπὸ τῆς γῆς ἕλκον ἄνω ἀποδιδόναι, καὶ φύλλα ὁρμῆσαι εἰς βλαστοῦντε καὶ αὔξησιν. ὅτεῳ μὲν αὔξηται τὸ φυτὸν, ὀρθοῦται ὑπ' ἀνάγκης ζώοντε, ὡς ἔρεον, ὁκότεῳ ἰκμάδος αὐτῷ πλῆον προσῄκῃται ἐν τῇ γῆς ὑγρασίῃ ὑπὸ τοῦ πλήθεος, ῥήγνυσιν, ἢ αἱ πλείσταις ἔξω, καὶ ζώοντι ὀρθοῦται τὸ φυτόν. αὔξεται δὲ καὶ εἰς τὸ βάθος, καὶ εἰς τὸ εὖρος, καὶ εἰς τὸ κάτω, καὶ ἄνω. ὅτι δὲ τὸ κάτω τῆς γῆς, τοῦ μὲν χειμῶνος, θερμόν ἐστι τοῦ δὲ θέρεος, ψυχρόν. τοῦτο δὲ καὶ ὧδε ἐστὶν. ὅτι ἡ γῆ ἰκμαλέη ἐστὶν ἐν χειμῶνι ὑπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτοντος, καὶ πιέζεται ἐφ' ἑωυτῇ, ἅτε βαρυτέρης οὔσης τῆς ἰκμάδος. πυκνοτέρη δέ ἐστιν ὑπὸ τούτου καὶ οὐκ ἔχει καπνοειδέα. διὰ γὰρ ἔλαι ἔνεστι τὸ ἀραιὸν μέγα καὶ διὰ τοῦτο τὸ κάτω τῆς γῆς τοῦ χειμῶνος θερμὸν ἐστί. καὶ γὰρ ἡ κάτωθεν ὑποκαιομένη μᾶλλον θερμοτέρη ἐστὶν, ἢ ἡ ἀραιὴ οὖσα, καὶ μᾶλλον, ἢν μᾶλλον ἰκμαλέα καὶ πεπιεσμένα, ὑπὸ σφῶν αὐτῶν θερμαίνεται, καὶ οὐ ῥᾳδίως καίεται· ὑπὸ τῆς θερμασίης συνεχόμενα σήπεται. οὐ γὰρ δίεισι τὸ πνεῦμα δι' αὐτῶν, ἅτε πυκνῶν ἐόντων. ἐὰν δ' ἐπιμελέη ἐθέλῃ ἀραιῶς κεῖσθαι, πολλῷ ἧσσον θερμαίνεται καὶ σήπεται ὅτου δ' ἂν ἐν πυρὶ καὶ καπνῷ ἐόντα καὶ βεβλεγμένα, βιαιοτέρη ἐστὶν, ἢ ἐξηρεθέη ἂν ἀραιῶς κείμενα· καὶ ἱμάτια συνδεδεμένα καὶ κατεσφιγμένα ἰσχνῶς δοκέει, καταξαίνεται ὑπὸ φρεώνων αὐτῶν, ὡς ἐγὼ ἤδη εἶδον, ὡς ἂν ὑπὸ πυρὸς συνεχόμενα. ἐὰν δέ τις θέλοι σὺν μηδενὶ πόνῳ πρῶτα ὅσα πτέρεα ἀνὰ τὸ σφῶν αὐτῶν, θερμότερα εὑρήσει, ἢ ἐὰν ἀραιῶς κείμενα. ὃ γὰρ ἔχει ἀνὰ πυκνὸν ψυχρὸν ὑπὸ τῷ αὐτῷ, τοῦτο ὃ ἐκ τῆς γῆς τὸ κάτω πλείης ἐόσης καὶ αὐτῆς ὑφ' ἑωυτῆς πεπιεσμένης, ἅτε βαρείης καὶ πυκνῆς ἐόσης ὑπὸ τοῦ ἰκμάδος θερμαίνεται ὑπὸ χειμῶνος. οὐ γάρ ἐστιν αὐτῆς διαπνοὴ ἐκδυομένου τοῦ θερμοῦ. ἀλλ' ὁκότεῳ πέσῃ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὃ ὕδωρ ἐς αὐτὸν, ὅτεῳ ἀποπνέῃ ὑπὸ τῆς γῆς αὐτὸ αὐτοῦ, ἢ διέξισι πρόσω, ἅτε πυκνῆς ἐόσης τῆς γῆς· ἀλλ' ἡ πνοὴ, ὀπίσω ἐς τὸ ὕδωρ ἔρχεται. καὶ δῆλον ὅτι αἱ πηγαὶ καὶ ἡ θάλασσα θερμότεραι εἰσὶ τοῦ χειμῶνος, καὶ μείζους, ἢ τοῦ θέρεος· ὅτι ἀποπνέοντος τοῦ πνεύματος, ὀπίσω ἔρχεται ἐς τὸ ὕδωρ, ἅτε τῆς γῆς πυκνοτέρης οὔσης, καὶ οὐ διίεισι δι' αὐτῆς τὸ πνεῦμα. καὶ τὸ ὕδωρ πολὺ ἐὸν, ἢ αὖ τύχῃ, τοῦτο δὴ θέρεος χαλεπὸν, καὶ ὀλίγον ἐὸν. τὸ γὰρ ὕδωρ οὐ τὴν γῆν οὐκ ἔσηκεν, ἀλλ' ἀεὶ χαλᾷ ἐς τὸ κατάντες. ἐς δὲ τὸν χειμῶνα οὐ τοῦτο ποιέεται· ἀλλὰ πολὺ ἐὸν, ἢ αὖ τύχῃ, τοῦτο δὴ χειμῶνι χαλεπὸν, καὶ ὀλίγον ἐὸν·

Atque iſta omnia eò à me dicta ſunt, quòd terræ inferiora hieme quam æſtate calidiora eſſe conſtet. Núc verò dicendum eſt, cur terræ inferiora æſtate quam hyeme frigidiora eſſe conſpiciantur. Terra æſtate rara eſt & leuis, nimirum cùm ſol vehementius irruat, & omnem ad ſe ex ea humorem attrahat. Aquam autem plus minuſve terra ſemper in ſe continet. Spiritus vero omnes nobis ex aquis proueniunt. Quod ita ſe habere efficiá vt cõiicere poſſis. Ex omnibus enim fluminibus & nubibus ſemper ſpiritus prodeunt. Sunt autem nubes aqua in aere cõtinua. Ac tunc ſane terra per æſtatẽ rara eſt & leuis, aquamq; in ſe continet, quæ in decliue profluit, eaq; decurrente, alius ex alio ſpiritus inde ſemper excitatur. Is autem ſpiritus, per terram leuem & raram fertur, terramq; ita refrigerat, vt ſimul quoq; aqua perfrigeretur. Exempli gratia, veluti ſi quis aquam vtre contentam vehementer premat, & per acus punctũram vel paulo minorem aquę perſpiramentum exhibeat, vtremq; in ſublimi ſuſpendat, ſpiritus quidem nullus ſed aqua tantum per foramẽ prodibit, quod amplum ſatis ſpatiũ, quo exhalet, aqua nõ habeat. Ad eundem ſane modum aqua in terra per hyemem ſe habet. Quod ſi vtre ſublimi ſuſpenſo, aquæ in eo contentæ amplius ſpatium conceſſeris, per foramen ſpiritus exibit. Spatium enim amplius quo per vtrem exeat, aqua mota habet, eamq; ob cauſam per foramẽ, ſpiritus peruadit. Sic certe per æſtatem in terra aqua ſe habet. Amplum enim ſatis locum ob terræ raritatem obtinet, quodq; ſol ab ea ad ſe humorem attrahit, ipſaq; terra ſpiritum frigidum ab aqua excitatũ, cùm rara ſit & leuis, per ſe trãſmittit. Ideoq; pars eius inferior frigida exiſtit, quin & aqua multo magis quam ſpiritus in terra frigidus, ipſaque in ſeſe & in terram ſpiritum immittit. Simul quoque aquam quæ ex puteo hauritur, ſemper ſpiritus, velut flabellum agitat, qui & aquæ frigiditatem inducit. Quæ vero non hauritur æſtate, ſed immota manens denſatur, ea neque perinde vt illa ſpiritum à terra in ſeſe ſuſcipit, neq; ex ſeſe in terrá tranſmittit, ſimulq; à ſole & aere per puteum minime diſperſo, ſed ſtabili manente, ſumma eius ſuperficie primum incaleſcit, deinde altera pars alteri, ad imum vſque, caliditatem ſummam communicat. Eaq; cauſa eſt cur aqua, quæ æſtate non hauritur, ſit calidior. Quin & fontes multum profundi, æſtate ſemper frigidi ſunt, & aqua ex iis per hyemem hauſta, quando terra calet, ea quidẽ calida eſt, intercedente vero tempore frigida eſt, ab aere ſcilicet frigido refrigerata. A vento quippe perflatur, & per eá ſpiritus percolatur. Quemadmodum etiam aqua per æſtatem protinus ac hauſta fuerit, frigida eſt, eamq; ob cauſam caleſcit. Refrigeratur ſiquidem quod terra rara ſit, & ſpiritum in ſe contineat. At poſtquá hauſta fuerit, ſi tempus intercedat, quia immota manet, calida conſpicitur. Incaleſcit ſiquidẽ ab aere calido, non ſecus ac putealis aqua per æſtatem; quæ non hauritur, ob idipſum calida redditur. Ac iſta quidem hac de re à me dicta ſunt. Rurſus autem repetam, quod inferior terræ pars æſtate frigida eſt, hyeme verò calida. Superior autem terræ pars, cõtrario ſe habet modo. Neque arbori opus eſt, ſi modo valere debeat, geminum ſimul calorem aut frigus adeſſe. Verum ſi ſuperiore quidem parte calor adſit,

πρώτα ταῦτ' εἰρηταί μοι, ὅτι τ γῆς ὃ κάτω θερμότερον φαίνεται ἐὸν τ χειμῶνος, ἢ τ θέρεος. νυνὶ δ' θέλω εἰπεῖν ὅτι τ θέρεος ὃ κάτω τ γῆς, ψυχρότερον φαίνε) ἐὸν ἢ τ χειμῶνος. ἡ γῆ τ θέρεος, ἀραιὴ ὅτι καὶ κούφη, ἅτε τ ἡλίου σφοδρότερον ταῦτα σφιγγόντος, καὶ ἕλκοντος ἀπ' αὐτῆς ταῖς ἐωυτοῦ ταῖς ἰκμάδας. ἕλκει δ' ὕδωρ ἡ γῆ ἐν αὐτῇ ἀεὶ πλεῖον ἢ ἔλασσον. τὰ δ' πνεύματα ἡμῖν ὅτι πάντα ἀφ' ὕδατος. τοῦτο δ' σημεῖον, ἐπιδείξω ξυμβαίνοντα, ὅτι οὕτως ἔχει. ἀπὸ γὰρ τῶν ποταμίων πάντων, πνεύματα χωρεῖ ἐκάστοτε, καὶ τῶν νεφέων. τὰ δ' νέφεα ὅτι ὕδωρ ξυνεχὲς ἐν ἀέρι, καὶ τότε δὴ ἡ γῆ ἀραιὴ ὅτι καὶ κούφη τ θέρεος· καὶ ὕδωρ ἐν αὐτῇ ἔχουσα· καὶ τ ὕδωρ ῥεῖ ἐς τὰ κατάντεα χωρέοντος δ' τ ὕδατος, ἀεὶ ἀποπνέει αὐτόθεν ἕτερον ἐξ ἑτέρου πνεῦμα· τὸ δ' ἀποπνέον ἀφ' τῆς γῆς ἔρχεται κούφης καὶ ἀραιῆς ἐούσης, καὶ ψυχρὸς τῇ γῇ ποιεῖ. καὶ αὖθ' τ ὕδωρ συμψύχεται ἔχει δ' οὕτως, ὥσπερ ἐάν τις ἐν ἀσκῷ ὕδωρ ἐνέον ἀποπιέσειεν ἰσχυρῶς, καὶ πολλαπλοΐω τῷ ὕδατι ποιήσειεν, νύγματι βελόνης ἢ μικρῷ μείζονι, καὶ τ ἀσκὸν κρεμάσας αἰωρείη, οὐθὲν ἀφ' τοῦ τετρημένου πνεῦμα χωρήσει, ἀλλ' ὕδωρ. οὐ γὰρ ἔχει εὐρυχωρείην ἢ ἀποπνεύσεται τ ὕδωρ. ὧδε δὴ ἔχει καὶ τ χειμῶνος τῷ ὕδατι ἐν τῇ γῇ. ἐὼν δ' τῷ ὕδατι ἐν τῷ ἀσκῷ τ εὐρυχωρείῃ ποιήσας, καὶ κρεμάσας αἰωρείης ἀσκὸν, πνεῦμα διαχωρήσει ἀφ' τετρημένου. εὐρυχωρείη γὰρ ὅτι τ πνεύματι ἀπὸ τ ὕδατος καὶ ἀμφοῖν διαχωρεῖν ἀφ' τοῦ ἀσκοῦ. καὶ διὰ τ τετρημένου τ πνεῦμα διὰ τόδε δίδωσιν. ὧδε δὴ ἔχει καὶ τ θέρεος ἐν τῇ γῇ, τῷ ὕδατι. εὐρυχωρείη γάρ ὅτι αὖτε, ἅτε τ γῆς ἀραιῆς ἐούσης, καὶ τ ἡλίου ἕλκοντος ἀπ' αὐτῆς ταῖς ἰκμάδας πολλὰς ἐωυτοῦ, διδοῖ τ πνεῦμα, ἅτε ψυχρὸν ἐὸν ἀπὸ τ ὕδατος δι' αὐτῆς ἀραιᾶς ἐούσης καὶ κούφης. ἀφ' τ ψυχρὸν ἐὸν αὐτῆς ὃ κάτω τ θέρεος. καὶ ὃ ὕδωρ μᾶλλον τ πνεύματος, τ ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐόντος, καὶ αὖθ' ἀφίησιν ἐς ἐωυτὸ ὃ πνεῦμα, καὶ ἐς τὸν χῶν. καὶ ἅμα ὃ αὐτλεόμενον ἐν ᾧ φρέατι, ἀεὶ ἀφικνέε ὃ πνεῦμα, ὥσπερ ῥιπίς. καὶ ποιεῖ αὖθ', ψυχρὸς πρέχειν ᾧ ὕδατι. ὃ δ' μὴ αὐτλεόμενον τ ὕδατος τ θέρεος, ἀλλ' ἐσηκὸς, πυκνὸν ἐὸν, οὐχ ὁμοίως δέχεται τὸ πνεῦμα ἐς ἑωυτὸ ἀπὸ τῆς γῆς· οὐδ' ἐς πολὺ χρόνον ἀφ' ἑωυτοῦ ἀποδίδωσι καὶ ἅμα ἀπὸ ἡλίου καὶ τ ἀέρος οὐ σκιδναμένου ἐν ᾧ φρέατι, ἀλλὰ σταθμοῦ ἐόντος, θερμαίνεται πρῶτον αὐτὸ ὃ ἐπιπολῆς· ἔπειτα ὃ ἕτερον ὑπ' ᾧ ἑτέρῳ ἐς τὸ κάτω ἀφαδίδωσι τ θερμασίαν. καὶ ἀφ' τοῦτο μὴ αὐτλεόμενον ὕδωρ τ θέρεος, θερμότερόν ὅτι τ αὐτλεομένου. αἵτε πηγαὶ αἱ βαθέαι μάλα τ θέρεος ἀεὶ ψυχραί εἰσι. καὶ ἁρυσθὲν τὸ ὕδωρ, τ χειμῶνος τ γῆς θερμῆς ἐούσης, ἐν ταύτῃ τὸ μὲν πρῶτα ἐν θερμόν ὅτιν. ὅταν δ' χρόνος διέλθῃ, ψυχρὸν ὅτι ἐκ τοῦ τ ἀέρος ψυχροῦ ἐόντος. ὅταν δ' ἁρυσθῇ χρόνος ἐκλεγεὶς, σύμμετρον γ καὶ θερμὸν ὅταν. θερμαίνε) γὰρ ἐκ τοῦ τ ἀέρος, θερμοῦ ἐόντος. ὥσπερ

τὸ μὲν αὐτλεόμενον ὕδωρ ἐν ᾧ φρέατι τ θέρεος, ἀφ' τοῦ θερμὸν γ. ταῦτα μὲν ἐς τ τοι εἰρηται. ἀνάγκη δ' ἐστὶν, ὧδε τ θέρεος τὸ κάτω τ γῆς ψυχρὸν ὅτι τ δ' χειμῶνος, θερμόν. τὸ δ' ἄνω τ γῆς, τοὐναντίον τούτου. καὶ διὰ ᾧ δένδρῳ μὴ δεῖ θερμὰ ὁμοῦ παρεῖναι, μηδ' δύο ψυχρὰ ὁμοῦ, ἵνα μηδὲν ὑγιαίνῃ. ἀλλ' ἵνα μὲν ἐν τ ἄνωθεν παρεῖναι θερμὸν

ἐν

inferiore refrigerari oportet,cõtraq;,si superiore parte frigus accedat,eam inferiore parte incalescere necesse est. Ac radices vbi attraxerint,arbori communicant,arborq; radicibus,sicq; calidi & frigidi mutua fit dispensatio. Atq;haud aliter quàm in homine ingestis in ventriculum cibis,qui dum concoquuntur,calefaciunt,frigiditatẽ à potu reddi oportet, sic & in arbore,mutua quædam retributio ex imis ad summa, & contra, fieri debet. Ideóque tum inferiore, tum superiore parte arbor increscit,quod alimentum ex inferioribus & superioribus partibus capessat. Et quamdiu tenella admodum fuerit,fructũ non profert. Neq; enim vis illi pinguis & crassa inest, quæ ad fructũ satis esse possit. Procedente verò tempore,tunc iam ampliores venæ effectæ, in eam ex terra pinguẽ & crassum humoris fluxum deducunt, quem sol diffundens,& cũ leuis sit,efferuescentem in summas partes educit, fructúmq; profert, & ab eo tenuem quidem humorem deducit, crassiorem verò concoquens & calefaciens condulcat. Quæ verò arbores fructũ non ferunt,nõ tantam habent in se pinguedinem, quæ in fructum consumatur. Quæcunq; autem arbor tẽporis spatio robur acceperit, & firmas radices egerit, iam penitus omni ex parte crescere desinit. At verò arbores,quæ ex aliarum inoculatione proueniunt, eæ nõ illarum similem, in quas insitæ sunt,fructum ferunt. Quòd hoc modo cõtingit. Principio quidem oculus germinare incipit, cum tiquidẽ alimentũ habeat,primùm quidem ab arbore à qua auulsus est; tum verò ab ea in quam insitus est. Vbi pullularit,tenues ex se radices in arborẽ demittit,primúmq; arboris humore,in quam insitus est,fruitur. Deinde temporis spatio radices in terrã demittit,per eam in quam insitus est,& attracto è terra humore fruitur, indéq; alimẽtum sumit: vt proinde minimè mirum videri debeat, si insitæ arbores alios fructus proferant, cùm è terra viuant. Hæc quidem de arboribus & fructibus istam ob causam dicta sunt, quod imperfecta oratio relinqui à me non debuerit. Nunc verò ad ea reuertar, quorum gratia ista à me dicta sunt. Quæ ex terra nascuntur, ea omnia ex terræ humore viuere affero, & quemadmodum terræ humor habet,ita & se habere, quæ ex ipsa oriũtur. Sic & puer in vtero ex matre viuit,& vt valet mater,ita & puer. Quòd si quis,quæ de istis dicta sunt, ab initio ad finem vsque secum reputare volet, is eorum quæ è terra nascuntur, & hominum naturam per omnia similem esse comperiet. Ac de his satis. At verò puer vbi in vtero existit,manibus ad genas adhæret,caputq; pedibus proximum habet, neq; certò dignoscere queas, etiamsi puerũ in vtero videas,vtrum caput sursum: an deorsum vergat. Verùm quæ eum sustinẽt membranæ, ex vmbilico protenduntur. Nunc verò rationem eam explicabo,quá paulò antea me demonstraturum dixi, quæ, quantũ humanum ingenium consequi potest,aperta est in iis omnibus, qui ea de re nosse volent, quòd genitura membrana continetur, & in eius medio vmbilicus extat,per quem primum spiritum ad se attrahit,& foras emittit, quódque ex vmbilico membranæ protẽduntur. Quin & reliquam pueri naturam, velut à me demonstrata est, ita prorsus se habere comperiet, qui his argumentis, quæ à me proferentur,vti volet.

Si quis enim ouaviginti, aut etiá plura, gallinis duabus, aut pluribus, vt excludantur, ſupponat, & ſingulis diebus, à ſecundo exorſus, ad vltimum vſque, quo oui putamen detrahetur, ſubtrahat, frangat, diligenter inſpiciat, is eo, quo dixi, modo, omnia ſe habere deprehendet, ſi modo auis naturam cum humana conferre licet. Ex vmbilico enim membranæ protendi, aliaq; omnia quæ de puero dicta ſunt, eodem prorſus ſe habere modo in ouo gallinaceo cõperies. Quanquam, qui hæc nõdum obſeruauit, is in ouo gallinaceo vmbilicum ineſſe mirabitur. Atqui iſta ad hũc, quæ à me dicta ſunt, modũ, ſe habere cõſpiciuntur. Quando verè mulieri partus inſtat, tum ſe mouente puero & manibus ac pedibus ſe iactante, membranam quandam internam abrumpi contingit. Quâ ruptâ cæteræ imbecilliores fiunt, primũq; rumpuntur, quæ illam contingunt, deinde poſtrema. Ruptis autẽ membranis, tũ fœtus vinculo exoluitur, & agitatus foras prodit. Neque enim laxatis membranis quicquam ampliùs virium habet, neq; vteri puerum amplius continere poſſunt, laxatis vti dixi membranis & ab ipſis ablatis. Et membranæ quæ puerum circumplectuntur, non admodum magna vi vtero adhæreſcunt. Cùm verò puer prodit, vtero dilatato, qui mollis eſt, vi ſibi viam aperit, & in caput fertur, ſi ſecundũ naturam exierit. Grauiſſimæ enim ei ſunt ſuperiores partes, ex vmbilico libratæ. Quandiu autẽ in vteris manet, validior ſemper euadit, dum membranas decimo menſe perrumpat, quando matri partus inſtat. Quòd ſi vis quædam puero contingat, etiam ante præfinitum tempus ruptis membranis foras prodit. Quinetiam ſi alimento à matre prius deſtituatur, ſic quoq; ante tẽpus matri partio ingruit, & ante decimum menſem puer egreditur. At verò ſi quæ vltra decem menſes vtero geſtare ſibi viſæ ſunt, (quod iam ſæpe audiui) eæ hoc, quem referam, modo fallunt. Cũ vteri à vẽtre flatum ſuppeditante ſpiritu diſtenduntur & intumeſcunt (id enim contingit) tunc mulieres ſe concepiſſe exiſtimãt. Et ſi menſes minimè prodeuntes in vteris collecti fuerint, longioremq; morã fecerint, ſubinde alij eò confluũt, interdum quidem flatibus, qui à ventre procedunt, permixti, interdum verò incaleſcentes. Tunc quoq; ſanè non prodeuntibus menſibus, & in tumorẽ ſublatis vteris, mulieres vtero ſibi geſtare videtur. Deinde quandoq; menſes ſua ſponte erumpunt, aut cùm alij inſuper ad vteros ferantur, & priores deturbent, etiá flatus egreditur, ac multis iam ſtatim poſt menſtruã purgationem vteri dehiſcunt, & ad pudendum conuertuntur, atq; eo tempore cum viris congreſſæ, eodem ipſo die, vel paulò poſt, concipiunt. Atq; harum rationum ac rerum ignaræ, eo tempore ſe concepiſſe reputãt, quo menſes ſuppreſſi erant & vteri intumuerant. Cur autem non longiore quam decem menſiũ ſpatio, fœtum vtero geſtari contingat, referam. Poſt exactos decem menſes, vbi fœtus grandior eſt, alimentum & incrementũ, quod à matre demittitur, nõ amplius puero ſufficere poteſt. Quod enim in ſanguine dulciſſimũ eſt, ad ſeſe attrahit, ſimulq; aliquantula lactis portione fruitur. Quæ cùm ipſi pauciora ſint, pueróq; iã plenior factus, plus alimẽti quàm adſit, requirat, ipſe ſeſe iactans, membranas diſrumpit. Idq; frequentiùs experiuntur mulieres quæ primùm pariũt.

εἰ γὰρ ὡς ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ ἢ ἐς πλείονα ἕκως ἐκλεπίσῃ τὸν ὑποθιῶα δέκα τοιοῦσιν, εἴτε δισὶν εἰ ἢ πλείοσι ἢ ἑκάστης ἡμέρης ἀπὸ τοῦ δευτέρης ἀρξάμενος μέχρι τοῦ ὑστάτης, ἢ ἐκλεψῃ τὸν ὠόν, ὑφαιρέων καὶ καταγνύων, σκοπῶν, βυρήσῃ ἔχοντα πάντα καθ' ἑωυτὸ λόγον, ὡς χρὴ ὄρνιθος φύσιν ξυμβαλεῖν ἀνθρώπου φύσῃ. ὅτι γὰρ ὑμένες εἰσὶν ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ τεταμένοι, καὶ τὰ ἐντὸς ὁποῖά εἰρηται, ῥηϊδίως παῖδιον, ὅτῳ ἔχοντα ἐν τῷ ὠῷ τῷ ὄρνιθείῳ· βυρήσεις δὲ ἀρχῆς ἐς τέλος. καίτοι ἐν ὅτῳ μηδέπω ἐνεόν, θαυμάσῃ ἐν ὀρνιθείῳ ὠῷ ἐνεόντα ὀμφαλόν. ἔχει δ' ὧδε τὰ δὲ καὶ τῷ δέμοι ὧδε εἰρῆσθαι. ὁκόταν δὲ τῇ γυναικὶ ὁ τόκος ἐπιθαλήπται, ξυμβαίνει τότε τὸ παιδίῳ κινεομένῳ, καὶ ἀσκαρίζοντι χερσί τε καὶ ποσί, ῥῆξαί τινα τῶν ὑμένων τὸν ἔνδον. ῥαγέντος δὲ ἤδη ἑνός, καὶ δεύτεροι ἀκλιδωτότερον δυνάμενοι ἔρχεσι. καὶ ῥήγνυνται τρῶτον μέν, ὁκόταν κείνου ἐκρυῇσι· ἔπειτα ὁ ὕστερος. ὁκόταν δὲ ῥαγῶσιν οἱ ὑμένες, τότε λύεται ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τὸ ἔμβρυον καὶ χωρεῖ ἔξω κλονηθέν. οὐ γὰρ ἔτι ἔχει θέσιν, τῶν ὑμένων προσδόντων. οὐδὲ αἱ μῆτραι δύνανται ἔτι τὸ παιδίον ἴσχειν, τῶν ὑμένων, ὡς ἔφην προσδόντων καὶ τούτων ἀπενεχθέντων. προσλαμβάνουσι γὰρ οἱ ὑμένες καὶ τῶν μητρέων ὁκόταν ἀμφὶ τὸ παιδίον ἕλωνται οὐ πολλῇ δυνάμει. ὁκόταν δὲ χωρέῃ τὸ παιδίον, βίπτουσι καὶ βύρυνα τὰς μήτρας ἐν τῇ διεξόδῳ, ἅτε ἀπαλὰς ἐούσας. χωρέει δ' ὅτι κεφαλίον, εἰ κατὰ φύσιν ἴῃ. βαρύτατα γὰρ ὄντι αὐτῷ τὰ ἄνω ἐστὶ τοῦ ὀμφαλοῦ σαθμεόμενα. ἐν δὲ τῇσι μήτρῃσι ἐνεόν, ἐγκρατὲς μηδὲν εἰς τῶν ὑμένων τὴν καταῤῥῆξιν, ἀλλὰ δεκάτῳ μηνί, ὅτε ὁ τόκος τῇ μητρὶ προσγένηται. διὸ δὴ βίαιον πάθημα πάθη τὸ παιδίον, καὶ προσθέν τε ὀλισμένον χρόνον ῥαγέντων τῶν ὑμένων ὀξέως ἔρχεται, καὶ διὰ τὴν ἔξω προσθεν λήξιν ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχοντος τὸ παιδίῳ, καὶ ὅτῳ προσθεν ὁ τόκος τῇ μητρὶ προσγένηται. θᾶσσον δὲ δέκα μηνῶν ἐξέρχεται. ἀλλ' ὅσαν δὲ ἐδοξάσθη πλείονα χρόνον δέκα μηνῶν ἔχειν, ἤδη δὲ ὅτῳ πολλαχοῦ ἤκουσα, ἢ κρύφα διελήθησ ἔξω τοιῷδε, ᾧ μηδὲν ἐρῇ ὁκόταν αἱ μῆτραι πνεῦμα λάβωσιν ἐς σφᾶς αὐτὰς ἀπὸ χειλίης φυσῇ πρεχούσης καὶ ὀξαρθῶσι, γίγνεται δὲ ὅτῳ, δοκέουσι δὴ αἱ γυναῖκες προσσφᾶς ἔχειν τότε. καὶ διὰ καταμήνια μὲν χωρέουσα ξυσταφῇ ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ ἐπὶ χρονιώτερα, ἀναῤῥῇξ ἐς τὰς μήτρας. ὅτι μὲν ὅτε ξυ, ὡς ἀπὸ τῆς κοιλίης πνεύματι, ὅτι δὲ ὅτε καὶ θερμαινόμενα. καὶ δὴ καὶ τότε ἐν γαστρὶ δοκέουσιν ἔχειν αἱ γυναῖκες, ἅτε τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, καὶ τῶν μητρέων ἡρμένων. εἶτα ὅτι ὅτε τὰ καταμήνια ἐρράγη αὐτόματα, ἢ ἑτέρων ὅτι καὶ τελεόντων ἅμα τῷ φόρτος ἐς τὰς μήτρας καὶ κατενεχθέντων τὰ προτερα φύσα ὀξηλθε, καὶ πολλοῖσιν ἤδη δύο μὴ τῶν καταμηνίων κάθαρσιν αἱ μῆτραι ἔχουσιν, ἐς καὶ τὸ αἰδοῖον ἐς σφᾶς ἔλαβον, καὶ τινα καὶ μιχθεῖσαι ἀνδράσιν, ἔλαθον προσσφᾶς τὸ γόνος, αὐθημερὸν ἢ ἅμα ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσιν. λογίζονται δὲ αἱ ἀπόφασιν τούτων τῶν λόγων καὶ τῶν πρηγμάτων κάλλιστον μὲν χρόνον ἐν γαστρὶ ἔχειν, ὅτε τὰ καταμήνια οὐκ ἐχώρεεν αὐτῇσι, καὶ αἱ μῆτραι ἡρμέναι ἐτύγχανον. ὅτι δὲ οὐκ ἔστι χρονιώτερον δέκα μηνῶν ἐν γαστρὶ ἔχειν ἐγὼ φράσω. ἡ ξυφὴ καὶ ἡ αὔξησις ἡ ἀπὸ τῆς μήτρης καταδοσα, οὐκ ἔλαττον ἀρκέσει τοῦ παιδίῳ ἔστι, οὐδὲ τὸν ὠὸν ἐν τῷ ὠῷ δέκα μηνῶν ἐόντα ἐν τῷ ὠῷ τὸν ὀρνιθείῳ

ὑπολείπῃ γὰρ τοῖσι παιδίοισιν ἡ τροφὴ ἐς τὸ ἀρχέσαι. ἀλλ' ἐς τὸν δέκα μηνῶν. ὑπολείπει δ' ὧδέ πῃ τοιόνδε. εἰσὶ τῶν γυναικῶν αἱ μέν, ἀρχέοντα τὰ καταμήνια καθαίρονται. αἱ δ' ἐλάσσονα, τοῦτο δ' ἀεὶ γίνε) ἐν φύσει καὶ ἐν ἡλικίῃ, μητρῴον σφίν ἐστιν, αἱ δὲ τὰ καταμήνια ὀλίγα μίσγουσαι, αὖ) καὶ τοῖς παιδίοισι, τὸ χρεὼν τὸ ὑγιαλον, ὅτεν πάρα ἀδρύνεται, τῇ τροφῇ ἀσθενεστέρῃ παρέχουσαι, ποιέουσιν ἀσκαρίζειν, καὶ πρόσθεν τῶν δέκα μηνῶν ἐξελθεῖν ἐπείγεσθαι, ὀλίγην γὰρ ἀπὸ τῶν νέων μητρῶν χωρεῖ τὸ αἷμα. ὡς δὲ καὶ τὸ πλῆθος ξυμβαίνῃ, καὶ ἀγαλακτίης εἶ) ταύτας τὰς γυναῖκας, τὰς ὀλίγα τὰ καταμήνια, μίσγειν. ξηροτέρας γὰρ καὶ πυκνοσαρκοτέρας εἶναι. τοῦτο δὲ τῷ λόγῳ ὅλῳ ὑπολειπούσης τῆς τροφῆς, ἐξέρχε) τὸ ἔμβρυον, ἐὰν μὴ αὐτῷ βίαιον παθημα προσπέσῃ, καὶ ἰσόρροπον τόδε ὑπάρχῃ. τὸ ὄρνεον γίνε) ἐν τῷ ᾠῷ τῷ χλωρῷ, ὥσπερ καὶ τοῖσιδε· ὑπεκαθεζομένης τῆς μητρὸς θερμαίνεται τὸ ᾠόν. καὶ τὸ ἐν τῷ ᾠῷ ἐνέον, ἀπὸ τῆς μητρὸς κινέεται. θερμαινόμενον δὲ πνεῦμα ἵησι τὸ ἐν τῷ ᾠῷ ἐνέον, καὶ αἴνιγμα ἕτερον ψυχρὸν ἀπὸ τοῦ πέριξ, ἅμα τῷ ᾠῷ. τὸ γὰρ ᾠὸν ἀραιόν ἐστιν οὕτως, ὡς πνοὴν ἐλκομένῳ ἀρχέσαν, ἐσιέναι τῷ ἔνδον ἐόντι. καὶ αὔξεται τὸ ὄρνεον ἐν τῷ ᾠῷ. καὶ ἅμα μὲν τροφῇ τῷ αὐτῷ τε καὶ προσπλησίῳ, ὥσπερ καὶ τὸ παιδίον, ὡς μοι ἤδη καὶ πρόσθεν εἴρηται. γίνε) δὲ ἐκ τοῦ χλωροῦ τοῦ ᾠοῦ τὸ ὄρνεον. τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει, τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ ᾠῷ. τοῦτο ἤδη πᾶσιν ἐμφανὲς ἐλθεῖν, ὁκόσοι πρόσθεν τὸν νόον. ἐκτὸς δὲ ὑπολείπῃ ἡ τροφὴ τῷ νεοσσῷ ἐκ τοῦ ᾠοῦ, ἐκ ἔχον ἀρχέουσαν ἀφ' ἧς ζήτε), καὶ εἰ) ἰσχυρῶς ἐν τῷ ᾠῷ, ζητέον τροφὴν πλείονα. καὶ ὑμῖν προερρήγνυται. καὶ ὁκόταν ἡ ὄρνις ἀΐσθη) τὸ νεοσσὸν κινηθέντα ἰσχυρῶς, κολάψαι ἐξέλεψεν. καὶ τοῦτο ξυμβαίνειν γίνεσθαι, ἐν ἔτεσιν ἡμέρῃσι. καὶ ἐμφανές ἐστιν, ὅτι ὧδε ἔχει. ὁκόταν γὰρ κολάψῃ τὸ ὄρνεον, ὅτι τοῖσι λεπτοῖσι τοῦ ᾠοῦ, ὑγρὸν ἔνεστιν οὐδέν, ὅτι καὶ ἄξιον λόγου. ἐξαναλίσκεται γὰρ ἐς τὸ νεοσσόν. ὅτω δὲ καὶ τὸ παιδίον, ὁκόταν αὐξηθῇ, οὐκ ἐὰν δυνῶται) ἡ μήτηρ τροφὴν πρέχειν ἀρκέουσ. ζητέον οὕτω πλείω τροφὴν τὴν προεύσης τὸ ἔμβρυον, ἀσκαρίζον ῥήγνυσι οὖν ὑμένας. καὶ λυθὲν τὸ δεσμοῦ χωρεῖ ὁμοῦ ἔξω. καὶ τοῦτο γίνεται ἐν δέκα μησὶ τὸ μακρότατον. καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ τοῖσι κτήνεσι καὶ θηρίοισιν, ὅσος χρόνος γίνε) ἐν ἑκάστῳ ὥρῃσιν ἕκαστον ἵκτει οὐ μακρότερον. ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ἀνάγκη ἐστὶ χρόνον εἶ), ἐν ᾧ ἡ τροφὴ ἀσθενεστέρη ἔσται ἢ ἐμβρύῳ καὶ ὑπολείψῃ, καὶ ὁ τόκος πρέσται. καὶ τὰ μὲν ἐλάσσω τροφὴν ἐν τοῖσιν ἐμβρύοισιν ἔχοντα, θᾶσσον ἵκτ. τὰ δὲ πλείω, ὕστερον. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται. τὸ δὲ παιδίον ὅταν προερρήγωσιν ὑμένες, ἰὼν μὲν δὴ ὑπισχνεῖται ἡ ὑπὸ τὴν κεφαλὴν ῥοπή, ῥηϊδίως ἵκτει ἡ γονή. ἰὼν δὲ πλάγιον ἢ ὑπὸ πόδας χωρήσῃ, γίνεται γὰρ οὕτω πολλάκις, ἰὼν οὕτως ἡ ῥοπὴ τύχῃ, χαλεπὸν ἡ τόκος. βαρυχωρίης τῶν μητρέων, ἢ ἰὼν ἡ μήτηρ ἐν τῇ ὠδῖνι μὴ ἡσυχάσῃ τὸ πρόσθεν. οὕτω χωρεῖ, χαλεπῶς τίκτεται ἡ γονή. πολλαὶ δὲ ἤδη ἢ αὐτῇ ὤλεσαν, ἢ τὰ παιδία, ἢ ἅμα αἱ μητέρες. καὶ τὰ ἐν αὐτῇσιν. ἐκ δὲ τῶν ἰκτυσῶν μάλιστα πονέουσιν αἱ πρωτοτόκοι, διὰ τὸ ἀπρεπέως τὸ πόνων. καὶ πονέουσι μὲν πολὺ τὸ σῶμα. μάλιστα δὲ τὸ ὀσφύος τε τὰ ἰσχία. διΐστα) γὰρ σφέων τὰ ἰσχία. αἱ δὲ μᾶλλον ἔμπειροι τόκων, ἧσσον πονέουσι τῶν πρωτοτόκων. αἱ δὲ πολυτόκοι, πολὺ ἧσσον πονέουσι. ἰὼν δὲ ὑπὸ κεφαλὴν ἡ τὸ ἔμβρυον, ἡ κεφαλὴ πρῶτον ἔξω χωρεῖ.

Neq; enim pueris alimentum ad decimum menſem ſatis eſſe poteſt. Quod ad hunc modum deficit. Mulieribus quibuſdam quidem menſtruæ purgationes abundantes, quibuſdã pauciores expurgantur. Quod ſi in natura & in genere ſemper cõtingat, ipſis vterinum eſt. At quibus pauciora menſtrua effluunt, hæ pueris quoq; ſub poſtremũ tempus, vbi iã auctiores fuerint, cùm parcius alimentũ ſuppeditent, eos vt iactentur cogunt, & vt ante decimũ menſem prodeãt, compellunt. Paucus enim ſanguis de iuuenculis matribus fertur. Vt plurimũ verò, quæ pauca menſtrua demittunt, eas ſine lacte eſſe contingit. Sicciores enim ſunt, & denſiore corporis habitu. Quòd vero deficiente alimento fœtus exeat, niſi vis quædam inferatur, hoc argumento comprobatur. Auis ex oui luteo naſcitur hoc modo. Vbi mater inſidet, ouum incaleſcit, & quod in ouo continetur, à matre agitatur, concalfactumq; ſpiritum concipit, & alium frigidũ ab aëre per ovum attrahit. Ovum enim adeò rarum eſt, vt attractum ſpiritum ſatis copioſum ei, quod intus eſt, tranſmittat. Et increſcit auis in ouo, & eodem prorſus conſimiliq; modo in membra diſtinguitur, velut puer, vti iam antea à me dictum eſt. Procreatur autẽ auis ex oui luteo, alimentũ vero & incrementũ continet, quod in ouo eſt candidum. Quod omnibus qui animũ aduerterint, conſpicuum eſſe poteſt. Cùm autẽ alimentũ ex ouo pullo deficit, neq; ſatis ei ſuppetit vnde viuat, copioſius alimentũ poſtulans, vehementer mouetur in ouo, & membranæ circumcirca diſrumpuntur. Et vbi auis pullum vehemẽter moueri ſenſerit, putamen tundendo excauans, ipſum excludit. Atq; hæc intra viginti dies contingere ſolent, idque ita ſe habere manifeſtum eſt. Nam vbi volucris oui teſtam contundendo excauarit, nihil penitus humoris, quod alicuius ſit momenti, in ea ineſt, quòd totus in pullum abſumptus ſit. Sic etiã cùm puer increuerit, mater ei ſufficiens alimentum ampliùs ſuppeditare non poteſt. Plus itaq; alimenti quàm quod adſit fœtus poſtulans, ſeſe iactando membranas diſrumpit, ſimulq; vinculis ſolutus foras prodit. Atq; iſta, vt longiſſimè, decimo menſe contingunt. Eaq; eſt ratio, cur brutis & feris eo ipſo tempore, quo quæq; parere cõſueuit, nec tardiùs, partus ingruat. Vnicuiq; enim animanti tempus eſſe neceſſe eſt, in quo fœtui parcius alimentũ ſuppetat ac deficiat, tumq; partio inſtet. Et quę quidem minus alimenti fœtui ſuppeditant, celeriùs pariunt, quæ verò plus, tardiùs. Atq; de his quidem hactenus. Puer autẽ, vbi circumcirca diſruptæ ſunt membranæ, ſiquidem ſuo momento in caput magis inclinet, facilè mulier parit. Quòd ſi in latus, aut in pedes prodeat, (id enim ſæpiùs cõtingit, ſi illuc momentum vergat, vel propter vteri amplitudinem, vel ſi mater in ipſo partus dolore primũ quieſcere non potuerit) ſtatim inquam prodeat, difficilem partum mulier ſentiet. Iam verò ex his plurimæ, vel ipſi fœtus, vel vna etiam cum ſuis fœtibus matres periere. Ex puerperis autẽ præcipuè laborant, quæ primos partus experiũtur, eò quòd doloribus non aſſueuerint, & totum quidem corpus dolor occupat, præcipuè verò lumbos & coxendices, quę ipſis diducuntur. Quæ verò magis partus expertæ ſunt, minores dolores ſentiunt, quam quæ primùm pariunt. At quæ multoties peperere, omnium minimè dolent. Quod ſi fœtus in caput feratur, primùm caput foras prodit,

deinde alia membra consequuntur, postremus est vmbilicus, ex quo secundæ dependent. Posthæc humor exit cruentus, à capite & reliquo corpore vi doloris & caloris secretus, qui viam partus purgamentis facit. Post exitum autem saniei, purgatio procedit, quo ante dictum est tempore. Et tum mammæ, tum aliæ partes humidiores, mulieribus effunduntur, minimum quidē in ea quæ primùm parit, ac in aliis deinceps, quo plures partus expertæ sunt, eò magis offenduntur, venis à puerperij purgamentis euacuatione exinanitis. Atq; ista à me hac de re dicta sunt. Gemelli autem ex vno veneris complexu procreantur ad hunc modum. Vteri sinus plures & incuruos habent, hos quidem longius distantes, illos verò pudendo viciniores. Et ex animalibus, quæ plura gignunt, plures sinus habent, quàm quæ pauca. Quod in quibus, feris & volucribus ad eundem se habet modum. Cùm genitura ad duos sinus diuisa peruenerit, eamq; vteri receperint, neq; sinus alter ad alterū transmiserit, ea vtroque sinu separata, membrana vestitur, vitamq; eo modo accipit, quo & vnus fœtus, de quo hæc diximus. Quòd verò ex vno congressu gemini procreentur, hoc argumento constat. Canis, sus, & alia animalia, vno congressu duos & plures fœtus pariunt, quorum quisq; in vtero suo sinu & membrana conditur. Atq; hæc ipsi contingere cernimus, eosq; omnes eodem vt plurimùm die parere. Ad eundem quoq; modum in muliere, ex vno veneris complexu nati gemelli, vterq; suo sinu & inuolucro conditur, & eadem die in lucem prodit, alterumq; priùs cum suo inuolucro foras egreditur. Quòd autem ex gemellis vnus mas sit, alter fœmina, id ideò contingere asseuero. In muliere & in viro, & in quouis animaliū genere, in vnoquoq; tum imbecillior, tum valentior genitura inest, neq; vnico impetu genitura procedit, sed & secunda & tertia iactatione emittitur, neque fieri potest, vt quæ priùs & quæ posteriùs exit, eiusdem sint roboris. Quemcunq; ergo sinum crassior validiorq; genitura subierit, in eo mas procreatur, quemcunque verò humidior ac imbecillior, in eo fœmella generatur. At si in vtrunque valida subeat, ambo mares nascuntur, sin debilis in vtrunque, ambo fœmellæ. Atque omnis ista oratio, ad hunc expositā modum, ad finem perducta est.

ἔπειτα τ' ἄλλα μέλεα ἐπόμφυα. ὕστατος δὲ ὁ ὀμφαλός. ἐν ᾧ τῷ ὀμφαλῷ, [69] ὃ χωλεόν τε παμπόνον ἐστί. μετὰ δὲ ταῦτα, [70] ὕδρωψ ἔρχεται αἱματώδης, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ ἄλλου σώματος, ἀποκεκριμένος ὑπό τε βίης καὶ πόνου καὶ θέρμης. καὶ ὁδὸν ἀφηγήσατο τῇ τῶν λοχίων καθάρσι. μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον τὴν ἰχῶδες, καὶ κάθαρσις γίγνεται, χεῖρον τὸ πρόσθεν εἰρημένον, [71] καὶ οἵ τε μαζοὶ καὶ τἄλλα μέλεα ὀχθεῖ μᾶλλον καὶ σκληρότερα ἐστὶ καταῤῥήγνυται τῶν γυναικῶν, ἤκιστα μὲν ἐν τοῖσι πρώτοισι τόκοισι. ἔπειτα δ', ὡς ἂν πλειόνων πειρέων.) τῶν κοιλιέων, ἓξ μὲν μάλιστα καταῤῥήγνυται, ἑπτὰ δὲ ἐνίοτε τῶν ἀμφὶ τὴν μήτρην κυοφορεόντων τὰ φλεβέων ἀπὸ τῆς καθάρσιος τῶν λοχίων. ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἰρήσθω. [72] δίδυμα δὲ γίνονται ἀφ' ἑνὸς λαγνύματος, οὕτως. ἔχουσιν αἱ μήτραι κόλπους ζυγοὺς καὶ γαμφοὺς σφόδρα μᾶλλον τοῖσι πρόσθεν, σφόδρα δὲ πλησιαίτερα τοῦ αἰδοίου. καὶ τὰ πολύγονα τῶν ζώων, πλείους ἔχει κόλπους, τῶν ὀλίγα κυεόντων. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ προβατεία, θηλέα τε καὶ ὄρνεα, ὅταν ᾖ ἡ γονὴ τύχῃ σταθεῖσα εἰς δύο κόλπους ἀφικομένη, καὶ αἱ μῆτραι δέξωνται τὴν γονήν, [73] κόλποι τε μὴ ἕτερος τοῦ ἑτέρου χαλάσῃ, ἢ χωρισθεῖεν ἐν ἑκατέρῳ κόλπῳ, ὑμβρυοῦται καὶ ζωοδοτεῖται τῷ αὐτῷ τρόπῳ, ὥσπερ καὶ τὰ ἓν ἐν ἑαυτῷ ἔχοντα εἴπομεν. ὅτι δὲ ἀφ' ἑνὸς λαγνύματος, δίδυμα γίγνεται, ἰσόμορον τόδε. ἔστι κύων καὶ ὗς καὶ ἄλλα ζῶα, ὅσα ἀφ' ἑνὸς λαγνύματος νύκτα καὶ δύο καὶ πλείονα, καὶ ἔκαστον τῶν ζώων ἐν τῇσι μήτρῃσιν, ἐν κόλπῳ [74] καὶ ὑμβρύῳ ἐστί. καὶ τοῦτο αὖτοῖσι ὀρέομεν γινόμενα. καὶ τοῦτο νύκτα τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ πάντα ὡς ὀπτιοπλῆσον. ὧδε δὲ τῇ γυναικὶ ἀπὸ μιῆς μίξιος γινόμενα τὰ παιδία, ἑκάτερον ἐν κόλπῳ καὶ χωρίῳ ἐστί. καὶ νύκτα τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἀμφότερα, καὶ πρότερον θάτερον χωρὶς ἔξω, καὶ ὁ χωλεὸν αὐτέ. ὅτι δὲ θῆλυ καὶ ἄρσεν δίδυμα γίγνεται, φημὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ αἰδοίῳ, καὶ ἐν πυέλῳ ζώῳ ἑκάστῳ γενῆς ἐνῇ καὶ ἀσθενέστερον καὶ ἰσχυρότερον. καὶ οὐκ ἐς ἅπαξ χωρὶς ἡ γονή, [75] ἀλλὰ καὶ ἐς δὶς καὶ τρὶς ἀποβεβάστευται. καὶ οὐκ αὐτὸν ἀεὶ ὁμοίως εἶναι πᾶν ἰσχυρόν, οὐδὲ πρόσθεν ἐξιόν, καὶ οὔστερον. ἐς ὀκότερον ἂν οὖν τῶν κόλπων τύχῃ ἡ γονὴ παχυτέρη καὶ ἰσχυροτέρη ἐσιοῦσα, κεῖθι ἄρσεν γίγνεται. ἐς ὁκότερον δ' αὖ ὑγροτέρη καὶ ἀσθενεστέρη, κεῖθι θῆλυ γίνεται. ἐὰν δ' ἐς ἄμφω ἰσχυρὴ ἐσέλθῃ, ἄμφω ἄρσενα γίγνεται. ἐὰν δὲ ἀσθενὴς ἐς ἄμφω, ἄμφω θήλεα γίνεται. οὗτος ὁ λόγος ὧδε εἰρημένος ἅπας, τέλος ἔχει.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΑΡΚΩΝ.

HIPPOCRATIS DE CARNIBVS, LIBER.

EQVIDEM adhuc vsq; communibus sententiis, tum eorum, qui ante me fuerunt, tum etiā meis vsus sum. Necesse enim est eum, qui hanc de arte Medica tractationē susciperе volet, commune sentētiis principium ponere. De cœlestibus autem rebus & in sublimi positis nihil dicere attinet, nisi quantum cōferunt ad demonstrandum de homine & de reliquis animantibus, quod ex his cōstant & procreata sunt, quodq; animo sunt prædita, & quòd sanitas & morbus, quódque in homine inest boni vel mali,

ΕΓΩ δὲ μέχρι μὲν τοῦδε τοῦ λόγου κοινῇσι γνώμῃσι χρέομαι ἑτέρων τε τῶν ἔμπροσθεν ἀνδρῶν καὶ ἐμεωυτοῦ. ἀναγκαίως γὰρ ἔχει κοινῷ λόγῳ ἐπισπέσθαι τῇσι γνώμῃσι βουλόμενον ξυνθεῖναι τὸν λόγον τόνδε περὶ τῆς τέχνης τῆς ἰητρικῆς. περὶ δὲ τῶν μετεώρων, τόνδε δέομαι λέγειν, ὡς μὴ τοσοῦτον ἐς ἀνθρωπον ἀποδείξω, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, ὁκόσα ἔφυ καὶ ἐνθρώσκει· καὶ ὅτι ψυχή ἐστιν· καὶ ὅτι ὑγιαίνει· καὶ ὅτι νάμυδε· καὶ ὅτι ἐν αὐθρώπῳ κακὸν καὶ ἀγαθόν,

καὶ ὅτεν

φὴ τροφῆς. ἀεὶ γὰρ πᾶσι τοῖσιν ἔνεστι τῶν ζώων τοῦτο αὐτὸ αἴ-
τιόν τε, ὅτι δύναμίς ἐστιν, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροισι ξύμφο-
ρα. οὐκοῦν τὸν μὲν οὖν ἀέρα τοιούτοισι πλησθῆναι μιάσμασι,
ἔστιν αὐθεμέρην φύσει πολέμια ἐστίν, αὐθρώποισι τότε νο-
σέουσιν. ὅταν δὲ ἑτέρῳ τινὶ ἔθνεϊ ζώων ὁ ἀὴρ ἀνάξιος ᾖ, [20] ὃ δὴ
τοῦτο νόσημα κεῖνα νοσέουσιν. αἱ μὲν οὖν δημόσιαι νοῦσαι τῶν νόσων,
ἐρέωσιν. ἐκ ὅτου, ἐκ ὅκως, ἐκ οἵου, ἐκ ἀφ' ὅτου γίνονται, εἴρηται δέ
μοι πονηρὸν διαίτημα γινόμενον πυρετὸν, δίξειμί σοι. πονηρὴ δὲ
ἔστιν ἡ τοιήνδε διαίτα· τοῦτο μὲν ὧν ὅταν τις πλείονας ξηφὰς
ἢ χρὰς, ἢ ξηρὰς δίδωσι τῷ σώματι ἢ τὸ σῶμα δύναται φέ-
ρειν, [21] καὶ πόνον μηδένα τῷ πλήθει τῆς ξηφῆς αὐτὶ δίδωσι·
τοῦτο δὲ ὅταν ποικίλας καὶ ἀνομοίους ἀλλήλοισιν ἐσπέμπῃ
ξηφας. τὰ γὰρ ἀνόμοια ταράσσει καὶ τὰ μὲν θᾶσσον. τὰ δὲ
βραδύτερον πέσσει. μοῦνον δὲ πολλῶν σιτίων ἀναλοῖσι, καὶ πολ-
λὸν πνεῦμα ἐνίσταται. μοῦνον πάντων γὰρ τῶν ἐδιομένων καὶ
πινομένων ἐνίοισι πνεῦμα ἐς τὸ σῶμα, ἢ πλέον, ἢ ἔλασ-
σον φανερὸν δὲ τοῦτο, τῇδε ἐστίν. ἐρεύγμοι γὰρ γίνονται μοῦ-
νοι πλεῖα καὶ τὰ πολλὰ τοῖσι πλείστοισιν. αἰωρέεται γὰρ ὁ καρ-
παλόθυμος ἀὴρ, ὁκόταν αἰωρηθῇ τὰς στομφόλυγας, ὅτ'
ἂν κρούσηται. ὅτε δὴ τὸ σῶμα σιτίων πλησθῇ, καὶ πνεύ-
ματος πλησμονὴν ὅτι πλέον γίνεται, τῶν σιτίων χωρίζο-
μένων. χωρίζεται δὲ τὰ σιτία, ἅμα πλῆθος [22] τοῦ δυνα-
μένου διεκθλίβειν. ἐμφορηθείσης δὲ τῆς κάτω κοιλίης, ἐς ὅλον
τὸ σῶμα διέδραμον αἱ φύσαι. [23] προσπεσοῦσαι δὲ τοῖσι ὀν-
θρώποισι τοῖσι σώμασιν, ἔψυξαν. [24] τοιούτων δὲ τῶν τόπων
ἐόντων, ὅκου αἱ πηγαὶ καὶ αἱ ῥίζαι τοῦ αἵματος ἔνεισι, ἔρχε-
ται τοῦτο τὸ πνεῦμα τοῦ σώματος ἡ φέρεται διὰ πλήθεος. ἀπόνοος δὲ τοῦ αἵματος
ἐόντος, ἄπονον τὸ σῶμα φέρεται. ἔρχεται τοῦτο μὲν οὖν πρῶ-
τον φέρεται γίνονται πρὸς τὸ πυρετόν. ὅκως δ' ἂν ὁρμήσω-
σιν αἱ φύσαι πλήθει καὶ ψυχρότητι, τοιοῦτον γίνεται καὶ ῥῖγος.

Ad hæc quoq; cùm ab omnibus aliis actionib. homines quiescant, quòd mutationibus innumeris vita sit expolita, ab hac tamen sola actione nunquam desistunt animantia, quin aut spiritum adducãt, aut reddant. Quòd igitur omnibus animantibus cum aëre maxima intercedit cõmunio dictum est. Huic quoq; orationi subiiciendum, morbos vnquam vix aliunde quam ab aëre oriri posse, cùm is aut copiosior, aut paucior aut etiam plenior, aut & morbidis inquinamentis infectus in corpus subierit. De tota re igitur hæc mihi sufficére videntur. Deinceps autẽ ad opera ipsa oratione progressus, morbos omnes istius soboIem esse, & ab hoc oriundos demonstrabo. Ac primùm à febre maximè communi morbo exordium ducam, quæ omnium aliorum morborum, præcipuè verò inflãmationis comes est. Quod indicant ex pedum offensionibus exortæ noxiæ. Mox enim cum inflammatione inguinum tumor & febris consequitur, febrium autem duo sunt genera (vt id quoq; hic attingam) vnum quidem omnib. cõmune, peltis appellatur, alterum verò ob priuatam cuiusq; malam victus rationem cõtingens. Horum autem vtriusq; aër author existit. Communis igitur febris ideò communiter omnes inuadit, quòd eundem omnes spiritum attrahũt, & simili corpori spiritu similiter permixto, similes oriuntur febres. At fortè obiiciat quispiam, cur igitur non omnibus animantibus, sed alicui ipsorum generi eiusmodi morbi contingunt? Cuius rei causam esse dixerim, quòd corpus à corpore, natura à natura, & alimentum ab alimento differt. Neq; enim cuiuis animantium generi eadem sunt cõmoda aut incommoda, sed alia aliis conueniunt. Cùm igitur aër inquinamentis huiusmodi, quę hominum naturę aduersantur, plenus fuerit, tum homines ægrotant. Quando verò alteri cuidam animantium generi aër incommodus fuerit, tunc eo morbo corripitur. Quinam igitur populares sint morbi, & quamnam ob causam, & quanam ratione, ex quibus, & vnde oriantur, dictum est. febrem autem quæ ex praua victus ratione oritur, tibi deinceps exponam. Est autem eiusmodi praua victus ratio, primùm quidẽ cùm quis copiosiores cibos, aut liquidos, aut siccos corpori exhibet, quàm ipsum ferre possit, neque labore aliquo ciborum copiam compensat: Deinde cùm varios & dissimiles inter se cibos immittit. Dissimilia enim seditionẽ excitant, & alia citiùs, alia tardiùs cõcoquuntur. At cum multis cibis multum etiam spiritũ ingeri necesse est. Nam cum omnibus his quæ eduntur, aut bibuntur, spiritus aut copiosior, aut paucior subit. Atque id inde manifestum est, quòd eructationes plærisq; post assumptos cibos & potus accidunt, nimirum cùm incluSus aër recurrat, vbi bullas in quibus latet perfregerit. Quando igitur corpus cibis expletum fuerit, tum spiritus quoque magna copia accedit, diutiùs immorantibus cibis, qui quidem cum præ multitudine exire nequeant, diutiùs immorantur. Obstructo autem inferiore ventre, in vniuersum corpus flatus percurrunt, & ad sanguine refertas corporis partes illapsi, eas refrigerant. At refrigeratis his locis, in quibus fontes & radices sanguinis continentur, per vniuersum corpus horror penetrat. Vniuerso autem sanguine perfrigerato, totum quoque corpus horror occupat. Hanc igitur ob causam primùm horrores antè febres oriuntur, & quò maiore copia & frigiditate flatus irruperint, talis quoque rigor consequitur,

à pluribus quidem & frigidioribus, vehementior, a paucioribus verò minuſq; frigidis, minus quoque vehemens. Cum horroribus autem corporis quoque tremores ad hunc modum contingunt. Sanguis enim præſentem horrorem metuens, per totum corpus perreptat, & ad maximè calidas partes cõcurrit. Atq; hi ſunt eius ſaltus. Deſiliente autem ab extremis corporis partibus ſanguine, & viſcera, & carnes contremiſcunt. Aliæ enim corporis partes copioſo ſanguine refertæ, aliæ exangues exiſtunt. Atq; exangues quidem ob frigus minimè cõquieſcunt, ſed cõcutiuntur, quòd eas calor deſtituerit. Quæ verò ſanguine replentur, ob ſanguinis copiam contremiſcũt, & inflammationes excitant. Neque enim fieri poteſt vt ſanguinis copia conquieſcat. Oſcitationes autem febres præcedunt, cùm magna copia coaceruatus aër fuerit, confertimq; ad ſuperiora erumpens, tanquam machinatione aliqua os diducit, quòd hâc ei facillimus exitus pateat. Quemadmodum enim ab aqua in lebetibus ebulliente, vapor copioſus euehitur, ſic corpore concalefacto, aër coaceruatus & vi quadam delatus, per os erumpit. Articuli quoq; ante febres exoluuntur. Calefacti enim nerui relaxantur. Coacto autem cumulatim plurimo ſanguine, aër ipſe qui ſanguinem refrigerauit, à calore ſuperatur, rurſus incaleſcit, incenſuſque ac velut igneus exiſtens, in toto corpore calorem excitat, ad id etiam ſubſeruiente ipſo ſanguine. Quod enim incenſum eſt liquatur, ex eóq; ſpiritus oritur, quo ad corporis meatus irrumpente, ſudores fiunt. Coactus autem ſpiritus in aquam abit, & per meatus ſubiens, ad eundem modum foras erumpit, quo à feruentibus aquis ſublatus vapor, ſi ad ſolidum quiddam impingat, incraſſeſcit ac condenſatur, guttæque ab his corporibus, in qua vapor impegit, decidunt. Capitis autem dolores vnà cum febre, hanc ob cauſam oriuntur. Sanguinis in capite viis anguſtia contingit, cum aëre replentur, exque repletæ ac diſtentæ capiti dolorem afferunt. Sanguis enim vi pulſus, cùm calidus exiſtat, per anguſtam viam tranſire celeriter nequit, quòd eum multa remorentur quæ impediunt & obſtruunt. Eámque ſanè ob cauſam pulſationes circa tempora contingunt. Ad hunc ergo modum, quem dixi, febres contingunt, & cum febribus dolores & morbi. Aliarum autem ęgritudinum, quales ſunt voluuli, aut inteſtinorum cõuolutiones, aut tormina, aut alij obfirmati & inhærentes morbi, à flatibus cauſam depẽdere cuiuis eſſe manifeſtum exiſtimo. Horum enim omnium ſpiritus traiectio cauſa eſt. Hic enim vbi ad loca tenera, inaſſueta, nec priùs attacta incubuit, ad inſtar ſpiculi infixi carnes ſubit, & interdum quidem ad præcordia, interdum etiam ad laterum inanitates, quandoque verò ad vtranque partem irrumpit. Eam ſanè ob cauſam etiam foris adhibitis calidis fomentis, dolorem lenire conantur. Rarefacta enim cute per fomenti calorem, ſpiritus extra corpus peruadit, ac proinde dolorem quies quædam conſequitur. Ac fortaſſe dixerit quiſpiam. Quanam ergo ratione fluxiones à flatibus contingunt? aut quonam modo ſanguinis eruptionum circa pectus cauſa exiſtunt? Hæc autem iſtis de cauſis fieri me declaraturum exiſtimo. Cùm capitis venæ aëre repletæ fuerint, primùm quidem caput vrgentibus flatibus grauatur. Deinde ſpiritus vnà cum

ἀπὸ μὲν πλεόνων καὶ ψυχροτέρων, ἰσχυροτέρη· ἀπὸ δὲ ὀλ-
λαττόνων, καὶ ἧσσον ψυχρῶν, [21] ἧσσον ἰσχυρή. ὅταν δὲ τὸ αἷ-
μα φεύγῃσι ⟨ὑπὸ⟩ τοῦ σώματος, καὶ τοῦτο γίνονται τῶν ῥί-
πων. ὃ αἷμα φοβεόμενον τὸ πρόσω φεύγειν, σωματοῦχα κι-
δίεσι καὶ πάντοθεν τὸ σῶμα ἐς ⟨τὰ⟩ θερμότατα. αὖται μὲν
οὖν αἱ ἄλλαι. καταλλομένου δὲ τοῦ αἵματος ἐκ τῶν ἀκρωτη-
ρίων τοῦ σώματος, ⟨τὰ⟩ σπλάγχνα ⟨ῥιγέουσι, καὶ αἱ σάρκες.⟩
μένου γὰρ τοῦ σώματος, γίνεται πολύαιμα ⟨τὰ⟩ αἵματα. ⟨τὰ μὲν⟩
οὖν αἵματα, [26] διὰ τὴν ψύξιν οὐκ ἀτρεμέουσιν, ἀλλὰ πο-
λεῦνται. ὃ γὰρ θερμὸν δεῖ αὐτέων ἐκλέλοιπε. ⟨τὰ δὲ⟩ πολύαι-
μα, διὰ δὲ πλῆθος τοῦ αἵματος, τρέμουσι καὶ φλεγμοναὶ
ἐμποιέει. ὑγρὸν γὰρ δυσὶν ⟨πολλὸν γινόμενον⟩ ἀτρεμίζειν. χα-
λεπὸν ⟨δὲ⟩ ὃ τοῦτο τῷ πυρετῷ, ὅτε πολὺς ἢ ὁ ἀὴρ ἀναθροιεῖται
[27] ἀναθέον τε αἶψα διεξιών, δεξαμενὴν ἐχλυσε, καὶ διέξοδος
τόμα. τοιούτη γὰρ ἡ διέξοδός ἐστιν. ὡς γὰρ ἀπὸ τῶν λεβήτων
ἀτμὸς αἴρεται πολὺς ἐφειμένου τοῦ ὕδατος, ὅταν καὶ σώμα-
τος θερμαινομένου, δίεισι διὰ τοῦ σώματος [28] ὁ ἀὴρ ξυνεστραμ-
μένος, καὶ βίῃ φερόμενος. [29] καὶ πάντα ἅμα διαλύων ⟨τὰ⟩ τοῦ
τῷ πυρετῷ. χλιαινόμενα γὰρ τὰ νεῦρα διίσανται. ὁκόταν δὲ
συνωγιοθῇ ἀναθρωσθὲν τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος, διαθερμα-
νεῖται πάλιν ὁ ἀὴρ, ὁ ψύξας τὸ αἷμα, καὶ κατηγεῖται ⟨τοῦ τῆς θερ-
μότητος.⟩ [30] διαπυρεῖται δὲ καὶ μύδρος γινόμενος ἐν ὅλῳ τῷ
σώματι τῷ θερμασίῃ ἐναρμόσαντι. συνεργὸν δὲ αὐτῷ
αἷμα ἐστί. [31] τήκεται γὰρ πυρούμενον, καὶ ἐκ τούτου πνεῦμα ἐξ αὐ-
τοῦ· τὸ πνεύματος προσπίπτοντος τοῦ ὕδατος τοῦ πόρους τοῦ σώμα-
τος ἱδρῶτες γίνονται. τὸ δὲ πνεῦμα συνιστάμενον, ἐς ὕδωρ
χεται, καὶ διὰ τῶν πόρων διεξελθὸν, ἔξω πεφοίδηται, τὸ ἀ-
ὕδατος, οὕνεκα ἀπὸ τῶν ἐφειμένων ὑδάτων ὁ ἀτμὸς ἐπεσ-
λιν ἔχη περέωμα τοῦς ὄμμασιν ἐπιπολάζειν, πα-
ται, καὶ πυκνοῦται, καὶ σταγόνες ἀποπίπτουσιν ἀπὸ τοῦ σώ-
οἷσιν αὖ ὁ ἀτμὸς τοῦτο ἐπιπολάζῃ. πόνοι δὲ τῆς κεφαλῆς αἵμα
πυρετῷ γίνονται, διὰ τόδε. στενοχωρίῃσι τῇσι διεξόδοισιν ἡ
κεφαλῇ τοῦ αἵματος ἰσχύς. [32] πεπλήρωνται γὰρ αἱ φλέβες. πλεί-
σαν δὲ θρηνθεῖσαν, τὸν πόνον ἐμποιέουσι τῇ κεφαλῇ· [33]
γὰρ τὸ αἷμα βιαζόμενον διὰ στενῆς ὁδοῦ θερμὸν ἐὸν, οὐ δύ-
ναται περαιοῦσθαι ταχέως. πολλὰ γὰρ ἐμποδὼν ἐστὶν ἐπὶ
κωλύματα, καὶ ἐμφράγματα. διὰ δὴ τοῦτο συφυσμοὶ γί-
ονται ἀμφὶ τοῦ κροτάφους. οἱ μὲν οὖν πυρετοὶ διὰ τοῦτο, ὅτι
φῶν, γίνονται. τὰ δὲ τοῦ πυρετοῦ δηλήματα καὶ νοσή-
τα. τὸ δὲ ἀνίων ἀῤῥωστημάτων ὁκοῖα μὲν αἴτια εἴη, [34] δι-
λήματα, ἢ τροφοί, [35] ἢ ἕτερα ἀποσπεύματα, φύσιν
αἷμα ἅπασιν ἡγέομαι φανερὸν εἶναι. πάντων γὰρ τῶν ποιεόν-
αἰτίη τοῦ πνεύματος [36] ἡ διάδεσις. τοῦτο γὰρ ὁκόταν παρ-
πέσῃ τοῦς τόποις ἀπαλοὺς καὶ ἀπήρεας καὶ ἀθίκτους, οὐδ
τοῦτο ἐγκείμενον διαδυῶν, διὰ τῆς σαρκὸς τοῦ-
τοῦ ποτὲ μὲν τοῦς τὰ ὑποχόνδρια, ποτὲ δὲ τοῦς πλα-
λαπάρας, ποτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα. διὰ δὴ καὶ θερμαίνοντες
ἔξωθεν πυελήμασι, πειρῶνται μαλθάσσειν τὸν πόνον. ἀ-
ραιοῦμένου γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμασίης τοῦ χροὸς τοῦ πυελή-
ρος, διέρχεται τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ σώματος, ὥστε παλ-
πινὰ γίνεσθαι τῶν πόνων. ἴσως δ' ἂν τις ἔποι, πῶς οὖν τὰ
ρύσματα γίνεται διὰ τὰ φύσας, ἢ ὅτινα ἔσπων τὰ ἀμορρήσ-
τοῦ τοῖσι τέρενα ὄντα αἵματα ὄντα; ταῦτα δὲ τάδε δηλώσει,
διὰ τοῦδε γινόμενα. [38] ὅταν τοῦ τοῦ κεφαλῆς αἱ φλέβες

γεμισθῶσιν ἠέρος, τοσοῦτον μὲν ἡ κεφαλὴ βαρύνεται τῶν φυσεων ἐγκειμένων. [39] ἔπειτα συνίσταται τὸ πνεῦμα τῷ

σια διὰ τὴν στενότητα τῶν ὁδῶν. ὃ ὅ̓ λεπτότατον τῶ αἵ-
ματός, διὰ τ̃ φλεβῶν ἐκθλίβεται.[40] τοῦτο δὲ διὸ ὑγρὸν ὄτ̃ον
ἀθροισθῇ, ῥεῖ δι' ἄλλων πόρων. ὅκου δ' ἂν ἀθρόον ἀφίκη-
τ̃ σώματος, ἐνταῦθα ξυίσα) ἡ νόσος. ἐπὶ μὲν οὖν ὀφθαλ-
μοὺς ἐλθῇ, ταύτης ὁ πόνος· ἐὰν δ' ἐς τὰς ἀκοάς, ἐνταῦθ' ἡ
νόσος· ἐὰν δ' ἐς τὰς ῥῖνας, κόρυζα γίγν. ἢν δὲ ἐς τὰ στέρνα, βράγ-
χος καλέεται. τὸ μὲν φλέγμα δ' ἐμέσαι χυμοῖσι μεμιγμένον,
ὅτι αὐτῷ προσπέσῃ ἐς ἀηθέας τόπους ἕλκοι. τῇ δὲ φαρυγγὶ
ἀλγηδὼν ἔσῃ καὶ ἔρυθημα προσπαῖσαν, πρὸς χύτιπα ἐργά-
ζηται. τὸ μὲν πνεῦμα τὸ διὰ πνεύμονος διὰ τ̃ φάρυγγος, ἐς
τὰ στέρνα βαδίζει, καὶ πάλιν ἐπέρχεται διὰ τ̃ ὁδοῦ ταύτης.
ὅταν δὲ ξυμβαλὴ τῷ πνεύματι τὸ ῥεῦμα κάτωθεν τῆς
φάρυγγος, βηχὸς ὄρεξις γίνεται, καὶ ἀναρρίπτεται ἄνω τὸ φλέγμα.
τούτων δ' οὕτως ἐόντων, ἡ φάρυγξ ἕλκωται, καὶ πεπυώ-
κασι καὶ θερμαίνε), καὶ ἕλκει τὸ ἐκ τ̃ κεφαλῆς ὑγρὸν θερμὸν
ὄντα. ἡ δὲ κεφαλὴ πάλιν πρὸς διὰ τ̃ σώματος λαμβά-
νει, ταύτῃ δίδωσιν. ὁκόταν γὰρ ἐπιόν τὸ ῥεῦμα ὥσπερ ῥέῃ
καταδρωθέωσιν οἱ πόροι, διὰ τούτων δίδωσι διὰ τὰ στέρνα.
πυκνὸν δὲ ὂν τὸ φλέγμα προσπαῖσαν τὰ τῆς καρδίης, ἕλκει καὶ
ἀπορηγνύς τὰς φλέβας. ὁκόταν δὲ ἐκχυθῇ τὸ αἷμα εἰς ἀηθέ-
στερον τόπον χερνιζόμενον καὶ σηπόμενον, γίνε) πῦον. ὅταν δὲ ὥσπερ
ἰὼν διὰ τ̃ ὑγρασίη) αἰωρηθεῖν, ὥστε κάτω ὑπελθεῖν. ἄνω γὰρ οὐκ οἷόν
τε ἡ πορείη προσαίτης διὰ τ̃ ὑγροῦ παρηγμένη καὶ
τοῦ πνεύματος βαρὸς ἔχοντι κάτω δὲ κωλύει φλεγμονὴ ὁ τῶν
πόρων.[45] διὰ δὴ ποτὲ τὸ ῥεῦμα τὸ αὖθις πνεύματος ἀν-
ῳγνύμενον, ἀναρρήγνυται τὸ μὲν ἄνθρακα, τὸ δὲ διὰ πο-
λὺ ἄνθρακα μᾶλλον ὅταν, ὅταν μὲν ἄνθρακος ὁ ἀὴρ εἰσελθὼν εἰς
τὰς φλέβας, ξενοπαθείῃ πρὸς ἧσσον τ̃ αἵματος διεξόδοι-
σι. τὸ τε γὰρ πιεζόμενον τὸ αἷμα πολὺ γλυκύμενον, ἀναρρήγνυ
τὰς πόρους,[46] ἢ αὖ ὡς τὰ μάλιστα βέλτιον ὁκόταν ὁ πλῆθος
τ̃ ῥαγέντ̃ καὶ τάχιστα τὰς πόνοι πνεύματος ἐνέπλησαν
τὰς φλέβας (ἀνάγκη γὰρ τὸν πονέοντα τόπον κατέχειν τὸ
πνεῦμα) πάλλα τοῖσιν ἐληλυθόσιν ὅμοια γίνεται.[47] τὰ δ' ῥη-
γνύμενα γίνεται διὰ τάδε. ὁκόταν ὑπὸ βίης διαχωρέωσιν αἱ
σάρκες ἀπ' ἀλλήλων, ἐς δὲ τὸν διάστασιν ὑποδραμὴ πνεῦ-
μα αὐτὸν πόνον παρέχει. ἰὼν δὲ διὰ τ̃ σαρκὸν αἱ φύσαι
ἐοῦσαι τοῦ πόρος τ̃ σώματος ἀραιοὺς ποιήσωσιν ἔπεται
τῇ φύσηι ὑγρασία, ἧς τ̃ ὀδὸν ὁ ἀὴρ ἀπεργάσατο. διὰ
δὲ ὑγρότητα τ̃ σώματος, ὑπεκτήκον) μὲν αἱ σάρκες,
ῥέουσα δὲ ἐς τὰς κνήμας καταβαίνει· καὶ λέγεται τὸ ποιοῦ-
μενον, ὕδρωψ. μέγιστον δὲ σημεῖον, ὅτι φύσαι τ̃ νοσήμα-
τός ἐστιν αἴτιαι, τόδε ἐστίν. ἤδη τινὲς ὀλεθρίως ἔχοντες,[48] ἐκλύ-
θησαν καὶ ἐκενώθησαν τ̃ ὕδατος πρὸς αὐλικὰ μᾶλλον τὸ ἐ-
κτὸς τ̃ κοιλίης ὕδωρ, πολὺ φαίνε). χερνιζόμενον γ', ἔ-
πειτα γίνεται.[49] διὰ δὴ γίγνεται καὶ τοῦτο δῆλον· ὅτι πα-
ρεῖναι μὲν τὸ ὕδωρ, κενὸς πλῆρες ὄντ̃, ὁ γ' ἀὴρ, ὄγκον πρὸς-
τίθησι μέγαν. ἀπιόντος δ' τ̃ πνεύματος, ὑπολείπεται τὸ
ὑγρὸν ὠθ̃. διὰ δὴ φαίνε) μικρὸν ἐόν, ἔστι δὲ ἴσον. σημεῖον δ'
ἐστὶ τόδε σημεῖον. κενωθείσης γὰρ παντελῶς τ̃ κοιλίης,
ἡμέραι διέλθωσι, καὶ πάλιν πλήρης γίνεται. εἰ δὲ ἄ-
τὸ πληρῶσι, ἀλλ' ἢ τὸ πνεῦμα; εἰ γὰρ αὖ ὕστερος ὑγρὸς
ἐσεπλήρωσεν; οὐ γὰρ δήπου ποτὲ ἴσως τοσοῦτον,
ὅσον θεν ἐς τὸ σῶμα. καὶ μᾶλλον ὅταν αἱ σάρκες ὑπὸ ἀφροσύνην
ἀποτακήσωνται. λείπεται γὰρ ὀστέα, καὶ νεῦρα, καὶ
ἅ, ἃ ὧν οὐδενὸς οὐδεμίη δυνατὸν αὖ αὔξησις ὕδατος γενέσθαι. τὸ μὲν οὖν αἴτιον τ̃ ὕδρωπος ἤδη εἴρηται.

sanguine propter viarum angustiam intus conuoluitur, id verò quod in sanguine est tenuissimum, per venas foras eliditur. Hoc sanè humidum vbi copiosum coaceruatum fuerit, per alios meatus effluit, cumq; confertum ad aliquam corporis partem peruenerit, ibi morbus contrahitur. Vbi igitur ad oculos venerit, ij laborant; si ad aures, ibi morbus est, si ad nares, grauedo exoritur, si ad pectus, raucedo appellatur. Pituita nanq; acribus humorib. permixta, vbi in loca minimè assueta irruperit, ea exulcerat. Cùm verò ad fauces teneras etiam fluxio ingruit, eas exasperat. Spiritus enim per fauces respiratione attractus, ad pectus fertur ac rursus per eandem viam effertur. At vbi deorsum delata pituita spiritui ascendenti occurrerit, tussis superuenit, & pituita supernè reiicitur. Quibus ita se habentibus, fauces exulcerantur, exasperantur, & incenduntur, calefactæ verò humorem ex capite attrahunt, caput autẽ rursus à reliquo corpore assumens, iis transmittit. Cùm igitur hunc in modum fluxio effluere consueuerit, meatusq; velut in torrẽtis alueum excauati fuerint, ad pectus quoq; transfundunt. Acris autem existens pituita, & in carnem irrumpens, venas exulcerat & refringit. Sanguis verò in alienum locum effusus, mora computrescens in pus vertitur, neq; sursum conscendere, neq; infra subire potest. Neq; enim naturæ humidæ, vt neque quibusuis aliis rebus quæ in se admixtá grauitatem habent, facilis est sursum via, cùm accliuis existat. Infra autem subire septũ transuersum vetat. Quá sanè ob causam fluxionẽ interdum citra spiritũ perrumpi contingit, & partim sponte quidem, partim verò ob dolores. Ac sponte quidẽ, cum aër vltrò venas subiẽs, sanguinis vias coarctat. Cõpressus enim sanguis, sua copia, qua maximè impressionem fecerit, venas perrumpit. Vbi verò sanguinis copia effusa fuerit, in his etiam dolores spiritu venas complent. Affectũ enim locum spiritum continere necesse est, aliaq; dictis similia contingere. At verò ruptiones has ob causas contingunt, cùm vi quadam à se inuicem carnes discedunt ac diuelluntur, & in ipsam discessionem spiritus dolorem inferens subierit. Quòd si flatus per carnes perrumpentes, corporis meatus rarefecerint, eos humiditas consequitur, cui viam aër antea struxit. Corpore autem madore perfuso, carnes quidem colliquescunt, tumores ad tibias descendunt, & morbus hic hydrops dicitur. Quòd autem huius morbi causa ad flatum referri debeat, id maximo est argumento, quòd iam perniciosè affecti quidam, aqua euacuata planè sunt liberati. Quæ quidem simul atque è ventre erumpit, multa apparet, paulùm autem morata, imminuitur. Cuius rei etiam causa manifesta est, quòd quæ quidem statim erumpit aqua aëre plena est, eoque valdè intumescit. Cùm autem spiritus decesserit, eadem planè aqua relinquitur, quæ sanè quidem pauca apparet. cùm tamen æqualis sit. Est & hoc aliud eius rei indicium, quòd venter penitus vacuatus, intra triduí spatium, rursus impletur. Quidnam igitur aliud quàm spiritus impleat? quidve aliud tam citò implere possit? Neque enim tanta potus copia in corpus ingesta est, ac neq; carnes quæ colliquescent, in causa esse possunt, cùm ossa supersint, & nerui, & fibræ, ex quibus nulla quidem tanta aquæ copia augeri potest. Atq; hydropis quidem causa iam dicta est.

LIBRARY OF THE ... FOUNDED 1813 ... UNIVERSITY ... MARYLAND

At verò etiam syderationes corporis (apoplexiæ dictæ) ex flatibus oriuntur, nimirum quando flatus frigidi & copiosi carnes subierint & inflarint. Hæ enim corporis partes stupidæ redduntur. Et siquidem multi flatus totum corpus permeant, totus homo attonitus redditur, si verò partem aliquam, pars illa. Atque vbi quidem flatus illi discesserint, morbus cessat, vbi verò permanserint, permanet & morbus. Hæc autem ita se habere continuæ oscitationes indicant. Ac mea quidem opinione, hi etiam morbum sacrum vulgò dictum, producere videntur. Quibus autem rationibus adductus sim, iisdem eos qui audire volent, persuadere conabor. Imprimis autem in animum induco, ex ils quæ in corpore insunt, nihil magis ad intelligentiam conferre quàm sanguinem. Is nanque vbi consistente habitu persistit, prudentia etiam constat. Permutato verò sanguine, simul quoque intelligentia concidit. Cuius rei multa sunt testimonia. Ac primùm quidem somnus, qui animantibus omnibus communis est, quæ dicta sunt confirmat. Is enim vbi corpus corripuerit, tum sanguis refrigeratur, cum suapte naturâ somnus refrigerare soleat. Perfrigerato autem sanguine, tardiores sunt eius pertransitus. Id verò inde fit manifestum, quòd corpora sua grauitate inclinentur (cùm grauia omnia ad imum ferri natura soleant) oculi clauduntur, & intelligentia permutatur, opiniones etiam alienæ diutiùs immorantur, quæ certè insomnia appellantur. Rursus verò per ebrietatem aucto repente sanguine, animi functiones, eiusque intellectus concidit, & malorum instantium obliti, futurorum bonorum optimam spem concipiunt. Multa etiam eiusmodi commemorare possem, in quibus sanguinis permutationes, intelligentiam immutant. Perturbato igitur in totum sanguine, prorsus quoque intelligentia deperit. Affectus enim & recognitiones inter consuetudines numerantur. Cùm verò à solita consuetudine discedimus, intelligentia nobis tollitur. At sacrum morbum ad hunc modum fieri censeo, cùm spiritu copioso per totum corpus vniuerso sanguini permixto, obstructiones multæ multis modis circa venas contingunt. Cùm igitur in crassiores & sanguine abundantes venas, copiosus aër prorupit, progressusque immoretur, sanguinis pertransitus prohibetur, atque hîc quidem sistitur, ibi verò tardiùs permeat, alibi autem citiùs. Ex qua per corpus peruadentis sanguinis inæqualitate, variæ inæqualitates contingunt. Totum enim corpus vndique contrahitur, & corporis partes perturbantur, sanguine ipso ad tumultum & conturbationem subministram operam suppeditante, & ex sanguinis peruersione, variæ etiam vndique corporis peruersiones oriuntur. Sub id verò tempus, nihil omninò sentiunt, neque quæ dicuntur audiunt, neque quæ fiunt vident, neque vllos dolores sentiunt. Ad hunc enim modum conturbatus aër, simul quoq; sanguinem conturbauit & infecit. Quinetiam spuma per os non sine causa excurrit. Per iugulares enim venas aër subiens, exit quidem ipse, secumque id quod in sanguine est tenuissimum subuehit, humidum verò simul permixtum, albescit. Aër enim purus per tenues membranas pellucidus apparet, eamque sanè ob causam spumæ omnes albæ conspiciuntur. Qui igitur hoc morbo corripiuntur, quomodo morbo & præsenti tempestate liberentur, ego enarrabo. Cùm laboribus exercitatum

αἱ δὲ ἀποπληξίαι γίνονται ἐξ αὐτῶν διὰ τὰς φύσας. ὅτ-
ὅταν μὲν οὖν φύσαι ψυχραὶ ὕστερον καὶ πολλαὶ διαδύωσι, καὶ ἐμφ-
σήσασαι τὰς σάρκας, ἀναίσθητα ποιοῦσι τὰ τοιαῦτα τοῦ τε σώμα-
τος. ἐὰν μὲν οὖν πολλαὶ φύσαι ὅλῳ τῷ σώματι διέλθω-
χωσιν, ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἀπόπληκτος γίνε[ται]. ἐὰν δ' ἐν μέ-
ρινί, τόνδε τὸ μέρος. καὶ ἐὰν μὲν ἐνῶσιν αὗται, παύε-
ται νοῦσος· ἐὰν δὲ παραμένωσι, παραμένει. ὅτι δὲ ταῦτ' ὀπ-
ἐκ τοιούτων συνίστησιν. δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ ἱερὸν καλ-
μένον νόσον τοῦτο εἶ[ναι] τὸ προκείμενον. οἷσι δὲ λόγοισιν ἐμ-
τὸν ἔπειτα, τοῖσιν αὐτοῖσι καὶ ἐγὼ ἀκούοντας πείσειν π-
ἐθέλω μεν. ἡγέομαι δὲ ἐμπροσθεν μηδὲν εἶ[ναι] μᾶλλον τῶν
τοῦ σώματος ξυμβαλλομένων φρονῆσαι αὖ, ἢ τὸ αἷμα. ὅ-
τον δὲ ὅταν μὲν ἐν τῷ καθεστηκότι σώματι μένῃ, φρονέει, κ
φρονήσῃ. ἐξαλλαττόντως δὲ τοῦ αἵματος, μεταπίπτει καὶ
φρόνημα. ὅτι δὲ τῶν τοιούτων ἔχει, πολλὰ τὰ μαρτυρέο-
τερον μὲν ὅτι καὶ ἄπασι ζώοισι κοινόν ἐστιν, ὁ ὕπνος, ὡ
μαρτυρεῖ τοῖσιν ἐνθρώποισιν. ὅταν γὰρ ἐπέλθῃ τῷ σώ-
μι ὁ ὕπνος, τότε τὸ αἷμα ψύχε[ται]. φύσει γὰρ πέφυκεν ὁ ὕ-
ψύχειν. ψυχθέντος δὲ τοῦ αἵματος, νωθρότεραι γίνονται
διέξοδοι. δῆλον δέ. ῥέπει γὰρ τὰ σώματα, ἢ βαρύτ[ητα]
τὰ γὰρ τοιαῦτα βάρεα πέφυκεν ἐς βυθὸν φέρεσθ[αι]. καὶ τὰ ὄμ-
τα κλίνεται. καὶ ἡ φρόνησις ἀλλοιοῦται δόξαι δέ τινες ἕτερα
διαπρήσσουσιν, ἃ δὴ ἐνύπνια καλέονται. πάλιν ἐν τῷ ἐ-
θησι, πλέονος ἐξαίφνης γλυκυθύμου τοῦ αἵματος, με-
πλοισιν αἱ ψυχαί. καὶ τὰ ἐν τῇσι ψυχῇσι φρονήματα
γίνονται τῶν μὲν ὄντων κακῶν ἐπιλήσμονες, τῶν δὲ μὴ γ-
βουλέων ἀγαθῶν. ἔχοιμι δ' ἂν πολλὰ τοιαῦτα ἐ-
ἐν οἷς αἵματος ἐξαλλαγαί, τὰ φρονήσιν ἐξαλλα-
σιν. ἐὰν μὲν οὖν πανταπασιν ἀπὸ παντελέος ἀναταραχθῇ τὸ αἷμα
τελέως ἡ φρόνησις ἐξαπόλλυ[ται]. τὰ γὰρ παρόντα καὶ ἀ-
ναγνωρίσματα, ἐθισματά ἐστιν. ὅταν δ' ἐθισθῶσιν ἔτι μ-
παστάσωσιν, ἀναίρεται ἡμῶν ἡ φρόνησις. φημὶ δὲ τὸ ἱερὸν
ὧδε γίνεσθ[αι]. ὅταν πολὺ πνεῦμα καὶ πρῶτον τὸ σῶμα
τοῦ αἵματος μιχθῇ, πολλὰ ἐμφυσήματα γίνονται, τὰ
χῇ ἀνὰ τὰς φλέβας. ἐπειδὰν οὖν ἐς τὰς παχείας κ
λυσμοὺς τῶν φλεβέων πολὺς ἀὴρ βιάσῃ, βιάζας δὲ
χωλύεται τὸ αἷμα διεξιέναι. τῇ μὲν οὖν ἔσηκε, τῇ μ-
θεῖς διεξέρχεται, τῇ δ' ἧσσον. ἀνομοίης δὲ τῆς πορ-
αἵματος ἀπὸ τοῦ σώματος γλυκυθύμης. πανταχοῦ
τητες. πανταχοῦ γὰρ τὸ σῶμα πανταχόθεν ἕλκεται ὑπὸ τε
ται τὰ μέρη τοῦ σώματος, ὑπαναγκαζόντων τῶν θορύβ
ἐόντων τοῦ αἵματος. ὑπὸ δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος
αἱ ἀπὸ τοῦ σώματος πανταχόθεν γίνονται. ἔτι
τοῦτον καιρόν, αἰσθάνει πάντων ἐόντ[ων] κωφοτέ
λεγομένων, καὶ τυφλὸς τῶν γινομένων, ἀπαλ-
τοιούτους τοὺς πόνους. οὕτω γὰρ ὁ ἀὴρ ταραχθείς, ἀπε
καὶ τὸ αἷμα καὶ ἐμίωσε. καὶ ἀφροὶ ἀπὸ τοῦ στόμα
πρόσθεν ἐόντος. ἀπὸ γὰρ τῶν σφαγιδίων φλεβῶν
ἀπαδυόμενος ἀὴρ, ἔρχεται μὲν αὐτὸς· ἀπάγει δὲ μ
τὸ λεπτότατον τοῦ αἵματος. τὸ δὲ ὑγρὸν τὸ παχύμισ
λύεται. ἀπὸ λεπτῶν γὰρ ὑμένων καθαρ
ἀὴρ ἀπαφαίνεται. δι' ὧν δὴ λύεται φαίνονται πάντες
ἀφροί. ποτὲ μὲν οὖν παύονται τῆς νόσου
παρεόντος χειμῶνος, ἢ ὑπὸ τοῦ νοσήματος
μένοι, ἐγὼ φράσω. ὁκόταν γυμνασθῶσι ὑπὸ τ

σῶμα θερμανθῇ, θερμαίνεται καὶ τὸ αἷμα· τὸ δὲ αἷμα θερμανθέν, ἐξεθέρμηνε τὰς φύσας. [18] αὗται δὲ θερμανθεῖσαι, διαλύονται, καὶ διαλύουσι τὸν ξύσασιν τὸ αἷμα· αἱ μὲν οὖν ἀφρῷ ἐξῆλθουσαι μετὰ τοῦ πνεύματος, αἱ δὲ μετὰ τοῦ φλέγματος. ἀποζέσαντος δὲ τοῦ ἀφροῦ, καὶ καταστάντος τοῦ αἵματος, καὶ γαλήνης ἐν τῷ σώματι γενομένης, πέπαυται τὸ νόσημα. φαίνονται οὖν αἱ φύσαι [19] διὰ πάντων τούτων, μάλιστα δὲ πρηστῆραι αἰτίαι οὖσαι· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα, σὺν αἵματι καὶ μετάπτα ὄντα αἴτιον τῶν νούσων ἐόν, τοῦτο ὑποδέδειγμαι. [20] ὑποτίθεμαι δὲ τὸ αἴτιον τῇ νούσῳ φέρουσαν. ἐπέδειξα δὲ τὸ πνεῦμα καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι πολλαχοῦ, καὶ ἐν τοῖσι σώμασι τῶν ζώων. ἤγαγον δὲ καὶ ἐς τὴν τῶν ἀνθρώπων γνῶσιν καὶ τὴν νοσημάτων, καὶ τὴν ἀρρωστημάτων, τὸ οἷόν μοι δοκεῖ ἐστὶν εἶναι. [21] ἀμφὶ δὲ τῶν ἀρρωστημάτων εἰ λέγοιμι, μακρότερος μοι ὁ λόγος γένοιτο ἄν. ἀτρεκέστερος δὲ οὐδὲν ἧσσον, οὐδὲ πιστότερος.

corpus incaluerit, incalescit etiam sanguis, qui calefactus, flatus quoque calefacit. Ij verò calefacti dissoluuntur, & sanguinem coactum simul dissoluunt, partimque cum spiritu, partim cum pituita foras prodeunt. At vbi deferbuit spuma, & sanguis conquieuit, tranquillitasq; in corpore oborta est, morbus cessat. Horum igitur sanè omnium multis modis flatus causæ esse videntur, cætera verò omnia vel adiuuantis, vel consequentis causæ rationem habere. Hæc verò esse morborum causa nobis est demonstrata, quod me declaraturum receperat. Spiritum autem cùm in aliis rebus, tum vel maximè in animantium corporibus plurimum posse demonstraui. Orationem verò ad morborum & ægritudinum cognitionem perduxi, in quibus hoc argumentum verum esse apparuit: Quod si reliquas ægritudines oratione persequi velim, prolixior sane foret oratio, nihilotamen minus aut veritatis aut fidei habitura.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΗΡΗΣ ΝΟΣΟΥ.

HIPPOCRATIS DE MORBO SACRO, LIBER.

ΠΕΡΙ μὲν τῆς ἱερῆς νούσου καλεομένης, ὧδε ἔχει. οὐδὲν τι μᾶλλον δοκέει τῶν ἄλλων θειοτέρη εἶναι νούσων, οὐδὲ ἱερωτέρη, ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχει, ἣν καὶ τὰ λοιπὰ νοσήματα, ὅθεν γίνεται. φύσιν δὲ αὐτὴν καὶ τοιῆνδε ἔφασιν οἱ ἄνθρωποι νομίσαντες θεῖόν εἶναι, ὑπὸ ἀπειρίης καὶ θαυμασιότητος, ὅτι οὐδὲν ἔοικεν ἑτέρῃσι νούσοισι. [2] καὶ τῷ μὲν τὸν ἀπορέειν αὐτοῖσι τὰς μὴ γινώσκειν, τὸ θεῖον αὐτῇ περιποιέεται. καὶ τῷ δὲ τὸν εὐπορέειν τῆς ἴσης, λύονται. ἀπολούονται γὰρ ἢ καθαρμοῖσιν, ἢ ἐπαοιδῇσιν. εἰ δὲ τὸ θαυμάσιον, θεῖον νομιεῖται, πολλὰ τὰ ἱερὰ νουσήματα ἔσται, καὶ οὐχὶ ἕν. ὡς ἐγὼ ἀποδείξω ἕτερα οὐδὲν ἧσσον ἐόντα θαυμάσια, οὐδὲ τερατώδεα, οὐδενὸς νομίζοντα ἱερὰ εἶναι. τοῦτο μὲν γὰρ τὰς πυρετοὺς τὰς ἀφημερινοὺς, καὶ τὰς τριταίους, καὶ τὰς τεταρταίους, οὐδὲν ἧσσον μοι δοκέουσιν ἱεροὶ εἶναι, καὶ ὑπὸ θεοῦ γίνεσθαι τούτων τὴν φύσιν, καὶ οὐ θαυμασίως ἔχουσι. τοῦτο δὲ ὁρέω μαινομένους ἀφρώνους, καὶ παραφρονέοντας, ἀπὸ μηδεμιῆς προφάσιος ἐμφανέος. καὶ πολλά γε ἄμα καὶ ἀκαιρα πρήσσοντας. ἔνιοι γοῦν ὑπνῳ οἶδα πολλοὺς οἰμώζοντας καὶ βοῶντας. οὓς δὲ καὶ πνιγμοὶ ἔχουσι. οὓς δὲ καὶ ἀναΐσσοντα καὶ φεύγοντας ἔξω, καὶ παραφρονέοντας· μέχρις οὗ ἐξεγειρέωνται. ἔπειτα δὲ καὶ ὑγιέας ἐόντας καὶ φρονέοντας ὥσπερ πρότερον. εἰσὶ τὰς αὐτοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀσθενέας. καὶ τοῦτων οὐκ ἄπαξ, ἀλλὰ πολλάκις. ἀλλά γε πολλὰ ἔστι καὶ πρηγμάτα, ὧν ἔκαστον λέγειν, πολὺς ἂν εἴη λόγος. ἐμοὶ δὲ δοκέουσι οἱ ἄνθρωποι τοῦτο τὸ νόσημα ἀφιερώσαντες, θειότεροι εἶναι ἂν δόξειαν. οἷοι καὶ νῦν εἰσὶ μάγοι τε καὶ καθάρται, καὶ ἀγύρται, ἀλαζόνες, ἐοικότι δὴ τοιούτῳ σοφόν τι καὶ θεῖον εἶναι), καὶ πλέον οὐδὲν ἐπίστανται. οὗτοι δὲ οὕτω περιπλεκόμενοι καὶ περιδούμενοι τὸ θεῖον τὸ ἀμηχανίης τὸ μὴ ἔχειν ὅ, τι προτείνωσιν ἀφελήσουσιν, ὡς μὴ καταδηλοι ἔωσιν, οὐδὲν ὑπισχνούμενοι. ἱερὸν νομίσαντες τοῦτο τὸ πάθος εἶναι,

DE Morbo sacro vulgo appellato sic se res habet; neque quicquam aliis morbis diuinius aut sacratius, sed eandem ex qua reliqui morbi oriuntur naturam habere mihi videtur. Homines vero ex imperitia & admiratione ei naturam quandá & causam diuinam inesse censuerunt, quòd nulla in re reliquorum morborum similis esset. Et per consilij inopiam quod morbũ non cognoscũt, illi diuinitatẽ asseruant, per facilè parabilem verò curationis modum, ei medentur, cùm expiationibus & incantationibus ab eo liberentur. Quòd si ideo diuinus esse censeatur, quòd admirabilitatem quandam habeat, multi morbi sacri futuri sunt, & non vnus, quos ego diuersos esse demõstrabo, neq; minùs admirabiles, neq; minùs prodigiosos, eos tamẽ nemo sacros esse existimat. Ac primum quidem febres quotidianæ & tertianæ, & quartanæ, neq; minùs sacræ esse, neq; minùs quàm hic morbus à Deo fieri mihi videntur, quamuis admirationẽ nullam habeant. Deinde verò furore correptos ac desipientes multos ex nulla manifesta causa, cùm multa, tum simul etiam intempestiua facere videmus. Quinetiam multos in somno lugentes & vociferãtes vidi, quosdam etiã suffocatos, quosdam exilientes & fugientes, ac desipientes quoad excitarentur, postea verò sanitati restitutos, & vt antea resipiscentes, quãuis pallidos & debiles. Idq; non semel sed sæpius cõtingere vidimus. Quin & multa sunt & varia, quę si sigillatim enumerare velimus, prolixa foret oratio. Ac mihi certè qui primi hũc morbũ ad deos retulerunt, tales esse vidẽtur, quales sunt Magi, expiatores, circulatores, ac arrogãtes ostentatores, qui se valde pios esse plurimumq; scire simulãt. Hi quippe diuinitatis obtẽtu ac prætextu, cũ nulla ope prodesse posset, ne inscitiã suã proderẽt, sacrã hanc esse affectionẽ cõfuerunt,

& additis idoneis rationibus, tutam ſibi curationis viam propoſuerunt, oblatis expiationibus & incantationibus, balneiſque interdictis, & multis cibis ad laborantium vſum minimè accommodatis. Ac marinis quidem, mullo, melanuro, mugile & anguilla, qui piſces præcipuè vitandi ſunt. Carnibus verò, caprina, ceruina, ſuilla & canina. Nam & eiuſmodi carnes ventriculum maximè conturbant. Ex volucribus, gallo, turture & otide, prætereáque ab his quæ valentiſſima eſſe cenſentur. Ex oleribus autem, mentha, allio, & cæpa. Acrimonia enim ægrotanti nullo modo conducit. Veſtimento etiam nigro vti prohibent, quòd niger color mortem ſignificet, aut in pelle caprina decumbere, aut eam geſtare, ac ne pedem pedi, aut manum manui ſuperimponere. Hæc enim omnia curationem impedire. Quæ omnia diuinitatis gratia addunt, velut amplius quiddam ſcientes, & alia in ſpecie prætexentes, vti ſi conualeſcat æger, iſtud eorum gloriæ & ſolertiæ attribuatur, ſin verò moriatur, tutam ſibi proponant defenſionem, & occaſionem nanciſcantur, quominus ij in cauſa, ſed dij eſſe videantur, cùm nullum quidem medicamentum edendum aut bibendum exhibuerint, neque balneis excoxerint, vt in eos cauſa reiici poſſit. Ac mea quidem opinione, ex iis qui Africæ mediterranea incolunt, nullus ab hoc morbo ſanus euadet, quòd in pellibus caprinis recumbant, & caprinis carnibus vtantur, cùm ne ſtragulum quidem neque veſtimentum, neque calceamentum aliud habeant quàm caprinum. Neque enim aliam vllam habent pecudem, quàm capras & boues. Quod ſi iſta oblata & cibo ſumpta morbum augent, & cibo minimè ſumpta medentur, nullius ſanè Deus author eſt, neque expiationes iuuant, ſed quæ eduntur medentur & nocent, numiniſque vim obſcurant. Quare qui hoc modo ad iſtorum morborum curationem aggrediuntur, hos neque ſacros, neque diuinos reputare mihi videntur. Si enim huiuſmodi expiationibus talique curatione tolluntur, quid prohibet quominus ex ſimilibus artibus ab hominibus remoueantur, aut in eoſdem incidant? Adeò vt non ampliùs diuinum, ſed humanum quiddam in cauſa mihi eſſe videatur. Quiſquis enim luſtrationibus & magicis artibus huiuſmodi affectionem abigere valuerit, is etiam aliis artibus abiget, iſtaq; ratione diuinitatis opinio prorſus deperditur. Hac oratione & molitione multam ſcientiam præ ſe ferunt, hominesq; decipiũt, his luſtrationes & purificationes proponendo, cùm multum faciant de diuinitate & numine ſermonem. Quanquam mihi quidem non de pietate (vt rentur) verum de impietate potius verba facere videntur, & Deos non eſſe profiteri, eorumq; pietas & diuinitas, ſicuti docebo, in impietatem & nefarium ſcelus vertitur. Si enim lunam deducere, & ſolem obſcurare, tempeſtatemq; ac ſerenitatem inducere, & imbres ac ſiccitates, mareq; ſterile & terram facere, cæteraq; id genus ſe ſcire profitentur, ſiue ex ſacrorum myſteriis, ſiue ex alio quouis conſilio aut cura hanc ſibi potentiam vendicent, qui his rebus operam nauant, mihi quidem impij eſſe videntur, neque deos eſſe exiſtimare, neque ſi ſint, quicquam poſſe, neq; aliquod ſummum malum propulſare poſſe. Cuius rei gratia, cur non ipſis infeſti ſint? Si quis enim magicis artibus & ſacrificiis lunam deducet & ſolem obſcurabit, tempeſtatemque & ſerenitatem inducet, non equidem horum quicquam diuinum,

καὶ λόγοις ὑποπλέξαντες ὑποτιθέασιν, τὴν ἴησιν κατεσήσαντο ἐς δὲ ἀσφαλὲς σφίσιν ἑωυτοῖσι, καθαρμοὺς προσφέροντες καὶ ἐπαοιδάς. λουτρῶν τε ἀπέχεσθαι κελεύουσι, καὶ ἐδεσμῶν πολλῶν, καὶ ἀνεπιτηδείων ἀνθρώποισι νοσέουσιν ἐσθίειν. θαλασσαίων μὲν τρίγλης. καὶ μελανούρου. κεστρέως. ἐγχέλυος. ὅτι γὰρ ① ἰξυῶες εἰσὶν ὑπερχολεῦσαι. κρεῶν αἰγείων καὶ ἐλαφείων. καὶ χοιρείων καὶ κυνείων. τοῦ γὰρ κρεῶν ταραχικώτατά ὅτι τὴν κοιλίην. ὀρνίθων δ' ἀλεκτρυόνος καὶ πτυγχός. ὠτίδος. ἔτι δ' ὅσα νομίζεται ἱρευσάμενα εἶ). λαχάνων δ' μίνθης. σκορόδου καὶ κρομύου. δριμὺ γὰρ ἀθερέον σφέων ξυμφέρει. ἱμάτιον δὲ μέλαν μὴ ἔχειν, θανατῶδες γὰρ μέλαν. μηδὲ ἐν αἰγείῃ καταχέεσθαι δέρματι, μηδὲ φορέειν μηδὲ πόδα ὑπὲρ πόδα ἔχειν. μηδὲ χεῖρα ὑπὲρ χεῖρα. τοῦτο γὰρ πάντα. κωλύματα εἶ). τοῦτο δὲ πρόφασιν τοῦ θείου εἶναι προσποιέεται. ὡς πλέον τι εἰδότες ἢ ἄλλοι πρόφασιν προσλέγοντες. ὅκως εἰ μὲν ὑγιὴς γένοιτο, αὐτοῦ ἡ δόξα εἴη καὶ δεξιότης. εἰ δ' ἀποθάνοι, ἐν ἀσφαλεῖ καθίστανται αὐτοῖσι ἀπολογίαν. καὶ ἔχοιεν προφάσιν, ὡς οὐκ αὐτοὶ εἰσὶν αἴτιοι ἀλλ' οἱ θεοί. ὅτε γὰρ φαγέειν ὅτε πιέειν ἔδοσαν φάρμακον οὐδὲν ὅτε λοῦσαι κατέψυξαν, ὥστε δοκέειν αἴτιον εἶ). ἐγὼ δ' δοκέω Λιβύων τῶν τὸ μεσόγαιον οἰκεόντων, οὐδένα ὑγιαίνειν, ὅτι οὐκ ἐλαίοισι δέρμασι καταχέονται, καὶ κρέασι αἰγείοισι χρέωνται ἐπεὶ οὐκ ἔχουσιν ὅτε ῥῶμα ὅτε ἱμάτιον, ὅτε ὑπόδημα, ἢ μὴ αἴγειόν ἐστιν. ὁ γὰρ ἔστιν αὐτοῖς μοῦνον κτῆνος βάτιον οὐδὲ ἢ αἶγες καὶ βόες. εἰ δ' ταῦτα προσφερόμενα καὶ ἐσθιόμενα τὸν νοῦσον αὔξει, καὶ μὴ ἐσθιόμενα ἰῆται, οὐκ ἔστιν ἀρα ὁ θεὸς αἴτιος οὐδενός, οὐδὲ ② καθαρμοὶ ὠφελέουσιν, ἀλλὰ ταῦτα δεσμὰ καὶ ἰώματά τε καὶ βλάπτοντα. τὴν δὲ θείην ἀφαιρέεται ἡ δυνάμις. ὅτῳ γὰρ ἐμοί γε δοκέουσι οἱ λίνες τοῦτο ὧδε ἔχειν ῥέουσιν ἰῆσθαι ταῦτα τὰ νοσήματα, ὅτε ἱερὰ νομίζειν εἶ), θεῖα. ὅκου γὰρ τοιοῦτο καθαρμῷ τοιούτων μετάσχῃ γίνεται τοιοῦτο θεραπείης τοιῆσδε, τί κωλύει καὶ ὑφ' ἑτέρων τεχνημάτων ὁμοίων τούτοισιν, ἀπογίνεσθαι τοῖσιν αἰνθρώποισι καὶ προσπίπτειν; ὥστε μηκέτι τὸ θεῖον αἴτιον εἶ) ἀλλά τι αἰνθρώπου. ὅστις γὰρ οἷός τε ὢν εἰκαθαίρων καὶ μαγεύων ἀπάγειν τοιοῦτον πάθος. ἢν καὶ ἐπάγῃ ἕτερα τεχνησάμενος, πάντως τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ θεῖον ἀπόλλυται. τοιαῦτα λέγοντες καὶ μηχανώμενοι προσαιτέονται πλέον τι εἰδέναι. καὶ αἰνθρώποις ἀξιοπαθέουσι, προσπίπτοντες τούτοισιν ἀγνεία καὶ καθαρτῆσι, ὅτε πουλὺ αὖ τοῖσι τοῦ λόγου ἐς τὸ ἀφήκει, καὶ τὸ δαιμόνιον. καὶ τοι ἐμοί γε ὁ τοιοῦτος δοκέουσι τοὺς λόγους ποιέεσθαι, ὡς οἴονται, ἀλλὰ τοιούτοισι σεβείης μᾶλλον. καὶ ὡς ② θεοὶ οὐκ εἰσί. τό, τε δυσεβὲς καὶ θεῖον αὐτῶν ἀσεβὲς καὶ αἰνόσιόν ἐστιν, ὡς ἐγὼ διδάξω. ἢν γὰρ σελήνην τε καθαιρῇ. καὶ ἥλιον ἀφανίζῃ. χειμῶνά τε καὶ εὐδίην ποιέῃ. καὶ ὄμβρους καὶ αὐχμούς, καὶ θάλασσαν ἄφορον, καὶ γῆν, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα πάντα, ὑπισχνῆται ὑπίσασθαι, εἴτε καὶ ὂν τελετέων. εἴτε καὶ ἀπὸ γνώμης τινὸς ἢ μελέτης φασὶν οἷοί τε εἶ), ② ὡς ὑποτιθέμενοι, δυσεβέα ἔμοί γε δοκέουσι, καὶ θεοὺς τε εἶ) νομίζειν, οὔτε ὄντας, ἰσχύειν τε οὐδέν. οὔτε ἐπιχειρεῖσθαι ἀνδρὸς τῶν ἐχάτων [12] ποιεόντες ἕνεκά γε, πῶς δεινὰ ἀνθρώποισιν εἰσίν; εἰ δὲ αἰνθρωπος μαγεύων τε καὶ θύων σελήνην καθαιρήσει. καὶ ἥλιον ἀφανίσει. καὶ χειμῶνα καὶ εὐδίην ποιήσει, οὐκ αἰνθρώπινόν τι θεῖον νομίσαιμι τοῦτο εἶ) ἀλλ'

ἀλλ' αὖ θεφπινον. Εἰ δὲ τῷ θείῳ ἡ δυνάμις ὑπὸ αὖ θεφ-
της γνώμης κρατέε) καὶ δεδούλωται. ἴσως ὁ ἀκ ὅτως ἔχει
ᾧ, ἀλλ' αὖ θεφποι βίᾳ δεδμθμοι, πολλὰ καὶ πθμτοῖα
τμέον) καὶ ποικίλλουσιν, ἔς τε τ' ἀλλα πθμτα καὶ ἐς τὴν νοθσον
ἑκάτερον ἑκάστῳ εἶδει τῷ παθεος θεῷ τ' αἰτίαν προσγιθέν-
τες. ἀ γὰ καθαπαξ. ἀλλὰ πλεονάκις τ' αὐτὰ μέ-
μιμηται. κὠὶ μὲν γὰ αἶγα μιμθνται, κὠὶ βρύχωνται,
κὠὶ τὰ δεξιὰ σπῶνται, μητέρα θεῶν φασὶ αἰτίαν εἶ). ὠὶ
δὲ ξύτερον καὶ θὐτονώτερον φθέγξηται, ἵππῳ εἰκάζουσι. καὶ
φασὶ, Ποσειδῶνα αἴτιον εἶ). ὠὶ δ' καὶ τ' κόπρου τι παείη,
ὁπολλάκις ὑσὶ γίγ ὑπὸ τ' νόσου βιαζομθμοισιν, Ἐνο-
δὶς προσκειται ἡ προσωνυμίη. ὠὶ δὲ λεπτότερον καὶ
σκληότερον, οἷ ὄρνιθες, Ἀπόλλων νόμιος. ὠὶ δ' ἀφεὶν ἐκ
τ' στόματος ἀφίη, καὶ τοῖσι ποσὶ λακτίζη, Ἄρης τ' αἰτίαν
ἔχ. ὁκόσοι δ' δείματα νυκτὸς παρίσα), καὶ φόβοι καὶ παρά-
νοιαι, καὶ ἀναπηδήσιες ἐκ τ' κλίνης, καὶ φοβητρα, καὶ φθύζιες
ἔσω, Ἑκάτης φασὶν εἶ) ἐπιβθλάς, καὶ ἡρώων ἐφόδους. καὶ
ἐνθρμοῖσι τε χρέον) καὶ ἐπαοιδῇσι, καὶ ἀνοσιώτατόν γε καὶ ἀ-
θεώτατον ποιέουσιν, ὡς ἔμοιγε δοκέει τὸ θεῖον. καθαίρθσι γὰ
τοὺ ἐχομθμους τῇ νόσῳ, αἵμασι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι μιά-
σμασιν ἔχοντας, ἢ ἀλφήσαντας, ἢ πεφαρμαγμθμους ὑπὸ
ἀνθρώπων, ἢ τι ἔργον αἰόσιον ἐργασμθμους, οἷς ἐχρῆν
τὰναντία τούτοισι ποιέειν. θύειν τε καὶ εὔχεσθαι, καὶ ἐς τὰ ἱε-
ρὰ φέροντας ἱκετεύειν τοὺς θεούς. νεῖν ὁ τούτων μὲν ποιέοντα
οὐδέν, καθαίρεσθαι δέ. καὶ τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν, γῆ κρύ-
πτουσι. τὰ ὁ ἐς θάλασσαν ἐμβάλλουσι. τὰ ὁ ἐς τὰ ὄρεα
ἀποφέρουσιν, ὅπη μηδεὶς ἅψη), μηδὲ ὑπατήσῃ). τὰ δὴ
ἔρχῆν ἐς τὰ ἱερὰ φέροντας τῷ θεῷ ἀποδοῦναι, εἰ δή θεός
ἐστιν αἴτιος. ἀ μὲν γοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ, αὖ θρώ-
που σῶμα μιαίνεσθαι, ὃ ὑποκηφάτατον ὑπὸ τοῦ ἀγνο-
τάτου. ἀλλὰ κὠὶ τυγχάνῃ ὑπὸ ἑτέρου μεμιασμθμον, ἢ
ὑπὸ πονθος, ἐθέλει αὖ ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθαίρεσθαι, καὶ ἁ-
γνίζεσθαι μᾶλλον ἢ μιαίνεσθαι. τὰ γοῦν μέγιστα τῶν ἁ-
μαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα, τὸ θεῖόν ἐστι, τὸ καθαῖρον
καὶ ἁγνίζον, καὶ ἔρυμα γιγνόμενον ἡμῖν. αὐτί τε ὅρκοις
τοῖσι θείοισι τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν τεμενέων ἀποδειχνύμθμοι,
οἷς αὖ μηδεὶς ὑποβαίνοι, εἰ μὴ ἁγνοί, εἰσόντες τε
περῥαινόμεθα, οὐχ ὡς μιαινόμθμοι, ἀλλ' εἴ τι καὶ προσ-
θεσαν ἔχομθ μοῦσος, τοῦτο ἀπαγνίσμθμοι. τὸ μὲν μὴ τῶν
καθαρμῶν, οὕτω μοι δοκέει ἔχειν. τὸ δὲ νούσημα τοῦτο,
οὐδὲν τι μοι δοκέει θειότερον εἶ) τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ φύσιν
μὲν ἔχει, ὡς καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα. καὶ προφασιν, ὅθεν
γίνεται. φύσιν δὲ τοῦτο καὶ προφασιν, ἀπὸ ταὐτοῦ
θεῖον γίνεσθαι, ἀφ' ὅτου καὶ τ' ἄλλα πθμτα. καὶ ἰητὸν εἶ).
ἡ οὐδὲν ἧσσον ἑτέρων, ὅτι μὴ ἤδη ὑπὸ χρόνου πολλοῦ
καταβεβιασμθμον ἐστί, ὥς τε ἤδη εἶ) ἰσχυρότερον τῶν φαρ-
μάκων τῶν προσφερομθμων. ἄρχεται δὲ ὥσπερ καὶ τ'
ἄλλα νουσήματα κ τῆ ἥλιος. Εἰ γὰ ὁκ τῷ φλεγματώδεος,
φλεγματώδης. καὶ ὁκ χολώδεος, χολώδης γίνεται. καὶ ὁκ
φθινώδεος, φθινώδης. καὶ ὁκ αὐλιωώδεος, αὐλιωώδης,
ἀ κωλύει ὅτου πατὴρ καὶ μήτηρ ἔτυχον τοιούτῳ νοσήματι,
τούτῳ καὶ τῶν ἐγγονίων ἔχεσθαι; ὡς ὁ γόνος ἔρχε) πάν-
τοθεν τοῦ σώματος, ἀπὸ τε τῶν ὑγιηρῶν, ὑγιηρός, ἀπό τε
τῶν νοσερῶν, νοσερός. ἕτερον δὲ μέγα τεκμήριον, ὅτι οὐδὲν
θειότερον ἐστι τῶν λοιπῶν νουσημάτων. τοῖσι γὰ φλεγματώδεσι, φύσει γίνεται. τοῖσι ὁ χολώδεσιν, οὐ προσπίπτει

sed humanum esse censuerim, si vtique diuina potentia humano consilio superatur, & in seruitutem asseritur. Ac fortassis hæc aliter se habent; sed homines in vitæ inopia multa & varia moliuntur, & tum ad reliqua omnia, tum etiam ad hunc morbum variè se habent, in vnaquaque affectionis specie Deo causam attribuentes. Neque enim semel sed sæpiùs eadem meminerunt. Siquidem nanque capram imitentur, & balatum edant, dextramq; in partem conuellantur, deorum matrem in causa esse asserunt. Si verò acutiorem & vehementiorem vocem edat æger, equo simile esse dicunt, & ad Neptunum causam referunt. Quòd si stercoris aliquid emittat (quod nonnullis morbo pressis contingit) Hecates Enodiæ appellatio adhibetur. Sin autem tenuius & crebrius deiiciat, velut aues, Apollo Nomius. Si verò spumam ex ore demittat, & pedibus calcitret, Mars author est. Pauores verò qui noctu adsunt, timores, deliria, & terriculamenta, cùm ægri è cubili exiliunt & fugiunt, Hecates insidias, & Heroum inuasiones esse affirmant, expiationibusq; & incantationibus vtuntur, ac meo quidem iudicio, sceleratissimum & maximè impium diuinum numen faciunt. Morbo enim detentos expiant, & sanguine aliisq; quibusdam sceleribus inquinatos ac facinorosos & sceleratos, aut quibus ab hominibus est exhibitum venenum, aut eos qui nefarium aliquod facinus perpetrarunt, quos contra facere decuerat, sacra facere nimirum & precari, ad templa deducere, & diis supplicare. Nunc verò horum quidem nihil faciunt, sed expiant, & partim quidem expiationes in terra recondunt, partim in mare proiiciunt, partim etiam in montes deportant, vbi eas nemo attingat aut conculcet. Has autem oportuerat, si quidem Deus author est, ad templa delatas, Deo reddere. Neque tamen hominis corpus à Deo inquinari existimo, impurissimum à purissimo. Quin si fortè contingat vt ab alio coinquinetur, aut quid patiatur, à Deo expiari ac purificari magis quàm inquinari cupiat. Maxima ergo & sceleratissima peccata Deus expiat & purificat, tutelaq; nostra existit, nosq; Diis ipsis templorum ac delubrorum terminos constituimus, quos nemo nisi purus transcendat, & ingressi, non tanquam inquinati, respergimur, sed vt si quod etiam antea scelus contraximus, illud expiemus. Ac de expiationibus quidem ad hunc modum se res habere mihi videtur. At verò hic morbus nihil mihi reliquis diuinius, sed eandem etiam quam alij morbi naturam, & originis causam habere videtur, eiusq; natura & causa', vt aliorum omnium diuina existimanda est, nihiloq; minùs quàm cæteri curationem recipit, nisi ex longo temporis spatio vrgeat atque adeò inualescat, vt oblata medicamenta superet. Initium autem ducit, veluti alij morbi, secundum cognationem. Si enim ex pituitoso pituitosus, & ex bilioso biliosus oritur, & ex tabido tabidus, & ex lienoso lienosus, quid vetat vt cuius parentes hoc morbo detineantur, eo quoque & posterorum aliquis corripiatur? Cùm nempe genitura ab omnibus corporis partibus procedat, à sanis sana, & à morbosis morbosa. Est præterea magnum aliud argumentum, hunc morbum reliquis nihilò diuiniorem esse, quòd natura pituitosis oboriatur, biliosis verò minimè contingat.

Quanquam si reliquis diuinior esset, omnibus ex æquo morbum hunc contingere oporteret, neque bilioſorum & pituitoſorum diſcrimen facere. Sed enim ipſis huius affectionis cerebrum, velut etiam aliorum magnorum morborum in cauſa eſt. Quod quónam modo & quánam ex cauſa contingat, apertè enarrabo. Cerebrum homini, vt reliquis omnibus animantibus duplex eſt. Cuius medium tenuis membrana diuidit. Ideò non ſemper eadem capitis pars dolet, ſed ſigillatim vtraque, interdum verò totum. Quinetiam venæ multæ & tenues ex vniuerſo corpore ad ipſum feruntur, duæ verò craſſæ, vna quidem ab iecore, altera autem à liene. Et quæ ex iecore ducitur, ad hunc ſe habet modum. Vna quidum venæ pars ad dexteram, iuxta ipſum renem & lumbum, ad internam femoris partem, deorſum fertur, & ad pedem pertingit, vocaturque vena caua. Altera verò per venas dextras & pulmonem ſurſum tendit, & in cor & brachium dextrum diſcinditur. Reliqua autem parte per iugulum ad dextram ceruicis partem ſurſum tendit in ipſam cutem, quò conſpicua fiat. Iuxta aurem autem conditur, ibique ſcinditur, & craſſiſſima, maxima & ampliſſima ſua parte, in cerebrum deſinit, altera verò parte, quæ vena tenuis eſt, ad aurem dextram fertur, altera ad oculum dextrum, altera ad naſum. Atque hoc modo venæ ab iecore ſe habent. A liene autem vena etiam ad ſiniſtram deorſum & ſurſum contendit, non ſecus quàm ab hepate, tenuior tamen & imbecillior. Per has verò venas plurimum ſpiritum adducimus. Hæc enim corporis noſtri ſunt ſpiracula, cùm aërem ad ſe trahant, & in reliquum corpus deducant, ac per venulas refrigerent, rurſuſque emittant. Neque enim fieri poteſt vt ſpiritus conſiſtat, ſed eum ſurſum ac deorſum ferri neceſſe eſt. Vbi enim ſiſtitur & intercipitur, pars ea ad motionem impotens redditur. Cui rei hoc eſt indicio, cùm ſedenti aut iacenti venulæ ita comprimuntur, vt ſpiritus à vena non irrumpat, ſtatim torpor occupat. At reliquæ venæ hoc modo ſe habent. Hic autem morbus pituitoſis contingit, bilioſis verò minimè. Ac originis initium ſumit, cùm adhuc fœtus in vtero exiſtit. Purgatur enim & adoleſcit etiam cerebrum, velut aliæ partes, priùs quàm in lucem edantur. Quæ purgatio ſi rectè & moderatè proceſſerit, neque plus minúſve quàm oporteat defluxerit, hoc modo maximè ſanum caput fœtus habet. Sin verò à toto cerebro copioſior colliquatio facta fuerit, cùm adoleuerit, morbis obnoxium & ſonitus plenum caput habebit, neque ſolem, neque frigus perferet. Sin verò vnius cuiuſdam partis colliquatio facta fuerit, nimirum oculi, aut auris, aut vna aliqua gracilis reddita fuerit, ſic ille malè afficitur, prout ſanè ex colliquatione ſe habebit. Quòd ſi purgatio non acceſſerit, ſed in cerebro collecta fuerit, hoc modo pituitoſum fœtum eſſe neceſſe eſt. Ac quibus quidem in puerili ætate vlcera in caput, in aures, & reliquum corpus erumpunt, ſi ſaliuoſi mucoſíque extiterint, ij procedente quidem ætate facillimè degent. Tunc enim pituita, quam in vtero repurgari oportuerat, emittitur & purgatur, quíque ſic purgati fuerint, ferè hoc morbo comitiali minimè corripiuntur. Qui verò puri fuerint, vt neque

χήν. εἰ γὰρ ἰσοτερέον ἦσι τῶν ἀνθρώπων, τοῖσιν ἅπασιν ὁμοίως ἐπιγίνεσθαι τὴν νοῦσον ταύτην. καὶ μὴν διαχρίνειν μήτε χολώδεα, μήτε φλεγματώδεα. δηλα γὰρ αὐτοῖσιν αἴτιος ἐγκέφαλος τούτου τοῦ πάθεος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων μεγίστων νουσημάτων τῶν μεγίστων. ὁτέῳ δὲ τρόπῳ καὶ ὁκόθεν οἷός τε ἐγένετο, ἐγὼ φράσω σαφέως. Ὁ ἐγκέφαλος τῷ ἀνθρώπου, ἐστὶ δίπλοος, ὥσπερ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι ζώοισιν ἅπασι. Τούτου μέσον αὐτοῦ διαιρέει μήνιγξ λεπτή. διὸπερ οὐκ ἀεὶ τὸ αὐτὸ τοῦ κεφαλῆς ἀλγέει, ἀλλ' ἐν μέρει ἑκάτερον. ὁ τε ἄλλος ἅπασα. καὶ φλέβες τε ἐξ ἁπάντων τείνουσιν ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος, πολλαὶ καὶ λεπταί. δύο δὲ παχεῖαι μοῦναι ἀπὸ τῶν ἥπατος. ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ σπλῆνος. καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος, ὧδε ἔχει. Τὸ μὲν ἕτερον τῆς φλεβὸς, κάτω τείνει, διὰ τοῦ ἰσχίου πρὸς αὐτὸν τὸν νεφρὸν καὶ τὸν ψοΐτην, ἐς τὸ ἔσω τοῦ μηροῦ, καὶ καθήκει ἐς τὸν πόδα, καὶ καλέεται κοίλη φλέψ. ἡ δὲ ἑτέρη, ἄνω τείνει διὰ φλεβῶν τῶν δεξιῶν καὶ τοῦ πνεύμονος. ἀπέρχεται δὲ καὶ ἐς τὸν καρδίην, καὶ ἐς τὸν βραχίονα τὸν δεξιόν. Τὸ δὲ λοιπὸν, ἄνω φέρει διὰ τῆς κλησίδος ἐς τὸν δεξιὸν τοῦ αὐχένος, ἐς αὐτὸ τὸ δέρμα, ὥστε καταδήλης εἶναι τῷδε ἐστὶ τὸ οὐρύπτειν). καὶ ἐν τούτῳ ῥίζει). καὶ τὸ μὲν παχύτατον καὶ μέγιστον καὶ κοιλότατον, ἐς τὸν ἐγκέφαλον τελευτᾷ. Τὸ δὲ ἐς τὸ οὖς τὸ δεξιὸν, φλέβιον λεπτόν. Τὸ δὲ ἐς τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιόν. Τὸ δὲ ἐς τὴν μυκτῆρα. ἀπὸ μὲν τοῦ ἥπατος, ὅτιος ἔχει τὴν φλεβῶν. διὰ τεσσάρων δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς φλέψ, ἐς τὰ ἀριστερὰ καὶ κάτω καὶ ἄνω, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. λεπτοτέρη δὲ καὶ ἀσθενεστέρη. χρῶνται δὲ τῇσι φλέβας καὶ ἐσαγόμεθα τὸ πολὺ τὸ πνεῦμα. αὗται γὰρ ἡμέων ἐίσιν αἰεὶ πνοαὶ τοῦ σώματος, τὴν πέρασιν σφᾶς ἔχουσαι. καὶ ἐς τὸ σῶμα τὸ λοιπὸν ὀχετεύουσαι. καὶ τὰ φλέβια καὶ αἰεὶ ψύχοισι καὶ πάλιν ἀφιᾶσιν. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ πνεῦμα στῆσαι, ἀλλὰ χωρέει ἄνω καὶ κάτω. ἢν μὲν οὖν στῇ που καὶ ἐπιληφθῇ, ἀχρωτὲς γίγνεται ἐκεῖνο τὸ μέρος, ὅταν αὖ στῇ. τεκμήριον δὲ, ὁκόταν γὰρ καθήμενόν τινα ἢ καταχρῶνται φλέβια πιεσθῇ, ὥστε τὸ πνεῦμα μὴ διεξιέναι ἀπὸ τοῦ φλεβὸς, εὐθὺς ναρκᾶ ἔχει. τοιοῦτον μὲν τῶν φλεβῶν τῶν λοιπῶν, οὕτως ἔχει. Ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίγνεται, τοῖσι μὲν φλεγματίῃσιν, τοῖσι δὲ χολώδεσιν, οὐκ ἀρξεται φύεσθαι ὅτι τὸ ἔμβρυον ἔτι ἐν τῇ μήτρῃ ἐόντος. καθαίρεται γὰρ καὶ αὐθέει, ὥσπερ τἄλλα μέρεα τοῦ γινέται, καὶ ὁ ἐγκέφαλος. ἐν τούτῃ δὲ τῇ καθάρσει, ἢν μὲν καλῶς καὶ μετρίως καθαρθῇ, καὶ μήτε πλεῖον μήτε ἔλασσον τοῦ δέοντος ἀπορρυῇ, ὅτιος ὑγιεινότατον τὸν κεφαλὸν ἔχει. ἢν πλείων ἀπὸ πάντος τοῦ ἐγκεφάλου γένηται) ἡ ἀπότηξις νοσώδεά τε τὸν κεφαλὸν ἔξει αὐξόμενος καὶ ἤλου πλέον καὶ οὔτε ἥλιον, οὔτε ψῦχος ἀνέξεται. ἢν δὲ ἀπὸ ἑνὸς ἢ γένηται), ἢ ἀπὸ ὀφθαλμοῦ, ἢ οὔατος, ἢ φλεγμονῆς σκληθῇ, ἐκεῖνος κακοῦται οὕτως, ὁκοίως ἂν καὶ ἡ ἀπότηξις ἔχῃ. ἢν δὲ καθάρσις μὴ ἐπιγένηται, ἀλλὰ ξυμφῇ τῷ ἐγκεφάλῳ, οὕτως ἀνάγκη φλεγματώδεα εἶναι). οἱ ὁκόσοισι μὲν παιδίοισιν ἐοῦσιν ἕλκεα ἐς τὸν κεφαλὸν, καὶ ἐς τὰ οὔατα, καὶ ἐς τὸν ἄλλον χρῶτα, ἐξανθέα γένηται καὶ μυξόῤῥοα, τούτων μὲν ῥηϊστα διαφεύγουσιν τὴν ἡλικίην. ἐν τούτῳ γὰρ ἀφίει καὶ καθαίρεται τὸ φλέγμα, ὃ ἐχρῆν ἐς τὸν μήτρεον καθαρθῆναι. οἱ δὲ καθαροὶ ἐόντες καὶ μὴ

τοῦτο καθαρθέντα, οὐκ ἐπίληπτα γίνεται ταύτῃ τῇ νούσῳ ὡς ἐπιπολύ. ὁκόσοι δὲ καθαροὶ ἐόντες καὶ μὴ

ἕλκος

λκος μηδὲν, μήτε μύξα, μήτε σίαλον προσέρχεται μη-
δὲν, μήτε ἐν τῇσι μήτρῃσι πεπόηται τιὼ κάθαρσιν, τοῖσι τοι-
οῦτοισιν ὀπτικὴν δυσὸν ὄντων ὀφίσκεσθαι ὑπὸ ταύτης τ νόσου.
ὧδ' ὅταν τιὼ καρδίαν ποιήσηται ὁ καταῤῥοος τιὼ πορείαν,
παλμὸς ὀπτιλαμβάνει καὶ ἄδηματα, καὶ τὰ σκέλεα ἀφα-
ιρέεται, ἔνιοι δ' καὶ κυφοὶ γίνονται. ὁκόταν γὰρ ὀπτικατέλ-
θῃ τὸ φλέγμα ψυχρὸν ὀπτὶ ⟨♈⟩ πνεύμονα, ἢ ὀπτὶ τ καρδίην,
ἀποψύχεται τὸ αἷμα. αἱ δ' φλέβες πρὸς βίην ψυχόμε-
ναι, πρὸς τὰ πνεύμονι καὶ τῇ καρδίῃ πηδῶσι. καὶ ἡ καρδίη
ἀλλεται, ὥστε ὑπὸ τῆς αὐτάγχνης ταύτης τὰ ἄδηματα
ὀπιπίπτειν, καὶ τιὼ ὀρθοπνοίαν. ὅ γὰρ δέχεσθαι τὸ πνεῦμα
τέλεα[21] μέζεως αὐτῇ γενομένη ὑπὸ τ φλέγματος τὸ ὀπιρ-
ρέον, καὶ ἀφεθερμανθὲν ἀφεχυθῇ ἐς τὰς φλέβας. ἔπειτα
παύεται τὸ παλμοῦ καὶ τ ἀδήματος. παύεται δ' ὅκως αὐτῇ
πλήθεος ἔχῃ. ἢν μὲν γὰρ πλέον ὀπικαταῤῥυῇ, ὀχλαίτερον.
ὧδ' ἐλάσσων, ῥᾷον. ἢν μὲν πυκνότεροι ἔωσιν ⟨♊⟩ καταῤ-
ροι, πυκνότερα ὀπάληπτος γίνεται. ἢν δ' μὴ, ἀραιότερα
ἔχῃ μὲν οὖν πάσχει, ἢν ὅτι ⟨♈⟩ πνεύμονα καὶ τ καρδίην
ἢν δ' ἐς τιὼ κοιλίην, ἀφάῤῥοιαι λαμβάνουσιν. ἢν δ' τὰ-
τέων μὲν τ ὁδῶν ἀποκλεισθῇ, ἐὰν δ' ἐς τὰς φλέβας ἀὴρ προσ-
ρήγνυται ⟨♈⟩ καταῤῥοον ποιήσηται, ἄφωνός τε γίγνεται καὶ πί-
πτει. καὶ ἀφεὶς ἐκ τὸ σώματος κρέει.[22] καὶ ⟨♊⟩ ὀδόντες
συμπήγνυσι. καὶ αἱ χεῖρες συσπῶνται. καὶ τὰ ὄμματα ἀφα-
ρέφονται, καὶ οὐδὲν φρονέουσιν. οἷσι καὶ ὑποχωρέει ἡ
πρόοδος κάτω. καὶ τὰ μὲν γίγνεται, ὁτὲ μὲν ἐπ' ἀριστερὰ ὁ τὲ
ἐς τὰ δεξιὰ, ὁτὲ δ' ἐς ἀμφότερα. Ὅκως δ' τούτων ἔκα-
στον πάσχῃ, ἐγὼ φράσω. ἄφωνος μὲν ὅταν, ὀκόταν ἄξαφνης
τὸ φλέγμα ὀπικατελθὸν ἐς τὰς φλέβας, ἀποκλείσῃ
⟨♈⟩ ἀέρα, καὶ μὴ προσδεχηται, μήτε ἐς ⟨♈⟩ ἐγκέφαλον,
μήτε ἐς τὰς φλέβας τὰς κοίλας, μήτε ἐς τὰς κοιλίας.
ἀλλ' ὀπιλάβῃ τιὼ ἀναπνοήν. ὅταν γὰρ ὀπιλάβῃ αὐτὸν τ
τὸ σώμα καὶ σὺν μυκτῆρας, τὸ πνεῦμα προσῶτον
μὲν ἐς ⟨♈⟩ ἐγκέφαλον ἔρχεται. ἔπειτα δ' ἐς τιὼ κοιλίην
τὸ πλεῖστον μέρος. τὸ δ' ὅτι ⟨♈⟩ πνεύμονα· τὸ δ' ὅτι τὰς
φλέβας. ἐκ τούτων δ' σκίδναται ἐς τὰ λοιπὰ μέρεα κατὰ τὰς
φλέβας. καὶ ὅσον ἐς μὲν τιὼ κοιλίην, ἀφανίζει καὶ ἀ-
πὸ προσῶτον ξυμβάλλεται. τοῦτο δ' ἐς ⟨♈⟩ πνεύμονα. ὁ δ' ἐς
τὰς φλέβας ἀὴρ, ξυμβάλλεται ἐς τὰς κοιλίας εἰσιὼν καὶ ἐς τ
ἐγκέφαλον. ἐὰν οὕτω τ φρένησιν καὶ τ κίνησιν οἷσι μέλεσι
παρέχῃ. ὥστε ἐπειδὴ ἀποκλεισθῶσιν αἱ φλέβες τὰ πέρεα
ὑπὸ τ φλέγματος, καὶ μὴ προσδεχωνται, ἄφωνον καθιστᾶ-
σι καὶ ἄφρενα τ ἀνθρωπον. αἱ δ' χεῖρες ἀκρατέες γίνονται
καὶ συσπῶνται, τ αἵματος ἀτρεμίσαντος καὶ μὴ διαχεομένου
ὥσπερ εἰώθει. καὶ ⟨♊⟩ ὀφθαλμοὶ διαστρέφονται τῶν φλε-
βίων ἀποκλειομένων τὰ πέρεα,[23] καὶ σφύζονται[24] ἀφεὶς
δὲ ἐκ τὸ σώματος προσέρχεται, ἐκ τὸ πνεύμονος. ὅταν γὰρ
τὸ πνεῦμα μὴ εἰσίῃ ἐς ἑωυτὸν, ἀφρέει καὶ ἀναβλύει, ὥσ-
περ ἀποθνήσκων. ἢ δὲ κάτοδος ὑπερέρχεται ὑπὸ βίης
πιεζομένου. πιέζεται δ' τὰ ἥπατος καὶ τ κοιλίης ἄνω προσ-
τὰς φρένας προσαναπνοιόντων.[25] καὶ τὰ στόμαχος τ γαστρὸς
ἀπειλημμένου. προσαπίνει δὲ ὁκόταν τὸ πνεῦμα μὴ
εἰσίῃ ἐς τὸ σῶμα ὅσον εἰώθει. λακτίζει δὲ οἷσι ποσὶν,[26] ὁκό-
ταν ὁ ἀὴρ ἀποκλεισθῇ ἐν οἷσι μέλεσι, καὶ μὴ οἷός τε ἐὴ διεκδυῆναι ἔξω, ὑπὸ τὰ φλέγματος. ἀΐσσων δὲ τὰ αἵμα-
τος, ἄνω καὶ κάτω ἀσασμὸν ἐμποιέει καὶ ὀδυνᾶται, διὰ λακτίζει. ταῦτα μὲν πάσχα πρῶτα, ὁκόταν τὸ φλέγμα ψυχρὸν
προῤῥυῇ, ἐς τὸ αἷμα θερμὸν ἐόν. ἀποψύχει γὰρ τὸ αἷμα καὶ μᾶλλον τὸ ῥεῦμα πολὺ ἐὴ καὶ παχύ, αὐτίκα ἀποκτείνει

vlcus vllum habuerint, neque mucus aut saliua vlla prodierit, neque in vtero repurgati fuerint, periculum est, ne ij hoc morbo corripiantur. Quòd si defluxio ad cor viam affectarit, cordis palpitatio & anhelationes præhendunt, pectus corrumpitur, quidam etiam incuruantur. Vbi enim pituita ad pulmonem & cor deuenerit, refrigescit sanguis, venæq; per vim refrigeratæ ad pulmonem & cor resiliunt, corque palpitat, indeque necessariò anhelatio & spiratio quę erecta ceruice trahitur, incidit. Neque enim spiritum suscipere potest, donec quod influxit à pituita superatum, & calefactum per venas diffusum fuerit. Deinde palpitatio & anhelatio cessat, idq; prout eius copia se habuerit. Si enim magna copia defluxerit, tardiùs, si pauciore, citiùs. Et siquidem crebriores defluxiones fuerint, frequentior morbi insultus fit, sin minùs, rarior. Atque hoc modo afficiuntur, cùm pulmonem & cor defluxio petierit. Quòd si ad ventrem feratur, alui profluuia corripiunt. Sin verò his quidem viis excludatur, sed ad commemoratas venas defluxionem fecerit, tum voce deficitur, tum suffocatur, spumáque ore effluit, & dentes inter se cohærent, manus contrahuntur, & oculi peruertuntur, ac nihil intelligunt, nonnullis etiam stercus per inferiora demittitur. Atque hæc quidem interdum sinistra, interdum dextra, quandoque etiam vtraque parte contingunt. Quanam autem ratione in singulis afficiatur, enarrabo. Vox quidem deficit, vbi pituita derepentè in venas subiens, spiratione intercepta aërem excluserit, neque in cerebrum, neque in venas cauas, neque in ventriculos receperit. Cùm enim spiritum ore & naribus homo accipiat, primùm quidem cerebrum petit, deinde magna ex parte in ventriculum fertur, pars quidem ad pulmonem, pars etiam ad venas, indeq; per venas ad reliquas partes dispergitur. Quique ad ventriculum fertur refrigerat, nihilq; aliud confert, quod etiam ad pulmonem delatus præstat. Aër verò qui ad venas peruenit, cerebrum subiens ad ventriculos accedit, sicq; intelligentiam & motionem membris præbet. Quare vbi pituita à venis aërem excluserit, eumq; minimè admiserint, voce defectum & minimè intelligentem hominem efficiunt. Manus autem ad motionem impotentes redduntur, & contrahuntur, sanguine conquiescente, neque, vt consueuit, diffuso. Oculi peruertuntur cùm venæ aëre excluduntur & contorquentur. Spuma autem ex pulmone per os prodit. Cùm enim spiritus in ipsum minimè subit, velut moriens spumescit & ebullit. Stercus verò submittitur, dum violenter suffocatur. Quod fit cùm hepar & ventriculus ad septum transuersum irrumpit, & os ventris occluditur. Irrumpit verò, cùm spiritus non quantus solebat in os ingreditur. Pedibus autem calcitrat, cùm aër in membris intercluſus, foras præ pituita emergere non valet, & cum sanguine sursum ac deorsum impetu delatus, conuulsionem & dolorem infert, ideoque calcitrat. Atque hæc quidem omnia patitur, cùm pituita frigida in sanguinem calidum defluens, eum sistit & refrigerat. Et si quidem fluxio copiosa & crassa fuerit, statim necat.

Sanguinem enim frigore ſuperat & congelat. Sin verò paucior extiterit, in præſentia quidem ſuperat & reſpirationem intercipit. Deinde temporis ſpatio cùm per venas diſperſa, & copioſo ſanguini ac calido permixta fuerit, ſi hoc modo ſuperetur, venæ aërem ſuſcipiunt, ægriq; ad intelligentiam redeunt. Qui ætate paruula hoc morbo corripiuntur, plærunque intereunt, ſi copioſa & humida fluxio contingat. Venæ nanque cùm tenues exiſtant, pituitam craſſam & copioſam recipere nequeunt, ſed refrigeratur & condenſatur ſanguis, hócque modo pereunt. Quòd ſi pauca fuerit & in vtraſque, aut alterius partis defluxionem fecerit, ſuperſtites euadunt, nota ex morbo impreſſa relicta. Aut enim os contrahitur, aut oculus, aut ceruix, aut manus, quacunque parte venula pituita repleta, ſuperata & extenuata fuerit. Hanc igitur venulam debiliorem eſſe, iſtámque corporis partem læſam viribus deficere neceſſe eſt. At verò in longius tempus plærunque iuuat. Neque enim ſi ſemel notam ex morbo impreſſam habuerit, ampliùs morbo corripitur Eam ob cauſam venæ reliquæ neceſſariò malè afficiuntur, ſimúlque quadam ex parte graciles efficiuntur, ita vt aërem quidem ſuſcipiant, & pituitæ defluxio non ampliùs ſimiliter affluat. Venis tamen malè affectis membra ſimili modo debilia eſſe par eſt. Quibus autem grandiori ætate & valdè etiam pauca pituita, & in dextram partem affluxerit, ij citra notam ex morbo relictam ſuperſunt, periculum tamen eſt ne morbus familiaris reddatur, & ſimul increſcat, niſi accommodata curatio adhibeatur. Pueris igitur iſta, aut his proxima contingunt, grandiores verò natu, cùm ſuperuenerit, neque interficit, neque contorquet. Nam & venæ amplam habent cauitatem, & ſanguine calido refertæ ſunt, ideóque neque ſuperare pituita poteſt, neque ſanguinem refrigeratum cogere, ſed ipſa ſuperatur, & celeriter ſanguini permiſcetur, hócque modo venæ aërem ſuſcipiunt, & intelligentia permanet, & propter virium robur, ſigna priùs commemorata minùs prehendunt. Valdè ſenes autem, cùm ſuperuenerit hic morbus, ideò interficit, aut parte aliqua reſolutos reddit, quòd venæ iam vacuæ redditæ, paucum ſanguinem, tenuem & aquoſum continent. Siquidem igitur copioſa fluxio fuerit, & hyems inſtet, interficit. Suffocando enim ſpirationem intercipit, & ſanguinem congelat, ſi in vtranque partem defluxio contingat, ſin verò in alteram partem tantùm, parte quadam ſyderatum reddit. Neque enim ſanguis, tenuis cùm ſit, frigidus & paucus, pituitam ſuperare poteſt, ſed ſuperatus ipſe congelatur, vt proinde partes illæ in quibus corruptus ſanguis fuerit, ad motionem impotentes euadant. In partem autem dextram magis quàm in ſiniſtram defluxio fit, quia venæ ampliores ſunt & plures quàm in ſiniſtris, cùm de iecore & liene tendant. Pueris autem maximè defluxio fit & eliquatur, quibus ſanè ſiue ex ſole, ſiue ex igne caput concaluerit, ſiue etiam derepente cerebrum inhorruerit, tum etiam pituita excernetur. Colliqueſcit ſiquidem calore & cerebri diffuſione, frigore autem & concretione excernitur, ſicque defluxio fit. Et hæc quidem quibuſdam cauſa eſt, quibuſdam etiam cùm poſt aquilonares ventos auſter mutationem fecerit, concretum ac debile cerebrum derepente ſoluitur & laxatur, ita vt pituita exundet, ſicque defluxionem

κρατέει γὰρ τὸ αἷμα τὸν ψυχρὸν καὶ πήγνισιν. ἢν δ' ἐλάσσων ἔῃ, τὸ μὲν παραυτίκα κρατέει, ἀποφράξας τὸν ἀναπνοήν. ἔπειτα τῷ χρόνῳ, ὁκόταν σκιδνάμενος καὶ τῷ φλεβέων, καὶ μιγῇ τῷ αἵματι πολλῷ ἐόντι καὶ θερμῷ, ἢν κρατηθῇ ὕστερος, ἐδέξαντο αἱ φλέβες, καὶ ἐφρόνησαν. καὶ ὁκόσοι μὲν παιδία σμικρὰ κατάληπτα γίνεται τῇ νόσῳ ταύτῃ, τὰ πολλὰ ἀποθνήσκει, ἢν πολὺ τὸ ῥεῦμα ἐπιγένηται, καὶ νάπυον ἔῃ. τὰ γὰρ φλέβια λεπτὰ ἐόντα, καὶ δεύματος ἀδεέστερα τὸ φλέγμα ὑπὸ πάχεος καὶ πλήθεος, ἀλλ' ἀποφύχει καὶ πήγνυσι τὸ αἷμα, καὶ ὕστερος ἀποθνήσκει. ἢν δ' ὀλίγον ἐόν ἐς ἀμφοτέρας τὰς φλέβας καταῤῥέον ποιήσῃ, ἢ ἐς τὰ ἑτέρωθι θατέρα, τὰ δὲ ἰνίζει, ἕτερον μέρος ἐόντα. ἢ γὰρ στόμα παρασπᾶται, ἢ ὀφθαλμός, ἢ αὐχήν, ἢ χεὶρ, ὁκόθεν αἱ τὸ φλέβιον πλῆρωσιν τὸ φλέγμα τὸ κρατηθὲν καὶ ἀπισχνωθέν. τῦτο δὲ ἐν τῷ φλεβίῳ, ἀναγκαῖον ἀδενέστερον εἶναι καὶ ἀνδρεέστερον τῦτο τοῦ σώματος τὸ λελαβέν. ἐς ὃν δὲ πλείονα χρόνον, ὡς φελέτως ἔοικε πολύ. ἢν δ' ἐπὶ ἕλαττον γίνηται, ἢν ἅπαξ ἐπισημανθῇ, διὰ τόδε οὐκέτι τὴν ἀναγκαίην ταύτης αἱ φλέβες αἱ λοιπαὶ κακοῦνται, καὶ μέρος τι σμικρὸν ἀπισχναίνονται. ὡς τὸ μὲν πλεῖστον δέχεται, ἐν τῷ φλέγματος καταῤῥέοντος, μηκέτι ὁμοίως καταῤῥέειν. ἀδενέστερα μέντοι ὁμοίως τὰ μέλεα εἰκὸς εἶναι, τῶν φλεβέων κακωθεισέων. ὁκόσοισι δ' αὖ τελείοισί τε, καὶ πάνυ ὀλίγον καταῤῥυῇ, καὶ ἐς τὰ δεξιὰ, ἀσήμως ἀδεινόνηται. κίνδυνος ἔξωθεν φαίνεσθαι καὶ ξυναυξηθῆναι, ἢν μὴ θεραπεύωσι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι. τοῖσι μὲν δὴ παιδίοισιν ὕστερον γίνεται, ἢ ὅσοι τούτων ἐλάσσονες. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι ὁκόταν ἐπιγένηται ὀλίγον καταῤῥυῇ, καὶ ἐς τὰ δεξιὰ, διὰ τὸ ἀδενέστερα εἶναι τὰ μέλεα, διὰ τὸ ἀσθενέστερον τὸ φλέγμα, διὰ τὸ ἐλάσσω τὴν ἀναγκαίην. ἢν δὲ πλείονα καταῤῥυῇ, ἐς τὰ ἀριστερὰ μᾶλλον καταῤῥέει, ἢ ἐς τὰ δεξιά, ὅτι αἱ φλέβες εἰσὶ κοιλότεραι καὶ πλείονες, ἢ ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσιν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥπατος τείνουσι, καὶ ἀπὸ τοῦ σπλῆνος. ὁκόταν δὲ καταῤῥέῃ καὶ ἀποτήκεται, τοῖσι μὲν παιδίοισι, μάλιστα, οἷσι δὴ αἰεὶ διαθερμαίνεται ἡ κεφαλὴ, ὥστε ὑπὸ ἡλίου, ὥστε ὑπὸ πυρός. ὥστε καὶ ὀξαπίνης φρίξῃ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ ὅτε ἀποκρίνεται τὸ φλέγμα. ἀποτήκεται μὲν γὰρ ὑπὸ θερμης, καὶ διαχύσιος τοῦ ἐγκεφάλου. ἀποκρίνεται δ' ὑπὸ τοῦ ψύξιος τε καὶ ξυστάσιος. καὶ οὕτως ὁκόταν καταῤῥέῃ. τοῖς μὲν οὖν ἡ φορὰ γίνεται. τοῖσι δὲ καὶ ἐπειδὴ ὀξαπίνης μετὰ βορέα πνεύματα νότος μεταβάλῃ, ξυνεχέοντα τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἀδενέοντα ἔλυσεν καὶ ἐχάλασεν ὀξαφνης, ὥστε πλημμυρεῖν τὸ φλέγμα, καὶ οὕτω καταῤῥοον

ποιέεται

τοιέεται. ὁπόταν παρρέῃ δὲ καὶ ἐξ ἀδήλου φόβου γινόμενος, ὡς δείσαντος μοὶ δοκέει τινὸς, ἢ καὶ μεταξὺ κλαίοντος, καὶ οἷός τε ἐὼν ὁ πνεῦμα ταχέως ἀναλαβεῖν, οἷα γίνεται παιδίοισι πολλάκις. ὅ, τι δ' ἂν τούτων αὐτῷ γένηται, βύθιος ῥεῖξε τὸ σῶμα. καὶ ἄφωνος ἐμπίπλαται· τὸ πνεῦμα οὐκ ἤλκυσεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἠρέμισε, καὶ ὁ ἐγκέφαλος ἠρέμησε, καὶ τὸ αἷμα ἔστη, καὶ οὕτως ἀπεκρίθη καὶ ὑπαπερρύη τὸ φλέγμα. τοῖσι μὲν παιδίοισιν, αὖται αἱ προφάσιες τῆς ἐπιλήψιός εἰσι τὼ ἀρχώ. τοῖσι δ' ὡρεσιτρόφοισι, χειμὼν πολεμιώτατός ἐστιν. ὅταν γὰρ τῷ ψυχρῷ πολλῷ θερμὸν θερμανθῇ καὶ ἐς κεφαλὴν, ἔπειτα ὁ ψυχρὸς ἐς θερμὸν ἐλθὼν, καὶ τῷ πῦρ καθίσῃ, καὶ αὖθις τοῦτο πάσχῃ. καὶ οὕτως ἐπιλήπτου γίνεται καὶ παραφρημία. χείμωνος δὲ πολὺς καὶ ἥκιστα παθεῖν, ὃ αὖ τοῦτο ἐν ἡλιοθῇ κεφαλῇ. τῷ δὲ θέρεος, ἥκιστα. οὐ γὰρ γίνονται μεταβολαὶ ἐξαπίνης. Ὁκόταν δὲ ἔκπυσιν ἔτεα πρέλθῃ, ὀκτὼ ἐλάχιστα νοῦσος αὕτη ἐπιλαμβάνει, ἐν μὴ ὑπὸ παιδίου σινῶδεος ἔῃ, ἀλλ' ἢ ὀλίγοις, ἢ οὐδενί. αἱ γὰρ φλέβες μεσταὶ εἰσὶν αἵματος. καὶ ὁ ἐγκέφαλος σινώδεστος, καὶ ἔστι ῥυφώδης, ὥστε οὐκ ἐπικαταῤῥέει ἐπὶ τὰς φλέβας. ἐν δ' ἐπικαταῤῥύῃ, τὸ αἷματος οὐκ ἐπικρατέει, πολλοῦ καὶ θερμοῦ ἐόντος. ᾧ δὲ ἀπὸ παιδίου σινώδεος, καὶ σιωπηρὸς ἐστιν, ἔστι πεπόνηκεν ὑπὸ τῆσι μεταβολῆσι τῶν πνευμάτων τὸ παχύ, καὶ ἐπίληπτον ὡς τὰ πολλὰ γίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὑπὸ τῆσι νούσοισιν, ἢν τε ἀπαλλαξις χαλεπὴ γένηται. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος ὑγρότερος γίνεται ἢ φύσις, καὶ πλημμυρὴς ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὥστε εὐρὺ μὲν καὶ ξηρὸν, ψυχρότερος γίνεσθαι, ἐκκρίθωσι δὲ μηκέτι τὸ φλέγμα, μὴ δὲ ἀναζηραινθῶσι ὑπὸ ἐγκέφαλον, ἀλλὰ διαβρέχεσθαι, καὶ εἶναι ὑγρόν. γοῦν αἱ ἂν ὗς τόδε μάλιστα, τοῖσι προβάτοισι, τοῖσι καταπώτοισι γινομένοισιν ὑπὸ τοῦ νόσου ταύτης, καὶ μάλιστα τῶν αἰξίν. αὗται γὰρ πυκνότατα καταβαίνουσι. ὑπὸ ἡμιόνου τὸν κεφαλὸν, ὑρήσεις ἐγκέφαλον ὑγρὸν ἐόντα, καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ πλέων, καὶ κακὴν ὀζόνην. ἐν δὲ τούτῳ δηλοῖ μάλιστα γνώμη, ὅτι οὐχ ὁ θεὸς τὸ σῶμα καταμαίνεται, ἀλλ' ἡ νόσος. οὕτω δὲ ἔχει καὶ τῷ ἀνθρώπῳ. ὁκόταν γὰρ ὁ χειμὼν γένηται τῇ νούσῳ, ὀκτὼ ἐλάχιστα ἐπὶ τοῦτον ἔρχεται. διαδίεται γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὑπὸ τοῦ φλέγματος καὶ τήκεται. τὸ δὲ ὑπὸ τὴν κεφαλὴν, ὕδωρ γίνεται. ὁ παρὰ τὸν ἐγκέφαλον ἐκτὸς καὶ παρὰ κλύζει. ὁ δὲ παρὰ τοῦτο ἐπιλήπτοισι γίνονται καὶ ῥᾷον. δι' ὃ δὴ πολυχρονιώτερον ἡ νόσος, ὅτι ὁ ὑπερρέων λεπτὸς ὑπὸ τοῦ πλήθεος. καὶ βύθιος κρατέεται ὑπὸ τοῦ αἵματος καὶ διαθερμαίνεται. Ὁκόσοι δὲ ἤδη ἐφάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ προγινώσκειν ὁκόταν μέλλωσι λήψεσθαι, καὶ φεύγουσι τὸν ἀνθρώπων. ἐν μὲν ἐγγὺς αὐτῷ ὁ οἶκος ἔῃ, κατὰ δὲ μὴ, ἐς ὃ ἐρημώσωσι, ὅπη μὴ γόοισιν ὄψεται αὐτὸν ἐλάχιστοι πεσόντα, βύθιος τε ἐγκαλύπτεται. τὸ δὲ ποιέει ὑπ' ἀσθενείης τοῦ παθέος, καὶ οὐχ ὑπὸ θεοῦ, ὡς μοι πολλοὶ νομίζουσι, τῷ δαιμονίου. τὰ δὲ παιδία τὸ μὲν πρῶτον πάσχουσιν ὅπερ αὐτὸς ὑπὸ ἀνήκης. ὅταν δὲ πλεονάκις καταλαμβάνωνται γένωνται, ἐπεὶ εὖ προσαισθάνονται φοβέονται τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς μητέρας, ἢ τοὺς ἄλλους οὓς μάλιστα γινώσκουσιν ὑπὸ δέους καὶ φόβου τῆς πάθης. τὸ γὰρ ἀσθενέεσθαι παῖδες ὄντες, οὔπω γινώσκουσιν. Ἐν δὲ τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων,

faciat. Insuper etiam defluit, si obscurus aliquis metus contingat, si vociferante quidem aliquo terreatur, aut etiam cùm plorat, si spiritum quidem citò recipere nequeat, qualia frequenter pueris contingunt. Ex quibus sanè totum corpus inhorrescit, vox ægrum deficit, & spiritum non attrahit, sed spiritus conquiescit, & cerebrum concrescit, sanguisq; sistitur, sicque pituita excernitur & defluit. Ac pueris quidē hæ per initia comitialis morbi causæ sunt. Grandioribus autem natu hyems maximè est infensa. Cùm enim ad multum ignem caput & cerebrū concalefecerit, deinde ex frigore rigore correptus fuerit, & ex frigore ad locum tepidum accesserit, & iuxta ignem sederit, hoc idem etiam patitur. Atque hoc morbo, velut antè est commemoratum, ad hunc modum corripitur. Multùm autem periclitatur, ne idem perverpatiatur, si caput ad solem exponatur, per æstatem verò minimè, cùm tunc repentinæ mutationes non contingant. Cum verò vigesimum annum præterierit, non ampliùs prehendit hic morbus, aut certè paucos, aut nullum, nisi pueritiæ fuerit familiaris. Venæ enim sanguine refertæ sunt, & cerebrum compactum est & rigidum, ita vt non defluat in venas. Quòd si defluxerit, sanguinem copiosum & calidum minimè superat. In quo vero vnà à puero increuit & adoleuit, is per ventorum mutationes id pati consueuit, & plærumque hoc morbo corripi, præcipueq; australi temporis conditione difficilis eius liberatio contingit. Cerebrum enim humidius quàm pro natura existit, & pituita exundat, ita vt crebriores defluxiones contingant, neque ampliùs fieri possit vt pituita excernatur, neque vt cerebrum reficcetur, sed irriguum & humidum esse necesse est. Id ipsum autem præcipuè ex ouibus hoc morbo correptis, quis cognoscere queat, ac præsertim capris, quæ frequentissimè hoc morbo prehenduntur. Harum si caput secueris, cerebrum humidum, & sudore redundans, & malè olens deprehendes. Ex quo certè cognosces morbum, non Deum, corpus infestare. Sic etiam in homine se res habet. Cùm enim inueterauerit morbus, ampliùs curari non potest. Cerebrum enim à pituita eroditur & colliquescit. Quod colliquatum est, in aquam vertitur, foris cerebrum ambit & circumcirca alluit. Ideóque frequentiùs & facilius hoc morbo corripiuntur. Diuturnus verò ob id morbus est, quoniam quod affluit præ copia tenue est, & statim à sanguine superatur & incalescit. Quibus verò morbus iam in consuetudinem venit, ij se correptum iri præsentiunt, & hominum conspectum fugiunt, domúmque, si propè sit, se conferunt, sin minùs, in solitudinem, quò quàm pauciſſimi eos cadentes videant, statimque se contegunt. Quod faciunt propter affectionis verecundiam; non (vt plærique existimant) propter numinis metum. At verò pueri primum quidem propter insuetam nouitatem, quocunque loco fors obtigerit, concidunt. Cùm autem sæpiùs prehendantur, vbi præsenserint, ad matres, aut alium quemuis maximè sibi notum, propter affectionis timorem ac metum confugiunt. Neq; enim, cùm pueri sint, verecundiam adhuc sentiunt. In ventorum autem mutationibus

has ob cauſas morbo corripi cenſeo, ac præcipuè auſtrinis tempeſtatibus, deinde etiam borealibus, poſtea verò reliquis etiam flantibus ventis, ex iiſque qui ſunt valentiſſimi, & inter ſe, tum ſitu, tum viribus, maximè aduerſi. Aquilo ſiquidem aëra cogit, turbulentum ac nubiloſum ſecernit, limpidum & lucidum reddit. Ad eundem verò modum reliqui etiam omnes venti ex mari & aliis aquis venientes. Ex omnibus enim atque ex ipſis hominibus humiditatem & caliginem expurgant. Ideóque ventorum ſaluberrimus eſt aquilo. Huic autem contraria auſter efficit. Primum ſiquidem concretum aëra liquare & diffundere incipit, ex quo etiam non confeſtim vehemens eſt, ſed primò leniter ſpirat, cùm aërem priùs denſum & coactum ſtatim ſuperare non poſſit, quem tamen temporis ſpatio diſſoluit. Idem etiam ipſum per terram efficit, per mare, per flumina, per fontes & puteos, & ea quæ ex terra naſcuntur, ac in quibus humidum ineſt. Id autem quauis in re, modò plus, modò minus ineſt. Hæc verò omnia iſtius venti vim ſentiunt, & ex lucidis caliginoſa, ex frigidis calida, & ſiccis humida redduntur. Quæque in domibus vaſa fictilia in terra ſita ſunt, vino aut alio quouis liquore plena, ea omnia auſtrũ ſentiunt, formamq; aliam in ſpeciem tranſmutant. Solem autem & lunam, & ſydera, longè quàm ſint naturâ hebetiora facit. Cùm igitur in hæc tam magna & valida tantum poſſit, corpúſque ſenſu afficiat, & in horũ ventorum permutationibus tranſmutet, ab auſtris quidem cerebrum diſſolui & humeſcere, venaſque magis elaxari neceſſe eſt, ab aquilonibus autem, quod in cerebro maximè ſanum eſt, cogi, quod verò maximè morboſum eſt & humidum ſecerni, & foris circumcirca alluere, eáque ratione defluxiones in horum ventorum mutationibus contingere. Sic morbus hic oritur & pullulat, tum ab his quæ adſunt, tum ab his quæ decedunt, nihiloque eius curatio aut cognitio reliquis eſt difficilior, neque magis quàm cæteri diuinus eſt. Ac noſſe homines conuenit, non aliunde nobis voluptates, lætitias, riſus, & iocos, quàm hinc contingere, itemq; dolores, moleſtias, triſtitias, & eiulatus. Hácque parte præcipuè ſapimus & intelligimus, & videmus, & audimus & turpia & honeſta cognoſcimus, maláque & bona, itemque quæ iucunda ſunt & iniucunda, partim quidem conſuetudine diſcernimus, partim verò vtilitate percipimus. Hac etiam parte voluptates & moleſtias temporibus dignoſcimus, neque eadem nobis placent. Eademque ipſa parte & inſanimus & deliramus, terroreſq; & metus, partim quidem noctu, partim etiam interdiu nos circumſtant, inſomniaque & errores intempeſtiui, & curæ non conuenientes, indeque rerum præſentium ignoratio, deſuetudo & imperitia nobis prouenit. Atque hæc omnia ex cerebro nobis contingunt, cùm minimè ſanum, ſed natura calidius extiterit, aut frigidius, aut humidius, aut ſiccius, aut aliam quandam præter naturam & conſuetudinem affectionem ſenſerit. Ac inſania quidem nobis ab humiditate contingit. Cùm enim natura humidius fuerit, agitari neceſſe eſt, atq; vbi mouetur affectio, neque viſionem, neque auditionem

διὰ τάδε φημὶ ὀπιλήπτους γίνεσθαι, καὶ μάλιστα τοῖσι νοτίοισιν. ἔπειτα καὶ τοῖσι βορείοισιν. ἔπειτα καὶ τοῖσι λοιποῖσι πνεύμασι. τάδε δέ ἐστιν, ὅτι τῶν πνευμάτων ἰσχυρότατά ἐστι, καὶ ἀλλήλοισιν ἐναντιώτατα κατὰ τὴν φύσιν καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. ὁ μὲν γὰρ βορέης, ξυνίστησι τὸν ἠέρα. καὶ ὁ θολερόν τε καὶ ὁ νεφώδεα ἐξικνέεται, καὶ λαμπρότερον καὶ διαφανέα ποιέει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀναξαίνει, καὶ τῶν ἀνέων ὑδάτων. ἐξικνέεται γὰρ ὀξὺ ἀπάντων τὴν νοτίδα καὶ τὸ δυσφορέειν, καὶ ὀξὺ αὐτῶν τῶν αὐθρώπων, διὸ καὶ ὑγιεινότατός ἐστι τῶν αἰέμεν. ὁ δὲ νότος, τοὐμβαλία τούτῳ ἐργάζεται. πρῶτον μὲν γὰρ ἀρχεται τὸν ἠέρα ξυνιστάναι τάχιστα καὶ διαχέειν. καθόλου καὶ ὀκτὼ πνεῦμά μέγας, ἀλλὰ λαμβάνει πρῶτον, ὅτι οὐ δύναται ὑπερβαλέσθαι τὸ πέρος αὐτίκα, τὸ πρόσθεν πυκνοῦ τε ἐόντος, καὶ ξυνεχέος, ἀλλὰ τὸν χρόνῳ διαλύει. τὸ δὲ αὖ ὕδωρ καὶ τὴν γῆν ἐργάζεται, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τοὺς ποταμούς καὶ τὰς κρήνας, καὶ τὰ φρέατα, καὶ ὅσα φύεται, καὶ ἐν οἷσιν ὑγρὸν ἔνεστιν. ἔστι δὲ ἐν πηλῷ ἐν μὲν ᾧ, πλέον. ἐν δὲ ᾧ, ἔλασσον. ἄπαντα δὲ ταῦτα, αἰσθάνεται τὸ πνεύματος τούτου. καὶ ὅτε μὲν λαμπρόν, δυσφορώδεα γίγνεται. ἔκ τε ψυχροῦ, θερμὰ καὶ ἐκ ξηροῦ, νοτιώδεα ὁκόσα τε ἐν οἰκήμασι κεραμικὰ γῆς ἐστι μὴ οἴνου ἢ ἄλλου τινὸς ὑγροῦ, πάντα ταῦτα αἰσθάνεται τὸν νότου, καὶ διαλλάσσει τὴν μορφὴν ἐς ἕτερον εἶδος. ὁ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐς τὰ ἄρκτου μᾶλλον πρὸς τὴν φύσιν. ὅτε οὖν τοιούτων οὕτω μεγάλων ἐόντων ἐς ἰσχυρὸν τοσοῦτον ἐπικρατέει, ἐς τὸ σῶμα ποιέει αἰσθάνεσθαι, καὶ μεταβάλλει ἐκ τῶν αἰέμεν τούτων ἐν τῇσι μεταλλαγῇσιν, αἰεὶ καὶ τοῖσι μὲν νοτίοισι λύεσθαί τε ἐς φλεγμονὴν ὁ ἐγκέφαλον, ἐς τὰς φλέβας χαλαρωτέρας εἶναι, τοῖσι δὲ βορείοισι, ξυίστασθαι τὸ ὑγιεινότατον τὸ ἐγκεφάλου. τὸ νοσερώτατον ἐς ὑγρότατον, ἐκκλίνεσθαι ἐς περικλύζειν ξυνθεν. ἐς ὅτω οὖν καταῤῥοος ἐπιγίνεσθαι ἐν τῇσι μελαγχολῇσι τῶν πνευμάτων τούτων. ὅτως ἡ νοῦσος αὕτη γίγνεται καὶ ἀπὸ τῶν πρεσβυτάτων τε ἐς ἀπαίδων. ἐς τοῦτο δὲ ἀπορωτέρη τῶν ἀνέων, ὅτε ἴσασθαι, ὅτε γνώναι. ὅτε θέσιν ἢ ὡς ἄλλως. εἰδέναι δὲ χρὴ ἀνθρώπους, ὅτι ὅθεν ἡδοναὶ ἡμῖν αἱ ἡδοναὶ γίνονται, ἐς αἱ εὐφροσύναι, ἐς γέλωτες παιδιαὶ, ἢ ἐντεῦθεν. ἐς λῦπαι, ἐς ἀνίαι, ἐς δυσφορίαι, ἐς κλαυθμοί. ἐς τοῦτο φρονέομεν μάλιστα ἐς νοεόμεν. βλέπομεν. ἐς ἀκούομεν. ἐς γινώσκομεν τἄτε αἰσχρὰ ἐς καλὰ ἐς τἀγαθὰ ἐς κακὰ ἐς ἄλαθέα. ἐς ἀνδέα ἐς ἀνδέα. τὰ μὲν, νομίζοντες. τὰ δὲ, τῷ συμφέροντι αἰσθανόμενοι. ὧν δὲ ἡδονὰς ἐς τὰς ἀνδίας, τοῖσι καμοῦσι διαγινώσκοντες. καὶ τοῦτο ἀρέσκει ἡμῖν, τῷ δὲ αὐτῷ τούτῳ ἐς μαινόμεθα καὶ διαφρονέομεν. καὶ δείματα καὶ φόβοι παρίστανται ἡμῖν. τὰ μὲν, νύκτωρ· τὰ δὲ, μὲν ἡμέρην. ἐς ἐνύπνια καὶ πλανοὶ ἀκαιρίαι. καὶ φροντίδες οὐκ ἐπιτυγχάνουσαι καὶ ἀγνωσίη καθεστεώτων. ἐς ἀηδίη. ἐς ἀπειρίη. καὶ τοῦτα πάσχομεν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου πρῶτα, ὅταν ἐκ μὴ ὑγιαίνῃ, ἀλλ' ἢ θερμότερος τῆς φύσιος γένηται, ἢ ψυχρότερος, ἢ ὑγρότερος, ἢ ξηρότερος, ἢ εἴ ἄλλο πεπόνθη πάθος τοιοῦτο τὸν φύσιν, ὁ μὴ ἐχρῆν. καὶ μαινόμεθα μὲν ὑπὸ τοῦ ὑγροτέρου τε καὶ θερμοτέρου τοῦ ἐόντος. ὁκόταν γὰρ ὑγρότερος τῆς φύσιος ἐόν, ἀνάγκη κινέεσθαι. κινεομένου δὲ τοῦ πάθεος, μήτε τὸν ὄψιν ἀτρεμίζειν, μήτε

μήτε τῷ ἀκούειν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο ὁρᾶν καὶ ἀκούειν. τῷ τε γλώσσῃ ταὐτὰ διαλέγεσθαι, οἷα αἰεὶ βλέπει τε καὶ ἀκούει ἑκάστοτε. ὀκόταν δὴ αἰεὶ ἀτρεμήσῃ ὁ ἐγκέφαλος χρήσιμον, ξυνίησίν τε καὶ φρονέει ὁ ἄνθρωπος. γίνεται δὲ ἡ διαφθορὴ τοῦ ἐγκεφάλου, ὑπὸ φλέγματος καὶ χολῆς. γνώσῃ δὲ ἑκάτερα, ὧδε. ⓐ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ φλέγματος μαινόμενοι, ἥσυχοί τέ εἰσι, καὶ οὐ βοῶσιν, οὐδὲ θορυβέουσιν. ⓑ δὲ ὑπὸ χολῆς, κεκραγότες καὶ κακοῦργοι, καὶ οὐκ ἀτρεμέοντες, ἀεί τι ἀκαιρίην δρῶντες. ἰὼ μὲν οὖν ξυνεχέως μαίνονται, αὗται αἰτίαι εἰσὶν αἱ τοιαῦσαι. ἰὼ δὲ δείματα καὶ φόβοι παραίτιοί εἰσιν, ὑπὸ μεταβάσιος τοῦ ἐγκεφάλου. μεθίσταται δ', θερμαινόμενος. θερμαίνεται δ' ὑπὸ τῆς χολῆς, ὀκόταν ὁρμήσῃ ὅκη ⓦ ἐγκέφαλον, κατὰ τὰς φλέβας τὰς αἱμοφόρους τὰς διὰ τοῦ σώματος. καὶ φόβος παρέσχηκε, μέχρις ἀπέλθῃ πάλιν ὅκη τὰς φλέβας καὶ τὸ σῶμα. ἔπειτα πέπαυται. αἰτίη δ' καὶ ἀρχὴ παρὰ καιρὸν, ψυχροῦ τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ ξυνισταμένου πολλὸν τὸ ἔσω. τοῦτο δὲ ὑπὸ φλέγματος πάσχει. ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ πάθεος καὶ ὑπολήθεται. ὀκόταν δὲ βοᾷ καὶ κέκραγε, ὀκότ' ἂν ξανθύνῃ ὁ ἐγκέφαλος διαθερμαίνεται. τοῦτο δὲ πάσχουσι ⓐ χολώδεες. ⓐ φλεγματώδεες δὲ, οὐ διαθερμαίνονται. ἐπὶ δὲ τὸ αἷμα ἐπέλθῃ πολὺ ὅκη ⓦ ἐγκέφαλον καὶ ὅκη ζέσῃ. ἔρχεται δὲ κατὰ τὰς φλέβας πολὺ τὰς περιφερομένας. ὀκόταν τυγχάνῃ ὁ ἄνθρωπος ὁρέων εὐθύμιον φοβερὸν, καὶ ἐν τῷ φόβῳ ἔῃ, ὥσπερ δεῖ καὶ εἰ ἐγκηδρεῖ, τότε μᾶλλον τὸ πρόσωπον φλογιᾷ. καὶ ⓐ ὀφθαλμοὶ ἐρεύθονται, ὀκόταν φοβῆται. καὶ ἡ γνώμη ὅτιπερ ἂν κακὸν ἐργάζεσθαι, οὕτω καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει. ὀκόταν δὲ ἐπέχηται, καὶ καταφρήσῃσι, καὶ τὸ αἷμα πάλιν ἀποσκεδασθῇ ἐς τὰς φλέβας τὰς περιφερομένας, πέπαυται. καὶ ταῦτα νομίζω ⓦ ἐγκέφαλον δύναμιν πλείστην ἔχειν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἔστι γὰρ ἡμῖν ὅστι τὴν ἀπὸ τοῦ ἠέρος γινομένων ἐρεθισμὸς, καὶ ὑγιαίνων τυγχάνῃ. τῷ δὲ φρονέειν αὐτῷ ὁ ἀὴρ παρέχεται. ⓐ μὲν ὀφθαλμοὶ, καὶ τὰ ὦτα, καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ αἱ χεῖρες, καὶ ⓐ πόδες, οἷα ἂν ὁ ἐγκέφαλος γνώσκῃ διαιτᾶσθαι ὑπηρετέουσι. γίνεται γὰρ πρὸς τὰ σώματα τῆς φρονήσιος, ὡς ἂν μετέχῃ τοῦ ἠέρος. ἐς δὲ τὸν σωτῆρα, ὁ ἐγκέφαλος ἐστὶν ὁ διαγγέλλων. ὀκόταν γὰρ παύσῃ τὸ πνεῦμα ὁ ἄνθρωπος ἐς ἑωυτὸν, ἐς ⓦ ἐγκέφαλον πρῶτον ἀφικνέεται. καὶ οὕτως ἐς τὸ λοιπὸν σῶμα σκίδναται ὁ ἀὴρ, καταλιπὼν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἑωυτοῦ τὸν ἀχλὺν, καὶ ὅτι αἰεὶ ἔῃ φρονίμων τε καὶ γνώμων ἔχον. εἰ γὰρ ἐς τὸ σῶμα πρῶτον ἀφικνέεται, καὶ ὕστερον ἐς ⓦ ἐγκέφαλον, ἐν τῇσι ῥηξὶ καὶ ἐν τῇσι φλεψὶ, καταλελοιπὼς τὸν διάγνωσιν ἐς ⓦ ἐγκέφαλον αἰεὶ ἔῃ θερμὸς ἔλθῃ ἐών. καὶ οὐκὶ ἀκραιφνὴς, ἀλλ' ὑπομεμιγμένος τῇ ἰκμάδι τῇ ἀπὸ τῶν σαρκῶν καὶ τοῦ αἵματος, ὥστε μηκέτι εἶναι ἀκοινώνητος. διότι φημὶ ⓦ ἐγκέφαλον εἶ ⓦ ἐοικέναι τῷ ξυνιέναι. αἱ δὲ φρένες ἄλλως νομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημένον. καὶ τῷ νόμῳ, τῷ δὲ οἴῃ οὐκ, οὐδὲ τῇ φύσει, οὐδὲ οἶδα ἔγωγε, ἵνα δύναμιν ἔχουσιν αἱ φρένες, ὥστε φρονέειν τε καὶ νοεῖν. πολλῷ εἴπερ ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ χαρᾶς ἢ ἀδικήματος, ἢ ἀπὸ ἄλγεος, πλάζεται ἢ ἀσφαλὲς παρέχεται ὑπὸ λεπτότητος. καὶ οἴῃ ἀκρατέστατα μάλιστα ἐν τῷ σώματι. καὶ χειμῶνι οὐκ ἔχουσι πρὸς ἐνέχουσαν ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν προσπεσόν, ἀλλ' ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων, ταράσσονται διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσιος.

conquiescere, sed aliud interdum cernere & audire necesse est, linguamque eadem quæ singulis momentis videt & audit effari. Quoque tempore cerebrum conquiescit, eo etiam hòmo sapit. Ac cerebri corruptio ex pituita & bile oritur, vtrumq; autem hoc modo dignosces. Qui ex pituita quidem insaniunt, quieti sunt, neq; vociferantur, neq; tumultuantur, qui verò ex bile, clamosi & maligni, & minimè quieti, semper aliquid intempestiuum faciunt. Ex his igitur causis continuò insaniunt. Quòd si terrores & metus adsunt, ex cerebri transmutatione contingit, quod fit, dum à bile cerebrum incalescit, vbi per venas sanguinem deferentes in cerebrum ex corpore impetu delata fuerit. Metus autem circumstat, donec rursus in venas & corpus redierit, deinde sedatur. Intempestiuè autem tristatur & angitur, dum cerebrum perfrigescit, & præter consuetudinem cogitur. Id verò ex pituita contingit, ex eaque affectione obliuiosus euadit. At vbi cerebrum derepente percalescit, nocte clamat & vociferatur (idq; biliosis contingit, minimè verò pituitosis, cùm hi non percalefiant) postquam copiosus sanguis cerebrum inuaserit, in eoque ebullierit. Is autem multus subit per venas prædictas. Cùm fortè contingit vt quis horrendum insomnium videat, & in metu sit, non secus certè ac si vigilaret, tunc magis facies exardescit cum rubore, & oculi rubescunt, cùm timuerit, mensque aliquod malum perpetrare cogitat, sicque ei etiam per somnum contingit. Ac vbi experrectus fuerit & ad se redierit, sanguisque rursus in venas commemoratas dispersus fuerit, cessat. In hæc ipsa plurimam vim hominis cerebrum habere existimo. Hoc enim si sanum esse contigerit, nobis quæ ab aëre fiũt indicat. Prudentiam verò ei aër subministrat. Oculi autem, aures, lingua, manus & pedes, ea quæ cerebrum cognoscit administrant. Quantum enim aëre communicarit, tantùm vniuerso corpori prudentiæ accedit. Intelligentiæ autem cerebrum internuncius est. Cùm enim quis ad se spiritum attraxerit, primò in cerebrum defertur, itaque in reliquum corpus aër dispergitur, in cerebro suum relinquens vigorem, & quicquid habuit prudentiæ & mentis. Quòd si primùm ad corpus deueniret, posteaque ad cerebrum, relicto in carnibus & venis iudicio, in cerebrum calidus adhuc, & minimè sincerus, sed carnium & sanguinis humori permixtus subiret, proindeque neque ampliùs exactè purus esset. Quocirca cerebrum intelligentiæ indicem & nuncium esse censeo. At septum transuersum (φρένες Græcis dictum) temerè ac fortuitò sortitum nomen videtur, & ex instituto, non re vera, neque à natura. Neque sanè video quamnam vim ad prudentiam & intelligentiam septum transuersum habeat, præter quàm si quis ex inspirato nimio gaudio aut tristitia affectus fuerit, salit & anxietatem præ tenuitate exhibet, & quòd in corpore vehementer distenditur, neque ventriculum habet in quem bonum vel malum illapsum suscipiat, sed ab eorum vtroque propter natiuam imbecillitatem perturbatur.

Siquidem nihilo peius quàm cætera quæ in corpore insunt, sentit, sed frustra hoc nomen & causam habet, non secus ac quæ cordi annexæ sunt aures appellatæ, cùm nihil ad auditionem conferant. Quidá autem nos corde sapere dicunt, quodq; ipsum tristitiam & curam sentit. Verùm non ita se res habet, sed contrahitur quidem velut septum transuersum, atq; etiam magis eadem ob causas. Ex toto enim corpore ad ipsum venæ tendunt, illicéq; clauduntur, vt sentiat cùm quis dolore aut molesto aliquo sensu contrahitur. Cum enim molestiam sentit corpus inhorrescere & distendi necesse est, idemq; contingere si quis summo gaudio afficiatur. Quamobrem cor præcipuè & septum transuersum sentiunt, neutrum tamen prudentiæ ius habet, sed horum omnium cerebrum author est. Quemadmodum igitur ex omnibus quæ in corpore insunt, cerebrum primum intelligentiam & aërem percipit, ita si quæ vehementior mutatio per anni tempora in aëre contingat, ipsum etiam in aëre sibi dissentit. Hanc enim ob causam primum sentit cerebrum, quia in ipsum (vt censeo) grauissimi, maximi, præcipueq; lethales morbi incidunt, quiéque apud inexpertos difficilimum habent iudicium. Hic verò morbus qui sacer appellatur, ex iisdem causis ex quibus etiam reliqui originem trahit, ex his nempe quæ accedunt & decedunt, velut frigore, sole, ventis, & mutationibus nunquam conquiescentibus. Atque hæc diuina sunt, vt nihil opus sit existimare hunc morbum reliquis diuinitate præstare, sed omnes diuini, omnésque humani reputandi. Naturam autem & vim in se quisque habet, & nullus est qui remedium aut auxilium respuat, & plærique ab iisdem, à quibus oriuntur, sanantur. Alterum enim alteri alimentum est, alteri verò pernicies. Hoc igitur Medicum, cuiusque captata temporis occasione, nosse conuenit, quodque huic quidem per alimentum incrementum dabit, illum verò detrahet & imminuet. Oportet autem tum in hoc, tum in reliquis omnibus morbis, non augere morbos, sed properanter profligare, id quod cuiq; morbo est maximè aduersum, non amicum aut familiare exhibendo. Ab eo enim quod est consuetum viget, & augetur, ab eo verò quod est inimicum, extenuatur & retunditur. Quisquis autem huiusmodi mutationem in hominibus adhibere nouerit, & per victus rationem hominem humidum & siccum, calidum item & frigidum reddere poterit, is sanè hunc morbum citra expiationes & magicas artes, citraq; omnem sordidam huiusmodi & illiberalem professionem, si eorum quæ conferunt opportunitatem dignoscat, curare poterit.

ἐπεὶ αἰσθάνονται γε σφόδρα τοῦτο τὸ σῶμα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνόντων, ἀλλὰ μάτην τοῦτο ὄνομα ἔχουσιν. καὶ τὸν αὐλίσκον, ὥσπερ τὰ πρὸς τῇ καρδίῃ ἄτρα καλέεται, οὕτω ἐς τὸ ἀκριβὲς ξυμβαλόμενα.[44] λέγουσι δέ τινες ὡς φρονέοιμεν τῇ καρδίῃ, καὶ τοῦτο αἴτιώτατον τοῦ τοιούτου καὶ τοῦ φρονίζειν. ἔστι δὲ οὐκ ὅπως ἔχει, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ μυῶδεος ὥσπερ αἱ φρένες. καὶ μᾶλλον δι' αὐτὰς αὐλίας. ἐπὶ ἄπαντας γὰρ τοῦ σώματος, φλέβες ἐς αὐτὸν σωτείνουσι καὶ συγκλείσας ἔχει ὥστε αἰσθάνεσθαι, ἢν τις πόνος[45] ἢ σύστασις γένηται· ὧν ἀνάγκη μὲν καὶ ἀτιώτατον φρίσσειν τοῦ σῶμα. καὶ σωτείνεσθαι. καὶ ὑπερχαίρουσα τοῦ αὖ τοῦτο πάσχειν. διὸ τὴ καρδίη, αἰσθάνεται τε μάλιστα καὶ αἱ φρένες. τῆς μὲν τοι φρονήσιος, οὐδέτερα μέτεστιν. ἀλλὰ πάντων τούτων ὁ ἐγκέφαλος αἴτιός ἐστιν. ὥσπερ οὖν καὶ τὸ φρονήσιος καὶ τοῦ ἀέρος πρῶτος αἰσθάνεται ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνόντων. ὅταν καὶ μὴν τις μεταβολὴ ἰσχυροτέρη γίνηται ἐν τῷ ἀέρι, ἐκπλήττει τῶν ὡρέων, καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ διαφορέεται γίνηται ἐν τῷ ἀέρι. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος διὰ τοῦτο πρῶτος αἰσθάνεται, διότι καὶ τὰ νουσήματα[46] ἐς αὐτὸν ἐμπίπτει μάλιστα φημὶ ὀξύτατα, καὶ μέγιστα, καὶ θανατωδέστατα δυσκριτώτατα τοῖσι ἀπείρησι. Αὕτη ἡ νοῦσος ἡ ἱερὴ καλεομένη, ἐκ τῶν αὐτῶν πρόσθασίων γίνεται, ἀφ' ὧν καὶ αἱ λοιπαὶ, ἀπὸ τῶν προσιόντων καὶ ἀπιόντων, οἷον ψύξιος. ἡλίου. πνευμάτων,[47] μεταβαλλομένων τε, καὶ μηδέποτε ἀτρεμιζόντων. ταῦτα μὲν ἔστι θεῖα, ὥστε μηδὲν διαφέρειν τὸ νόσημα, τῶν λοιπῶν νοσημάτων νομίζειν, ἀλλὰ πάντα θεῖα, καὶ ἀνθρώπινα πάντα. φύσιν δ' ἕκαστος ἔχει ἔνφυτον καὶ δύναμιν ἐν ἑωυτῷ. καὶ οὐδὲν ἄπορόν ἐστιν οὐδὲ ἀμήχανον.[48] ἀκέσματα γὰρ πλάσματά ἐστιν αὐτοῖσι τούτοισιν, ἀφ' ὅτων καὶ γίνεται. ἕτερον γὰρ ἑτέρῳ, ξυμφέρεται.[49] τῷ δὲ, καὶ κακωσις. τοῦτο οὖν διδοὺς τῷ ἀνθρώπῳ ἐν ξυνηθείῃσι, καὶ τῷ καιρῷ διαγινώσκειν ἑκάστου,[50] ὡς ἂν τὸ μὲν, ἐπιδιδοὺς ξυμφῇ, καὶ αὐξήσῃ· τὸ δὲ ἀφαιρέσῃ καὶ μειώσῃ.[51] χρὴ δὲ καὶ ἐν τούτῃ τῇ νόσῳ καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἁπάσῃσι, μὴ αὔξειν τὰ νοσήματα, ἀλλὰ σπεύδειν τύχῃ πρόσφορον τὰς τῇ νόσῳ τὸ πολεμιώτατον ἑκάστῃ, μὴ τὸ φίλιον καὶ σιωπῆς. ὑπὸ μὲν γὰρ τοῦ σιωπηλοῦ ἄλλα καὶ αὔξεται. ὑπὸ δὲ τοῦ πολεμίου,[52] φθίνει καὶ ἀμαυροῦται.[53] ὅστις δὲ ἐπίσταται ἐν ἀνθρώποισι τὴν τοιαύτην μεταβολὴν, καὶ δύναται ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ποιέειν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν· ὑπὸ ἀνθρώπου ἀνθρωπον, οὗτος καὶ τοῦτο τὸ νόσον, ἰήσεται ἄν, εἰ μὴ δεῦρο καιρὸς διαγινώσκειν τὰ ξυμφέροντα, ἄνευ καθαρμῶν καὶ μαγμάτων, καὶ πάσης δεισιδαιμονίης βαναύσου τοιαύτης.

Finis Sectionis tertiæ.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE NATVRA HOMINIS,

BREVES NOTÆ.

ΣΤΙΣ μὴν ἐστὶν] De huius fœtus origine minime laborandum videtur, cũ Galenus ipse tot testimoniis,& ex ipso Platonis Phædro,ad Hippocratem referat,& ad Asclepiadarum familiam liberali asserat causamanu. Quod etiam ex libro de Elementis satis constat, in quo cùm plæraque ex hoc libello excutiantur, tum verò hoc initium fusissimè explicatur. Exemplaria verò manu scripta in collocationis ordine minimè consentiunt,& quædam longo postea interuallo cum collocãt, vt etiam ex Caluo satis apparet. Nos tamen inter φυσικὰ aut αἰτιολογικὰ ex Erotiano eum reponimus, & iure quodam, velut à natura exordium sumentes, primum ei locum in hoc ordine concedimus.Constat autem hos de Natura humana libros, antiquis ad libros περὶ διαίτης adiunctos fuisse,ex his quæ de Venis Hippocrati adscripta sunt,quę Galenus lib.6.de plac. Hippocr. & Plat.ad librum de Natura humana,& lib.2. περὶ διαίτης, adiecta fuisse scribit.

οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν] Galenus lib. 1. de Elementis hunc locum subnotat, fusissimeq; explicat,& τὸ πάμπαν ἴσον λέγω τῷ ἀνθρώπῳ ὄντι, τοῦτ' ἔστιν ὡς τοιαυτὸς ἐν, ὅπερ ὧδε exponit.

ὅπερ μὲν φανερὸν ἔστιν ἐν τούτῳ] Gal. lib. 1. de Elementis disertissimis verbis hic dictis (syllabis ἐν τούτῳ legendum esse monet, vt & hoc Commentario,cum esset plæraque habituri exemplaria.

ἀλλὰ τὸ μὴ γράμμασι τοῦτο σημαίνειν] δεῖ δὲ ἡμᾶς τοῦτον συλλογισμὸν ex Galeno libr.1. de Elementis expono,hoc est ratiocinationẽ & eam rationem quæ ex mutua elementorum mutatione orta est,quáque ij vtuntur qui vnum quodlibet esse elementum statuebant, alij conclusionem vertunt.

φασὶ γὰρ ἓν τι εἶναι] Gal.lib.1.de Elementis hic legit, φασὶ γὰρ ἕν τι εἶναι, & κατὰ τὰ ὀνόματα ἀγνόους ὑμᾶς ὁμολογήσειν.

λέγω δ' ἐγὼ αὐτῶν] Rursus Gal.hoc sic legit. λέγω δ' ἐγὼ αὐτῶν ὁ μὲν πῦρ ἐστὶ, τοῦτο τὸ ἓν τι καὶ πάντων ὑδωρ, ὁ δὲ γῆν, ὁ δὲ πνεῦμα.

μαρτύρια τε καὶ τεκμήρια] Hæc testimonia εἰκαιότατα vocat Galenus,& nugacia ac fallacia, & quæ potius suas rationes euertant,quam aliquid conficiant, ideoque nullius sunt momenti, nempe cùm de diuersis ac pugnantibus rebus eandem inferre demonstrationem conentur.

ὅτι μὲν γὰρ τῇ αὐτῇ γνώμῃ] Eorum inscitiam damnat Galen. lib. 1.de Elementis,his verbis,οἱ δὲ αἰσθανόμενοι διαφόρων τινῶν καὶ μαχομένων ἐπιχειρούντων δεῖξαι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐν χειροῖν τοῖς λέγειν,hunc que locum explicat, vbi χειροῖν legit, & ὅτι δὲ γινώσκουσιν.

περὶ δὲ ἕλκεων]ἕλκεων hic vocat Galenus ἀπεπλύτων διαλυτὰ πᾶσιν αὐτοῖς ὁρῶν ἐκ εἰδότων, ὅτι τοῦτ' ἔστιν ἀπόδειξις. libr. 1. de Elementis, vbi etiam ἀφελοῦ τῇ λόγῳ legisse videtur.

ἀλλ' ἐμοὶ γε δοκέουσιν] Sic leg.Gal.lib.1.de Elementis , ἀλλ' ἐμοὶ μὲν δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι αὐτοῖς ἑαυτοὺς κατακόπτειν τοῖς ὀνόμασι τῇ λόγῳ αὐτῇ ὑπὸ ἀξιωσάσης. τὸν δὲ μελίσσου λόγον ὠφελοῦσιν, vbi etiam quanam ratione Melissi opinionem confirment,aut restituant, fusissimè docet.

τῇ δὲ ἑνὸς] Hunc etiam locum aliter legit Galenus lib. de Elementis.

ἀνὴ γὰρ αὖ λευκὸν] Hunc quoque locum fusissimè exponit Galen. lib.1.de Elementis,vbi etiam ὑφ' ὅτου legit.

ἀνὴ δ' ὀρθὸν πικρὸ] Et locum istum Gal.adducit lib. de Elementis,vbi istud paulò aliter legit hoc modo, ἀλλ' ἡ ὀρθὸν πικρὸ τῷ ἑαυτοῦ ἢ ὀξὺ ἢ ἁλυκὸν ἢ τῷ αἵματι,ὃς ἂν ἐν τῷ φαίνῃ αὐτὸ,ὃν ἑαυτοῦ πᾶν ὄν, ἢ ὃν τὸ αὐτὸ δὴ λέγω ἢ σοὶ ἢ φάσκοντας φλέγμα εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ σοὶ τὸ φαινόμενος χολώδη. Quæ vltima verba etsi meliore loco sunt,quàm quæ in codicibus nostris scribuntur, pluralitatem tamen maximè secutus sum.Et si quædam exemplaria legunt, σοὶ φάσκοντας φλέγμα εἶναι τὸν ἄνθρωπον, facili & aperta lectione. Quibus in verbis Cornarius φλέγμα μόνον legisse videtur,aut ex sensu addidisse cum cæteris Interpretibus.Sunt etiam quædam exemplaria quæ ἄλλου ὀρθὸν πικρὸ τοῦ ἑαυτοῦ legunt , & μόνον γὰρ πικρὸν ὃς ἂν φαίνῃ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ ἓν ὄν.Quædam etiam legunt , ὃν δ' ἂν ἓν ἐν τῷ φαίνῃ μᾶλλον ὁ ἄνθρωπος. Cæterùm monendum quoque videtur quædam exemplaria manu scripta hic μεταλλάσσοντα τὸ ναὶ λέγω legere , negatione prætermissa. Hunc verò etiam locum adducit & explicat Gal.lib.2.de Elementis.

ἢ κατὰ φύσιν ἢ κατὰ νόσον ἢ κατὰ τὸν φύσιν] κατὰ φύσιν καὶ κατὰ νόσον quid significaret apud Hippocratem fusissimè exposuimus in nostra Œconomia, simulq; hunc locum subnotauimus. Exemplaria verò quædam pro ἢ κατὰ νόσον: ἢ κατὰ τοῦτο legunt,& ὁμοίως.

ὀφθὸν μὲν ἐοικὸς] Hunc locum aliis paulo verbis, sed longè apertioribus,legit Galenus lib.1.de Elementis hunc in modum : ὀφθὸν μὲν δὴ ἀνάγκη τὸ ὑγρὸν ὑγρὸς ὡς ἀεὶ ἐνός. πᾶν γὰρ ἀεὶ ἓν γε ὄν, ἄλλο τι ὑγρότερον, εἰ μὴ πῃ μιχθὲν ἄλλῳ. Quædam etiam exemplaria ἢ ὑγρὸν ἀεὶ τὸν legunt,& πᾶν γὰρ ἓν γε ὂν πῃ, ὑγρότερον ἄλλο. εἰ μὴ πῃ μιχθέν; Exemplaria etiã quædam pro μίσγω ὑγρὸν legunt.

ἢ καὶ] Hunc etiam locum profert & expon... Gal. lib.1.de Elementis.

ἔστι πῶς εἰκὸς]Hunc quoque locum profert Galenus lib.1. de Elementis,vbi hunc in modum legit,ἔστι πῶς εἰκὸς λέγειν ἐνός τι ἓν γεγονέναι ἅπαν γε ὑγρὸν ἀεὶ τὸν πλέον γίνεσθαι,ὡς μὴ τύχῃ καλοῦ ἔχοντα τὸν ὁρισμὸν ἄλλην κοινωνίαν.

ἀνάγκη δήπου] Et hunc quoq; locum profert ibidem Galenus,vbi ἐνός pro ἀπαρχούσης bis legit.

ἢ πάλιν γε ἀνάγκη] Galenus lib.1.de Elementis hoc producto loco confirmat Hippocratem elementa vocare substantias ipsas, in quibus summæ qualitates insunt, non solas qualitates, quod hæ vita animali functo, intereant quidem, non tamen ad propriam naturam redeant aut secedant. Vbi tamen πλεῖστος ἀνθρώπου legit,non vt hic, πλεῖστος τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου. Cæterum exemplaria manu scripta, πῖπτε ὑγρὸν ἀεὶ συγχωρεῖσθαι ἀφὲς τὸ ὑγρὸν legunt, quædam etiam ἀναχωρεῖσθαι.

διαιοῦται] Galenus quoque hunc locum profert lib.1.de Elementis , vt confirmet Hippocratem non solùm hominis, sed etiam rerum omnium hæc quatuor elementa statuere, vbi dictionem istam [πάντων] quater hic vsurpari disertissimis verbis scribit,& ipsius orationis clausulam paulo aliter legit , ἢ πλεῖστα τῇ κρᾶσι τὰ εἰρημένα ἐς τὸ πᾶν, ὅθεν δὲ συνίστανται ἕκαστα, ὁπόταν διὰ τῆς ἀπαχθώσιν.

τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου]Hunc locum integrum adfert Galenus lib. περὶ μελαίνης χολῆς,& lib.8.de placitis Hippocr. & Plat.vbi eũ exponit, & paulò aliter legit,mutuamque inter se temperationem omittit.

ἀμηχὲς δ'] Apud Galenum legitur,ἀμηχὲς δ' ἐστὶν ὁπόταν τὸ ἐναντίον ὑπερβάλλον πλείονι δέῃ κρασιδῆ ἐν τῷ σώματι μεμιγμένον ἢ ἔστι πάλιν. Verùm vitiosam esse lectionem satis apparet,& μὴ μεμιγμένον pro μὴ κεκραμένον legendum,velut legitur lib.8.de plac.Hipp.& Plat. vbi legitur ἢ πλέον κρασιδῆ τῷ σώματι, ἢ μὴ κεκραμένον ἢ ἔστι πάλιν.

ἀνάγκη γὰρ]Hoc sic legit Galenus,ἀνάγκη γὰρ ὅταν τὸ ποσὸν κρασιδῆ, ἢ ἐφ' ἑκάτερα ἴσῃ ἢ ὡς ἐν τοῖς τὸ χωρίον, ἐνθεν ἀρξόμενον ἢ ἀλλ' ἢ ἔνθεν ἂν ἔσῃ ἢ ἔνθα κρᾶσι ὑπερβαλλόμενον, ἐδωλίου τὸ ἢ πόνον παρέχειν. πάρεξις tamen & παρέχῃ malim , vt legitur etiam lib.8. de plac.Hipp.& Plat.etsi alias vitiosa est lectio.

ἢ γὰρ ὅπῃ τι τοιοῦτον] Istud aliter legitur lib.8. de plac.Hipp.& Plat. ἢ γὰρ ὅπῃ τι τοῦτον ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ πλέον τοῦ ὅπῃ πολλαχοῦ ἔσῃ, ἐδωλίου παρέχειν ἢ νόσον.

ὡς πῶπα πάλιν] Sic leg.Gal.ὡς τ' αὖ πάλιν οὕτω πάσχειν ἢ τὰ κίνησιν ἢ τὰ μεταβάσεις καὶ τὰ ἀλλοίωσιν καὶ τὰ ἄλλων, παλιν αὐτὰ ἐναλλὰξ διαλυὼ τὰ ἐδωλίου παρέχειν κρᾶ τὰ εἰρημένα ἔνθεν τὸ ἐξίεσθαι καὶ ἔνθεν ἐσιέναι. At lib.8.de plac.Hipp.& Plat.sic legitur, ὡς τ' αὖθις ἔσω πάσχοντα τὰ κίνησιν & ἔνθεν τὸ ἐξίεσθαι καὶ ἔνθεν ἐσιέναι.

ὁπόταν δὲ ἃ ἐν φύσει] Hunc etiam integrum locum adfert Gal. lib.8.de plac.Hipp.& Plat.& legit,ὁπόταν δὲ ἃ ἐν φύσει τὸ ἀνθρώπου ἔῃ ἀπρεπῶς αὖ πῶπα τὰ ἔνθα.

τὰ ἀνώνυμα διαιρεῖσθαί φημι] τὰ ἀνώνυμα διαιρεῖς legit Galenus.

ὅτι τῇ χλοὶ φαινίκῃ] τῇ χλοὶ φαινίκῃ legit Galenus. Alia exemplaria φανίμβρια legunt.

καὶ ὡς τρόπος αὐτίκα] Gal.lib.8.de plac.Hipp.& Plat. legit. καὶ ὡς τρόπος ἀῦ τὸ σώματος μίσγει τι ὥστε ἕλκος γίνεσθαι Idem vero libr. 2.de Elementis legit,καὶ ὡς τρόπος ἀυτὸν τὸ σώματος. ὡς τὸ ἕλκος γίνεσθαι. Quædam etiam exemplaria habent,καὶ ὡς τρόπος αὐτόν.

καὶ χλιμῦδες, καὶ δίψος] Pro δίψος ὄψις ibidem legit Galenus. At idem postea, καὶ χλιμῦδα καὶ δίψος legit. Idem etiam libr.2. de Elementis legit, καὶ πόσα ὑπνον καὶ νυκτὸς, καὶ χλιμῦδος καὶ δίψος. Adscribendum quoque videtur exemplaria quædam manu scripta pro μὴ διψῆν ὠθίζειν legere.

δυνατὸν δ' ἐστὶ] Hæc verba quædam exemplaria prætermittunt.Galenus autem,καὶ δυνατὸς ἐστὶ.ἐς' ἂν πύον,&c. legit.

πρῶτον μὲν ἀνηρὸς ἔστι] ἀνηρὸς ἔστιν ἄνθρωπος legit Gal. πρῶτον μὲν δὴ legunt alia exemplaria.Idem lib. 2. de Elementis, πρῶτον ἔστιν ὁ ἄνθρωπος rectè legit,& ὁπόθεν συνίστη.

εἰ δ' ἐλέγετο] Huius loci meminit Galen.lib.1.de Elementis, eumque integrum profert lib.8.de plac.Hippocrat. & Plat. vbi

legit, ὁρῶντες τοὺς πίνοντας αὐθρώπους τὰ φαρμακὰ διαλυμαίνεσθαι ἐν τῇσι καθάρσεσι.

34 καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τῶν σώματος] καὶ τὸ αἷμα καταῤῥέον legit Galen. & πλεῖ ψυχλὸν ἢ αὐθρώπων, & μαρτυρέουσι τοῦτοισι χολῶντες. vbi πάντες omittitur.

35 καὶ δι' ὀφθαλμῶν] Gal. lib. 1. de Elementis hoc producto loco, χολὴ μόνη καθαρθεῖσα legit. Exemplaria etiam quædam manu scripta, & Aldina θερμότερον pro θερμῶν legunt.

36 ἔπειτα ὅταν] Idem lib. 2. de Elementis hunc etiam locum explicat, vbi legit, ἔπειτα ὅταν τύχοις χολὴν ἐμέοισι μέλαιναν. πολλοὶ δὲ αἷμα καθαίρει. vbi ἀναγκαζόμενοι omittitur.

37 τὸ γὰρ φάρμακον] Hanc integram clausulam præteriit Caluus.

38 ὥσπερ τὰ φυόμενά τε] Hunc etiam locum profert Gal. in fine lib. 2. de Elementis, vbi legit, ὡς γὰρ τὰ ἀσαρόμενά τε καὶ φυόμενα, & εἰς τὴν γῆν εἰσέλθοι, & ἕλκοι ἔχοιεν τὸν κατὰ φύσιν ἑαυτῶν ὁδὸν ἐν τῇ γῇ.

39 πρῶτον μὲν οὖν] legit Gal. πρῶτον μὲν οὖν καὶ πλεῖστον ἕλκωσιν εἰς ἑαυτὰ, ὅπερ αὖ ἥδιστα αὐτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα. Quam lectionem secuti sunt omnes interpretes. Quædam etiam exemplaria legunt, ὅπερ αὖ ἥδιστα αὐτὸ κατὰ φύσιν μάλιστα.

40 διοῦπερ δὴ τὰ] διοῦπερ δὴ τὰ] legit Gal.

41 αὔξεται γὰρ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ] Hunc integrum locum profert Gal. lib. 8. de plac. Hipp. & Plat. vbi etiam τὸ χλιμῶδος legit vt cætera etiam exemplaria.

42 τοῦτο γὰρ τῷ χλιμῶδι] Id sic legit Gal. τοῦτο γὰρ τῷ χλιμῶδι κατὰ φύσιν μάλιστα τῷ ἐν τῷ σώματι ἐνόντων, ψυχρότατόν ὄντι.

43 ἐκόλα ὅ εἶη ἔρχεται] ὃ ὦλα ὅ εἶη ἔρχει) legit Gal. ἄγει) verò pro ἔρχει) legunt exemplaria quædam. ἕλκεται videtur leg. Cornarius cum aliis Interpretibus.

44 καὶ ἀποπύσεσιν] ἐκπύσεσιν) legunt Galeni exemplaria. Idem tamen ἀποπύσεσιν) retinet loco supra adducto.

45 καὶ τὰ οἰδήματα λάβρα γίνεται] καὶ τὰ οἰδήματα λάβρα γίνεται legit Galenus. καὶ τὰ οἰδήματα ἀνθρώπου λάβρα γίνει) legunt exemplaria quædam, &, κατὰ παῦλαν τοῦ ὥρου vt etiam Gal. Hîc verò per οἰδήματα λάβρα, tumores laxi & molles, albiúe (propriè οἰδήματα recentioribus dicti) subintelligi videntur, quod in nostra OEconomia subnotauimus.

46 τὸ φλέγμα ἔστι μὲν ἰχυρότερον] ἔστι μὲν ἰχυρὸν τὸ φλέγμα ὄντων leg. Gal. Alia exemplaria habẽt, τὸ φλέγμα ἔστι μᾶλλον ἰχυρὸν ἐν τῷ σώματι.

47 τὸ δὲ αἷμα] τὸ δ' αἷμα legunt exemplaria manu scripta, Gal. δὲ αἷμα αὔξει) ὑπό τε τοῦ ὄμβρων, καὶ ὑπὸ τοῦ θερμαίνειν.

48 καὶ φύσιν γὰρ ἀνθρώπων] Hîc codicum manu scriptorum pluralitatem secutus sum. Galenus tamen ἀνθρώπῳ legit, vt multa exemplaria. Quam lectionem sequuntur omnes Interpretes, & ad sanguinem referunt.

49 ἐκ τῶν ῥινέων αἷμα ῥεῖ] ἐκ τῶν ῥινῶν τὰ αἵματα ῥεῖ ἀνθρώποισι legit Galenus. Qua dictione copiosum ex naribus sanguinis profluuium indicatur. Idem ἐρυθρὸν habet, reliqua exemplaria ἐρυθρότατον.

50 καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται] αἴρει) legit Galenus loco præscripto, vt & Erotianus, qui ἐπαίρει) exponit ex hoc loco, vt subnotauimus in nostra OEconomia, simulque hunc locum aperuimus. ἀείρεται autem bilis ætate, hoc est, eleuatur, erigitur, efferuescit, effertur superiora petens, ac μετεωρίζει), Galenus αὔξεται exponit, increscit, suppullulat.

51 ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ] Hæc quidem verba redundare quidam arbitrati, sustulerunt, nos autem ex omnibus exemplaribus adscripsimus, cum publicatis, tum manu scriptis, & Vaticanis, vt patet ex Caluo, tum etiam ex Galeno, qui ea legit loco à nobis adscripto.

52 ἐναντίον γὰρ αὐτέου] ἀνθρώπῳ legunt plæraque exemplaria. ἀνθρώπῳ τῇ φύσῃ legit Gal. & pro τῷ θέρμῳ, τὸ θέρος idem legit.

53 τὸ δὲ φλέγμα] τὸ θέρος ἀσθενέστατον legit Galenus, vt & antea χολώδεστατα. Reliqua exemplaria ἀσθενέστερον legunt.

54 ξηρή τε γάρ ἐστι] ξηρή τε ὦλα καὶ θέρμη legit Galenus.

55 ἐλάχιστον γίνεται)] ἐλάχιστόν ἐστιν legit Galenus.

56 ὦλα πάντα αἰεὶ] ἀεὶ ὅλα legit Galenus, cum ὅλα παντὸς τοῦ βίου exponit. Idem etiam ἀεὶ legit lib. 8. de plac. Hipp. & Plat. & ἕκαστα κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν, quemadmodum etiam plurima exemplaria quæ secuti sumus.

57 ὥσπερ ὁ ἐνιαυτὸς] ὡς γὰρ legit Galen. plæraque etiam exemplaria ὥσπερ γάρ. Idem etiam Gal. μετέχει μὲν πάσι πάντων legit.

58 ἀλλ' οὐκ ἔν τι ἐκλείποι] ἀλλ' οὐδέν τι γε ἐκλείποι legit Gal. Ita etiam paulò post ἐκλείποι legit.

59 ἔπειτα δὲ ἡ μέλαινα καλεομένη]Sic meliores codices & Galenus legunt. Alia exemplaria καλεομένη prætermittunt. Deinde μέν τι ἀφέστηκεν legit Gal. vt & exemplaria quædam.

60 ὀφθαλμοῶν] φιλεῖ γοῶν agnoscit Galenus. Quædam etiam exemplaria θέρεος φθίνει legunt.

61 τοῦ ἀπαλλαγὴν] τοῦ ἀπάλλαξιν ἕστιος αὐτέων legunt exemplaria quædam.

62 καὶ τὰ ἐντὸς οὕτω χρὴ ἐνθεῖναι τὰ νοσήματα] οὕτω χρὴ ἐς ἕδρας πρὸς τὰ νοσήματα legunt exemplaria Galeni, & κατὰ τοῦ ὥρου τοῦ ἑωυτῆς κατὰ φύσιν ἐοῦσαν μάλιστα.

63 αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται] Hunc locum integrum adscribit Galenus Com. 1. in lib. 1. Epid.

64 φανερὸν γὰρ δή] Hoc sic legit Galenus, φανερὸν γὰρ δή, ὅτι τὰ δέοντα ἕκαστα ἡμέων ἐκ ἀπατᾶται, ὧν τότε ἅπτεται ἡ τῦφος πάντων ἰσχύς, καὶ τοῦ νεωτέρου, καὶ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ τοῦ ὑγιαίνοντος, & αὖθις ὁμοίως, καὶ τοῦ σαρκασμώδους, καὶ τοῦ ὑδεροπικόντων, καὶ τοῦ μάζαν ἐσθιόντων, καὶ τοῦ ἀρτον σιτεύοντων, καὶ τοῦ ἐλίγα βαλανηφαγέοντος καὶ τοῦ πολλὰ καμόντος. Etsi Com. ad aph. 21. lib. 2. paulò aliter legit, & exemplaria nostra ferè sequitur.

65 ἐν τε τῇσι φαρμακίῃσι] Hic φορτείπαδος Galenus sumi scribit, ἀπὸ τοῦ φορτίζειν τοῖς νοσήμασιν ὅ ἐστιν ἐναντία, quod est contraria morbis admouere, aut per contraria cum morbis agere, vt non malè mihi videatur, ἐν δὲ τῇ γλώσσῃ hoc loco subindicato, φορτείπαδος μεταδιαιτᾶν exposuisse, consecutionis potius notione quam verbi notatione expressa, vt indicauimus in nostra OEconomia, vbi hunc locum expressimus, simulque admonuimus Galenum τῇ φαρμακίῃ φορτείπαδος καὶ τοῖσι ἑψητήμασιν legisse, cùm alia omnia exemplaria ἐν τῇσι φαρμακίῃσι, aut ἐν τῇ φαρμακείῃ habeant, & ἐν τοῖσι ἑψητήμασι. Potest & hîc φορτείπαδος consilium Medici, tam in medicamentorum quàm in victus ratione instituenda respicere, vt habita cuiusque ætatis, naturæ, anni, temporis, & morbi generis ratione, ad id tam in medicamentis, quàm in victus ratione consilium suum dirigat & adhibeat, quomodo mihi ferè sumpsisse videntur omnes Interpretes.

66 κατειλέω πῦα διὰ κένεσιν ἔχον] κένεσιν excretionem diximus, simulque quid sit aperuimus in nostra OEconomia. Exhalationem alij vertunt Interpretes, quòd Galenus hîc exponat ἀναθυμίασιν, ἰδιότητι μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῇ ποιότητι λυμαινομένην τοῖς σώμασι.

67 τὸ δὲ σῶμα ὁρᾶν] ἀσκόπατον σῶμα hîc quid sit exposuimus in nostra OEconomia.

68 ὑπὸ γὰρ τοῦ ἰσχνοῦ ἀπαλλοίνεται] Hunc locum satis expressisse & exposuisse nobis videmur in nostra OEconomia, in dictione ἀποπάλλησις, vbi ἀποπαλύνεται) Galenum legisse in Exegesi indicauimus.

69 αἱ παχύται) τοῦ φλεβῶν] Hanc venarum ex capite originem exagitat etiam Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. Repetitur quoque iisdem verbis libello περὶ ὀστέων φύσιος, & ab Aristotele libr. 3. hist. animal. cap. 3. Polybo tribuitur, contra tamen Galeni mentem.

70 ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἅπαντα] ἡμορραγεῖν videtur legisse Gaza apud Aristotelem, cùm à sincipite dixerit, contra omnium codicum fidem.

71 εἴωθεν πρὸς τὸν ῥάχιν] Sic legunt omnia ferè exemplaria quæ secuti sumus, etsi quædam habent, εἴωθεν ἀπὸ τῆς κοιλίης πρὸς τὸν ῥάχιν. Quam lectionem esse vitiosam ex Galeni Commentario satis apparet, qui venæ cauæ nullam esse factam mentionem diserti ssimis verbis indicat & reprehendit. Apud Aristot. legitur ἔνδοθεν πρὸς τὸν ῥάχιν ἐφέρηται φέρεται. lib. περὶ ὀστέων φύσ. φέρουσι pro φέρουσαι.

72 ἡ μὲν ἀπὸ τῆς δεξιῆς] Hoc membrum non legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. neque apud Aristotelem.

73 καὶ ἐς τὸ ἧπαρ, & ἐς τὰ νεφρὰ] Caluus hîc pro νεφρὰ ἀπαλλᾶται legit

74 τελευτῶσι δὲ ἐς τὰ ἄρχια]ἐς τὰ ἔρχια legit Aristoteles.

75 ἔπειτα ἀπὸ τῆς βραχιόνων] Libro περὶ ὀστέων φύσ. legitur, ἔπειτα ἀπὸ τῆς βραχιόνων αἴωθεν, quemadmodum in Galeni exemplaribus nisi quod ἔπειτα δὲ scribitur. Apud Arist. autem legitur, ἐντεῦθεν δὲ τείνουσι διὰ τῆς βραχιόνων αἴωθεν εἰς τοὺς καμπούς.

76 διὰ τῆς πηχέων] ἔπειτα δὲ διὰ τῆς πηχέων καὶ ὀπὶ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους lego, ex pluralitate codicum, & Galeni exemplaribus & Aldinis codicibus, quodque legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. ἔπειτα διὰ τῆς πηχέων εἰς τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους. Apud Aristot. scribitur, ἔπειτα διὰ τῆς πηχέων ὀπὶ τοὺς καρποὺς.

77 ἔπειτα ἀπὸ τῶν δακτύλων πάλιν] Istud paulò aliter legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. & apud Aristot.

78 εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κοιλίης] Sic legunt omnia quæ licuit videre exemplaria, & sic quoque legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. Galeni tamen exemplaria ἀπὸ τῆς κοιλίης vitiosè legunt, quæ lectio ex vitiosè descripto Galeni Commentario pendet, quam tamen malè mihi secuti videntur quidam Interpretes.

24 ἀφ' ἧς τὸ πλατικὸν] Sic legunt omnia exemplaria, ideoque hanc lectionem retinuimus, etsi πλατικὸν legisse videntur interpretes. Significat autem effusum extra venas sanguinem & distentum, viscera soliditatem exhibuisse, πλατικὸν tamen malim.

25 παρέδωκεν αὐτῷ φύσις] Hanc etiam follium similitudinem vsurpauit Gal. sed non eodem modo ad aures transtulit.

26 ἀλομελῆ] Illud ἀλομελῆ tam naturæ cordis propriam, quàm continuam aut perpetuam motus agitationem, quæ illi ex tota viscerum substantia inest, significat, vt καθ' ἰδίαν propriam cuique auri insitam, & peculiarem naturam, ex qua colligit auriculas cordi flabelli loco aut ventilabri esse attributas. Cor autem actionis suæ præstantiam, hoc est motionem, ex sua viscerum natura, & toto ipsius corpore habere ostendit Gal. libr. 7. de Anatom. administrat. ideoque thorace exemptum etiam diu moueri. Cæterùm ἴδιον αὖ, pro ἴδιος αὖ legendum.

27 ἀφ' ἃ τοῦτο δέ φημι] Hic mihi huius subobscuri loci sensus esse videtur, vt velit cordis substantiam internam, per vasa quæ ventriculos subeunt, refrigerari, externam autem per aures veluti ventilari, cùm tamen scribat * Galenus, magnæ arterię propaginem cum vena quæ circa cordis ipsius caput obuoluitur, & in omnes ipsius partes, ad deferendum alimentum dispergitur, circumferri, & in omnes partes distribui, quæ & ipsius arteriæ magnæ tanta etiam ipsa est propago, quanta prædictam venam maximè sit refrigeratura, caloriscq; natiui externarum cordis partium temperiem probam conseruatura. Cæterùm φλεβία dicuntur, quæ ex ventriculo sinistro subeunt, ex corporis substantia quam nacta est arteria venosa, vt & αἱτηείδη vocat, quæ ex dextro oritur, quæ est vena arteriosa, quòd arteriæ corpus nactum sit. Quam appellationem veteribus vsurpatam fuisse scribit Gal. libr. 7. de Anatom. administr. qui sine appendicibus ea vasa vocarent, cùm tamen appendicibus adiectis appellare præstaret, his verbis τὸ δ' αὖδ παρασθήκης ὀνομασάντων αὐτό, πινὲς μὲν τῇ σώματος παρεσέχον οὐσίᾳ μόνῃ, πινὲς δὲ τῇ χρείᾳ. καὶ μὲ οὖν ἡ σωματικὴ οὐσία. αἱτηείδη μέν ἐστι τὸ τῆς δεξιᾶς κοιλίας ἐκφυόμενον ἀγγεῖον. φλὲψ δὲ τὸ τῆς ἀριστερᾶς. καὶ δὲ ἡ χρεία ἔμπαλιν αἱτηείδη μὲ τὸ τῆς ἀριστερᾶς, φλὲψ δὲ τὸ τῆς δεξιᾶς. Ac ibi quoq; Galenus variam & dissentientem inter se horum vasorum appellationem apud veteres fuisse adscribit.

* *Cap. 17. Lib. 6. de vsu part.*

28 ἔστι γὰρ τὸ θερμὸν] Sic legunt exemplaria omnia quæ vidimus. Interpretes tamen omnes negationem addiderunt, quod sinister cordis ventriculus calidi natiui fons ac sedes esse dictus sit. θερμὸν tamen in dextro ventriculo inesse dicitur, hoc est, calidus humor, nempe sanguis, vnde sanguineus dicitur, vt & sinister spirituosus.

29 ὥστε ἀφ' ἧς τῷ πάθῳ] Id videtur de vena arteriosa dici, quæ ex dextro cordis ventriculo oritur, multò minori quam caua orificio, quæ huic etiam inseritur. Minùs amplam autem habet capacitatem, quod corpus habeat arteriosum, sufficiens tamen ad ipsius ventriculi refrigerationem, ne amplior aëris ingressu euinceretur. πάθῳ autem vocat calidam cordis naturam sibi insitam (vt antea) quæ tamen non eadem est quæ in sinistro, propter affluentem ex vena caua sanguinem.

30 κτηδόνας ἐμβάλλουσιν] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia, vbi κτηδόνας villos & filamenta dici scripsimus. Cæterùm mihi fibras illas intelligere videtur, quæ ex inferiore sede trium illorum membraneorum processuum frequenti serie enascuntur, & per ventriculi amplitudinem deorsum ductæ, eiusdem lateribus iuxta ipsius mucronem adnascuntur, & in cordis solidam substantiam inseruntur. Hæque membranarum extremitates, Herophilo neruosa corpuscula dicuntur, vt scribit Gal. cap. 6. lib. 1. de plac. Hippocr. & Plat. Ex quo fortasse effectum est, vt huius loci authoritate ductus * Aristoteles, has fibras & neruosa corpora, neruos esse existimarit, & cor neruorum principium esse affirmarit. Porrò in quibusdam exemplaribus, ἀορτῆρσιν pro ἀορτῆσιν legitur, vt aliàs apud "Hippocratem, ambigua sanè lectione.

* *Cap. 4. lib. 3. de part. animal.*

" *Lib. de locis in homine.*

31 ἔστι δὲ ὠνὴ ζώδη.] Has membranas intelligit quæ cordis vasorum radicibus, ipsorumque exortibus adnatæ sunt, ac præcipuè eas quæ σιγμοειδεῖς dicuntur, quod dimidiati circuli imaginem repræsentent, quæ arteriæ magnæ & venæ arteriosæ orificia claudunt. Cùm autem par vnum dicit, membranarum illum arteriæ venosæ circulum intelligit, ex cordis substantia enatum, qui in duos processus dirimitur, quas duas membranulas vasis orificium claudentes dicunt Anatomici, idque non omnino exquisitè, ne fuliginosis excrementis exitum præpediant. De quibus omnibus aptissimè scribit † Galen. libr. de vsu part. & libr. de Anatom. administrat. & lib. de plac. Hippocr. & Plat. adeò vt earum compositionem & structuram, tum etiam vsum, non sine admiratione contemplari possis, quod hic etiam apertè innuit. Cæterùm ἀειφερὲς cùm legant exemplaria omnia, ἀειφερὲς tamen malo cum Cornario, & δυρῆσι lego, etsi δύμεσι passim legitur, & ἀυτῆς pro αὐτῶν.

† *Cap. 14. lib. 6. Lib. 7. Cap. 5. lib. 6.*

32 ἢ τὴν καρδίαν] Istud antiquum sacrificiorum ritum respicit, in quo cor eximebatur & aris imponebatur, vt de rerum euentu certior diuinatio institueretur, cuius meminit Galen. cap. 7. lib. 2. de plac. Hippocr. & Plat.

33 δοξὰ γὰρ ἐμπεσοῦσαι] τὸ γὰρ fortè pro παύτῃσι. Quod verò sequitur ad eam opinionem refertur, quæ præcipuam animę vim, eiusq; principatum in corde constituit, quam secuti sunt multi nobiles philosophi, imprimisque Chrysippus, & ex parte Praxagoras, ac Aristoteles, aliiq; magni nominis viri, vt scribat Galen. lib. de plac. Hippocr. & Plat. 1. 2. & 3.

34 εὐπορέῃ δὲ πὰν τροφὴν] Videtur innuere cor nutriri ex spirituoso illo defæcato sanguine, quem ex dextro ventriculo in sinistrum per latentia & cauernosa septi foramina haurit, & in totũ corpus per arterias cum vitali spiritu defertur, vt scribit " Galenus. Est tamen alia, cor ipsum nutriens vena, quæ in id variè dispergitur, & cordis basim coronæ modo cingit, quæ ex vena caua, non à corde oritur, nec ab eo sanguinem accipit, vt testatur etiam † Galenus. Quod autem ἀφαλλουσι τὰς ἀκτῖνας dicit, id ad facultatem cordis pulsantem, aut ad spiritus vitalitatem, quam cor per arterias in totum corpus distribuit, referri debet.

" *Lib. 3. de fac. natur.* † *Ibidem.*

35 ἐκ ὧν καὶ φύσιν] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum scripta, tum publicata. Quod accipi hac notione potest, vt arteria magna ex ea quæ ad spinam perreptat in totũ ventrẽ distributa, eas partes depascitur, & vt per totum corpus, ita ad eas etiam partes alimentum non naturale distribuit. non naturale autem alimentum vocat, vitalem spiritum & halituosum illum sanguinem, qui in totum corpus defertur, cùm membra corporis non puro & tenui, sed crasso & turbido sanguine nutriri constet, vt scribit † Galenus. Qui quidem sanguis crassus, naturale alimentum dici potest, vt sanguis alens vocatur Galeno lib. 6. de plac. Hippocr. & Platon. vti purus ille & tenuis, spirituale alimentum rectè vocari potest, vt innuere videtur Galenus lib. 2 de placit. Hippocr. & Plat. cap. 15. Caluus tamen καὶ τοῦτο καὶ φύσιν longe aliter legisse videtur.

† *Lib. 3. de Natur. fac.*

36 ὅκως δὲ μὴ ἀνακοπῇ] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia. Videtur autem mihi significare membranas illas tres σιγμοειδεῖς dictas ad orificium arteriæ magnæ adnatas, prohibere ne ea quæ in arteria continentur, suo exitu sanguinis ad eam delationem remorentur aut retardent, cùm eis exitum occluserit. Earum autem membranarum causa, plus à corde accipiunt arteriæ, & reddunt quidem minùs, etsi non ita ad vnguem os magnæ arteriæ obstruere videntur, vt nihil per eam reddatur

reddatur, vt ſcribit Galenus libello de vſu pulſuum. Alimentum autem in fluctuatione conſtitutum vocat, quod in motu eſt, & in arteriam defertur. ἀνακωχὴν autem lego, non vt exemplaria quædam ἀνακωχὰ, & ἀποκείσ.

37 πρωτὸς ὐχ ἡγεμονικὸς] πρωτολὼ ἡγεμονικολὼ hîc vocat alimentum primarium ac præcipuum, naturale, & quem antea alentem ſanguinem ex Galeno diximus, hîc βλιτόμενον αἷμα vocatur aut βλιτομένη πρωτή. Arteria autem ſpirituoſo & tenui ſanguine redundat, eumque cum vitali ſpiritu in reliquum corpus diſtribuit.

38 ἀποπαγῆτος τὸ ζῶν] ἀπὸ παγῆτος legiſſe videtur Caluus, congelato animali, hoc eſt, mortuo.

39 τυτίῳ τῷ ἐκὸς τῷ ἄγγει] Sic maxima pars codicum legit, etſi quidam τῷ ἀγγέῳ habent.

40 ἐς πεύμονος αἷμα] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius ἐς πέλμονος ἀγγεῖα legiſſe videtur, & ἀφεψάχθη.

41 τὸ αἷμα γὸ] Sanguis plurimum habet aqueæ terreæque ſubſtantiæ (vt ſcribit Galen. lib. 1. Salub.) Ideoque ſua natura frigidus videtur, per accidens autem calidus, per ſpiritum & calidum innatum, quorum ſedes eſſe videtur. Alioqui iſta ex comparatione dici poſſunt dextri ventriculi cum ſiniſtro, qui calidi innati ſedes & fons rectè nominatur, quique ſpiritu magis quàm ſanguine abundat. Aut certè intelligendum ſanguinem à corde calorem ſortiri & habere, vt ſcribit" Galenus, quod ſpirituum beneficio adeo incaleſcat, vt dum viuit homo eſt feruentiſſimus. At natura eſſe calidum ſanguinem non frigidum, teſtatur Galenus lib. de Tumor. præter naturam. Hanc autem de ſanguine opinionem ex hoc loco mutuatus videtur Ariſtoteles cap. 3. lib. 2. de part. animal.

" *Lib. 1. de Temper.*

IN LIBRVM DE GLANDVLIS.

ΠΕΡΙ ἀδένων ὁλομελέος] Huius libelli inſcriptio περὶ ἀδένων in omnibus exemplaribus ſcribitur, etſi libro de Artic. promittit Hippoc. ſe περὶ ἀδένων ὁλοσχερέως ἰὴς ſcripturum, vbi tamen Galenus quamuis eam eſſe iſtius libelli indicaturam teſtatur, Hippocratis eſſe negat, & iuniori cuidam attribuit, in eoque dictionem & Hippocratis mentem requirit. Illic quoque Galenus σύλλογον τῶν ὁλόκληρον φύσιν τῶν ὅλων ἀδένων φύσεως exponit, & Erotianus apud Hippocratem ὁλομελέος ὅλης φύσεως, etſi ὁλομελέος apud eum vitioſè legitur, vt in Oeconomia noſtra admonuimus. Hic ergo integra & abſoluta glandularum natura, per omnia corporis membra exponitur, quam ὁλομελίαν vocat. Quo nomine, etſi ab Erotiano inter Hippocratis libros in proœmio non accenſetur, quia tamen ad corporis compoſitionem & ſtructuram ſpectat, ad φυσικὰ referri debet. Neque tamen in dictionum explicatione ab eo eſſe præteritum, liquido conſtat. Glandularum autem in corpore vſum duplicem exponit Gal. lib. 2. περὶ σπέρματος.

2 σπογγώδης] Glandularum genus ſcribit* Galenus ἀμφότερον ἔχῃ τὸ σπογγῶδες ὑγρότητός τινος, ἀέρος σπογγιὰ δέχεσθαι, εἰς τὸν γε τοῦ γάλακτος καὶ ὀφθείας καὶ φλέβας ἐκφύσεις. * *Lib. 2. de Semine.*

3 ἢ ἔστιν ὅτε σαρκία] Sic legunt omnes codices. Caluus tamen ἢ ἔστιν ὅτε legiſſe videtur.

4 τὸ ἄδες λευκὸ] Sanguinem ſpecie album dixi, Interpretes ſecutus, etſi ad glandularum carnem ſpecie albam referri malim, & ad tactum ad inſtar lanæ mollem. Ex quo quædam exemplaria λευκαὶ pro λευκὸ legunt.

5 ἓ αὐτὸ] Iſtud ad ὑγρὸν retuli, Cornarium ſecutus & exemplaria omnia, etſi ad τὸ σῶμα τῶν ἀδένων referri malim, ideóq; quidam codices αὐτὸ legunt.

6 ἐπὶ ὑγρασίης πλαρωθῶσι] Quidam codices ſic legunt, ἐπὶ ὑγρασίης πλαρωθῶσι τῶν ἐπὶ τῷ ἄλλῳ σώματος ὀφθῇ τῇ φλεβῶν, αἱ δ' αὖτῆς πίπτουσι. Quos mihi ſecutus videtur Caluus. Secutus tamen ſum codicum pluralitatem, & alioqui crebræ ſunt huiuſmodi repetitiones huic ſcriptori & Hippocrati.

7 ξυντείνουσι αἱ ἀδένες] Sic codicum magna pars legit, quidam etiam οἱ ἀδένες, & paulò poſt. Etſi ſolenne eſt huic ſcriptori ἀδένα fœminino genere efferre, cùm Galenus & reliqui ſcriptores maſculino ſcribant.

8 ὑπὸ τῆς πίνων ὑγρασίης] ὑγρασίλως lego, & ὧν πνα μεθίσιν τὰ ἄφρα.

9 κατασασμῶσι γὸ] Hunc locum mihi ſubnotare videtur Galenus in Exegeſi, cum κατασασμῶσι κατασαλίσκεται exponit, ex quo hoc loco κατασασμῶσι legendum eſſe in noſtra Oeconomia admonuimus. Sic quoque apud Erotianum κατασασμῶσι pro κατασασμῶσι vitioſè legi ſcripſimus, quod κατασαλίσκῃ exponitur, hoc eſt, expenditur, inſumitur, abſumitur, etſi Cornarius κατασασμῶσι reflectitur dixit, & Caluus recurſatur. Vterque tamen mihi videtur vtranque lectionem ſecutus, cùm [illegible]umitur & abſumitur appoſuit. Eſt autem κατασασμῶσι aut ἀνασασμῶσι reſimum fieri & recurſuari.

10 προφὴ ξωϊτεροφορ] προφλὼ ξωϊτεροφορ alimentum familiare, aſſuetum & accommodatum dico cum Zuinggero, quemadmodum ξωϊτεροφορ οἰκεῖον Galeno exponitur.

11 ὅτε ὅκω πλατάδια] Hunc locum expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulque indicauimus cur πλατάδια vliginoſæ corporis partes dicerentur, nimirum quæ ſuperfluam humorum redundantiam reciperent, ſumta ab vliginoſis & humectis terræ locis tranſlatione.

12 ἄμφω χρέος ὡς ὑπολαμβάνει] ἄμφω χρέος ὡς ὑπολαμβάνει legunt exemplaria quædam, & ὡς τὸ ὑπερβάλλον.

13 ἢ ἐκθερμαινόμενον] ἐκθρασυνόμενον quod cum impetu eiicitur ſignificat, ac velut ebulliendo & æſtuando reiicitur, efferueſcit ac effunditur, quemadmodum expoſuimus in noſtra Oeconomia, hoc ſubnotato loco.

14 ὅτ' ἐπίλειπει ἀναζώσῃ τὸν αἷμα] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam τὸν χρῶτα αἷμα habent, alia ἀναζώσειεν ἐς αἷμα.

15 ἢ ὡς αἱ φύσεις τρέχας] Sic legunt exemplaria omnia, ſed ὡς ἐφ' cum Interpretibus lego.

16 ἐξαλλάσσ τῆσι ἢ ἀδένησιν] τῆσιν ἀδένησιν legunt exempl. quædam.

17 τὰ μέρεα αὐτῶν] κ τὰ μέρεα αὐτῶ legunt exemplaria quædam. χρείη etiam lego, non χρείῃ, vt omnia vitioſè.

18 ἢ ἐπὶ τῷδε αὐτῷ] Videtur defecta eſſe lectio, ideóque quædam exemplaria ſic legunt, ἓ πλήρης τῶν τῷδε αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ἄλλου σώματος ὑγρασίης. Quod etiam annotauit Zuinggerus.

19 ἐπὶ ὧν αὖ τῷ ἰλιγγ] Hac parte defecta ſunt & vitioſa Aldina exemplaria & aſteriſcum apponunt.

20 αὖτῳ χείρας] Sic legunt exemplaria Germanica. Aldina verò hîc quoque vitioſa ſunt, & αὖτῳ χρεών αἱ τοῖσι πρηχίλοι legunt, & aſteriſcum apponunt, vt in ſuſpecta lectione. Exemplaria etiam quædam manu ſcripta χρεώσας legunt nullo ſenſu. Pro quo quidam χείρων reponunt, vt nominis notatione circunſpecta, χειρίδες χείρων αἱ νῶσοι dicantur, quod etiã annotauit Zuinggerus. Vitij autem ſuſpicionem auget hoc loco Caluus, qui longè aliam lectionem mihi ſecutus videtur, cùm longè cruciſ peculiare vitium dixit.

21 αὖτε πάσα ἀπωσαμένη] ἀπωσαμένη hîc vt antea κατασασμένη lego in noſtra Oeconomia.

22 ὁδὶ μὴν τότε πάντες] ὁδὶ μάλω legunt exemplaria quædam vitioſè.

23 ἔχῃ δ' ἐγκέφαλον ἧκιστον ἀδένι] Sic magna pars cõdicum legit, quidam etiam, ἔχῃ δ' ἐγκέφαλον ἧκιστα ἢ ἀδένι.

24 ἐόσαν ὀξὺ τὴν ἐρημίην] Hic mihi ſenſus eſſe videtur, vt cerebrum ea humiditate, quæ ob prædictas cauſas capiti ineſt, velut auxilium adferens, illud defraudet, & in extremitates per fluxiones foras amandet.

25 ἴων ἀποκρίσῃ] ἴων ἀπὸ κρίσῃ legunt exemplaria quædam, quæ ſecutus mihi videtur Caluus, vbi ἴων pro ὡς Ionicè poni videtur, vt tanquam per criſim aut iudicationem natura humores ſecernente, fluxiones fiant. Alioqui ἴων ἀποκρίσις, velut ſecretione fluxiones fieri dicuntur, de iis quæ per humoris effluuium & emiſſionem deponuntur, vt ἴων ἀποκρίσις, idem quod κατ' ἔκκρισιν indicet, velut ἀποστάσεις κατ' ἔκκρισιν ἢ κατ' ἐκεῖνο Hippocrati dicuntur in Epidemiis. Alij ἴων ἀπὸ κρίσις de humoribus intelligunt, qui cum ſecretione permeatus quoſdam conſpicuos & patentes effluunt, quibus alios minimè patentes opponunt.

26 ὧν ἐς τὰ ἔνδον ἀπίωσι] Sic legunt exemplaria Germanica quæ ſecuti ſumus. Alia & Vaticana, ἔπου ἢ ἐς τὰ ἄλλῳ σώματι πῃσι τὰ ἔνδον ἀπίωσι legunt, quæ ſecutus videtur Caluus.

27 ἢ ἀυτοῖς ὄχλῳ] Hic locus procul omni dubio in omnibus codicibus corruptus eſt, quem ſic lego, ἢ αὖθις ὄχλος πολὺς χανδὸν ἴλκῃ, ἢ δεινὰ μὴν εἰ σφίσιν ὁ ἐγκέφαλος βεῦμα ὅπως ἐπίῤῥοας ἐσθίσῃ ἢ ἕλκει. ἢ τὸ μὴν ὅπισθ' ὧν ἢ πάλιν, καπὺν πόλος ἐκ αὖ ἴχει ὁ ῥόος, ἐς' αὖ ὀξαφύῃ) πάλιν πάλιθεν τὸ καπύπος. Scio aliam eſſe huius loci notionem Zuinggero, verùm mihi hæc lectio probabilis videtur. Legi etiam poteſt, ἢ ἀδεμὰ μὴν ἐ σφίσιν ὁ ἐγκέφαλος βεῦμα. *Æ. P.* χαὶ δ' ἔστιν ἕλκη, ἢ δεμὰ μὴν *legendum autumat.*

28 ἄμφω ἢ] κατ' ἢ lego, vt in noſtra Oeconomia ſcripſimus, hoc ſubindicato loco, etſi κατ' ἢ habent exemplaria omnia. Rurſus, ἢ ὧν πάσι δίεσιν κρέα lego.

29 ἢ ὁ νέος ἀ τροπὴ] ἀορτὴ habent exemplaria quædam.

30 ἐν ἰωῶπῳ δ' ἢ φωνῇ] ὀρωπῇ videtur legiſſe Caluus.

31 στεφέσι μεδήμασι] Sic legunt exemplaria omnia, ſed μεδήμασι legendum eſſe apparet. Sunt enim στεφέσι μεδήματα, effuſi riſus, quique diductis labris fiunt, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, hoc ſubindicato loco. Quædam exemplaria pro στεφέσι ἐστρέσι vitioſè legunt. Cornarius ἐπάμασι legiſſe videtur.

32 ἢ τὸ ἐπὶ ἀπὸ τῆς πυκνῆς] ἀείρεται legunt exemplaria omnia, hoc ſenſu, vt auris ſucceſſu temporis a creb. a nuxione circum-

ſcribatur, ac veluti ſuis limitibus & terminis definiatur, materia illic moram trahente & ſuppurante. Sed certè pro ὦειται, fortè ὤρυκται legendum, vt auris crebra fluxione fodiatur & perforetur, à pure foras manante.

33 ὅπως ἐς τὰ ἔξω δ' ὦλοι] fluxiones externas intelligit & oculis conſpicuas, quales καταφαγὰς tres facit, in aures, nares, & oculos, lib. de loc. in homine.

34 ἀναμιμνόντος κάτω] Exemplaria manu ſcripta Regia, ἀναμιμνόντος ἢ κάτω legunt.

35 ἢ γίνεται τὸ πόον τοῦτο] Sic legunt exemplaria Germanica, deinde, διεξίει τοὺ πνεύμονας. Alia, ἢ γίνεται τὸ πόον. τοῦτο διεξίει &c. Quædam etiam, ἐς γίνεται τὸ πίον τοῦτο, ὁ διεξίει. Exemplaria verò Regia manu ſcripta, ὑπ διεξίῃ legunt.

36 ἀλλ' ἢ νοῦσος] Sic legunt exemplaria omnia, ſed ἄλλη νοῦσος lego cum Interpretibus.

37 ἐς ἐναπέθετο τῇσι κοτύλῃσι] Poſt hæc verba vitioſè ἰχία adſcribunt Aldini codices, niſi ſi iſta dictio ad ſequentia referatur, πυέεσι φθίσιν, & ὥδε ἐς ὦδε vtrunque modum quo homo contabeſcit, indicet, nempe cùm per ſpinam delapſa in pectus tabem facit, aut cùm in coxendices, eam etiam per conſenſum inducit, etſi ὅδε ἢ ὦδε legunt exemplaria quædam.

38 ἢ οὔτε ἀπολώλεκε] ἢ ὅπως ἀπολώλεκε legiſſe videtur Cornarius, eamque lectionem ex vitioſa quorundam codicum ſcriptione hauſiſſe, qui ἀπολώλεκε pro ἀπόλλυκε legunt. Hunc autem locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus, vbi de intabeſcentibus qui ſenſim colliqueſcunt, & integris viribus, ſenſu ac ratione conſtantes, moriuntur, intelligi diximus.

39 ἔχει γὰ ἐς πόνον] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Cornarius tamen πόνον legiſſe videtur. Hunc autem locum pulcherrimè explicat Zuinggerus, & in OEconomia noſtra attigimus, vt nihil neceſſe ſit nos eſſe longiores.

40 ἢ διείρουσι] διήειρουσι legunt exemplaria quædam, alia διὰ αἰείρουσαι.

41 κατὰ τὸν ἀδένων] Sic plæraq; legunt exemplaria, quædam κάρτα pro κατὰ habent, quædam etiam ἡ φύσις τοῦ ἀδένων ſimpliciter. ὥσπερ ἢ τὸ ἄλλο σῶμα etiam legunt quidam codices.

42 εἰ ἢ ὑπερβάλλει τὸ ὑπάλυσον] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam ἡ ἐς, quæ lectio eſt apertior, & quam ſecuti ſumus cum Interpretibus. Etſi non ignoro vulgatam lectionem arridere Cordæo ſuis in lib. 1. περὶ γυναικείων Commentariis, hoc ſenſu, maximè ſi epiploon redundabit ad partes ſuperiores, in anguſtiam à puello coactum. Similia verò de lactis generatione antea ſcripta ſunt lib. περὶ φύσ. παιδίου, vbi & iſtius loci meminimus.

43 μεταυμβάλλει] μέγα συμβάλλει habent quædam exemplaria manu ſcripta, tam bene, quàm vitioſè poſtea ἀεὶν pro ναεὶν legunt, quòd & facit Aldinus codex, qui huic loco aſteriſcum apponit.

44 ἢ ἀστεμὲς] Sic legunt omnia exemplaria, eamque lectionem cum Interpretibus ſecutus ſum, cùm humiditatem non deſiderare dixi, hoc eſt, humoris parum amicum, quod pro duro, & compacto, aut denſo ponitur, mollique & laxo aduerſatur, vt monuimus in noſtra OEconomia, hoc ſubnotato loco & expreſſo. Vbi etiam ſcripſimus nos ἄστεγον lubenter legere, quod ſit humorem non continens, vt ἄστεγον σῶμα dicitur. Etſi ἀστερὲς quidam legunt, eamque lectionem Caluus & Cornarius ſecuti videntur.

45 ἀναγκάζει ὁ ἢ λόγος] ὅπως ἀναγκάζει ὁδὲ λόγος lego cum Interpretibus.

46 πολέουσιν ἢ μαζοὶ] Hæc omittuntur apud Caluum, qui longè aliter hunc locum legiſſe videtur.

47 ἐς ἡ φωνὴ θρασεῖα] Sic legunt omnia exemplaria, quæ vocem ferocem & grauem ex molli & arguta indicant. Cornarius τραχεῖα legiſſe videtur, cùm aſperam dixit.

48 τὸ γὰ κάτω τῆ μηροῦ] Sic legunt exemplaria Germanica & Aldina. ſcripta verò quædam μήτρας, alia μήτρης habent.

IN LIBRVM DE OSSIVM NATVRA.

ΟΣΤΕΑ χλοὸς] Hic libellus περὶ ὀστέων φύσιος paſſim inſcribitur, eiuſque idem eſſe author videtur, qui & libri περὶ γονῆς, & libri περὶ φύσιος παιδίου. In quibuſdam verò membranis manu ſcriptis ſub hac περὶ ὀστέων φύσιος inſcriptione, Mochlicus etiam continetur & deſcribitur, quod etiam fecit Cornarius, qui nullum alium Hippocratis Mochlicum agnouit, etſi longè alium eſſe & iudicari à Galeno, fuſiſſimè in χειρουργουμένοις poſtea indicabimus. Neque enim hunc per Mochlicum ſignificari Galeno Comment. in lib. de fract. & Prorrhetico, multis iiſque firmiſſimis argumentis conteſtatum aſſerimus. Et tamen à Galeno & Erotiano lectum eſſe, multarum dictionum explicationes teſtantur, etſi nulla illius ab Erotiano facta mentione. At Galenus in Exegeſi (in dictione κοτυλίδα) iſtud ſub nomine τῆς περικειμένης τῷ μοχλικῷ comprehendit, vt & ea quæ hîc de venis adſcribuntur, in dictione ἀφεδρῶνες. Quod certè effecit, vt in quibuſdam membranis pro Mochlico haberetur. Quonam verò pertineat libellus iſte, non ſatis conſtitutum videtur. Mihi certè cum corporis ſtructuram & compoſitionem reſpiciat, vel ſolo inſcriptionis nomine, ad naturæ crepundia reliquoſque phyſicos libros referri videtur. Quòd ſi ὀστολογίαν attendas, venarumque in corpus diſtributionem, meritò inter χειρουργούμενα recenſeri poterit, & ex Galeni mente Mochlico adiungi.

2 ὀστέα χλοὸς] Interpretes Caluus & Cornarius aliud habent huius libelli exordium quod etiam Mochlico eſt præpoſitum, illicque à nobis Latinè expreſſum. Quod quia oſſium naturam exponit, non abs re etiam in membranis ſcriptis Vaticanis, huc adſcribi videtur, quemadmodum ante annos quadraginta Romæ in Bibliotheca Vaticana vidimus, in Hippocrate Græco manu ſcripto, qui ſub num. 216. habetur, vbi hic libellus cum alio exordio poſt librum περὶ Φυσῶν adſcribitur. Quod ideo à me dictum eſt, quia per mihi mirum videtur, à quibuſdam ſcriptum eſſe, hoc exordium ab Interpretibus huc adſcriptum, in Vaticanis membranis deſiderari. Cuius certè rei vel teſtimonium præbet Calui verſio, qui membranis Vaticanis maximè vſus videtur, & illum quem vidimus codicem ſua etiam manu annotaſſe. Cæterùm manus ſummæ oſſa ponuntur à Galeno 27. libro 2. de vſu part. & lib. de Oſſibus, præter os nonum carpi, & oſſa ſeſamoidea de Anatomicis non enumerata.

3 ξύμπασα ρκά] Sic legunt exemplaria quædam, quæ nonaginta & vnum numerata eſſe oſſa indicant. Alia ρ̄ρ̄ habent, quæ centum & vnum faciunt. Ac rurſus pro εικά, Caluus ρ̄ legiſſe videtur, cùm centum & octo poſuerit. Cùm verò varius neque vnus ſit oſſium corporis apud Anatomicos numerus, non eſt quod quis hîc à me ὀστολογίαν expectet. Galenus certè lib. 9. de plac. Hippocrat. & Plato. corporis humani ſtructuram plus quam ducentis (aut vt alij volunt trecentis) oſſibus conſtare vult. Qui verò ea de re accuratius ſcripſerunt, oſſium numerum ad 245. extendunt, præter os hyoeides, & cordis os cartilagineum. Alij cumulatum in vnum oſſium numerum, vniuerſa faciunt trecenta & tria, & ſi Galenum in oſſis pectoris diuiſione, imitari velis, trecenta & ſeptem. Verùm iſta Medicinæ pars, non adeo exactè à veteribus fuit exculta aut exornata.

4 ἐκ δ' αὐτῆς φλίβες] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Cornarius verò ἐκ δ' αὐτῆς νεφρῶν, legiſſe videtur. Videntur autem venæ ſpermaticæ indicari, quæ in teſtes demiſſæ, ſanguinem ſeminis materiam ad eas deferunt.

5 ὑπόκειται] ὑποκεῖται habent exemplaria manu ſcripta. Quæ etiam ἡ pro ἢ.

6 τὰ κῶλα ἰχεῖ] Hæc ſententia repetitur aph. 6. lib. 6. Epid. ſect. 4. ideóque κωλὰς vt illic cum Cornario lego. Et hic totus locus adeo vitioſè deſcribitur in omnibus exemplaribus, vt Aldini codices aſteriſcum vitij indicem hîc apponant. Lego autem cum Cornario, ἀπειρίης καρδίην πηγὴν ξυγγόμης.

7 ὅτι τὸν ἄρσενα] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, ideóq; ſummam manum cum Cornario dixi, vt ἀπὸ τῶ μεταμφιέσαι ἄρσενος accipiatur. Sic enim Galeno in Exegeſi vocum Hippocratis, ἄρσενος πᾶν τὸ πεπλατυσμένον ſignificat. Niſi ſi ὅτι καρπὸν pro ἄρσενα legiſſe mihi videtur Cornarius.

8 κοτυληδόνα] Sic legunt exemplaria omnia, κοτυλίδα tamen legiſſe Galenum in Exegeſi hoc loco ſatis apparet, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. κοτυληδόνα verò etiam pro acetabulo ſumi ibidem indicauimus.

9 ἐντεῦθεν γοιῦαν ξωπαθὲν] ἐντεῦθεν γὰ legunt exemplaria quædam.

10 ἢ εἵλκετο τὸ ποτὸν] Galenus lib. 1. de facult. natur. contra Aſclepiadem diſputat renes potum attrahere, non autem per eos velut per qualum excolari, & de renum ſitu veriſſimam habet ſententiam.

11 διὸ ἢ ἐρυθρόν ὄζει] διὸ δὴ ἢ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

12 ἀπὸ ἢ τῆς παχείης] Hic vena ἄζυγος intelligi videtur, quæ à venæ cauæ ramo inſigni ſupra cor exoritur, & ad inferiores nouem thoracis coſtas defertur. Hæc autem cum dextra feratur, factum eſt, vt pro ἐς τὰ ἀριστερὰ, ἐς τὰ δέξια legerit Caluus. Verùm ad ſiniſtram etiam partem tendit, interdumque pro multis illis propaginibus inſignem aliquem ramum emittit, in inferiores coſtas ſimiliter diſtribuendum, ac nonnunquam etiam nomi-

nis

nis ἀζυγίου rationem amittit. Hæc verò sæpe supra quintam thoracis vertebram ascendit, ibiq; contorquetur, & decliuis secundum dextrum vertebrarum latus porrigitur.

[33] ἀλλ' ἴδιος μέν] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, hoc quidem sensu, vt licet non æqualis magnitudinis suas sectiones dextris ac sinistris partibus distribuat, æquas tamen, hoc est, totidem sinistris quot dextris transmittat, & ad inferiorum nouem costarum spatia intermedia vtrinque transfundat. Cornarius tamen ἄλλη ἴδιος μέν legit.

[34] ἀεὶς ἀυχένος μᾶλ'] ἰσαὶ ἀεὶς ἀυχένος legunt exemplaria quædam.

[35] ἡ ἢ αἱμόῤῥους] Hic αἱμόῤῥους φλὲψ intelligitur, vena quæ sanguinem magna copia effundit, quæ & παχεῖα dicitur aliàs etiam Hippocrati, & pro vena caua accipi videtur.

[36] ἀεὶ ῥάχιν πλινθρομὴ] Exemplaria Regia manu scripta quædam, ἡ πλινθρομὴ ἰσ μᾶλ' τὸ ἄνω πέρας τῶ σώματος legunt, quam lectionem mihi secutus videtur Caluus.

[37] ἄχρι σπόνδυος σιωοκωχῆς] Hunc locum expressimus in nostra Oeconomia, & ab Erotiano subindicatum & expositum admonuimus, si modo apud eum rectè scribatur.

[38] ἢ ὁ δ' ἀφικείης πόρος] Sic legunt omnes interpretes, exemplaria tamen quædam legunt, ἢ ὁ δ' ἀφικείης πόρος.

[39] ἐσ' ἕτερος ὁ ἄνωθε καρδίαν] ἢ ὁ δ' ἀφικείης ἕτερος ὁ ἄνωθε καρδίαν legisse videtur Cornarius. Ex hoc verò loco περαιοῦσθαι mihi videtur Erotianus exponere εἰς ἀλλήλας συνάξασι, εἰς ἐκατέρην λαβὴν πόλος, vt indicauimus in nostra Oeconomia.

[40] ὁ μὲ ὃκ τῶ διξοῦ] Hoc membrum à Caluo prætermissum videtur.

[41] πίσσαρα ζεύγεα] Hunc de venis locum, πὶν ἀφὲ φλιβῶν ὁ φρένες τῶ μαχλικῶ vocat Galenus in Exegesi, eademque repetuntur lib. ἀφὲ φύσ. αἰσθήσ. antea, & ab Aristot. lib. 3. histor. animal. Polybo tribuuntur.

[42] ἢ ἐγκύων ὃκ τῶ ὄζωσιν μέρεσ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Sed εἴσωσιν lego cum Cornario, quemadmodum legitur lib. ἀφὲ φύσ. αἰσθήσ. vbi etiam ὀφὲ ἐγκύων legitur, sicque legit Cornarius, & αἱ ἢ ἕτεραι, pro αἱ δ' ἑτέραι.

[43] ὀφὲ τῶ σπόνδυον] ὀφὲ τῶ πυελέων καὶ τῶ χειρῶν ἄνωθεν legitur lib. de Nat. humana σπόνδυα χειρῶν autem hîc manuum volas carnosas & torulos significant vt indicauimus in nostra Oeconomia.

[44] ἐκπυόσεων ἢ ὀφὲ] Ea de re vide Celsum cap. 10. lib. 2.

[45] ἡ ἢ ὑπόπυος] Hæc repetuntur libro 2. Epidemior. sect. 4. & à Galen. adscribitur lib. 6. de placit. Hippocrat. & Platon. & à nobis sunt excussa in Commentariis nostris ad libr. 2. Epidemiorum.

[46] ἐκπυόσεις μετάφορος] μετάφορος δὲ ὑπόπυος hîc legit Cornarius, quemadmodum lib. 2. Epid.

[47] ὅπη αὐτῆς χωρίον] Sic legitur in omnibus exemplaribus quæ secutus sum. lib. 2. Epid. αὐτῇ pro αὐτῆς legitur. Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. ταύτης legit. Cornarius verò αὐτῶν legisse videtur.

[48] ἄλλη ἢ ἐκπύησιν] Illud aliter & vitiosè admodum legitur libr. 2. Epid. vt illic ostendimus. Aliter quoque legit Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat.

[49] ἢ ἐνδυσ ἤρξατο μετεωρίζεσθαι] ἔστ' ἂν ἀφίκηται ὅσον ἤρξατο μετεωρίζεσθαι, lego ex Galeno & Caluo velut reposuimus libro 2. Epidemiorum.

[50] ἢ τῶσιν ὑπολοίποις ἀπόσης] πρὸ ὑπόλοιπον ἀπόσης legunt exemplaria quædam manu scripta ex Galeno.

[51] ἓσ' ἂν κρυπταλωθῇ] ἓσ' ἂν κρυπταλυθῇ ἢ ἔλθῃ ὅσον legunt exemplaria quædam manu scripta, idque ex Galeno & libr. 2. Epid. eamque lectionem secuti sumus cum Cornario.

[52] κάτωθεν τὸ ἀφικείης] Hic secuti sumus lectionem lib. 2. Epid. cum Cornario & vetustissimis membranis.

[53] ἐξῆς ἀφορμὰ κ' ὡς σμικρὸν] ἐξῆς ἀφορμᾶ σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν lego ex Galeno & lib. 2. Epid.

[54] κῇ τὸ πάσυλον τὸ κῇ τῶ πλευρέων] τὸ κάτω τῶ πλευρέων legunt exemplaria manu scripta ex Galeno & lib. 2. Epid.

[55] ἀμφιεζώκασι] ἀμφιεζῶκασι lego ex lib. 2. Epid. Caluus ἀφικείης ταύτης legisse videtur.

[56] πρίσιν ἔχουσι] πόνον ἔχουσαι lego cum Cornario ex Galeno lib. 2. Epidemiorum. etsi illic mendosa quoque est lectio, vt monuimus.

[57] ἕπεται οἱ πάσυλοι] Vulgatam hîc lectionem secuti sumus, de qua diximus lib. 2. Epid. vbi & hunc de neruis locum ex Galeno probauimus.

[58] ὀκ πλαγίου πασυδύλου] ὀκ πλαγίου πασυδύλων lego, vt lib. 2. Epid. cum Cornario, ad neruorum securitatem, vt illic diximus, vbi etiam hunc locum exposuimus.

[59] ὥσπερ αἱ φλέβες αὗται] ὥσπερ αἱ φλέβες αὗται ὅπως lego ex lib. 2. Epid. etsi illic pro ἀφὲ ὅπως legitur. Quædam exemplaria legunt, ὥσπερ αἱ φλέβες ὅπως quam lectionem sequuntur Caluus & Cornarius.

[60] ὅσον ἢ ἀφὲ ἐξέλιπον] Aliter legitur libr. 2. Epid. Hic autem hanc lectionem secutus sum, & ἀπὸ τούτου lego, & ἀπισθίωσ ex lib. 2. Epid.

[61] ξυνάπτον ἢ ξυνάψιν] Sic lego ex codicum pluralitate, quanquam exemplaria quædam manu scripta ξυνάψεσι legunt, quæ secutus videtur Caluus. ξυνάξιν verò intelligo connexionem, copulationem, compositionem & coagmentationem.

[62] ὅσον ἤρξ] Sic legunt omnia exemplaria: ἤρξ tamen lego cum Interpretibus.

[63] ἐν ὀπίσσοις πόροις πέφυκ] Sic legunt exemplaria omnia. πόροις autem mihi legisse videtur Cornarius.

[64] ἐκπαραίρου] Hunc locum mihi indicare videntur Erotianus & Galenus, cum πεπάρου, πετάλου & ἐκπέφυ exponunt, etsi Galenus in Exegesi πετάρεσθαι, pro πεπάρου legisse videtur. Ex quo ἐκπετάρου, legendum existimo, vt scripsimus in nostra Oeconomia, istumque locum exposuimus.

[65] αὐτὰ ἢ ἀπόθωνται] Sic legunt omnia exemplaria, ἀποθώνται tamen lego cum Interpretibus.

[66] ἴζωσιν ἴσιον παχεῖαν] Sic habent omnia exemplaria. Cornarius tamen τένει legisse videtur.

[67] ἢ ἐπωμιαίης ὀνομαζομένης] ἡ ἐπωμιαίη ὀνομαζομένη legit Cornarius. Codices tamen Regij manu scripti quidam pro ἐπωμιαίης ἐπωμίδης legunt.

[68] τὴ μὲ γὰ αὐτὴν] αὐτὴν videsis ἀφίκηται legit Cornarius.

[69] τὸ ἢ μεταξὺ αὐτῆ] τῆ pro αὐτῆ vitiosè legunt exemplaria quædam. Cæterum hic videtur spumosam pelliculam vocare, carneam illam membranam, qua humeraria sub cute fulcitur, cùm internum latus musculi brachium attollentis, & validum tendinem musculi brachium ad pectus adducentis, perreptat, quem neruum venam appellare mihi videtur.

[70] νεῦρ παρίχει] νεῦρον ἢ πόνον παρίχει legunt exemplaria quædam manu scripta & publicata, quæ secuti sumus cum aliis interpretibus. Codices manu scripti Regij quidam legunt, νεῦρ παρίχει ἢ πόνον δίδωσι.

[71] ἀυτὴ νέρθεν ὑπονεμομένη] αὐτὴν νέρθεν ὑπονεμομένη legunt exemplaria quædam, quæ mihi secutus videtur Cornarius.

[72] διὸ δὴ ἢ ὡ π] Hic locus quodammodo defectus videtur ideoq; subobscurus. Sensus autem est. Si quid non consuetum in huiusmodi spiritus vias illabatur, cum pulmo sua natura spongiosus & rarus, susciepiendis humoribus sit comparatus, istud si non educatur, concretionem quandam callosam efficere, spirationemque difficilem inducere. Illud autem, τῆ τὸ εἰσόντων ὑγρῶν νόμος κατάστησιν, significat hanc legem ingredientibus humoribus à natura constituram ac præfixam, vt facilè in locum spacioſum ac rarum subeant, quales sunt sua natura pulmones. Vitiosa sunt autem exemplaria, quæ ὡ πε legunt, & τ' ἐξιόντων ὑγρῶν.

[73] ἔξεσ ἢ ἀπολύῃ] οὕτως lego cum Cornario, qui etiam ταύτῃ non ταύτης legit.

[74] πὼ φύσιν] πὼ φύσιν lego cum Interpretibus, & οὐδ' ἐυπόρως.

[75] ἐγκισσύσθαι] Hunc locum subindicauimus & expositum in nostra OEconomia, vbi ἐγκισσύσθαι esse diximus, ἐλίσσεσθαι δίκην κισσοῦ, instar hederæ implicari, & inuolui. At certè si coniectura nostra valet, existimo hoc loco Erotianum & Galenum, pro ἐγκισσύσθαι ἐγκίρνασθαι legisse, quod Galenus ἐγκαταπλέκεται Erotianus verò, ἀγκιστροειδῶς συμπίπτειν exponit. Hæc enim expositio huic loco optimè mihi quadrare videtur. Exemplaria autem omnia ἔσπασε ἢ legunt, quæ lectio firmiter & cum robore in spinalem medullam inuolui & inseri significat. Sed pro ἔσπασε ἐντεῦθεν legit Cornarius, quem lubenter sequor, etsi vulgaris lectio plurimum mihi etiam arridet.

[76] αὖτη ἢ ὑπόπτυσμένη] Sic legunt plæraque exemplaria, quædam etiam ὑπόπτυγμένη, quæ secuti sumus in nostra OEconomia, vbi hunc locum expressimus ex Galeno, qui hic πλέκεσθαι, πλεγμάτων, ἢ ἀπαρτήσεσθαι ἐμπλεκομένη exponit in Exegesi, plexus aut circumplectentes appendices intelligens, quibus vicinas partes apprehendit & implicat. ξυνάψ autem pro ξυνάγει cum interpretibus lego.

[77] ἢ πρὸ ἐσθήσεσθαι] ἐσθήσεσθαι τοῖ ὑπερδυμίσι ex hoc loco exponit Galenus in Exegesi, vt scripsimus in nostra Oeconomia, testium tunicas proprias & intimas, duras illas & crassas, iis omni ex parte contiguas intelligens, in quas vasa spermatica multis anfractuosis circumuolutionibus delata inseruntur.

[78] ἁρμόσεσι] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. ἄρμασι tamen lego cum Caluo, aut ἄρμοσι.

[79] ἐπεφύκασι] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia, vbi subindicauimus ἐπεφύκασι sumi posse pro

in ſpiram colligi & contrahi, aut ſpiras & volumina facere, hoc eſt circum teſtes conuolui. Secuti tamen ſumus interpretum fidem.

60 τὰ δ' μὴ βιαζόμενα] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius verò τὰ δ' βιαζόμενα legit.

61 ἀπὸ τῦ μυελοῦ τύπο] ἀπὸ τῦ μυελῦ τύπον videtur legiſſe Cornarius. Hic vero locus mihi reſpondere videtur his quæ ſcribuntur lib. περὶ γονῆς, vt mihi ferè vtriuſque idem eſſe author videatur. Hos autem locos in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.

62 τῇ κοτυληδόνι] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. Sed quemadmodum antea κοτυλίδα pro κοτυληδόνα repoſuimus, ſic hoc loco κοτυλίδι aut κοτυλίδα legimus ex Galeno in Exegeſi.

63 δυσράπτων] Exemplaria quædam vitioſè δυσρώπτων legunt. Cornarius ægrè tranſeuntem dixit, Caluus tractatu difficilem. Nos, quæ ægrè flectatur aut vertatur intelligimus. τραπλῶσαι enim ſραφλῶσαι, πειθῆναι exponit Heſychius.

64 μεμύρηκεν] Haud dubiè hunc locum exprimit Galenus in Exegeſi, cum μεμύρηκεν σωρείλκηκεν exponit, ὑπὸ τῦ μηρυομένων ἰείων. Sed cum μηρύειν & μηρύσασθαι, & μήρυμα dicatur, non dubium eſt vitiatam lectionem, & μεμήρυκεν legendum eſſe, & apud Galenum μηρυομένων ἰείων, quemadmodum emendauimus in noſtra OEconomia.

65 εἰς σφενδόνας] Hic σφενδόνας in OEconomia noſtra diximus ſumi pro quodam venarum ductu fundam ſimilitudine referente, anguſtis extremis, & medio latiore. Ideóque permirum videri debet, quod hanc dictionem Galenus in Exegeſi ex hoc loco non explicarit, cùm alias eius dictionis notiones, ex aliis libris appoſuerit, & plurimas alias dictiones ex hoc libro expreſſerit.

66 τῆς ὑπερωαπάδος] τῆς ὑπερωαπάδος ὑπόκοιλον, ſimul iunximus cum Interpretibus. Caluus tamen ὑπὸ κοῖλον legiſſe videtur.

67 ἀποκεκάρπωκε] Hunc locum ab Erotiano expreſſum ſignificauimus in noſtra OEconomia, cùm ἀποκεκάρπωκεν, ἀποβεβλάστηκεν & ἀπογεγώνησεν expoſuit, ſimulque Galeni lectionem in Exegeſi huc reduximus.

68 ἐπὶ τὸ γονάτος τὸ ἐντὸς] τὸ ἐντὸς κοῖλον videtur legiſſe Cornarius. αὐτέτμι verò lego pro αὐτῦμι.

69 αὖθις ὤρεκται πρὸς τὸ ἦπαρ] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus tamen ἐρεύγεται pro ὤρεκται legiſſe videtur.

70 ἢ δ' ἀκαρέϊλω ἐκφύσα] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit, ſed apparet ſuſpectam eſſe lectionem. δ' ἀκραίλω legit Cornarius quem ſecuti ſumus, cùm aliter non liqueat.

71 ἢ δ' ἀποκαυθεῖσα] Sic legunt plæraq; exemplaria, præterquam quod quædam ἰὼ δ' ἀποκαυθεῖσα legunt, quam lectionem ſecutus eſt Caluus. Cornarius verò ἢ δ' ἀποχιοθεῖσα legit. ἢ δ' ἀποκαμφθεῖσα lego.

72 ὠχετεύεται] Sic legunt exemplaria omnia: ὠχέτευται tamen lego ex Galeno in Exegeſi, iſtumq; ab eo locum ſubindicatum exiſtimo, cùm ὠχέτευται exponit, ἐκρύσῃς ἢ διεξόδους κίκτῃ). Quod etiam expreſſimus in noſtra Oeconomia. Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ δὲ ἢ ἐντὸς ἀωῆ δ' legunt pro ἀωῆ.

73 ἠγκυροβόλη] Hunc locum à Galeno exprimi ſcripſimus in noſtra Oeconomia, cùm ἠγκυροβόλη exponit in Exegeſi, ἐγκαταπήρυκεν ἀγκύρᾳ ὁμοίως. Eundemque Erotianum indicaſſe, ſed ἠγκυροβόλησε legiſſe, & actiuè vſurpaſſe, cùm καταπώτησεν expoſuit. Quam lectionem mihi ſecutus videtur Caluus. Vitioſè autem legitur in publicatis exemplaribus, ἰὼ κυεσβόλη pro ἠγκυροβόλη, vt in quibuſdam ἰὼ κυεσβόλη).

74 ἐνεκείκωσε] Hunc etiam locum in noſtra Oeconomia expreſſimus, & ex Erotiano expoſuimus, ſimulq; Erotiani lectionem reſtituimus, vbi vitioſè ἐνεφίκωσεν pro ἐνεκρίκωσεν, & ἐνέδησεν, aut ἐνέδυσεν, pro ἐνέδησεν legitur. Sic enim apud Heſychium ἐνεκρίκωσεν, ἐνέδησεν exponitur, nimirum hoc Hippocratis (vt opinor) ſubindicato loco. Annotatur quoque ex Corintho Ionas ἐνεκρίκωσε pro ἐνέδησε efferre.

75 ἐνεφλεβοτόμησε] Hunc quoque locum ſubindicat Erotianus, cum ἐνεφλεβοτόμησε expoſuit apud Hippocratem ex Bacchij ſententia διδόναι εἰς πλεῖους τόπους & φλέβας, & δι' ἐμέσεων. Quod etiam in Oeconomia noſtra appoſuimus.

76 ἐπαμεξάμενοι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἐπαμεξάμενοι lego ex Galeno in Exegeſi, qui (hunc nimirum locum ſubindicans) ἐπικτᾶσθαι exponit, hoc eſt, extenſæ & exporrectæ. Illud verò καταπλάκησαν in Oeconomia noſtra, à καταπλάκω aoriſto ſecundo paſſiuo deduximus, etſi ad καταπλακέω, quod eſt diuagor aut deerro referunt interpretes, & καταπλακῆν Heſychio exponitur ἁμαρτῆν qui deerrauit aut aberrauit, vt tranſlatitiè ſumatur, & dilatari venæ dicantur, quæ latè vagantur aut deerrant, & καταπλάκησαν καταπλατυνθῆναι exponitur, quemadmodum mihi ſumpſiſſe videtur Caluus.

77 ὅπως εἰγγιώσεται τὸν χρόνον] Hunc locum ipſiſſimis verbis exponit Erotianus cum ſcribit, ὅπως εἰγγιώσεται τὸν χρόνον, ὅτι ἐπεφυσήκασι, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

78 ἢ ἠραχνίωκε] Hunc quoque locum diſertis verbis exponit Galenus in Exegeſi ἠραχνίωκεν explicans, λεπτοῖς ἅμα & πολλοῖς φλεβίοις, ὥσπερ ἀράχνης ὑφάσματα ἐξυπόπλοκα. Quod etiam indicauimus in noſtra Oeconomia. Vitioſa ſunt autem exemplaria, quæ ἠράχνων pro ἠραχνίωκε legunt.

79 ἐναιματώσεται] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, ἐναιματώσας tamen lego cum Interpretibus, ad lienem referens.

80 ἐγχείπλωσι] Hunc locum in noſtra Oeconomia expreſſimus, vbi quid ſit ἐγχείπλη, expoſuimus. Ac mihi videtur hunc locum expreſſiſſe Erotianus, ſi pro ἐγχείπλωσιν & πιλάζωσιν, ἐγχείμπλωσι & πιλάζωσι legatur, vt ſit quæ ad ſpinam accedunt, aut feruntur, appellunt, aut impingunt.

81 ἐξαθηλόμενοι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Erotianus tamen hoc loco ἐξαμελγόμενοι legiſſe videtur, & ἐκθηλαζόμενοι exponit, quod eſt, exuctæ, emunctæ, emulctæ aut excolatæ.

82 ἐγκεχαλίνωνται περὶ τὰ ὦτα] Ex hoc loco Galeni Exegeſim in Oeconomia noſtra emendauimus, iſtumque expreſſimus & expoſuimus. Cornarius verò, ἐς πλεῦ καρδίαν ἐγκεχαλίνωνται ſimul iunxiſſe videtur.

83 τὰς ἰνίας ἰχνεύει] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed ἶνας lego cum Caluo, aut ἰνία, fibras intelligens. Et Erotiano apud Hippocratem ἶνες quibuſdam τὰ νεῦρα ſignificant, alij etiam τὰς σωδεπικὰς τόνων κτησίνας accipiunt, (ſic enim apud eum lego) Quod ex eorum opinione pendet, qui neruorum originem ex corde petunt, velut antea author libelli περὶ καρδίης. Cornarius tamen ἰωίας legit, & cor ex omni corpore habenas habere dixit, cum vitæ humanæ fons antea dictum ſit.

84 ἢ χαλάσῃς] ἐξχαλάσῃς legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta. Hoc verò membrum vitioſè prætermittitur in codice Aldino.

85 ἐρυθρὰ τὰ χρώματα] Hic certè facilè iis aſſentior qui σώματα pro χρώματα legunt, etſi hæc eſt omnium codicum lectio, & εὖχροα χρώματα, viuidi colores dici poſſunt.

IN LIBRVM DE AERE LOCIS ET AQVIS.

ΙΗΤΡΙΚΗΝ ὅτις βούλεται] Varia eſt huius libri inſcriptio apud authores Medicos, etſi haud dubiè ad Hippocratem refertur. Galenus ſiquidem libro de libris propriis ſe hunc in librum Commentarios ſcripſiſſe fatetur, & περὶ οἰκήσεων, ὑδάτων, & ἀέρων καὶ χωρέων inſcribit. Idem in Exegeſi in dictione (γρίφος) hanc vulgatam indicaturam agnoſcit, vt & aliàs ſæpe, etſi plærunque inuerſam & commutatam. Erotianus vero περὶ τόπων καὶ ὡρέων vocat, vt περὶ ὡρέων καὶ τόπων, in dictione, (ἐμπλίν.) Athenæus autem, περὶ ὑδάτων, & περὶ τόπων. Quidam etiam περὶ ἀέρων, τόπων, ὑδάτων, χωρέων, αὐέμων, ἀσίρων, ex quibuſdam codicibus manu ſcriptis, legiſſe aſſerunt. Alij etiam περὶ ὁρίων, ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. Ad ſanitatis autem tuendæ artem hunc librum ſpectare, & ad Gymnaſticen referri, quæ illius artis pars eſt, ſcribit Galenus libro ad Thraſybulum. Erotianus verò inter αἰτιολογικὰ καὶ φυσικὰ refert, eumque hac in parte ſecuti ſumus.

2 ἢ σκληροῖσί τι] καὶ ὠμοῖσι videtur addidiſſe Caluus, aut ἀτιρήμοισι. ἀτερήμοις autem paulò poſt δυσμικοκλήτοις exponit Erotianus, iſtumq; locum mihi ſubindicare videtur, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ideóque coctu difficiles & quæ immutari nequeant diximus.

3 & ἐδωδὴ] Caluus καὶ ἐδωδὴ καὶ ἄποτοι legiſſe videtur.

4 μέλλῃ πάγκοινα] Hunc locum adducit Galenus initio Com. 1. in lib. 1. Epid. & paulò aliter legit.

5 καὶ ἐλάχιστον μέρος] Hunc locum mihi innuere videtur Galenus initio libelli ὅπ ἀρίστης ἰητρὸς καὶ φιλόσοφος.

6 μὴ μετέωρα] Sic quidem legunt omnia exemplaria & omnes interpretes. Caluus non altas aut profundas dixit, quæ ſublimes ſunt, vt mihi μετέωρα, abſque negatione legiſſe videatur, eamq; lectionem in codice Auguſtini Guadaldini reperiri audio. Zuinggerus pro μὴ μετέωρα, κάρτα μετέωρα legit, vt in fine libri.

7 καὶ ὁκόσαι μὲν ἦσι πόλεων] Hac parte exemplaria omnia Græca mirum in modum vitiata ſunt. Codices Germanici omnes aſteriſcum velut vitij notam apponunt, quod non faciunt Aſulani, etſi

etsi pari vitio coniuncti. Huc tamen ab Interpretibus reponuntur quæ in librum de Capitis vulneribus irrepserunt, quæ omnia huc probè consentiunt, & ex Galeni testimonio ad ista referri debēt. Hæc autem lacuna multis occasionem dedit, pro animi sententia multa reponendi & immutandi, quæ cuiuis, vt volet, æstimanda & recensenda relinquam, popularem maxime & ab Interpretibus receptam lectionem secutus.

[8] ἐγ φαγεδαίνας κειρὰς ἐγγίνεσθ] Sic quidem legunt plurima exemplaria, & Caluus, qui communem causam comprehendit. Cornarius vero εἰκὸς legit, quem lubenter sequor. Quæ verò paulò post sequuntur, τῷ ὃ χειμῶνι ψυχρῷ, valde suspecta sunt, & huc videntur irrepsisse ex superioribus verbis, τὸ ὃ χειμῶνος ψυχρὸ, neque leguntur in Augustini Guadaldini codice.

[9] ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον πιαίνειν] Sic legunt omnia exemplaria quæ adhuc videre licuit, eamq; lectionem ex Galeno ipso retinuimus, qui eam agnoscit Com. in sent. 4. lib. 6. Epid. sect. 1. his verbis: τὸ δὲ ὑπολιπόμενον πάθος· ὅτι μὲν τῶν φυσικῶν γίνεται δυσεκβάσιον ὅταν ὑγρὸς εἰς κεφαλὴν ἰκανῶς ᾖ, καὶ πλουσιώτατά γε καὶ παιδίον ὀνομάζεται, τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τόπων, ὡλόπως γράψας τοῖς παιδίοις συμπίπτειν ἀσαρκίας τε καὶ ἀσθματικὰ νοσήματα· νομίζουσι τὸ παιδίον πιαίνειν, καὶ ἱερὰν νόσον εἶναι· καὶ ταύτην τὴν φύσιν ἀδύνατον ἐστι θεραπεύσαι δεῖ τὸ παιδίον πάσης ὡς εἶναι τῆς λέξεως ταύτης, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον πάσχειν πιαίνειν, καὶ ἱερὰν νόσον εἶναι. Istamq; vulgatam & Galeni lectionem mihi etiam secutus videtur Caluus. Codices Asulani asteriscum vt vitij suspicionem apponunt, & vitiosè ἃ νομίζουσι legunt. Scio quosdam ex membranis scriptis alteram lectionem adscribere, τὸ παιδίον πιαίνειν, vel τὸν παῖδα πιαίνειν. Sed cum istius lectionis Galenum testem idoneum habeam, non est cur in alia inuestiganda anxiè nimis distorqueamur. Idem quoque Com. 5. in lib. 6. Epid. Comitialem morbum παιδίον πάθος vocari scribit, huc fortè alludens. At certè nisi me Gal. authoritas moueret, παιδικὸν πάθος lubentiùs, aut παιδὸς quàm παιδίου legerem.

[10] Εἰσὶ ὃ αὖ ἀέρων δυσπεψίαι] Hic videtur esse locus quem ex hoc libro adducit Galenus Com. ad aph. 2. lib. 6.

[11] ὑγιεῖόν τε] Hunc locum ex hoc libro adducit Galen. Com. ad aph. 33. lib. 6. his verbis. ἔλεγε ὃ αὖτὸς ἐν τῷ περὶ ὑδάτων τε καὶ τόπων, καὶ ἀέρων, ἅπασα πλευρίτιδι καὶ τοῖς ἄλλοις νοσήμασιν ὑγιεινὴ, πολὺ ὑγρὰν ἔχοντας σύστασιν.

[12] Τοῦ μὲν τὰ νοσήματα] Hunc etiam locum ex hoc libro adducit Galenus initio Comment. 1. in librum 1. Epid. sed paulò aliter legit.

[13] ἐγ σκιληρούς] Hunc locum mihi subindicare videtur Erotianus, cum σκιληρούς τοὺς λεπτοὺς καὶ σκληπόδεις exponit, sed σκληρούς vitiosè apud eum legitur. σκληρὸς autem exponitur Galeno ξηρὸς, ἀφεστεγανωμένος. Sic enim dicuntur sicci, aridi, & exucci, aut emaciati, ac graciles.

[14] ἐγ κοιλίας ἀπράμονας] Hic ἀπράμονας κοιλίας indomitos ventres dicimus, eos qui non facilè solūtantur, aut in lubricos mutentur intelligentes, aut qui ab emollientibus minimè euincantur, sed qui semper contenti ac sicci manent, velut exposuimus in nostra OEconomia, quibus εὐρωῶσι opponuntur.

[15] ὑπόδημα πλευρίτιδι] Sic quidē plæraq; legunt exemplaria, meliora verò ὑπόδημα πλευρίτιδος. Alij verò legunt, νοσήματα ὃ αὖτ' εἶναι ὑπόδημα, πλευρίτιδος τε πολλαί. & hic multa immutant, sed receptam lectionem innouare magna mihi est religio.

[16] τὰ τε ἤθεα ἀχριώτερα] Hunc locum de vrbibus quæ ad Aquilones obuersæ sunt, adducit Galenus libello, Quod animi mores corporis temperaturam sequantur.

[17] Εἰσὶ μὲν αὐθράσι τὰ νοσήματα] Sic quidem legunt omnes quos vidimus codices, quidam tamen τῷ μὲν πρώτῳ legi annotant, quod etiam fecit Cornarius.

[18] ἐγ τὰ μεταξὺ θερινοῦ καὶ ἁπλοῦ] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Mihi tamen valde probatur ista codicis Augustini Guadaldini lectio, quam mihi perhumanissimè communicauit Iacobus Santalbinus Collega noster amicissimus & doctissimus. φαυλότατα ὃ τὰ ὑγρὰ φθόπυρα, καὶ τὰ μεταξὺ χειμερινοῦ καὶ ἁπλοῦ καὶ ὕδατος. vt ea aquæ maximè improbentur, quæ inter ortum hybernum & occasum scaturiginem habent.

[19] ἐγ τὰ καυσούμενα] Sic legunt vulgati codices, vitiosè tamen, quidam etiam manu scripti πεπτόμενα, alij πεπτούμενα legunt. Ex quibus aquæ quæ promptè & facilè liquescunt, intelliguntur, hoc est, emolliuntur, resoluuntur ac concoquuntur, neque ne etiam στερραὶ dici possunt, sicuti legisse Galenum existimo. Eiusmodi autem naturas ad conceptum esse ineptas, feréque steriles indicat aph. 59. & 62. lib. 5.

† *Com. in lib.* περὶ ὑγιεινῶν διαίτης.

[19] Θᾶττον ὡς ὅτι τὰ πολύ] Sic legunt omnia exemplaria, hac notione, vt ipse aër semper matutinum frigus affundat, quod radiis solaribus dispergitur & discutitur, ideoque sole illustratæ aquæ salubres redduntur. κατὰ tamen aut ἐπὶ videtur legisse Cornarius, vt postea. ἐνθεῖν autem substantiuè accipi mihi videtur. Hic autem quidam codices manu scripti legunt, τάδε ἔνδια τῷ αὐθράπων εὐχροά τε καὶ αὐτὰ δεῖ μᾶλλον ἢ ἄλλα ὧν μὴ τις νοσεῖ &c.

λαμπρότητι τε καὶ αὐθρώπου] Hunc locum ex isto libro adfert Galenus libello, Quod animi mores &c. vbi τῷ ἀρχῇ βορέᾳ legit.

[20] ἐπὶ τὰ δὲ ἑσπέρης] Locus parum integer mihi videtur in vulgatis exemplaribus, hicque mihi sensus esse videtur. Siue ventos ab occasu spirantes spectes, qui ferè autumnum referunt, siue huius ciuitatis situm, quò ad diei mutationes, consideres, qui ferè similis est ei quod plurimum inter maturinum & vespertinum tempus intercedit. Ideoque probanda videtur codicum manu scriptorum lectio, quæ habet, ἢπερ τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρης πνεύματα ἔστιν τῷ ἡμερινῷ μάλιστα, οὕτω καὶ ὅπως καὶ ταύτῃ τὸ πέλαγος. Probatur etiam mihi ista quorundam manu scriptorum codicum lectio, ἐπὶ ταύτῃ τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρης πνεύματα ἔστιν τῷ ἡμερινῷ μάλιστα καὶ ὅπως καὶ ταύτῃ τὸ πέλαγος.

[21] ἐκάστῳ μὲν οὖν ἔστιν ἰλύσθαι] Vide Athenæum lib. 2. vbi hunc locum ex hoc libro adducit.

[22] ἀλλὰ τὸ πεπιεῖν ὕδατος ὀλιγοφθόρου] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, vt eas velut nouo accedēte semper imbre refici aut augeri velit. Cornarius ὀλιγοσυφῆ legisse videtur, cùm nouam semper aquam pluuiam inferri dixit.

[23] Ἐπθολωμένα] Vitiosa sunt exemplaria quæ πεθολωμένα pro πεθολωσμένα legunt.

[24] ἐγ βραγχαλέσταις] Istud non legunt quædam exemplaria, legit tamen Caluus.

[25] ἐγ μεμυωμένους] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, plenos dixit Cornarius, molestos Caluus, haud scio qua ratione. Ego μεμυωμένους σπλῆνας velut μεμυκότας dici existimo & πεπυκνωμένους, aut σεσιφριγμένους, compressos, conclusos, ac condensatos, ac velut induratos, ab aquis niualibus & glacialibus: Qua ratione μεμυωμένων, μεμυκότων, & πεπυκνωμένων, ac σεσιφριγμένων exponitur Hesychio. At certè si quid augurari mihi liceat, existimo hunc locum subindicari & explicari à Galeno, cùm μεμωλυσμένους exponit, scribitque quosdam τοὺς κατεψυγμένους, quosdam etiam τοὺς ὑπερῤῥωγότας καὶ λιθώδεις accipere. Sed certè pro μεμωλυσμένους, μεμυωμένους legendum apud Galenum censeo, vt lienes velut ab aquis niualibus ac glacialibus refrigeratos, aut indurato ac lapideos indicet. Istaque à μύω mihi deducta videntur. Cornarius autem & Zuinggerus à μῦς deduxerunt, cùm in tumorem rotundum elatos ac plenos acceperunt. Paulo post verò pro καθελκυσθῆναι, quædam exemplaria manu scripta καθελκυσθῆς legunt.

[26] παῦ τι κοιλίας ξηροτάτας] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen στερροτάτας legisse videtur.

[27] τῶν μὲν τὰ νοσήματα] ξυμφορὰ νόσημα hîc accipio velut Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. ξυμφόρους νόσους exponit τοὺς ἐκ παλαιοῦ χρόνου καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐξεθισθέντας, velut vna nobiscum educatos ac connutritos, hoc est, assuetos, familiares ac diuturnos, velut scripsimus in nostra Oeconomia.

[28] τῶν ὃ γίνεσθαι ὑπὸ ὕδατος] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Sed quidam codices manu scripti hanc habent lectionem, τῶν ὃ γίνεσθαι ἐκ τῶν ὑδροπότων αἰτίαν.

[29] ἑκατὸν εἶη] εἶη pro ἐστὶν habent exemplaria omnia, vt & paulò post, ἀγαθοὶ εἶεν pro εἰσὶ.

[30] ἄριστα ὃ] Hunc locum adducit Athenæus lib. 2. ex libro περὶ πότων & λόγων ξηρῶν legit, paulòque aliter.

[31] παῦ μὲν πάντα πίνειν] Sic quidem legunt omnes quos vidimus codices, quidam tamen τῷ μὲν πρώτῳ legi annotant, quod etiam fecit Cornarius.

[32] ἐγ τὰ μεταξὺ θερινοῦ καὶ ἁπλοῦ] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Mihi tamen valde probatur ista codicis Augustini Guadaldini lectio, quam mihi perhumanissimè communicauit Iacobus Santalbinus Collega noster amicissimus & doctissimus. φαυλότατα ὃ τὰ ὑγρὰ φθόπυρα, καὶ τὰ μεταξὺ χειμερινοῦ καὶ ἁπλοῦ καὶ ὕδατος. vt eæ aquæ maximè improbentur, quæ inter ortum hybernum & occasum scaturiginem habent.

[33] ἐγ τὰ καυσούμενα] Sic legunt vulgati codices, vitiosè tamen, quidam etiam manu scripti πεπτόμενα, alij πεπτούμενα legunt. Ex quibus aquæ quæ promptè & facilè liquescunt, intelliguntur, hoc est, emolliuntur, resoluuntur ac concoquuntur, neque ne

hypochondriis hærent. Zuinggerus tamen ista actiuè sumere mauult, vt aquas ad eliquandum & coquendum maximè opportunas intelligat. Verùm nobis esse suspectam illam lectionem in nostra Oeconomia indicauimus, & ϑερμότατα legendum esse monuimus, vt aquæ maxime molles, ac velut coctione eliquatæ & emollitæ, ac delicatæ accipiantur, hoc est, quæ facilè coquantur ac resoluantur. Quibus τὰ ἀπέφθεγματα καὶ σκληρὰ statim opponit. Cornarius certè τὸ πίνειν ϑερμότατα mihi legisse videtur. Caluus vero ἔφην αἴσιον καὶ ϑερμότατα.

34 τὰ μὲν οὖν ὄμβρια] Hunc de aquis pluuiis locum affert Paulus Ægineta, & exponit. † *Cap.50.lib.1.*

35 πρὸς τε γὰρ ἀφυὴν] Illud πρὸς ἀφυὴν fortè ad Platonica elementorum principia referendũ videtur, vt τῶν πυρὸς ἀφυὴν dicit Theophrastus lib. περὶ πυρὸς, & Caluus aquæ principium dixit. Paulus verò vbi hunc locum explicat, τὸ λεπτότατον καὶ καθαρώτατον simpliciter extulit.

36 ϑερμὰ μὲν οὖν εἶναι αἴσια] Sic quidem legunt vulgata omnia exemplaria, quidam tamen ex codicibus manu scriptis, ἀγαθὰ εἶναι legunt. Verùm aquas pluuias optimæ notæ esse scribit Paulus cap.50. lib.1.& Gal. ex Hippocr. Com.4. in lib.6.Epid.

37 καὶ ἀποσήπεται] ἀποσήπεται lego cum Corn. aut ἀπαθαίνεται, etsi ἀποσήπεται legunt omnia exemplaria, quod à putredine vindicari indicare potest. ἀπὸ enim in compositione interdum priuationem significat, vt in ἀπαυδᾶν, & in ἀποκναίστερον (quod ἀφροντιστότερον exponit Gal.in Exegesi) item ἀπολαγχάνω & ἀπολείχω.

38 ὁκόταν γὰρ ἅπαξ παγῇ] Hac de re vide Plinium cap.3. lib.31. & Paulum cap.50.lib.1.

39 ὅτι ὑπὸ τῆς πήξεως ἀφανίζεται] ἀφανίζεται τὸ κυφότατον legunt exemplaria Aldina, Germanica verò καὶ καταξηραίνει addunt, quod non legit Caluus.

40 μὴ ἡ ὑσμαχος τῆ κύστει ξυμπέφρακται λίθῳ] Sic quidem legunt publicata exempl. Germanica, reliqua ξυμπέπρακται & asteriscum apponunt, suspectæ lectionis notam. Nec dubium est quin ξυμπίμπρασϑαι legerit Cornarius, vt vesicæ & vnà cum vesica ardescens aut igneum intelligat. Quem in sensum vnà cum ea conspirans diximus, quod per ξυμπέφρακται indicatur, quod paulò post πωϑὶ πάσχειν dicit, etsi de aperto ac minimè obturato, sed amplo, vesicæ osculo accipi potest. Quam in notionem valde placet codicis Augustini Guadaldini lectio, quæ ξυμπέφεκε habet, vt minimè occlusus sit vesicæ stomachus.

41 καὶ συμφέρει] Sic quidem legunt omnia exemplaria, quæ lectio valde est popularis, significatq; in vesica manere ac colligi, coaceruari, & concrescere quod in vrina est maximè crassum & returbidum ad calculum generandum. Sed Galenus in Exegesi φέρει legisse videtur, cum ex hoc libro adducit, & τὸ οἷς οἰκεῖ exponit, velut inhabitat, aut versatur, vt indicauimus & expressimus in nostra Oeconomia. Quod facit vt ista quæ in vulgatis codicibus libro de Capitis vulneribus annectuntur, rectè ab interpretibus ad hunc locum sint restituta. Hic autem παχύτατον καὶ ϑολωδέστατον, vt antea lego, pro χολωδέστατον, quod etiam in codice Augustini Guadaldini legi audio.

42 ϑᾶσσον ἢ ἥλικον αἰδοίοις] Istud longè aliter mihi videtur legisse Caluus. Codex verò Augustini Guadaldini legit, ϑᾶσσον ἢ ἥλικον λίϑοι καὶ γόνῃ ὁμοίως.

43 ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυωτέρω] ξυωτέρω legit codex Augustini Guadaldini, & subiungit, οἱ ἢ αἴδρεις καὶ οὐ ϑύτεροι, & διὸ οἱ ὀρνιϑίαι καὶ ἀρσὲς, καὶ πίονες πολεῖοι, καὶ οἱ παῖδες. Quidam tamen pro πίονες ὑρεῖοι legunt, sed postea, οἱ ὀρνιϑίαι εἰσὶν εὐρεῖς legunt.

44 ὅϑεν αὖτις ἐνδυμεύμενος] ὅταν δ' αὖτις ἐνδυμεύμενος legunt exemplaria quædam manu scripta. In Regio verò vno manu scripto codice sic legitur hoc principium, ὅταν ὁ αὖτις ἐνδυμεύμενος διαγινώσκῃ. Hic verò vbi ϑεὶ δ' ἐπὶ legitur, codex Augustini Guadaldini ϑεὶ δ' ὑρέων legit.

45 ὡὸ μὲν γὰρ κῦ λέγον] Hunc locum ex hoc libro adducit Gal. ad aph.8.lib.3. & paulò aliter legit. Quid autem sit ἄλλος χεμὼν, in nostra OEconomia aperuimus.

46 ὡὸ ἢ ὁ μὲν χειμὼν] Hunc locum integrum adducit Gal.ex hoc lib.Com.ad aph.11. lib.3. & paulò aliter legit. Pro ὐχμηρὸς autem ξηρὸς habent exemplaria manu scripta.

47 καὶ ὀφϑαλμίας ἐμποιεῖν] αἰέγκυπτα διὰ ϑέρος πυρετώδεα ἔῃ, καὶ ὀφϑαλμίας, καὶ δυσεντερίας ἐγγίνεϑαι, legisse videtur Galenus, vt rectè reponunt interpretes. Exemplaria verò manu scripta legunt, καὶ τὰ ϑέρεα ὀφϑαλμίαι γίνονται ἰσχυραὶ, ϑᾶσσι τε πισὶ καὶ γυναιξὶ πυρετοί.

48 αἰέγκυπτα διπλοῦν τε καῦμα ἔῃ] Sic legunt exemplaria publicata vitiosè pro διπλόον. Galenus verò διπλοῦν legit.

49 τῆ τε κοιλιῶν μὴ ξυεσκυκότων] μὴ ξυεσκυκυῶν legit Galenus, etsi satis mihi conscius sum, Mercurialem & Zuinggerum summos in arte Medica viros, ista verba, alium in locum reiicere.

50 μὴ δὲ πλαδᾶν] pro πλαδᾶν, σωτήκεσϑαι legit Galen. & σωτιμπῆναι, pro ϑατήκεσϑαι. Sunt verò qui pro πλαδᾶν, φλυδᾶν aut μυδᾶν legũt,

51 καὶ ϑῆσιν οὔλοισι ϑῆς ὑγροτάτοις] καὶ ϑῆσιν αἰδρόοισι ϑῆσιν ὑγροτέροισι legit Galenus, vt & exemplaria quædam manu scripta.

52 καὶ ὡὸ μὲν ϑηλυκοὺς] Istis etiam verbis hunc locum attribuit Galenus Com.ad aph.11. lib.3. etsi vitiosè paulò leguntur nostris in codicibus.

53 ὡὸ ἢ ὁ μὲν χειμὼν] Vide aph.12. lib.3.

54 πρὸς τὸ ἦει ἐκπεζότικεν] Sic distinguunt omnia exemplaria, sed lego, καὶ ὁ τόκος αὐτέοισιν ἢ πρὸς τὸ ἦει, cum Interpretibus.

55 ϑῆσι μὲν οὖν φλεγματίῃσι] Hæc verba ex hoc libro adducit Galenus Com. ad aph.12.lib.3.

56 ὀφϑαλμίαι ξηραὶ] ὀφϑαλμίας ξηρὰς legit Galenus.

57 ϑῆσι ἢ παρισβύτῃσι] Galenus legit, ϑῆσι ἢ ἄγαν παρισβυτέῃσι, & πρὸ ἐκπύων τοῦ φλιαροῦ. Quam lectionem sequitur Cornarius. Reliquum etiam sic legit Galenus, ὥς τε ἐξαπίνης ὑπόλυσις, πρὸ ἢ παραπλήσιος γίνεται τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερά. Quam lectionem partim secuti sumus, quòd eam bis repetat Galenus, nec horum verborum [ὑπὸ φρενίτιδος] meminerit. Vitiosa autem sunt exemplaria, quæ πρὸ ἀμείνονα pro ἀμείνονα scribunt.

58 ὁκόταν γὰρ τῷ χειμῶνος ἔωσιν νοτίῃ καὶ ὑπομβρίῃ καὶ ϑερμῇ legit. Quædam exemplaria νοτίῃ & διαβρόχῳ καὶ ϑερμῇ, habent. τὸ σῶμα verò lego, pro τῷ πώματι cum omnibus interpretibus, & ἕδει pro ἴλῃ vt legitur in Augustini Guadalini codice manu scripto, etsi Cornarius ξυνίῃ legisse videtur, & πλωικαῦμα ἅμα πρὸ ἦει πήγνυϑ' cum Caluo. At verò in his quæ sequuntur Corn. secuti sumus, & illud, καὶ λειοψυχίαι καὶ ὕδρωπες ad hunc locum retulimus. Etsi exemplaria quædam manu scripta sic hunc locum legunt, vt post ϑατήκεται hæc addantur, ἄσσα πολίμια αἰϑρώποισιν ἐόντα νόσους ποικίλους ἐπιφορέει. & γὰρ λειοψυχίαι καὶ ὕδρωπες ἀπαγίγνουϑ', καὶ τελευτῶσι ϑῖσι νοσεύμασι.

59 ὡὸ ἢ τὸ ϑέρος ἐπομβρεῖν] Huius loci meminit Galenus Com. ad aph.13.lib.3.istóq; ordine collocat, sed vitiosè legitur nostris in codicibus Græcis.

60 καὶ τὸ μεσόπωρον] καὶ φθινόπωρον αὐξάνοις legit Galenus, quam lectionem cum omnibus Interpretibus secuti sumus. Quod sequitur, καὶ ϑῆς φλεγματίῃσιν, aliquantum suspectum videtur, quòd horum nihil omnino adscribat Galenus, tum quòd pluuiosæ & austrinæ tempestati non admodum familiares aut congruentes, hi morbi videantur.

61 ὡὸ ἢ τὸ ϑέρος αὐχμηρὸν γλῳῆ] Vide aph.13.lib.3. vbi istius loci meminit Galenus, & ϑέρος αὐχμηρὸν & βόρειον, & τὸ φθινόπωρον ὑπόμβριον καὶ νότιον legit, quam lectionem cum Interpretibus secuti sumus. Vitiosa quoque sunt exemplaria quæ φύσας pro φθίσας legunt, quæ tamen secutus est Caluus.

62 ὡὸ ἢ βόρειόν τι ἦ] Vide aph.14.lib.3.vbi huius etiam loci meminit Galenus.

63 ὀφϑαλμίαι ξηραὶ] Pro ξηραὶ ἰσχυραὶ legunt exemplaria quædam manu scripta, sed ξηραὶ bis legit Galenus.

64 τῆς γὰρ χολῆς] Istud sic legit Galenus, τῆς γὰρ χολῆς τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀποξηραίνῃ καὶ αἰαλίσκῃ, τὸ ἢ παχύτατον & δεινότατον λείπῃ καὶ τῷ αἵματος κῦ τ' αὐτὸν λόγον, ἀφ' ὧν ϑῶν τὰ ὀσφήματα ἀπῆς γίνεϑ' Quædam etiam exemplaria manu scripta, pro ἄφνω, ἐφ' ᾧ legunt.

65 ἀποξηραίνουϑ' γὰρ] Hunc locum sic legit Galenus, αὐαξηραίνουϑ' γὰρ & εἰς τὰ χειμῶνα ἀφικνούμενα ὑπὸ πλαδῶντες, ἀλλὰ αὐαξηρανόμενοι, hoc sensu. Resiccantur enim & ad hyemem superflua humiditate minimè diffluentes, sed reliccati perueniunt. Quam lectionem sequuntur Interpretes. Eodem tamen recidit vulgata lectio, vt similium temporum successione reliccati, ad hyemem perducantur.

66 κῦ ϑῶν πὸς] Quæ ante hæc leguntur, ὡὸ ἢ ὁ χειμὼν βόρειος, suspecta sunt, cùm paulò ante iam scripta sint, ideóq; cum Interpretibus ea reiecimus. ὀνοσεύμβρους autem exemplaria quædam manu scripta legunt, pro ὁ νοσεύμβρους.

67 ϑᾶ ἢ λήγῃ] λύῃ pro λήγῃ legunt exemplaria quædam manu scripta.

68 πρὸ ἀσίλου πλεῖον] Hunc locum adducit ex hoc libro Galenus libro, Quòd animi mores corporis temperamentum sequuntur.

69 καὶ ϑᾶ' ἔϑνεα τοῦ ἀνϑρώπου] καὶ ϑᾶ' ἤϑεα τοῦ ἀνϑρώπου ἀμείνονα legit Galenus. Exemplaria quædam manu scripta ἐυεργότερα legunt, pro ἐπεργότερα.

70 ὅτι ὑπὸ ψύχεος βιαιόμενα] Sic legunt omnia exemplaria. Sed Galenus lib. Quòd animi mores &c. ὑπὸ ψύχεος πάϑῃ legit, si modò vera est lectio.

71 τὸ ἢ αἰδρεῖον] Hunc locum producit Galenus lib. Quòd animi mores &c. sed ϑαλάττωρον legit, & ἄμπυον omittit. Certum autem est interpretes omnes ϑαλάττωρον legisse, cũ ἀπαλάττωρον habeant omnia quæ videre licuit exemplaria. Et certè ἄμπυον & ϑαλάττωρον rectè iungũtur, & Asiaticorum imbellis & delicata natura malorum ærumnarum & laborum tolerantiam refugit.

72 κὰτὰ

72 μὴ τε ὁμόφυλον] οὔτε ὁμοφύλου, οὔτε ἀλλοφύλου legitur apud Galenum, vitiosè tamen. Idem quoque, ἀλλὰ πάνυ ἰδιολῶν ἀνάγκη χρᾶσθαι, legit. Etsi verò ea notione quam adscripsimus sensus rectè constare potest, hic tamen totus locus non parum suspectus habetur.

73 τῶν ὑλίου τῆς ἀναπολῆς τῆς χειμερινῆς] pro χειμερινῆς, θερινῆς legit Augustini Guadaldini codex manu scriptus, quòd constet ad æstiuum Solis ortum positam esse Mæotidem paludem, non ad hybernum. Nam ortus hybernus ad Capricorni Tropicum infra Æquinoctialem, versus polum Antarticum situs est. Mæotis autem palus ad ortum æstiuum versus Tropicum Cancri, & versus Arcticum polum, ab omnibus est posita, vt cuiuis vel in Geographia mediocriter versato manifestũ esse potest. Quod non mediocriter Cardanum torsit, qui tamen vulgatam lectionem retinuit.

74 εἰσὶ γὰρ φύσεις] ἀνδρώδεσί πῃ καὶ ἀφύδρεσιν legunt vulgata exemplaria, quæ secuti sumus cum Cornario. ἐφύδρεσιν tamẽ habent exemplaria quædam manu scripta, quæ secuti sumus cum Cornario, ἀνύδροις autem habent exemplaria quædam manu scripta, quæ secutus videtur Caluus, quædam etiam ἀφύδροις. Quæ sanè lectio non improbatur.

75 αἱ δὲ λειμακεστέρσις] λειμακέστερσι exponuntur Erotiano λιμακώδεσι, nẽpe hoc subindicato loco, qui etiã addit λέγουσι δὲ οἱ λιμώδεις, καὶ κατάυχοι, καὶ ὀμαλοὶ τόποι. Ac certè existimo λιμακιστέρσις & λιμακώδεσι apud Erotianum legendum esse, & huc referendum.

76 ἐ γὰρ γόνῳ-] Hunc locum innuere videtur Gal. libello, Quod animal sit quod vtero continetur, aut certè alium huic similem, velut lib. περὶ γονῆς. aut libr. περὶ ἐμβρύου, qua de re antea scripsimus.

77 ὡς ἐπ γόνου ὡς πρόπερσιν] ἢ πρότερσιν legunt exemplaria quædã.

78 ἀλλὰ μονοξύλοις] hunc locum in OEconomia nostra expressimus.

79 ἀναλθέες εἰσὶν] Sic quidem legunt quæ omnia vidimus exemplaria, sed nos ex Erotiano & Galeno ἀναλεῖς legimus, & ἀναλθῆ, ἀτόφορα explicamus, vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi etiam monuimus quosdam hîc ἀναλκέας legere.

80 ἠέρ τε πυκνὸς] Aërem caliginosum dicimus, cùm nomine aëris hîc qualitas indicetur, constetq; Græcis sic sæpè aëris vocem sumi, deinde quòd ex paludibus aër caliginosus nascatur, quodque totus Euxinus Pontus nubilosus sit.

81 καὶ διερῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed pro διερῷ Erotianum λιερῷ hîc legisse scripsimus in nostra Oeconomia, & σποδυνῷ καὶ αὐανῇ exponere.

82 περὶ μὲν ἡ φύσιος] ἢ περὶ μὲν ἡ φύσιος legunt exempl. manu scripta, Quod verò sequitur ἐν τῇ Ασίῃ καὶ τῇ Εὐρώπῃ, quidam vltima verba expungenda existimant, quòd nondum de Europæis verba fecerit, & Phasiani ab omnibus inter Asiaticos annumerentur, & nominatim à Xenoph. lib. 4. περὶ ἀναβάσεως: tum etiã quòd paulò pòst cùm ad Europæos accedit, περὶ δὲ τὴν ἐν τῇ Ασίῃ solùm scribat. Deinde harum dictionum περὶ μὲν, & περὶ δὲ, vis inspicienda & coniungenda videtur.

83 περὶ δὲ ἡ ἀθυμίης] Hunc quoq; locum adfert Gal. libello, Quòd animi mores, &c. Sed longè aliter legitur & vitiosè nostris in codicibus. ἀπολεμώτεροι etiam quædam exemplaria legunt, pro ἀπολεμώτεροι.

84 αἰεί τε ἐγείρουσι] αἰ τε ἐγείρεσι legunt codices quidam manu scripti, & ἐῶσαι pro ἐῶσι, vt & Aldina exemplaria.

85 ἄναλκες ἔᾳ] ἄναλκες hîc ἀβοήθητον mauult significare Erotianus, quã ἄνανδρον aut ἀδύνατον. Quod effecit vt omni ope aut auxilio destitutum dixerim hoc est auxiliaribus aut militaribus copiis, etsi imbelle rectè dixerint omnes interpretes, quod ἄνανδρον & ἀδυνὲς exponunt, vt scripsimus in nostra OEconomia.

86 ἠπιωδέας τοῦ γένους] Sic quidem legunt quæ adhuc videre nobis licuit exemplaria, hoc quidem sensu, vt cogantur regionem deserere propter rei militaris imperitiã ac otium, sed ἀπολιμίων ἢ ἀγύνις lego, vt habent plæraque exemplaria & Aldina, etsi vtramq; lectionem videtur secutus Caluus. Mihi tamen valdè probatur Zuinggeri lectio, ἡμεροδέας τοῦ ὀργίου, vt necesse sit huiusmodi hominibus mitiores esse animos, propter rei bellicæ inertiam. Quam quidem lectionem desumptam audio ex codice Augustini Guadaldini & Octauiani Ferrarij.

87 ἀρίστεσσι δ'] Hunc locum adducit Galen. libello. Quòd animi mores, &c.

88 ὑπὲρ τὰ ἱερὰ θύουσαι] Θύωσι legunt exemplaria Regia manu scripta. Caluus etiam παρὰ Νομίῳ legisse videtur.

89 ἢ ἐπ' ἀυτῇ ζυτέῳ] ἢ ἐπ' ἀυτῷ, pro ἢ ἐπ' αὐτῷ legunt exemplaria quædam.

90 ἢ λιμακώδης] λιμακώδης legunt Erotianus & Gal. vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi istum locum expressimus, & ad Galeni expositionem adduximus.

91 ἢ ψιλὴ] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quæ nudam & arboribus carentem solitudinem significant. Quædam verò exemplaria vt Aldina ὑψηλὴ legunt, quam lectionem Caluus & Cornarius secuti sunt.

92 αὖ δὲ ἢ πλοῖς ἐφειρεσμένοις] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus & Cornarius πλοῦ legisse videntur. Erotianus autem πλοίοισι legit, additq́ue, πλοῖ κελεοῦ δὲ λέγουσι τὰ σκαπτόμενα σκαφίδια χάριν πεποιημένα. Istamque lectionem secuti sumus, & πλοῖς legimus, cùm coactilibus & lana crassa compactis obductos currus duximus, etsi πλοῖς adiectiuè ferri potest, quod πλωτοῖς exponit Hesychius. Qua de re susiùs in nostra OEconomia.

93 τοῦτο δὲ ἢ γενὰ] Sic quidem omnes codices legunt, eamq; lectionem secutus sum. Cornarius tamen δένη mihi legisse videtur, quasi δένδρα.

94 ἢ τὰ πρόβατα εἰρητῇ] Hîc τὰ πρόβατα pecorum possessionẽ & armentorum gregem mihi significare videntur, non oues tantum. Eoq; respexisse videtur Erotianus cùm scribit, πρόβατα, οὕτω καλεῖ κοινῶς πάντα τὰ τετράποδα νῦν. Hanc enim dictionem proximè post (πλοῖσι) subiungit. Quod significauit Caluus, cùm vaccarum, & equarum & ouium armenta dixit.

95 ἢ ἐπακτὸν τρώγουσι] Hac de re abundè scripsimus in nostra OEconomia, simulq; hunc locum exposuimus. Exemplaria autem scripta hîc μετέρχονται pro ἔρχονται legunt.

96 ἀλλ' ἀνάντη ὑπὸ τῆς ἄρκτου αὐτόθι.] Sic quidem legunt exemplaria Germanica, quæ secuti sumus cum Caluo, Cornario & reliquis Interpretibus. Qua de re vide Arist. cap. 1. lib. 2. Μετεωρολογ. Codices manuscripti ἀλλ' ἢ αὐτῇ legunt. Asulanus codex ἀλλ' ἢ ὑπὸ τῇ, & asteriscum apponit suspectum locum faciens.

97 ἢ ἁβρὰ καὶ ὑγρά] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria ἁραβρα tamen lubenter lego, vt præ humiditate ac crailitie minimè articuli ac iuncturæ conspiciantur aut appareant, quod antea dixit ἄβρον κατάδηλον οὐδέν. Annotauit autem quidam codices quosdam ἰωβρὰ habere. ἄδενα verò, eneruatos eorum habitus & sine robore propter mollitiem indicat.

98 ἐν τῇ τοῦ γόνου ξυμπύξῃ] ξυμπήξῃ aut ξυμμίξῃ legisse videtur Cornarius, & vtramq; lectionem adscripsisse. Caluus verò ἐν τῇ τοῦ σώματος ξυμπήξει legit. Vitium autem redolent exemplaria, quæ ῥωμὸ pro γόνῳ legunt. Quod sequitur etiam codices sic scribunt: ἰῶ μὰ πᾶσι ἀνάγκης διαὶ τύχῃ ἂν, ἢ τόγου, ac fortè melius, εἰ τύχῃ ἂν.

99 ῥοϊκὰ δ' γάπ'] ῥοϊκὰ lego cum interpretibus omnibus, vt fluida, laxa, fluxa, & mollia Scytharũ corpora significet, etsi ῥοϊκὰ legisse Galenum existimo in Exegesi, cùm καμπύλα exposuerit, vt scripsimus in nostra OEconomia. Quo sensu distorta & incurua vertit Caluus, quod accidit ob corporis proceritatem, longitudinem, & articulorum mollitiem ac laxitatem.

100 ἐδὲ νομίζεσι] Istud de instituto patrio, aut lege ac consuetudine sumo, vt minimè illis consuetum sit pueros in cunis fasciis inuoluere, vt corpora vastiora, crassiora & carnosiora euadant & ad insidendum aptiora & firmiora. Scio aliam esse Cornario & Caluo notionem, ista tamen ad Hippocratis mentem mihi probè accedere videtur. Codices autem manu scripti quidam, εὐίδρους pro ἐνέδρους legunt.

101 πυῤῥὸν δ' τὸ χρῶς] Id testatur Galenus libro 2. de Temperamentis.

102 ἐ γὰρ φθάνουσι] Caluus longè aliter hunc locum legit, & pro φθάνουσι, χαίρουσι legere videtur, quod secutus videtur Cornarius, qui negationem tamen non apposuit.

103 ἀνανδρείης] ἀνδρίης legunt exemplaria Aldina, vitiosè vt patet, sed pro hac voce ἐναίης ex Herodoto reponit Mercurialis, vt scripsimus in nostra OEconomia. Ac fortè corrupta illa vox ex hoc loco restituenda, quòd ἐναίης bellicosi Ionibus dici quibusdam existimentur.

104 κίδματα λαμβάνει] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia, cùm dictionem istam explicaremus. κρεμαμφὼν autem lego: non κρεμαμφῶν, vt habent exemplaria omnia.

105 οἱ ἂν σφόδρα νοσήσωσι] Sic quidem legunt quotquot mihi videre exemplaria licuit, eo sensu quem expressimus. Caluus tamen ista sequentibus iungit, cum quibus aptiùs cohærent. At Codex Aldinus huic loco asteriscum apponit, vt vitij notam indicet, quod certè mihi vero est simile.

106 εἰσὶ γὰρ οἳ δὴ τὰ ὦτα φλύζεις] Huic loco respondet quod antea scriptũ est lib. περὶ γονῆς. ὁκόσοι δ' παρ' ὃν πλημμύρεσι εἰσὶν, ὥστε λαγνίουσι μὲν καὶ ἀφίασιν, ἐλίγον δ', καὶ ἀδενὲς, καὶ ἀγονον. χαρίεν δὲ τὸ πεῖσον τὸ γόνου, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς· φθάνει δὲ τὰ ὦτα, εἰς τὸ παπαῖον μυελόν. Ex hac autẽ venarũ sectione nimia sanguinis profusione cerebrũ imbecillius redditũ, & spirituum vitalium influxu priuatũ, ad reliquas obeundas actiones, & generationẽ præcipuè minus est idoneum. Etsi istud quidam neruis præfectis tribuunt, quos post aures ex-

sexta neruorum coniugatione, in testes & seminaria vasa deferri asserit Vesalius.

107 ἢ ἅπαξ ἀλεξησίδας] Sic quidem legunt exemplaria publicata, scripta verò ἀλεξυσίδας, quomodo alij omnes, & ratio etymi apud Eustathium indicat, ἐκ τῆς ἀλασύρεσθαι, quam dictionem in OEconomia nostra exposuimus, simulque hunc locum expressimus.

108 ἢ ἀναδρωθῶσι] Istum quoque locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia. At Caluus ἀνδρωθῶσι mihi legisse videtur.

109 ὅσα τετίων εἰκὸς αἰσχυντίας πλέω φύσιν] εἰκὸς ἔστι γίνεσθαι legunt exemplaria manu scripta quædam.

110 δίοπ τε ἕδρα διαλάχθαι νομίζω] διαλάχθαι legunt exemplaria quædam.

111 αἱ γὰρ φθοραὶ πλείονες ἐγγίγνονται] τῶ πίνω pro τῶ γένει legunt exemplaria quædam, quæ secutus videtur Caluus, cùm debilitari & vires perdere dixit.

112 καὶ τὸ ἀμίαντον] Sic quidem legunt omnia exemplaria, quod morum integritatem, fidem, ac constantiam & pertinaciam significat. Sed ἄμικτον lego ex Galeni libello, Quòd animi mores &c. (etsi illic ἄμυκτον vitiosè legitur) quod minimè sociabile significat, aut non coibile (vt loquitur Gellius) quodq; hominum societatem & communionem auersatur, quales sunt natura agrestes & feri, solitarios & sæuos dixit Caluus. Sunt tamen qui ἀμίλικτον pro ἀμίαντον legunt, quod durum & implacabile significat, cui τὸ ἥπιον opponit, vt & τῷ ἀγρίῳ τὸ ἥμερον.

113 διὸπ εὐψυχοτέρους] Sic lego potiùs quàm καὶ ὅτι εὐψυχοτέρους, quod legunt exemplaria Aldina vitiosè.

114 ἐν ᾧ τῷ μεταβαλλομένῳ] Eadem exemplaria vitiosè legunt, ἐν ᾧ τῷ καταβαλλομένῳ.

115 ὁκόθι μὲν χώλου] Hunc locum adducit Galenus libello, Quòd animi mores, & paulò aliter legit, ὑγιαλοῦ καὶ αὔυδρον cum Galeno lego, etsi ψιλοῦ καὶ ἔνυδρον legunt exemplaria plæraque.

116 ἠδὲ κρηνίαι] Sic legunt omnia exemplaria, etsi Aldina asteriscum apponunt, cuius dictionis vim & explicationem in nostra OEconomia adscripsimus, & Galeni & Erotiani expositionem secuti sumus. Galen. libello, Quòd animi mores, &c. ἠδὲ ἀμικτίαι legit, quæ videtur esse istius dictionis explicatio.

117 ἢν αὖ ὁμοίως ἐνεῖη] ἢν αὖ ὁμοίως ἔχοιεν legit Galenus, & νόμῳ ᾧ πρὸς ἡγεμόνας ὑπεφάπτει. Vbi νόμων exprimit, πῶς νέμειν ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ τὸν βίον διαγωγὴν, λυδὸν δὲ καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν, καὶ σωφροσύνην ὀνομάζομεν, vitæ institutum, educationem, viuendi modum, mores vernaculos, & patriam consuetudinem.

118 τὸ γαστρὸς ἀτιμία εἶη] Sic legit exemplarium magna pars, quædam etiam πρὸς γαστρὸς ἅπαν εἶη καὶ ἀπολλύσα. Cornarius verò φρεατία, pro κρίσεσι mihi legisse videtur. Zuuingerus autè λιμνάδα. Vitiosè etiam quædam exemplaria, ἐδώδια pro ὀδώδια habent. Istam verò dictionem exposuimus in nostra OEconomia, simulque locum istum expressimus.

119 καὶ λείου] καὶ λιαροῦ legit Galenus & quædam exemplaria manu scripta, quòd læuem, planam, æquabilem, quasi λίαν ἴσου significat vt τραχέῖ opponatur. Quod sequitur sic legit Galenus, εἴων αἱ ἕδρα μεγάλοι, καὶ εὐθέσι ῥᾳδιουργίαι καὶ αὐανδρότεραι καὶ ἡμερώτεροι τύποι αἰγνωμαι.

120 ὁκόθι δὲ λεπτά τε] Pro λεπτὰ λυσσὰ legisse Galenum existimo in Exegesi, cùm λυσσὰ φιλαὶ & ξηραὶ χοιρεία exponit, vt scripsimus in nostra OEconomia, hoc subnotato loco.

121 ταῖς δὲ μελαβολαῖς] Sic legit magna codicum pars, quam lectionem cum Caluo retineo, quam etiam in Augustini Guadaldini codice scriptam esse audio, etsi quædam exemplaria ὁ κέχριγκε legunt, Galenus autem ὀκ ἄκριτα ἔχοι legisse videtur, cum ἄκριτα vitiosè scribant nostra exemplaria.

122 καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε] καὶ τὰς ὁρμὰς αὐθαδείας τε legit Galenus, vt mores & animi impetus arrogantes, & nimium cõfidenter sibi placentes intelligas. Quòd si vulgatam lectionem retineas, mores rigidos, & animum implacabilem ac contumacem significat. Has autem dictiones exposuimus in nostra OEconomia.

123 καὶ ἡ χώρη ἐν ᾗ αὖ πε τρέφει] Sic legunt plæraque exemplaria quæ secutus sum cum Interpretibus. Quædam etiam ἐν ᾗ ἀνατρέφει legunt, minus rectè (vt opinor) quæ secutus videtur Caluus.

124 ῥήσεις γὰρ ὅτι τὸ πλῆθος] ὅτι τὸ πολὺ legit Galenus, & ἕδρα.

125 ἢ γὰρ πυθρὰ] Sic quidem legunt omnia ferè exemplaria, quædam etiam πικρὰ, quam dictionem sæpè vsurpat lib. περὶ φύσιος παιδίου. Apud Galenum πικρὰ vitiosè legitur. Quidam etiam τικρὰ legunt, quod Ionicum est, pro τικρὰ, ad quod accedit Galeni lectio, facilis enim lapsus est à τικρὸ in πικρά.

126 καὶ ἅ ὕδατα καθαρὰ μετέωρα] καθαρὰ μετέωρα ἔχειν legit Galenus.

127 ὡς ὅτι τὸ πολὺ] Istud subsequentibus iungit Galenus, sicque legit, ὥς τι ὅτι τὸ πολὺ τὸν χρόνον καὶ τὴν ὑγιηρὴν ὕπνον ἐν αὐτοῖς ἰδεῖν. Vitiosè autem in nostris Galeni codicibus παλαιπυρεῖ pro ἀλαλαιπορεῖ legitur.

128 ἢν ἀνώχυρος] ἀνώχυρος regionem non munitam aut defensam syluis significat, vt diximus in nostra OEconomia. Cornarius natura munitam dixit, quòd esset accessu difficilis, vt vertit Caluus. Sic autem legit Galenus. ὅτου δ' ἔστιν ἡ χώρη ψιλὴ, καὶ χίονι ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιεζομένη, ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεκαυμένη.

129 καὶ ἰσχνοὺς] ἰσχυροὺς legit Galenus, quam lectionem secutus est Cornarius. Idem δ' πόνους καὶ δυσκίνητα ἤθεα legit.

130 τὸ τε ἐργαστικὸν] Galenus legit τὸ τε ἐργαστικὸν οἷόν τ' ἐνεῖον ἐν τῇ φύσει τῇ τοιαύτῃ καὶ τὸ ἄχρυπνον.

131 καὶ τὰ πολέμια] τὰ πολέμου, legit Galenus..

IN LIBRM DE FLATIBVS.

EISI τινες] Hic libellus qui περὶ φυσῶν passim inscribitur, ab Erotiano inter ἀπολογικὰ & φυσικὰ meritissimè recensetur, φῦσα autem hic & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. ex Erotiani mente, τὰ ἐν ἡμῖν πνεύματα indicat, & flatum aut spiritum crassiorem qui in corpora nostra subit, significat, & τὸ πνεύματος nomine sæpe effertur, vt & aër qui corpora nostra ambit. Hic autem libellus etsi à multis Hippocratis authoritate diminutus censetur, plurimis tamen de causis ab artis nostræ dictatoribus, Erotiano præcipuè & Galeno inter Hippocratis fœtus non ingratiis reponitur.

2 ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς] Hanc quidem sententiam Hippocrati tribuit Gregorius Nazianzenus in Apologetico, & in Epitaphio Cæsarij, quod etiam annotauit Hieronymus Mercurialis.

3 καὶ τὰ μὲν φλαῦρα τῶν ἰητρῶν]Post hæc verba, μούνοισι τοῦ ἰδίου addunt exemplaria quædam Regia manu scripta, quæ etiam legisse videtur Caluus.

4 ὃ μὲν χλωρηΐδι δεῖ] Hunc quidem locum subindicare videtur Galenus lib. 8. de Administ. Anatom. & paulò aliter legere his verbis: σὺν ᾗ τρισὶ καὶ τέτρασιν ὀπτολαῖς τὸ σκέλος ὁμαλίζεις, ὃ καὶ τῶν βελτίονος ἐλπίδος δοκιμώσκειν ἐπὶ ἀκμικοῦσι σε λέγοντες Ἱπποκράτες, ὁκόσα χλωρηΐδι δεῖ σωφρονεῖσθαι καὶ πάρος.

5 κάλλιστον διδασκαλεῖον]μέγιστον διδασκαλεῖον legũt exemplaria quędam manu scripta Regia. Est autem elegans sententia, qua vsus optimus dicendi ludus ac magister esse significatur, non secus ac stylus optimus & præstantissimus dicendi perfector ac magister dicitur M. Tullio Oratorio primo.

6 εἰ γάρ τις εἰδείη] πῶν τὰ πάθεα τῶν σωμάτων legunt exemplaria quędã manu scripta Regia, vt & Aldina, vitiosè tamen vt opinor. Quæ etiam sequitur lectio in exemplaribus Aldinis magis est explicata hoc modo, οἵῃς τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα τῷ σώματι, ὅτι τῶν ἐναντίων ὀπισάμενος τὰ νοσήματα, vt ex morborum per contraria cognitione, is facilè possit exhibere quæ corpori sunt accommodata. Publicata tamen lectio quam hîc secuti sumus, longè implicitum, eundem tamen habet sensum.

7 τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων]Huius præcepti Hippocratici multis in locis meminit Galenus in libr. Methodi medendi, & libr. 1. salubrium, Com. etiam 2. in lib. 6. Epid. & Com. 5. Com. quoq; ad aph. 34. lib. 2. & lib. 6. de Comp. Med. κῇ τόπους & lib. de Const. artis Medicæ.

8 ἰητρικὴ γάρ ὅστι] Hunc quoque locum ex Hippocrate adducit Galenus in Isagoge, & lib. 11. Meth. med. Sed illic legit, πρόνοιαι μὲν τῶν ἐλλιπόντων, αἱ δ' αἱρέσεις τῶν πλεοναζόντων. Similis quoque locus legitur in his quæ addita sunt ad lib. περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

9 τὰ γὰρ σώματα τῶν ἀνθρώπων] Hunc locum mihi sic expressisse videtur M. Tullius lib. 2. de Nat. Deorum. Nam cum tribus rebus animantium vita teneatur cibo, potione, spiritu, ad hæc omnia percipienda os est aptissimum, quod adiunctis naribus spiritu augetur.

10 Τὸ εἶῃ παρίχει] Aliter hunc locum legit Zuuingerus, sed nos contestatam omnibus codicibus lectionem secuti sumus.

11 καὶ τὴν μίλιν ὅτι τετεύν] καὶ μὴν ἥ γε τετεύν ἕδρον, legunt exemplaria Regia quædam manu scripta, vt terra aëris sit sedes ac fundamentum. Hunc autem locum suspectum facit asteriscus Aldino codici præfixus.

12 ὡς μεγίστης χρείης ἐούσης] ἐνεούσης legunt exemplaria Regia manu scripta quædam.

13 ὁ γὰρ βίος μεταβολέων πλέως ὅστι] ἀναπλέως ὅστι legunt exemplaria Regia manu scripta.

14 καὶ μεμιασμένον] ἢ μεμιασμένον legunt exemplaria manuscripta Regia. Hunc verò mihi locum conceptis verbis exprimere videtur Erotianus, & μεμιασμένον legisse, cùm μεμιασμένον exponit λοιμώδες γεγονὸς, vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi & hunc locum expressimus, & quænam hîc μιάσματα intelligantur indicauimus.

15 ὧδε

15 ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅλου τῷ φλέγματος] ὅλου τοῦτο τῷ φλέγματος legunt exemplaria Regia manu scripta.

16 ἄλλοῖ δὲ τὰ γινόμενα προσκόμματα] Hîc προσκόμματα mihi propriè dici videntur pedum offensiones, cùm in aliquem obicem pedes impingunt aut incurrunt, vnde phlegmone consequitur, inguium tumor ac febris. Etsi translatitiè sumi possunt consequentes offensiones, & quæ phlegmoni succedunt, velut sumsisse videntur Interpretes.

17 ὁ μὲν οὖν κοινὸς πυρετὸς] Hanc communem de peste opinionem per contagionem seminariorum ortam (quæ hîc μιάσματα vocat Hippocrat.) multi scriptis celebrarunt & Hieronymus Mercurialis cap. 6. lib. 3. Variarum lectionum ex Lucretio lib. 6. optimè expressit.

18 ὁμοίως δὲ ὁμοίων] ὁμοίου δὲ ὁμοίῳ legunt exemplaria quædam.

19 ἀλλ' εἴσῃ πὶ ἀυτῶν ὑμᾶς πίπτουσιν] ἐμπίπτουσιν legunt exemplaria quædam.

20 τὸ γὰρ νόσημα κάτω κατέρχεται] Exemplaria Aldina τὸ νόσημα κάτωθεν κατέρχεται legunt, quam lectionem sequitur Mercurialis. κάτω tamen malim.

21 ἢ πίνει ὑπάνω τοῦ πλάθους τοῦ τροφοῦ αἰλιπόδας] εἰσπίπτει legunt exemplaria Regia manu scripta.

22 ὁ δὲ ἀναθυμίης διαχωρεῖ] ὁ δὲ ἀναθυμίης τῆς πλάνης διέξοδος legunt exemplaria Regia manu scripta.

23 προσαισθάνεσθαι δὲ τὰ ἐσαιμάτα] πρὸς τὰ ἐσαιμάτα legunt exemplaria Regia manu scripta.

24 τοιοῦτον δὲ τοῦτο τέρπειν ψυχθέντων] Hunc certè totum locum de rigore optimè mihi explicare videtur Laurentius Ioubertus vir doctiss. Paradox. 4. Decad. 2.

25 ἧσσον ἰχῶρος] αἰχμηρότερον legunt codices Regij manu scripti. Similis verò locus de rigore legitur lib. 1. de Morb. vbi rigorē magis explicat, & apertiùs ab horrore distinguit Hippocrates.

26 ἐξῆς τὰς διόξεις ἀπὸ τῶν τρεμώνων] Hanc quidem lectionem omnibus exemplaribus contestatam secuti sumus. At Interpretes omnes ὁ τρεμώνων legunt.

27 ἀθρόον τι αὔωθεν] Exemplaria Regia manu scripta legunt ἔπειτα ἀθρόως τε αὔωθεν διέξιον αἰειμύχλωστον ἢ διίσασα τὸ σῶμα. Elegans est autem oscitationis descriptio, qua crassus ex viscerum internorum incendio conceptus aut coaceruatus vapor, vi sursum erumpens, tanquam vectibus adhibitis, os diducit ac emouet, cùm per accessiones febrium os hiare faciat.

28 ὁ δὲ ἔμπυος] His verbis elegantissimis optimè exprimitur vapor crassus & multa exhalatio à crudiore materia, & multa aquea humiditate, vi caloris expressa, coaceruata & condensata, ad instar turbinis comoluta, & ad superiora erumpens, non secus ac ex virentibus lignis, igne suppositio, multus & crassus fumus, antequàm flamma erumpat, sursum subuehitur.

29 ἢ τὰ τὰ ἄρθρα] Hanc articulorum exolutionem pro pandiculatione ac musculorum extensione sumimus.

30 διήκουσι δὲ ἢ μάλιστα ἡδόμενοι] Pro μάλιστα ἥδεσι legunt exemplaria Regia manu scripta. De calore autem febrili post rigorē succenso, eadem ferè scribuntur libr. 1. de Morb. his verbis: ὅτι δὲ μὴ τὸ ῥῖγος αὐξάνει πυρετὸν ὀπλαθεῖν, ἔπειτα, ἢ ἐλάσσω, δῆλον ἔχει. ὑπὸτου τὸ αἷμα διῆθερμάνηται τε καὶ ἀναζέσῃ ἢ ἀπὸ πάλιν ἐς φύσιν τὴν φύσιν, σωθερμάνῃ ἢ τὸ φλέγματος, ἢ τὸ χολῆς καὶ ἐν τῷ αἵματι συμμιγείσῃ, καὶ γένῃ τὸ αἷμα θερμότερον αὐτῆς ἑωυτῆς πολλαπλασίως, ὑπὸταν δὲ διῆθερμασμένον, αὐξάνει πυρετὸν ἀναζέσας τὸ θερμασίης τὸ αἵματος. μὴ ῥῖγος.

31 πάλιν δὲ πυρούμενον] Quod incensum fuit & ab incendio in vaporem conuersum & colliquarum, sudoribus materiam præbet, & per corporis meatus foras protensum, erumpit. Eadem ferè de sudoribus in febribus scribuntur lib. 1. de Morbis.

32 πιαίνων δὲ αἵεσις] αἱ φλέβες addunt exemplaria Regia manu scripta. Sic enim vaporoso spiritu impleta ac distenta vasa capitis dolorem inferunt. Et hoc loco φλεβίζει ἐμπυεσθῆναι mihi dici videntur, inflatæ & distentæ venæ, quod φλέβες συρίγγες Hesychio exponatur, & πεφυσημένοι οἱ ἐμπυοκοιλίαι dicantur, inflati ac distenti. Etsi φλέβας pro φλεῦσαι vitiosè apud eū scribitur. Vitiosa autem sunt Aldina exemplaria, quæ pro φλεῦσαι φλεβῦσαι legunt. Incensas tamen & concalefactas venas aut arterias alij sumunt, quòd φλεῦσαι φλέβας etiam significet. Aliud tamen quidam mihi legisse videtur Cornarius.

33 διὰ γὰρ τοῦ αἵματος διαχεόμενον] ἀθρόον δὲ διαχεόμενον legunt exemplaria Regia manu scripta. Eadem pro ἐμφυσήματα ἐφύματα vitiosè legunt.

34 ἀνιλήματα] ἀνιλήματα legunt exemplaria Aldina vitiosè. Regia manu scripta ἀνελίματα legunt, velut αἰνιλίματα dicuntur lib. περὶ αἰχμῆς ἰσχυρῆς, quæ τὰς στροφὰς exponit Gal. in Exeg. Sic autem dicuntur intestinorum conuolutiones & inuolucra, aut dolores in ventris partibus inuoluti, intestinorum agitationes dixit Cornarius.

35 ὃ ἔπειτα ὑποπεφύσηται] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia, simulq; quemadmodum suspectum haberemus scripsimus.

36 ὁ διόδυσις] ὁ διέξοδος legitur vitiosè in codicibus Regiis manu scriptis, fortè pro διόγκωσις. διόδυσις legunt exemplaria Aldina, fortè pro διέξοδος, quæ transmissionem aut distributionem significat. διόδυσις autem dicitur, quemadmodum antea πύλαις διόξεσι & αὐλαῖς.

37 ἀραιωμένου γὰρ] ἀραιώμενον malè legunt exemplaria Aldina. Interpretes verò perperam locum mihi distinxisse videntur, & τῷ πνεύματος τὸ πνῦμα simul iunxisse.

38 ὅταν δὲ πάνυ κεφαλαλγῶ] ὅτι legunt exemplaria Vaticana & Aldina.

39 ἔσπασται ἐνειλεῖ] ἐνειλῇ legunt exemplaria Regia manu scripta, & ad caput referunt, quod flatibus grauatum, spiritus vna cum sanguine intus conuoluit & agitat. Quædam etiam exemplaria, pro μὴ τὸ αἷμα ἢ τὸ αἷμα legunt.

40 τοῦδε δὲ τὸ ὑγρὸν ὅταν ἀθροισθῇ] ἀθροισθῇ πολὺ legunt exemplaria Regia manu scripta.

41 ὅταν δὲ ξυμβαίνῃ] Pro τῷ αὐτῷ, κάτωθεν legunt Vaticana & Aldina exemplaria, quæ secutus est Caluus. Cornarius legisse videtur τὸ πνῦμα κατὰ τῷ ῥεύματι κάτωθεν ἰὸν τι. Codices verò manu scripti Regij, τὸ ῥεῦμα κάτωθεν ἰὸν legunt, vt τῷ αὐτῷ πνῦματι descendens pituita occurrat, quę tussim gignat & optima mihi videtur ea lectio, cùm descendens pituita ascendenti spiritui occursarit, & in eum inciderit. Eadem etiam exemplaria Regia manu scripta legunt, ἐξ ὑπαρχῆς ὑπηγέτω, ἢ ἀναχρίμπτει αὖθις τὸ φλέγμα.

42 ἢ δὲ κεφαλὴ] Codices Regij manu scripti pro κεφαλὴ ἰσχνὴ vitiosè legunt, vt ne meminisse quidem præstiterit.

43 ἢ καταθραδύνωσι οἱ πόροι] καταθραδύνωσιν hoc loco mihi videtur legisse Galenus in Exegesi, istumq; locum expressisse, cùm καταθραδύνωσι διάκρυν ἔχωσι exponit. Sic enim potiùs lego, quàm διάκρυα ἔχωσι, quomodo legunt nostra ferè omnia exemplaria, quam tamen expositionem quibusdam hîc arridere video. Hūc verò locū aptissimè mihi videor exposuisse & expressisse in dictione χαλάδρα in nostra OEconomia. καταθραδύνωσιν autem vitiosè mihi legere videntur exemplaria Aldina.

44 ὑγρὰ φλέγματα] ὑγρὰ φλέγματα πάνυ legunt exemplaria Regia manu scripta, quam lectionem secutus etiā videtur Cornarius. ὑγρὸν φλέγμα autem vocat naturam humidam, velut sanguinem, & quicquid est humidum, vt φρενῖτις ἢ φρενῶν διάφραγμα ipsum, velut præcordiorum septum ac sepimentum quoddam, spiritus instrumenta à ventre discernens. Qua ratione Aureliano thoracis & ventris discrimen sæpe dicitur & discretorium.

45 διὰ τί δήποτε] Hunc locum velut perobscurum sic legit Zvinggerus. διὰ τί δήποτε τὸ πνῦμα τὸ διὰ ῥεύματος ἀναβρήγνυσι; vt quæstionem eam proponat Hippocrates. Nos verò in tanta codicū constantia vulgatam lectionem secuti sumus. Est autem satis Hippocrati familiaris phrasis, τὸ ῥεῦμα ἀναβρηγνύμενον, qua per vim erumpens fluxio, & violento quodam impetu foras educta significatur.

46 ἢ ἂν ὡς τὰ μάλιστα κεῖται] ὡς τὰ μάλιστα βαρυῶσι legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ videtur esse quædam alterius dictionis explicatio, qua maximè incubuerit, inclinarit, propenderit, aut suo momento procubuerit. Ex eoq; loco & eo qui posteà sequitur, βαρεῖαι ῥωμαί, apud Hippocratem mihi videtur exponere Erotianus. Istumq; locum in nostra Oeconomia expressimus & exposuimus in dictione βαρέως. Zvvingerus autem quod hic sanguini tribuitur, spiritui qui in sanguine est, eumq; agitat attribuit, vt legisse videatur τὸ πρὸ πεζίμβιον τὸ πνῦμα πολὺ ῥοιζοῦν.

47 τὰ δὲ ῥήγματα] τὰ δὲ ῥήγματα πάντα legunt exemplaria Vaticana & Aldina, Quænam autem hic ῥήγματα dicantur, exponitur lib. 1. de Morb. his verbis: ἐνίοτε δὲ ὑπὸ τὰ ἀκόνια ῥηγνῦ τὰ σαρκώματα ἐν τῇσι σάρξι, ἢ ἐν τῷ φλεβίῳ, ἢ ἐπανεστηκότα. ἀλλὰ γίνῃ ἐγκάμματα πολυχρόνια, ἢ καλέονται ῥήγματα.

48 ἐκλύσιος] Istud potius ad morbi absolutionem & liberationem referendum mihi videtur, quàm ad exolutionem & virium defectionem, quæ vacuata affatim aqua hydropicos consequitur.

49 ἀφεστὼς δὲ γίνῃ ἢ πάλιν] ἀφεστὼς ὡσαύτως γίνῃ legunt exempl. Vaticana & Aldina.

50 ἐσέλθῃ ἐς τὸ σῶμα] ἢ ἐς τὸ σῶμα legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana quæ mihi etiam secutus videtur Caluus, & pro ὑποτακυσμῶμαι ὑποταξάμενα. Sed huic dictioni tanquam suspectæ asteriscum adscribunt exemplaria Aldina.

51 ὅταν γὰρ ἐμπλῆσθῃ τὸ σῶμα ὁ ὕδρωψ] Sic quidē rectè legūt vulgata exemplaria. Aldina verò vitiosè legunt ἐσέλθῃ τῷ σώματι ὑδρωπικόν,

52 ἢ τὰ ἐξερεθισθέντα κρέα] συνεχῶς leg. exemplaria Regia MS.

53 τὰ γὰρ παθήματα] μαθήματα legunt exemplaria Regia manu scripta, vt cognitionem quæ per disciplinam & doctrinam excipiuntur, intelligant.

54 τῇ μὲν οὖν ἔσηκε] ἐνέσηκε legunt exemplaria Vaticana & Aldina. Cornarius pro θᾶσσον μᾶλλον legisse videtur.

55 ὑπερετέντος τῷ θορύβῳ] Hunc quidem sensum vulgatorum & Germanicorum exemplarium secutus sum, vt sanguinis inæqualis motus ad corporis perturbationem & corporis partium peruersionem opem suggerat. Cornarius verò aliter distinguit, & τὰ σώματος ὑπερτέντος legit, quæ est Vaticanorum & Aldinorum codicum lectio. Membranæ etiam Regiæ manu scriptæ legunt, ἢ τὸ πέρας] τὰ μέρη τὰ σώματος τὰ ὑπερτέντα τῷ θορύβῳ ἢ περάχῳ τῷ αἵματος.

56 ὑπὸ ὃ τῆ δ' ἀγεροφῆς] τῆ ταραχῆς legunt exemplaria Regia M.S.

57 ἢ τὸ παρόντος χειμῶνος] Præsentem tempestatem morbi agitationem, aut accessionem accipio cum cæteris Interpretibus, etsi Corn. accedentem hyemem dixit. Sed in translatione persistere mihi author videtur, cùm paulò pòst morbi cessationem χαλιώσιν vocat.

58 αὖ πω ὃ θερμανθεῖσαι] ἀλλὰ θερμανθεῖσαι legũt exempl. Regia M.S.

59 ἀλλὰ πάντων τέτων] δὲ πάντων τέτων lego cũ Cornario. Exẽplaria verò Regia manu scripta, πάντων τέτων τῶν νοσημάτων legunt.

60 ὑπερχόμενα ὃ] τῶν νοσημάτων φράσαι ἁπασέων legunt exemplaria Regia manu scripta.

61 ἀμεινὸν ὃ τῶν ἀῤῥωστημάτων] τῶν ἄλλων ἀῤῥωστημάτων legunt exemplaria Vaticana & Regia manu scripta, & ἀτρεκέστερος ὃ ὕδιν αὖ ἔτι, ὑδὲ πιστότερος, vt nihilò maiorem aut veritatem, aut fidem habitura sit oratio.

IN LIBRVM DE MORBO SACRO.

1 Περὶ τῆ ἱερῆς νόσου] Hic liber περὶ ἱερῆς νόσου omnibus exemplaribus inscribitur, istamq; inscriptionẽ agnoscere mihi videtur Cælius Aurelianus cap. 4. lib. 1. Ta. pass. cùm Hippocratem de Epilepsia communiter scribere dicit. Sic enim τὸν περὶ ἱερῆς νόσου καλουμένου mihi vertere videtur, simulque ibidem multas rationes adscribere cur Epilepsia ἱερὰ νόσος dicatur antiquis. Quibus etiã addendũ videtur Aristotelem probl. 1. sect. 30. Epilepsiam morbum sacrum dictum esse ab Hercule censuisse, quemadmodũ & Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. Herculeũ morbum antiquis dictũ scribit, non quòd Hercules eo morbo laborarit, sed vt hac appellatione morbi magnitudinem indicarent. Vbi huius libelli meminit Gal. vt & Comm. 1. in Prognost. simulq; hanc opinionem confirmat, neq; sacrum morbum quòd à diis immittatur, dici probat. Morbum tamen Comitialem ἱερὰν νόσον antiquorum more sæpe vocat Hippoc. lib. de aëre loc. & aq. & lib. περὶ φυσῶν. Hunc quoq; libellum περὶ ἱερῆς νόσου agnoscit Erotianus, & inter ἀπολογικὰ καὶ φυσικὰ reponit, eumq; sua expositione sæpiùs commendauit. Hanc quoq; περὶ ἱερῆς νόσου inscriptionem agnoscit Gal. Comment. 1. in lib. de Artic.

2 καὶ κῦ μὲ τὸν ἀποείλιον] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus tamẽ ἀπιείην mihi legisse videtur, vt cognitionis imperitiam aut inscitiam intelligat. Sed ἀποείλιον & ἀπειλίον pulcherrimè inter se sunt opposita. Ἀποειλίη autem hìc mentis & consilij inopiam significare videtur, & animi consternationem aut anxietatem, propter morbi difficultatem & desperationem, quòd eum minimè cognitum habeant, quam ἀμηχανίην paulò pòst vocat, ideoq; ἀπιείη rectè dicatur.

3 μέχεις αὖ ἐξεγερίων)] ἐξεχείων) legunt Aldina exemplaria & Vaticana, quæ etiam paulò pòst ἄλλα & πολλὰ ὅτι habent. Hunc verò totum locum subindicare mihi videtur Erotianus, cum ἀναίσσοντας ἀορμῶντας exponit, hoc est, assilientes, aut sursum cum impetu irruentes. Sic enim apud eum lego.

4 καὶ ἀγαζόνες] Hunc locum in nostra OEconomia exposuimus, iisdemque dispersis verbis indicare mihi videtur Erotianus, cùm ἀγαζόνες exponit diciq; scribit περὶ τὸ ἄγαν ζῶν, quòd vagando victum quæriterent. Sic enim deducunt Grammatici. ἄγαν ὁ πλάνη, & ἀγύρτης ὁ πλανήτης. Inde etiam impostores, vaniloqui & mendaces dicuntur, & ci ψεῦσαι.

5 ἔξω τοίνυν περιαμπεχόμενοι] Hunc certè locũ mihi videtur exprimere Erotianus, cùm apud Hippocratem περιαμπεχόμενοι περικαλυπτόμενοι exponit, hoc est, obducentes, obuoluentes, obtegentes. Additq; idem ὑπηρῶς περὶ τὸν ἀμπεχόνιον, ἥτις ἐστὶν περικατάληψις. In quo certè mihi vitium esse videtur in nostris exemplaribus, ac lubenter περικαλύψις pro περικατάληψις legerem, vt sit obuolutio aut obductio, quomodo capitis obductionem dixit M. Tullius Orat. pro C. Rabirio. Etsi tamen περικατάληψις pro obuelamento aut indumento, ac amictu quo quis circumdatur accipi potest, quod ἡ ἀμπεχόνη significat. Hic autem mihi sensus esse videtur, vt huiusmodi homines diuinitatẽ obuoluentes, obducentes, ac prætendentes, cùm in summa rerum inopia, non haberent quo prodesse possent, ne inscitiam suam proderent, hanc affectionem sacram esse censuisse, hoc est, diuinitatis obtentu ac prætextu, suam imperitiam aut inscitiam obduxisse & celasse, vt etiam in nostra OEconomia exposuimus, etsi paulò aliter cum Cornario legimus.

6 ἔξω γὰρ ἰχθύες] Hic ὀπίσω εἰσὶ ἰχθύες mihi dici videntur, imprimis animaduertendi aut præcipuè vitandi, tanquam primarij aut insigniter notabiles, & ad inferendum noxiam valde opportuni, quomodo ὀπίσω πρῶμα & ὀπίσω ἕλκος dicitur Hippocrati, & ὀπίσω εἰσὶ τὰ ὀπίσω ὠώματα exponit Suidas. Quod etiam animaduertisse videtur Hieronymus Mercurialis, qui periculosissimos esse pisces dixit, in eoque à Cornarij interpretatione discessit, qui pisces qui opportunè haberi possent dixit. Hanc autem clausulam omisit Caluus.

7 πᾶσα γὰρ χρεών] Istam quoq; clausulam præteriit Caluus, credo quòd vitiatam in suis codicibus lectionem haberet. Nam pro πρακτικώτατα πρασικώτατα legunt exemplaria Aldina, & asteriscum apponunt, vitij notam.

8 ὠτίδα.] ὀτίδα. legit Galenus in Exegesi. & τὸ ὀρτίον exponit, scribitq; ab Aristot ele ὠτίδα dici, & Xenophonti ὀτίδα Quamuis Athenæus lib. 9. eundem Xenophontis locum adscribens ὠτίδας scribat. Erotianus etiam vtramque scripturam mihi agnoscere videtur, sed apud eum vitiosè ὠτίδα καὶ ὠτίδας scribitur, pro ὀτίδος καὶ ὠτίδος, cui adiungitur ἑκάτερος γὰρ χρᾶται. ἔστι ὃ ὄρνεα ὦτος, ὃ πλεῖστα μάλιστα ἐν Θρᾴκῃ καὶ Μακεδονίᾳ δ' εἰσκεται Otidas vel Auritas vocant huiusmodi volucres, Plinius aues tardas libr. 10. cap. 22. affini cum vulgo appellatione. De his agit Aristot. hist. animal. lib. 6. & 9. nosque huius loci meminimus in nostra OEconomia.

9 ἄγχω σφυράπον ὑδὲν] Galen. Comm. 1. in lib. de artic. σφύραπον hìc non σφυράπον legit, vt scripsimus in nostra OEconomia. Et σφυράπον aut πρόσαπον hic quamuis pecudem significat generali nomine.

10 πὰν νῦν αὖξῃ] πάντα τὰ αὖξῃ legunt exemplaria Vaticana.

11 εἰ γὰρ σελιώσιν τὸ καθαιρεῖν] Hunc locum exposuimus & expressimus in nostra OEconomia, vbi quid sit lunam deducere, aut cœlo deturbare indicauimus.

12 ποιέοντες ἕνεκά γε] Sic quidem legunt Germanica exemplaria. Reliqua omnia ποιέοντες ad superiora referunt. Sed ποιέοντας lego, hoc sensu, vt nec dij facere possint, quin homines summa mala committant, aut vt homines à summis malis abstineant, quam lectionem mihi etiam Caluus secutus videtur. Suspectam tamẽ lectionem faciunt Aldina exemplaria, quæ huic loco asteriscum apponunt. Vaticanæ membranæ pòst ποιέοντες distinguunt, vt & reliqua exemplaria, deinde ὧν ἕνεκά γε legunt.

13 κλῶ βρύχωνται] βλιχάονται) legendum existimo, vt scripsimus in nostra OEconomia, quòd βλιχάασθαι sit ouium & caprarum balantium. Quam lectionem mihi secuti videntur omnes interpretes. βρέχωνται) legunt Aldina exemplaria facili lapsu. Alioqui βρυχᾶσθαι est dentibus frendere ac fremere, leonibusque tribuitur, quod est rugire, & βρυχᾶται) legendum esset. Cornarius certè vtramque lectionem retinuit.

14 Ἐνοδίῃ φρόσκει)] Hunc locum exposuimus in nostra OEconomia, simulq; indicauimus hoc esse Dianæ aut Proserpinæ epitheton, quæ Triuia aut Compitalis dicitur. Exemplaria verò Vaticana & Aldina ἐν ὁδοῖς προσκεῖ) legunt, & asteriscum, vt vitii notam, apponunt. Quam lectionem etiam secutus videtur Caluus.

15 λῷ ὃ λεπτοτέρην] Istud ad tenuiorem & densiorem vocem retulit Cornarius, nos cum Caluo ad tenuiorem & crebriorem alui deiectionem, quòd eam propiùs respiciat. Quòd verò morbi ab antiquis ad Deos relati fuerint testatur Celsus initio lib. 1. de Æsculapio scribens. Eodemq; authore dici potest, morbos tum ad iram Deorum immortalium relatos esse, & ab iisdem opem posci solitam.

16 καὶ ἀθεώτατον] αὐτοένδιον pro ἀθεώτατον hoc loco legisse Erotianum existimo, quem locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia, αὐτοένδιον autem velut Deo oppositum & aduersarium intelligit, velut αὐτὰς θεοῦ, etsi τὸ ἀλάδης ὑπονοούμενον αὐτὸν ὕσεως αὖ θρώπου exponit Erotianus.

17 ἢ ἀμάσσοντας] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia, & ex Erotiano & Galen. exposuimus. In quo secuti sumus vulgatam omnibus codicibus lectionem, αἵμασι δὲ τοῖσιν ἄλλοισι μασμασιν ἔχοντας, cædibus aut quibusdam aliis sceleribus inuolutos & contaminatos intelligentes, quos φονῆς exponit Erotianus. etsi exemplaria Vaticana & Aldina, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι θυσίοισι ὥσπερ μιάσμασιν ἔχοντας legunt. Cornarius tamen expiatos sanguine ægros accipit, & αἵμασι superioribus iungit.

18 Ὃ ὑπο-

18 Τὸ ἀπακμάζον Hunc locum in noſtra OEconomia expreſſimus & expoſuimus.

19 ἢ ἔρυμα ἡμάων] Aldina exemplaria vitioſè ἔρημα pro ἔρυμα legunt,& hunc locum in noſtra OEconomia indicauimus. ἔρυμα autem pro ἔρμα legendum,quod fulcrum & ſtabilimentum, & ἀσφάλισμα aut ἀσφάλεια exponitur Sudæ.

20 ὡς ὁ γόνος ἔρχεται] Similis locus legitur lib.de aëre locis & aquis,& adducitur à Galeno libello,Quòd animal ſit quod vtero continetur,& in Definit.Med.Exemplaria verò Vaticana legunt,ἰὼ μὲ ουὶ ἀπό τε σφὶ ὑγιηρῶν,ὑγιηρός,οἱ ὃ ἀπὸ τε σφὶ νοσερῶν,νοσερός.

21 μίχεις αὖ κρατηθὴ ὑπὸ τῶ φλέγματος]Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen αἵματος pro φλέγματος legit.

22 ἢ οἱ ὀδόντες σιωπήσασι] σιωπήσασι pro σιωπείκασι poſitum diximus in noſtra OEconomia,etſi à σιωπάω aptiſſimè deduci poteſt, quod cohærere dentes rectè dixit Caluus. Hunc autem locum expreſſimus in dictione ξυνέρεισις ὀδόντων.

23 ἢ σφύζονται] Sic quidem legitur in omnibus codicibus, ſed Caluus πίεσις τῶ σφύζοντος legit,ac fortè σφίγγονται legendum.

24 ἀφρὸς ᾧ ὁκοῖ τῶ σώματος] Galenus tamen Comm.ad aph.43. lib. 2.vaporem quendam exhalationi ſimilem,ex pulmone, nõ ſpumam, prodire contendit, quo quidem concitato & agitato, ſpuma gignitur.

25 ἢ τὸ στόμαχος τ' γαστρὸς] Hîc στόμαχος γαστρὸς mihi ventriculi oſculum accipi videtur,etſi hoc nomine fiſtula illa & anguſta ceruix ventriculi cauo præfixa accipi poteſt,pro veteri τῶ στομάχου ſignificatione.

26 ἐκίζων ὁ ἀὴρ ὀπτελειοῦ ἢ ἐν τοῖσι μέλεσι]Pro μέλεσι,σκέλεσι vitioſè legunt exemplaria Aldina & Vaticana.

27 ὡῶ ᾧ ὀλίγον ἐὼν] Iſtud ad φλέγμα referunt Interpretes,mihi tamen aptiſſimè ῥεῦμα reſpicere poſſe videtur. Hunc autem locum in OEconomia noſtra expreſſimus.

28 δὲ πάλι] Quædam exemplaria iſta ſuperioribus adiungunt, nos pluralitatem & Interpretes ſecuti , ſuperioribus copulauimus.

29 ἐκίθεσι δ' αὖ τελείοισί τε] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria,quæ ſecuti ſumus.Cornarius tamen & Galenus ἀτελείοισί τε legerunt. Sed πέλεσι dici videntur,qui ſunt extra pubertatem , & ad annum vigeſimum quintum peruenerunt,aph.7.lib.5.

30 ἢ ἔστι ἐγκέφαλος] Hîc ἐγκέφαλος dicitur per tranſlationẽ cerebrum auſterum, rigidum, minimè molle , non diffluens , ſed compreſſum & conſtrictum,cui ὑγρὸν poſtea opponit , vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

31 ὥστε ἂν ὑπὸ παρρέῃ] ἂν ὑπὸ παρρέῃ τὸ φλέγμα legiſſe videtur Caluus.

32 γοῦν δ' ἄνθρ] Ariſt.ſect.31.Probl.27. hominem ſolum morbo comitiali tentari ſcribit.

33 ἀμαλαμίζει τοιοῦτον] Hunc locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.

34 μὴ οἷνος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ locutio etſi popularis eſt & optimè quadrat, μετὰ οἴνου tamen lego.

35 ἐν τῆσι μεταλλαγῆσιν] ἐν τῆσι μεταβολῆσι legunt exemplaria Vaticana.

36 ἢ φλοιδᾶν]Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria ſed φλυδᾶν lego, exiſtimoq; iſtum locum à Galeno explicari ac ſubnotari in Exegeſi, cùm φλυδᾶν, ὑγρώσεως,μυδᾶν, explicat, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, Sic etiam φλυδᾶν apud Erotianum legendum exiſtimo, & ὑγρώσεως ac ὑγροῦσθαι ſcribendum.

37 ἢ ἐὰν ἢ ὀπορωτήρη]Sic quidem legunt exemplaria vulgata, melius quidem.ὀπορῥωτήρη tamen legunt exemplaria Aldina & Vaticana,vt nihilò reliquis ſit inuentu aut explicatu difficilior, magiſque dubius aut periculoſus.

38 ἢ μανόμενοι] Eadem omninò ſcribuntur ἐν τῷ μανίης λόγῳ.

39 οἱ ᾧ ὑπὸ χολῆς κεκράκται] Hîc mihi locus ab Erotiano indicari videtur,cùm κεκράκται φωνητικοὶ explicantur,clamoſi & vociferatores, cui ὑ βουλεται, antea opponitur, pro quo ὑ βουται legitur ἐν τῷ μανίης λόγῳ,vbi etiam πλῆκται pro κεκράκται legitur.

40 ἢ τὰς φλέβας τὰς αἱματίτιδας] Hîc αἱματίτιδας φλέβας dici venas ſanguinarias ac ſanguinem deferentes , ſcripſimus in noſtra OEconomia,vt ab arteriis diſcernantur.

41 ἢ ἀσθμα ποιῆσαι κατὰ καιρὸν] Hunc locum expoſuimus ex Galeno in noſtra OEconomia , & ad Galeni trutinam examinauimus.

42 φλογιᾷ] Hunc locum mihi exprimere videtur Galenus in Exegeſi,cùm φλογιᾷ exponit πυρέττει μὴ ἐρυθήματος.

43 ἢ ἄσθμα παρέχεται]Ἄσθμα habent Vaticana exemplaria, quod ſaltum & palpitationem indicat. Aliam tamen lectionem adhibuiſſe videtur Caluus, cum calorem dixit, vt ἀλίζω legiſſe videatur. Oppreſſum autem ſeptum tranſuerſum, magnam anxietatem,inquietamq; corporis iactationem facit.

44 λέγουσι δέ τινες] Quoſdam animi principatum & intelligentiam cordi tribuiſſe ſatis teſtatur Galenus lib.2. de plac. Hipp. & Plat.

45 ἢ σύσασις γίνηται] σύστασις quid hîc ſignificet expoſuimus in noſtra OEconomia , hoc expreſſo & ſubindicato loco.

46 ἐς ὠπὴν ἐμπίπτειν φυμὶ] ἐμπίπτει φυμὶ legunt exemplaria Vaticana & Aldina.

47 μεταβαλλομένων τί] Iſtud ad πνεύματων mutationes retulit Caluus,nos ad omnes tranſmutationes vehementes non interquieſcentes,vt & Cornarius, pro vulgarium exemplarium lectione.

48 ἀκεσά τε ἰᾶται πλεῖστα] ἀκεσὰ ἰᾶται ἰατὰ exponit Galenus in Exegeſi, τὰ ἰάσιμα Erotianus,curabiles aut ſanabiles morbos.

49 τῷ ᾧ κάκωσις] τὸ ᾧ, κάκωσις legunt Exemplaria Vaticana & Aldina.

50 ὡς αὖ τὸ μὲ ἀποδώσῃ τροφῆ] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria. Cornarius autem ἀπολύσῃ pro ἀποδώσῃ legiſſe videtur.

51 χρὴ ᾧ ἢ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ] Vt optimi & prudentis oratoris omni ratione prodeſſe reo,imprudentis verò & præuaricatoris cauſa nocere (quemadmodum ſcribit Antonius apud M. Tullium)ita circumſpecti eſt Medici , omni ratione ægrum iuuare,aut ſaltem non nocere, & imperitiſſimi nimis multa moliẽdo morbos augere,non profligare aut retundere. Quod etiam ſcribit Hippocrates lib.1.Epid.ſect.2.

52 φθίνει ἢ ἀμαυροῦται]φθίνει exponit Gal.in Exeg.σωπάσει,ἰσχναίνει,μειοῦται, cui hîc θάλλει ἢ αὔξει opponitur. Vt enim quod morbo familiare & conſuetum, & vigorem dat & incrementum,ita ab eo quod eſt aduerſum corrumpitur & perit,retunditur & obſcuratur.

53 ἔστι ᾧ ὑπίσατα] Hunc locum mihi videtur exagitare Cælius Aurelianus cap.4.lib.1.Tard.Paſſionum.

HIPPOCRATIS COI
MEDICORVM PRINCIPIS
OPERVM OMNIVM,

Sectio IV.

Τὰ Δημιλικὰ hoc est, quæ ad victus rationem pertinent, LIB. VII. comprehendens.

Omnia Latina interpretatione & breuibus notis illustrata,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico authore.

Hac Sectione continentur

Περὶ Διαίτης ὑγιεινῆς, *De salubri victus ratione.*
Περὶ Διαίτης, *De victus ratione*, Lib. III.
Περὶ ἐνυπνίων, *De insomniis.*
Περὶ Τροφῆς, *De alimento.*
Περὶ Διαίτης ὀξέων, *De victus ratione in morbis acutis.*
Περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, *De locis in homine.*
Περὶ ὑγρῶν χρήσιος, *De liquidorum usu.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΥΓΙΕΙΝΗΣ.

HIPPOCRATIS LIBER, DE SALVBRI VICTVS RATIONE.

ΤΟΥΣ ἰδιώτας, ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. τοῦ μὲν χειμῶνος ἐλαχίστου ὡς πλεῖστα. πίνειν δ' ὡς ἐλαχίστου. εἰ δὲ μή, οἶνον ὡς ἀκρητέστατον. τὰ δὲ σιτία, ἄρτον. καὶ τὰ ὄψα, ὁπόσα πέπονα. λαχάνοισι δὲ ὡς ἐλαχίστοισι χρῆσθαι καὶ τούτων τοῖς ὠμοτάτοις. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ σῶμα ξηρόν τε εἴη καὶ θερμόν. ὁκόταν δὲ ἔαρ ἐπιλαμβάνῃ, τότε χρὴ πόμα πλέον πίνειν οἶνον ὑδαρέστερον καὶ κατ' ὀλίγον. καὶ τοῖσι σιτίοισι μαλακωτέροισι χρέεσθαι καὶ ἐλάσσοσι. καὶ ἄρτον ἀφαιρέοντα, μάζαν προσιθέναι. καὶ τὰ ὄψα καὶ τοῦτον λόγον ἀφαιρέειν. καὶ ὅκως τῶν ὀπίσω, πόματα ἔφθὰ ποιέεσθαι. καὶ λαχάνοισι ἤδη χρέεσθαι τοῖς ἥκιστα ὀλίγοισι, ὅκως ἐς τὸν θερεινὸν καταστήσεται ὁ ἄνθρωπος τοῖσι τε σιτίοισι μαλακωτέροισι χρεώμενος, καὶ τοῖσιν ὄψοισιν ἑφθοῖσι. καὶ λαχάνοισιν ἑφθοῖσι καὶ ὠμοῖσιν. ὡσαύτως καὶ τοῖσι πόμασιν ὡς ὑδαρεστάτοισι, καὶ πλείστοισιν. καὶ ὅκως μὴ μεγάλη ἡ μεταβολὴ ἔσται, καὶ μικρὸν μὴ ἐξαπίνης χρεωμένῳ. τὸν δὲ θέρεος, τῆτε μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι. καὶ τὰ ποτὰ ὑδαρέι καὶ πολλῷ. καὶ τοῖσιν ὄψοισι πᾶσιν ἑφθοῖσι. καὶ ὅτῳ δὴ χρέεσθαι τουτέοισιν ὁκόταν δὲ θέρος ἢ, ὅκως ψυχρὸν εἶη τὸ σῶμα καὶ μαλακόν. καὶ γὰρ ἡ ὥρη, θερμή τε καὶ ξηρή. καὶ ποιέει τὰ σώματα καυματώδεα, καὶ αὐχμηρά. δὴ οὖν τοῖσιν ὑπεναντίως χρεωμένοισι τουτέοισιν, ἐξέσται. καὶ δὲ καὶ αὐτοῖσι λέγειν, ὥσπερ ἐν τῷ χειμῶνος εἰς τὸ ἦρ, οὕτω καὶ ἐν τῷ ἦρος εἰς τὸ θέρος καταστήσεται. τὴν μὲν σιτίων, ἀφαιρέων, τὰ δὲ ποτὰ προσιθείς. καὶ οὕτω τὰ ἐναντία ποιέοντα, καταστήσαι ἐν τῷ θέρεος εἰς τὸν χειμῶνα. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ πάλιν, τὰ μὲν σιτία, πλείω ποιεύμενον καὶ ξηρότερα, καὶ τὰ ὄψα καὶ λόγον. τὰ δὲ ποτά, ἐλάσσω τε καὶ ἀκρητέστερα. ὅκως ὅτε χειμὼν ἀναδὸς ἔσται καὶ αὖθις ὁ ἄνθρωπος προχρήσεται τοῖσι τε πόμασιν ἀκρητεστέροισι καὶ ὀλίγοισι, καὶ τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλείστοισί τε καὶ ξηροτάτοισιν. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὑγιαίνοι μάλιστα καὶ ῥιγώσῃ ἥκιστα. ἡ μὲν γὰρ ὥρη, λίαν ψυχρή τε καὶ ὑγρή. τοῖς δὲ ἐνδεσι τοῖσι ἁρκώδεσι καὶ μαλθακοῖσι καὶ ἐρυθροῖσι, ξυμφέρει δὲ καὶ πλείονα χρόνον τὸν αὐτὸν, ξηροτέροισι διαιτήμασι χρέεσθαι, ὑγρὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν ἐνδεόντων τυτέων. τοῖσι δὲ ξυροφοιὶς καὶ λευκοῖσι καὶ πυρροῖς καὶ μέλανας, τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρὴ τὸ πλεῖον τοῦ χρόνου ἐνδιαιτᾶσθαι. τὰ γὰρ σώματα τοιαῦτα, ὑπὸ ἀρχὴ ξηρὰ ἐόντα,

HAc victus ratione priuati homines vti debent, vt hyeme quidem quàm plurimum edant, bibant quàm minimum. Potus sit vinum quàm meraciſſimum; cibus, panis; obſonium, aſſa omnia. Oleribus autẽ quàm pauciſſimis hac tempeſtate vtendum. Hac ſiquidẽ ratione potiſſimùm corpus tum calidũ, tum ſiccũ fuerit. At verò cum ver inſtat, tunc copioſius & dilutius, paulatimq; vinum bibendum, cibiſq; mollioribus & paucioribus vtendum, panis ſubtrahẽdus, & maza offerenda, eademq; ratione opſonia detrahenda, & aſſa omnia cum elixis commutanda. Oleribus etiam paucis vere vtendum, donec ad æſtatem homo deueniat, tum molliores omnes cibos, tum opſonia cocta ſumendo, & olera cocta & cruda, ſimiliterq; potus plurimos & quàm dilutiſſimos, idq; ſenſim, vt ne magna mutatio derepente vtenti contingat. Æſtate autem tum molli maza, tum potu copioſo & diluto, opſoniiſq; omnibus elixis nutriri oportet, iiſq; ita vtendũ dum æſtas fuerit, quò corpus molle ſit & frigidum. Siquidem hæc tempeſtas calida eſt & ſicca, & corpora æſtuoſa & ſqualida reddit. Hac igitur inſtituta victus ratione iis ſuccurrendum eſt. Eadem verò ratione, quemadmodum ex hyeme ad ver, ſic etiam ex vere ad æſtatem deueniendum, cibos quidem demendo, potum verò augendo, ad eumq; modum contraria adhibendo ex æſtate ad hyemem perueniendum. In autumno cõtra, cibi quidem maiore copia & ſicciores exhibendi, & obſonia ad eundem modum, potus etiam pauciores & meraciores, vt homo commodam degat hyemẽ, & potibus vtatur meracioribus & paucis, cibiſq; quamplurimis & ſiccisſimis. Ita enim cùm vel maximè valebit, tum minimè frigus ſentiet, cùm hæc anni tempeſtas admodum ſit frigida & humida. At, corporis habitus carnoſos, molles & rubros, maiorem anni partem ſicciore victus ratione vti conuenit, quod eorũ natura ſit humida. Duri vero graciles fuluí & nigri, humidiore victus ratione toto ferè tempore vti debent, cùm eorum corpora ſicca exiſtant.

I unioribus corporibus mollior & humidior victus ratio vtilis est. Hæc enim ætas sicca est, & eorum compacta sunt corpora. Senes verò sicciore victus modo plurimam temporis partẽ degere oportet, quòd ea ætate corpora sint humida, mollia & frigida. Quare pro ætate, anni tempore, cõsuetudine, regione, loco, corporũ habitu, victus ratio sic est ineunda, vt instantibus & caloribus & frigoribus nos opponamus. Nam ita demum optima valetudo consequetur. Quinetiá per hyemem quidẽ celeriter, & per æstatem leniter iter faciendum, nisi per solis ardorẽ viá sit facienda. Corpulentos autẽ celeriùs, graciles verò leniùs iter facere conuenit. Balneis etiam multis per æstatẽ, at per hyemem paucis vtendũ. Duris verò quàm corpulentis lauari magis expedit. Et hyeme quidẽ vestes puras inducere conuenit, æstate vero oleo imbutas. At crassi, quiq; tenues fieri cupiũt, ij ieiuni omnes exercitationes subire, & adhuc ex labore anhelátes, necdum refrigerati, cibos aggredi debent, priusq; vinum bibere dilutũ, non admodum frigidũ. Opsonia quoq; ex sesamis, aut viridibus & siccis condimentis, aliisq; id genus apparata assumere. Sint etiá pinguia, quæ admouentur opsonia, ita enim quàm paucissimis impleantur. Quin & semel cibus capiendus, & balneo abstinendum, duriter cubandũ, & nuda deambulatione, quoad eius fieri possit, vtendum. Qui verò attenuato cùm sint corpore, crassiores effici volunt, tum his cõtraria facere, tum ieiuni nullam exercitationem subire debẽt. Vomitionibus autẽ & infusis aluum eluẽtibus, vtendũ hunc in modum. Sex hybernis mẽsibus vomitus ciendus, quòd tempus hoc æstiuo plus pituitæ gignat, & morbi circũ caput & regionem eã, quæ est supra septum transuersum excitantur. At vbi æstas viguerit, infusis vtendum. Hæc enim anni tempestas æstuosa est, & corpus bile magis abundat, grauitates etiam lumbos & genua infestant, calores oboriuntur, & venter torminibus torquetur. Corpus igitur refrigerádum, & quæ sursum attolluntur, deorsum ex istis locis deducenda. At corpulentis & humidioribus, infusa quidẽ salsa magis ac tenuia, siccioribus verò, gracilibus & imbecillioribus, pinguiora & crassiora conueniunt. Sunt autem infusa pinguia & crassa, quæ ex lacte parantur, & cicerum decoctum, cæteraq; id genus. Tenuia verò & salsa, muria, aqua marina, & quæ sunt eiusmodi. Vomitiones autem hunc in modum faciendæ. Obesi ac minimè tenues, ieiuni vomant à cursu, aut celeri deambulatione circa meridiẽ, Hyssopi hemina dimidia in aquæ congio contriti potu exhibeatur, affuso aceto & addito sale, quò fiat iucundissima. Ac primũ quidem sensim, deinde verò celeriùs ebibatur. Graciliores autem & imbecilliores à cibis vomitũ cieant hunc in modum. Post balneũ calidum præbibant vini meri heminam mox cibos cuiusuis generis assumant, neq; inter cibos aut post eos bibant, sed se contineant quanto tẽpore quis quatuor stadia percurrat. Deinde triplex illis vinũ in potũ permiscebis, austerũ, dulce & acidum, primùm quidem meracius, sensim & ex magno interuallo, deinde verò dilutius, celeriùs & affatim. At verò qui singulis mensibus bis vomere cõsueuit, hũc præstat duobus ex ordine diebus vomitũ ciere, quàm decimo quinto die.

καὶ τοῖσι νέοισι τῶν ζωμῶν ξυμφέρει, μαλακωτέρησί τε καὶ ὑγροτέρησι χρέεσθαι τοῖσι διαιτήμασιν· ἡ γὰρ ἡλικίη ξηρή, καὶ τὰ σώματα πέπηγε. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, τῷ ξηροτέρῳ χρῆσθαι σίτῳ, ὃ πλῆθον τῶν χρηίων ἀφαιρέει. τὰ γὰρ σώματα ἐν τούτῃ τῇ ἡλικίῃ, ὑγρὰ καὶ μαλθακὰ, καὶ ψυχρά. δεῖ δὲ τοὺς τε τὴν ἡλικίην, καὶ τὸν ὥρην, καὶ τὸ ἔθος, καὶ τὸν χώρον, καὶ τὰ ἐπιτήδεα, τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι, ἀναντίμυθον τοῖσι καύμασι καὶ ψύχεσι, καὶ θάλπεσι καὶ χειμῶσι. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὑγιαίνοιεν. καὶ ὁδοιπορέειν, τὸ μὲν χειμῶνος, τὰχέως χρή· τὸ δὲ θέρεος, ἡσυχῇ, ἵνα μὴ ἀφαίματος ὁδοιπορέῃ. δεῖ δὲ καὶ τοὺς σαρκώδεας. θᾶσσον ὁδοιπορέειν. τοὺς δὲ ἰσχνοὺς, ἡσυχαίτερον, λοῦσθαι δὲ χρὴ πολλοῖσι χρηάσθαι, τὸ θέρεος· τὸ δὲ χειμῶνος, ἐλαίοισι. χρὴ δὲ τοὺς τρυφῶντας μηδὲν λούεσθαι τῶν σαρκωδέων· ἠμφιέσθαι δὲ χρὴ τὸ χειμῶνος, καθαρὰ ἱμάτια· τὸ δὲ θέρεος, ἐλαιοπινέα. τοὺς δὲ παχέας χρὴ, καὶ ὅσοι βούλονται λεπτοὶ γενέσθαι, τὰς ἁλαπωσίας ἀπάσας, νήστιας ποιέεσθαι. καὶ τοῖσι σιτίοισιν ὀπτοῖσι χρέεσθαι, ἔτι ἀναθυμιῶντας ἐκ τοῦ κάτω, καὶ μὴ αὐανθυμένους, καὶ παρεσπεπτωκότας οἴνου κεκραμμένου καὶ μὴ σφόδρα ψυχροῦ καὶ τὰ ὄψα σκυβάζειν σησάμοισιν, ἢ ἡδύσμασι, καὶ τοῖσιν ἀγρίοισι τοῖσι τοιούτοισι. καὶ πόνα ἔστω τὰ παρεσκευάσματα ὄψα. οὕτω γὰρ ἂν ἀπὸ ἐλαχίστων ἐμπίμπλαιντο. ἀλλὰ καὶ μονοσιτέειν, καὶ ἀλουτέειν, καὶ σκληραγωγητέειν, καὶ γυμνὸν παρεῖπατέειν, ὅσον οἵ τε μάλιστα ἡ. οἱόσοι δὲ βούλονται λεπτοὶ ἐόντες παχέες γίνεσθαι, τάδε ἀμφὶ ποιέειν τῶν ἐναντίων κείνοισιν οἷσιν ἔφην. καὶ νήστιας μηδεμίην ἁλαπωσίην ποιέεσθαι. τοῖσι δὲ ἐμέουσι χρὴ καὶ τοῖσι καταχλύσμασι τοῖσι τὰ χειλίης, ὧδε χρέεσθαι. ἐξ μιλύας δὲ χειμερινοὺς ἐμέειν. δοκέει γὰρ ὁ χειμὼν, φλεγματωδέστερος τοῦ θερινοῦ, καὶ τὰ νοσήματα γίνεσθαι τὰ περὶ τὴν κεφαλήν· καὶ περὶ δὲ χωρίον τοῦτο, ὃ ὑπὲρ τῶν φρενῶν· ὅταν δὲ ἡ θάλπος, τοῖσι καταχλύσμασι χρέεσθαι. ἡ γὰρ ὥρη καυματώδης· καὶ τὸ ζῶμα, χολωδέστερον ἐστὶ, καὶ βαρύτητες ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ τοῖς γόνασι, καὶ θέρμαι γίνονται. καὶ ἐν γαστρὶ τροφοὶ γίνονται. δεῖ δὲ τὸ ζῶμα ψύχειν, καὶ τὰ μετεωριζόμενα κάτω ἐπάγειν ἐκ τῶν χωρίων τούτων. ἔστω δὲ τὰ καταχλύσματα τοῖσι μὲν παχυτέρησι καὶ ὑγροτέρησιν, δριμυτέρα καὶ λεπτότερα. τοῖσι δὲ ξηροτέρησι, καὶ τοῖσι ἁλμυρίοισι, καὶ ἀσθενεστέρησι, λιπαρώτερα καὶ παχύτερα, ἔστι δὲ τῶν καταχλυσμάτων τὰ λιπαρὰ καὶ παχέα, τὰ ἀπὸ τῶν γαλάκτων, καὶ ἀπὸ ἐρεβίνθων ὕδωρ ἑφθῶν, καὶ τῶν ἀλῶν τοιούτων. τὰ δὲ λεπτὰ καὶ δριμέα, δριμὺ καὶ θάλασσα, καὶ τὰ τοιαῦτα. τοὺς δὲ ἐμέτους ὧδε χρὴ ποιέεσθαι. ὅσοι μὲν τῶν ἀνθρώπων παχέες εἰσὶ, καὶ μὴ ἰσχνοὶ, νήστεις ἐμοιοῦντων δραμόντες ἢ ὁδοιπορήσαντες θᾶσσον τὰχέως, καὶ τὰ μέσον τῆς ἡμέρης. ἔστω δὲ ἡμικοτύλιον οἴνου πυρίνου τετριμμένου ἐν ὕδατος χοεῖ, καὶ τοῦτο ἐκπιέτω, ὄξος τοῦ ἀχέων, καὶ ἅλας τοῦ ἁλὸς, ὅκως ἂν μέλλῃ ἥδιστον ἔσεσθαι. πινέτω δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ἡσυχαίτερον, ἔστ' ἂν δοκῇ ὀπτὸν εἶναι. οἱ δὲ λεπτότεροι καὶ ἀσθενέστεροι, ἀπὸ σίτων ποιέεσθω οἱ ἔμετον, ὧδε τοιόνδε. λουσάμενος θερμῷ, πρεσπιέτω ἀκρήτου κοτυλίου. ἔπειτα σιτία πρωτοδαπὰ ἐσθιέτω. καὶ μὴ πινέτω ὀπτὸν τῶν σιτίων, μὴ δὲ ἀπὸ τοῦ σιτίου. ἀλλ' ὀπτέτω ὅσον δέκα σάλπας διελθεῖν. ἔπειτα δὲ συμμίξας οἴνους τρεῖς, πινέτω διδόναι· αὐστηρὸν, γλυκὺν καὶ ὀξύν. πρῶτον μὲν ἀκρητέστερον καὶ κατ' ὀλίγον καὶ ἀφαί· πολλοῦ χρόνου· ἔπειτα δὲ ὑδαρέστερον καὶ θᾶσσον καὶ πολλόν. ὅστις δὲ ἑβδόμῃ τοῦ μηνὸς δὶς ἐξεμέτω, ἄμεινον ἐφεξῆς ποιέεσθαι τοὺς ἐμέτους, ἢ δυσὶν ἡμέρῃσι μᾶλλον, ἢ ἀφαί πεντεκαίδεκα.

Ⓓ δὲ

ⓐ ὁ πᾶν ζωώδυτον ποιέουσιν.[17] ὁκόσοισι ὁ ὀπισθόφορον ἀπεμέειν τὰ σιτία, ἢ ὁκόσοισιν αἱ χειλίαι οὐκ εὐδιέξοδοι, τούτοισι πᾶσι ξυμφέρει πολλάκις τ' ἡμέρης ἐσθίειν. καὶ πανταδαποῖσι βρώμασι χρέεσθαι, καὶ ὄψοισι παντοίοις ἐσκευασμένοισιν· οἴνοις τε πίνειν διαυγέσι καὶ τελαυτεῖ. ὁκόσοι ὁ μὴ ἀπεμέουσι τὰ σιτία, ἢ καὶ χειλίας ἔχουσιν ὑγράς. τοῦτοισι πᾶσι ζωώδεστον τοῦτο τοῦ βρώτου ξυμφέρει ποιέειν. τὰ ὁ παιδία χρὴ πάνυ πολλὸν χρόνον ἐν τῷ θερμῷ ὕδατι λούειν πολλὸν χρόνον. καὶ πίνειν διδόναι ὑδαρέα ⓦ οἶνον, καὶ μὴ ψυχρὸν παντάπασι. τοῦτον ὁ διδόναι, ὃς ἥκιστα τὴν γαστέρα μετεωρέει καὶ φῦσαν παρέχει. ταῦτα ὁ ποιέειν, ὅκως εἴτε σπασμοὶ ἦσιν ὑπολάβωσι, καὶ μείζονα γίνηται, καὶ βυσσοδυνώτερα. τὰς ὁ γυναῖκας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι, τῷ ξηροτέρῳ τῶν βρωτῶν· καὶ γὰρ τὰ σιτία τὰ ξηρὰ, ὑπτιηδειότερα πρὸς τὴν μαλθακότητα τῶν γυναικείων σαρκῶν· καὶ τὰ ἀκρητέστερα πώματα ἀμείνω πρὸς τὰς ὑστέρας,[18] καὶ τὰς κυοφορίας. τοὺς γυμναζομένους χρὴ τῷ χειμῶνος καὶ τέχνῃ καὶ παλαίειν· τῷ ὁ θέρεος, παλαίειν μὲν ὀλίγα· τρέχειν ὁ μὴ πολλὰ καὶ ψύχεος. ὁκόσοι κοπιῶσιν ἐν τῷ δρόμῳ, τούτους παλαίειν χρή· ὁκόσοι ὁ παλαίοντες κοπιῶσι, τούτους χρὴ τρέχειν· οὕτω γὰρ ἂν ἑλαφρότερα τὰ κοπιῶντι τὰ σώματα ἀφέροιτο καὶ σαινοῖτο καὶ διαναπαύοιτο μάλιστα. ὁκόσους γυμναζομένους διαῤῥοίαι λαμβάνουσι, καὶ τὰ ὑποχωρήματα σιτώδεα καὶ ἄπεπτα, τούτοισι τῶν τε γυμνασίων ἀφαιρέειν μὴ ἐλάσσω τοῦ τετάρτου μέρεος, καὶ τῶν σιτίων τοῖσι ἡμίσεσι χρέεσθαι.[19] δῆλον γὰρ δὴ ὅτι ἡ χειλὶη ξυνθλίπτειν οὐ δύναται ὥστε πέσσεσθαι τὸ πλῆθος τῶν σιτίων. ἔστω ὁ τούτοισι τὰ σιτία, ἄρτος ὡς ὀξυπύρτατος,[20] ἐν οἴνῳ ἐντεθρυμμένος· καὶ ποτὰ, ὡς ἐλάχιστα καὶ ἀκρητέστατα. καὶ ταῖσιπάροισι μὴ χρεέσθωσαν ἀπὸ τοῦ σιτίου μονοσιτέειν δὲ χρὴ, ἐπὶ τὸν ⓦ χρόνον· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ξυνθλίπτοιτο ἡ χειλίη, καὶ τῶν ἐσιόντων ὑπικρατήσῃ· γίνεται δὲ ὁ τοῦτος ἐπὶ τῆς διαῤῥοίης τῶν ξηρῶν τοῖσι πυκνοσάρκοισι μάλιστα, ὁκόταν αἰαγκάζηται ὁ ἀνθρωπος χρηναγέειν, ἢ φύσιος ὑπερεχούσης τοιαύτης. αἱ γὰρ φλέβες πυκνωθεῖσαι, οὐκ ἀναπλαμβάνονται τῶν σιτίων τῶν ἐσιόντων. ἔστι ὁ αὖτη μὲν ὀξείη ἡ φύσις καὶ πέπτει ἐφ' ἑκάτερα ἐς ἀκμάζει ὀλίγον χρόνον ἡ δυσκρίη, ἐν τοῖσι τοιουτοτρόποισι τῶν σωμάτων.[21] τὰ ὁ ἀραιότερα τῶν εἰδέων καὶ διασύτερα, καὶ τῷ χρηναγέειν δέχεται, καὶ τὰς ταλαιπωρείας μᾶλλον ὑπομένει, καὶ χρονιώτερα γίνονται αὐτοῖσιν αἱ δυσκρίαι· καὶ ὀκόσοι τὰ σιτία ἀναβύζηνται τῇ ὑστερέῃ καὶ τὰ ἀναγώγια μετεωρίζει αὐτοῖσιν, ὡς ἀπέπτων τῶν σιτίων ἐόντων, τούτοισι καθυδλῆν μὲν πλείονα χρόνον ξυμφέρει. τὴν ὁ δίψαν ταλαιπωρείη αἰαγκάζει καὶ αὐτῶν τὰ σώματα.[22] καὶ ⓦ οἶνον ἀκρητέστερον πινόντων ἐς πλείω καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐλάσσοσι χρέεσθαι ἐπὶ τὸν ⓦ χρόνον. δῆλον γὰρ ὅτι ἡ χειλὶη ὑπὸ ἀδυνείης ἐς ψυχρότητος, οὐ δύναται τὸ πλῆθος τῶν σιτίων καταπέσαι. ὁκόσοις ὁ δίψαι λαμβάνουσι, τούτοισι τῶν τε σιτίων καὶ ταλαιπωρειῶν ἀφαιρέειν. καὶ ⓦ οἶνον πινόντων ὑδαρέα τε καὶ ὅτι ψυχρότατον. ὁκόσοισι ὁ ὀδυνέαι γίνονται ἐκ τῶν ἀναλάγκων, ἢ ἐκ γυμνασίης, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ταλαιπωρίης, τούτοισι ξυμφέρει ἀναπαύεσθαι ἀσιτίσι. πώματι ὁ χρέεσθαι, ὅ, τι ἐλάχιστον ἐς τὸ σῶμα ἐσελθόν, πλεῖστον οὖρον ποιέῃ. ὅπως αἱ φλέβες αἱ ἀπὸ τῶν ἀναλάγκων πεφυκυῖαι, μὴ καταπίνωνται πληρούμεναι. ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων τὰ τε φύματα γίνονται, καὶ ⓐ πυρετοί,

Sed alij contrarium planè faciũt. Qui autem ad cibos vomitione reiiciendos minimè sunt accommodati, quibusq; alui non facilè prodeunt, iis omnibus crebrò die cibum sumere, & omnis generis cibariis vti conducit, ac opsoniis variè apparatis, vinumq; duorum aut trium generum bibere. Qui verò cibos vomitione reiiciunt, & aluos habent humidas, iis omnibus ex vsu est vt huic contrariam incant vitæ rationem. At pueri infantes per multum tempus aqua calida lauandi sunt, vinumq; iis aquosum in potu exhibendum, nec prorsus frigidum, idq; offerendum quod minimè ventrem attollat & flatum creet. Quæ facienda sunt, quò minùs conuulsionibus tententur, magisq; adolescant, & coloratiores euadant. Mulieres autem sic victus ratione sicciore victitare oportet. Nam & sicciores cibi ad muliebrem mollitiem magis sunt accommodati, & meraciores potus ad veteros & fœtus nutritionem magis valent. Qui exercentur, per hyemem eos currere & luctari conuenit, & æstate parum quidem luctari, currere verò minimè, sed multum in frigore deambulare. Qui cursibus defatigantur, ij luctari debent, qui verò lucta defatigantur, iis currendum est. Ita enim qui laborat, corporis parte defatigationi obnoxia calefiat, componatur, & maximè quiescat. Qui, cùm exercentur, alui profluuiis corripiuntur, & alui excrementa cibos referentia & incocta demittunt, ij de exercitationibus tertiam partem vt minimùm, & de cibis dimidium subtrahant. Constat enim sanè ventriculum ciborum copiam vt concoquat concalefacere non posse. Cibus esto panis quàm maximè tostus in vino intritus, & potus quàm pauciſſimi & meraciſſimi, neq; deambulationibus à cibo vtantur. Sub hoc verò tempus semel duntaxat cibum sumere eos conuenit. Sic enim vel maximè concalefiat ventriculus, & ingestos cibos superauerit. Hoc autem alui profluuij genus corporum habitus densiore carne præditos potissimum exercet, quando ita natura comparatum est, vt quis ad carnium esum compellatur. Venæ siquidem condensatæ cibos ingestos non recipiunt. Et hęc quidem natura est lubrica & ad vtramque partem vertitur, & in eiusmodi naturis paruo tempore viget bona corporis habitudo. At rariores & hirsuti magis corporis habitus, carnium esum admittunt, laboréſque magis sustinent, diutiúsque in bona corporis habitudine perseuerant. Qui postridie cibos eructant, & quibus præcordia, nimirum cibis non concoctis, attolluntur, iis longior somnus confert. Quin etiam ad alios corporis labores cogi debent, vinumque meracius & copiosius bibere, & sub id tempus paucioribus vti cibariis. Constat enim sanè ventriculum, præ imbecillitate & frigiditate, ciborum multitudinem concoquere non posse. At quos sitis occupat, iis cibi & labores subtrahendi, & vinum tum aquosum, tum quàm maximè frigidum propinandum. Quibus verò viscerum dolores, aut ab exercitatione, aut ex alio aliquo itinere subóriuntur, his quiescere & cibis abstinere confert. Potu autem vtantur, qui quàm pauciſſima copia plurimam vrinam ducat, vt ne venæ, natura viscéribus insitæ, copia distendantur. Ex his etenim casibus tubercula & febres contingunt,

Quibus morbi ex cerebro oriuntur, eos primùm capitis ſtupor detinet, & frequentem vrinam reddunt, eadémque quæ in vrinæ ſtillicidio accidunt, iſtáque ad dies nouem perſeuerant. Et ſiquidem per nares aut aures aqua vel mucus erumpat, morbo liberantur, & ſedatur vrinæ ſtillicidium. Vrinam autem copioſam citra dolorem & albam reddunt, ad vigeſimum vſque diem, dum capitis dolor hominem deſerit, ſed huic oculorum aciem intendenti ſplendor clam ſubducitur. Qui verò intelligentia valet, is bene ſubducta ratione ſecum reputare debet, quàm plurimùm æſtimanda ſit ſanitas, & ex vtilitate ſui conſilij fructum in morbis rectè percipere.

23 Ὀχόσοισι ὑ νοῦσοι ἀπὸ τῦ ἐγκεφάλυ γίνον). καρκη πρῶτον ἴσχ τὴν κεφαλὴν, κὴ ὀρέφ θαμινὰ, ℭ τ' ἀηρ πάχ ἐκέχ'θαι φραγλουείη. ℭσι ἐφ' ἡμέρας ἐννέα τῦτο παχ. ℭ ἢν μὴ ῥαγῇ κτ' ἀκρίνας ἢ κτ' ὦτα ὕδωρ, ἢ βλέννα, ἀπαλλάσσε) τ νόσου, ℭ τ φραγλουείης παύε). οὐρέ ὑ πολὺ, κὴ ἀπόνως, ℭ λευκὸν. ἔστ' ἂν ἐίκοσιν ἡμέρας πρέλθη κὴ ὀν τ κεφαλῆς ἡ ὀδυὴ ἐκλείπει τῷ ἀνθρώπῳ, ἐσορέοντι ὑ 24 βλέπε) ⓐ ἡ αὐγή. 25 ἀνδρα ὑ χρὴ ὅς ὅστι σωετὸς λογισάμενον ὅτι τοῖσιν ἀνθρώποισι πλείσου ἄξιον ὅστιν ἡ ὑγιείη, ὑπίσχεσθαι ὀν τ ἑωυτῦ γνώμης ὀν τῆσι νούσοισιν ὠφελέειν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ

Διαίτης ὀ πρῶτον.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE, LIB. I.

SI quis ex his, qui antea de hominis victus ratione, quæ ad ſanitatem ſpectat, ſcripſerunt, omnia in totum rectè cognouiſſe, & quantum humanus animus complecti poteſt, ſcriptis comprehendiſſe mihi videretur, ſatis eſſe putarem, ſi aliorum labores, quos rectè ſuſceptos eſſe exiſtimarem, ad eorum cuiuſque vtilitatem accommodarem. At verò cùm multi iam ea de re ſcripſerint, nullus tamen quid ſcribendum fuerit rectè mihi nouiſſe videtur. Alij quidem aliud attigerunt, totum verò ne vnus quidem adhuc ex his, qui ante extiterunt. Neq; tamen eorum quiſquam reprehendendus, quod inuenire nõ potuerint, quin potius laudandi omnes, quòd quædam inueſtigatione aggreſſi ſunt. Neque ergo quæ rectè dicta non ſunt, arguere decreui, ſed his quæ abundè ſunt cognita aſſentiri in animo habeo. Quæ igitur ab iis, qui ante nos fuerunt, rectè dicta ſunt, de his fieri non poteſt, ſi aliter ſcribatur, vt rectè ſcribam. Quæ verò non rectè dixerunt, ſi ea quidem quod ita non habeant redarguero, nihil profecero. At eorum quodque quomodo rectè habere videatur exponere & declarare eſt animus. Hanc autem orationem ideo præponendam duxi, quòd plærique vbi aliquem priùs de re aliqua diſſerentem audierint, eum qui poſteriùs his de rebus diſceptat, non approbant, neſcientes eiuſdem mentis eſſe de his, quæ rectè dicta ſunt, cognoſcere. His ergo quæ rectè dicta ſunt, velut dixi, aſſentior, quænam verò ſint, quæ non rectè fuerint cognita, aperiam. Quinetiam quæ eorum nullus, qui ante me fuerunt, explicare aggreſſus eſt, qualia fuerint, demonſtrabo. Qui de hominis victus ratione rectè ſcripturus eſt, eum meo quidem iudicio, primùm totius hominis naturam noſſe ac dignoſcere oportet. Ac noſſe quidem, ex quibus ab initio conſtet, dignoſcere verò, quænam in eo partes ſupereut. Niſi enim primam conſtitutionem nouerit, quodque in corpore ſuperet, ea, quæ homini conducant, minimè offerre poterit. Hæc igitur, qui ſcripturus eſt, cognoſcere debet, deinde verò ciborum omnium ac potionum, ex quibus victus ratio conſtat.

1 Εἰ μὲν μοι ὡς ἐδόκεε τῶν προτέρεν ξυγγραφάντων περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης τ πρὸς ὑγείην, ὀρθῶς ἐγνωκὼς ξυγγεγραφέναι πάντα ἂν ἐμοὶ πάντος, ὁκόσα δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ προειληφθῆναι, ἱκανῶς ἂν ἔίχε μοι δηλῶν ἐκπονησάντων, γνῶναι ὀρθῶς ἔχοντα, τούτοισι χρέεσθαι, καθότι ἕκαστον αὐτῶν ἐδόκεε χρήσιμον εἶ). νυνὶ ὑ πολλοὶ μὲ, ἤδη ξυνέγραψαν. ὥστε ὑ ἔγνω ὀρθῶς, καθότι αὐ αὐτῶν ξυγραπτέον. ἁπλοῖ ὑ ἁπλῶ ἐπέτυχον τὸ ὑ ὅλον, ὥστε πω τῶν προτέρων. μεμφθῆναι μὲ οὖν ὥστε νεν αὐτῶν ἄξιόν ὅστιν, εἰ μὴ ἐδυνήθησαν ἀξυρεῖν. ἐπαινέσαι ὑ μᾶλλον πάντας, ὅτι ἀλλ' ἐπεχείρησαν ζητῆσαι. ἐλέγχειν μὲ οὖν τὰ μὴ ὀρθῶς εἰρημένα, οὐ προσκοπέομαι. προσομολογέω ὑ τοῖς ἱκανῶς ἐγνωσμένοισι, χρεωνέομαι. ὁκόσα μὲ οὖν ὀρθῶς ὑπὸ τῶν προτέρων εἴρηται, οὐχ οἷόν τε ἁπλῶς ἔχειν ἐμὲ ξυγγράψαντα, ὀρθῶς συγγεγράφαι. ὁκόσα ὑ μὴ ὀρθῶς εἰρήκασιν, ἐλέγχων μόνῳ τοῦτο δήπου οὐχ ὕτως ἔχει, ὥστε φανῶ. ἐξηγεύμενος ὑ καθότι, αὐτῶν μοι δοκέει ἕκαστον ὀρθῶς ἔχειν, δηλῶσαι βούλομαι. διὰ τῦτο ὑ ⓦ λόγον τῦτον προσκατατίθεμαι, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὁκόταν ἑνὸς προτέρου ἀκούσωσι περί ἑνος ἐξηγευμένου, οὐκ ἀποδέχονται ⓦ ὕστερον περὶ τούτων διαλεγόμενον, οὐ γινώσκοντες ὅτι τῆς αὐτῆς διανοίας ὄντι γνῶναι τὰ ὀρθῶς εἰρημένα. ἐγὼ γοῦν ὡσαύτως ἐρέω, τοῖσι μὲ ὀρθῶς εἰρημένοισι, προσομολογήσω τὰ ὑ μὴ ὀρθῶς ἐγνωσμένα, δηλώσω ὁκοῖα ἕνα ὅστιν. ὁκόσα ὑ μὴ ὑ ἐπεχείρησε μηδεὶς τῶν προτέρων δηλῶσαι, ἐγὼ ὑποδείξω καὶ τοῦτα ὁκοῖα ὅστι. φημὶ ὑ δὴ ⓦ μέλλοντα ὀρθῶς ξυγγεγράφθαι περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης, πρῶτον μὲ, πάντος φύσιν ἀνθρώπου γνῶναι καὶ διαγνῶναι. γνῶναι μὲν, ἀπὸ τίνων συνέστηκεν ἐξ ἀρχῆς· διαγνῶναι ὑ, 4 ἀπὸ τίνων μερῶν κεκράτηται. εἰ μὴ γὰρ τὸν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν ὑπογνώσεται, ὁ ὑπικρατέον ἐν τῷ σώματι, οὐχ οἷός τε ἔσται τὰ ξυμφέροντα τῷ ἀνθρώπῳ προσφέρειν.

Ταῦτα μὲν οὖν χρὴ γινώσκειν ⓦ ξυγγεγράφοντα. μετὰ δὲ ταῦτα, σίτων καὶ ποτῶν ἀποδίδωμι, οἷσι διαιτώμεθα, δυνάμιν

δυνάμιν ἑκάστα ἔχει, καὶ τὴν κτῆ φύσιν, καὶ τὴν δι' ἀνάγκην, καὶ τέχνῃ αἱ ἀνθρωπίνη. δεῖ γὰρ ὁπόσα θαι τῶν τε ἰσχυρῶν φύσει, ὡς χρὴ τὴν δύναμιν ἀφαιρέεθαι. ταῦτα δ' ἀσθενέσιν, ὅκως χρὴ ἰσχνὸ παρεσκευάσθαι ἀφ' τέχνης, ὅκου αὖ ὁ καιρὸς ἑκάστων παρδηλοῖται. γνόντας δὲ τὰ ἐπιτήδεια, οὐκω αὐτάρκης ἡ θεραπείη τῦ ἀνθρώπου. δεῖται οὐ δύναται ἑαδίων αὖ ἄνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ καὶ πονέῃ. ἀπαναστάσις μὲν γὰρ ἀλλήλοισιν ἔχει τὰς δυνάμεις, σίτα καὶ πόνοι. ξυμφέρονται δὲ ἀλλήλοισι παρὸς ὑγείην. πόνοι μὲν γὰρ, πεφύκασιν αἰὰ λῶσαι τὰ ὑπάρχοντα· σῖτα δὲ καὶ ποτὰ, ἀναπληρῶσαι τὰ κενωθέντα. δεῖ δ', ὡς ἔοικε, τὴν πόνων ξυμγινώσκειν τὴν δύναμιν, καὶ τὴν κτῆ φύσιν, καὶ τὴν ξυμβαινόντων. ἢ ἴσως αὐτῆν ἐς αὔξησιν παρασκευάζουσι ῥῆχας καὶ ἴσως ἐς ἔλλειψιν. καὶ οὐ μόνον παῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἡμετέρας τῆν πόνων τὴν βίλν παρὸς τὸ πλῆθος τῆν σιτίων, καὶ τὴν φύσιν τῦ ἀνθρώπου, καὶ τὰς ἡλικίας τῆν ῥωμάτων, καὶ παρὸς τὰς ὥρας τῦ ἐνιαυτῦ, καὶ παρὸς τὰς μεταβολὰς τῆν πνευμάτων, καὶ παρὸς τὰς θέσεις τῆν χωρίων ἐν οἷσι διαιτέονται, παρὸς τε τὴν κατάσασιν τῦ ἐνιαυτῦ. ἄστρων τε ὁπόταν ὀλὰς καὶ δύσιας γινώσκειν δεῖ, ὅκως ὁπόταν τὰς μεταβολὰς καὶ ἐπιβολὰς φυλάσσῃ καὶ σίτων, καὶ ποτῆν, καὶ πνευμάτων, καὶ τῦ ὅλου κόσμου. ἐξ ὧν παρ' αἰ νοῦσοι τοῖσιν ἀνθρώποισι φύονται, ταῦ δ' πάντα ξυγνῶντι, οὐκω αὐτάρκες τὸ βῆμά ἐστι. ἰὼ μὲν δὲ ἰὼ βρετὸν ὁπὶ τὰ τοῖς παρὸς ἑκάστῳ φύσιν, σίτα μέζω, καὶ πόνων ἀρίθμιος, μὴ ἔχον ἐπιβολήν, μήτε ὁπὶ τὸ πλέον, μήτε ὁπὶ τὸ ἔλασσον, βέλτιστο αἰ ὑγιὴ τοῖσι ἀνθρώποισιν ἀκριβῶς. νῦν δ' τὰ μὲν παρεσκευασμένα πάντα βῆται ὁκοῖόν ἐστι· τοῦτο δ', ἀδύνατον βῆναι. εἰ μὲν οὖν πρόεισι καὶ ὁρᾶν. γινώσκει αἰ ⟨ω⟩ ἄνθρωπον, ἐκδύνοντά τε καὶ ἐν τοῖσι γυμνασίοισι γυμναζόμενον, ὥστε φυλάσσειν ὑγιαίνοντα, τῆν μὲν ἀφαιρέων, τοῖσι δὲ παρεστηκώς. μὴ πρέοντι δὲ, ἀδύνατον ἐπιθέεθαι ἐς ἀκριβείην σίτα καὶ πόνους. ἐπεὶ ὁκόσον γε δυνατὸν βῆναι, ἐμοὶ ἤδη εἴρηται. ἀλλὰ γὰρ εἰ τὸ πρῦν σμικρὸν ἐνδεέστερα τῶν ἑτέρων γένοιτο αἰ, ἐν πολλῷ χρόνῳ αἰάγκη κρατηθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς, ἢ ἐς νοῦσον ἀφικέεθαι. τοῖσι μὲν οὖν ἀνθρώποισι, μέχρι τούτου ἐπιχειρέονται ζητεῖσθαι. εἴρηται δὲ, οὐδὲ ταῦ· ἐμοὶ δ' ταῦ ἐξῄρηται παρὸ τὸ κάμνον ⟨ω⟩ ἄνθρωπον, ἀπὸ τ' ὑπερβολῆς ἐφ' ὁκάτερον ἰὼ γλῶνται παρεσκέψασθαι. οὐ γὰρ βῆναι αἰ νοῦσοι τοῖσι ἀνθρώποισι παρεστήκασιν, ἀλλὰ τῇ μικρὸν συλλεγόμενα, ἀθρόως ἐκφαίνονται. πρὶν οὖν κρατέεθαι ὑπ' τῶν ἀνθρώπων τὸ ὑγιὲς ὑπὸ τῦ νοσεροῦ, ἃ πάρεισιν ἐξῄρηταί μοι, καὶ ὅκως χρὴ ταῦ καθιστάναι ἐς τὴν ὑγείην. τούτου δὲ παρεσκευασμένου παρὸς τοῖσι γεγυμνασμένοισι τελέεται τὸ ἐπιχείρημα τῆν ξυνοικημάτων. ξυνίσταται μὲν οὖν τὰ ζῶα ταῦτε ἀπὸ πάντα ἢ ὁ ἄνθρωπος, ἀπὸ δυοῖν. ἀλλοφόρεις μὲν, τὴν δύναμιν. ξυμφόρεις δὲ τὴν χρῆσιν, πυρὸς λέγω ἢ ὕδατος. ταῦ δ' ξυναμφότερα αὐτάρκεα ἐστι, τοῖσι τε ἀνθρώποισι πᾶσι, ἢ ἀνθρώποισιν. ἑκάτερον δ' χωρεῖ, οὔτε αὐτῷ ἑωυτῷ, οὔτε ἀνθρώπῳ οὐδενί. τὴν μὲν οὖν δύναμιν αὐτῆν ἑκάτερον ἔχει τοιήνδε· τὸ μὲν γὰρ πῦρ, δύναται πάντα ἀφ' πάντος χωρῆσαι.

quam singula facultatem, tum ex natura, tum ex necessitate & arte humana obtineant. Scire namq; conuenit, quanam ratione ex valentibus naturâ, vis detrahatur, & quomodo imbecillis, vt cuiusque occasio se obtulerit, vim ex arte adhibere oporteat. Neque commemoratorum cognitio ad hominis curationem satis esse videtur, quandoquidem qui comedit, nisi etiam laboribus vtatur, sanus esse non potest. Cibi enim & labores aduersas inter se facultates, mutuò tamen ad sanitatem conferentes, obtinent. Labores namq; ea, quæ adsunt consumere solent, cibi verò & potiones, quæ vacuata sunt, explent. Laborum autem quantum par est, facultas, tum eorum qui à natura, tum eorum, qui per vim contingunt, dignoscenda est, & quinam ex ipsis carnes ad incrementum, & qui ad defectum præparent. Neque ista tantum, verùm etiã conueniens laborum modus, qui à nobis adhibetur, pro ciborum copia, hominis natura & corporum ætate, pro anni temporibus, & ventorum mutationibus, pro locorum situ, in quibus vitam agunt, & pro anni constitutione. Quinetiam syderum ortus & occasus noscendi sunt, vt mutationes & ciborum ac potionum redundantias, ventorumq; & totius mundi, ex quibus sanè morbi hominibus proueniunt, obseruare sciat. Neq; tamẽ cùm hęc omnia cognouerit, satis inuenisse existimandus est. Nam si præter hæc inuentus fuerit, cuiusq; naturæ conueniens cibi modus, & laborum numerus, qui neque supra, neque infra modum excedat, sanitas sane hominibus exactè inuenta fuerit. At nunc prædicta quidem omnia quænam sint, inuenta sunt, hoc verò inueniri non potest. Si igitur quis præsens adsit, & inspiciat hominem exuentem se & in gymnasiis exercentem, is vtiq; nouerit, hæc quidem detrahendo, illa verò adiiciendo, vt sanum seruare oporteat. Qui verò minimè præsens adfuerit, is exactè cibos & labores præscribere non poterit, cum quantum quidem quis inuenire possit, à me iam relatum sit. Nam etsi à cæteris non multum deficiunt, temporis tamen spatio corpus ab excessu superari, & in morbum incidere necesse est. Ab aliis igitur, vt hucusque inuestigatione prouenirent, tentatum est, neque verò hæc dicta sunt. A me autem inuenta est morbi prænotio, antequam quis ab excessu ægrotet, vtramuis in partem fiat. Neque enim morbi derepente hominibus contingunt, sed paulatim collecti aceruatim se produnt. Prius ergo quàm quod sanum est à morboso superetur, à quibus homines afficiantur, & quomodo sanitati restitui debeant, à me inuenta sunt. Quod vbi ad ea, quæ scripsimus, accesserit, ad exitum perductum est, quod cogitatione aggressi sumus. Omnia igitur tum animantia, tum homo ipse, ex duobus facultate quidem diuersis, vsu verò consentientibus, constant, igne inquam & aqua. Quæ duo simul iuncta, tum aliis omnibus, tum sibi inuicem satis sunt: vtrunque verò seorsim, neque sibi ipsi, neque cuiquam alteri satis esse potest. Horum igitur vtrunque hanc obtinet facultatem. Ignis siquidem omnia semper mouere, aqua verò omnia semper nutrire potest. At secundum partes vtrunque superat & superatur, si ad summum ac minimum, quoad eius fieri potest, consideretur. Neutrum enim hanc ob causam prorsus superare potest. Ignis siquidem in extremam aquam irruens, alimento deficitur, auertitur igitur vnde ali debuerat.

Aqua verò in extremum ignem irrumpens, motu deficitur, qui in ea sistitur, & cùm constiterit, non ampliùs superior existit, sed sanè ab irruente igne in alimentum consumitur, easque ob causas neutrum penitus superare potest. Quòd si alterutrum aliquando etiam superaretur, nihil eorum, quæ nunc existunt, velut nunc se habet, permaneret. Cùm autem ita semper se habeant, eadem erunt & neutra, neque simul deficient. Ignis igitur & aqua quemadmodum à me dictum est, in summo ac minimo similiter considerata, omnibus in vniuersum satis sunt. Horum autem vtrique hæc adiacent, igni quidem calidum & siccum, aquæ vero frigidum & humidum. Habent autem à se inuicem, ignis quidem ab aqua humiditatẽ, ineſt enim ab aqua humiditas, aqua verò ab igne siccitatem. Ineſt enim in aqua ab igne siccitas. Quibus sic se habentibus, multas cuiusuis generis tum seminum, tum animalium formas, nihil inter se, neq; visu, neque facultate similes, à se inuicem secernunt. Cùm enim nunquam eodem statu permaneãt, sed perpetuò permutentur, temporis tandem successu, quæ etiam ab his prodeũt, dissimilia oriri necesse est. Nihil quidem omninò perit, neq; oritur quod priùs non erat, verùm inuicem commixta & discreta alterantur. At homines existimant, id quidem quod ex orco in lucem augetur, oriri, quod verò ex luce ad orcum imminuitur, perire, magisq; oculis quàm rationi fidem esse adhibendam. Ego verò ista ratione exponam. Animantia namque sunt, & illa & ista, neque animal interire potest, quin omnia intereant, neq; quod non est, generari, cùm non sit vnde generetur. Verùm augentur omnia & imminuuntur, ad summum, & ad minimum, quoad eius fieri potest. Quid autem generari & interire vocem, multorum gratia explicandum videtur, eaq; commisceri, & discerni, significare declaro. Habet autem se res ad hunc modum. Generari & interire, idem, commisceri & discerni, idem. Generari idem quod commisceri. Interire, imminui, idem quod discerni. Vnumquodque ad omnia, & omnia ad vnumquodque idem sunt. Lex enim naturæ in his aduersatur, seorsum verò omnia & diuina & humana sursum & deorsum vicissim rependens. Dies & nox ad summum & minimum considerantur, velut lunæ summum ac minimum accedit. Igni suus est impetus, & aquæ item suus. Sol ad longissimum & breuissimum accedit. Rursus hæc, & non hæc. Lux Ioui, tenebræ orco. Lux orco, tenebræ Ioui. Commeant & transmouentur illa huc, & hæc illuc, & omni quidẽ tempore, illa horum, hæc verò illorum res peragunt, & quæ quidem faciunt, nesciunt, quæ verò faciunt, scire videntur, & quæ quidem vident non cognoscunt. Et tamen his omnia necessitate diuina cõtingunt, & quæ volunt, & quæ nolunt. Illis autẽ huc, his verò illuc commeantibus, & inuicem commixtis, fatalem suam sortem quodq; complet, & ad maius, & ad minus. Interitus autem est omnib. mutuus, & maiori à minore, & minori à maiore. Quin etiam maius à minore augetur, tum reliqua omnia, tũ hominis animus, & corp⁹ velut anim⁹ certo ordine describitur.

Τὸ δὲ ὕδωρ, πρήσσα ἀφ' πυρὸς θρέψαι· ἐν μέρᾳ δὲ ἑκάτερον κρατέῃ καὶ κρατέεται, ἐς τὸ μήκιστον καὶ τὸ ἐλάχιστον, ὡς αὐτέων. Οὐδέτερον γὰρ κρατῆσαι πρήσσει τελέως δύναται, ἀφ' τάδε· τὸ μὲν πῦρ ἐπέξιόν ἐστι τὸ ἔσχατον τῦ ὕδατος, ἐπιλείπῃ τῇ ζοφῇ. ἀπὸ τέτου οὖν οὐκέτι μέλλᾳ πρέφεσθαι. τὸ δ' ὕδωρ ἐπέξιόν ἐστι τὸ ἔσχατον τῦ πυρὸς, ἐπιλείπῃ ἡ κίνησις. ἴσατον οὖν ἐν τούτῳ· οὐκέτι δ' ἔτι ἐγκρατὲς ἔστιν, ἀλλὰ δὴ τῷ ἐμπίπτοντι πυρὶ ἐς τὴν ζοφὼ κατακαίσκεται. Οὐδέτερον δ' ἀφ' ἑαῦ, δύναται κρατῆσαι πρήσσει τελῶς· ἐνίοτε κρατηθείη, καὶ ὁκότερον, οὐδὲν αὖ ἐν τῇ νῦν ἐόντων ὥσαῤ ἔχει νῦν. οὕτω δ' ἐόντων αἰεί, ἔσται τὰ αὐτά, καὶ οὐδὲ ἅμα ἐπιλείψει. τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ ὥσαῤ ἐπίρρεταί μοι, αὐτάρκεα ἐστὶ πᾶσι ἀφ' πρήσσειν ἐς τὸ μήκιστον, καὶ τἀλάχιστον ὡσαύτως, τούτων δ' πρόσκειται ἑκατέρῳ τάδε· τῷ μὲν πυρὶ, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρόν· τῷ δὲ ὕδατι, τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρόν· ἔχει δ' ἀπ' ἀλλήλων· τὸ μὲν πῦρ, ἀπὸ τῦ ὕδατος τὸ ὑγρόν. ἐνὶ γὰρ ἀπὸ τῦ ὕδατος ὑγρότης· τὸ δ' ὕδωρ ἀπὸ τῦ πυρὸς, τὸ ξηρόν. ἐνὶ γὰρ ἐν ὕδατι ἀπὸ τῦ πυρὸς ξηρόν. οὕτω δὲ τούτων ἐόντων, πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἰδέας ἀποκρίνον) ἀπ' ἀλλήλων καὶ ἀσπερμίῃ, καὶ ζώων, οὐδὲν ὁμοίους ἀλλήλοισιν, οὔτε τὴν ὄψιν, οὔτε τὴν δύναμιν. οὔτε γὰρ οὔποτε κατὰ τὸ αὐτὸ ἰσαρθμίων, ἀλλ' αἰεὶ ἀλλοιουρθμίων, ἔπειτα καὶ ἔπειτα ἀνόμοια ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἀποκρινόρθμια· ἀπόλλυται μὲν οὐδὲν ἀπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται, ὅτι μὴ καὶ πρόσθεν ἐών. ξυμμισγόρθμια δ' καὶ ἀφακρινόρθμια, ἀλλοιοῦται· νομίζεται δ' πολλὰ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν ἐξ ἀΐδου ἐς φῶς αὐξηθέν, γίνεσθαι· τὸ δὲ ἐκ τοῦ φάεος ἐς ἀΐδιν μειωθέν, ἀπολέσθαι. ὀφθαλμοῖσι δὲ δεῖ πιστεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γνώμῃσιν. ἐγὼ δ' τάδε γνώμῃ ἐξηγέομαι. ζῶα γὰρ καὶ ἄνθρωπον, καὶ τάδε· ἐς οὔτε τὸ ζῶον ἀποθανὸν οἷόν τε μὴ μὴ πρόσθεν. καὶ γὰρ ἀποθανεῖται. οὔτε τὸ μὴ ὂν γίνεσθαι μὴ ὄντος ὅτου πρόσθεν γενήσεται. ἀλλ' αὐξήσει πρόσθεν καὶ μειοῦται ἐς τὸ μήκιστον καὶ ἐς τὸ ἐλάχιστον, τῷ γε δυνατῷ. ὃ, ἢ δὴ ἀν ἀφαλέγωμαι γίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπολέσθαι τῶν πολλῶν ἕνεκεν ἑρμηνεύω. τοῖσι δὲ καὶ ξυμμίσγεσθαι καὶ ἀφακρίνεσθαι δηλῶ· ἔχει δὲ ὧδε γίνεσθαι καὶ ἀπολέσθαι τ' αὐτό. ξυμμιγνῦσαι καὶ ἀφακριθῆσαι τ' αὐτό, γίνεσθαι ξυμμιγῆναι τ' αὐτό. ἀπολέσθαι, μειωθῆναι, ἀφακριθῆναι τ' αὐτὸ ἕκαστον πρὸς πόντα, καὶ πόντα πρὸς ἕκαστον τ' αὐτό. ὁ νόμος γὰρ τῇ φύσῃ πρὶ τούτων σταθμός. χωρεῖ δὲ πόντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ἄνω καὶ κάτω ἀμειβόμενος. ἡμέρη καὶ νὺξ ἐπὶ τὸ μήκιστον καὶ ἐλάχιστον· ὡς καὶ τῇ σελήνῃ, τὸ μήκιστον καὶ τὸ ἐλάχιστον· πυρὸς ἔφοδος καὶ ὕδατος ἥλιος· ἐπὶ τὸ μακρότατον καὶ βραχύτατον, πάλιν ταῦτα, καὶ οὐ ταῦτα. φάος ζωὴ, σκότος ἀΐδη, φάος ἀΐδη, σκότος ζωὴ φοιτᾷ καὶ μεταχινεῖται, κεῖνα ὧδε· καὶ τάδε κεῖσε πάσιν ὥρῃσι ἀφαρπαστέα· κεῖνα τε τὰ, τῷδε· τὰ δὲ ταῦτα, κείνων. καὶ θ' ἃ μὲν πρήσσουσιν, οὐκ οἴδασιν. ἃ δὲ πρήσσουσι, δοκέουσιν εἰδέναι· καὶ θ' ἃ μὲν ὁρῶσι, οὐ γινώσκουσιν. ἀλλ' ὅμως ἀνάγκῃσι πόντα γίνεται, δι' ἀνάγκην θείην, καὶ ἃ βούλονται καὶ μὴ βούλονται. φοιτεόντων δ' ἐκείνων ὧδε· τῷ δὲ τε κεῖσε· συμμισγομένων πρὸς ἄλληλα τὸ πεπρωμένον μοῖραν ἕκαστον ἐκπληροῖ. καὶ ὅτι τὸ μέζον, καὶ ὅτι τὸ μεῖον. φθορὴ δὲ πᾶσιν ἀπ' ἀλλήλων, τῷ μείζονι ἀπὸ τῦ μείονος, καὶ τῷ μείονι, ἀπὸ τῦ μέζονος· αὐξάνεται δὲ τὸ μέζον, ἀπὸ τῦ ἐλάσσονος. τὰ δ' ἄλλα πόντα καὶ ψυχὴ ἀνθρώπου καὶ σῶμα, ἐκείων ἡ ψυχὴ ἀφακοσμέει).

ἐσέρπει

ἐσέρπει ἐς ἄνθρωπον, μέρεα μερέων, ὅλα ὅλων ἔχοντα σύγκρησιν πυρὸς καὶ ὕδατος. τὰ μὲν λαμβάνοντα, τὰ δὲ, δώσοντα. καὶ τὰ μὲν λαμβάνοντα, πλέον ποιέει· τὰ δὲ διδόντα, μεῖον· τρίζουσιν ἄνθρωποι ξύλον. ὁ μὲν, ἕλκει, ὁ δὲ, ὠθέει. ὅ τι δ' αὖ τῶν ποιέουσι. μεῖον δὲ ποιέοντες, [21] πλέον ποιέουσι. [22] ὅ τι δ' αὖ καὶ φύσις ἀνθρώπων. ὁ μὲν, ὠθέει. ὁ δὲ, ἕλκει· ὁ μὲν, δίδωσι. ὁ δὲ, λαμβάνει· καὶ τῷ μὲν, δίδωσι τοσούτῳ πλέον, τῷ δὲ, λαμβάνει τοσούτῳ μεῖον. [23] χώρῃσι δὲ ἕκαστον φυλάσσει τὴν ἑωυτοῦ. καὶ τὰ μὲν ὅπῃ τὸ μεῖον ἴοντα, διακείνεται εἰς τὴν ἐλάσσονα χώρην· τὰ δὲ ὅπῃ τὸ μέζον πορευόμενα, συμμισγόμενα ἐξισοῦται εἰς τὴν μείζω τάξιν τὰ δ' ξένια μὴ ὁμόζηπα, ὠθέεται ἐκ χώρης ἀνοτείης. [24] ἑκάστῳ δὲ, τύχη μέζω καὶ ἐλάσσω ἔχουσα περιφοιτᾷ τὰ μόρια τὰ ἑωυτῆς, οὐ προσθέτου τοῦδε ἀφαιρέτου δεομένων τῶν μερέων. χρῄζει δὲ αὔξησιν καὶ μείωσιν τῶν ὑπ' ἀρχόντων δεομένων. [25] χώρην δὲ ἕκαστα διακρῑνάτω εἰς ἰὼν τινα ἐσέλθῃ γὰρ δέξεται τὰ προσπίπτοντα. οὐ γὰρ δυνάται τὸ μὴ ὁμόζηπον ἐν τοῖσιν ἀσυμφορῃσι χωρίοισιν ἐμμένειν. πλανᾶται μὲν γὰρ ἀγνοούμενα. ξυμμισγόμενα δὲ ἀλλήλοισι, συνγινώσκεται. προσπίπτει γὰρ τὸ σύμφορον τῷ συμφόρῳ. τὸ δὲ ἀσύμφορον, πολεμᾷ καὶ μάχεται καὶ διαλλάσσει ἀπ' ἀλλήλων. διὰ ταῦτα καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ, ἐν ἀνθρώπῳ αὐξάνεται· ἐν μείζονι δὲ σώματι. ἐκ τῶν μείζων ζώων τῶν μεγάλων ὡσαύτως. [26] ἐκ δὲ μείζονος ἀπὸ μείζων, ἐπὶ τὸ βίης ἀποκλίνεται. πρὸς μὲν οὖν τῶν μείζων ζώων, ἐάσω. πρὸς δὲ ἄνθρωπον, δηλώσω. Ἐσέρπει δὲ ἐς ἄνθρωπον, ψυχὴ πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρησιν ἔχουσα· μοῖραν σώματος ἀνθρώπου. τοῦτο δὲ τὰ θήλεα καὶ ἄρσενα καὶ πολλὰ καὶ πανταχῆ τρέφεται. τρέφεται δὲ καὶ αὔξεται διὰ τῆ πρὸς ἄνθρωπον. ἀνάγκη δὲ τὰ μέρεα ἔχειν πάντα τὰ ἐνίσιοντα· οὐδένος γὰρ μὴ ἐνεῖη μοῖρα ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἂν αὐξηθείη· ὥστε πολλῆς ἐπιούσης τροφῆς, οὔτε ὀλίγης, οὐ γὰρ ἔχει τὸ προσαυξόμενον. ἔχει δὲ πάντα, αὔξεται) ἐν χώρῃ τῇ ἑωυτῆ ἕκαστον. τροφῆς ἐπιούσης ἀπὸ ὕδατος ξηροῦ, καὶ πυρὸς ὑγροῦ. τὰ μὲν, ἔσω βιαζόμενα, τὰ δ', ἔξω. ὥσπερ οἱ τέκτονες τὸ ξύλον τρίζουσι. καὶ ὁ μὲν, ἕλκει, ὁ δὲ, ὠθέει. τὸ αὖ τὸ ποιέοντες. κάτω δὲ πίεζω, [27] ἀνω ἔρωτᾷ. οὐ γὰρ ἂν κατάδηλα δέχοιτο, κάτω ἰέναι. ἰὼν δὲ βιάζωνται, πάντως ἁμαρτήσονται. πρώτιστον τροφὴ ἀνθρώπου· τὸ μὲν, ἕλκει· τὸ δὲ, ὠθέει. ἔσω δὲ βιαζόμενον, ἔξω ἔρωτᾷ. ἰὼν δὲ βιῆται κατὰ καιρὸν. πάντως ἀποθλίξεται. χρόνον δὲ τοσοῦτον ἕκαστα τὴν αὐτὴν ἕλξιν τάξιν, ἄχρι μηκέτι δέχηται ἡ χώρη, μηδ' τροφὴν ἰσχυρὴν ἔχη [28] ἐς τὸ μήκιστον τῶν ὑδάτων. ἐπὰν δ' ἐναμείβῃ ἐς τὴν ἔξω χώρην, θήλεα καὶ ἄρσενα, [29] ἀνω ἑωυτοῦ τρέπον ἐπὶ τὸ βίης καὶ ἀνάγκης διωκόμενα. ὁκότερα δ' ἂν ἐμπλήσῃ τὴν προσφυομένην μοῖραν, τοῦτο διακείνεται πρῶτα, καὶ ἅμα συμμίσγεται. ἕκαστον μὲν γὰρ διακείνεται. πάντα δὲ τοῦτο ξυμμίσγεται. χώρην δὲ ἀμείψαντα καὶ τυχόντα ἁρμονίης ὀρθῶς ἐχούσης συμφωνίας τρεῖς, [30] ξυλλήβδην διεξιόν διὰ πασέων, ζωὴ δὲ αὔξει) τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ πρόσθεν. [31] ἰὼν δὲ μὴ τύχῃ τῆς ἁρμονίης, μὴ δὲ ξύμφωνα βαρέα τοῖσιν ὀξέσι γένηται) ἢ πρῶτη συμφωνίη. [32] ἰὼν δὲ δευτέρη γένεσις ἢ, τὸ διὰ πάντων ἑνὸς ἀποληφθέντος, πᾶς ὁ τόνος μάταιος. οὐ γὰρ ἂν πρόσθειεν.

Irrepunt autem in hominem partes partium, tota totorum, quæ ignis & aquæ commixtionem habent, & partim quidem accipiunt, partim etiam exhibent. Et quæ quidem accipiunt, plus faciunt, quæ verò exhibent, minus. Lignũ homines serra secant, & hic quidem trahit, alter verò trudit, idem tamen faciunt, & minus facientes, plus faciunt. Idem & hominis natura, partim quidem propellit, partim verò trahit, partim dat, partim etiã accipit, & alij quidem dat, ab alio verò accipit, & alij quidem tantò plus dat, hic verò tantò minùs accipit. Locum autẽ suum quodq; tuetur, & quæ quidem ad minus tendunt, in minorẽ locũ secedunt, quæ verò ad maius proficiscuntur, commixta in maiorẽ classem trãseunt. Externa verò neq; eiusdẽ generis, ex aliena regione pelluntur. In vnoquoq; autẽ animus maiora & minora habens, suas ipsius partes circũmeat, quæ nec appositione, nec detractione indigent, cùm tamen eorũ, quæ adsunt accretione & imminutionẽ opus habent. Locum verò singula cõficiunt, in quem ingrediãtur, & ea, quæ incidunt suscipiant. Neq; enim potest quod nõ est eiusdem generis, in loco minimè sibi cõueniente permanere. Vagantur siquidẽ non agnita, inuicẽ verò permixta simul cognoscuntur. Cõueniens enim cũ cõueniente cohæret, quod autẽ minimè cõuenit, dissidet & pugnat, & à se inuicẽ discrepat. Quam ob causam hominis animus in homine, neq; in vllo alio incrementũ accipit, eodemq; modo de magnis animalib. Quæ verò aliter habent, ea per vim ab aliis secernuntur. Ac vt reliqua animantia prætereã, de homine tamẽ differam. Irrepit autẽ in hominẽ animus, ignis & aquæ temperationẽ sortitus, corporis humani portionẽ. Hæc autem fœminea & masculà, multa & cuiusvis generis nutriuntur. Victus autẽ ratione qua homo vtitur, nutriũtur, & incrementũ accipiũt. Quę verò ingrediuntur, ea omnia partes habere necesse est. Nã cuiuscunq; pars non inerit à principio, nullo vnquã modo augeri poterit, neq; copioso, neq; pauco accedente alimento, cũ non habeat, quod incremẽtum accipiat. Augetur autẽ quodq; in suo loco, quod omnia habet. Superueniente verò alimento, ab aqua sicco, ab igne verò humido, alia quidẽ intrò, alia verò foras vi adiguntur. Nõ secus ac fabri lignarij, cùm lignum serra secant, & alter quidem trahit, alter verò trudit, idem sanè facientes, & qui deorsum vrget, eũ qui supra est, trahit, neq; enim aliàs deorsum, descenderet, sin per vim agant, penitus aberrabunt. Tale quid circa hominis alimentum contingit, aliud quidem trahit, aliud verò trudit, intrò verò vi actũ, foras repit. Quòd si alieno tempore per vim abigatur, prorsus successu frustrabitur. Eodẽ autem ordine singula tanto tempore procedunt, quoad locus non amplius suscipiat, neq; satis aliməti ad summas aquas habeãt. Postea ad externam regionẽ transeunt, tũ fœminea, tũ mascula, eodẽ modo vi & necessitate coacta. Quęcunque verò fatalem sortem impleuerint, hæc primũ secernuntur, & simul commiscentur. Vnumquodq; siquidem secernitur, hæc autem omnia commiscentur. Quæ vbi regionem permutauerint, & concentũ tres consonantias rectè habentem nacta fuerint, denique per omnia penetrans, iisdem quibus etiam antea viuit, & incrementũ accipit. Quòd si prima consonantia cõcentum non assequatur, & grauia acutis minimè consona fuerint, & si secunda generatio adfuerit, quod per totum est, vno decedente, totus tenor vanus est. Neque enim consonantiam habent,

ſed à maiore ad minus,ante deſtinatam ſortem tráſitio fit,eo quod neſciunt quid faciunt. At verò cur vtriq;,tum maſculus,tum fœmella generentur,procedente oratione oſtendam.Horũ autẽ quodcunq; cõcentum ſortitum, cùm humidũ exiſtat, ab igne mouetur: motum verò viuiſcit,& alimentũ ad ſe ab iis, quæ in mulierẽ ingrediuntur,cibo & ſpiritu attrahit, imprimis quidẽ vndiquaq; æqualiter,cùm primũ rarum eſt, motu verò & igne ſicceſcit & ſolideſcit,& ſolidum redditũ circumquaq;denſatur.Igniſq; incluſus non ampliùs ſufficiens alimentũ attrahere valet, neq; ſpiritum propter ambientis corporis denſitatẽ expellit. Abſumit enim quicquid intus humoris ineſt.Quæ igitur naturâ ſolida ſunt,in compacto & ſicco,nõ abſumuntur ab igne in alimentum, ſed valida redduntur,& humore deficiente compinguntur,quę quidem oſſa & nerui nominantur.Ignis autem ex cõmixto humore cõmoto,corpus ſecundam naturam propter hanc neceſſitatẽ componit. Neq; enim per ſolidum & ſiccũ diutiùs permeare poteſt, cùm alimentũ non habeat. At per humida & mollia poteſt, quòd hæc ipſius ſint alimentũ. In his autem etiã ſiccitas ab igne nõ conſumpta ineſt. Hæc verò mutuo inter ſe cõſiſtunt.Ignis igitur penitiſſimè cõcluſus,& plurimus eſt,& maximũ exitum fecit, cùm plurimus hoc in loco humor ineſſet,qui venter appellatur, indeq; excidit,cùm alimentũ non habeat,foraſq; exitũ ſibi parauit,quòd plurimus illic humor ineſſet,ad alimentũ conuehendum & concoquendũ. Qui verò ad reliquũ corpus excluſus eſt ignis, triplices circuitus fecit.Quod erat in igne humidiſſimũ, in iis locis remanſit,quæ venæ cauæ appellantur. In medio verò harũ quod reliquum eſt aquæ denſatum conſtitit, & carnes vocantur.Ad ſummá,ignis omnia quæ ſunt in corpore ſuo modo,ad vniuerſi imitationẽ, parua cũ magnis,& magna cum paruis diſpoſuit. Ventrẽ quidem maximũ,ſicci & humidi promptuarium, qui omnibus daret,& ab omnibus acciperet,maris habẽs facultatẽ,quod animalia in eo enutrita fouet, aliena verò perimit. Circum hunc eſt aquæ frigidæ & humidæ coagmentatio,tranſitus ſpiritus frigidi & calidi,ad terræ imitationem,quæ omnia, quæ in eam illabuntur,alterat.Conſumens verò & augens aquę tenuis,& ignis diſperſionem fecit,ad nõ obſcuri & apparentis à compacto ſecretionẽ,in quo delata omnia ſingula pro fatali ſorte in apertum veniũt.In hoc autẽ triplices ignis circuitus fecit,in ſe inuicẽ intrò ac foras tendentes,alios quidẽ ad humorum cauitates, lunæ facultate,alios verò ad exteriorem ſuperficiem, ad ambientem conſiſtentiam, ſyderum facultate, medios autem intrò & foras tendentes, calidiſſimũ & validiſſimum ignem continentes, qui cunctis dominatur, omniaque ſecundum naturam moderatur, ſine ſtrepitu,tum viſu,tum tactu.In quo animus,mẽs, prudentia, incrementum, motus,imminutio, permutatio,ſomnus,vigilia.Hic omnia in totum gubernat,& hæc & illa, neque vnquam quieſcit. At verò homines ex manifeſtis obſcura in conſiderationem adhibere non nouerunt. Ignorant enim quod artibus vtantur naturæ humanæ ſimilibus. Diuina namque mens edocuit ſua opera imitari, cognoſcentes, quæ faciunt, & ignorantes, quæ imitantur.

ἀλλ' ἀμείβη ἐκ τ̃ μέζονος ἐὶς τ̃ μεῖον, πρὶν μοίρης δέξασθαι οὐ γινώσκουσιν ὅ, τι ποιέουσιν. ἁπασέων μὲν οὖν καὶ ἀπείρων δέδηλα ἑκατέρα γίγνεται, προϊόντι τ̃ λόγῳ δηλώσω. τ̃των δὲ ὁκότερον ἰὼν τύχῃ τ̃ς ἁρμονίης ὑγρὸν ἐὸν, κινέεται ὑπὸ τ̃ πυρός. κινεόμενον δ', ζωπυρῆται, καὶ προσπάγε[2] τὴν ψυχὴν ἀπὸ τ̃ ἐσιόντων ἐς τὸν γαστέρα σίτων, καὶ πνεύματος. τὰ μὲν προσφέρεται, πρώτη ὁμοίως[33] ἕως ἀρὴν ἀραιὸν ἔστιν. ὑπὸ δὲ τ̃ κινήσιος καὶ τ̃ πυρὸς, ξηραίνη[2], καὶ τρέφεται. τρεφόμενον δὲ, πυκνοῦται προσίζ. καὶ ὃ πῦρ ἐγκλειόμενον, οὐκ ἔλαττον τ̃ ψυχροῦ ἰσχανέει ἔχειν ἐπάγεσθαι. οὐδὲ ὃ πνεῦμα ἐξωθέει, ἀλλὰ τὴν πυκνότητα τ̃ προσιέχοντος. ἀναγίσκει γὰρ ὃ ὑπάρχον ὑγρὸν ἐν τ̃ῳ. τὰ μὲν οὖν στερεὰ τὴν φύσιν ἐν τ̃ῳ ξυνεστηκότι καὶ ξηρῷ, οὐκ ἀναλίσκεται ὑπὸ τ̃ πυρὸς ἐς τὸν ψυχρόν. ἀλλ' ἐγκρατέα γίγνεται, καὶ ξυνίσταται τὸ ὑγρὸν ἐκλείποντος, ἅπερ ὀστέα καὶ νεῦρα ἐπωνομάζεται. ὃ δὲ πῦρ ἐκ τ̃ συμμιγνύντος κινουμένου τὸ ὑγρὸν, διαχωρέεται ὃ σῶμα κατὰ φύσιν, διὰ τοιήνδε αἰτίην. διὰ μὲν τὸ στερεὸν καὶ ξηρὸν, οὐ δυνατὰ ἐστὶ διεξόδους χωρίας ποιέεσθαι, διότι οὐκ ἔχει ψυχρόν. διὰ δὲ τὸ ὑγρὸν καὶ μαλακὸν, δυνατά. τοιοῦτον γάρ ἐστιν αὐτῷ ψυχρόν. ἔνι δὲ καὶ ἐν τ̃σι πόροισι, ξηρότητος οὐκ ἀναλισκομένου ὑπὸ τ̃ πυρός. τοιοῦτον δὲ ξυνίσταται πρὸς δηλα. ὃ μὲν οὖν ἐσωτάτω καταφερὲς ἔδεν πῦρ, καὶ πλεῖστον ἐστὶ, καὶ μεγίστην τὴν διέξοδον ἐποιήσατο. πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἐνῆν, ὅπερ κοιλίη καλέεται. καὶ ἐξέπεσεν ὑπεδέξατο, ἐπεὶ οὐκ ἔχει ψυχρὸν ἔξω, καὶ ἐποιήσατο, πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἐνῆν, καὶ ψυχρὸς ἐπαγωγὴν καὶ ἀναπνοήν. τὸ δὲ ἀποκλειόμενον ἐὶς δηλο σῶμα, τριπλόους ἐποιήσατο τελευτάς. ὅπερ ἐν ὑγρότατον τ̃ πυρὸς, ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν, αἵ τινες φλέβες καλέονται κοῖλαι. ἐς δὲ τὰ μέσα τούτων, τὸ ὑπολειπόμενον τ̃ ὕδατος ξυνισταμένου πήγνυται, ὅπερ καλέεται σάρκες. ἔνι δὲ λόγῳ πρώτα διεκρίθη χρ̃ τρόπον αὐτῷ ἑαυτῷ, τὰ μὲν σώματα τὸ πῦρ, ἀπομίμησιν τ̃ ὅλου, μικρὰ πρὸς μεγάλα, καὶ μεγάλα πρὸς μικρά. κοιλίῃ μὲν τὴν μεγίστην, ξηρῷ καὶ ὑγρῷ ταμιεῖον, δοῦναι πᾶσι, καὶ λαβεῖν πάντων, θαλάσσης δύναμιν ζώων ἐν σφίσι, σφίσιν. ἀσυμφόρων δὲ, φθορέν. πρὸς δὲ τοῦτο τὸ ὕδατος ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ, σύστασις· διέξοδος, πνεύματος ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, ἀπομίμησιν τ̃ς γ̃ς, τὰ ἐπιπολαίοτατα πάντα ἀλλοιούσης.[35] καταθαλάσσιον δὲ αὖξον, σπέδασιν ὕδατος λεπτοῦ καὶ πυρὸς ἐποιήσατο, πρὸς ὃν ἀφανέος καὶ φανεροῦ, ἀπὸ τ̃ ξυνεστηκότος ἀπόκρισιν. ἐν ᾧ φερόμενα πάντα ἐς τὸ φανερὸν, ἀφικνέεται ἕκαστα μοίρῃ πεπρωμένῃ. ἐν δὲ τούτῳ ἐποίησαν, πυρὸς πρόσοδος τελευτάς, θερμαινούσας πρὸς ἄλληλας καὶ ἐὶς τὸ ἔξω. αἱ μὲν πρὸς τὰ κοῖλα τ̃ ὑγρ̃, σελίνιος δύναμιν. αἱ δὲ ἐς τὸν ἔξω πρόσω φορέν, πρὸς (Ⓐ) πρόσω ἐχόντα πάντα, ἄστρων δύναμιν. αἱ δὲ μέσαι καὶ ἐὶς τὸ ἔξω καὶ ἔξω θερμαίουσαι, τὸ θερμόταλον καὶ ἰσχυρότατον πῦρ, ὅπερ πάντων ὑπερκρατέεται, δίκτον ἅπαντα κατὰ φύσιν· ἄψυφον καὶ ὄψει καὶ ψαύσει, ἐν τούτῳ, ψυχὴ, νοὸς, φρόνησις, αὔξησις, κίνησις, μείωσις,[38] διάλλαξις, ὕπνος, ἐγρήγορσις. τοῦτο πάντα διὰ πάντος κυβερνᾷ καὶ πάντα καὶ ἔνεστι καὶ ἐσόμενα, τοῦτ' ἔστι ἀπρεμίζον. (Ⓑ) ὁ ἄνθρωπος ἐκ τ̃ φανερῶν, τὰ ἀφανῆ σκέπτεσθαι οὐκ ὑπέστησαν. τέχνησιν γὰρ χρεόμενοι, ὁμοίησιν ἀνθρωπίνην φύσει, οὐ γινώσκουσι. θεῶν γὰρ νόος ἐδίδαξε μιμέεσθαι τὰ ἑωυτ̃ν, γινώσκοντας ἃ ποιέουσι, καὶ οὐ γινώσκοντας ἃ μιμέονται.

πάντα

καὶ τοῦ καιροῦ. ὃς γὰρ ἂν τὰς ἰητρικὰς ἐπίστα), ἐλάχιστα τῇ τύχῃ ἐπιτρέπει. ἀλλὰ καὶ αὕτη τύχη, καὶ ξυὶ τύχῃ εὖ ποιῆσαι ἔστι. βέβηκε γὰρ ἰητρικὴ τέχνη, καὶ φαίνεται τὰ σφίσι αὐτοῖς καλλίστα ἐν αὐτῇ συγκείμενα, ἐλάχιστα τύχης δεῖται, ἡ γὰρ τύχη αὐθαίρετός ἐστι καὶ οὐκ ἀρχή. ἀεὶ δ' ἐστὶ δύσκολος τῇ ὅστις αὐτῇ ἐλθεῖν. ἡ δὲ ἐπιστήμη ἀρχή τε καὶ εὐτυχής ἐστιν, ὁπότε μεταβάλοι ὁ ἐπιστάμενος χρῆσθαι. ἔπειτα τί μὴ καὶ δεῖ ἰητρικὴ τύχης; Εἰ μὲν ἔστι τὰ νοσήματα φάρμακα σβεστά, οἷμαι, οὐκ ἐπιτρέπω τῇ τύχῃ, τὰ φάρμακα ὑγιᾶ ποιῆσαι τὰ νοσήματα. εἰ δὲ δεῖ τὰ φάρμακα. εἰ δὴ σὺν τῇ τύχῃ διδόναι ὠφελεῖ, οὐδὲν μᾶλλον τὰ φάρμακα ἢ ἐκ τοῦ μὴ φάρμακα σώζει γε τῇ τύχῃ ὑγιᾶ ποιεῖσθαι προσφερόμενα τοῖσι νοσήμασιν ὧς μὴ τῷ τύχῳ δοξῇ ἰητρικῆς, ἢ οὗ δεῖ μηδὲ λιμὸς ἐξελαύνει. φάρμακος γὰρ καλῶς μὲν θεραπεύσαντος ἐπίσταται χρῆσθαι τύχῃ, ὃ ὑπεναντίον δοκεῖ μοι γιγνώσκειν. ἐμοὶ γὰρ δοκέουσι μειοῦσι καὶ ἐπιτυγχάνειν καὶ ἀτυχεῖν καλῶς μὲν καὶ κακῶς θεραπεύσαι ἐπισταμένοις. ἐπιτυγχάνει τε γὰρ τούτοις, ὃ καλῶς ποιέειν. τοῦτο δὲ ἐπισταμένοις ποιέουσιν. ἀτυχεῖν δέ, τοῦτ' ἔστιν, ὁ μὴ ὅς μὴ ἐπίσταται), τοῦτο μὴ καλῶς ποιεῖν. ἁμαρτὴς δ' ἐὼν, πῶς ἂν ἐπιτύχοι; ἐπεὶ γὰρ μὲν ἐπιτύχοι. οὐκ ἂν ἀξίως λόγου τοῦ ἐπιτυχεῖν ποιήσαιμι. ὁ γὰρ μὴ καλῶς ποιέων οὐκ ἂν ἐπιτύχοι, πάλαι τὰ ἐκ τοῦ μὴ ἐπιτυχεῖν. Τὰ γὰρ ἀρχαῖα νοσήματα καὶ ἐμπεδώτατα αἰεί ἐστι πάντων τῶν νοσημάτων αἴτια εἰσιν. ὧν) γὰρ ὅπη αἱ ὀκρῖδες μεταστήσωσι φύσιος νοῦσος προσέρχεται, ἢν τε προσέλθωσιν, ἢν τε προσχωρήσωσιν. ἐπὰν μὲν μὴ βοηθήσασαι τὸ σῶμα αἱ μῆτραι, ἢ μὴ φαύσασαι τῶν χρημάτων μεταστῆναι ἔασιν ἔξω, σμικροτάτη νοῦσός ἐστιν. ἐπεὶ δὲ προσκινηθέωσιν ἐς τὸ ἔμπροσθεν ἢ ἐμβοήσωσι τὸ σῶμα ἐς τὰ χρήματα. προσῆκεν μὲν φαύσασα, πόνον παρέχειν. ἅτε δὲ ἁπτομένη ἡ μήτρη ἢ ἐπιστομωθεῖσα ἡ ὑπὸ τοῦ ἐμβολήσεως, τὸ ἐς τὰ χρήματα ῥόος τὰ καταμήνια. τοῦτο δὲ σωιζόμενον οἰδός τε καὶ ὀδυνέων παρέχει. ἐὰν μὲν κάτω καταλειφθῇ καὶ ἀποστραφῇ ἐς τὰ βουβῶνα, ὀδυνέων παρέξει. ἐὰν δ' αὖ ἐπιμαχωρήσασα ἀποστραφῇ καὶ ἀπόφραξθῇ, καὶ οὕτω δέχεται ἀφαίρετα νοῦσον παρέχει. ὁπότε μὲν οὖν δέχεται τοῦτο νοσέειν, ἐς πάχεα καὶ τὴν κεφαλὴν ὀδυνέων ποιεῖ. ὁπότε μὲν οὖν ἀμήτρης πλησθεῖσα σιωσιδήσωσιν ὑγρῆς οὔσης, καὶ πλέαι γένωνται. ἐπὶν δὲ πλέαι γένωνται), φαύσασα δὲ τὰ ἰσχία ὀδυνᾶς παρέχουσι καὶ ἐς τὰ ἰσχία καὶ τὰ βουβῶνα. καὶ οἷς σφάραι ἀπὸ τῆς μαστροῦ ἐπιστρέφουσι. καὶ τὴν κεφαλὴν πονέουσιν. ὁτὲ μὲν, ἐς ὃ ἕτερον μέρος, ὁτὲ δὲ ὅλην. οἷσι γὰρ καὶ ἡ νοῦσος. ὧδε δὴ τοῦτο βουτερέσιον. ἐὰν μὲν προσέλθῃ μειοῦσι καὶ ἡ ὀξαχρίη, χρὴ ᾧ ἂν βούλῃ τῶν κακοδμέων, ἢ κέδρῳ, ἢ μυσεωτῇ, ἢ σμήγματι τῷ βαρυτέρων καὶ κακὴν ὀζόντων, καὶ κάπνιζε, καὶ μὴ πυέλῃ, μηδὲ σπόγγῳ, μηδὲ πόκῳ οὐρήσιμον χρὴ τούτου τοῦ χρόνου, μηδὲ λουέσθω θερμῷ. ἐὰν δ' αὖ ἀναχωρήσῃ μὴ ἀποστραμμένη ἡ ὁδὸς μισγέσθω προσθετοῖσι χρῶ, οἷσι αἱ ἀθρμήνσεσιν ἅμα. ἔστω δὲ ἐναίδε ἐόντα. σμύρνη, ἢ μύρῳ, ἔνθ' ἐνὶ σμῆγμα ὁδὸς μὴ θερμαίνοντι ἅμα. ξυνούσησι προσθετοῖσι χρῶ. καὶ πυέλῃ οἴνῳ κατώδει, καὶ θερμῷ ὕδατι λευκῷ, καὶ διαρρήξασι χρῶ. ὃ δὲ δῆλόν ἐστι, ἐὰν μὴ ἀποστραφῇ αἱ ἀναχωρήσιμα ῥοῦσα γένηται). ἐὰν δ' ἀποστραμμένη ᾖ, ὅ γίνεται) ῥοῦς τὰ καταμήνια καλεόμενα. τοῦτο δὲ νόσημα πυέλῃ προῶτον ξυνὸν χρὴ ἰᾶσθαι, ἐς οἷον ἐμέλλεν ἐμβαλλόντα θερμαίνοντα τοῦτο προσήκοντα σιωσιδίου,

occasiones doceat. Qui enim hoc pacto artis Medicę cognitionem habet, is minimum ex fortuna pendet, sed & citra fortunam, & cum fortuna, rectè eam administrabit. Firma enim est ars tota Medica, eiusque præceptiones ex quibus cõstat pulcherrimæ, fortuna minimùm indigere videntur. Sui enim iuris est fortuna, nullius imperio paret, neq; fœlici successu caret, si quis ea instructus vti volet. Deinde quanã in re Medicina fortunæ indiget? Si quidẽ explorata sunt morborum medicamenta, quemadmodũ reor, ea vt morbis sanitatem adferant, minimè fortunã morantur, si quidem medicamẽta sunt. Quòd si cum fortuna ea exhibere iuuat, non magis medicamenta, quàm quæ talia non sunt, vna quidem cum fortuna morbis oblata sanitatem restituunt. At verò quisquis fortunã ex arte Medica, aut quouis alio negotio penitus eiicit, negátque eos qui probè aliquid nouerũt, fortuna vti, is mihi cõtra quàm debet sentire videtur. Ij enim soli vel successu potiri, vel eo frustrari vidẽtur, qui rectè quid vel malè facere nouerũt. Est enim prosperè succedere rectè facere, quod faciũt, qui sciunt. At verò successu frustrari, est cùm quis quod minimè sciat, id nõ rectè faciat. Ignaro enim quomodo prosperè succedere queat? Quod si quid etiam ex animi sententia succedat, nõ magni certè faciendũ successum habebit. Nã qui nõ rectè facit, huic ex animi sententia succedere non poterit, cùm reliqua quæ sunt cõsentanea nõ faciat. Morborum omnium, qui muliebres vocantur, vteri in causã sunt. Hi enim quocunq; è sede naturali moti fuerint, morbos afferunt, siue foras processerint, siue intrò cesserint. Et quando quidem vteri non demisso suo osculo, neque muliebris pudendi labra attingẽtes, foras emoti fuerint, leuissimus est morbus. Vbi autem demisso in pudendi labra osculo, in anteriora processerint, primùm quidem ipso contactu dolorem exhibet, deinde obturato vtero & obducto, ex eo quod in pudendi labra se immittit, profluuium menstruum non contingit, quod vbi collectum fuerit, tumorem & dolorem præbet. Ac siquidem inferiora petat, & auersus ad inguina incumbat, dolorem afferet. Quòd si sursum se recipiens, auersus & occlusus fuerit, sic quoque propter raritatem morbum adfert, & vbi ex eo ægrotarit, ad coxendices & caput dolorem immittit. Cùm verò repleti vteri in tumorem sublati fuerint, nihil effluit, & pleni euadunt. Quod vbi euenit, coxendices contingunt, & ad coxendices & inguina dolorem adferunt, ac tanquam pilæ in ventre discurrunt, caputq; dolore afficiunt, modò quidem altera parte, modò verò totũ, qualis etiam morbus contingit. Hæc sanè hoc modo curanda sunt. Siquidẽ solũ foras processerit, vt inungere liceat, quocunq, voles ex graueolentiũ genere vtitor, aut cedro, aut pulmẽto ex allij aut cepæ intrito (quod μυσεωτὸν dicitur) aut alio quodam ex grauiter & malè olentibus, & suffito, minimèq; foueto, neq; cibũ aut potum vrinam clientem hoc tempore exhibeto, neq; calida lauato. Quòd si retrò cesserit minimèq; auersus fuerit, bene olentibus subditi tiis medicamentis, quæ vna calefaciant, vtitor, veluti myrrha, aut vnguento, aut alio quodam odorato simulq; calefaciẽte. His ad vuluam appositis vtitor, subtertq; ex vino fomentum adhibeto, & calida lauato, vrinamq; ducentia adhibeto. Inde autem constat si auersus non fuerit cùm se sursum receperit, fluxus cõtingit. Quod si auersus fuerit, fluxus non sit menstruus appellatus. Hic morbus primùm huiusmodi fomento curandus. Immissis in vinũ ficubus immaturis, ipsum calefacito, cucurbita

ad os vasis in quo calefit, ad hunc modum apposita. Cucurbita media dissecta & repurgata, summaq; eius parte parũ rescissa, velut in vtriculis fieri assolet, ipsum veluti cooperculo circumtegito, quò odor per angustum immissus, ad vterum pertingat, & calida perfundito medicamentisq; calidis subditiciis vtitor. Ex his autem quæ supra relata sunt, calefaciunt quæ educũt, & quæ sunt huiusmodi, stercus bubulum, fel bubulũ, myrrha, alumen, galbanum, & si quid aliud id genus. Harum quamplurimis aluum etiam medicamentis deorsum purgãtibus subducito, debilibus quæ vomitum faciunt, vt ne ex immodica purgatione euacuatio contingat. Pessos autẽ subditicios si valentes desideras, sic conficito. In mel semicoctũ ex medicamentis appositiciis præscriptis immitte quæ educere possunt, & cùm immiseris, glandulas ad earum instar quę in sedem immittuntur effformato, easq; longas & tenues fingito. Deinde mulieri supinæ, in lectulũ à pedibus altiùs instratum reclinatæ, glandulá apponito, & panniculo illigatam aut alia re consimili calefacito, dum colliquescat. Quòd si debiliorẽ glandulá apponere voles, in tenue linteum obligato. At si humore plenis vteris osculum intumescat, & mensium suppressionem præbeant, fluxum medicamentis subditicijs procurando curare oportet, & fomentis (vt dictũ est) sic adhibitis, vt in priore fluxus suppressione. Quinetiam si anteriorem in partẽ progressus vterus auersus fuerit, fluxionẽ cõcitare, velut in superiore mẽsium suppressione oportet. Cùm verò profluuiũ nimiũ fuerit, neq; calida, neq; alio quopiá calefacere oportet, neq; vrinam mouentibus, neq; aluũ ducentibus cibis vtendũ. Lectus à pedibus altior sternendus, vt ne declinatio profluuio facilioré viam præbeat, simulq; adstringentibus pessis subditicijs vtitor. Profluuia verò, si quidem subito purgatio processerit, confestim subcruenta fiunt, si verò tardiùs prodierit, purulenta. Ex iunioribus ferè subcruenta prodeunt, seniores autem, mucosos magis appellatos menses habent.

ῥεῖ ὁ σῶμα ἢ τὸ ὑγρὸν ἐν ᾧ ἂν θερμάνηται ὧδε ποιῆσαι. [133] σικυωνίῳ μέσην διατεμὼν ἐκκενώσας, τὸ ἄκρον ἀποτάμνειν σμικρόν, ὡς ἐπ' ἀσκίων τῶν ῥοφητωμάσαι ὅπως αὐτὴ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ γενοδιείσα ῥεῖς τὴν μήτρην ἀφίκηται, καὶ θερμῷ ὕδατι αἰωνᾶν, καὶ φαρμάκοισιν θερμαίνουσι χρῆσθαι ῥεῖ θετηρίοις. [134] θερμαίνοντα δ' ἐστὶ τὰ ἄγοντα τὴν ῥεῖθεν. τὰ δ' ἐστὶ διάδετ. βόλβιτον, χολὴ βοός. σμύρνα. συμπετάλχανη. καὶ ἄλλα, ὁποῖόν ἐστι. τούτων ὡς πλείστοισι καὶ ἐπεξάγειν ἐλαφροτέροισιν φαρμάκοισι κάτω ἕως ἂν ἔμετον ποιέουσι, ἀσθενέουσιν, ὅπως μὴ ἐνθυμὸς γένηται [135] ἐκ τῆς ὑπερβολῆς. τὰ δ' ῥεῖθετά, ὧδε χρὴ ποιέειν. ἢν βούλῃ ἁμυδρὰ ποιέειν. μέλι ἡμίεφθον ποιέων ἐμβαλλέων λεπτὰ μύλλια ῥεῖθετῶν τῶν ἄγειν ποιούντων. καὶ ἐπὴν ἐμβάλλῃς ποίησον ὥσπερ τὰ βαλάνους τὰ ῥεῖς τὴν ἕδρην ῥεσιδημούας. μακρὰς δὲ ποιέειν καὶ λεπτὰς τούτους. τὴν δὲ γυναῖκα ὑπολίσαι κατακλίνας ἄνω τοῦ πέδας ποιήσας τὴν κλίνης τοῦ ῥεῖς ποδῶν. ἔπειτα ῥεῖθε καὶ θερμὰ [136] ἐν ἀκμῇ μᾶλλον ἕως ἂν καταπαγῇ. ἐᾶν δὲ ἀσθενέστερον βούλῃ τὸ ῥεῖθετον ῥεῖστάναι, [137] ἐς ὀθόνιον ἐνδέων. καὶ ἐᾶν ὑγρότητος ἔμπλεα οὖσαι αἱ μῆτραι τὸ σῶμα σινοιδήσωσιν, [138] καὶ ἀῤῥοίσιν παρέχωσι, ῥοὸν χρὴ ποιέοντα ἰᾶσθαι ῥεῖθετοῖσι φαρμάκοισιν, καὶ πυελοῦντα ὡς γλυκαπίην οὕτω ποιεῦντα, ὥσπερ καὶ τὸ ῥεῖθεν ἀῤῥοίσιν. καὶ ἐς ἐς ὃ ῥεῖθεν ῥεῖχωρέουσα ἀσπραφὴ ῥοὸν χρὴ ποιέειν [139] ὥσπερ ὅτε τὸ ῥεῖτερον ἀῤῥοίσις. ὅταν δὲ ῥοὸς ἢ λίθος, [140] οὔτε θερμαίνειν χρὴ θερμῷ ὕδατι, οὔτ' ἄλλῃ σθένει. οὔτε οὐρητικοῖσι χρῆσθαι. ὅτε στάσιοι διαχωρητικοῖσι. τῆς γε κλίνης τὰ ῥεῖς ποδῶν ὑψηλότερα εἶ), ὡς μὴ ἡ καταίκλισις βύθιος ᾖ. καὶ ῥεῖθετοῖσιν ἅμα τοῖς σύφοισι χρῶ. ⓓ ὁ ῥοὸς ὁπόταν μὲν βάθεως ἴκηται ἡ κάθαρσις, βάθεως ὑφαίμονες γίνον). ὁπόταν δὲ ἧσσον ἴῃ, πυώδεες. καὶ τῆσι νεωτέρῃσιν ὕφαιμα μᾶλλον. αἱ δὲ πρεσβύτεραι, μυξώδεα μᾶλλον ἔχουσιν τὰ καταμήνια καλούμενα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΥΓΡΩΝ ΧΡΗΣΙΟΣ.

HIPPOCRATIS DE LIQVIDORVM VSV, LIBER.

AQVA ad potum accommodata, salsa, mare. Potui quidem apta, ad officinam Medicam optima. Ad ferramenta enim & æramenta optima, & ad plurima inueterata medicamenta conuenientissima. At corpori admota, aut humectat, aut refrigerat, aut calefacit. Potu verò ad nullum alium vsum vtilis est aut noxia. Si potabili modica cum spongia vtaris, ad oculos est optima. Calidæ aspersione ipsa summa cuticula exulceratur. Fotus corporis totius, aut partis. Cutis duræ emollitio, intensæ relaxatio, neruorum, carniũ, succorum effusio, sudoris discessus, prolutione humectare, velut nares, vesicam, flatus, carne implere, tenerum reddere, liquefacere, imminuere, colorẽ reuocare, colorẽ dissipare. Somnum conciliat capiti affusa & aliis partibus. Conuulsiones, distẽtiones lenit, auris, oculorũ dolores obtundit, & quæ sunt eiusce modi. Frigida calefacere, velut pix, vlcerib. præterquá ex quib. sanguis effluit, aut effluxurus videtur, fractis, luxatis, reliquis quib. per lintea Medicus medetur, capitis grauitati. In vnoquoq; quod moderatũ, ne vltra

[1] ΥΔΩΡ ποτὸν. ἁμυρὸν, θάλασσα. ποτὸν μὲν, καὶ ἰητρεῖον κρίνειν, καὶ δὲ σιδηρείοισι, καὶ χαλκείοισι κρᾶτιστον. καὶ φαρμάκοισι τοῖσι πλείστοισι παλαιουμένοισι κοινότατον. ἐς ὃ χρῶτα γνῶναι δεῖ, ὅ τι τοῦτο ἢ τέγξει, ἢ ψύξει, ἢ θερμάνει, ἢ ὠφελέει, ἢ βλάψει ποτέ. ὅσα ὀλίγα ποτὰ σπόγγῳ χρῆσθαι ἄριστον ὀφθαλμοῖσιν. αὐτὸ δὲ δέρμα ἐφίλκουσα, θερμὰ αἰωνήσει. πυρὶ δὲ σώματος ἅπαντος ἢ μέρεος, [2] δέρματος σκληρὸν, μάλθαξις. σικυοπαιμφίξ, χάλασις. νεύρων, σαρκῶν [3] ἐκχύμωσις. ἱδρῶτος ἄφοδος, ὑγραίνειν [4] ῥεῖ σκληρύνει οἷ ῥῖνας, κύειν, [5] φύσας. σαρκῶσαι. [6] ἀπαλύνειν. τῆξαι. μινυθύσαι χροιὴν ἀναπαλέσαι, χροιὴν ἀνασκεδάσαι. [7] ὑπνωτικὸν κατὰ κεφαλῆς καὶ ἀνίων. σπασμῶν, τετάνων πρηκτικόν. [8] ὀδυνῶσι κωφοῖς, ὠδῖς, ὀφθαλμῶν. ὅσα τοιαῦτα. τὰ ψυχρὰ, θερμαίνει, [9] οἷ πίνοσα ἕλκεσιν, πλὴν τοῖσιν αἱμορραγείσιν, ἢ μέλλουσι. καταπλάσιν. ἐκπλώσιμα. [10] τοῖσιν ἀνίοισι, οἷσιν αὐ ὀδύνια ἰκτῖνος. χαρισαρίη. τὸ μέτρον ἐκάστῳ μὴ ῥεῖσθαι,

[11] οἷσι

[11] οἴδαμεν βασανίζοντες, εἰ ὁ θερμὸς τοῦ χρωτὸς δεῖται ὑπερβολῆς ἐφ' ἑκάτερα, ὡς ἀμφοῖν μὴ ἀμάρτωμεν, σημαινόμενος τοῖς βλάβας, ἢ οὐκ ὠφελείας. εἰ χλιαρὸν δ' ἐστὶν τῶν βλαβόντων, ἢ τῶν ὠφελούντων καὶ ὅσον, χρῆσθαι μέχρι τοῦ ὠφελοῦντος ἢ μέχρι τοῦ βλάπτοντος. τοῖς μὲν οὖν, ἀσθενέσι. ψύξις γὰρ καὶ θάλψις ἰσχυροί, ὡς ἐξ ἡλίου. ὃ μὲν ψυχρὸν, θερμὸν ἐὸν ὡς ποτὸν ἀσθενοῦντι. ἀλλὰ δὲ μὴ θερμὸν, μὴ πρόσω κεῖσθαι, κρίνει δ' αὐτὸς, πλὴν τοῖσιν ἀφώνοισιν, ἢ παρεσπληγικόσιν, ἢ νεαρκωμένοισιν, ἢ οἷα ὅτι τρώματα, κατεψυγμένοισιν, ἢ ὑπερωδυνοῦσι. τούτοισι γὰρ αἰσθητὰ. λάθοις δ' ἂν κατακαύσας. καὶ τὰ ὀκρώματα γὰρ καὶ βαθέα, καὶ τὰ μεγάλα. ἤδη καὶ πόδες ἀπέπεσον καταψυχθέντες, ὀκ καταχύσιος θερμοῦ. ἀλλὰ τούτοισιν [12] ὁ τοῦ καταχέοντος χρώς, κριτής· καὶ ψυχροῦ γὰρ ὡσαύτως. τούτων δ' αὐτῷ ὁ ὀλίγον ἑκατέρου, ἀσθενές· ὁ γὰρ πολὺ, ἰσχυρόν. [13] ἀλλὰ μὴν ἐὰν μέχρι ἡδονῆς οὗ ἕνεκα ποιέεται· ὃ ἔσχατον προσπαύειν, πρὶν ἡδέσθαι. τούτων γὰρ ἑκατέρων βλάπτει. [14] βλάπτει γὰρ τοῦ θερμοῦ πλέον χρῆσθαι ὀρθῶς ὀκτὼ ὧδε· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥλιον ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ἀκρήτεια, γυμνασίης ἀφορίη, ἀφροδισίης, λειποθυμίας τοῦ ἐς θάνατον· [15] τὸ γὰρ ψυχρὸν, σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα· ἀμφὶ μὲν τούτων ὀκ τούτων· τὰ δ' ἀμφὶ βλάπτει καὶ ὠφελέει τάδε ἑρμηνεύω, ἡδονῆσι, καὶ ὑφορίῃσι, καὶ ἀχθηδόσι, καὶ δυσφορίῃσιν, [16] οἷσι καθ' ἕν ἕκαστον αὐτῶν ὁμολογήσομεν ὑγιέες. σῶμα μὲν οὖν σκέπτεσθαι δεῖ πρῶτον, ὅτι ἄπτεσθαι, ἢ μὴ προσάπτεται τοῦ οἰκείου θάλπεος. ἐγίνεται δὲ τοῦ ἀλλοτρίου ψύχεος, ἀφὸ τούτου ἄρα τοῦ θερμοῦ ἥδεται, καὶ φέρειν δύναται. [17] ἐγκέφαλος καὶ ὅσα ἀπὸ τούτου, ψυχρῷ μᾶλλον ἄχθεται. θερμῷ δ' ἥδεται. καὶ ἰὼ ἄρα ἢ ψυχρότερον καὶ στερεώτερον φύσει. [18] καὶ πρὸς ὅτι οἰκείῳ θάλπεος. καὶ πλῆσαι αὐτόν. ἀφὸ τοῦ ὀστέου, ὀδόντι, νεύρῳ, τῷ ψυχρὸν πολέμιον. τὸ δὲ θερμὸν φίλιον. ὅτι ἀπὸ τούτου. ἀσφυκτικοί. τέτανοι. ῥίγεα πυρετώδεα. ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχρὸν, πρὸς τὸ θερμὸν, παύει. ἀφὸ τοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, ἥδονται [19] καὶ προσκλίσεις ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ ἀγχόνες, καὶ ἀπορρέψιες. ἀφὸ τούτου ὀσφὺς ἕλκος. νώτου, ὑποχόνδρια, μᾶλλον ψυχροῦ ἄχθεται. θερμῷ δ' ἥδεται καὶ φέρειν δύναται, ἀφὸ τοῦ ἄρα ὀσφὺς νώτου. ἕλκος. ὑποχόνδρια, πάντα ἀναλία πέπονθεν, ὅτι ἀναλίσκεται. ἀφὸ τοῦ ἄρα τούτου τοῦ χρείου. ἀσῶδες ἀν' ἕκαστα χρωμένοισι τῷ θερμῷ. τὸ δὲ ψυχρὸν παύει. ἀφὸ τοῦ ἄρα ποτῷ ψυχρῷ ἥδεται. ἀφὸ τοῦ ἄρα βρώμασι τοῖσι θερμοῖσιν ἥδεται. ἀφὸ τοῦ ἄρα ἐκ τῆς ἀκρείας ἀν λειποθυμίας, τὸ ψυχρὸν καταχέασθαι, ὠφελεῖ. ὅτι δὲ τὰ ὀπίσθια τῶν ἐμπροσθίων τὸ θερμὸν μᾶλλον αἰρεῖται, τὰ ἐναντία αἴτια. [20] ὅτι δὲ καὶ τὰ ψυχρὰ οὕτως. τὰ πρὸς ἀκρεα ἔτι προσάπτει καὶ ὀκ ἀν σάρκα ἢ εἰσιοῦσα. [21] ὡσπερ τὸ ἔνδον τοῦ ἔξω. μᾶλλον δὲ καὶ ὅτι ἑκατέρου ἐφ' ἑκατέρου τοῦ σώματος χρέος τοῦ δέρματος τοῦ ἔξω, ὅτι συνεχές τε ἐόντα [22] καὶ νεύρῳ ἀναλοῦν ἀφὸ τοῦ ἔξω τοῦ οἰκείου θερμοῦ. ἀν τοῦ ἔξω ψυχρὰ εἴη, ἐπ' ἀμφοῖν πυκνὰ κρατέει, καὶ ἐκτάσεων πυκνὰ δέεται. πυκνὰ δὲ μᾶλλον ἥδεται μοῦσι ἡδονῆς. [23] πάσχει δὲ καὶ ἄκρεα τοιόνδε, ὥστε ταχέως ἀναχωρέειν πολλῶν. βραδέως δὲ προσίεσθαι ἐπείρεσι καὶ φλεγμῶν δῆλον ἀφ' ὑστέρου καὶ ὕστερον. ὅτιος πάντα φαίνεται, ὀκόταν τε ψύχεσι ἄκρεα, ὀκόταν τε θερμαίνεται. ἀν κενεαγγηίῃσι. ἀν λειποθυμίῃσι. [24] ἐπὶ καὶ λόγοισι ἐκ τοῦ φλέβας, καὶ

exploremus, velut calidum corpori adhibitũ, excessu in vtramq; partem vitato, vt vtraq; ex parte minimè aberret, qui coniecturâ ex eo quod nocet, aut non iuuat sumpserit, velut in tepida. Iis enim quæ lædunt aut iuuant, & si sunt eiusmodi, eousque vti conuenit, quoad iuuare vel lædere videantur. Madefactio igitur debile quid est, refrigeratio verò & calefactio validũ quid, velut ex Sole. At quæ calida est, frigida videtur, velut potabilis aqua ægrotanti. Verùm calida ne vlteriùs procedat, vt vrat. De his autem ipsi ægroto iudiciũ permittendum, præter quàm in voce defectis, aut leuiter syderatis, aut stupore affectis, aut velut in vulneribus perfrigeratis, aut vehemẽti dolore conflictatis. Iis verò hæc non sentiuntur. Neque enim si aduras sentiunt, vt nec profundas ac magnas luxationes. Iam verò etiam quibusdam pedes perfrigerati deciderunt ex calidę affusione. Verùm in his eius qui affundit cutis iudex esto, ac similiter in frigida. Harũ vtraq; modicè adhibita, debilis, copiosè verò, valida est. Verùm finere oportet, donec id cõtingat cuius gratia fiunt, priùs tamen desistendũ quàm extremũ succedat. Harum autem vtraq; noxiam adfert. Et calidæ copiosiot vsus hæc parit incõmoda, carnium effœminationem neruorum impotentiam, mentis torporem, sanguinis profusiones, animi deliquia, ex quibus mors contingit. Frigida verò conuulsiones, distensiones, nigrores, rigores febriles affert. Ac moderatus quidem horum vsus iuuat. Reliqua autem prædicta omnia lædere vel prodesse conspiciuntur, ex voluptate & tolerandi facilitate, ex dolore etiam & ferendi molestia, quæ singula pro cuiusq; confessione ad salubritatem consentire videntur. Corpus quidem tegi solitum, quicquid minimè est assuetum & longissimè à familiari calore abest, alieno verò frigori est proximum, auersatur, ideoq; calida delectatur & ferre potest. Cerebrũ queq; ex eo oriuntur, frigida quidẽ offenduntur, calida verò delectantur, etiamsi natura sit frigidius & solidius. Eã ob causam ossibus, dentibus, neruis, frigida aduersa est, calida verò grata, quoniã conuulsiones, distensiones, rigores febriles, quos frigida creat, calida sedat. Propterea etiam calida voluptates & illecebras facit, frigida verò dolores & auersationes. Ob id lumbi, pectus, dorsum, præcordia, magis offenduntur frigida, calida verò gaudent, eamq; perferunt. Eam sanè ob causam, lumbi, dorsum, pectus, præcordia, contraria perpetiuntur, quòd sint cõtraria. Iccirco sanè anxietatem hæc in parte a calida obortã, frigida sedat. Ideoq; etiam frigidæ põtũ gaudet, & cibariis calidis delectatur. Ideoq; sanè in animi defectionibus, frigida summis partibus affusa prodest. Quæ autem dicta sunt, in causa sunt, cur partes posteriores calidam magis ferant quàm anteriores, quodq; etiam frigida rectè ferant. Extremæ etiam partes anteriores sunt, & frigori externo assuetæ, neq; tegi solitæ, vt internæ. Sciendũ autem quod vtrumq; in vtraque corporis parte cutem externam superat, quæ cùm sibi ipsi & neruo sanguineo sit continua, eò quòd extra proprium calorem in frigore externo versatur, ab vtrisque frequenter superatur, & vtrorumq; frequenter indiget, frequẽtiùs tamen calido ad voluptatem. Tale quiddam etiam partibus extremis contingit, ideoq; citò multa sentiunt, tarde autem primum attolluntur. Ex venis etiã alias priùs, alias posteriùs affici constat. Sic conspiciuntur omnia vbi tum refrigerãtur extremæ partes, tum calefiunt, in vasorũ euacuationibus, in animi defectionibus. Neque citra rationem sanè venas sequuntur

quæ ex illis dependent, eaq; primum calida calefacit, velut internas manus. At verò vlcera calida delectari, quod tegi sint solita, omnium opinione constat. Neque sanè iniuria ab altera molestia afficiuntur. Iure sanè ipsæ etiam venæ, quòd sint in calido. Iure sanè ipse etiam thorax, ipseq; ventriculus à frigida superatus vehementer ægrè fert, & lethaliter afficitur, ob maximam insolentiam. Verùm plurimum abest ab eo vt patiatur, cùm ipsa indigentia huic sit maximè propinqua. Iure itaque frigidæ potu gaudet. Sicq; omnia ista inter se consentiunt. Iam verò valde consentaneum est, vt omnia in superficie desquamata & ambusta, non admodum tegi solita, frigidam ægerrimè ferant, cùm citissimè superentur. Quæque valde in profundo sunt posita, si superentur, maxima vtique molestia afficientur. idque sanè si natura netuosa constent. Quòd autem imus venter calida delectari videatur, considerandus locus est. Quinetiam partes extremæ, & vesicæ, & vterus, & aliæ partes genitales denudatæ, suapte natura frigidiores sunt quàm quis existimet. Sursum enim non deorsum caliditas prorumpit. Iccirco calida delectatur, quòd post calidæ vsum corpus perfrigeratum magis frigescit, & post frigidæ vsum contractum magis recalescit. Velut aquam cùm refrigerare volumus calefacere oportet, vt ei tenuitatem conciliemus, cùm post calidi vsum magis indurescat ac resiccetur, non aliter quàm oculi post frigidæ vsum. Illud enim aeri ambienti est simile, hoc verò minimè. Aqua marina his qui pruritum sentiunt, & ab actibus humoribus mordentur, tum lotione, tum fotu calida prodest, his quidem qui minimè assueti sunt, molestiam quandam exhibet. Vlceribus autem ex ambustione & abrasione, & reliquis huiusmodi aduersatur. Puris verò est accommodata, & valet ad probè extenuandum, & ad piscatorum vlcera, vt quæ neque suppurent, nisi attigeris, & ad prima fracturarum subligamina. Quinetiam depascentia vlcera sedat ac sistit, non secus ac sal, salsugo, & nitrum. Hæc autem omnia parciore quidem vsu, adhibita, irritant, liberaliore verò, prosunt. Præstat autem ad plurima calida. Acetum cuti & articulis admotum eandem habet cum aqua marina facultatem, potentiorem tamen perfusione & fotu obtinet. Valet etiam ad vlcera recens vulneratis, & ad sanguinis grumos, vbi nigredines sunt in pudendis, & aurium ac dentium ardor adest. Calidum autem hæc & alia præstat. Sed & ex anni tempore coniectura facienda est. Ex eliquatione salis, etiam ad alia quæcunque impetiginibus, lepris, & vitiliginibus conducunt, & in sole calido inspissatum, præcipuè verò vnguibus scabris confert, quos temporis progressu superat, verrucas formicarias attenuat, aurium sordibus medetur, cutem etiam emollit. Multis quoque aliis modis valeret, nisi odore, præcipueq; mulieribus noceret. Valeret etiam ad pedum dolorem, nisi cutem vulneraret. Eadem aceti fæx præstat. Vinum dulce diuturnis vulneribus assiduo vsu idoneũ, quinetiam ad medicamentorum purgantium potiones est accommodatum. At austerum vinum, tum album, tum nigrum, frigidum ad vlcera adhibetur, frigidum propter caliditatem. Lanæ quæ refrigerationis quidem gratia, aut perfunduntur, aut induntur, aut imbuuntur, velut aqua frigidissima adhibendæ. Quæ verò adstrictionis gratia, ea vino nigro cũ lana irrigato, velut etiã betarũ folia, aut linteola, in plurimis quę adstrictione valent, intincta adhibẽtur, qualia sunt hederæ albæ folia, aut si quæ sunt magis acerba ac friabilia, velut hedera & rubus, rhus coriarius, saluia. At ea etiã quæ emollitione indigent, quale quid farina cocta facit.

καὶ τὰ ἀπὸ τραυμάτων ἕπεται), καὶ θερμότητος. πρῶτον τὸ θερμὸν, οἷς τῶν χειρῶν τὰ ἔσω. τὰ δὲ ἕλκεα θερμῷ ἥδονται ὁμολογουμένως ὅτι ἂν σκέπῃ ἕλκεται. εἰκότως ἄρα τοῦ ἑτέρου ἀγάλλεται. εἰκότως ἄρα καὶ αὐτοῖς αἱ φλέβες, ὅτι ἂν θερμῷ ἔσιν, εἰκότως ἄρα καὶ αὐτὸς ὁ θώραξ. καὶ αὐτὴ ἡ κοιλίη πρὸς τοὐναντίον τοῦ ψυχροῦ μάλιστα ἀγανακτεῖ καὶ θανατᾷ, ὅτι μάλιστα ἀπέχει τοῦ παθεῖν. τούτου γὰρ ἐγγύτατα τῆς τοῦ ἀνθρώπου. εἰκότως ἄρα ποτῷ ψυχρῷ ἥδεται). ὅτῳ ὁμολογέεται πάντα, ὅτι δὲ μάλιστα πάντα τὰ ἀποσύρματα καὶ τὰ ὀπτικαύματα ὀπτοπολῆς, ὅ μάλιστα εἰθισμένα ἂν σκέπῃ, μάλιστα ἂν ψυχρῷ ἀγανακτοῖ. εἰκότως. τάχιστα γὰρ κρατέεται. καὶ τὰ βαθύτατα εἰκαιρότερα, μάλιστ' ἂν ἄνθοιτο. ἔπειτα καὶ ἡ φύσις ἡ νυρώδεος μετέχει. ὅτι τὸ κατώτατον ἥδεται, δοκέει θερμῷ, σκεπτέον τὸ χωρίον καὶ μετέχει, τὰ ἄκρεα. καὶ κύστις, καὶ γονή. καὶ ὅλως γένος ὁ γυμνὸς ἔστι τε φύσει ψυχρότερος, ἢ ὡς ἂν οἴεται. ἄνω γὰρ ὁ κάτω θερμὸν ἀίσσει. διὰ τοῦτο ἥδεται), ὅτι μὴ τὸ θερμὸν ψύχεται τὸ σῶμα διὰ ψυχροῦ μᾶλλον. μὴ δὲ τὸ ψυχρὸν, ἀναθερμαίνεται) μᾶλλον συσταλέν. οἷς γὰρ τὰ ὕδατα ψυκτέα θερμαντέα διὰ λεπτότητα. ὅτι μὴ τὸ θερμὸν σκληρύνεται μᾶλλον ὀπτιζηραινθέν. οἷς ἀφθημιὴ μὴ τὸ ψυχρόν. τὸ μὲν γὰρ ὅμοιον τῷ πάθεϊ. τὸ δὲ ὑ. Θάλασσα οἷσι κνησμώδεσι. καὶ δακνώδεσιν. καὶ λύει καὶ πυελῶν θερμή. τοῖσι μὲν ἀήθεσιν ὑπολυπαίνοντας. τοῖς ἕλκεα ἢ πυέεσιν ἢ ἀποσύρματα, ἢ ὅσα τοιαῦτα, πολέμιον. ὀπτικὸν φόνου, τοῖσι καθαρσίοις, ἀγαθὸν καὶ ἰσχναίνειν δὲ ὡς τὰ τῶν ἡγιέων ἕλκεα. τοῖς γὰρ ὑδρωπικοῖς, ἵν' μὴ φύῃ. καὶ τοῖς ὑποδεσμίδας. καὶ τὰ ἐπιμήνια παύει καὶ ἵζησιν. ὡς ἡγέες καὶ ἡμιειδέες καὶ λιπόσαρκοι. παύει γὰρ τοῖς σμικρῷ μὲν χρωτὶ, ἐρεθιστικὰ δὲ τοῖσι νικῶν δὲ, ἀγαθά. βέλτιον δὲ θερμὴ τοῖς τὰ πλέονα. ὄξος ὀξὺ χρωτὶ μὲν, καὶ ἀρθρίοισι, καταπλάσιον θαλάσσῃ. καὶ δυνατώτερον. καθαρτικόν. καὶ πυελῶν καὶ ἑλκέσι τοῖσι νεοτρώτοισι θερμοῖσιν δὲ μέλασμα ἀγδόων. καῦσις ἀάτων, ἢ καὶ ὀδόντων. θερμῷ ἢ τοῖς, τάτε ἄλλα καὶ τῇ ὥρῃ σωτεκμήρεσθαι ἐκ πήξεως ἡγέες καὶ τοῖς ἡμιηγέα ἢ ὅσα λιχῆσιν. λέπρῃσιν. ἀμφοῖσι. σωτείνει παχυσθὲν ἐν ἡλίῳ θερμῷ. μάλιστα ἢ ὀνυξὶ λεπροῖσι. κρατεῖ γὰρ μὴ χρόνον. μυρμηκίας ἀποδιώκει. καὶ ὀδόντων ἐν ὠσὶν ἰάται ῥύπους μαλάσσει ἢ καὶ χρῶτα. πολλαχῇ ἢ καὶ ἡμῖν, εἰ μὴ ὀδμὴ ἐβλαπτε καὶ μάλιστα γυναῖκας. ἐδυνάτο δ' ἂν ἢ ὠὸν ποδαγρεῖν, εἰ μὴ ὁ χρὼς ἐλυπεῖτο. τοῦτο καὶ τεύξ ὄξους ποιεῖ. Οἶνος ἢ γλυκὺς ὅσα χρόνια τρώματα σωτηρίως χρωματίζει ἀνταρκὴς, ἀταρ καὶ ἐς φαρμακοποσίην. αὐστηρὸς ἢ ὁ λευκὸς καὶ μέλας οἶνος, ψυχρὸς ἐστὶ τὰ ἕλκεα σταλτέεται, ψυχρὸς διὰ τὸ θερμόν. εἰαὶ ἢ ὅσα μὴ ψύχει ἥκαθαρτα, ἢ καθαίρει, ἢ σύνιε), ἢ ἐμβάπτεται ὡς ὕδωρ ψυχρόταται. ὅτα δὲ ψύχει, ὁ μέλας οἶνος καὶ εἰαὶ καθαρσίου. οἷς καὶ φύλλα τοὐτλίων. ἢ ὀδόντια βάπτεται ὀπτὰ τὰ πλέονα. Ὅσα δ' ἐνι σύμφυτος. οἷς κισσοῦ φύλλα, ὁ λευκὸς. καὶ ὅτα στρυφνότερα, ἢ παχυρώτερα οἷς κισσὸς τε καὶ βάτος ῥοιὴ σκυτοδεψική. ἐλελίσφακος. καὶ ὅτα μαλθάσσει δι', οἷς ἄλευρον ἕφθόν, ὃ ψυχρὸν

τὸ ψυχρὸν ὠφελέῃ. τὰ ἐρυθρὰ οἷα ἄλλη καὶ ἄλλη ἐκθύει ὑπὸ πλάτη. οἷα ⓐ [35] δὲ παλλῶας ὀλκηρούς αἱρήσιον. βυθρώδεσιν δ', καὶ ἀπαλοθρίξιν [37] ὑπὸ ἐρύθρα μέλασι δὲ καὶ οἷαι στεφυλαὶ ἐοῦσαι, [38] θηλυκὰς λέγουσι, καὶ ἐν αὐτῇσι τῇσι θερμολουσίῃσιν αἱρέσεται ῥυόμενα. ἐκ χυμαρείων [39] ἐκ χυμαρείων αἱ ἀδρομὴ ὑπὸ χρῶτα ἐκ ὑπὸ ἐρεθισμὸν δέρματος, ἢ ἱμαλίων τρηχείων ἀπήφορήσῃ. καὶ ἐξ ἱδρώτων ἐξόδου. ἢ ἐκ ψύχεος. ἐξαίφνης τοῦ πρὸς πῦρ ἐλθόντι ἢ λουτρὰ θερμά, ταῦτ' ἰὼν ὕστερον ποιήσει, ἐὰν ὀδάμῃς ἐκθύῃ. ἐπεὶ ὅταγε ἐκ ψύχεος ᾖ, [40] ἢ ὁκόταν τρηχυνόμενα, κεζρῶδεα. εἰ τ' ἐφελκῦται, τὸ μὲν ψυχρὸν, βλάπτει. τὸ δὲ θερμὸν, ὠφελέῃ. [42] Α δ', ἄμφω ὠφελέῃ. τὰ ἐν ἀρθρίοισιν οἰδήματα. καὶ αὐθ' ἕλκεος ποδαγρικά, [42] καὶ σώματα πλέῃσα, τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχόμενος ἰδρῶσιν, ἰσχναίῃ. ἐκ ὀδυνᾷ ναρκοῖ, νάρκη δὲ μετείη, ὀδύνης λυσικόν. ἐκ τὸ θερμὸν ἰσχναίῃ ἐκ μαλθάσσει. [43] τοῖσι δὲ ποδαγρικοῖσι. πρέπει. τετάνοισι. σπασμοῖσι. καὶ διαπασι. σπασμοῖσι. ἔμοι, οἰδήματα. καὶ διαπασι. χαλᾶσι. ἢ χαλάσιες. νάρκη. ἀναισθησίαι καὶ διαπασι. κατόπιν ἀπολήμψιες. φυλάσσεσθαι δ' ἐν τῇ ψυχρᾷ χρήσῃ, ψυχροῖσι χρόμενος μηδὲν, ἢ πανυκία. τὰ δ' ἐς τὰ ἄρθρα. ἐσκληρυσμένα. ἢ ὑπὸ φλεγμονῆς. ὁκότε ῥηγμὸς ἢ ἀγκύλης, σπάργ' ἰᾶται ἐς ἀσπίον [44] θερμὰ ἐγχέοντας, τὴ χεῖρα ἐνα πόδησαι, καὶ ὄμματα, δακρύα. παρηγορικὸν. καταλείφοντα. τοῖς τὰ δερμέα λίπος τοῖσι νέοις. ὡς τε μὴ ἄπεαν ὃ ἀμῶδες. [45] ἐκ τοῖσι βοηθήσασι δέ γνῶσις. καὶ πλήρωσις ἐς φύσιν ἄγουσα. ὀφθαλμοῖσι θερμὸν ὀδυνῆσιν. ἐμπυήσεσιν. δακρύων δακνωδέων ξηρότησιν ἅπασι. ὃ ψυχρὸν, ἀνωδυνοῖσιν. ἐξερυθροῖσι. τοῖσι δ' ἐξορμῶσι σι συσροφὰς καὶ φλέβας ποιέῃ, [46] οἷα ἀχυρώδεα, καὶ θώρηκα καὶ ἄλλα σκληρά. ἀρχὼ δ' καὶ ὑστέρησιν ὁ πρὸ ὀδὲ χεται. αἷμα ὃν ψυχρὸν ῥέουσιν. [47] ἕλκεσι δὲ μὲν ψυχρὸν δακνωδες. δέρμα ἐσκληρωῖ. ὀδυνώδεα. ἀνεκπύητα ποιέῃ. πελιαίνῃ. μελαίνῃ. ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμούς. τετάνους. ἔστι δ' ὅκου ὅτι τετμῶ αὐθ ἕλκεος, νέῳ βυθρίῳ θέρεος μέσου ψυχροῦ πολλοῦ καὶ χίονος, θέρμης ἐπιμαίνουσιν ποιέῃ. θέρμη δ' [48] ταῦτ' ῥέεται. τὰ δ' ὃν κεφαλῇ ἐκ καρηβαρίας. δ' θερμὸν ἐκπυητικὸν, ὅτι πρὸ ἕλκῃ. μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφάλειαν. δέρμα μαλθάσσει, ἰσχναίῃ. αἰῶδυνον. ῥιδέων. σπασμῷ. τετμῶν πρηγορικὸν. ὃ δ' ὃν κεφαλῇ ἐκ καρηβαρίαν λύῃ. κάλλιστον δὲ ἀφαιρεῖ ὀστέων κατάγμασι. μηδὲν δὲ τοῖσιν ἐμιλωμένοισι. τούτων δὲ μάλιστα τῷ ὃν κεφαλῇ τρώμασιν [49] ἐκοισίοισι καὶ ἀκοισίοισι. καὶ ὅτα ὑπὸ ψύχεος ἢ θήκης ἢ ἑλκοῦται. εἰ ἑλκώμασι δ' ἐκοισίοισιν τε καὶ ἀκοισίοισιν. [50] οἷσιν ἀποσύρματα ἔρπησιν ἐαθισμένοισιν. μολυνομένοισιν [51] ἢ ὀνύσσιν. ἢ ὃν ἀκοῇ ἢ ὃν ἕδρῃ. ἢ ὑστέρῃ, τούτοισι πᾶσι ὃ θερμὸν φίλιον καὶ κενόν. τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον. πλὴν ὁκόσα αἱμορραγέοντα ἕλκεα, ὅτω καταχύσεσιν ὑγρῶν. ὅπισθεν ἐπιχείσεσιν ἀλείφασιν. ὅπισθεν σι φύλλων. ἢ σπονίων [52] καταπλάσῃς. ὁκόσα ἢ ψύξις ἢ θέρμη ὠφελέῃ, ἢ βλάπτῃ.

Frigida pustulis rubicundis prodest, quales latiusculę alia atq; alia parte irrumpunt, velut in iis qui lienes habent tumidos, exoriuntur. In opimo autem corporis habitu & molli carne præditis, admodum rubræ existunt, in nigris verò, veluti rotundæ (χοιράδας vocant) & quales in calidis lauacris excitatæ, oboriuntur, ac mulieribus ex menstruorũ sub cutem recursu fiunt, & ex cutis irritatione, aut insolita asperorũ vestimentorum gestatione, & ob sudoris exitum, aut cũ quis ex frigore derepente ad ignem, aut calida lauacra accesserit. Quòd si posteriùs hæc fecerit, neutiquam ampliùs erumpunt. Quandoquidẽ quæ ex frigore oriuntur, aut ad instar milij exasperantur, dein exulcerantur, iis quidem nocet frigida, calida verò prodest. Quibusdam autem vtraq; prodest, velut sunt articulorum tumores, & pedum sine vlcere dolores, & conuulsa plæraq;. Hoc constat frigidam copiosam sudoribus affusam, extenuare, & dolorem stupefacere. Moderatus autem stupor, dolorem tollit. Calida autem attenuat & emollit. Pedum doloribus, resolutis, distentis, conuulsis hæc conferunt. Distentiones, tremores, leues syderationes, eiusmodiq; affectiones remittunt, aut claudicationes, torpores, vocis defectiones, atq; alia eiusmodi, & inferiores suppressiones. In frigidæ tamen vsu potiùs quàm calidæ, quatenus ea vtaris attendendum. At articulis induratis aut ob inflammationem quandoq; obortam, aut ob contractionem, ante omnia mederi cõuenit, calida in vtriculum infusa, & manu adalligatum immissa. Oculorum lachrymas lenit, si quis acrimoniá leni aliquo vnguento illinat, ne eas salsus humor attingat. Fossulis quoq; (quæ sunt corneæ profunda vlcera) ablutio confert, & repletio ad naturalem habitum adducẽs. Calida oculis prodest, doloribus, suppurationibus ex lachrymis mordacibus, & quibusuis aliis ex siccitate ortis. Frigida dolore carentibus, valde rubicundis, humorum collectiones in venis facere solitis, qualia sunt aceroſa circa thoracem & festucis similia, aliáq; dura. Recto verò intestino & vteris non admodum confert, neq; sanguinẽ in frigore cum vrina reddentibus. Vlceribus frigida quidẽ mordax est, cutem obdurat, tumorum dolentiũ suppurationem impedit, liuorẽ & nigredinem inducit, rigores febriles, conuulsiones itẽ ac distentiones. Interdum quoq; in distentione absq; vlcere, ætate iuuenili, corporis habitu carnoso, æstate media, frigidæ larga profusio, calorem reuocat. Calore autẽ hæc soluitur. Calida, etsi non in omni vlcere suppurationem promouet, maximo tamen est securitatis indicio, cutem emollit, attenuat, dolorem tollit, rigores, conuulsiones, distentiones mitigat, ipsa quoq; capitis grauitatem soluit. Plurimũ autem ossium fracturis confert, præcipuè verò denudatis, ex hisq; maximè capitis vulneribus, & iis quæ à frigore aut moriuntur, aut vlcerantur. Vlcerationib⁹ itidem tum voluntariis, tum inuoluntariis, & quibus cutis abrasa est, herpetibus exedentibus, denigratis, siue in gingiuis, siue in aure, siue in ano, siue in vtero. his omnibus calida grata est, & ad iudicationem cõfert, frigida verò aduersa est, & interimit, præterquam in quibus sanguinis profluuium metuimus. Atque ad hunc modum adhibendæ sunt liquidorum perfusiones, vnguentorum illitus, foliorum aut linteorum impositiones, & quæcunque in cataplasmate adhibita refrigeratione & caliditate prodesse aut nocere posse videntur.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE SALVBRI VICTVS RATIONE.

ΤΟΥΣ ἰδιώτας] Hic libellus in omnibus exemplaribus quæ adhuc videre licuit, adiicitur ad ea quę adscribuntur ad Librum de natura hominis, idq; etiã vel Galeno teste, vt mirum sobeat quomodo Caluus quibusdam codicibus fretus, ista quæ hic scribuntur ad extremum lib. 1. περὶ διαίτης apposuerit, nisi quòd constat ex Gal. lib. 6. de Plac. Hipp. & Plat. hunc librum de natura humana, ad libros περὶ διαίτης additum fuisse. Inscribitur autem vulgo περὶ ὑγιεινῆς διαίτης, etsi Gal. Com. 1. ad lib. de natura humana ὑγιεινὸν διαιτῶν πρὸς τοὺς ἰδιώτας γεγραμμένον vocat.

[2] οἶνον ὡς ἀκρητέστερον] οἶνον ἀκρητίστερον legunt exemplaria quædã manu scripta, vt paulò post ὑδαρίστερον. ἐς ἀκρητέστερον tamen magis probo cum Galeno, quod ὑδαρέστερον æstati attribuatur.

[3] πότε χρὴ πόμα πλέον πίνειν οἶνον ὑδαρίστερον] Sic legunt pleraque exemplaria quæ secuti sumus, reliqua, πότε πόμα χρὴ πλέον πίνειν ἢ ὑδαρίστερον. Quam lectionem secuti sunt Interpretes. Et Galenus πόμα πλέον agnoscit.

[4] ἢ λαχάνοισιν ἥδη χρέεσθαι τῷ ἤρεος] ἢ λαχάνοισι διαχρᾶσθαι habent exemplaria manu scripta. ἑως etiam pro ὅκως legunt pleraq; exemplaria, tum publicata, tum scripta, quæ secuti sumus cum interpretibus. Quædam etiam ἐς τ' ἄρλιον pro ἀρείλιον legunt. Hunc autem locum longè aliter Caluus legit, & multa prætermittit.

[5] ἐς τὸ θέρος κατεσθίειν] κατέσθεσθαι legunt Galeni exemplaria, vt etiam paulò post.

[6] ἢ ὅταν τὰ ὀπανίσια ποιέωνται] τὰ ὀπαύσια ποιέωνται legunt manu scripti codices quidam & Galeni exemplaria, quam lectionem sequuntur interpretes quidam & Caluus, hac notione, vt anni tẽporibus instituta adhibeatur victus ratio, & velut anniuersaria fiat, ad eamque præscriptam iuxta anni tempora viuendi rationem, annus compleatur. Verùm Caluus mihi hic legisse videtur, κατεσθίειν ἐκ τοῦ θέρεος εἰς τὸ φθινόπωρον.

[7] ἢ μαλθακοῖσι] πλέω μαλθακοῖσι legunt alia exemplaria.

[8] τὸν ὃ στρυφνοὺς] στεῖφος hoc loco mihi videtur legisse Erotianus quos πυκνοὺς exponit, vt scripsimus in nostra OEconomia.

[9] τὸ δ' ἤρεος ἡσυχῇ] ἡσυχῇ ἔχειν habent alia exemplaria.

[10] χρὴ δ' τοὺς στρυφνοὺς] Sic legunt omnia ferè exemplaria, quæ tamen ἰχρώδεις habent, quæ secuti sunt omnes interpretes. στρυφνὸς Galenus ξηρὸς exponit, quos Erotianus πυκνοὺς vocare ex hoc loco etiam potest. στρυφνὸς autem & περιεσταλμένους (quos ἰχρώδεις exponit Galenus) τοῖς σαρκώδεσι paulò ante opposuit.

[11] ἔπ' ἀδημαίνοντας ἐν τῷ κόπῳ] ἔπ' ἀδημαίνοντας simpliciter legunt exemplaria quædam.

[12] ἢ ἡδύσμασι] ἡδύσμασι τοῖς χλωροῖς καὶ ξηροῖς ἀρτύμασιν mihi videtur exponere ex hoc loco Erotianus, ideoq; nostra interpretatione expressimus, quod etiam Cornario suboluit, qui hortensibus condimentis præparata, dixit. Possunt etiam aromatibus cõdita intelligi, aut aliis dulcibus aut suauibus condimentis apparata.

[13] ὅπου γὰρ αὖ δοκῇ ὀλιγίστων ἐμπιμπλαῖτο] Sic ferè legunt omnia exemplaria, quædam etiam, ὅπου γὰρ αὖ δοκεῖ ὀλιγίστων πιμελῶν ἐμπίμπλασθαι] habent, quæ mihi videntur ἡδύσματα, & ea quæ ex sesamis apparãtur, intelligere, quæ parcissima copia implent, facileq; subeunt. Gal. tamen legit, ὅπου γὰρ δοκῇ ὀλιγίστων ἐνεμπίμπλασθαι].

[14] Τοῖσι δ' ἐμέουσι] Hic exemplaria quædam manu scripta. περὶ ἐμέτων, indicaturam adscribunt.

[15] τὰ δ' λεπτὰ ἢ ὑγρὰ] Sic codicum maxima pars scribit. Sed Regij manu scripti quidam pro ὑγρὰ κράμβη habent, vt & Vaticani, quos secutus est Caluus. At ἄλλως legisse Galenum cõstat.

[16] λευκάνθρῳ θερμῷ προτιθέτω] Sic legunt meliora exemplaria in singulari, quædam etiam in plurali προτιθέσθωσαν, πινέτωσαν & ἐπιχεέτωσαν, quę etiam secutus videtur Caluus, sed tunc λευκάνθρα legendum. Deinde δίκα πάλης legunt exemplaria ferè omnia, quæ Caluus quoque secutus est. Nos Galenum secuti πίτυρα cum Cornario scribimus, quædam etiam exemplaria δικατίτυρα adscribunt, vitiosè vt opinor.

[17] ὁκόσοισι ὃ ὀπτιδέστερον] Plurimùm hic variant codices tum publicati, tum manu scripti. Quidam ὁκόσοισι ἀνεπτιδέστερον ἀπεύχεσθαι τὸ σῖτα legunt, quibus etiam Vaticani & Aldini cõsentiunt, vt patet ex Caluo. Quidam etiam ὁκόσοι μὴ ἀνεπτίδεστον habent. Quibus omnibus procurandi vomitus consilium est. At certè Galenus ὁκόσοι ὃ ὀπτίδειον legisse videtur, quemadmodum habent Germanici codices, vt συμβολικῶς istud legatur, & eos quibus vomitus conducat ad corporis repurgationem intelligas. At in eo quod sequitur difficilior est explicatio, vbi omnia ferè exemplaria ὁκόσοισι ὃ αἰεμέουσι legunt, vt de his qui facilè vomunt intelligantur, & superioribus qui minimè ad vomitum idonei aut accommodati videntur, opponantur. Exemplaria verò Germanica negationem addunt, & ὁκόσοι μὴ αἰεμέουσι legunt, vt eos quibus non expedit vomitus intelligas, & quibus ex Galeni consilio ciborum retentio & concoctio procuranda est, non satis explicata phrasi. Quod cum videret Cornarius, mihi consultò videtur (etsi Germanicis codicibus perpetuò vsus est) ex reliquis exemplaribus negationem prætermisisse. Ac certè præstiterat superioribus ista opponere, & de iis qui facilè vomunt intelligere, & non promptè vomentibus aduersantur, vt nos ex codicum pluralitate fecimus. Vbi quædam etiam exemplaria κοιλίας ἔχουσιν ὑγιὰς pro ὑγρὰς legunt.

[18] πρὸς τὰς κυνοτροφίας] In aliis κυνηγεσίας scribitur, sed manu scripti codices quidam σκιατροφίας legunt, vt & Vaticani, quos secutus est Caluus. Id autem vmbratilem mulierum vitam indicat, easque in vmbraculis vitam degentes.

[19] ὅλον γὰρ δὴ ὅπ' ἡ κοιλίη] Hic codicum pluralitatem secutus sum. Galenus tamen legisse videtur, ὅλον γὰρ ὅπ' ἡ κοιλίη ξωθαλπῖν ἢ δικῶν τὸ πλῆθος τῷ εἰσόντων σπίνι. Quę lectio plurimùm mihi arridet, eamq; secuti sumus in nostra OEconomia, vt ξωθαλπῖν dicatur de ventriculo cibos moderato suo calore confouente & conficiente. Vt vitiosa videantur exemplaria Aldina quæ ξωθαλπεῖ habẽt, ξωθάλπειν habent reliqua exemplaria, sed ξωθαλπῖν pro ξωθαλπεῖν legisse Galenum apparet.

[20] ἐν οἴνῳ ἐντριθρυμμένους] Sic legunt meliora exemplaria, quædam etiam ἐντετριμμένους. Vtramque lectionem complexus probè videor per panem in vino intritum, crusta panis in vino intincta significans, aut panem in vino fractum. Θρύμμα enim peculiari significatione κλάσμα ἄρτου, aut ἄρτος μίεγς Hesychio & Sudæ exponitur.

[21] ἢ πλεῦ κριφαλίου δίκῃ] Exemplaria quædam Regia manu scripta πλεῦ ἀδδηφαγίου ἢ ἀσαγκεφαγίου legunt, quod & Vaticanis contigisse ex Caluo patet, qui (cibum necessariũ magis suscipiunt) dixit. Istud verò ad id spectat quod supra dictum est, ὁκόταν ἀναγκάζῃ ὁ ἄνθρωπος κριφαγίην. Cæterùm quædam exemplaria hic ὑπομνήμ non legunt, sed ἢ πλεῦ κριφαγίου δίκῃσι, ἢ παλαιοτέρης μᾶζαν, qui mihi secutus videtur Galenus, & αἰτίκῃ pro δίκῃ legisse.

[22] ἢ τὸν οἶνον ἀκρητέστερον πινόντων] Sic legunt omnia ferè exemplaria, πίνειν tamen habent manu scripta quædam Regia.

[23] ὁκόσοισι ὃ νοῦσοι ὀδὸς καταλῆς] Ista repetuntur libr. 2. de Morbis, in morbis capitis, vbi ἐλαίνεα quod hic ἐλίννα scribitur, vt notauimus in nostra OEconomia.

[24] ἐλλιπεστέοι ἢ ἀυχὴ] κλιπλεταὶ οἱ ἢ ἀυχὴ legunt meliores codices, vt & libr. 2. de Morb. quam phrasim subnotauimus & aperuimus in nostra OEconomia, vt manifesto vitio βλέπεται legatur in quibusdam manu scriptis codicibus, quos Germanica exemplaria sequuntur. Et Caluus vtramque lectionem adhibuisse mihi videtur.

[25] αὐδὲ σὺ χρὴ ὃς ἔστι σωτὸς] Hæc γνώμη repetitur initio libri περὶ παθῶν. Simile est autem Euripideum illud μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός, cuius meminit M. Tullius lib. 3. epist. & sic vertit, Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequaquam sapit. Quędam autem exemplaria leg. ἐς ὅστις δυνατὸς συλλογισμοὺς. Hoc verò præceptum prudenter, priuatum quemque admonet (cùm nihil æquè æstimandũ sit ac sanitas) vt sibi diligenter in morbis caueat, vt suæ prudentiæ fructum ipse sentiat, aut sibi prodesse queat.

IN LIBRVM PRIMVM HIPPOCRATIS περὶ διαίτης.

ΕΝ μὲν μοι] Hi libri passim in omnibus exemplaribus hac inscriptione περὶ διαίτης insigniuntur, quos tamen Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. acut. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς vocat, & ad Hippocr. refert, etsi quosdam Euryphonti, alios Phaonti, aut Philistioni, aut Aristoni, aut alteri cuidam ex veteribus attribuere scribit. Idem quoque Com. ad aphor. 1. lib. 6. hos libros ὑγιεινὸν διαιτητικὸν vocat. At lib. 1. de aliment. fac. ex professo hac de re scribens, περὶ διαίτης vocat, & quosdam Hippocrati adscribere innuit, quosdam etiam Philistioni, Aristoni, Euryphonti, aut Philetæ. Idem quoque hos libros in tres distingui à quibusdam innuit, tuncque περὶ διαίτης inscribi, & secundum Hippocr. authoritate dignum sibi videri, primum verò hoc censu omnino abdicat. Quod si in vnum corpus conferantur ac per se consideron-

derentur, περὶ φύσεως ἀνθρώπου ἢ ἰητρῶν inscribi. Libro quoq; ad Thrasybulum, num sanitatis tuendæ ars ad Medicum, &c. videtur horum librorum authorem Hippocratem agnoscere, eoſque ad sanitatis tuendæ artem spectare, & ad Gymnasticen referri vult, & cum libello de aëre loc. & aq. coniungit. in quo maxima pars causarum salubrium tractatur, vt aëris, aquarum, locorum, ventorum, anni temporum natura, in his verò libris reliqua sanitatis tuendæ materia absoluitur, in quibus de cibis, potibus, vitæ institutis, & exercitationibus perfectissimè agitur. Qua ratione mihi videntur qui Hippocratis libros in ordinem compoſuerunt, hos libros statim poſt librum de aëre locis & aquis collocasse. His autem libris omnis victus ratio ad generalem quandam methodum reuocari videtur, vt scribit Gal. lib. 1. de alimentis, quam à veteribus non rectè descriptam fuisse statim initio reprehendit.

[2] πάθοισι χρῆσις] ἢ πάθοισι χρῆσις legunt exemplaria quædam.

[3] τὴν ὕστερον αὖθις τούτων δίαλειχθήσομεν] τὴν ὕστερον αὖθις τούτων διαλειχθησομένων legunt exemplaria quædam Regia manu scripta.

[4] ἐσοπτικὸν μᾶλλον κακράτητα] κίκιννον legunt exemplaria quædam manu scripta.

[5] ὃ σπαρατέον] ἢ τὸ θᾶττον ἐκτέον lego cum Interpretibus omnibus.

[6] ξυμφέρονται ἢ ἀλλήλοισι πρὸς ὑγιείην] Exemplaria Regia manuscripta legunt, ξυμφέρονται δέ πως ἄλληλα πρὸς ὑγιείην, quædam etiam πρὸς ἄλληλα, vt & Asulanus codex.

[7] τὰς συμμετρίας τὰς ὁμοίους τῷ πόνῳ τῷδε βίῳ] Sic legunt exemplaria Germanica, vt non solum ista cognoscere oporteat, verum etiam iustam laborum mensuram & vim, quam pro ciborum copia, hominis natura, corporis ætate adhibemus. Interpretes tamen omnes illud [τῷδε βίῳ] omiserunt, quod redundare videatur, neque legatur in codicibus Vaticanis, neque Aldinis, & pro τὰς ὁμοίους, τότε μέτρα τῷ πόνῳ legisse videntur.

[8] πρὸς τὰς διατροφὰς τῶν χρεῶν] ἢ πρὸς τὰς διατροφὰς lego cum omnibus Interpretibus.

[9] ἢ σίτων ἢ ποσῶν] Quædam exemplaria manu scripta pro ποσῶν πόνων legunt, alia pro ποθωάτων.

[10] ἢ πόνων πρὸς θᾶσσον] ἀριθμῶν vitiosè legunt exemplaria quædam.

[11] ἀλλὰ καὶ μᾶλλον συλλογίζομαι] Etsi ista de morbis aut eorum causis intelliguntur, sic legunt tamen omnia exemplaria. Interpretes autem συνεπιλογίζομαι legisse videntur.

[12] ὅτι αὐτοῦ ἑωυτοῦ ὅτι αὐτοῦ ἑωυτοῦ] legunt exemplaria quædam.

[13] πολλοὶ ἢ τῶν ξυμπάντων] οἱ πολλοὶ ἢ παντοδαποὶ legunt exemplaria quædam manu scripta. Deinde etiam ὑπὸ ἑωυτοῦ lego cum Interpretibus.

[14] ἔπειτα ἢ γίνεται] Sic legunt omnia ferè exemplaria, quibus verbis successiuo temporis ad rerum naturalium generationem significatur. Quædam etiam exemplaria manuscripta ἔπειτα αὖθις μετὰ legunt, & γίνεται.

[15] ὀφθαλμοῖσιν ἢ δι᾽] δι᾽ὧν lego cum Zuinggero, etsi δι᾽ὧν habent exemplaria omnia.

[16] ἢ γὰρ ἀποθανεῖται] ἦν γὰρ legisse videtur Cornarius.

[17] μὴ ὄντος ἑωυτοῦ ἐξεγχώσει] ἢ οἷος τέ ἐστιν ἑωυτοῦ ἐξεγχώσει legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ secutus videtur Caluus.

[18] αὖθις ἢ κέτι ἀμείβεται] ἀμείβεται legisse videtur Cornarius, contra tamen omnium codicum fidem.

[19] ἀλλ᾽ ὁμοίως] ἀλλ᾽ ἴσως legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ secutus est Caluus.

[20] φύσιν ἢ κατὰ] Istud longè aliter legisse videtur Caluus.

[21] πολὺν πυρίωσιν] πυρίωσιν legunt Aldini codices, & vtramque lectionem secutus est Cornarius.

[22] τὸ δ᾽ αὖτε ἢ φύσις ἀνθρώπου] πάλιν ἢ legunt exemplaria Regia manu scripta.

[23] ὁ, ἢ λαμβάνῃ τοῦτο μᾶλλον] Sic legunt exemplaria Germanica. Cornarius legisse videtur, τῷδε λαμβάνῃ ἀλλὰ μᾶλλον. Aldina exemplaria habent, ὃ δὲ λαμβάνῃ τοῦτο μᾶλλον. Legendum tamen videtur τῷδε λαμβάνῃ τοῦτο μᾶλλον, vt legit Zuinggerus.

[24] ἐκκαυθῇ ἢ τύχῃ] συχῇ lego cum Cornario. Idem etiam, ὃ ἀφθίτους ἀεὶ ἀφαιρέοντες διαμένει τῷ πυρὶ legit. διαμένει verò Aldina exemplaria.

[25] χώλου ἢ ἐκπεσὸν ἀφανίσῃ] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius tamen & Zuinggerus, ἀφανίσῃ legunt.

[26] ἐκεῖσε ἢ ἥκων ἀπ᾽ ἄκρων] ἀπ᾽ ἀλλήλων τῶν ἄκρων ἀποκείνεται legunt exemplaria Regia manu scripta.

[27] τὸν αὐτὸν ἱρηκ] Sic legunt omnia exemplaria & Vaticana etiam, quod dixit Caluus placidè tradit, cui postea διαζῆξις opponitur. ἴλεως tamen codices Regij manu scripti habent, vt & paulò post.

[28] ἐς τὸ μᾶλλον τῷ ὑπάτῳ] Eundem naturæ ordinem in attrahendo alimento in vnaquaque corporis parte seruari ait, quoad locus non ampliùs suscipiat, atempe pars alimento satiata nihil ampliùs attrahere queat, & copia alimenti à partis calore concoqui non possit. Id τὸ μᾶλλον ὑπάτῳ dicitur, velut antea πίσσῃ τῷ ὕδατος ἢ τῷ πυρός, Scio aliam esse mentem interpretibus omnibus, sed hic mihi sensus facilis videtur. Cornarius & Caluus alimentū & aquæ & ignis accipiunt, & πυρὸς addidisse videntur, hoc sensu, donec pars nihil ampliùs alimenti suscipiat, & alimentum aquæ & ignis deficiat, neque ampliùs supperat.

[29] τὴν ἑωυτῆς τροφὴν] τὴν αὐτὴν τροφὴν legunt exemplaria quædam, alia τῇ ἑωυτῆς. Vim autem & naturæ necessitatem intelligę, qua alterum attrahitur, alterum pellitur ad nutritionem & accretionem aut fatalem cuiq; pro suo modulo innatam moriendi necessitatem, quam παραμυθίαν μοίρης hic vocat.

[30] ξυναύξῃ διηνεκῶς] Istud ad hominem eiusque ortum & generationem ac nutritionem referri videtur, vt ex iisdem ex quibus antea constitit augeatur & nutriatur, vbi corpus rectā partium conuenientiam & compagem nactum fuerit. Quæ sit autem ista partium corporis conuenientia aut harmonia, & quinam concentus aut consonantiæ intelligantur, mihi rectè explicasse videtur Zuinggerus.

[31] ἢ μὴ ἢ μὴ τύχῃ] Locus est valde obscurus, quem tamen valde appositè mihi videtur explicare Zuinggerus de tribus corporis symphoniis & concoctionibus. Cornarius ἢ ἀφ᾽ ἑτέρου συμφωνίου ἀφ᾽ ἑτέρου] legisse videtur.

[32] ἢ ἢ δ᾽ ἑτέρῃ ἡβώσῃ, ἢ] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Zuinggerus legit, ἢ ἢ δ᾽ ἑτέρῃ ἡβώσῃ, ἢ τὸ δὴ πᾶν τὸ, Caluus istud omnino subticuit, Cornarius πρὸ δὴ παντὸς legisse videtur.

[33] ἴσως αὖτε αἰεὶ ἔστι] ἔτι ἀρχὴ ἔστι legunt exemplaria quædam manu scripta.

[34] ἀναξέσασα ἐστὶ δεῖ] Hic locus valde est obscurus, ac vereor vt parum integer. Hic mihi facilis esse sensus videtur, vt ignis inde excidens, velut alimento destitutus, sibi exitum paret ad alimentum conuehendum ac importandum & concoquendum. Hæc verò verba [πάντων γὰρ τούτων ἐπιπόνως ἐκλύω] etsi in omnibus codicibus reperiuntur, eoque sensu quem apposuimus rectè constare possint, mihi tamen non parum suspecta sunt, quòd eorum hic non meminerit Caluus, ac videantur in suis codicibus desiderari.

[35] κατεπαλέσασα ἢ αὖξον] κατεπαλέσασα ἢ ἐς αὖξον lego cum Cornario & Zuinggero, quanquam mihi videntur legere, τὰ μὲν κατεπαλέσασα, τὰ ἢ αὖξον, Istud autem de igne mihi intelligi videtur, qui in hominis conformatione, aquæ & ignis portionem à cōpacto secreuerit, & partes ipsas corporis in apertum produxerit & efformarit suas cuique pro modulo fatali sorti destinatas. Atq; hoc modo vulgata lectio mihi constare videtur, quæ περὶ ἀνθρώπου φύσιος habet. Quam lectionem secuti sunt omnes Interpretes præter Zuinggerum, qui τῷ ἀνθρώπου legit & τὸ τῷ ἀνθρώπῳ ἐς φανερὸν constituit, quod de partium conformatione quæ in lucem prodeunt, & à natura in apertum producuntur, intelligi videtur.

[36] ἀγκλαξις] ἀγκλᾶξις habent exemplaria quædam manu scripta.

[37] γνώμας ἔχοντα] Cornarius legisse videtur, νόμιμον ἔχοντα, ὡὐμμιμα.

[38] ἐμπειρίης ἀρχῆς] τὰ ἐμπλεγκτέα legere videtur Cornarius.

[39] ἢ ἐμπλέκεται ἐμπλεγκτέα] De his quæ arte aut natura fiunt, non idem est hominum iudicium, sed suum cuique & varium pro cuiusque opinione. Cornarius autem διαφανεσθαι pro διαφανεῖσθαι legisse videtur. φύσις etiam cum omnibus Interpretibus lego, cum αὐτῷ habeant exemplaria omnia.

[40] φύσιν ἢ πάντες ἀεὶ αὐτὸν ἢ πᾶν τὸ legisse videtur Caluus.

[41] ἢ ἴμασιν] Hæc adeo sunt obscura vt varie accipiantur & distinguantur ab Interpretibus. Nos Zuinggerum hac in parte secuti sumus, qui hæc velut mysteria, ex abyssis in apertum, satis feliciter mihi proferre videtur.

[42] ὑπάτων ἢ ἀναγωγὸν] Hic ὑπάτων nomine alimentum intelligi satis patet, ex Hippocratis hypothesi. ἀναγωγὸν autem legunt exemplaria quædam manu scripta, quæ secutus videtur Cornarius & Zuinggerus.

[43] λυσιτελεῖν ἢ ἐργάζεται πάντα] τὰ ὠφελοῦντα legunt quidam, verùm λυσιτελοῦντα habent omnia exemplaria.

[44] ἀδυνατέουσα] ἀδυνατοῦσα & πᾶσι videtur legisse Cornarius.

[45] πιέζοντα] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius autem πιέζων τὸν ἄνω κάτω ἴσχει legisse videtur, & μᾶλλον πιέζοντα. Nos nihil immutauimus, & illud, ἕλκει ἴσχει sic accipimus, vt qui premunt & vrgent partim sursum impellant, partim deorsum trahant, & quantum in se est minuentes & magnitudini detrahentes, numerum augeant.

[46] ἄνωθεν ἀφροντίλῳ μιμεῖται] ἀμιμοῦνται legisse videntur Interpretes.

47 ὧν ἢ παῖτα ὅμοια ποιήσῃ] ποιήσωσι legunt omnes Interpretes,& ξυμπάξεται.

48 τὰ ὑγρὰ ξηραίνοντες] Quidam codices manu scripti hîc addunt, τὰ ξηρὰ ὑγραίνοντες, vt paulò post.

49 οὐδὲν διαφερομένων παντοδαπῶν] οὐδὲν διαφερομένων legunt exemplaria Aldina,quæ mihi secutus videtur Cornarius,etsi διαφερομένῳ potius legisse videtur.

50 ἀγωνίη πυθοκτίβια] Istud simul iungunt Interpretes, eosque secutus sum.Sed Caluus ἢ ἀγωνίη legisse videtur,& superioribus iunxisse.

51 ἐνὶ ἢ ἀνθρώπῳ] Sic quidem legunt omnia exemplaria & Caluus,quæ sanè lectio etiam ferri potest. Sed Cornarius ἐν legit quem secuti sumus.

[24] ἡ δὲ ἀφικνουμένη] Hunc locum adducit Galenus ex Hippocrate libello de Vteri conceptu, quo probat animal esse quod vtero continetur, vbi δι' ὀμφαλοῦ legitur, ibique factum non solum per vmbilicum nutriri vult, sed ore etiam alimentum sugere ex Hippocrate lib. περὶ φύσιος παιδίου probat. Quod etiam ante nos annotauit Mercurialis.

[25] ῥίζωσις φλεβῶν] Hæc verba sæpius adfert Galenus ex Hippocrate lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. vbi hepar venarum originem, vt cor arteriarum esse ex Hippocrate confirmat. Vbi etiam cur ῥίζωσιν à plantis ad animalia transtulerit indicat, & ῥίζωσιν velut originem tum venarum tum arteriarum ex hepate & corde tanquam ex radice pendere. Et quemadmodum ex plantis, radicationes deorsum aguntur, & stirps sursum exoritur, ita è corde arteriæ, & è iecinore etiam venæ in vniuersum corpus distribuuntur. Atque illæ venæ radicibus sunt similes, quæ in ventrem pertingunt, vt ex Hippocrate lib. περὶ χυμῶν confirmat. In hisque omnibus (vt ibidem eleganter scribit Galenus) ἡ ῥίζωσις ἀρχὴ τῶν πάντων ἐστὶν, ὑπὸ τῆς ἀρχῆς ἡγούμενα μένει, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ διοικήσεως. Hunc etiam locum adfert Aretæus, vt grauissimus ita & vetustissimus author, cap. 7. lib. 1. περὶ ἐξίων & cap. 13. lib. 1. περὶ χρείων.

[26] δυώδεκα μὲν] Hunc locum ex Hippocrate adducit Galenus Comment. ad aphorif. 16. libri ſecundi, his verbis: περέφηκε δ' ἐν μεγάλῳ ὁ Ἱπποκράτης τῷ φυλάττειν ἐρίφοις τὸν τὰ ζῶα διοικεῖν δυνάμιν. ἐπεὶ τε ἔν τε τῷ ἐνικὸν ἀριθμὸν εἰρῆσθαι δυώδεκα δυνάμιν, αὖ τε καὶ τὸν πληθυντικὸν δυνάμεις, ἐνδείκνυται καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα τὸ περὶ ὧν αὐτὸς εἶπε, δυνάμις μὲν ἑνικῶς, καὶ μία· καὶ πάλιν τὸν ἑξῆς ὅλον ἐπιφέρων ὧν μίαν ἕκαστον τῶν δυνάμεων, ἰδίας ἂν πλείους ἔχειν. Quam eandem expoſitionem adhibet in Commentariis qui eius nomine circunferuntur.

[27] περίφεται τὰ μέ] Sic lego cum Galeno, cùm tamen exemplaria omnia περέφεται ſuperioribus iungant.

[28] ὀστέων σύνταξις] Hunc locum multis libris ex Hippocrate celebrat Galenus, vt ἐν τῷ περὶ ἀρθρικῷ λόγῳ ποιεῖ τὰ τέγγα, & lib. περὶ ἐνταξίας. Item lib. ad Thraſybulum num ars ſanit. tuendæ ad Medicinam pertineat, vbi duobus locis hunc in modum legitur ὀστέων σύνταξιν ἀνθρωπείαν ἡ φύσις, ἕξις ὑγιεινὴ κρέασιν. Eadem etiam quæ in Commentariis ad hunc locum circunferuntur, illic adſcribuntur, nominatimq; Platonis locus ex lib. 3. de Repub. Hîc vero iure quodam ἕξιν τῇ ὀστέων ſyſ opponit, quod τῆς ἕξεως nomen ad corporis mediocritatem & ſymmetriam naturæ referatur, & ab antiquis verè ſano corpori attributum ſit, cum ſit ἕξις, ἔμμενές τι καὶ δυσαλλοίωτος σύστασις. Bonus autem athletarum ad ſummum habitus, & facilè mutabilis eſt, & periculoſus. Nam cum neque incrementi capax ſit, ſiquidem ad ſummum peruenit, neque poſſit in eodem conſiſtere, neque quieſcere, reliquum eſt, vt in deterius ruat, vt ſcribit Galenus in orat. ſuaſoria ad artes. In quibus etiam omnibus locis animaduertendum eſt Galenum ἐν πᾶσι non addere, ſed ſequentibus adſcripſiſſe, contra tamen omnium codicum fidem.

[29] μέγα τὸ πυόν] Quod hîc de alimentorum quantitate effertur, ad auxiliorum medicorum quantitatem transfert Galenus, initio libri ad Glauconem his verbis: ἐμοὶ δὲ καὶ ὅτι μέγα τὸ πυὸν ἐυσύχως συμφαμοδεῖ ἐς δυώδεκα, ὁ αὐτὸς αὐὴρ ἔγραψεν.

[30] φορόδοι] φορόδους naturales intelligit, velut ſanguinis & alimenti circuitus & motus, quibus à natura ad vterum, deinde ab vtero in mammas ad fœtus nutritionẽ defertur. Quæ tamen Galenus in Commentariis ad quatuor fœtus tempora retulit.

[31] ζωῶσι τὰ μὲν ζῶα] γίνεσθαι pro ζωῶσι legit Gal. in Comm. quemadmodum etiam libello de vteri conceptu γίνεσθαι τὰ μέρεα legit, ex iſtoq; loco probat quod vtero continetur animal eſſe, etſi longè aliter mihi legiſſe videtur.

[32] φύσιες πάντων] Hanc ſententiam multis locis celebrat & miris laudibus extollit Galenus, vt lib. 1. de vſu part. & lib. 6. de loc. aff. vbi hædi ſtatim in lucem editi naturalem induſtriam in obeundis naturæ muniis pro exemplo affert, cuius etiam meminit Comment. 5. in lib. 6. epid. Quibus duobus in locis φύσιες ζώων ἀδίδακτοι legit Galenus. At libello de vteri conceptu φύσιες πάντων ἀδίδακτοι legit. Quod etiam ſcriptum eſt ab Hippocrate aph. 2. ſect. 5. lib. 6. epid. ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα, καὶ ἀμαθὴς ἐοῦσα, τὰ δέοντα ποιεῖ. Quod eſt huc à Galeno adſcriptum.

[33] ἀκρόσιτος] ἀκρόσιτος ex hoc loco exponitur πρὸ τοῦ βεκχυ μεταβολικὸς Galen. in Exegeſi, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Indicat enim hunc locũ Gal. lib. περὶ ἀφίξ. ἀφίστου, vbi aliter legitur his verbis: ἡ τῶν ποιότητα ὅτι δ' ἂν δυνάμιν διαφορᾶς λαμβάνῃ, δῆλος ἔστιν. φησὶ γάρ που. σῖτος νέοισι μὲν ἄκρως ἀκμάζουσιν ἀμεταβλήτοις. γέροισι δ' ἐς τέλος μεταβεβλημένοις. Quibus in verbis poſt ἄκρως diſtinguendum cenſeo, vt ἄκρως μεταβεβλημένως intelligatur ex mente Hippocratis, idem qui ἀκρόσιτος, cibus leuiter ac parum immutatus. Alioqui ſi ἄκρως ἀκμάζουσι iungas (quod fecit interpres) ætates tantum duas includas contra Hippocratis mentem. Quod etiam mihi animaduertiſſe videtur Hieronymus Mercurialis cap. 7. lib. 2. variarum lectionum.

[34] ἐς τύπωσιν] Omnibus eſt notum iſta de fœtus conformatione, motione, & editionis tempore accipi, vt motionis tempus duplum conformationi reſpondeat, & editionis in lucem tempus triplum ſit, ad id quo fœtus mouetur. Quod ex Galeni Commentariis ad hunc locum Arabum doctrina in medium protulit, & ex fragmentis Galeni à Rabi Moſe Collectis ex hoc loco adſcribitur.

[35] ἐς δέκεσιν] Vaticana exemplaria manuſcripta legunt, ἄλλοι, ἐς δέκεσιν. Quam etiam lectionem ſecuti ſunt Caluus & Cornarius.

[36] ἢ ἔστι ἢ ὄχι] Hunc locum aliter legiſſe Gellium apparet cap. 4. lib. 3. Noct. Attic. Ex quo reponendum quidam cenſent, ἔστι ἢ οὐκ ὄχι ἀκταμίλιος γίγνεται. Ad idque interpretationem ex Sabino quam adſcribit Gellius apponunt, quæ etiam cum ea quam ex Sabino hoc loco adfert Galenus planè conuenit. Verùm iſta mihi accipi videntur de non ſatis determinato ac Medicorum reſcriptis ſtato geſtationis fœtuum aut partus tempore, ac de varia menſium partus numerandi ratione.

[37] γίνεσθαι δ' ἐν πύτισι] Hunc locum certè longè aliter legit Gellius, hoc modo, γίνεσθαι δὲ τὸ τύωσις ἢ πλείω ἢ ἐλάσσω. ἢ ὅλον, ἢ μέρος, ἢ ὑπερβολῇ ἢ πλείω πλείονι, ἢ ἐλάσσω ἐλασσόνων. (Sic enim apud eum legendum cenſeo.) Quem locum etiam de velociore ac tardiore fœtuum editione exponit. Quam certè lectionem Galenum in ſuos Commentarios tranſtuliſſe apparet. Nos tamen codicibus omnibus vulgatam lectionem ſecuti ſumus, & de longiore aut breuiore fœtuum tempore cum Interpretibus accipimus, neque tamen multò productiore aut contractiore, quod tamen neque tam certum eſt, quin interdum euariet.

[38] ὀστέων τροφαί] Id de oſſium conformatione, aut quibus diebus conſolidentur explicat Galenus. Cui conuenit quod in Rabi Moſis fragmentis collectis ſcribitur, & Galeni Comment. 4. in lib. de alimento. Naſi oſſa fracta, diebus decem ſanantur, maxillæ, clauiculæ, pectoris, & frontis diebus viginti, humeri diebus triginta, pedis verò & brachij diebus quadraginta, coxæ, diebus quinquaginta. Eundem ſanè dierum numerum his oſſibus conformandis aſſignat Hippocrates lib. de fractur. & artic.

[39] σφὶς τὰ πάντα] Hunc librum verè Hippocraticum agnoſcit Galenus lib. 1. de Compoſ. med. καὶ γλύκη, his verbis: ἐνίοις δὲ λόγῳ μεμνῆσθαι χρὴ τῶν ὑπ' Ἱπποκράτους γεγραμμένων καὶ τὸ περὶ τροφῆς, ὡς ἐν τῷ σφὶς τὰ, τὰ φαῦλον, καὶ τὸ φαῦλον λέγει, καὶ δυλοιὸν τὸ βλαβερὸν τε καὶ ὠφέλιμον. Rurſuſque libro ſexto Compoſ. pharm. καὶ πῶσις, cùm ſcribit, ἅπαντα γὰρ ἐν τῷ περὶ τὸ γε ὠφελεῖν ἔχει, καὶ τὸ βλάπτειν, καὶ τοῦτο Ἱπποκράτης ἐποίησε ὧν οἶδα πρώτος πάντων, οἱ μετ' αὐτὸν ἠκολούθησαν.

[40] καὶ περισσόν τοῦτο αὐτό] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Interpretes tamen omnes τὸ αὐτὸ legiſſe videntur. Quam lectionem etiam retinuit Gal. Commentarius. Zuinggerus tamen ἐν τὸ αὐτὸ legere mauult.

[41] ἐς αἵματος πλύσιος] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed πλύμενος legiſſe videtur Caluus.

[42] ἢ δυσαλλοίωτος] Hunc locum ex Hippocrate adducit & explicat Gal. Com. ad aph. 18. lib. 2.

[43] καὶ ἐκίσιν ταχείης φορδίνος] Hunc etiam locum exponit Galenus Comment. ad aphoriſ. 11. lib. 2. vt & in Commentariis in hunc locum, aphoriſmum illum apponit. Et libro tertio de Cauſ. pulſuum. Sed in aphoriſmis legitur, ἐκίσιν ταχίσης φορδίνος δίδου), ὑγρὸν ἔτημα εἰς ἀπάλυψιν δυνάμιος αἴτιον. ἔστιν δ' ἔτι ταχυτέρης, δεῖ ὀσφρήσεως.

[44] ὑγρασίη τροφῆς ἔτημα] Hunc locum ex Hippocrate adfert Galenus lib. 4. de Vſu partium, & Comm. 3. in lib. de rat. vict. in morbis acutis. Vbi eadem ferè quæ in Commentariis in hunc locum ſcribuntur. Eundem etiam locum ex Hippocrate vſurpat Alexander Trallianus capite primo libro ſexto. eóque etiam alludit Aetius cap. 165. ſerm. 3. Tetrab. 1. cum ὕδωρ τροφῆς ὄχημα vocat.

IN LIBRVM DE RAT. VICT. IN MORBIS ACVTIS.

[1] Οἱ ξυγγράψαντες] Variam eſſe & multiplicem huius libri inſcriptionem omnes palam fatentur, & diuerſa authorum ſcripta clamant. Interdum nanque περὶ πτισάνης indicaturam præ ſe fert, quòd ptiſanæ, quæ ex hordeo fit, laudes vno volumine condiderit Hippocrates, quæ omnes in alicam tranſierunt. Quam denominationem agnoſcit * Plinius, & * * * Cælius Aurelianus, eam tamen ſæpius conuellit Galenus. Sunt etiam qui πρὸς τὰς κνιδίας γνώμας inſcribi velint, quod Cnidiorum Medicorum placita hic inſectetur Hippocrates, ideóque ad Cnidias ſententias ſcriptum hunc librum dicit Cælius Aurelianus lib. 2. Eamq; inſcriptionem agnoſcit Galenus lib. 3. περὶ δύσπν. & Comment. 2. in lib. περὶ ἀρ. μοῦ. & Pollux in dictione ὀζύβαφον, & Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ αὐθρώπ. μορίων. Sunt quoque qui περὶ διαίτης dici velint, quod hîc præcipuè victus ratio intendatur. Alij etiam περὶ ἐξίων νοσημάτων, quod præter victus rationem, reliqua etiam morborum acutorum curatio non minimùm hic inſtituatur. Quas certè omnes inſcriptiones agnoſcit Athenæus libro ſecundo, qui etiam huius libri dimidium nothum & illegitimum eſſe ſcribit, non ſecus ac multa hoc in libro paſſim habet ſuſpecta Galenus. At huius libri authorem Hippocratem Heraclidæ filium agnoſcit Galenus Commentar. in hunc librum, & libro tertio περὶ δυσεντερίας. & lib. 3. de aliment. facult. Erotianus certè in librorum Hippocrat. recenſione inter διαιτητικὰ reponit, & ἐς δίαιταν refert, etſi περὶ πτισάνης vocat. Ex quo non malè διαιτητικὸν ab Hippocrate vocari ſcribit Cælius Aurelianus cap. 29. lib. 2. acut. etſi alioqui non parum in hunc librum animatus apparet, in eoq; ſæpius exagitando animi

nimi morbum prodere videtur. At verò Cnidiorum Medicorum placita commemorantur à Galeno lib.1. Meth. med. eiusque familiæ princeps Euryphon clarui sse.

* cap.7. lib.28. & cap.25. lib.22.

** cap.12. lib.1. acut. & lib.2. cap.19.

[2] ἀκίνδ᾽ ἂν προσπαθῶν χρὴ] Quænam prætermissa sint à Cnidiis Medicis, variè à multis accipiuntur, verùm ea refert Galenus ad scopos in ratione victus ægrorum animaduertendos, quos negligenter & nimium supinè omiserant Cnidij, quales sunt, morbi natura, morbi concoctio, excrementorum vacuatio, doloris lenitio, cibi ingesti ad intestina descensus, ægri virtus & vires, consuetudo, corporis natura & temperies, morbi vigor, cæteraque id genus, quæ ad victus rationem ægris instituendam maximum habent momentum, & ad artis dignitatem plurimùm valent, funtq; ad artificialem coniecturam peropportuna, quæ posteà explicat Galenus.

[3] ὡς χρὴ ἕκαστα ἐπιτρέπειν] ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἐπιτρέπειν habent membranæ Vaticanę, vt satis patet ex Caluo, cuius lectionis etiam meminit Galenus.

[4] φάρυγγος ἑλκώσεις δεδῶσι] Ex hoc loco proprio quodam modo mihi videtur Erot. ἑλκώσεις apud Hipp. exponere κοινῶς τὰ τῶν κάτω κοιλίων καθαίροντα.

[5] τοὺς δ᾽ ἀριθμοὺς ἐνίσου] Hunc locum mihi disertè exprimere videtur Erot. cùm scribit, ἀριθμοὺς, τὰ ὀνόματα ὅπου κεῖται. morborum nanque nomina intelligit, quibus in indiuiduis morbos distinguebant & numerabant Cnidij Medici.

[6] δεκέξ δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶη] Hunc totum locum fusissimè exponit Gal. lib.9. de plac. Hipp. & Plat.

[7] οἱ δ᾽ ἂν τινες αὐτῶν] οἱ δ᾽ αὖ τινὲς αὐτῶν legunt scripta quædam exemplaria Regia.

[8] ἴσως ἂν ἐπ᾽ ἐλάττω προσκαλέμβοια εὐεξίστου] ἀρίστου pro ἐλάττω legunt exemplaria quædam manu scripta, satis probabili lectione, hoc sensu, fortè etiam neque si proponuntur, soluuntur aut decernuntur, hoc est, de quibus nihil statuatur aut decernatur.

[9] πίσσαν μὲν οἶδ᾽] Hunc locum mihi expressisse videtur Plin. cap. 25. lib. 22. Aretæus etiam imprimis vetus & grauis author in Curat. pleuritidis, eundem sic imitari videtur, de ptisana sermonem faciens, ἰσχνὴ μὲν ὑγρότητι καὶ θερμότητι, δύναται δὲ λύσαι φλέγματα καὶ σπάσαι. εὖτε δὲ ἀάγειν μὲν ἰσχνῶς, ἀκίδα ἀνάγκης χρὴ, ἀνάγειν δὲ ῥᾳδίως τῶν κοιλίων. προσλαβὼν δὲ τὸ λεῖον αὐτῆ, ἐς κατάπαυσιν εὔκολον. ἀτὰρ καὶ τὸ γλίσχρασμα θερμασίας φαύνει, ὑμένας καθαίρει, πτύσεις βήσσας, πάντα μαλθάσσει.

[10] ἀυτὴν ἐγκαταλείψει] ἀυτὴν ἀϋτὴ significare ex Galeno scripsimus in nostra OEconomia, istumque locum expressimus, cuius etiam multis in locis meminit Galenus, nempe lib.3. περὶ δυσπ. lib.1. περὶ κρίσεων, & Comm.2. in Prorrh. & Com.3. in lib.6. epid.

[11] καταγλισχραινομένου ἀπέπτως] ἀζεπτως legisse Galenum apparet, exemplaria tamen publicata ἀπέπτως habent, quædam etiam manu scripta ἀσαφῶς, quam lectionem ex membranis Vaticanis secutus videtur Caluus. Sed pro ἀζεπτως positum apparet, quam lectionem vt germanam probauimus in nostra Oeconomia.

[12] πνεύματα γίνονται] πνευπάει dicuntur ex hoc loco Galeno lib.3. περὶ δυσπ. οἱ ὑπὸ τοῦ στόματος ἀπνέοντες, & Com.3. in Prorrh. vt scripsimus in nostra Oeconomia, anhelatores & anheloſos vocamus.

[13] ἀλλὰ τῷ ῥίγει πᾶσι] In quibusdam exemplaribus hæc clausula desideratur, eam tamen adscribit Galenus lib.3. περὶ δυσπ. & meliores codices scripti, tum etiam Vaticanæ membranæ, vt patet ex Caluo. Quem etiam locum mihi subnotare videtur Galen. in Explicatione vocum Hippocratis, cum ῥίγος & ῥίγος pro eodem agnoscit.

[14] θερμάσματα μὲν ἀσθενῆ] χλιάσματα legunt exemplaria quædam Regia manu scripta, vt tepefacientia fomenta intelligant. Sed θερμάτματα legisse Galenum apparet.

[15] ὁμοιότροπα τοῦτο ἔστιν] ὁμοίτροπα ex hoc loco sibi similigena vertit Cælius Aurelian. lib.2. acut. cap.19.

[16] ἐς ἀσαφῆ γίνοιτ᾽ ἄν] ἀσαφὲς ὄγκωμα exponitur Galeno in Exegesi, ex hoc loco. Vnde etiam apud Erotianum ἀσαφάλη vitiosè, pro ἀσαφῆ τῇ ἄπαξ εἰρημένῃ scribitur, καθὼς ὅτι ὀγκώδεις.

[17] ἀσυνηθέσι τῷ μεταβολῇ] Hic ἀσυνηθέσι τῷ μεταβολῇ mutationem rependere diximus, quod est mutationem ipsam alia quadam mutatione aut vicissitudine retaliare & compensare, ac veluti exæquare. Quod in nostra Oeconomia abundè expositum esse nobis videmur.

[18] ξυμφέρει τοῦτο ἡμέρῃ ἀσυνηθέσι] ἀσυνηθέσι ταύτῃ τῷ ἡμέρᾳ, hanc diem rependere diximus, quod est veluti exæquare & compensare, figuratè tamen pro reficere, ac noxam acceptam reponere & veluti resarcire, velut in nostra Oeconomia exposuimus.

[19] οἱ περίχολοι τὰ αὖω] Ex hoc loco οἱ περίχολοι τὰ αὖω. ἀπὸ τοῦ οἱ καχέκτοι pronuntur Erotiano, ὅτι τῶν ὀξέων οἱ τύφοντες, οἱ δὲ χολώδεις ἔχοντες τὸ ὠμοειδὲς, βλαπτόμενοι ὑπὸ τῶν ἀσσίτων & σίτων. Quæ verba in Oeconomia nostra satis expositisse nobis videmur.

[20] εἰ μὴ καλὰ ἦ] Hic securus sum codicum pluralitatem, etsi quædam exemplaria, ὦ μὴ ἢ καλὰ ἦ legunt. Malim tamen ὦ μὴ καλὰ ἦ legere. Quæ certè lectio non parum mihi animaduertenda videtur. velut etiam antea, ὦ μὴ ἀγαθὰ ἦ φύσει.

[21] ἢ συμκομιστὰ] Ex hoc loco συγκομιστὰ ἄρτια exponuntur Galeno in Exegesi ἁπλᾶ, ὅτι τὰ πάντα ὅμοια τὰ ἄλλοις συγκομίζοντος ἐς μὴ ὀγκοειδὲς, vt scripsimus in nostra Oeconomia. Etsi ferè vbique ξυγκομιστὰ scribitur.

[22] πμωρητέον ἢ πόνῳ δὲ παιστέον] Huius loci hæc videtur esse notio, vt contrario sermoni quodammodo patrocinium adhibendum esse videatur, & contraria sententia vera sit existimanda. Quem in sensum accommodat Galenus libro secundo de vtil. part. corp. humani, etsi illic ἀνεπιμωρητέον legit. Nam cùm in sanis etiam in victus ratione permutatio periculosa sit, non ideo tamen prohibenda est in ægris mutatio, sed contrarium potiùs verum existimandum, quòd in sanis nulla insit mutatio, quæ aut ciborum adiectionem, aut imminutionem indicet, vt in ægris fieri videmus. In quibus mutatio quidem ritè & ordine facta & cum magna cautione etiam iuuat.

[23] ἢ ὁ τρόπος τῶν νοσημάτων ἑκάστοις] Sic legunt plæraque exemplaria, τὰ νοσήματα ἑκάστου quædam tamen habent.

[24] πυθμενίσειν μᾶλλον οὖν] Hanc dictionem ex hoc loco explicat Galenus in Exegesi & Erotianus, vt docuimus in nostra Oeconomia.

[25] ἢ ὡς δεῖ τὸ πολὺ ἀπαρτὶ] Sic legunt exemplaria meliora manu scripta, quæ secuti sumus cum Galeno, etsi idem ἀπαρτὶ legit in Exegesi, hunc etiam locum subindicans & paulò aliter scribens. Vbi & ἀπαρτὶ, temerè, inconsultè significare potest, vt scripsimus in nostra Oeconomia, aut non conuenienter, quemadmodum apud Galenum sumere videtur Dioscorides. Vulgata tamen exemplaria, ἢ ὡς δεῖ τὸ πολὺ ἁμαρτάνειν habent. Quæ lectio valdè est popularis, camq; agnoscunt membranæ Vaticanæ, vt satis constat ex Caluo.

[26] ἢ πνεῦμα προσπλῆον] Huius loci sæpius meminit Galenus, vt lib.3. περὶ δυσπ. & Comm. ad aph.68. lib.4. vbi ἐν τῷ ἐξω φορᾷ legit.

[27] ἀσκὸς ὄν] ἀσκὸς ex hoc loco Erotianus apud Hippocr. αἰχρὸν, καταγέλαστον exponit.

[28] ἀφλίγματος ὡς αἱ ὗπες εἶσι] ἀφλίγματον αἱ ὗπο μὴ legunt exemplaria quædam, & ad ἕλκος referunt, & προσκαταύρωσ. κατεύρωσ. tamen legisse videtur Galenus.

[29] δεῖ μὴ δοκεῖν τι ἢ τὸ σῶμα] Hic certè locus adeo obscurus apparet, vt multis ansam dederit literam immutandi, quod & fecit Cornarius. Caluus sanè aliud quid ex Vaticanis membranis mihi subaugurari videtur. Quotquot tamen adhuc mihi videre licuit exemplaria, in hac lectione sibi constant, quam profectò immutare mihi magna religio est, quamq; secutum esse Galenum optimè mihi conscius sum, etsi valde est implicata.

[30] ἐς ὀξυχωρητικὸν ὄν] ὀξυχωρητικώτερον cum Galeno lego, etsi plæraque exemplaria, tum publicata, tum scripta, ὀξυχωρητικὸν legunt.

[31] ὡς καθέψουσι] Hunc certè locum mihi disertis verbis subodorari videtur Galenus in Exeg. καθέψουσι exponens, ὡς ἱκανὰ ἀφεψῆσαι ἢ διαπεπάναι αὐτά.

[32] ὦ μὴ ἐκθερμάνῃ τῇ κοιλίᾳ] εἰ μὴ ἐκθερμάνῃ legisse videtur Galenus, ὦ μὴ ἐκθερμάνῃ tamen legunt omnia ferè exemplaria, quædam etiam εἰ μὴ ἐκθερμάνει.

[33] ἄγχιστα ἂν χρησίμων] Hunc certè referri potest quod Erotianus ἄγχιστα ἀπὸ τοῦ μάλιστα ab Hippocrate poni testatur, quod est, præcipuè, maximè, etsi frequenter etiam aut ferè non malè significat.

[34] ἢ μιτάκισμα πολλὸν] Hunc certè locum subindicare videtur Galenus in Exegesi, cum μιτάκισμα ex hoc libro, τὸ μαλακτὸν σύγκριμα exponit, vt satis docuisse videmur in nostra Oeconomia.

[35] καιρὸς ἢ γίνοιτο] Hoc loco magna est scriptarum membranarum varietas. Exemplaria quædam Regia reconditæ vetustatis nihil eorum quæ sequuntur adscribunt, quædam etiam ἀρχὴ τῆς νόσου apponunt, nonnulla etiam ἀρχὴ τῆς νόσου. Sed tamen constat ex Caluo ea membranas Vaticanas adscripsisse, in quo Gal. iudicium & pluralitatem sequimur. Et certè τὸ προσκύνημα τοῦ περὶ διαίτης, non ideo pro testimonio adducuntur à Galeno in Exegesi.

30 ὑ πνευμάτων περιστάσεις] Sic legunt vulgata omnia exemplaria, sed περιτάσεις legunt Galeni exemplaria, idemq; lib.3. περὶ δυσεντ. πνευμάτων περιστάσεις ex hoc loco adducit, & τὸν διηκεκομμένον εἰρηκέναι indicari scribit, velut hic quoque τὰ περιεστραμμένα πνεύματα, τὰ δὴ ἐγκεπόμενα exponit. Etsi περιεστραμμένα passim legunt omnia exemplaria, quæ περιστάσεις etiam ferri posse declarant.

37 ἐκόθισ ὃ τὰ φλεγμαίνοντα] Hic locus in tota medicandi ratione valdè communis celebratur Galeno lib.1. περὶ κρισ cap.9. & Comm.ad aphorism.1. lib.4. & Aëtio cap.33. lib.3. qui paulò etiam aliter legit. Repetitur etiam postea lib. περὶ ἐλκ. ἐξοισμοῦ & ex hoc loco περὶ πλ. ἀσθ. adducitur, paulùm immutata lectione.

38 φλεβῶν ἀποπλήσεις λυπήσουσι] Sic quidem legunt publicata exemplaria, sed φλεβῶν ἀποπλήσεις ποιήσει habent vetustissima exemplaria manu scripta, & Vaticana quoque, vt patet ex Caluo. Quinetiam Cælius Aurelianus huius libri assiduus exagitator, suffragari huic lectioni videtur cap.10. lib.2. Acut. Galenus tamen lib.2. de Caus. morb. & in fine libelli περὶ ἐυεξίας, φλεβῶν ἀποπλήσεις τὸ σῶμα λυπήσει legit.

39 κωλαγρας γίνεται] Hunc locum exagitat Cælius Aurelianus cap.4.lib.3. acut.

40 μεμαθήκασι ὃ] Hîc variant membranæ scriptæ. Quædam enim ὡς μεμαθήκασι scribunt,& superiorib. adscribunt,deinde, εἰ ὃ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οἱ ποιῶτοι γίνονται. Quam lectionem videtur secutus Caluus ex codicibus Vaticanis. Vulgatam tamen lectionem secutus sum, quòd ea phrasis huic libro valde sit familiaris,vt multis exemplis probauimus in nostra Oeconomia. ἀποτήκεται quoque habent meliora exemplaria manu scripta.

41 ἀποσυδὴν αἷμα] Hic ἀποσυδὴν αἷμα irruens sanguis dicitur & ad eruptionem incitatus,quę est lectio vulgaris & omnibus exemplaribus contestata. Quædam tamen exemplaria ἐπασυδὴν habent, quæ lectio cum impetu irruentem sanguinem, & contentione quadam erumpentem significat. Quo in loco animaduertenda quoque est membranarum varietas, quæ sic hunc locum legunt, ὧν μὴ πολὺ ἅλις ἐπασυδὴν αἷμα ἐξόδους ποιήσηται τῆς πλευρεξίης κ) ῥίνας, ὃ καὶ ἕδρῃσιν ἐμποιήσει, ἢ μετ. ἀσεις, ἢ ἀποστάσεις. Ibidem quoque ἔξοδοι γίνονται πύουσιν legitur. Quædam etiam membranæ λυθέντων pro πεφθέντων habent,quædam quoque μετ. ἀσεις omittunt.

42 ἢ ὑέρα παχέα] Sic legunt quotquot adhuc mihi videre licuit exemplaria, tum manu scripta, tum publicata. Quod etsi de crassis, albis, & valde perspicuis vrinis accipit Cornarius, mihi tamen non leuem scrupulum iniicit, quod huiusmodi vrinæ vix simul consistere videantur, etsi perspicuæ vrinæ aliò humori impetum conuersum esse significant. Reliqui omnes interpretes de læuibus vrinarum sedimentis accipiunt, vt λεῖα legisse videantur. Cui etiam lectioni Vaticanas membranas suffragari, ex Caluo satis patet. Quam lectionem etsi satis probabilem duxi, neque tamen in ea mihi satisfacio. Et si quid coniectura valet, ἢ ὑέρα παχέα ἢ λευκὰ λίαν ὑπῆραν legendum existimo,vt ad vrinas valde crassas & albas referatur, quæ ab abscessu liberare consueuerunt ex aphorism.74. libro 4. Alioqui ἢ λίαν vrinarum copiam & multitudinem significare poterit, quæ cum vrinarum crassitudine & albedine, solutionis spem ampliorem facit.Ad hunc porro locum optimè facit quod scribitur in Coac. Prænot. δυσεντερίῃ ἀκώρως ὑπερ. ἀθ, λεπτασιν δὲ πλευρεσίοισι, ἢ ἁπλάγχνοισι, ἢ ὃν ἀφρισιν ποιέει. ἄρρ μὲν χολώδης, ὃν ἀφρισιν, ἢ ὃ αἱματώδης ἐν πλευρεσίοισι, ἢ ἁπλάγχνοισιν.

43 ἢ τῆ ὑραδίων] Apparet Galenum hunc locum in Exegesi subindicare,cum ἐῤῥωδίων explicat, τῆ ἄχρι τῆ ὀῤῥὼ ἐκτεινομένων, quem hîc etiam secuti sumus, istumque locum in nostra Oeconomia adduximus. Omnia tamen exemplaria, tum scripta, tum publicata ὑρωδίων habent, & ferè omnia ἢ τῆ ὑρωδίων. Quam lectionem ex Vaticanis membranis Caluum secutum esse apparet,cùm tamen Galenus in Commentario τῆ πενόντων τῆ ὑρωδίων legat, eamque lectionem vt maximè popularem secuti sumus. Ibi quoque ferè omnia exemplaria οἱ παχύτεροι legunt, sed nos cum Caluo οἱ πεχύτατοι legimus.

44 τῆ μάδη τῆς ῥίζης] Potiones ex radice bryoniæ & dauco atque vino confectas, vertit Cælius Aurelianus cap.7. lib.3. acut. vbi huius loci meminit.

45 ἢ γὰ ὀκόσοι αὖ] Eadem ferè elegantissimis verbis scribuntur lib. περὶ ἀφ. ἀφορ. ἐπιστολῆς. εἰ ὠὴ γὰ ὠὴ ἄεισ. ὑπνοι μὴ ξυμφέροντος αὐτέοισιν, εὐθὺς βαρέες, ἢ νωθρὴ τὸ σῶμα, ἢ πρὸ γναμπτοῦ, χάσμαι τε ἢ τυ. γμοὶ & δίψαι πλέονες. ὠὴ ὃ ὑπόδειπνήσωσι, ἢ φύσα, ἢ τρόφος, ἢ ἡ κοιλίη καταῤῥήγνυται.

46 ὁκόσοι ὃ μονοσιτέουσι] Lib. περὶ ἀφ. ἀφορ. ἐπιστολῆς eandem in rem scribitur. τῶτο ὃ ἢ ἄεισ. ἂν μεμαθηκώς τις, ἢ ὕτως αὐτῶ ξυμφέρον μὴ ἀρίστησι, ὅταν πάχιστα παρέλθη ὥρη, εὐθὺς ἀδυναμίη δεινὴ, πτόμος, ἀψυχίη. ὑπὸ τύποισι ὀφθαλμῶν χλωρότησι, ὕρον παχὺ ἢ θερμὸν. στόμα ἐηρὸν. ἢ τὰ σπλάγχνα οἱ δοκέει καιόμενα. στοτοδύνη. δυσεντερίη. δυσθυμίη.

47 ἀῆγια κρία] Hîc Galeni lectionem secuti sumus cum omnibus interpretibus,quod melior sit & longè plausibilior,etsi dissentiunt vulgata exemplaria.

48 μή τε ὑλικίλου φέροντος] De iuuenilis aut veteris victimæ porcorum ætate vide Ioannis Langij doctissimam Epist. 61. lib.1. vbi etiam hunc locum explicat.

49 μάλισ. ὃ ὑπὸ βλαισωσίος] Cælius Aurelianus in his quæ malè adscribuntur capiti 1. lib.5. Tard.Pass. & in finem libri 3. reiicienda sunt,huius loci meminit, eumq; sic vertit. Hippocrates verò libris quos ad sententias Cnidias scripsit, magis vtendum dicit egestate atque vaporatione, & continentia, & danda sicca vel arida quæque, & acriora mandenda. In reliquis certè non parum mihi deprauatus videtur.

50 ὡὶ ὃ μὴ, ὀχυλὸς τῆ σταφίδων πυρὸν] Hunc etiam locum exagitare mihi videtur Cælius Aurelianus cap.3.lib.5. Tard.Pass. vbi φάκιον ἔτνος, quod lenticulæ fresum, aut lenticulæ fresæ decoctum significat, pulentum vertere videtur, nisi potius pulmentum simpliciter scribendum videatur, quod paulò antea lenticulæ pulmentum dixit.

51 πόμα ἰσχνωτικὸν] Hunc locum subindicat Cælius Aurelianus cap.1. lib.5. Tard. Pass. & cantharidas tres detracto capite, & pedibus, & pinnis, in tribus cyathis aquæ contritas exponit. facetè autem dictionis obscuritatem & amphibologiam, tum etiam medicamenti vim suspectam ridet Galenus in Commentario.

IN LIBRVM DE LOCIS IN HOMINE.

Ἐμοὶ δοκέει] Hic liber passim hac inscriptione inscribitur ab Erotiano, Galeno,& Rufo Ephesio : & ab Erotiano inter διαπυητικὰ διαιτητικὰ reponitur. τόποι verò cùm corporis humani partes dicantur (vt scripsimus in nostra Oeconomia) non infœliciter mihi videtur partium corporis humani indicaturam præ se ferre, quòd earum tum secundum naturam, tum præter naturam affectiones contineat, vt etiam ad φυσιολογίαν & παθολογίαν, aut ἀιτιολογίαν, aut etiam διαπυητικὴν non immeritò referri possit.Atque hunc librũ ab antiquis inter Hippocraticos fœtus esse numeratum, id testatur quod Cælius Aurelianus ischiadis curationem quæ hoc libro continetur vellicat lib.5. Tard. Pass. prætereáque quæ à Galeno ex hoc libro explicantur, & quod de splene ab eo ex Hippocrate adducitur lib.2. de facult. Natur. Quod certè hinc esse desumptum minimè est ambiguum.

1 κύκλω γὰ γραφέντος] Sic lib. περὶ ἑπτὰ φύσιος. κύκλω γὰ μορφυμένω ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη,

3 ὁμοίως ὃ ἐκ ἐχόντος] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria. Cornarius tamen, ὁμοίως ὃ ἔχοντος legisse videtur.

4 ἐκ τῶ ὁμοεθνίου] ὁμοεθνίου esse diximus in nostra Oeconomia, gentilitatem & cognationem, mutuamque partium corporis consensionem, qua altera alteri affectum communicat & quadam inter se communione conspirant. In quibusdam manu scriptis Regiis codicibus ex Scholio quodam ὁμοεθνία explicatur ἢ τῶ σώματος συμμετρία ἢ ὁμοτονία.

5 φύσις ὃ τῶ σώματος] Hunc locum adducit Rufus Ephesius libro primo. περὶ ὀνομασιῶν τῆ κατ' ἄῤῥωστον, & Galenus initio libelli, ὅτι ἄεισ. ἰατρὸς ἢ φιλόσοφος, sed τῶ κατ' ἰατρικὸν λόγον σπανὶς legit.

6 τῶτο διαφερόντως ἀκούεται] Hunc locum subindicauimus in nostra Oeconomia, simulque scripsimus Erotianum hîc nobis videri διαφορὰς legisse, quod Galenus exposuit. Secutus verò sum publicatos codices & vulgatam lectionem, quæ ἀκούεται τοῦτο habet,etsi aliter legunt Interpretes.

7 ὁμφὸν, ὃ, τῆ ἀσογγιᾶ] Lib. περὶ ἑρκῶν antea χόνδειον μαλακὸν ὥσπερ ἀσόγγος dixit. ὁμφὸν verò Erotianus τὸ χαῦνον exponit,fortè hoc subindicato loco.

8 ὡὶ κωφωθῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed κωφωθῇ hic mihi videtur legere Erotianus, quod ἐκλάβη, παρεμποδισθῇ exponit, quod est, si læsa aut impedita fuerit. Ac fortè κωφωθῇ apud Erotianum melius legatur,vt & idem κώφωσιν ὀφθαλμῶν, ὅτι παρεμποδισμὸν apud Hippocratem annotat.

9 ἀποσυμβολαῖ τῶ ὑπῆρέοντι] Hîc ἀποσυμβολαῖ occurrere vertunt Interpretes, quod est contrario motu ferri, aut motum habere contrarium,vt mihi ἀποσυμβολαῖ pro ἀποσυμβολᾶν sumere videantur, quod Hesychius σωωστᾶν exponit. Quod verò motus ille sit contrarius, quidam pro ἀποχωρίῃ, αὖω χωρίῃ legunt, cui κάτω χωρίῃ opponitur.

10 καὶ πάλλα ὑδὲν ἀτρεκέως] Hunc locum mihi videtur subindicare Erotianus,cum ἀτρεκέως αὐτῆ τῆ ἀληθῶς apud Hippocratem hoc

hoc libro adducit,etsi ἀκριβῶς rectè significare videatur, præsertim cùm κατ' ἀλήθειαν addatur.

31 ἐν τοῖς ὀξυφωνίαις] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia.

32 ἐς τὸ κίδαρον] Hunc etiam locum ex Galeno in OEconomia nostra indicauimus & exposuimus.

33 κόπτο τὸ ἀφαρ τῷ ὀγκώδες] Aliter hunc locum legit Caluus, cùm tamen iisdem lectionem habeant exemplaria omnia.

34 ἀπὸ τῆς κοιλίας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἀπὸ τῆς κοιλίης lego, cum Interpretibus.

35 αἱ ὑπερκείλιοι] Istud omittunt Interpretes Caluus & Cornarius,cùm tamen in omnibus codicibus legatur, idque propter neruos opticos positum videatur.

36 ἐν τῇσιν ἑρμῖσι] Ante hæc verba in quibusdam codicibus manu scriptis & Vaticanis hæc dictio ἄφαρ adscribitur,quæ velut indicaturam præ se fert,monetque se deinceps de ossium coniunctionibus ac commissuris inter se,sermonem habiturum. Quam lectionem etiam secutus est Caluus.

37 ἡμοὶ δὲ πλείστας ἔχοντες] Sic legunt exemplaria omnia. ὀλιγίστας ἔχοντες tamen lego cùm Cornario. Quod sequitur variè legitur in quibusdam codicibus. Nos pluralitatem secuti sumus cum Cornario. Vaticanę membranæ legũt,ἂν ὁ μὲν εἷς ὁρὸς τὸ ὕδρυ τὸ κεφαλῆς. ὁ δὲ ἕτερος τὸ ὕδρυ. Quam lectionem secutus videtur Caluus.Exemplaria Aldina,εἰ δὲ legunt.

38 ὁρὸς τοὺ πλάτους] Ex hoc loco πλάτος τοὺ ὠμοπλάτος exponere mihi videtur Erotianus. Quòd verò scribitur,αἱ ἐπὶ τῆς ὤμοις αἱ περίκεινται,id mihi dictum videtur, propter σύζδεξιν aut firmissimam connexionem,quam facit ἀκρώμιον clauiculæ cum scapulis,ideoq; ad clauiculas mihi referri videtur, etsi Interpretes ad articulos referunt,vt ἃ non αἷ mihi legisse existimentur.

39 ὑπερβάλλουσαι]Hoc sic legunt Vaticana exemplaria manu scripta, ἃ δὲ ὁρὸς τοὺ ὤμους ὑπερβάλλουσαι, quam lectionem secutus est Caluus.χεῖρα verò cum τὰ κῶλα significent,& crassiora membra, hîc pro brachio accipiuntur, etsi corporis alueum indicare possunt,qua notione sumpsit Caluus.

40 περίκεινται δύο παρίκεσιν] Ex hoc loco παρίκεσιν exponit Erotianus παραπίπτουσιν. περιέλω etiam hic ὑπέχουσι τὸ ὀστοῦν (ex Galeno in Exegesi)sumo, vt scripsimus in nostra OEconomia.

41 κόπτο πτέρυγα]Exemplaria Vaticana pro his verbis κόπτο τὸ πτερυκὸς κοιλεωνάδες legunt,quæ secuti sumus cum Interpretibus.

42 ἄφαρ ἐν τοῖ κυβίτῳ πίπτει] Hic mihi videtur locus,aut qui paulò post sequitur,ex quo κυβίτῳ τῷ ἀγκῶνι apud Hippocratem exponit Erotianus,etsi apud eum κωβιτῷ legitur, quemadmodum Hesychius κωβιτὴν.

43 ἄφαρ] ἐς τὸ κώβιτον]Hunc mihi locum subindicare videtur Galenus,cum κώβιτον in Exegesi exponit τὸ ὀλίσθημον, ὅπερ ἐς ἀγκῶνα. Idemq; scribit à Dioscoride sic vocari τὸ κόνδυλον τῦ βραχίονος medium & minimum,vbi cauitas est trochleæ similis, circa quam cubitus mouetur. τὸ πτερυκὸς κοιλεωνάδες paulò antea dictum est,vt & lib.de fract.& lib.de artic.τὸ κοῖλον τῦ βραχίονος.

44 αἱ ὀχεῖραι] Hunc locum adducit Erotianus, vbi ἄφαρα exponit τοὺ συμβολὰς τῶν ὀστῶν,sicque legit. ἀκίδι γὰρ ἰσίοισι ξυμβάλλουσι, πάντα ἄφαρα πιέζουσι.

45 ἐν ᾧ δέδεται ἰσχίοισιν]Hunc etiam locum ibidem profert Erotianus,vbi ἄφαρ impropriè accipi vult pro altera ossis parte quæ committi debet.

46 ἔνθεν ὁ τοῦ μηροῦ] Hunc etiam locum mihi subindicare videtur Erotianus,cum περόνας exponit τοὺ κατυλώδεις τῶν ὀστῶν ἐπανεστώσας.Sic enim nodosæ ac tuberculosæ illæ femoris prominentiæ mihi intelligi videntur,quæ sunt duæ apophyses , in superiore femoris coruice,θυρεῶνες dictæ.

47 τῷ δικρέϊον]Pro δικρέϊον his locis δίκρανον mihi videtur legisse Erotianus,qui ex hoc loco δίκρανα,ἃ διηρημένα εἰς δύο,ἢ τῷ δίχηλα ἢ δικόρυφα exponit.

48 ἄνωθεν ὁ τὸ ἐντερικὸν ῥόον ἡ μύλη δέχεται]μύλη patella Celso dicitur,os femoris & tibiæ commissuram cogens , & quod supra genu incubet,θηγωνὶ dicitur vt scribit Galenus Com.3.in lib. de fract.& lib.de Ossibus. θήγωνες verò Hippocrati lib. περὶ ὀστέων φύσιος,& θήμωνες in Mochlico. Rufus verò Ephesius θημωλίδα Hippocrati & μύλαν dici testatur,vt hunc mihi locum, aut librum κατ' ἰητρεῖον subindicare videatur. Toti autem genu superponitur,vt accessum firmiorem faciat, quod hic dicit , vt humiditatem à carne prohibeat.

49 ἢ ἄνω κατώτερον τῆς σφυρᾶς]Astragalum intelligit , qui ab imis tibiæ & peronæ finibus (qui malleolos constituunt) vtrinque comprehenditur,& sic vndiquaq; contegitur, vt ne ipsum quidem tangere pollis,ac minimè appareat,ideoque multi non paruo errore malleolos astragalos vocant,quod scribunt. Galenus lib.de ossibus,& Rufus Ephesius.

50 ἢ ὑπερφλεγμαινόντος] Hic supertumefactam carnem diximus, propter ea quæ sequuntur, cum φλεγμαίνειν non solum inflammare aut incendere apud Hippocratem significet,sed etiam intumescere & in mollem crescere,quòd quæ inflammantur tumidiora redduntur,& in molem attolluntur , quemadmodum scripsimus in nostra OEconomia , eaque notione hoc toto libro sæpius sumi probauimus.

51 ῥέει ὃ δὴ καὶ τὸ φύσας γίνεται] Post hæc verba quædam exemplaria adscribunt ἐπὶ ὃν πόδ' ἡμῖν , quæ certè redundare videntur.

52 ὅταν τὸ σῶμα ξηρωθῇ] Hæc superioribus iunxi secutus codicum pluralitatem.Cornarius tamen & Caluus,ὅταν ὃ τὸ σῶμα legisse videntur.

53 ἔστι τῦ σώματος] ὃς γε legunt exemplaria quædam,quæ secutus est Cornarius.

54 ὅταν ἀχυμίη ᾖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia , vt significent humorem copia magis quàm qualitate molestum esse.Verùm Cornarius ὅταν χολὴ ᾖ aut ὅταν legisse videtur. Caluus verò lõgè aliam lectionem secutus,& ὅταν ἐκεῖ μόνη legisse, cum ὅταν ἴσχῃ μόνη, legunt Vaticani codices,vt annotauit etiam Hieronymus Mercurialis.

55 φθίσις ἄλλη γίνεται] Sic sanè legunt quotquot adhuc mihi videre exemplaria licuit. Nemini tamen dubium videri debet, quin hûc locum subindicet Galenus in Exegesi,cum ἀλαὰς φθίσεις ei exponitur, ἃ δὴ τυφλὰ ἢ ἀόρατος , velut cœca & inconspicua.Quem certè locum rectè mihi subolfecisse videtur Cornarius.ἀμαύρωσις autem velut ἀμαυρὰ dicitur & τυφλὰς exponitur.Quod etiam in nostra OEconomia adscripsimus.

56 ἢ λεπτὰ δὲ ἀπεκλύσῃ] Hunc mihi sanè locum subindicare videtur Galenus in Exegesi,cùm λεπτὰ δὲ ἀραιὰ ex hoc libro significare adscribit.Tenuia igitur & rara obiecta impedimenta, hoc est leuia,habere fluxionem significat, cùm interiore parte foramina sint ampliora quàm exteriore , ideoque facilè carnes humiditate repleri.

57 ἐς' αὖ δύσευεγκαθῇ] Hunc locum in OEconomia nostra expressimus & exposuimus monuimusque Erotianum δυσευεγγάθη hic legisse,& ἀπευκάθη exposuisse,ἡθάπερ αἱ πλυματώμεναι σίειγγες. Quod ad τὰ ὦτα mihi retulisse videtur,& aures flatu distentas,velut inflatas fistulas intellexisse,hoc est in fistulas versas.

58 δίκτυα μετέπειτα ἐγχεῖν] μετέπειτα legendum censeo cum Mercuriali cap.19.lib.2.variarum lectionum , aut νιτρῶ quemadmodum legunt Caluus & Cornarius. Quod etiam monuimus in nostra OEconomia,vbi Metopium vnguentum Ægyptium esse calidum diximus,& pro νιτρῷ sumi apud Hippocratem , quod etiam ab eodem ad surditatem adhibetur lib.5.Epid.Metopium autem cur dicatur,illic etiam adscripsimus.

59 ἢ τοῦδε ὧδε πείθῃ] Sic legunt omnia quidem exemplaria. Caluus verò τούτῳ legisse mihi videtur.

60 ἀλλ' ἑκὼν εἶναι κατὰ πάντα ἐχυροτάτῳ]Etsi hîc lubenter amplector Hieronymi Mercurialis lectionem quam ex manu scripto codice adhibet cap.8.lib.2.variarum lectionum,& in suis ad hunc locum annotat. exemplarium tamen fidem & Interpretum omnium consensum secutus sum,tum quod satis sit vsu cognitũ & experientia contestatum, in oculorum morbis inferioribus partibus pyrotica admoueri,tum verò quod etiam nominatim hîc aluum subducens medicamentum apponatur. Quod verò in vulgatis codicibus legitur,ἐν δ' αὐτῷσι φλεγμαίνουσι,ἐνθάδε legunt exemplaria Aldina,quæ cum Interpretibus secuti sumus. Zuinggerus tamen ἀνθρῷ legit.

61 ἢ ἐκκλυσμῷσι] Sic quidem legunt omnia exemplaria. Caluus tamen λιπαρυσμῷσι legisse videtur.

62 ἢ κατάπαν παρίχῃ]κατάπαν τε κωμῳδῶν exponit Galenus in Exegesi ex hoc loco,additq; ὅτι ὃ πᾶν ξηροκλυσμὸν ἔλεγεν. Quibus verbis Erotianum subintelligere videtur,qui κατάπαντες ξηρασμίαν exponit,vt scripsimus in nostra OEconomia. Videtur autẽ hæc dictio esse ἐκ τῆς ὅπλης ὁρμωμένη (vt loquitur Erotianus) neque enim aliàs apud Hippocr.legitur.

63 ἐπ ἐνταῦθα ῥῦ ἢ τὸ ῥέον] Sic ferè legunt exemplaria omnia , quædam etiam , ἢ τὸ ῥέον πρὸς τὴν κεφαλὴν φλεβόσωμα, habent. Alia quoque , ἢ ὅπερ ἐστὶ τὴν κεφαλὴν φλεβόσωμα legunt , quam lectionem secutus videtur Cornarius. Quædam etiam ἢ non habent. Sed hæ omnes lectiones eodem recidunt.

64 ἢ κῶλ τὰς ἐξωλενὰς διεκβάσῃ]Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria: negationem tamen addit Caluus , vt fluxio minimè ad oculos feratur,ideoq; paulò post oculis nullum medicamentum adhiberi vult.

65 ὃ δὲ ἀναφορὸν] ἀναφορὸν legunt exemplaria quædam,velut antea dixi,ἢ κῶλ τὰς ῥῖνας ἀποστάσῃ), vt fluxio per nares deducatur & auertatur. Quo etiam respicit vulgata lectio,cùm ad nares

diuertit aut deflectit, quasi à via abducatur aut decedat, quod per ἐκπίπτειν indicatur.

[46] στέγασιν πιέσσιν] Hunc locum exposuimus in nostra OEconomia, simulque indicauimus στέγασιν veluti πρόσπτυξιν accipi, & contactum ossis à carne intelligi, quò vacuatis per secturas superfluis humoribus, & muco qui intermedius existit, caro naturali habitu ad ossa insistat aut adhærescat. Cornarius verò carnis ad os extensionem dixit, vt à προτείνειν aut προπίπτειν deducere videatur.

[47] αἰεὶ τῷ ἐφεστηκότι] Sic legunt ferè omnia exemplaria, pro αἰεὶ tamen quædam ἀεὶ ἀεὶ adscribunt, & alioqui non parum mihi suspectus locus videtur, & illud τῷ ἐφεστηκότι non satis est explicatum. Etsi hoc sensu intelligi potest, vt si minùs ista commodè præparata fuerint, neq; rectè processerit curatio, ipso lachrymarū fluxu non eluitur oculus, quò acutiùs cernere queat, sed ab infestante humore fulgores ei potius obuersantur, sensimq; videndi acies hebescit & extinguitur. Fluxum tamen nō oculum elotum dicit Cornarius, hoc est lachrymarum effluxu mitigatum & depositum. Caluus verò longè aliter locum istum mihi accepisse videtur.

[48] τύπτε χρὴ τοὺς φλέβας] Vide Aristot. probl. 5. sect. 31. vbi scribit in oculorum fluxionibus venas temporum ferro ardente Medicos inurere, πυκνοῦσθαι τοὺς πόρους ὑγρῶν. Ideoq; hic τοὺς ἀποφράξας dicit, quod aliter sumpsit Zuinggerus.

[49] ὅταν δ' ἀρ' ἐπιγένωμαι] Hic locus in omnibus exemplaribus vitium suboler, ideoque asteriscō subnotatur. Zuinggerus vt lacunam suppleat legit, ὅταν ἀρ' ἐπιγένωμαι, quædam etiam exemplaria manu scripta, ἐπιγένωμαι, nullo sensu, omnesque Interpretes locum de oculo humoribus pleno & turgente accipiunt. Nos in nostra OEconomia legimus, ὅταν δ' ἄρχωμαι ἥ, & huius lectionis ex Erotiani authoritate rationem reddidimus, locumque περὶ ἀργίου, & de albugine intelligendum scripsimus, quæ ex oculi ruptione contingit. Aliam etiam illic lectionem adscripsimus.

[50] πρὸς τὴν ἐς τὴν λαπάρην] πρὸς τὴν λαπάρην lego, aut τὴν ἐς τὴν λαπάρην vt in Aldino codice.

[51] ἐπόταν ἀμφότερα τὰ πλευρά] Cornarius ante hæc verba ὄφελε χολὴ, pro indicatura adscribit, vt aliam à bile fluxionem indicet, quod tamen in nullis exemplaribus comperi. Neque verò ista cum Prognostico aut Coacis Prænot. aut cum libris de Morbis consentiunt, vbi peripneumoniam altera pulmonis parte inflammata facit Hippocrates.

[52] ἀλλὰ τὰ ξηρότερα ἐν τῷ ἀρτηριώδει] Sic quidem legunt exemplaria quæ huc vsque videre licuit, sed τῷ ἀ ρτηριώδει cum Cornario lego, vt & paulò post, & aortas dictas intelligo, ipsas asperas arterias pulmonem constituentes, velut amplissimè scripsimus in nostra OEconomia, istumque locum ab Erotiano indicari significauimus, si modò rectè legatur. Quidam verò ἀορτικὸν legisse Cornarium existimant, sed nos ἀορτῶν aut ἀορτέων legisse censemus, velut & apud Erotianum legendum esse monemus, pro ἀρτίων.

[53] ἂν ξυνθήσκουσιν] Caluus legisse videtur ἢν ἂν ξυνθήσκωσιν, ὑγιὴς γίνοιτο, quemadmodum etiam habent codices quidam manu scripti, sed ἀεὶ addunt.

[54] ἢν τῷ ἀορτέων] Hunc etiam locum in nostra OEconomia expressimus & exposuimus. Quidam verò codices ἀορτείων etiam legunt.

[55] ἢν ὑγρότητα ἐν τῷ πιλώματι μὴ ποιεῖ] ἢ ποιεῖ malunt legere codices quidam scripti.

[56] ἢν ἐνεχόμενον] ἐπιχόμενον legunt exemplaria quædam manu scripta.

[57] ἔντε τῶν ἀορτέων] ἀορτῶν legunt exemplaria quædam manu scripta & Aldina, quædam etiam ἀορτέων.

[58] ἢν τοῦτο πιεῖ πολὺ ἔχῃ] Τοῦτο videtur legisse Cornarius vt & quædam Exemplaria.

[59] ἢν δ' ὑπὸν ὑπὸν φορέῃ] φορήσῃ legunt exemplaria quædam pro φορέῃ.

[60] τοῦτο δ' ἢν γινώσκῃ] τοῦτο habent exemplaria quædam. Cornarius verò ὕπνῳ legisse videtur.

[61] ἢν λύξ] Sic ferè legunt omnia exemplaria, quædam etiam ἢν λύγξ. ἀποχρίσματος autem ex hoc loco ἀποπλύσματος mihi exponere viderur Hesychius, etsi ἀποχρίματος vitiosè legunt exemplaria quædam.

[62] ἐπιλὺ ὁ πυρετὸς ἀφῇ] ἀφῇ lego cum Interpretibus omnibus, quandoquidem de pleuritide iam inclinante & diem septimum superante agere videtur.

[63] ἢν ὑπὸ ἐνθυμὸς ἐγχύπτῃ] ἐνθυμὸς, ξηρότερος καὶ λίπος exponitur Erotiano ex hoc libro, & Galeno κίνωσι in Exegesi. Est autem alui fluor pleuritidi & peripneumoniæ succedens, periculosum alioqui symptoma, ex aph. 16. lib. 8. ideoque potus subducendus. Variant tamen hîc exemplaria, quædam enim ἐνθυμὲς vitiosè pro ἐνθυμὸς legunt Vaticana πυγμὲς. pro quo λυγμὸς legisse videtur Caluus. Vulgatam tamen lectionem malo, etsi Vaticanam quidam præferunt.

[64] ἢ ἐγχύλοισι φαρμάκοισι] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam verò ἐγχύλοισι habent.

[65] νοῦσις γίνεται κάτω] Istum locum expressimus in OEconomia nostra, & per νοῦσιν morbum ex humorum collectione aut coaceruatione in intestinis aut ventre per fluxionem ortum intelligi diximus. Caluus verò νύσσειν legisse videtur, & Cornarius τοὺς ὦρος.

[66] ἔπειτα φαρμάκῳ ἰσχυροτέρῳ] ἰσχυτηρίῳ pro ἰσχυροτέρῳ legunt Aldina exemplaria & manu scripta, vt medicamento corroborante aut vires confirmante vti velint, post alui deturbationem. Interpretes tamen omnes secutus sum cum peruulgata lectione.

[67] τῆσι συφόρτοισι πυρί] Post hæc verba membranæ quædam scriptæ hæc adscribunt ὕστερον τάτερα κλυσθῆναι aut κλύσαι.

[68] ἢν κάθησις κάθηται] Sic legunt vulgata exemplaria. Cornarius verò ἄλλο καθῆσθαι legit. Manu verò scripti codices κάθησις ὕστερον habent. Iubet autem primò vehementius medicamentum adhiberi, ad fluxionem repellendam à partibus posterioribus, deinde verò leuius, quo consuescat eò fluere, vt diuertatur, & demum omnino auertatur.

[69] σπόνδυλοι ἐσθίουσι τὰ φλεγματοδέστατα] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia, ciboſq; corpus maximè tumefacientes, hoc est implentes & nutrientes intelligi potius quàm maximè pituitosos diximus.

[70] φάρμακον πιπάσκοντα] πιπάσκοντα, πυρίζοντα exponit Erotianus inter dictiones ex hoc libro expressas.

[71] ἢ ὀπισθεν φθίσιν] Sic legunt meliora exemplaria, vt ex fluxione in articulos aut in posteriora, tabes oriatur, aut coxendicum morbus. Interpretes ἢ ὀπισθεν φθίσις legunt, cuius curatio sequitur. Istam autem Ischiadis curationem exagitat Cælius Aurelianus cap. 1. lib. 5. Tard. Pass.

[72] φάρμακον ὃ πλέον ἰλαπίνων] Hîc incertum est num ἰλαπίνων τὸ τλὺ κάτω κοιλίαν καθαίρειν simpliciter significet, quemadmodum exponit Galenus apud Hippocratem, num verò ex cucumeris agrestis succo paratum, Elaterium dictum, cùm alvum inferiorem lactis infuso eluat. Sic enim mihi vtraque significatio conuenire videtur.

[73] ἢ τὸ σῶμα φθίνῃ] Hunc certè mihi locum ἰδίως subindicare videtur Galenus, cum φθίνῃ exponit σωπικῇ ἰσχναίνῃ μεῖον, ἀτροφῆ. Huic nanq; loco notiones istæ omnes proprio quodam modo conueniunt, quibus τὸ θάλπειν optimè opponitur. Hunc quoque locum disertissimis verbis subindicare mihi videtur Galenus in fine lib. 2. de fac. natural. cùm de liene agit contra Erasistratum. Verum aliter legisse Galenum apparet, vt rectè annotauit Hieronymus Mercurialis.

[74] ἢ ἓξ κενεὰ] ἓξ τὰ κενὰ legunt exemplaria quædam, vt pro ἓξ τεύχεα legisse videtur Cornarius.

[75] ἢ τὸ ὑστερεπιζέμενον ἐπικινδύνως] ἐπικίνδυνον habent exemplaria manu scripta.

[76] ὅπως τὸ ὕδωρ ἰσχνὸν δύῃ] Hic ἰσχνὸν idem quod αἰόλον significare scripsimus in nostra Oeconomia, & accipi pro emittere aut scatebram facere, quam notionem etiam ex Budæo adscripsimus. Etsi Cornarij explicationem non aspernor, cùm tenuissimis & maximè superficialibus crustis, ideoq; minimè profundis, aquam contineri vult ne affatim effluat, sicque ægro periculum adferat. Zuinggerus certè hic κύκλον μέγαν de cucurbitula admouenda intelligit circa vmbilicum ex libello περὶ ἑπτεδ, & circa vmbilicum & ad vmbilicum magnam cucurbitam admouet, & pro ἐς τὸ ὀμφαλὸν μέγαν, μέγαν legit, non contemnendo sensu. Neque enim incidendus est vmbilicus, sed circa vmbilicum incisuras faciendas aut retro, præcipit Hippocrates lib. περὶ πεσῶν, in hydropicorum sectione. Ideoque quidam ἢ ἐς τὸ ὀμφαλὸν μὴ legunt.

[77] πυκνὰ ἢ σμικρὰ ἐξείροντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia & ἐξείρειν vt crebrò & parum, & in vnaquaque corporis parte aperire velint. Sed Interpretes secutus ἐξάροντα & ἐξάρειν lego.

[78] ἢ κλιδὸς ἐς τὸ πλάγιον] κλιδὸς etiam legunt exemplaria manu scripta.

[79] ὡς ὑπερωλὴ] ὑπερωλὴ πυρετὸς exponitur Erotiano, hoc propriè (vt opinor) expresso loco. Addit autem, μή ποτε ἢ πᾶσα θερμασία ἐπ' αὐτὸ θερμωλὴ λέγῃ. Annotatur ex Corintho θερμωλὼ πυρετὸν apud Ionas indicare. Quam notionem secutus est Caluus.

[80] μὴ δ' ὡς αὖ τὸ σῶμα θάλπῃ] ἕως pro ὡς legisse videtur Cornarius, aut ὡς pro ἕως sumsisse, idemq; κινῆται pro κείνονται legisse.

Sed

Sed κενοῦς interdum ſolui, terminari & vacuari ſignificat, quòd eiuſmodi vacuationes in iudicationes incidant.

81 ἢ ἰνίστ῀] Hunc mihi locum ἰδίως ob oculos ponere videtur Erotianus, eùm ἰνίστ῀ καθαρθήσ῀ exponit. Exemplaria tamen omnia ἰνίστασι πυρετῷ coniungunt. Sed Interpretes ſecutus ſum.

82 ὦ γὰρ μὴ ψυχρὸν] ὦ γὰρ ψυχρὸν legiſſe videtur Caluus, & negationem omiſiſſe.

83 κεκμώρῳ] Sic legunt quotquot adhuc mihi videre licuit exemplaria. Erotianus tamen & Galenus hic κεκμήρῳ legunt vt abundè ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi hunc locum expreſſimus & expoſuimus. Apparet autem Erotianum πυρίας pro πυρώσας legiſſe & ὦ κεκμήρῳ, Cornarium verò ὦ κεκμάρῳ, πυρώσας autem hic καύματα, febrium ardores ac feruores exponit Galenus.

84 ἐπὶ ὦ κατοπτο] Erotianum ſic legiſſe apparet, ἢ ἐπὶ ὦ μὴ λύσῃς τῷ ψυκτείῳ φαρμάκῳ, θερμαντείῳ χρῷ. Quam lectionem etiam bis inculcat.

85 ἢ ποτὲ δὶς λε] ἅπαξ legunt exemplaria Vaticana manu ſcripta, vt patet ex Caluo, quam lectionẽ ſequitur & exponit Mercurialis. Nos publicatam non immutauimus.

86 ἢ ὑπ' οἴνῳ οἰνώδει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed Caluus οἴνῳ ὑδατώδει legiſſe videtur, aut οἰνώδη οἶον ſumpſiſſe ἀπαλὸν, quemadmodum quoſdam apud Hippocr. accepiſſe teſtatur Erotianus, quibus tamen ipſe refragatur, & οἷον potiùs intelligit, & Galenus ἰσχυρὸν Com. in lib. de rat. vict. in Morb. acutis, vt abundè ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi hunc etiam locum ſubnotauimus.

87 θνητὸν ὑπόρχ῀] Hunc locum diſertiſſimis verbis profert Galenus in vocum explicatione apud Hippocrat. & θνητὸν τὸ ἄγχιον ἕλκος hic exponit.

88 ἢ εἰ χρηστοὶ] Ex hoc loco χρηστοὶ exponuntur Galeno in Exeg. τῶν χείλεα ἢ ἰνὰς, vlceris margines & labra, à ſimilitudine quã habent cum riparum aut foſſarum marginibus, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi etiam ſubnotauimus vitiosè ſcribi apud Erotianum χριστὰ pro χρηστοί.

89 ἢ, ὁ τ' αὖ ἀρίστ῀] Hæc verba adducit Galenus in Exegeſi in dictione θνητὸν, ſed legit, ὑπόταν ἀρίκῃ ὁ ἰχὰρ διαῤῥέων.

90 ὡς χειμῶδες συμπίλη῀ ἡ σὰρξ] Sic legunt omnia ferè exemplaria, præter quam in manu ſcriptis codicibus συμπίλη῀ legi annotat quidam. Et nos ex hoc loco hunc ſenſum expreſſimus in noſtra OEconomia, vt caro frigore condenſata coëat, aut perfrigerata conſtringatur, cogatur, aut conſtipetur, & legimus ὡς χείμωδες συμπιλῆται ἡ σὰρξ, à verbo συμπιλοῦμαι quo antea vſus eſt hoc libro. χείμωδες verò ψυχρὸν, ῥιγῶδες exponitur Galeno in Exegeſi ex hoc loco. (Sic enim potiùs quàm χείμωδες apud Galenum lego.) Caluus certè longè aliam mihi lectionem ſecutus videtur, & κάμνοντα συμπιλοῦσθαι῀, aut aliud quid eiuſmodi legiſſe. Cornarius verò συμπιλῆται pro πίλησι ſumpſit. Ac συμπιλᾶ῀ aut συμπεπίλη῀ aut συμπίλη῀, vt ex manu ſcriptis codicibus adſcribitur, legendum cenſemus.

91 κεφαλῆς κατάγματα] Hæc verba quæ veluti pro indicatura habentur, in Aldinis exemplaribus deſiderantur, quæ nec Caluus legiſſe videtur, qui etiam τῶν pro τῶν priore loco legit, ad eos referens.

92 ἢ λύειν] Iſtud mihi de medicamentis detergentibus & ſaniẽ à membrana abluentibus intelligendum videtur, quæ poſſint (vt loquitur * Gal.) ἀποπλύνειν ἢ ἀποκλύζειν ἀπὸ τῶ μᾶλλον τοῦ ἰχῶρος. Sic quoque dum humectantia hîc medicamenta præcipiuntur, dolores mitigantia, inflammationem ſedantia, & emollientia mihi accipi videntur quo faciliùs os eximatur.

* *in fine lib. 6. Meth. med.*

93 διανάπλημα τραύματος] Hæc quoque indicatura deſideratur in Aldino exemplari. Caluus autem ad capitis lethalia vulnera retulit, quæ alioqui in vniuerſum ad quotuis etiam vulnera referri poſſunt, iſthucque mihi reſpondere videtur aph. 25. lib. 4. Codices verò manu ſcripti ἐφ' ᾧ ἂν πνι legunt.

94 ὁ τὸ τραῦμα ἔχων] Iſtud variè diſtinguunt exemplaria, quædam enim ſuperioribus iungunt, quod fecimus cum Cornario: quædam hoc ſententiæ initium ſumunt, & reliquis iungunt. Caluus κῦμα pro τραῦμα legiſſe videtur, idemq; ἰνυλμὸν, λυγμὸν (vt antea quoque) accepit. Quod verò poſtea ſcribitur, ξηρὸν καὶ διζῇ, valde obſcurum eſt, ac vereor vt parum integrum, etſi in eo mirè cõſentiunt exemplaria. ξηρὸν καὶ διζῇ legiſſe videtur Cornarius, & de corporis mole, ac ſucculentia, ſiccitate derepente ſubidente accipi poteſt, quod valde pernicioſum eſt, aut καὶ διζῇν naturaliter ſumi, pro conſidere aut ſidere.

95 ἐπὶ δὲ γαλάζης σπώμενόν τι ἢ ἱμείρετα] Sic legunt quotquot adhuc mihi videre licuit exemplaria, quod de vinolento accipiunt Interpretes. Sed hic de vacuatione ſiue ſponte, ſiue per medicamentum agitur, vt ſatis indicat, ἐκεῖ ἰνυλμὸν ὁ ἐνεγκάμενος, & φάμακον ἢ μὴ τ' ἰνυλμὸν. deinde bilis ſponte effuſa euacuationem promouet. Ideoque lubenter ἰνύλμου aut ἰνυλμὸν lego, vt euacuatum aut purgatum, aut eum qui cum vomitu purgationem aut euacuationem habet coniunctam intelligas, vt ſæpe in bilis refuſione cõtingit. Eſt enim ἰνύλμος Heſychio ἐκκενώματος, καθάρσεως. Vnde ἐκκενωμένῳ Erotiano exponitur ἐκκαθαιρόμενος, aut potius ἐκκαθαιρομένῳ, idemq; quod ἐκκενουμένῳ ſignificat, τὸν κατακαθαιρόμενον ἢ ἐκκενούμενον ἀνθρώπου ex Galeno. Cuius dictionis vim rectè mihi aperire videtur Pollux, cum ἐκβίνου ἐξινυλμὸν exponit his verbis, τὸ δὲ κινῆσαι δεῖ τὴν διάστασιν, ἢ ἐξελῶσαι λίγνιν. ἢ ἐξινυλμένον ἀκμαιότατα κινηθέν φησι, ὡς ἐκ τῆς ἰνύλης φερομένης τὸ χολῶδες. τὸ δ' αὐτὸν ἢ ἐξινυλμένον φησὶ καὶ ἐκκενωμένον. Scio hic aliam eſſe Mercuriali mentem, qui pro ἰνυθλῶν μέλλω legit, ſed inter ſe tam arctè conſpirantia exemplaria temerè immutare magna mihi eſt religio. Certè tale quid ſuſpicatum eſſe Caluum auguror, qui ſic affectum vertit, hoc eſt, per bilis refuſionem, aut per medicamentum perpurgatum & euacuatum, niſi ſi ὅπου ἀλινυλμένον cum legiſſe ſuſpicamur, qui & ῥέων ὁ ἴμελος, pro ῥεῖν poſtea etiam legiſſe videtur, cùm defluentem vomitum dixerit. † *Cap. 35. lib. 4.*

96 τῶν ὑ ποσημάτων] Ea intelligere videtur quæ in cutem aut ſuperficiem corporis erumpunt, iterumq; ad eorum alludere opinionem qui morbos in vlcera & alios morbos diuidebant, cuius etiam meminit Hippocrates lib. de fract.

97 νέα σεσ῀θεν βούλ῀] Vetuſti morbi vt faciliùs curentur interdum nouandi & recentes faciendi. Cuius rei exemplum in vlcere calloſo proponitur. Id imitatus videtur Celſus † eum ſcribit, circumſpecti eſſe hominis, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere, quia curationem vbi id quod eſt non recipit, poteſt recipere id quod futurum eſt.

† *Cap. 9. lib. 2.*

98 ἢ ξυμμαχεῖ] τῇ φύσει ξυμμαχεῖ videtur legiſſe Caluus, vt vna cum natura ad debellandum conſpiret, aut in propellendo adiuuet.

99 Ἀπὸ σπασμῶν πυρετὸς] Hæc conuulſionis medela repetitur lib. περὶ κρισίων, & in Coac. Prænot. & aphor. 26. libr. 2. & 57. libr. 4.

100 ὑπόταν ἀνθρώπου] Iſtud videtur de conuulſione intelligendum, velut eidem adſcribitur libello περὶ κρισίων, etſi parum integrum videtur, ac incertum eſt an huic venarum inuſtionem pro curatione apponat, vt volunt quidam codices & Interpretes.

101 ῥέῃ ὃ πρὸ τοῦ αἵματος] ῥέῃ ὃ πρὸ τοῦ αἵματος legit Caluus, qui etiam aliud quid adſcripſiſſe videtur ex aliis codicibus, quod ἀμφότερα τοῦ explicet, vt ſanguis inuſtione aut alia quapiam ratione, nempe ſectione detrahatur.

102 διαλελειμμένον γὰρ] διαλελαμμένον legunt exemplaria quædã, idq; Ionicè magis. Cæterùm conſtat ex Caluo Vaticanos codices pro ἀνθρώου ἀνθρου legere, quod tamen non placet.

103 διάκρισις τοῦ φλέγ] Venarum temporum inuſtio veteribus celebrata, ad inueteratos capitis dolores, cuius etiam ad oculorum fluxiones, compeſcendas meminit Ariſt. ſect. 15. probl. 35. Hanc tamen damnat Aëtius. Huius etiam meminit Galenus in fine libri de Curat. per ſanguinis miſſionem.

104 ὑπόσισις, τὸ κοιλιῶ.] Sic legunt meliora exemplaria, quædam etiam ὑπόσασις habent.

105 ἰὼ μὲ μὴ ὑπαχθρηπῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Zuinggerus ἰὼ ᾗ μὴ legit.

106 ἐπὶ ὦ ἐκλυσθ῀] Quædam exemplaria ἐκλυσθ῀ habent, quod ad alui lubricitatem, ablutionem, & humectationem refertur, qua quod morbum facit eluitur, ac velati lotione abſoluitur, ſed nos ἐκλυσθ῀ legimus. ἐκλύσθ῀ verò legiſſe videtur Caluus.

107 ᾗ ἀχρὼς] Cornarius videtur legiſſe ἢ ἀχρὼς, ἢ τὸ ἰχῶρ ὑπόμυα. Secuti tamen ſumus codicum pluralitatem.

108 ἰὼ μὴ τι ἰχῶρ ἀνῇ] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria. Interpretes tamen ἰὼ τι ἰχῶρ ἀνῇ legunt.

109 ὁδυνῶν τῶν ἔνεστιν] Hunc locum diſertis verbis adducit Galenus lib. 7. de placitis Hippocr. & Plat. paulùm alioqui immutata lectione, vbi ὁδυνῶν χόλος) legitur, vt & codices quidam manu ſcripti χόλος). ὀδὺν τὸν πόνον ſimpliciter etiam legit Galenus.

110 ἢ ἐν μὲν πάσῃ τῇ ψυχμώδει φύσ῀] Sic legit Galenus ἢ ἐν μὲν τοῖσιν ἐψυχμώδεσι τοῦ σώματος, ὀδὺν τὸ σημεῖον μέ, ἐν δὲ τοῖς πεπεμασμένοις ὀδὺν τὸ ψυχρόν. Cornarius verò ἐν πᾶσι σώμασι pro ἐν τῷ σώματος legiſſe videtur.

111 πολὺ γὰρ θύων ὀδυνᾶται συμβάντα] Hic locus de doloris cauſis celebratur multis locis apud Galenum, ex quibus etiam explicatur, vt lib. de ſympt. cauſ. lib. 7. de Plac. Hippocr. & Plat. lib. de tremore & palpit. Comment. 6. in librum 6. Epidem. vbi tamen vitiosè legitur in noſtris exemplaribus, & lib. de Inæquali intemperie, nullibi tamen ἐμβάντα legitur.

112 θερμαίνονται] Sic ferè legunt exemplaria omnia, quædam tamen θερμαῖνόν π habent, non malè.

113 ὧν ὃ δεῖ τὸ πεῦσιν] ὧν ὃ legō vt in manu ſcriptis legitur & Aſulanis codicibus. Locus autem etſi ſubobſcurus videtur, ſic mihi accipiendus eſt, vt interdum per vomitum mouentia, vomitus curetur, interdum verò per ea medicamenta quæ vomitum ſedant, & materiam quæ vomitum facit deturbant, atq; vtroque modo, licet contrario, ſanus quis euadit. Neque tamen ideo diluitur aut euertitur præceptio illa Medica, curationem per cõtraria procedere, vt ſcribitur à Galen. 11. Meth. med. vbi multa ſunt huic loco conuenientia. Atque adeo quomodo ὀδυώδη ὀδυώδει πάθει, ex aphor. 2. ſect. 2. lib. 6. Epidem. & per ſimilia curatio fiat, explicat Galen. Comment. in illam ſentẽtiam, vbi docet primo & per ſe contraria contrariorum eſſe remedia, planius edocturus ſi extaret libellus quem ea de re inſtituerat.

114 ἢ ὁπόταν κρατῆται τὸ σῶμα] Hæc ſic leguntur in exemplaribus omnibus publicatis, ſed ea ita diſtinguo, ἢ ὁκόταν κρατῆται [τὸ σπέρμα] τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ περισσώματος θάλψῃ ποιέῃ. ὧν μὲν κρατέῃ, &c. Sic enim de cibis hæc mihi intelligi videntur, qui cum euincuntur à corpore, efficiunt vt id bene habitum repleatur aut turgeat, cutiſq; viuido colore floreſcat ac vigeat. Etſi non improbo iſtam quorundam codicum lectionem, qui ſic legunt, poſt μεταλλάξας, κρατέῃται τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ περισσώματος. κρατέῃται ὃ ἢ τὸ σπέρμα, ἢ ὁπόταν κρατέηται, θάλψιν ποιέῃ ὧν. Iſtamque lectionem approbat Zuinggerus. Caluus certè longè aliam ſecutus lectionem videtur.

115 ὁπότε ὃ περιφέρεται] Sic legunt omnia quidem exemplaria, ſed ex Caluo ᾧ περιφέρεται lego. Cornarius verò pro τὸ περιφερόμενον, ᾧ περιφέρεται legiſſe videtur. Cui lectioni quod ſequitur propiùs reſponder.

116 τὰ ὑπερεχόντα τοῦτοισι πάσχοντα] Sic quidem legunt omnia exemplaria. ποιέοντα tamen legunt Interpretes.

117 τὰ εἴδεα, ἢ τὰ μὴ εἴδεα] τὰ εἴδεα indicare mihi videntur rerum ſpecies, & res ipſas natura ſubſiſtentes, quæ per ſe & ſecundum naturam aliquid efficiunt, contra verò, quæ non per ſe, ſed per accidens, τὰ μὴ εἴδεα. Horum autem omnium cognoſcendorum in arte Medica occaſio non datur, niſi valde lubrica & anceps. Cornarius τὰ ἤδεα ἢ τὰ μὴ ἤδεα legiſſe videtur. Caluus quæ bona ſunt & cõtra dixit. Zuinggerus verò ſimilia & diſſimilia rectè mihi dixiſſe videtur & explicaſſe. Illud verò ὁκοῖόν κε δόκησις. Cornarius & Zuinggerus ὁκοίνῳ legunt, & ἃ δὴ ὅστιν, pro ἃ μὴ ἔστιν legit Zuinggerus.

118 ὅπη τὰ ὑποχωρήματα] Sic legunt exemplaria omnia, ſed Interpretes τὰ ὑποχωρέοντα legiſſe videntur. Quidam codices etiam τὰ ὑποχωρητικὰ habent.

119 ἢ οἱ πρὶν ὑφῆσειν] Sic legunt publicata omnia exemplaria, ex quibus hic mihi elici poſſe ſenſus videtur, vt antequam ad contrarium delabantur, ſe incaleſcere exiſtiment, nimirum ex eruditate ſuborta febre. Exemplaria tamen quædam manu ſcripta ὑπερπίοντες legunt, quod eſt ſupra modum coquere. Vnde aliam amplectitur lectionem Zuinggerus, quæ mihi quoq; arridet, ἢ οἱ πρὶν ὑπερπίονες, οἵοιτ' ἔντες, νῦν δὲ θερμαίνεσθαι, vt qui antea cibum ſupra modũ coquere poterant, vix nunc ſentiant ſe incaleſcere. Caluus in totum iſtud omiſit, vt quod vitium ſuboleat. Illud verò ἐπὶ τὴν χαρὴν ὑπέβαλλεν, ad corpus mihi referri videtur, etiam paulò poſt.

120 ὅτι ὃ τοῦτον τὸν χαρὴν ὑπέβαλλεν] ἐπὶ ὃ legunt manu ſcripta exemplaria & Aldina, aut ἐπὶ legendum.

121 ὦν ὃ μὴ ὕλῃ] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius autem ἢ αὖθις ἢ ὕλῃ legiſſe videtur.

122 μηδὲ τὰ ποιεῦντα τὸ φάρμακον] Sic legunt exemplaria omnia, quæ adhuc videre licuit, in quo mihi tamen vitium ſubolere videntur, quod etiam aſteriſcus atteſtatur Aldino codici præfixus. Lego igitur, μηδὲ μεταποιεῦντα τὸ φάρμακον vt ne medicamenti quidem naturam immutari velit, ſed pro ſua natura cuique exhiberi, ita vt neque mixtura, neq; medicamenti paucitate, validum medicamentum imbecillum reddas, aut contra, quod antea dixit. ἐλαττοῦντα τὰ φαρμάκα ἀδυνέες ποιεῦντα. Cornarius tamen de partiendo medicamento intellexit.

123 ἢ πλασσάτω πέφυκεν] ἢ πλασσάτω lego cum Cornario, huicq; loco reſpondet aphoriſmus 21. lib. 1. & 21. ſect. 2. lib. 6. Epid.

124 ἢ ταχὺ] ἢ ταχὺ ὀλισθαίνουσιν ποιέουσι legit Cornarius, non malè. Nos tamen exemplaria omnia ſecuti ſumus.

125 ἐπὶ μὲν ἔστι σημάτων] ἐπὶ μὲν δὲ legunt exemplaria manu ſcripta.

126 ὧν τε προσελθῶσιν] Sic quidem legunt vulgata exemplaria, manu verò ſcripta Regia προσελθῶσιν, quæ quidem amplector.

127 ἐς μὲν φαίνεσθαι δεῖ κρημνοῦσθαι] Ex his locis κρημνοὶ exponuntur Galeno in Exegeſi vocum Hippocratis, τὰ περιγράμματα τῆς γυναικείης αἰδοίης, vt docuimus in noſtra OEconomia.

128 τοῦτο ὃ σωισάμενον] Sic quidem legunt meliora exemplaria, quod de menſtrua ſanguinis collectione, & ad deſcenſum coaceruatione intelligi debet, vt vitium mihi Aldini codices ſubolere videantur, qui ἐ σωισάμενον habent, niſi effuſione minimè coaceruatum aut collectum intelligas, quod retentum dixit Caluus.

129 ἢ ὅτι δεῖ τὴν ἀραιότητα] Sic quidem legunt quotquot mihi ad hunc vſque diem videre exemplaria licuit. Interpretes verò στενότητα aut πυκνότητα addiderunt, & anguſtiam ac coarctationẽ dixerunt, compreſſionem quam facit vterus, ſeſe velut ſurſum recipiens, intelligentes. Apud Erotianum ἀραιόν Bacchius τὸ λεπτὸν exponit: quidam etiam πυκνὸν ἢ στενὸν, & de tenui aut anguſto ingreſſu dici Homerico teſtimonio confirmat. Alioqui hîc ἀραιότης vteri leuitatem qua ſurſum ferri ac repere videtur, indicare poteſt, velut ἀραιὰ τὰ σώματα, ἃ μάλακα dicuntur libro περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, corporis partes raræ, laxæ & molles, quæ plurimis in ſuperficie meatibus ac cauernulis refertæ ſunt, ideoque ſpongioſæ etiam dicuntur, quemadmodum τὰ ἐσχαραιὰ Hippocrati, quæ τὰ διεξῳτα ἀμόλων exponit Erotianus. Cæterũ Cornarius πόνον pro τόνον legiſſe videtur, contra tamen omnium codicum fidem.

130 φαύσῃ ὃ δεῖ ἰσχίων] Quidam poſt hæc verba, ex codicibus Vaticanis iſta adſcribũt, ἐπὶω ὃ πανδεῖται αἱ μῆτραι ὑγρότητος. καὶ διαρυώμεναι ἃ χωρέωνται, φαύσῃ ὃ δεῖ ἰσχίων. Verùm iſtorum non meminit Caluus, neque admodum neceſſaria videntur.

131 ἢ οἷς σφᾶραι] Iſtud omiſit Caluus, quod permirum mihi videtur, cùm id in dies ſe mulieres experiri teſtentur, & omnibus ſit exemplaribus conteſtatum. Lego autem ἢ ἐπὶ κεφαλὴν πεσέωσιν, non πίεσιν, quemadmodum habent exemplaria Germanica.

132 ἢ μυσεωτῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, tum manu ſcripta, tum publicata. Sed nos μυσωτῷ, aut μυλωτῷ legendum eſſe in noſtra Oeconomia docuimus, vbi quid ſit μυτωτὸν ex Galeno & Erotiano aliiſque primæ notæ authoribus abundè aperuimus. Caluus tamen μυσατῷ pro μυσωτῷ legiſſe videtur.

133 σπωνίῃ μίσῃ] Huiuſmodi fomento vtitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. ad ſtranguriam, quàm pleniſſimè in pudendum muliebre immiſſa cucurbitæ ſumma parte reſciſſa & pertuſa, quò fumus eò perueniat. ἐμβάλλοιτο verò vitiosè pro ἐμβάλλοντο legunt codices quidam.

134 θερμαίνονται δή] Hoc loco aſteriſcum apponit Aldinus codex, qui locum ſuſpectum facit vt parum integrum. Quòd autem hic βάλβιδι pro βόλβιδι quidam reponunt, hoc cum ſit cõtra omnium codicum fidem, nos publicatam lectionem retinuimus, præſertim cùm alias etiam non rarò ad vteri fotum βόλβιδι adhibeatur apud Hippocratem veluti in vteri hydrope libro περὶ γυναικ. φυσ. & libro primo. περὶ γυναικείων. Itemque libro περὶ γυναικ φύσ. & libr. 1. & 2. περὶ γυναικείων cum ex ſtercore bubulo in acetabuli aut alueoli formã effecto, ſuffitum paret. Quin & † Dioſcorides ſcribit βόλβιθον, hoc eſt ſtercus bubulum, bouis præcipuè maſculi, procidentes vuluas comprimere. † *Lib. 2. cap. 98.*

135 ἐκ τῆς ὑπερκηώσιος] ὑπερκήωσις ὑπερκάθαρσις exponitur Galeno, quem locum ſubindicauimus in noſtra Oeconomia. Hîc autem Cornarium ſecutus ſum, vt quamplurimis mulieribus medicamenta deorſum purgantia adhiberi velit, debilibus verò quæ vomitum moueant, etſi mihi legiſſe videtur, ἢ ὕθισιν. Caluus tamen aliter ſumpſit.

136 ἐν ἀκμῇσι] Sic quidem legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Sed locum ſuſpectum eſſe in noſtra OEconomia indicaui, & ἐν ῥάκεϊ δέων ὕδατος πολλοῦ legendum exiſtimaui, quod in tota γυναικείων tractatione ἐν ῥάκεϊ ἢ εἰρίῳ illigata medicamenta ad vuluas apponantur.

137 ἐς ὀθόνιον ἐνδέων] ἐνδέων pro ἐνδέων vitiosè legere mihi videntur exemplaria quædam.

138 ἢ ἀῤῥοιλοῦ πωλοῦσιν] ἀῤῥοιλοῦ & ἀῤῥοιλῆς legunt quidem exemplaria omnia vt ſatis apparet. Hîc autẽ ἀῤῥοιλοῦ ὑποχολὴ ἐμμήνων, ſuppreſſam menſium fluxionem ex Galeno intelligimus, ſimulque hunc totum locum apertiſſimè in noſtra OEconomia explicaſſe nobis videmur, & ad Galeni & Erotiani mentem & locos accommodaſſe. Quod autem in omnibus exemplaribus ſcribitur, ὥσπερ ἢ τοῦ περιόδου ἀῤῥοιλοῦ ὥσπερ καὶ τοῦ πρώτου ἀῤῥοίλου lego, eamq; paulò ſupraſcriptam fluxus menſtrui ſuppreſſionem accipio, ex vteri auerſione & ſurſum progreſſione, in qua fomentis & ſuffitu, & ſubditiiis medicamentis curationem fieri præcepit.

139 ὥσπερ ὑπὸ τῆς πρώτεως ἀῤῥοιδὴς] Hunc certè mihi locum ſubindicare videtur Erotianus, cum ἀῤῥοίλου ἀῤῥωστίαν exponit, ſi modò ἀῤῥοίης & ἀῤῥωστίης apud eum legatur. Hæc enim dictio inter

eas

eas quæ illi ex hoc libro explicantur, reponitur. Superiorem autem affectionem accipe veteri auersionem & sursum progressionem, cuius paulò ante meminit. Hoc verò totum omisisse Caluus videtur, & aliter legisse.

[14] ὅτι θερμαίνῃ] Vitiosa sunt exemplaria, quæ ὅτι θερμαίνῃ legunt, pro ὅτι aut ὅπως.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE LIQVIDORVM VSV.

ΥΔΩΡ πολύ] Hic libellus valde est mutilus, in quibusdam exemplaribus manu scriptis Vaticanis omnino desideratur, & in his quæ secutus est Caluus principium tantum adscribitur. Et licet ex eo dictiones quasdam & testimonia depromant Galenus & Erotianus, nusquam tamen illius nomen aut inscriptionem expresserunt. Videtur autem ex multis membranis consarcinatus, inter aduersaria & ὑπομνήματα reponendus. Nobis autem hoc loco inter θέσεως recensetur quod liquidorum materia præcipuum quoddam in victus ratione momentum habeat.

[2] θερμαίνει σκληρὸν μαλάττει] Hanc sententiam ex Hippocrate multis in locis adducit Galenus, vt lib. 3. Salub. & lib. 5. de simpl. med. facult. & lib. 7. Comp. medic. κτλ. ἡβῶν, Comm. etiam secundo in librum de natur. hum. vbi ex libro 6. Epid. profert Galenus, vt & Com. primo in librum sexto Epid. Quibus in locis τὸ σκληρὸν μαλακὸν, & τὸ σαπρὸν ξηρὸν opponit Galenus, vt & Com. 1. in lib. 6. Epid.

[3] ἐκχύσεως] ἐκχύσεως χυμοῦ ἔκχυσις exponitur Galeno in Exegesi ex hoc loco, ideoq; vniuersalem succorum ex vasis refusionem mihi indicare videtur, vt ἐκχυμώσεις aliàs Hippocr. πὶ ἐπὶ τῷ ἀγγείων ἐκχύσεις ἢ κενώσεις vocat, sent. 6. sect. 2. lib. 6. Epid.

[4] φοιτικὸν] Sic legunt exemplaria omnia, sed φοιτικὸν lego cum Cornario, vt calida proluendo humectare dicatur, & veluti fluidum reddere quod erat densatum ac congelatum, velut pituitam. In eoq; non leuiter suspectum locum facit asteriscus Germanico codici præfixus.

[5] φύσας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed φύσας lego cum Cornario, vt calida calefaciendo flatus soluat ac dissipet. Sunt qui φύσας ἕρπειν legunt & ad corporis habitum carnosum referunt.

[6] ἁπαλωτὰς] ἁπαλωτὰς hic molle, turgidum, ac tenerum reddere mihi significare videtur, vt ad ἕρπειν referatur, & ad corpus quod carne molli & tenera impleatur, calidæ prolutione, vt ἁπαλωτὴν τὸ σπλὴν dicitur lib. de artic. & ἁπαλωτὸν in mochlico, cui πῆξαι & πυκνῶσαι opponit.

[7] ὑποτιθὲν ἢ κρ κεφαλῇ] Istud ad τὸ θερμὸν refero, vt capiti aliisq; partibus affusa calida, somnum humectatione conciliet.

[8] ἰδιώσας κεφοῖ ὁποῖς] Hic mihi videtur locus quem subindicat Galen. in Exeg. cum scribit in dictione [κεφοῖ] πρὸς κρ τὰ πρῶτα συζυγίαν ἔχοντα φησὶν ὑπὸ τοῦ κεφοῖ, ὁμωνυμῶ ἢ ἀμβλυωπίᾳ δηλοῖ. Pro quo κεφοῖ mihi legisse videtur Erotianus, cum ἰδιώσας κεφοῖ, λύσει, παῦσαι πάθη ἰδιώσας exponit. Quod etiam in nostra OEconomia adscripsimus.

[9] ἅπαντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed locum suspectum reddit asteriscus Aldino codici ad hunc locum adscriptus. Sunt qui φύσας legere malint, vt calida flatus suo calore tenuet & dissipet.

[10] βίπτουσιν] Ea intelligit quibus per lintea Medicus curationem adhibet, velut vulnera, vomicæ ac tumores quibus manum admouet, quibus etiam omnibus calida leniendo & mitigando, aut resoluendo confert.

[11] οἰδήσαν ἐκσαπίζειν] Hunc locum aperuimus & expressimus in nostra OEconomia.

[12] ὁ τῶ κατεχόντος χρὼς] Hîc Medici qui affundit iudicium requiritur, vbi æger sensu aut mente caret. Sed Cornarius ὁ τῶ κατεχομένου χρὼς legisse videtur.

[13] ἀλλὰ μὴν ἰσχὺν] Sic quidem legunt Aldina & Germanica exemplaria & Vaticana. Quædam tamen manu scripta μὴν ἴσον legunt, vt non sit desistendum in vtraq; adhibenda, donec id quod volumus consequamur, priùs tamen quam summum succedat, cessandum esse.

[14] ὀλιγοστὴν ἕξιν] Eadem scribuntur aph. decimosexto lib. 5.

[15] πρὸς ψυχρὸν] Eadem repetuntur aphor. 17. & 20. lib. 5.

[16] αἱ κατ' ἰσχὺν ἕξεις] ὁμολογούμενα φαίνεται ὑγιεῖ legunt exemplaria Vaticana & Aldina. ὑγιεῖ verò Germanica minùs rectè, hoc sensu quæ in singulis pro ægrorum confessione, ad sanitatem conferre videntur, vt hæc quoque pro ægrorum sensu lædere vel iuuare dicantur.

[17] ἰσχίαλος] Quædam exemplaria istud ad præcedentia referunt, & ἢ φύσει σώματι ἰσχίαλος legunt, quam lectionem secutus videtur Zuinggerus, cum tamen hanc loquendi formulam non ferat Græcus sermo, sed ἰσχιφαλὲς scribendum videatur. Nos maximè popularem lectionem secuti sumus cum Cornario.

[18] ἐν οἷς ἐστι ἰσχνὰ σάλπιγξ] Hæc etsi in codicibus omnibus adscribuntur, mihi tamen non leuiter suspecta sunt, tum quòd à Cornario sint præterita, tum quod in codice Aldino sint asteriscо norata. Id autem sonant, & ad quemcunque familiarem calorem admoueantur etiam horum plæraque. Vt præcedentia verba ἢ ὡὸς ὄφις ἢ ψυχρότητι ἢ θερμότητι φύσει, velut parenthesi includantur. Quidam verò pro φρὴν ἐστι, πρόσω τῶ legunt, vt Zuinggerus.

[19] ἢ φρενῖτις] Hunc locum expressimus & indicauimus in nostra OEconomia. φρενῖτις etiam legunt exemplaria quædam manu scripta.

[20] ὅτι δὲ ἢ πὸ ψυχρὰ ἐρεῖ] Sic lego cum exemplaribus omnibus, & ad frigidi tolerantiam refero. Alij post ψυχρὸ distinguunt, & ἐρεῖ per se accipiunt. Cornarius etiam τὰ ψυχρὰ ad partes posteriores frigidas retulit.

[21] ὥσπερ τὰ ἔνδον τῶ ἔξω] Hæc verba valde sunt obscura. Mihi tamẽ significari videtur, extremas partes minimè tegi solitas, vt internas quæ neque aëri externo sunt assuetæ. Cornarius aliter, πρὸς τὸ ἔξω mihi legisse videtur.

[22] ἢ νάρκη ἐναιμον] Hic νάρκη ἔναιμον dici panniculum carnosum, qui per subiectam carnem ab extremitatibus vasorum cuti subtenditur, eamq; constituit, adeoque illi cohæret, vt non nisi ægrè ab ea diuelli possit, in OEconomia nostra scripsimus, istumque locum aperuimus, vbi ab Erotiano etiam indicari admonuimus. Verùm hic vulgatam lectionem secuti sumus, quæ habet, ὅτι ἰσχνότητι ἢ ἰσχνότητα τῶ σώματος κρίσιν τῶ δέρματος τῶ ἔξω. Zuinggerus verò aliter accipit & legit. Nam post κρίσιν distinguit, & τῶ δέρματος τὸ ἔξω, ὅπ σωματικὸν τὸ ἐνὸν πῦ, scribit. ἰσχνότητι verò calidum & frigidum intelligo, à quo cutis externa alteratur & superatur, vt & ἄμφω paulò post. Sed ἢ ἰσχνότητα τῶ σώματος, de vtriusq; corporis partibus, anterioribus & posterioribus, internis & externis accipitur, etsi pro ἢ ἰσχνότητα, ἢ ἰσχνὸν, legisse videntur Interpretes, & ὃ τὸ ἔξω ψυχρῶ ἐστι, pro ψυχρὰ.

[23] μᾶλλον ὃ ἢ ἄκρα τοῦτο] Hic mihi sensus esse videtur, vt extremæ partes corporis, propter consensionem facilè internarum partium affectionem sentiant, etsi primùm tardè attolluntur, hoc est, priores neque reliquo affecto corpore, ægrè vehementem alterationem subeunt, quòd externo aëri sint assuetæ. Eaq; notione hunc locum expressimus in nostra OEconomia, in dictione ἐκπύησις. Pro πολλῶ autem ἄλλως legere mauult Zuinggerus.

[24] ἢ κρ λοιπὸν] ἢ κρ λοιπῶν mauult legere Zuinggerus, vt ad alias leuiores affectiones referatur in quibus idem sit consensus, idemque iudicium. Sed ego nihil muto, & vulgatam lectionem cum interpretibus secutus sum, & de venarum consensione cum his quæ ab iis dependent aut oriuntur, intelligo.

[25] ἀγαθὸν σῶσαι ἀπίχῃ] Hic certè locus mihi deploratus videtur, cùm nullam opem adferant quæ adhuc videre licuit exemplaria. Scio Zuinggerum pro sua virili opem afferre voluisse, & locum quantum fieri potuit suo sensui accommodasse. Sed eum sanè malo intactum relinquere, quàm nugas in re seria commentari. Suspectum locum facit etiam asteriscus Aldino codici appositus. Etsi hoc sensu ista accipi possunt, vt ventriculus & thorax plurimum absint, vt aliquid noxæ ab aëre frigido externo perpetiantur, cùm contra is sit illis vel maximè familiaris, eoque veluti indigeant ac delectentur, longeque illis sit familiarissima aëris externi indigentia, quod de thorace potissimùm intelligitur, idque frigidæ exemplo ostendit. Verùm neque in hoc mihi ipse satisfacio.

[26] σκεπτέον τὸ χωρίον] Siue id de considerandæ loci natura intelligatur, siue de tegendo loco & muniendo à frigore, velut accepit Zuinggerus, non magni refert. Quod verò sequitur, ἢ μετέχῃ, mihi omnino depraua tum & suspectum videtur, præsertim cum disparatè admodum legatur in Aldino codice, asteriscо etiam præfixo, ac parum huic loco quadret. Zuinggerus quidem ἢ μετέχῃ τὸ ἐνδοθὲν φύσιος ex superiori repetit, & ad imi ventris naturam refert. Potest etiam intelligi, ἢ μετέχῃ τῶ θερμῶ. Sed neq; ista satis congruere videntur, & planè conclamatus mihi locus videtur. Cornarius certè vt locum suspectum habuit, ita pro μετέχῃ μὴ ἔχῃ, aut aliud quid legisse videtur.

[27] ἢ ἄκρα] Mihi hic totus locus vt suspectus, ita valde obscurus videtur. Sed certè mihi sic accipi posse videtur, vt intelligendus veniat de corporis partibus quę in alto sunt positæ & velut in abscondito, atq; à caloris fonte nempe thorace remotissimę, vt quæ in inferiore ventre sitæ sunt, & quæ inter genitales partes immorantur. Quæ quidem cùm neruosæ sint naturâ, calido delectantur & gaudent, eoq; ad ventrem & ad obeunda sua mu-

nia excitantur. Scio aliam esse Zuinggero notionem, qui hunc locum totum longe aliter legit, quàm habeant vulgata exemplaria. μονὴ verò hic mihi non malè pro vtero sumi videtur, præsertim cùm ἀνδρὸς γένος ὀχυμένης addatur, quibus verbis pudendum virile, velut denudatum ac propendulum indicatur, etsi iis verbis vitilis pudendi detectam glandem intellexit Cornarius.

[28] ὅπη μὴ τὸ θερμὸν σκληρώσεται] Istud de corpore post calidæ vsum resiccato ac indurato intelligit Cornarius. Potest etiam de aqua accipi, quæ post caliditatē tenuioribus & aëreis partibus resolutis, terrestres & crassiores retinuerit, ad conseruandam frigiditatem aptiores, à quibus incrassata ac velut resiccata, indurescit, nō secus ac oculi frigidæ vsu constrictis poris robur acquirunt. Ista autem ex aph. 21. & 26. lib. 5. dependent.

[29] ὑπολιπαίνονται] Sic quidem legunt omnia exemplaria, sed valde mihi est suspecta lectio, etsi quidam ὑπολιπαίνονται αἱ σάρκες subintelligūt, vt minimè assueris aqua marina carnes atterat, corrodat, & attenuet. Mercurialis etiam ὑπολιπαίνει τε aut ὑπολαπάξει τε legere mauult. Alij etiam ὑπολιπῶν τι substituunt, quod aqua marina humores attenuet & vacuet. Quidam etiam ὑπολυπόν τι scribunt, velut Zuinggerus, hoc est molestiam quandam adfert. Quam lectionem mihi secutus videtur Cornarius, nisi pro ὑπολιπαίνονται λυμαίνεται legisse videatur. Ac fortè pro ὑπολιπαίνον, δὲ πλυμαίνε legi potest, vt sordes & excrementa deponat, aut etiam humores corrumpat, vt sit δὲ πλυμαίνεται idē quod τὰ λύματα καὶ καθάρσια ἐκβάλλῃ, aut idem quod καθαιρῇ.

[30] καὶ ἐς ὑποδησμίδας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quibus verbis fasciæ primùm membris fractis iniectæ intelliguntur, quæ marina aqua imbutæ exiccare & abstergere possunt, maiusq; robur addere. Sed suspectam facit lectionem Cornarius, qui πρὸς ὑποφορὰς, aut πρὸς ὕπτηλα, aut aliud quid legisse videtur, cùm cuniculosa vlcera verterit.

[31] καυῶνος κάτων] Sic quidem legunt quotquot videre nobis exemplaria licuit, κλύσις tamen legit Cornarius, vt ad dentium & aurium collutionem valeat.

[32] ἐκ τήξεως ὄξεος] Salem aceto liquatum mihi intelligere videtur, & sub Sole incrassatum aut inspissatum, impetiginibus, lepris, ac vitiliginibus deterendis adhibendum. Verùm Cornarius ἔκπηξις ὡς ὄξεος, aut ἐκπῆξαι legisse videtur, & pro παχυνθὲν, ἐκχυθὲν, etsi πλυνθὲν, non malè legi videatur, vt ad Solem aspersum aut mixtum acetum accipiatur.

[33] εἰεία δ'] Hic locus etsi sic quidem stare potest, non parum tamen suspectus est, vt indicant asteriscī codicibus publicatis præfixi. Ideoq; hanc dictionem εἰεία in contextum irrepsisse quidam existimant.

[34] ἕως δ' ὑγιὴς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed suspecta esse asteriscus appositus indicat. ὑγιὴς igitur cum Cornario lego, in coque Cornarij lectionem secutus sum, quòd ad vulgatorum codicum lectionem mihi magis accedere videatur, etsi non parum Zuinggeri lectio mihi probatur.

[35] καὶ ὅλα μαλθάσσων δεῖ] Hic mihi videtur esse sensus, vt vinum dulce cum farina cocta, iis quæ emollitione indigent adhibeatur.

[36] τοὺς ἀπλῶδας ὀλκηρούς] Sic quidem legunt exemplaria Germanica, & ἀπλῶδας ὀλκηρὰς splenia attractoria medicamētis attrahentibus illita accipiunt Interpretes, sed οἷα δηλῶ τοὺς ἀπλῶδας ὀλκηρεῖς αἰτίχουσιν legit Cornarius, pustulas quæ per splenia attractoria exurgunt ac exoriuntur accipiens. At Aldina exemplaria habent, οἷα οἱ τὰς ἀπλῶδας ὀλκηρὰς αἰτίχουσιν, hoc est, quales sustinent qui lienes habent tumidos, quam lectionem secuti sumus.

[37] ὑπερῤῥυφα] Sic quidem omnia exemplaria, Cornarius verò ὑποῤῥυφα legit.

[38] θολικὰς λίχμοισι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed αἰθολίκας lego ex Erotiano, Galeno & Hesychio, vt in nostra OEconomia scripsimus, vbi hunc locum emendauimus & expressimus. Cornarius verò δοθιώδας legit.

[39] ἐκ γυναικείων αἰδοίων] αἰδοίων lego & ἐρεθισμῶ.

[40] ἢ ἰκτίδα τρηχύνεται κεγχρώδεα] καρχνώδεα legunt Aldina exemplaria, Germanica verò κεγχρώδεα, quæ miliaceas cutis aspredines, & ad instar milij exasperatæ in cute increscunt, comprehendunt, ad quas etiam τὰ καρχνώδεα translatione quadam accommodari possunt. Hìc verò exemplaria vtraque, tum Aldinana, tum Germanica, vt in suspecto loco asteriscum apponunt, & valdè disparatè ista legunt.

[41] ἃ δ' ἄμφω] Hìc secuti sumus vulgata exemplaria, etsi non parum mihi suspecta sunt. Cornarius verò ex aph. 29. lib. 5. hunc totum locum emendat, eiq; illam totam lectionem non malè mihi accommodare videtur.

[42] ἐν σώματι πλῆσαι] σαθάσματα pro σώματα cum Interpretibus lego, & καταχόμβυον pro καταχόμενος, etsi καθαχόμβυος subsistere potest, vt qui hanc frigidam copiosam sudantibus affuderit, corpora extenuauerit, & dolorem stupore inducto, sustulerit.

[43] τοῖσι δ' ποδαγρικοῖσι] Hæc sanè parum integra mihi videntur, eaq; suspecta facit asteriscus codici Aldino præfixus. Cornarius certè aliter ea mihi legisse videtur.

[44] θερμὰ ἐγχίσαντας] Hic locus omnino suspectus est, & vitium redolet asteriscus huic dictioni in Aldino codice appositus.

[45] ἐν τοῖσι ἐρυθρίοισι] Hunc certè locum ab Erotiano expressum in nostra OEconomia indicauimus, simulq; locum exposuimus, & Erotiani lectionem emendauimus. δίγιψις verò legendum, cùm δίγιννις legant exemplaria omnia.

[46] οἷα ἀχυράδεα] Sic codices Germanici legunt, neque leuiter suspectus est locus. ἀχαρώδεα legit Cornarius, χυσώδεα Aldinus codex. In OEconomia nostra significari diximus tumores circa thoracem erumpentes, in superficie furfuraceam scabritiem & inæqualitatem habentes, velut aceroſa quædam & festucis similia, quibus an velit frigidam conferre, an verò eos gignere valde est arbitrarium, quemadmodum an velit humorū in venis collectionibus frigidam vtilem esse, an verò eas procreare, valde est incertum, cùm sit τὸ ψυχρὸν πάνυ συστρεπτικὸν, vt scribitur aph. 10. sect. 3. lib. 6. Epid.

[47] ἕλκεσι τὸ μὲ ψυχρὸν] Eadem scribuntur aph. 20. lib. 5. θέρμα πρὸ ἐσκληρώσει lego, etsi θερμὰ legunt Vaticana Exemplaria, vt calidi tumores intelligantur.

[48] τοῦ ῥέεται] Sic legunt exemplaria omnia asteriſco annotato, qui locum suspectum facit. ῥύε autem lego cum Interpretibus ex aph. 21. lib. 5. Quæ verò sequuntur, τὰ δ' ἐς κεφαλὴν καὶ παρακάρας, cum Interpretibus aliena putamus, etsi ex omnibus codicibus adscribuntur, & ad calidam referri possunt, quæ capitis grauitates creat.

[49] ἐκκοίσεσι καὶ ἀκκοίσεσι] Hæc verba etsi adscribuntur in omnibus exemplaribus, ego primo loco cum Interpretibus deleo.

[50] οἷον δοσύρματα] οἷον ἀποσύρματα videtur legisse Cornarius, vt exulcerationes aut excoriationes voluntarias declarare videatur, alioqui litera eos indicat quibus cutis desquamationes aut abrasiones adsunt.

[51] ἢ ἐν νέβρισιν] ἢ ἐν ἕλεσιν lego cum Interpretibus omnibus. Aliter tamen habetur aph. 22. lib. 5.

[52] καταπλάσῃς] καθαπλάσεσιν lego. Cornarius ἢ ὀθονίοις καταπλάσεσιν legisse videtur.

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS OPERVM OMNIVM,

Sectio V.

τὰ θεραπευτικὰ, hoc est, quæ ad curationem pertinent, octo libris continens.

Omnia nunc recens Latina interpretatione donata, & breuibus notis illustrata,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico authore.

Hæc Sectio continet,

Περὶ νούσων, *De Morbis, Lib.* IIII.
Περὶ παθῶν, *De affectionibus, Lib.* I.
Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, *De internis affectionibus, Lib.* I.
Περὶ παρθενίων, *De his quæ ad virgines spectant, Lib.* I.
Περὶ γυναικείης φύσιος, *De natura muliebri, Lib.* I.
Περὶ γυναικείων, *De mulierum morbis, Lib.* II.
Περὶ ἀφόρων, *De his quæ vterum non gerunt, Lib.* I.
Περὶ ὄψιος, *De videndi acie, Lib.* I.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΝΟΥΣΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

HIPPOCRATIS
DE MORBIS,
LIBER PRIMVS.

QVi de morborum curatione tum scitè interrogare, tum ad quæsita respondere volet, & commodè obiecta refutare, hæc secum reputare conuenit. Primùm quidem ex quibus morbi omnibus hominibus oriuntur. Deinde verò, qui morbi cùm necessarias causas habeát, aut longi sunt, aut breues, aut lethales, aut minimè lethales, num pars aliqua corporis mutila reddatur, nécne. Et qui vbi exorti sunt, cuenta habent dubia, aut mala, aut bona, & ex quibus in quosnam transitiones fiant, quæq; Medicis in ægrorum curatione prosperè succedunt, & quæ ægrotantibus in morbis mala aut bona contingunt, quæq; intempestiuè dicúntur aut fiunt à Medico erga ægrum, aut ab ægro erga Medicum, quæ etiam in arte exactè fiunt aut dicuntur, & quæ in ea recta, vel quæ non recta, quodq; eius principiũ, vel finis, vel medium, aut aliud quid ex his, quòd in ea rectè se habere, vel nõ habere demonstretur, & quæ parua, quæ magna, quæq; copiosa & pauca. Quodq; totum in ea vnum est, & omnia quicquid vnum. Et quæ effici posse constat cùm intelligere, tum dicere, & si opus est, neq; nosse, neq; dicere, neq; facere. Et quicquid in ea promptitudinem habet, aut non habet, & quicquid opportunum, & inopportunũ. Quibusq; aliis artibus similis sit, & quibus nihil simile. Corpusq; quodnam calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, & quodnam robustum aut debile, aut densum, aut rarum. Et quæ ex multis pauca fiũt, aut in peius, aut melius vertunt. Quodq; honestè vel turpiter, vel tardè, vel citò, vel rectè, vel non rectè, & quodnam malum malo succedere necesse est. Quæ animo secum reputantem in oratione obseruare oportet, & in quo quis aut dicendo, aut vestigando, aut respondendo, ab his aberret, an quæ multa sunt, pauca, & quæ fieri non possunt, ea fieri posse asserat, & quicquid aliud dicendo peccarit, hoc modo obseruando, contraria oratione insectari. Morbi igitur omnes oriuntur partim quidem ex his quæ in corpore insunt, pituita & bile, partim verò ex his quæ extra obueniunt, laboribus & vulneribus, quin & à calido supra modum calefaciente, & frigido supra modum refrigerante, & ficco plus æquo resiccante, & humido etiam plus æquo humectante.

1 ΟΣ αὐ τοὺς ἰητροὺς ἐθέλῃ ἐρωτᾶν τε ὀρθῶς, καὶ ἐρωτῶν καὶ ἀποκρίνεσθαι, καὶ αὖ λέγειν ὀρθῶς, καὶ ὑμνέεσθαι, χρὴ τάδε. πρῶτον μέν, ἀφ' ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται πᾶσαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν. πρῶτα γὰρ ὅκόσα ἀνάσχεσιν ἔχει τῆ νοσεούσῃ, ὡς ὅτεω ἡλικίη, εἴτε μακρή, εἴτε βραχέα, εἴτε θανάσιμα, εἴτε μὴ θανάσιμα. εἰ ἔμπροσθεν τι τοῦ σώματος ἠλέσθη, εἴτε μὴ ἔμπροσθεν. καὶ ὁκόσα ἐπιγίνεται, ἢν μὴ ἐπιγένηται, εἰς διαφθορὴν ἢ κακὸν ἀπ' αὐτέων ἀποβαίνει, ἢ ἀγαθόν. καὶ ἀφ' οἵων νοσημάτων, ἐφ' οἷα μεταπίπτει. καὶ ὁκόσα ἐπιτυχίη ποιέουσιν ἐν τοῖσι θεραπευθεῖσιν τοῦ ἀσθενέος. καὶ ὁκόσα ἀγαθὰ ἢ κακὰ νοσέοντι ἐν τῆσι νούσοισι πάρεστι. καὶ ὁκόσα ἀκριβείη ἢ λέγειν ἢ ποιέειν ἐστὶν ἰητρῷ τοῖσι νοσέουσι, ἢ ὁκόσα νοσέοντος τοῖσι ἰητροῖσιν. καὶ ὁκόσα ἀκριβέως ποιέειν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ λέγειν, καὶ ἅττε ὀρθὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἅττε μὴ ὀρθά. καὶ ὅ, τι αὐτῆς ἀρχή, ἢ τελευτή, ἢ μέσον, ἢ ἄλλο τι ἀποδεδειγμένον τοιούτων, ὅ, τι καὶ ὀρθῶς ἐστιν ἐν αὐτῇ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι. καὶ τὰ σμικρὰ καὶ τὰ μεγάλα. καὶ τὰ πολλὰ καὶ τὰ ὀλίγα. καὶ ὅ, τι ἄπορόν ἐστιν ἐν αὐτῇ ἔνι. καὶ πόρος, καὶ ὅ, τι ἔνι. καὶ τὰ αὐτὰ νοῆσαι τε καὶ εἰπεῖν. καὶ εἰδέναι, μήτε νοῆσαι, μήτε εἰπεῖν, μήτε ποιῆσαι. καὶ ὅ, τι θυχειείη ἐν αὐτῇ. καὶ ὅ, τι ἀχειείη. καὶ ὅ, τι χαιρὸς, καὶ ὅ, τι ἀκμή. καὶ τἄλλ' τιμέων τἄλλων ἧσι τε ἔοικε, καὶ οἷσιν οὐδὲν ἔοικε. καὶ τοῦ σώματος, ὅ, τι θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν. καὶ ὅ, τι ἰσχυρὸν ἢ ἀσθενές, ἢ πυκνὸν, ἢ ἀραιόν. καὶ ὁκόσα τῶν πολλῶν ὀλίγα χρῄζει, ἢ ὅτι ὂν κακὸν, ἢ ὅτι ὂν ἄμεινον. καὶ ὅ, τι καλῶς ἢ αἰσχρῶς, ἢ βεβαίως ἢ ταχέως, ἢ ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς. καὶ ὅ, τι κακὸν ὅτι κακῷ, ἀνάγκη γίνεται, ταῦτα ὑμνηθέντα φυλάσσειν δεῖ ἐν τοῖσι λόγοισιν, ὅ, τι αὖ δή τις τούτων ἁμαρτάνῃ ἢ λέγων, ἢ ἐρωτῶν, ἢ ἀποκρινόμενος. καὶ ὡς πολλὰ ἐόντα σμικρά. καὶ ὡς ἀδυνάτου ἐόντα, δυνατὰ φῆ εἶναι. ἢ ὅ, τι αὖ ἄλλο ἁμαρτάνῃ λέγων, ταύτῃ φυλάσσοντα χρὴ ὑπιστάσθαι ἐν τῇ αὐτοψίῃ. αἱ μὲν οὖν νοῦσοι γίνονται πᾶσαι, τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ἀπό τε χολῆς καὶ φλέγματος. τὰ δ' ἔξωθεν, ἀπὸ πόνων καὶ τραυμάτων. ἀλλὰ καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ καταθερμαίνοντος, καὶ τοῦ ψυχροῦ καὶ καταψύχοντος. καὶ τοῦ ξηροῦ, καὶ καταξηραίνοντος. καὶ τοῦ ὑγροῦ καὶ καταυγραίνοντος.

καὶ

χολὴ καὶ φλέγμα, γινομένοισί τε συγγίνεται, καὶ ἔστιν ἐν τῷ σώματι, ἢ πλέον, ἢ ἔλαττον. ταῦτα δὲ νόσους παρέχεται, τὰ μὲν, ἀπὸ σιτίων καὶ ποτῶν. τὰ δὲ, ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ὑπερθερμαίνοντος. καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ ὑπερψύχοντος. ἀνάγκη δὲ τὰ τοιάδε ἔχει, ὥστε γίνεσθαι ὁκόταν γίνηται, ἐν μὲν τοῖσι τρώμασι, νεῦρα τὰ παχέα διατεθρωσμένους, ἀνάγκη χωλεύεσθαι. καὶ τῶν μυῶν τὰς κεφαλὰς, μάλιστα τῶν ἐν τοῖσι μηροῖσι. ἀποθνήσκει δ', ἢν ὡς ἐγκέφαλον τρωθῇ. ἢ ῥαχίτιν μυελοῦ. ἢ ἧπαρ. ἢ φρένας. ἢ κύστιν. ἢ φλέβα αἱμορρόον. ἢ καρδίην. μὴ ἀποθνήσκοι δ' ἂν διατεθρωσμένον, ἐν οἷσι τοῦ τῶν μελέων μὴ ἔσεσθαι, ἀλλὰ τούτων πορρωτάτω ἔσῃ. τῶν δ' νοσημάτων τὰ τοιάδε, ἔχει ἀνάγκας ὥστε ἐκ τούτων ἀπόλλυσθαι ὅταν γλίσχηται. φθίσις. ὕδρωψ ἐκ τοῦ σπληνός, καὶ γαστρὸς ὁκόταν ἔμβρυον ἔχουσαν τρώσῃ πνευμονίη, ἢ καῦσος λαβὴ, ἢ πλευρῖτις, ἢ φρενῖτις, ἢ ἐρυσίπελας ἐν τῇσιν ὑστέρῃσι γένηται. ἐνδέησις δὲ τοῦ τοιούτου ἀπολλύναί τε καὶ μὴ. τρῶσις πνεύμονος. καῦσος. φρενῖτις. πλευρίτις. κυνάγχη. σφακελισμὸς. ἀπαπὴς. ἀσκίτης. νεφρῖτις. δυσεντερίη. γυναικὸς ῥοὴ αἱματώδης. τὰ δὲ τοιάδε, οὐθανάσιμα, ἐὰν μή τι αὐτοῖσι προσγένηται. κέδματα. μελαγχολίη. ποδάγρη. ἰσχιὰς τεινεσμός. τεταρταῖος. τριταῖος. σπασμὸς ὀφθαλμίη. λέπρη. λειχὼν. ἀργὸς. ἔμπυος. ὃ πολλάκις ἀπὸ τῶνδε γίνονται πολλοί. ἀπὸ πληγέντος μὲν χεῖρας καὶ πόδας. καὶ φωνῆς ἀφαιρετέες. καὶ παραπληγες ὑπὸ μελαίνης χολῆς. χωλοὶ δ' ὑπὸ ἰσχιάδων. ὄμμασι δ' προσπαγῶσι καὶ ἀχθὼ ὑπὸ φλέγματος καταστηλίξαντος. μακρὴ δὲ τοῖσδε ἀνάγκη ἐστὶ φθίσιν. δυσεντερίῃ. ποδάγρῃ. κέδματα. φλέγμα λευκόν. ἰσχιάδα. σπασμὸν ὀφθαλμίῃ. λέπραισί τε, νεφρῖτιν. γυναιξὶ δ', ῥοὴν αἱματώδη, αἱμορροΐδας, σύριγγας καῦσος. φρενῖτις. πνευμονίη. κυνάγχη. σφακελισμὸς. πλευρῖτις τὰ χέως κτείνει. μεταπίπτει δὲ πάθος. ἐκ πλευρίτιδος, ἐς καῦσον. καὶ ἐκ φρενίτιδος ἐς πνευμονίην ἐκ δὲ πνευμονίης, καῦσος οὐκ αὖ γένοιτο. ἐς δυσεντερίην, τεινεσμός. ἀπὸ δὲ δυσεντερίης, λειεντερίη. ἐκ δὲ λειεντερίης, ἐς ὕδρωπα. καὶ ἐκ λευκοῦ φλέγματος, ἐς ὕδρωπα. καὶ ἐκ πνευμονίης καὶ πλευρίτιδος, ἐς ἔμπυον. τὰ δὲ ὅτι κακοῖσιν, ἀνάγκη κακὰ γίνεσθαι. ῥίγεος λαβὸν, πῦρ ὅτι λαμβάνει. καὶ νεῦρον ὑπὸ σφακοῦ, ἀσπασμὸν ποιεῖ καὶ μήτε συμφῶναι σφακοῦται, φλεγμαίνει τε ἰσχυρῶς. καὶ ὑπὸ ἐγκέφαλος σεισθῇ τε καὶ πονέσῃ, πληγῆτος, ἄφωνον παραχρῆμα γίνεσθαι ἀνάγκη, καὶ μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν. ὑπὸ δὲ τρωθῇ, πυρετὸν τε ὅτι γίνεσθαι, καὶ χολῆς ἔμεσιν. καὶ ἀπὸ πληκτὸν μὴ τοῦ σώματος γίνεσθαι, καὶ ἀπολέσθαι. ὅτι σπλοον δὲ ὑπὸ σκέπτεσθαι, ἀνάγκη τοῦτο ἀποσαπῆναι. καὶ ὑπὸ αἷμα, ἐκ τρώματος ἢ φλεβὸς ῥυῇ, ἐς τὰ κοιλίην, ἀνάγκη τοῦτο πύον γίνεσθαι. Καιροὶ δὲ ὁ μὲν καθάπαξ εἰπεῖν, πολλοί τε εἰσὶ ὅτι τῇ τέχνῃ καὶ πομπίμοισι, ὥσπερ καὶ τοῖσι νοσήμασι καὶ τοῖσι παθήμασι καὶ τούτων θεραπείαι. εἰσὶ δὲ οὐδὲ τοῖσι μὲν, ὅσοις ἢ ἐκλιποθυμέουσι δεῖ τι ὠφελῆσαι. ἢ οὐρῆσαι, ἢ ἀποπατῆσαι μὴ δυναμένοισιν, ἢ πνιγομένοισιν. ἢ γυναῖκα ὑπτιάσαι, ἢ ὅσα τοιαῦτα ὅτι.

Ac bilis quidem & pituita vnà oriuntur cum his quæ in nobis naſcuntur, & in corpore modò plus, modò minùs inſunt. Morbos autem exhibent, partim quidē ex cibis & potibus, partim verò ex calido ſupra modum calefaciente, & frigido ſupra modum refrigerante. Hæc autem cùm fiunt ex neceſſitate contingũt, in vulneribus quidem, ſi craſſi nerui & muſculorũ capita, in femoribus præſertim vulnus acceperint, neceſſaria eſt claudicatio. Moritur etiam ſi quis vulneratũ habet cerebrũ, aut ſpinalem medullã, aut iecur, aut ſeptum tranſuerſum, aut veſicam, aut venam aliquam multum ſanguinem effundentem, aut cor. Ex vulnere autem minimè mori contingit, ſi his partibus vulnus acceptum non fuerit, ſed ab his quã longiſſimè abſit. At hi morbi ex neceſſitate cùm adſunt mortem afferũt, tabes, aqua ſubter cutem, mulierem vtero gerentem ſi pulmonis inflammatio, aut febris ardens, aut morbus lateralis, aut phrenitis prehendit, aut ſi eryſipelas in vtero oriatur. Hi verò morbi dubium habent vitæ exitum, pulmonis inflammatio, febris ardens, phrenitis, lateris dolor, angina, vua, hepaticus & ſplenicus affectus, renum morbus, inteſtinorum difficultas, in muliere ſanguinis fluor. Iſti verò minimè lethales, niſi quid ipſis accedat, diuturnæ in articulos fluxiones (κέδματα dictæ) melancholia, podagra, coxendicũ affectus, crebra & inanis deſidendi voluntas quartana, tertiana, ſtranguria, lippitudo, lepra, impetigo, morbus articularis. Multi autem plærumq; ab his parte aliqua corporis mutilantur, manuum quidem & pedum reſolutione tentantur, vocis impotentia tenentur, & ab atra bile leuiter reſoluuntur, claudi ex coxendicum morbo euadunt, oculis & aũditione priuantur, pituita illuc incumbente. Lõgos autem hos eſſe neceſſe eſt, tabem inteſtinorũ difficultatẽ, podagram, diuturnas in articulos fluxiones (κέδματα dictas) pituitam albam, morbum coxariũ, ſtranguriam: ſenibus verò renum dolorem, mulieribus fluorem ſanguineum, venarum quæ in ano ſunt profluuium (hæmorrhoidas vocant) fiſtulas. Febris ardens, phrenitis, pulmonũ inflammatio, angina, vua, lateris dolor, citò ad iudicationem perueniunt. Hi autem in alios tranſeunt, morbus lateralis in febrem ardentem, & phrenitis in pulmonum inflammationem, ex pulmonis autẽ inflammatione febris ardens non fit. Crebra & inanis egerendi voluntas (τεινεσμὸς dicitur) in inteſtinorum difficultatem tranſit, & ad inteſtinorum difficultatem inteſtinorum læuitas ſiue lienteria cõſequitur. Ex inteſtinorum læuitate & pituita alba, in aquam intercutẽ tranſitus fit, & ex pulmonis inflammatione & morbo laterali in thoracis ſuppurationẽ. Hæc verò mala malis ſuperuenire neceſſe eſt. Si rigor corripuerit, calor igneus ſuccedit, & neruus præciſus conuulſionem facit, & vt minimè coaleſcit, ita vehementer inflammatur. Et ſi cerebrũ tum concuſſum fuerit, tum alicui ex plaga doluerit, eum illico voce deficere, neque videre, neq; audire neceſſe eſt. Sin verò vulneratum fuerit, febrem & bilis vomitionem ſuccedere, corporiſq; partem aliquam reſolutam fieri ac perire. Omentum ſi procidat, vt putrefiat neceſſe eſt. Quòd ſi ſanguis ex vulnere aut vena in ſuperiorem ventrem fluxerit, id in pus verti neceſſe eſt. Opportunitates autem (vt ſemel dicam) multæ ſunt, in arte & variæ, velut & morbi & affectiones, eorumq; curationes. Ac celerrimæ quidem ſunt, quibus aut animo deficientibus opitulari licet, aut qui neque vrinam neque ſtercus reddere poſſunt, aut qui ſuffocantur, aut mulierem prægnantem aut vulneratam liberare, aut quæ ſunt eiuſmodi.

Et hæc quidem celeres, neq; confert paulò post, cùm plærique paulò postea moriantur. Opportunitas tamẽ est, cùm quid tale homini contingit, si quis ante quàm animam emittat iuuetur, id vbi tempore opportuno sumpserit, succurret. Est igitur hæc ferè opportunitas etiam in aliis morbis. Semper enim quocunq; tempore quis auxilium attulerit, opportuno tempore auxilium attulisse dicitur. Qui verò morbi aut vulnera minimè mortem afferunt, sed periculo sunt obnoxia, & dolores habent, possunt tamen si quis rectè curauerit, sedari. His non conferunt adhibita à Medico remedia, vbi admouentur. Etenim etiam nõ præsente Medico cessare possunt. Sunt autem alij morbi, qui opportunè matutino diei tempore curantur, nihilq; refert, an summo mane, an paulò posteriùs. Alij verò morbi semel die opportunè curantur, neq; refert quando id fiat. Quidam etiam tertio quoq; aut quarto die, quidam etiam semel mense, & alij quidem tertio quoq; mense, neq; refert an tertio ineunte aut desinente id fiat. Atq; eiusmodi sunt temporum opportunitates, in quibus non aliam quàm istam exquisitam diligentiam inuenias. Temporis autem inopportunitatem habent, quæ quidem mane curanda sunt, si meridie curentur. Intempestiuè autem hac ratione fiunt, quandoquidem ad peius inclinant, ob minimè opportunam curationem. Quæ verò celerem curationem postulant, siue meridie, siue vesperi, siue noctu curentur, intempestiuè curantur, & si quæ vere curari debeant, hyeme curentur, aut quæ hyeme, æstate curentur, aut si quod iam curari oporteat, id ipsum differatur, aut quod differri oportuit, si iam curetur, hæcq; omnia intempestiuam curationem habent. In arte autem ista rectè vel non rectè fiunt. Non rectè quidem fit, si cùm alius morbus existat, alium apparere dicas, si cùm magnus sit, paruum, & si cùm paruus sit, magnum pronuncies, & eum qui superstes futurus est, superstitem futurum non affirmare, neque eum qui periturus est, periturum dicere, & eum qui suppuratus est non cognoscere, neque nosse si magnus in corpore morbus increscat, & si quis medicamento aut potione indigeat, vtro opus sit nescire, & quæ sanari possunt, minimè sanari posse, & quæ non possunt, sanari posse affirmare. Atq; hæc quidem non recto mentis consilio fiunt. Ista verò malam habent manuum tractationem, vlceris aut tuberculi pus non cognoscere, ossa fracta, & vbi suis sedibus excesserunt, non nosse, capitis os specillo admoto fractum ne sit non dignoscere, & fistulam in vesicam immissam demittere non posse, neq; lapidem in vesica, neq; pus thorace collectũ ex concussione nosse, & secando aut vrendo fundum aut latitudinem non attingere, & vrere aut secare quæ non oportet. Et hæc quidem non rectè fiunt, ista autem rectè, si quis morbos quinam sint & ex quibus oriantur cognoscat, & quinam ex his longi, quinam breues, & qui lethales, & qui minimè lethales, qui in alios transeunt, qui increscunt, quinam emarcescunt, qui magni, qui parui, & inter curandum hos quidem curari posse, hos verò non posse, & nosse quamobrem non possint, & dum curantur, qui ita se habent, curatione quoad eius fieri potest prodesse. At quæ ægrotantibus offeruntur, ea sic obseruare oportet, recténe an non rectè fiant, si quis quæ siccari oportet humectet, aut si quæ incrassare conuenit, ea non exhibeat ex quibus incrassare oportet, aut quæ attenuanda, non attenuet, aut refrigeranda, non refrigeret,

καὶ ὅτοι μὴν ὀξέες καὶ οὐκ ἀρκέει ὀλίγῳ ὕστερον. ἀπόλλυνται γὰρ ⓐ πολλοὶ ὀλίγῳ ὕστερον. ὁ μὴν τοι καιρὸς ὅδ' ἐστὶν ἑκάστου πάθεος τούτων ὁ αὐτάρκης ὅς, ἢν ἐν τῷ πρώτῳ ψυχῇ μεθέηκε, τοῦτο ἐπὴν ἐν καιρῷ λάβῃ ὠφελεῖται. ἔστι μὴν οἷσιν καὶ ἑκὼν ὁ καιρὸς, καὶ οὐ τοῖσιν ἄλλοισι νοσήμασιν. ἀεὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄν τις ὠφελήσῃ, ἐν καιρῷ ὠφέλησεν. ὁκόσα γ' ἂν νοσημάτων ἢ τραυμάτων μὴ ἐς θάνατον φέρει, ἀλλὰ καιρίά ἐστιν, ὁ δυνατὰ τε γίνονται ἐν αὐτέοισιν, ἀλλ' οἷά τε ἐστὶν, ἢν τις ὀρθῶς θεραπεύσῃ, πάντα ταῦτα τοῖσι γ' οὐκ ἀρκέουσι γινόμενα ὠφέλεια ἀπὸ τοῦ ἰητροῦ παρεόντος). καὶ γὰρ μὴ παρεόντος ἰητροῦ, ἐπαύσαντο ἂν. ἕτερα γ' νοσήματά ἐστιν, οἷσι καιρὸς ἐστὶ θεραπεύεσθαι τὸ πρωΐ τῆς ἡμέρης. διαφέρει γ' οὐδὲν ἢ πρώιον, ἢ ὀλίγῳ ὕστερον. ἕτερα γ' νοσήματά ἐστιν, οἷσι καιρὸς θεραπεύεσθαι, ἅπαξ τῆς ἡμέρης, καὶ ὁπηνίκα γε οὐδὲν διαφέρει. ἕτερα γ', διὰ τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρης. καὶ ἕτερα ἅπαξ τοῦ μηνός. καὶ ἕτερα γε διὰ τριῶν μηνῶν. καὶ τοῦτο ἰσαμβὺς ἢ φθίνοντος, οὐδὲν διαφέρει. τοιαῦτα γ' ⓐ καιροί εἰσιν, ἐν οἷσι καὶ ἀκριβείῃ οὐκ ἔχουσιν ἄλλως, ἢ ταύτῃ. ἀκμὴν δὲ ἔχει τὰ τοιάδε. ὅσα μὴν περὶ δεῖ θεραπεύεσθαι, ἢν μεσημβρίῃ θεραπεύῃ). ἀκαίρως γ' ταύτῃ ἐπεὶ ῥοπὴν ἴσχει ἐς τὸ κάκιον, διὰ τὸ μὴ ἐν καιρῷ θεραπεύειν. ὅσα γ' ἐς τὰ λοιὰ τε μεσημβρίης, ἢν τε ὀψὲ, ἢν τε καὶ νυκτὸς θεραπεύηται, ἀκαίρως θεραπεύεται. καὶ ἢν τὰ ἧσσον δέοι θεραπεύεσθαι, θεραπεύοιτο γ' ἂν μᾶλλος. ἢ τὰ μὴ χειμῶνος δέοι, τὰ θέρεος γ' θεραπεύηται. ἢ ὅ, τι ἤδη δεῖ θεραπεύεσθαι, τοῦτο γ' ἀναβάλληται. ἢ ὅ, τι ἀναβάλλεσθαι δεῖ, τοῦτ' ἤδη θεραπεύῃ). τὰ τοιαῦτα ἀκαίρως θεραπεύε). Ὀρθῶς γ' ἂν αὐτῇ, καὶ οὐκ ὀρθῶς τὰ τοιάδε. οὐκ ὀρθῶς μὲν, τὸ τε νοῦσον ἑτέρῳ ἐοῦσαν, ἑτέρῳ φανέειν, καὶ μεγάλῳ ἐοῦσαν, μικρῷ φανέειν, καὶ σμικρὴν ἐοῦσαν, μεγάλῳ. καὶ τὸ μέλλοντα ἀπολεῖσθαι, μὴ φάναι ἀπολεῖσθαι. καὶ ἔμπυον ἐόντα, μὴ γινώσκειν. μηδὲ νόσον μεγάλης τεφρομάδος ἐν τῷ σώματι, γινώσκειν. καὶ φαρμάκου δεόμενον ἢ πότου, τὸ δεῖ, μὴ γινώσκειν. καὶ τὰ δυσὰ ἄπτα, μὴ ἁπτῶς. καὶ τὰ ἀδυσὰ ἄπτα, φάναι ἁπτέον. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστὶ καὶ γνώμῃ οὐκ ὀρθῶς. καὶ ὅ χειρουργίαν, τάδε. πῦον ἐν ἕλκει ἐνεὸν ἢ ἐν φύματι, μὴ γινώσκειν. καὶ τὰ κατάγματα καὶ τὰ σκιδώματα μὴ γινώσκειν. καὶ μηλώνην κεφαλὴν μὴ γινώσκειν, εἰ τὸ ὀστέον κατέαγε. μήτ' εἰς κύστιν αὐλίσκον καθιέντα, δυσὰ ἄδατα καθιέναι. μηδὲ λίθου ἐν κύστει ἐνεόντος, γινώσκειν. μήτ' ἔμπυον ἐόντα, διαστέλλεσθαι γινώσκειν. καὶ τὰ μὴ ἐόντα ἢ καιόντα ἐκλείπειν, ἢ τοῦ βάθεος, ἢ τοῦ μήκεος. ἢ καίειν τε καὶ τάμνειν, ἃ οὐ χρή. καὶ ταῦτα μὲν οὐκ ὀρθῶς. ὀρθῶς δ', τά τε νουσήματα γινώσκειν ἃ τέ ἐστι καὶ ἀφ' ὅτων. καὶ τὰ μακρὰ αὐτῶν, καὶ τὰ βραχέα, καὶ τὰ θανάσιμα, καὶ τὰ μὴ θανάσιμα. καὶ τὰ μεταπίπτοντα. καὶ τὰ αὐξανόμενα. καὶ τὰ μαραινόμενα, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ τὰ σμικρὰ καὶ θεραπεύοντα, τὰ μὲν, αὐτὰ ἐκ θεραπεύειν, τὰ δ', μὴ αὐτὰ ἐδύνατο, διότι οὐκ αὐτὰ καὶ θεραπεύοντα οὕτω τὰ τοιαῦτα ἔχοντας, ὠφελέειν ἀπὸ τῆς θεραπείης ἐς τὸ αὐτὸν, τὰ δὲ παρεσφερόμενα τοῖσι νοσέουσιν ὧδε χρὴ φυλάσσειν, τά τε ὀρθῶς καὶ τὰ μὴ ὀρθῶς. ἐν ὅτι ἃ δεῖ ξηραίνειν, ὑγραίνῃ. ἢ παχύνειν δέῃ, μὴ παρεσφέρῃ ἀφ' ὧν δεῖ παχύνειν. ἢ ἃ δεῖ λεπτύνειν, μὴ λεπτύνῃ. ἢ ψύχειν,

ἢ ψύχειν, μὴ ψύχῃ. ἢ θερμήνειν, μὴ θερμάνῃ. ἢ σήπειν, μὴ σήπῃ, καὶ τὰ λοιπὰ κτ᾽ ⟨ν⟩ αὐτὸν λόγον τούτοισι. Ταῦτα δὲ τοιάδε αὐτοῖσιν ἀπὸ τῶν αὐτομάτων ἐν τῇσι νούσοισι γίνονται, τάδε κακὰ καὶ τὰ ἀγαθά. πυρέσσοντι μὲν καὶ χολῶντι, ἐν καιρῷ σκεδασθεῖσα ἔξω ἡ χολὴ, ἀγαθόν. ὑπὸ δὲ δέρμα ἢ κεχυμένη καὶ ἐσκεδασμένη, διπετέστερα ἔχειν τὰ τῷ ἐχοντι, καὶ τῷ ἰωμένῳ ἰᾶσθαι. κεχυμένη ἢ καὶ ἐσκεδασμένη, τοῖσὲν τῷ σώματος τοῖσαπεσοῦσα, κακόν. [23] κοιλίῃ ταραχθεῖσα ὑπὸ πλευρίτιδος ἐχομένῳ ἢ καρδιτικομονίης, ἢ ἐμπύῳ ἐόντι κακόν. πυρέσσοντι ἢ. ἢ τρῶμα τετρωμένῳ κοιλίη ἀποξηρανθεῖσα, κακόν. ὑφύδρῳ καὶ σαλιωώδει [24] ὑ- 10
& tussis ficca multos dies detinet, latus dolet, dolorque ad mammam, iugulum & scoptula operta impetu fertur. Hic cùm sic habuerit, primis decem diebus sorbitionibus vtatur, ptisanæ cremore percocto, affuso melle, vbi sorbitio cocta fuerit. Vino verò vtatur albo, dulci, aut austero, aut aquoso. Et crebrò vinum sorbentem expuere iubeto, somnumque donec vndecim dies præterierint, prohibeto. Post quos dies cibis quàm maximè paucis vtatur, carnibus catulinis aut gallinaceis calidis ex iusculo probè apparatis, & iusculum sorbeat. Sorbitionibus ante cibum vtatur, neq; sitiat quoad latus suppuratum euaserit. Suppuratur autem ferè diebus quadraginta aut paulò ante. Suppuratum latus dignoscas vbi neq; pus expuerit, neq; vomitione reiecerit. Hunc cum sic habuerit, vbicunq; tumor de se significationem ediderit, secato aut inurito, deinde pus paulatim emittito, & postquam exhauseris, linamentum ex lino crudo imponito, quo postridie rursus educto, pus sensim exhaurito, mox linamento indito, rursus tertio die cæterisque diebus, bis die donec exiccatum fuerit extrahito. Et cibos & opsonia cùm receperit exhibeto, parum non multum, siue vinum, siue aquam, bibat. Origanum verò tenellum quàm plurimum melle intinctum edat. Quòd si tenellum non habeat, sed siccum, tritum & melle admixto læuigatum quàm plurimũ exhibeto. Frigus non sentiat, balneis lauet, & molliter dormiat. Hunc morbum si sic curaueris, citissimè sanaueris. Cùm verò sanus euaserit, frigus, caloré & solem vitet, & modicis deambulationibus vtatur post cibum, vt ne corpus lassitudine teneatur. Quæ cùm fecerit conualescit. Ex his morbis quibus vstionem adhibueris, statim post vstionem porrum multum tritum loco inusto ex cataplasmate imponito, & diem vnum sinito. Tabis tres sunt species. Prima ipsa quidem ex pituita oritur, cùm caput pituita plenum morbo affectum fuerit, & calor intus subortus fuerit, in capite pituita computrescit, vt quæ moueri nequeat, vt secedat. Deinde cùm crassiores venulæ redditæ fuerint, computrefactæ & supra modum impletæ, fluxio in pulmonem contingit, quam vbi pulmo susceperit, confestim morbo afficitur, cùm à pituita salsa & putrida mordeatur. Hæc igitur patitur. Febris lenta initio inuadit, & rigor, & pectoris ac dorsi dolor, interdum verò vehemens tussis vrget, & sputum copiosum, liquidum & salsum expuit. Et hæc quidem per morbi exordia contingunt, in progressu verò totum corpus extenuatur, exceptis cruribus. Hæc autem intumescunt, & pedes vngues; contrahuntur, ab humeris extenuatur & debilitatur, Fauces sono implentur, & velut per arundinem sibilum reddunt, sitis vehemens per totum morbum vexat, multaq; mouendi impotentia corpus occupat. Hic vbi ad hunc habuerit modum, intra annum mala tabe perit. Quàm maxima autem cura adhibenda est, vt vires reficiantur. Primùm quidem veratrum propinandum, & per inferiora purgandum epithymo, aut peplio, aut grano cnidio, aut tithymalide. Eaque quater in anno exhibenda sunt, bis sursum, bis deorsum.

καὶ βηξὶ ξηρῇ, πολλὰς ἡμέρας, καὶ δηχέϊ. ὃ πλευρόν. καὶ ἐς τ' ἰσχίον. καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ἐς τὰς ὠμοπλάτας, ὀδυνᾶται δ' αἰσθάνεται. οὕτως ὅταν οὕτως ἔχῃ ἐν μὲν τῇσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσι δέκα, ῥοφήμασι χρεέσθω. πτισάνης χυλῷ καθέψῳ, μέλι προσχέων, ὁκόταν ἑφθὸν ᾖ τὸ ῥόφημα ᾖ. οἶνον δὲ χρεέσθω λευκῷ, γλυκεῖ, ἢ αὐστηρῷ, ἢ ὕδατος. ἐπὶ ῥοφέοντα πλεονάκις μὲν οἴνου, ἐκπτύειν κελεύειν. καὶ τὸ ὕπνου κωλύειν, ἔστ' ἂν αἱ ἑνδεκα ἡμέραι παρέλθωσιν, μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας, σιτίοισιν ὀλίγοισιν ὡς μάλιστα χρεέσθω. κρέασι σκυλακείοισιν, ἢ ἀλεκτρυονίοισι θερμοῖσι. διαζωμοῦσθαι δὲ χρὴ καλῶς, καὶ ⟨Ψ⟩ ζωμὸν ῥοφέτω. καὶ τοῖσι ῥοφήμασι προσθέτην χρεέσθω τὸ σίκυον. καὶ μὴ διψήτω, ἕως ἂν ἔμπυον γένηται τὸ πλευρόν. πύσκεται δὲ μάλιστα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἢ ὀλίγῳ πρόσθεν. τὸν δὲ γνώσῃ, ὁκόταν ἔμπυον γένηται τὸ πλευρόν. πῦον γὰρ οὐκ ἀποπτύεται, οὐδ' ἀνίεται. τὸν δὲ ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ὅκου ἂν ἀποσημήνῃ τὸ οἴδημα, ταμέειν ἢ καίειν. ἔπειτα, ἀφιέναι τὸ πῦον κατ' ὀλίγον, καὶ ἐπειδὰν ἀπορύσῃς, μοῦσαν καθιέναι ὠμολίνου. καὶ αὖθις τῇ ὑστεραίῃ ἑλκῶσαι, ἀπαρύσαι κατ' ὀλίγον τὸ πύον. ἔπειτα, μοτῶσαι. καὶ αὖθις τῇ τρίτῃ, καὶ τῇσιν ἄλλῃσιν ἡμέρῃσι, δὶς τῆς ἡμέρης ἀπαρύειν, ἕως ἂν ξηρανθῇ. διδόναι δὲ καὶ σιτία καὶ ὄψα, ὁκόταν προσθῆται. καὶ πινέτω ὀλίγον μὲν πολλόν, ἐών τε οἶνον, ἐών τε ὕδωρ. προσχέτω δὲ καὶ τῆς ὀρειγάνου τῆς ἀπαλῆς, ὡς πλεῖστον ἐς μέλι ἀποβάπτων. ἐὰν δὲ μὴ ἀπαλὸν ἔχῃ, ἀλλ' αὖον λεπτὸν ποιήσας ἐς τὸ μέλι τρίβειν διδόναι ὡς πλείστῳ. καὶ μὴ ἐρίζειν. καὶ τοῖσι λουτροῖσι λούειν. καὶ μαλθακῶς κοιμᾶσθαι. οὕτω ταύτην τὴν νοῦσον θεραπεύων, ταχέως αὖ ὑγιέα ποιήσας. ὁκόταν δὲ ὑγιὴς γένηται, φυλασσέσθω τὸ ψῦχος, τὸ θάλπος, ⟨Ψ⟩ ἥλιον. καὶ τοῖσι προπάτοισιν ὀλίγοισι χρεέσθω, μετὰ τὸ σῖτον, ὅκως ἂν μὴ κόπος λάβῃ τὸ σῶμα. ταῦτα ποιέων, ὑγιὴς ἔσῃ. τούτων δὲ νούσων αἴ μὲν ἕλκεα ποιέουσαι, ἐκ τοῦ καύματος προσάσαι πέψας πολλὰ καὶ καθαρὰ πάσχειν βύθιος μετὰ τὴν καῦσιν, καὶ καθαλιμπάνει μέλαν ἡμέρῃ. Τροφὴ δὲ ἔστω φλίσιες. πρόσφατον αὖτη μὲν γὰρ ἀπὸ φλέγματος, ἐπειδὴ ἡ κεφαλὴ φλέγματος πλησθεῖσα, νοῦσον ἐνέβαλε θερμὴν ἐγγενέσθαι, συνέπεσε τὸ φλέγμα ἐν τῇ κεφαλῇ, ἅτε οὐ δυνάμενον κινέεσθαι, ὥστε ἐκπυρῆσαι. ἔπειτα ὁκόταν παχυνθῇ καὶ συναπῇ ἐς τὰ φλέβια, ῥοῦμα ποιεῖ ⟨Ψ⟩ πλεῖστον ἐνέγκαν. ἐς ὃ πλεῖστον ὁκόταν ἀναλωθῇ, νοσέει τὸ δάκρυμα, ἅτε δακνόμενος ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὀξὺ κοῦφον ἐόντος καὶ θερμόν, ταῦτα ἐοῦσα πάσχει. πυρετὸς ἄρχεται βληχρὸς ὑπολαμβάνειν, ἐς ῥῖγος, καὶ πόνος τὰ σπλάγχνα, καὶ τὸ μετάφρενον. σίλοτε δὲ βηξὶ πιέζει ὀξείῃ. καὶ ἀποπτύει τὸ σιάλον, παχύν, καὶ ὑγρόν, ἐς ἁλμυρόν. ταῦτα μὲν καταρχὰς τῆς νούσου πάσχει. προϊούσης δὲ τότε γύον λεπτύνεται, πλὴν τῶν σκελέων. ταῦτα δὲ οἰδέει. καὶ ⟨Ψ⟩ πόδες, καὶ ⟨Ψ⟩ ὄνυχες ἕλκονται. ὀκνὸς δὲ τῶν ὤμων λεπτός, καὶ ἀσθενής. ὁ φάρυγξ, ὡς χόου πίμπλαται. καὶ συρίζει ὡς διὰ καλάμου. καὶ διψῇ ἰσχυρῶς διὰ πάντος τοῦ νοσήματος. καὶ ἀκρασίη πολλὴ τὸ σῶμα ἔχει. ὀστᾶ ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ὀνίαυτον φθινήσιμος φαῦλος θνήσκει. μελετᾶν δὲ χρὴ ὡς μάλιστα καὶ ἀνακομίζειν. πρῶτον μὲν πᾶσαι ἑλλέβορον. κάτω δὲ ὁκόσαι θῆραι ὑπάγουσιν. ἢ περὶ λίνου. ἢ ταῖς κάκκῃ ταῖς κνιδίῃ. ἢ τῇ διθυμαλίδι. ταύτῃ χρὴ τετράκις τὸν ὀνίαυτον δοῦναι, ἄνω δὶς, κάτω δὶς.

διδόναι

διδόναι· ἢ καὶ ὄνου γάλα ἐφθὸν ἐς ὑποκάθαρσιν, ἢ βόειον· ἢ αἰγεῖον. πινέτω δὲ καὶ ὠμὸν τὸ βόειον γάλα, τέταρτον μέρος μελικράτου ξυμμίσγων, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ξυμπαραμίσγων καὶ τὸ ὀρίγανον. τῷ δὲ κεφαλῇ αὐτοῦ πρόσθεν καθαίρειν, πρὸς τὰς ῥῖνας προσπτὰς φάρμακον. σιτία δὲ ᾗ ἂν ὄψα διδόναι μήτε λιπαρά, μήτε κνησώδεα, μήτε λίαν δριμέα. τὸ μὲν ἐσιὸν σῶμα, τοῦτο ποιέειν δεῖ. καὶ περιπάτοισι χρέεσθαι πρὸς τὰ σιτία τὸ μὲν ἐσιὸν μὴ ῥιγοῦν. τὸν δὲ χειμῶνα, παραπυρίδιον οἶνον πίνειν τὸν ὀλιγιστον καὶ ἥδιστον, ὀλίγον δέ. κεφαλὴν δοκέειν δεῖν πρὸς τὸ φάρμακον πυρίσσειν, καὶ οὕτω δοῦναι τὸ φάρμακον. ἐὰν δὲ μὴ βάλῃ δοῦναι, πυρίσας, ἔμετον ἐκ τῶν σιτίων κατὰ μηχανὴν ποιήσασθαι, ὡς πρόσθεν γέγραπται. οὕτω δὲ ξυμφέρουσι, περιπάτοισι χρέεσθαι, ἐὰν δὲ μὴ ξυμφέρωσιν, ἡσυχάζειν ὡς μάλιστα τὸ σῶμα. οὕτω μὲν οὖν μετρίως νοῦσος ῥηϊστα ἂν λήξειε καὶ τὸν νοσήσαντα, ἢ δὲ νοῦσος θανασίμη, ἢν παύσῃσι τοιῷδε διαφυλάσσουσι. Φθίσις δευτέρη. Γίνεται δὲ ἀπὸ παλαιπωρίης. καὶ αὕτη ἡ πάθη ὡς ἐπιπολαιοτέρη, ἢ ὁ πρόσθεν. ἢ δὲ νοῦσος διαπαύει αὖτις μᾶλλον τῆς πρότερης. καὶ τὸ πτέρεος αἴσιον. ὃ δὲ σάλον ἀποπτύει, παχύτερον μὲν τοῦ πρόσθεν. καὶ βηξὶ πιέζει μάλιστα τοὺς πρεσβύτας, καὶ ὁ πόνος ἰσχυρότερος ἐν τοῖσι στήθεσι. καὶ δοκέει οἷον ὥσπερ λίθος ἐν αὐτοῖσιν ἐγκεῖσθαι. πονέει δὲ καὶ τὸ μεταφρένιον. καὶ ἡ χροιὴ διάγρης αὐτέου ἐστί. καὶ ἢν τι ποιήσῃ, φύσιν καὶ ἄδημα ἴσχει. ἔστι δὲ ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ, ἐν τρισὶν ἔτεσι μάλιστα διῆκαι. μελετᾶν δὲ χρὴ τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν. αὕτη ἡ νοῦσος προσέχει τοῖσι πολλοῖσι, μέχρι τριῶν ἐτέων, ἀλλ' ἀποθνήσκουσιν. ἡ γὰρ νοῦσος χαλεπή. Φθίσις τρίτη. Ὑπὸ ταύτης, τάδε πάσχει, ὁ μυελὸς αὐτέου ὁ νωτιαῖος, αἵματός τε μεστὸς γίγνεται. φθίνει δὲ ὁμοίως καὶ ἀπὸ τῶν χειλέων φλεβῶν. ὅταν δὲ φλέγματος ὑδρωποειδέος ἐμπίπλανται καὶ χολῆς. πάσχουσι δὲ καὶ αὐτά, ἀφ' ἑκατέρων αἱ φθίνει. καὶ ὁ ἄνθρωπος δίχρους μᾶλλον γίγνεται καὶ ὑποσιδαλέος. καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπόπυα, ὠχρά. καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῷ σώματι, ὠχραὶ διατέτανται. ἔπειτα δὲ σφόδρα ἐρυθραί. μάλιστα δὲ δῆλα, αἱ ὑπὸ τῆσι μασχάλῃσι. καὶ ἀποπτύει ὠχρά, καὶ ὅταν αὐτέῳ ὑπτίῳ, πίνηται, καὶ βῆξαι οὐ δύναται ἐνίοτε βουλόμενος. ἐνίοτε δὲ ὑπὸ τοῦ πτίγματος καὶ τῆς προθυμίης τοῦ βήσσειν, ἀθρόον ἤμεσε χολήν. ποτὲ δὲ λάπτει. πολλάκις δὲ, καὶ τὰ σιτία, ὅταν φάγῃ. καὶ ὁκόταν ἀπεμέσῃ, δοκέει κουφότερος εἶναι. ἔστι δὲ αὖτις ὀλίγον χρόνον διαλιπών, ὑπὸ τοῖσιν αὐτοῖσι πόνοισι κάμνειν. ἔστι καὶ φθέγγεται ὀξύτερον ἢ ὑγιαίνων. καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς διαπαύων ἐπιλαμβάνει ἱδρώσης. τοῦτον ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι, καὶ πόνοισι, καὶ φαρμάκοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πᾶσι μελετᾶν, ὥσπερ τὸν πρόσθεν. ἡ δὲ νοῦσος διαφέρει μάλιστα ὑπὲρ νέα ἔτεα, ἔπειτα διαφέρει φθινερόμυος. παύεται δὲ φυλαξάμενόν τις αὐτήν. χαλεπὴ γὰρ ἡ νοῦσος. ἢν δὲ βούλῃ, τόνδε ἰῆσθαι αὐτόν. πρῶτα μὲν πυρίσαι. καὶ ὁκόταν πυρισθῇ, τῇ ὑστεραίῃ δοῦναι αὐτῷ πιεῖν, μελίκρητον ἡμίχοον καὶ ὄξος προσχέαι ὀλίγον. καὶ κέλευε ἀπιδόντα τοῦτο πιεῖν. ἔπειτα τὴν ἰσχάδων ἀμφίεσαι αὐτόν, πολλὰ καὶ ὡς πλεῖστον χρόνον. ἢν δὲ μὴ ἀνέχηται ἀλλ' ἐξεμέσαι βούληται, ἐξεμέτω. ἢν δὲ μὴ ἔμετος ἔχῃ χρόνου ἤδη ἡμισείου, ὕπτιον ὕδατος χλιαροῦ μεγάλου κώλικα, ἐμέτου καθαρμαθμὸς περὶ

Lac etiam asininum coctum, aut bubulũ; aut caprinum, vt aliquantulum purgentur exhibeto. Lac etiã bubulum crudum, aquæ mulsæ tertia admixta parte bibat, per dies quadraginta quinq;, vnà etiam admixto origano. Eius autem caput, admoto ad nares medicamento, priùs purgato. Cibaria & opsonia neque pinguia, neq; nidorulenta, neq; valde acria exhibeto: Hæc autem morbi cõsideratione adhibita facienda, & ad cibos deambulationibus vtendum, adhibita ratione, ne frigeat. Per hyemem verò iuxta ignem mansionẽ faciat. Vinum bibat austerũ, nigrum quam vetustissimũ & suauissimũ, sed modicum. Quod si tibi videatur, ante medicamentũ fomentum admoueto, & ad hunc modum medicamentũ exhibeto. Si verò exhibere nolis, post adhibitum fomentum, vomitum ex cibis, velut ante scriptum est, promoueto. Deambulationibus, si cõferant, vtatur. Quòd si non contulerint, corpus quàm maximè quiescat. Hic ad hunc modum curatus, per morbũ facillimè deget. Morbus autẽ lethalis est, ab eoq; pauci euadunt. Tabes altera ex vehementi labore oritur. Eadem vt plurimũ quæ prior patitur. Hic verò morb⁹ priore magis intermittit, & per æstatem remittit. Sputum crassius quidem priore expuit, & tussis senes præsertim vrget, & dolor in pectore vehementior, eiq; velut lapis incumbere videtur. Dolor etiã dorsum occupat, eiusq; color nimio humore permadescit, & si quid laborarit, flatus & anhelatio detinet. Hic ex hoc morbo in tribus ferè annis moritur. Iisdem verò quibus etiam priorem curato. Hic morbus multis ad tres annos perseuerat, verùm moriuntur; est enim grauis morbus. Tabes tertia, ex qua hæc contingunt. Eius spinalis medulla sanguine plena existit. Tabescit etiam eodem modo à venis cauis, quæ pituita aquæ speciem referente, & bile implentur. Eadem autem patiuntur ex quibuscunque tabes contingat. Homo confestim niger & subtumidus euadit, partes sub oculis caue (ὑπόπυα dictæ) pallidæ sunt venæq; per corpus distentæ pallidè, quædam verò valde rubræ sunt, præsertim tamẽ manifestæ apparent sub axillis, pallidum expuit, cumq; ei ingruit, suffocatur, interdumq; cùm tussire vult, nõ potest, interdum verò ex strangulatu & tussiendi cupiditate copiosam bilem euomit, quandoq; etiam pituitam, plærunq; verò etiam cibos cùm comederit. Cumq; vomuerit, leuior videtur, deinde rursus pauco interiecto tempore, iisdem affligitur doloribus. Hic acutiùs quàm cùm sanus esset loquitur, rigor & febris cum intermissione & sudore inuadit. Hunc cùm ad hunc modum habuerit, cibis, sorbitionibus, potionibus, medicamentis, cæteris; omnibus quibus priores curato. Hic autẽ morbus ferè annos nouem perdurat, deinde contabescens perfert, pauci verò ex eo euadunt, cùm sit grauis morbus. Quòd si voles eum hunc in modum curato. Primùm quidem fomentum adhibeto, eoq; adhibito, postridie aquæ mulsæ semi congium, pauco aceto affuso potui exhibeto, idq; vnico spiritu bibere iubeto. Deinde multis eum strangulis diutissimè conuoluito. Quòd si nõ perferat, sed vomere velit, euomat. Si verò post aliquod tẽpus vomitus non detineat, aquæ tepidæ magno calice insuper ebibito, ex leui per pennam attrectatione vomat:

A vomitu cùm bene habuerit, per hunc diem quiescat. Cœnæ tempore, mazam paucā in cœna sumat, sallamento & porro pro opsonio vtatur, quæ quàm plurima edat, vinumq; dulce bibat. Reliquo verò tẽpore toto die statim prima luce multa calida lauet, & post balneum frigus vitet, verùm decumbens diutissimè dormiat. Expergefactus à somno, eo die viginti stadia, vt minimum, obambulet. Reliquis autẽ diebus, alia quinq; superiecta stadia ambulet, quotidie addens, donec ad centum stadia peruenerit. Aluum autem in die aliquantulum purgare oportet, betæ & brassicæ succis vtrisque separatim coctis, ita vt vtriusque congio percolato, deinde admixto adipis ex renibus libræ quadrante & simul cocto, amborum coctionem diuidas, & vbi bibere volet, ad brassicæ quidem succum salem adiicias, ad betæ verò succum mel affundas. Licet autem separatim vtrunque bibere, aut melle ad alterum poculum affuso, bibere, ad alterum verò sale iniecto. Totum autem succum ebibere oportet. & hæc quidem triginta diebus facere. Mense autem secundo panem edat, & carnes suillas pingues coctas, aliud verò nihil. Vinum album austerum bibat, & ante cœnam non minùs quàm triginta stadia deambulet. Post cœnam verò, decem, neque frigeat, verùm vestibus cooperiatur. Quæ si fecerit, faciliùs morbum feret. At tertio mense cyceonem florulentum bibat, apij radices, anethum, rutam, mentham, coriandrum, papauer tenerum, ocimum, lentem, & mali punici dulcis ac vinosi succum. Sit autem dulcis duplum, & vtriusque succi simul heminæ dimidium, ac vini nigri suauis, austeri, heminæ dimidium, aquæ etiam hemina dimidia. Deinde flores leuiter tritos hoc permixto diluito, & in calicem infundito, postea iniecto farinæ acetabulo, & polentæ æquali mensura, caseique caprini veteris pari orobis portione, hæc simul commixta ebibat. Postea pauco tempore interiecto, panem in prandio sumat, & pro opsonio torpedinis frustulum, aut squatinæ, aut galei, aut raiæ. Et carnes suillas coctas edat, & quàm maximè quietem agendo crassiorem sese reddat, ac decimo quoque die sibi ipse placidè fomentum adhibeat. Quarto autem mẽse quinto quoque die leuiter foueatur, & quàm plurimum opsonium edat. Pro opsonio vtatur caseis & paucis carnibus ouillis coctis. Stadia velut ante dictum est, deambulet. Primo verò quarti mensis die, decem stadia ambulet, additione quotidie facta, donec ad stadia octoginta perueniat. Et per diem octoginta obambulet, ante cœnam triginta, post cœnam viginti, mane triginta. Reliquo tempore maza & pane victitet, vtraque comedens. Pro opsonio habeat pisces cartilaginei generis, & carnes omnes, præter bubulam & porcinam edat. Piscibus his abstineat, mugile, anguilla, & melanuro. Torpedinem autem edat, squatinam, raiam, galeum, pastinacam & ranas, præterea nullos. Quòd si hæc tibi innoxia videantur, cyceonem etiam bibat, posteaque cùm dormiturus est, vini nigri, suauis & veteris duarum heminarum calicem, & per diem eodem vino in cibo vtatur.

ὀκτάτῳ δὲ ἀπεμέσῃ ὥστε καλῶς ἔχειν, ἡσυχίην ἐχέτω ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι. ὀκτάτῳ δὲ ὥρη δείπνου ἤ, δειπνεέτω μάζῃ ὀλίγῃ. καὶ ὄψον ἐχέτω, τάριχος καὶ τρῶγα. τῷ δὲ ἑβδόμῳ ὡς πλῆσα. οἶνον δὲ πινέτω γλυκύν. τὸ δὲ λοιπὸν χρόνον, λουέσθω πᾶσαν ἡμέρην ἅμα ἕωθεν θερμῷ πολλῷ. καὶ μὴ ὁ λουτρὸν, φυλάσσειν χρὴ ὡς μὴ ῥιγώσῃ, ἀλλὰ καταψυχέτω, ὑδάτεω ὡς πλῆσον χρόνον. ὁκόταν δὲ ἀναξῇ ὕδωρ, πωλείσθω τὰ ἁδύοσμα ἐπ' ἴσοισι τοῖσι τὰ θέρμα καταψύχουσιν, ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ. τῇσι δ' ἑξῆς ἡμέρῃσι, πέντε σταδίους ἐπὶ πλέον τῶν ἑξήκοντα βαδιζέτω. ἑκάστης ἡμέρης προσιθείς, ἄχρις οὗ ἀφίκηται ἐς τοὺς ἑκατὸν σταδίους. τὸν δὲ κοιλίην ὑποκαθαίρῃ δι' ὀξυκράτου, ἢ ἀπὸ κεφαλῆς, χοᾶς ἑκάτερα ἑφύσας, ἀπιέσθω χρέα ἑκατέρου. εἶτα ζυμίξας ἅμα, σωφλεῖν δ' ἑκάτερον, τὸ ἀπὸ τῶν νεφρῶν τεταρτημόριον μιᾶς ἐν ἀμφοτέρησιν ἑψεῖν διελών. ὁκόταν δὲ μέλλῃ πίεσθαι πρὸς μὲν τῆς κεφαλῆς χυλόν, ἅλας προσβαλέσθω· πρὸς δὲ τῶν τευτλίων, μέλι προσχέων. ἕξον δὲ χοᾶς ἑκάτερον πίνειν, ἢ μὴ πλέγχεας πρὸ τοῦ ἑτέρου κύλικας, πίνειν. πρὸ δὲ τοῦ ἑτέρου, ἅλας. ὑπιέναι δὲ χρὴ πάμπαν χυλόν. τοῦτο μὲν ποιέειν χρὴ τεσσεράκοντα ἡμέρας. τῇ δὲ δευτέρῃ μηνί, ἐσθιέτω ἄρτον καὶ κρέα πίονα ὑός, ἑφθά. σήπεσθαι δὲ μηδέν. οἶνον δὲ πινέτω λευκόν, αὐστηρόν. καὶ ὁδὸν ὁδοιπορεέτω, μὴ ἐλάσσω σταδίων τεσσεράκοντα, πρὸ τοῦ δείπνου. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, δέκα. καὶ μὴ ῥιγούτω ἀλλ' ἐσκεπάσθω. τοῦτο μὲν ποιέειν, ῥηΐτερον οἵσει τὸν νοῦσον. τῇ δὲ τρίτῳ μηνί. κυκεῶνα ἀνθινὸν πινέτω. σελίνου ῥίζας, καὶ ἄνηθον, καὶ πήγανον, καὶ μίνθην, καὶ κοριάνον, καὶ μήκωνας ἁπαλάς. καὶ ὤκιμον. καὶ φακόν. καὶ ῥοιῆς γλυκείης, καὶ οἰνάδος χυλόν. εἰ δὲ χρὴ τὰς γλυκείας, δίτροπους. εἰ δὲ χρὴ καὶ τὸ χυλοῦ ξυὸν ἀμφοτέρων ἡμικοτύλιον, καὶ οἴνου μέλανος ἡδέος αὐστηροῦ ἡμικοτύλιον, καὶ ὕδατος κοτύλης ἥμισυ. ἔπειτα ἄλευρα τρίψας λεπτὰ, διΐσας οὕτω τῷ κεκραμένῳ, καὶ ἐγχέας ἐς κύλικα. ἔπειτα ὑποβαλὼν ἀλθυσσοῦ ὀρόβων, ὁκόσον ὀξύβαφον. καὶ ἄλφιτον ἴσον. καὶ τυροῦ παλαιοῦ αἰγείου ξέσας ὅσον ὅσον τῶν ὀρόβοισι. τοῦτο ξυγκυκήσας ἐκπίετω. ἔπειτα μελιπήτων ὀλίγην χοῖνον, ἀρισάτω ἄρτον. καὶ ὄψον ἐχέτω, τέμαχος ναρκης. ἢ ῥίνης, ἢ γαλεοῦ. ἢ βαλίδος, καὶ κρέα ὑός ἐσθιέτω ἕφθά. καὶ παχυνέτω ἑωυτὸν, ἡσυχίην ἄγων ὡς μάλιστα. καὶ πυελοῦ ἅλα δεκάτης ἡμέρης ἐς ἑωυτὸν ἡσυχῇ. τῷ δὲ τεταρτῳ μηνὶ, πυελοῦ ἅλα πεμπτάδος ἡμέρης ἀπέμα. καὶ ἐσθιέτω ὄψον ὡς πλῆσον, ὄψα δὲ χρεέσθω, τευθίσι καὶ κρέασιν ὀλίγοισιν, οἷσι ἔφθησιν. ὁδοιπορεέτω δὲ καὶ σταδίους. ὡς πρόσθεν εἴρηται. ἀρξάμενος ὁ τῷ τεταρτου μηνὸς, τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ, ἀπὸ δέκα σταδίων βαδιζέτω, καὶ καθ' ἑκάστην προσιθέτω, μέχρις αὖ αὐτῷ ὀγδοήκοντα γένωνται σταδίοι, καὶ διπατεέτω τῆς ἡμέρης, ὀγδοήκοντα σταδίους, μετὰ δὲ δεῖπνον. ἔστω ὕπνου, τεσσάκοντα. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ χρόνου σῖτεέσθω, μάζῃ δὲ ἄρτῳ, ἐσθίων ἀμφοτέροισι. καὶ ὄψον ἐχέτω, σελάχια, καὶ κρέα δὲ πρόβεια ἐσθιέτω, πολλὰ βοήια δὲ χοιρήια. ἰητρεύων δὲ τῶν δὲ ἀπεχέσθω, κεστρέος, καὶ ἐγχέλυος καὶ μελανούρου. ἐσθιέτω δὲ ναρκέω, καὶ ῥίνεω, καὶ βαλίδος, καὶ γαλεοῦ, καὶ πτυγέος, καὶ βατεράχων. τῶν δὲ ἄλλων, μηδέν. οἷσι δὲ δοκέῃ ἀσινέα εἶναι, καὶ κυκεῶνα ἐπειδὴν θέλῃ καθευδήσων πινέτω ἀπὸ οἴνου μέλανος, ἡδέος, παλαιοῦ, δικοτύλου κύλικα. καὶ μετ' ἡμέρην, τῷ αὐτῷ οἴνῳ χρεέσθω ὅτι σιτίῳ.

καὶ

καὶ ὁδοι πορεέτω τῆς ἡμέρης, ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους. μετὰ δὲ δεῖπνον, ἑξήκοντα. ὄρθρου ἢ τεσσαρακόντα. οὕτως θεραπευόμενος, γίνεται ἐν ἑνιαυτῷ ὑγιής. Ἀναίνεται μυελὸς ὁ ἐκ τοῦ ῥάχεως μάλιστα, ὁκόταν τὰ φλέβια ἀποφερηχθῇ, τὰ ἐς ♏ μυελὸν τείνοντα, καὶ ἡ ἐγκεφάλου ἔφοδος. Διαφθείρεται δὲ τὸ σώματος, τάδε πάσχει καὶ νοσέει. ἀναίνεται μάλιστα καὶ ἀπὸ λαγωείης. τάδε οὖν πάσχει. ὀδυνᾶται ὀξείη ἐμπεσοῦσα αὐτῷ ἐς τὸν κεφαλέον. καὶ ἐς ♏ τράχηλον· καὶ ἐς τὸν ὀσφύν, καὶ ἐς τοὺς μῦς τῆς ὀσφύος. καὶ ἐς τὰ ἄρθρα τῶν σκελέων, ὥστε ἐνίοτε οὐ δυνᾶται ξυγκάμπτειν. καὶ ἡ κένωσις οὐ διαχωρέει, ἀλλ' ἴσχεται, καὶ δυσουρέεται. ἔστι κατ' ἀρχὰς μὲν τῆς νούσου, ἥσυχίτερον διάγει. ὁκόσῳ δ' ἂν ὁ χρόνος τῇ νούσῳ ἐπομηκύνηται, πονέει ἀπονώτερα μᾶλλον. καὶ τὰ σκέλεα οἰδέει ὡς ἀπὸ ὑδέρου. καὶ ἕλκεα ἐκφλυσδιμὰ ἀπὸ τῆς ὀσφύος. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὑγιαίνεται. τὰ δὲ ἄλλα φύεται. τῶν μὲν ὁκότερα οὕτως ἔχῃ καθαρτέα τὸν κεφαλέα, τῷ ἱππομαράθου ὀπῷ, ἢ τῷ κριδίῳ κόκκῳ, πυελίζας πρόσθεν τὸ σῶμα, εὖ μάλα. τῆς δὲ ἑτέρης μετὰ τὸν καθαρσιν, πλισαίνης δύο τρυβλία ῥοφείτω μηλίνου ἀλφίτου. οἶνον δὲ λευκὸν πινέτω, μεθυσκόν, τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ὀνείου γάλακτος διδόναι αὐτῷ ἕφθου, μιγνύντα ἀλφίτου ὁκτὼ κοτύλας ὀπτῆς. ἐὰν δὲ μὴ ὄγδοον ἔχῃς, βόδον ἢ ἀμύγδαλον ἕφθον. τρία ἡμιχόα, ἀλφίτου μιγνύς. καὶ τὸν ὥρῃσι γάλακτος ποτέτω. ἐν ὀρθρίῳ καὶ γάλακτι, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. σιλφίοισι δὲ καὶ ὄψοισι χρεέσθω, ὡς διαχωρητικωτάτοισιν. οἶνον δὲ πινέτω λευκὸν μαλθακὸν μεθύσιον. ὁκόταν δὲ παχύτερος ᾖ, καυσάσας ἐντὸς ἐς τὸ ὀστέον ἐκκαιέτωσαν τῶν ἀσυνδύλων τέσσαρας ἑκάστης. καὶ ἐς ♏ μετάφρενον, δεκαπέντε ἑκατέρωθεν. καὶ ἐς ♏ αὐχένα δύο, μεταξὺ τῶν τενόντων. ἐὰν γὰρ τύχῃς καύσας, ὑγιέα ποιήσεις. ἢν δὲ νοῦσος χαλεπή. Αἱ τεσσάρες νοῦσοι αἱ ἀπὸ τῶν νεφρῶν γινόμεναι. ἀπὸ τῆς φορβῆς, τάδε πάσχει. ὀδυνᾶται ὀξείη ἐμπεσοῦσα ἐς ♏ νεφρὸν, καὶ ἐς τὸν ὀσφύν, καὶ ἐς ♏ ὄρχιν ♏ τοῦ ♏ νεφροῦ. καὶ οὐρέει πυκνά. καὶ φύσα κατ' ὀλίγον τὸ οὖρον. καὶ ἅμα τῷ οὔρῳ προσέρχεται ψάμμος. καὶ ὁκόταν ὀξὺν διὰ τῆς οὐρήθρης ἡ ψάμμος, ὀδυνᾶται παρέχει ἰσχυρὰ ἐν τῇ οὐρήθρῃ. ὁκόταν δὲ διέξουρήσῃ, ἡ ὀδυνη ἀνίησιν. ἔπειτα αὖθις ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κέεται. ὁκόταν δὲ οὖρον καὶ ♏ καυλὸν ὑπὸ τῆς ὀδυνης τέλος. πολλοὶ δὲ τῶν ἰητρῶν ♎ μὴ σωιέντες τὸν νοῦσον, ὁκόταν ἴδωσι τὸν ψάμμον, δοκέουσι λιθιᾶν τὸν κύστιν. καὶ διότι μὲν οὐ ♏ νεφρὸς, λιθᾶ. αὕτη ἡ νοῦσος γίνεται ἀπὸ φλέγματος, ὁκόταν ὁ νεφρὸς ἐς ἑωυτὸν αἰεὶ λαβὼν φλέγμα, μὴ ἀείρῃ πάλιν· ἀλλ' αὐτοῦ ξυμπαρωθῇ. τοῦτο γίνεται λίθος λευκοὶ, οἷ ψάμμος. τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ τοῦ ὀπῷ τῆς σκαμμωνίης, ἢ αὐτῇ τῇ ῥίζῃ πυελίσας προσθέν δὲ ἄπαν τὸ σῶμα ὑποκαθαρσι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ τῶν ἀπερεβίνθων λευκῶν χυλῷ ὑποκαθαρσι δύο χοᾶσιν, ἄλφι δὲ παρεμβαλὼν, διδόναι πίνειν. μετὰ ἡδέων ποτοῖσι καὶ βρωτοῖσι καὶ λουτροῖσι μελετᾶν, διδοὺς δὲ αὐτὰ ἃ τῶν φαρμακουμένων δίδοται φάρμακα. ὁκόταν δὲ ὁ ὀδυνη πέσῃ, λευκὸν πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ χλιάσματα προσβάλλοντα ὅπῃ πονέει μάλιστα. ὁκόταν δὲ ἀποδύσῃ καὶ ἀναπαύσῃ, ὑποκάτω τοῦτον ♏ χέσαι. ἔστι δὲ ♏ νεφρὸν. καὶ ἀζελικὸν τὸ πῦος, τὴν ψάμμον διουρηθεῖσιν ἴσασιν. ἐὰν μὲν γὰρ τμηθῇ, ἐλπὶς σωθῆναι.

Quotidie centum quinquaginta ſtadiorum iter conficiat, ante cœnam nonaginta, poſt cœnam, viginti, manè quadraginta. Hic ſic curatus per annum conualeſcit. Medulla ſpinalis potiſſimum reſiccatur, cùm venulæ quæ ad eam tendunt obſtructæ fuerint, quiq; à cerebro eſt aditus. Ob corporis autem vitium ita afficitur & ægrotat. Reſiccatur etiam maximè ex actu venereo. Hæc igitur ei contingunt. Dolor acutus in caput irruit, in ceruicem, in lumbos, & lumborum muſculos, crurumque articulos, ita vt flectere nequeat, ſtercus per aluum non demittitur, ſed ſiſtitur, & vrinam non niſi ægrè reddit. Hic per morbi quidem exordia quietiorem vitam degit. Quantò autem longiùs tempus morbo acceſſerit, tantò maior omnia dolor occupat, & crura velut ab aqua intercute intumeſcunt, vlcera ex lumbis erumpunt, & alia quidem ſaneſcunt, alia verò proueniunt. Huic ita habenti hippophaes ſucco, aut grano cnidio caput purgato, primùm probè admodum foto corpore. Veſperi verò poſt purgationem, ptiſanæ duo acetabula, melle affuſo ſorbeat, vinum album, molle bibat. Poſtridie lactis aſinini decocti, melle affuſo, heminas octo ei ebibendas porrigito. Quòd ſi aſininum deſit, bubuli aut caprini decocti tres ſemicongios affuſo melle. Et ſi anni tempus ferat, lactis potu vtatur, per quinque ac quadraginta dies, cum lacte eruum aſſumens. Cibis & opſoniis quàm maximè aluum ſubducentibus vtatur, vinum bibat album, molle,, Mendeſium. Cùm autem craſſulimus euaſerit, ad eius lumbos ex vtraque vertebrarum parte quatuor cruſtas inurito, & ad dorſum vtraque ex parte quindecim, & in ceruice inter magnos neruos, duas. Si enim vſtio probè tibi ceſſerit, ſanum reddes. Eſt autem morbus grauis. Quatuor ex renibus oriuntur morbi. In primo ſic æger affligitur, dolor acutus in renem, lumbos, & teſtem ad renis regionem irgruit, frequenter vrinam reddit, & paulatim vrina ſupprimitur, ſimulque cum ea arena egreditur, & cùm per vrinæ fiſtulam arena exit, vehementem in ea dolorem exhibet. Vbi verò cùm vrina exiit, remittit dolor, deinde rurſus iiſdem vexatur doloribus. Cùm autem vrinam reddit, colem præ dolore confricat. Plerique verò Medici, cùm morbum non noſcant, ſi arenam videant, veſicam calculo laborare exiſtimant. Hæc autem minimè, ſed ren calculo laborat. Hic morbus ex pituita oritur, cùm eam ren in ſe receptam non rurſus dimittit, ſed illic in tofum indureſcit, fiuntque calculi parui, velut arena. Huic cùm ſic habuerit, ſcammoniæ ſucco, aut radice ipſa, totum corpus, prius tamen adhibito fomento, aliquantulum purgato. Poſtridie verò ex cicerum alborum decocto, ſale iniecto, ad duos congios potui exhibito, aliquantulum purgato. Poſt hæc potionibus, eduliis & balneis curato, iiſdem medicamentis quæ in ſtranguria exhibentur. Cùm dolor vrget, multa calida lauato, & qua parte præcipuè dolor eſt, tepefactoria admouento. Vbi verò intumuerit & extuberarit, ſub hoc tempus iuxta renem ſecato, & extracto pure, arenam medicamentis vrinam cientibus curato. Si enim ſectus fuerit, euadendi ſpes eſt,

alioqui morbus hominem ad mortem vsque comitatur. In secundo renum morbo, dolores quidem vehementes, velut in priore, vrgent. Oritur autem morbus, cùm ex vehementiore labore venulæ quæ ad renem feruntur ruptæ fuerint, deinde ren sanguine repleatur. Hoc casu, per initia morbi, sanguinem vnà cum vrina reddit, deinde pus progressu temporis. Hic si corpore quieuerit, citissimè conualescit. Si enim quodammodo laboret, dolores multò magis detinebunt. Vbi igitur ren purulentus fuerit, ad spinam intumescit. Hunc cùm ita habuerit, quâ parte tumor est, altissima quidem sectione ad renem secato. Quòd si quidem sectionem assecutus fueris, confestim sanum reddes. At si aberraueris, periculum est ne vlcus ea quæ fit per linamenta curatione indigeat. Si verò vlcus coaluerit, renis venter intrò pus colligit. Et si quidem pus intrò rumpatur, & ad intestinum rectum feratur, euadendi spes est. Quòd si alterum renem attingat, periculum est ne pereat. Medicamentis autẽ & iisdem omnibus quibus priorẽ curato, eandemq; victus rationem teneat. Hic autem morbus molestus est, ex eoq; plures ad renum tabem deueniunt. In tertio renum morbo, vrina bubularum carnium assaturarum succo similis egreditur. Oritur autem morbus ex atra bile, quæ cùm ad venulas, quæ ad renem feruntur, confluxerit, cumq; constiterit, eas renemq; exulcerat. Ex vlcere igitur tale quid cũ vrina prodit. Dolores autem in lumbis, vesica, interfœmineo, & in rene ipso pauco tempore detinent. Deinde remittit dolor, rursusq; ex breui interuallo acutus inuadit, & in tenuem ventris partem nõnunquam incidit. Huic cùm ita habuerit, ventrem epithymo, aut scammoniæ radice aliquantulum purgato, eadem quæ stranguria laboranti potui exhibeto, cumq; dolor detinuerit tepefactoriis potissimùm loco dolenti admotis, copiosa calida lauato, pro sorbitione farinam coctam affuso melle sumat, reliquaq; victus ratione quá maximè aluum subducente vtatur, vinumq; bibat album Mendæum, melle permixtum, aut aliud album suauissimum probè dilutum. Hic morbus non ferè deserit. Si anni tempestas ferat, serum & lac bibat, serum quidem ad purgationem. Lactis autem potione vtatur quinque & quadraginta diebus, si anni tempus ferat. Quæ cùm sic feceris, morbum meliore statu constitues. Quartus renum morbus, qui ex bile & pituita æstatis potissimum tempore oritur, quinetiam ex venere morbus oritur, atq; hûc in modum afficitur æger. Dolores cum ad lateris mollitudinem & inanitatem vrgent, & ad lumbos lumborumq; musculos, neque secus afficitur quàm mulier partus doloribus conflictata, neque decubitum in sanam partem ferre potest, sed valde laborat: ex lateris inanitate quædam velut abrupta suspensa esse videntur. At si pronus iaceat, non dolet, eius pedes & tibiæ semper frigent. Vrina autem ob pituitæ copiam & crassitudinem vix egreditur. Quòd si quidem depositam quoad resederit, pauco tempore sigueris, quod subsidet crassum velut farinam videbis. Ac si quidem bilis superauerit, ipsum subsuluum videbis. Si verò ex pituita morbus fuerit, album & crassum erit. Ac primùm quidem in annum, aut paulò longius aut breuius tempus talia perseuerant.

ἰῶ ὁ μὴ, ἡ νοῦσος τῷ ἀνθρώπῳ σῶμα ποθηνήσῃ. Δεύτερη νοῦσος νεφρῶν. Αἱ μὲν ὀδυναι, ἰσχυρῶς πιέζουσιν ὡς ἐν τῇ πρόσθεν. γίγνεται δὲ τὸ νούσημα ἀπὸ χαλαπωτέρης. ὁκόταν ῥαγῇ τὰ φλέβια, τὰ ἐς τὸν νεφρὸν τείνοντα, ἔπειτα ὁ νεφρὸς αἵματος ἐμπλησθῇ. δεῖ δὲ ὁκόταν τάδε πάθῃ· ἐξουρέῃ αἷμα τῷ οὔρῳ αἷμα κατ' ἀρχὰς τοῦ νουσήματος. ἔπειτα πῦον προσιόντος τοῦ χρόνου. δεῖ δὲ ἰῶ ἡσυχίην ἔχειν τῷ σώματι, ἦν ἰσχνὴ ὑγιὴς ἔσται, ἰῶ γὰρ μὴ πονήσῃ, αἱ ὀδυναι πολλῷ μᾶλλον ἔξουσιν. ὁκόταν γοῦν ἔμπυος ἡ ὁ νεφρὸς, ἀποιδέειν χρὴ τὴν ῥάχιν, τὸν ὅτεῳ ὕπνος ἔχῃ. ἦν μὲν οὖν ἀποιδέῃ, μάλιστα μὲν βαθείῃ τομῇ χρὴ τὸν νεφρὸν. κἰῶ μὲν τύχῃς τεμὼν, πολλὰ χρῆμα ὑγιέα ποιήσεις. ἰῶ δ' ἁμάρτῃς, κίνδυνος ἕλκος ἔμμονον γενέσθαι. ἰῶ δ' ξυμφυῇ τὸ ἕλκος, ὀκόσον δ' ἂν ἴσωθεν ἡ κοιλίη ἡ ἀπὸ τοῦ νεφροῦ. κἰῶ μὲν ῥαγῇ ἔσωθεν ἐς χωρίον χρὴ τὰ πῦα, ἐλπὶς ὀκφυγέειν. ἰῶ δ' ἔξω τοῦ ἑτέρου νεφροῦ, κινδυνεύει καταφθαρῆναι. μελετᾶν δ' φαρμάκοισι καὶ σιτίοισι πᾶσιν, οἷσι καὶ τὸν πρόσθεν. καὶ τὴν διαίτην τὴν αὐτὴν ἐχέτω. αὕτη δ' ἡ νοῦσος χαλεπὴ. καὶ πολλοὶ ὀκ τῶν τῆς νούσου φθίσιν νεφελίδα καθίστησιν. Τρίτη νοῦσος νεφρῶν. Τὸ μὲν ὕδρον προσέρχεται, οἷ ἀπὸ κρεῶν βοείων ὠμῶν χυλός. γίγνεται δὲ τὸ νούσημα, ἀπὸ χολῆς μελαίνης, ὁκόταν χολὴ ἐς τὰ φλέβια συῤῥῇ τὰ τείνοντα ἐς τὸν νεφρόν. καὶ ὁκόταν σῇ, ἕλκεσι τὰ φλέβια καὶ τὸν νεφρόν. ὁκοῖόν οὖν τὸ ἕλκωσιν, τοιοῦτον ἐπιῤῥεῖ αἷμα τῷ οὔρῳ. αἱ δ' ὀδυναι ἔχουσιν ἐν τῇ ὀσφύι, καὶ ἐν τῇ κύστι, καὶ ἐν τῷ περινέῳ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ νεφρῷ, ἐπ' ὀλίγον χρόνον. ἔπειτα ἀνῆκεν ὁ πόνος, καὶ αὖθις ἐπέλαβεν ὀξέως δι' ὀλίγου. καὶ ἐς ὃ λεπτὸν τῆς ἡμέρης ἐστὶν ὅτε ὀδυνᾶται ἐμπίπλησι τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, ἐπιτήδεια τὰ κοιλίῃ, ὀπτήσιμα. καὶ ἀθήρη

ἰῶ δὲ ὑπομινυώηται ὁ νοῦσος, ποιέῃ τε μᾶλλον καὶ ἐμπυοδηται. καὶ ὀκότ' ἂν ἔμπυος γλυφθῇ, ἔστω αἱ μάλιστα ἀποιδέη, κάμνειν ἐς ♏ νεφρὸν καὶ ἀφίεναι τὰ πύα. καὶ ἰῶ μὲν τύχης σῶσαι, τὸ δὲ χρῆμα ὑγιέα ποιήσεις. τὸν δὲ ὀκότ' ἂν οὕτως ἔχῃ, [49] τοῖσιν αὐτοῖσι πᾶσι θεραπεύειν, οἷσι καὶ τὸ πρόσθεν καὶ κατ' ἀρχὰς τῆς νούσου. δεῖ τε καθῆραι, καὶ πρὸ τῆς ὑποχαλάσεως πυριῆσαι, καὶ τοῖσι λουτροῖσι πυκνοῖσι λούειν. ἀμφέεσθω δὲ καὶ θαλπέσθω μᾶλλον. μὴ ἐῇ ῥιγοῦτο. καὶ τὸ ἡλίου ἀπεχέσθω. καὶ μὴ λαγνευέτω. ταῦτα ἰῶ ποιέοντι καὶ μὴ ταχέως ὑγιαίνῃ, οὐ χαλεπόν. ἡ νοῦσος γὰρ ὡς χαλεπή. ἰῶ δ' βούλεται αὐτὸν φαρμάκων ἰῆσθαι, χρὴ παχὺ ποιῆσαι ἀπὸ διαίτης, ἰῶ τε τούτῳ τὸν νοῦσον κάμψοντα, ἰῶ τε τῶν προτέρων ἕνα, τὰ σιτία δίχα, ἃ μεμαθήκει ἐσθίειν. ἤτω δέκα μοιρίδας. ἔπειτα μίαν ἀφελὼν μοιρίδα, τὰ λοιπὰ καταφαγέτω. ὄψον δὲ ἐχέτω, κρέας ὑὸς τετευμμένον. καὶ πρόπατέτω δέκα σταδίους τούτης τῆς ἡμέρης. τῇ δ' ὑστεραίῃ καὶ τῇ τρίτῃ μέρει τῶν δέκα ἡμερέων [50] προσιτέων μοιρίδα, ἐλάσσω ἐσθιέτω. καὶ προπατέτω δέκα σταδίους ἢ πλείω ἑκάστης ἡμέρης. ὀκότ' ἂν ἐς τὴν ἑβδόμην μοιρίδα ἀφίκηται τὸ σιτίον, καὶ ἐς ἕνδεκα ἑκατὸν σταδίους βαδιζέτω. καὶ ἐσθιέτω τὴν μίαν μοιρίδα μοιρίην. καὶ τούτης τῆς ἡμέρης προπατησάτω ἕνδεκα σταδίους. [51] μὴ δὲ ὄψον, ἐίκοσι. ὀρθέτω δὲ τετραφάκοντα. οἶνον δὲ πινέτω, μέλιτος, λευκὸν, αὐστηρόν. ταῦτα δὲ ποιεέτω, τρῖς μιῆς. ἔπειτα ♏ λοιπὸν χρόνον ὑποβαίνων τῶν προπάτων, καὶ τῶν σιτίων, πλείω ἐσθιέτω. ♏ αὖθις ἔνδον ὥστε ἀφῃρῆ, οὕτω δὲ προσιτέων. ♏ δὲ προπάτων ἀφαιρείτω, μέρει τῶν δέκα ἡμερέων. ἔπειτα πυκνίην ἐχέτω ὡς μάλιστα. καὶ βιωχρέαθω σιτία τε καθαρὰ, καὶ ὄψα ὡς πιοτάτα. καὶ τὰ γλυκέα πάντα, ξύμφορα αὐτῷ. καρδίων δὲ καὶ ὀξέων πάντων, ἀπεχέσθω καὶ τῶν δριμέων. καὶ ὁκόσα φύσαν παρέχει λυέσθω τε πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ μὴ ῥιγοῦτο. ταῦτ' ἰῶν ποιέῃ, τάχιστα ὑγιὴς ἔσται. Ἀπὸ δὲ νεφελίδος ὑπομελαίνῃ. ἡ δὲ νοῦσος μεγάλη τῶν φλεβῶν τῶν κοίλων, αἳ τείνουσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διὰ τοῦ σφαγίτιδος ἀμφὶ τὸν ῥάχιος, ἐς δὲ σφυρὸν δὲ ἑκατὸς τοῦ ποδὸς, καὶ ἐς δὲ μεταξὺ τοῦ μεγάλου δακτύλου. ὃ δὲ νούσημα γίνεται μὲν ἀπὸ φλέγματος καὶ χολῆς, ὀκόταν ἐς ταύτας φλέβας συρρυῇ. αἱ δὲ φλέβες αὗται, αἵματος εἰσὶ πλήρεες. ἰῶν δὲ μὴ προέλθοι ἄλλοσε ἐς αὐτάς, νοσοῦσι. ταῦτα δὲ πάσχει. ἰῶν ὅτι τὰ δεξιὰ νοσέῃ ἄρξεται τὸν ὀδύνιον πρόσθουσα, ἐν τῷ κατυλησδίνος τοῦ ἰσχίου, κατ' ἀρχάς. ὀκόσῳ δὲ πλείων ὁ χρόνος προσίῃ καὶ ἀποπυκνώσεται, ἤτε ὀδυνὴ ὀξυτέρη κατέρχεται κατωτέρω. ἢν ὀκόταν ἐς δὲ σφυρὸν ἀφίκηται δὲ ἑκατὸς τοῦ ποδὸς καὶ τὸ μεταξὺ τοῦ μεγάλου δακτύλου, ἄρξεται πάλιν ἐς τὸν κεφαλὸν ἔρχεσθαι. καὶ ὀκόταν ἐς αὐτὸν τὸ ἕλκος σῇ, πιέζῃ ἰσχυρῶς. καὶ δοκέῃ ὁ αὐχὴν τοῦ μηροῦ διορύσσεσθαι τὸν κεφαλόν. καὶ ♏ ὀφθαλμοὶ φλέγματος πλησθῶσι, καὶ τὸ πρόσωπον. ἢν μὲν ὅταν οὕτως ἔχῃ, ἐλατήριον πίσαι, ἢ ἀγαλλίδος ῥίζαν, ἢ ἑλλεβόρου, ἢ ὀπὸν σκαμμωνίης. μὴ δὲ τὸν κάθαρσιν ταύτην προσφέρῃ, ἃ καὶ τοῖσι πρόσθεν. ἰῶν δὲ μὴ ὑπὸ τούτων τῶν θεραπείης παύηται, χάλικα παχέα, καῦσαι κάτω τὸν ὠμοπλάτην τὸν δεξιόν. τέσσαρας ἑκάστας. [52] καὶ ἐς τὸν κατυλησδίνα τοῦ ἰσχίου τοῦ δεξιοῦ, πρῆσ. καὶ ὑπὸ ♏ γλουτὸν, δύο. καὶ ἐν τῷ μέσῳ τοῦ μηροῦ, δύο. καὶ ὑπὸ τὸ γονάτος, μίαν. καὶ ὑπὸ τοῦ σφυροῦ, μίαν.

Quòd si producatur morbus, tùm magis laborat; & purulentus euadit. Cumq; purulentus extiterit & intumuerit, qua præcipuè parte intumuerit ad renem secato & pus emittito. Et siquidē sectio prosperè cesserit, confestim sanum reddes. Hunc cùm sic habuerit, iisdem omnibus quibus antea curato. Et per morbi exordia purgare oportet, & ante alui subductionē fomento adhibito, crebris balneis lauare. Inungatur verò & caleat potiùs, neque frigeat, à soleq; & veneris vsu abstineat. Quæ cùm feceris, si non citissimè sanescat, nihil noui accidit, cùm morbus sit admodum difficilis. At si absque medicamentis curari desideret, per victus rationem, crassiorem reddere oportet, siue hoc morbo, siue aliquo ex prioribus laboret, vbi cibos, quos comedere consueuit, in decem partes diuiseris, deinde parte vna subtracta reliquas comedat. Pro opsonio carnem suillam tritam habeat, & eo die decem stadia obambulet. Postero autem die & tertio, parte vna addita minus edat, & vno quoque die decem aut plura stadia obambulet. Cùm verò ad vltimam cibi partem peruenerit, ad centum stadia iter faciat, & vnam solam partem edat, eoq; die centum stadia deambulet. A cœna verò viginti, mane quadraginta. Vinum Mendæum album, austerum bibat, istaque per tres menses faciat. Reliquo deinde tempore subductis deambulationibus plures cibos comedat, additione eodem quo detraxeris modo facta. Deambulationem verò ad decimum vsque diem subducat, deinde quàm maximè quiescat, cibisq; puris vescatur, & quàm maximè pinguibus opsoniis, dulciaq; omnia ei conferunt. Oleribus autem & acidis omnibus abstineat, acribusq; & iis quæ flatum excitant. Calida quoque multa lauet, & frigus vitet. Quæ cum fecerit, citissimè sanus euadet. Ex renum morbo inuadit magnus venarum cauarum morbus, quę à capite iuxta iugulares, per spinam ad talum exteriorem, & intermedium pollicis locum feruntur. Oritur aut hic morbus ex pituita quidem & bile, cùm ad venas confluxerint. Venæ autem cùm sanguine refertæ sint, si quid alieni ad eas peruenerit, malè afficiuntur. Sic igitur afficitur. Si dextra parte morbus est, per exordia ex coxendicis acetabulo dolorem exhibere incipit. Quò autem longius tempus processerit, & productū fuerit, eò grauior dolor ad inferiora descendit, cumque ad malleolum pedis externum, & pollicis intermedium peruenerit, rursus ad caput fertur, vbiq; in eo vlcus constiterit, vehementer vrget, sibiq; caput disrumpi videtur, oculi pituita totumq; corpus implentur. Huic cùm ita habuerit, medicamentum ex cucumeris agrestis succo paratum, aut thapsiæ radicem, aut veratrum, aut scammonij succum propinato. Post purgationem verò eadem quæ superioribus offerto. Quòd si hac curatione non sedetur, vbi lacte crassiorem reddideris, scapulam dextrā inferiorem quatuor crustis inurito, coxendicis dextræ acetabulum tribus, inferiores nates duabus, & mediū femur duabus, genu superius vna, & malleolum superiore parte vna:

Cùm sic vstus fuerit, neq; sursum, neq; deorsum morbum progredi dimittit. Quòd si aliquam in parte dolor affatim & cum impetu irrũpere visus fuerit, siquidẽ priùs, quàm vstus fuerit, in crus decumbat, claudus erit; si in caput surdus aut cæcus. Si verò in vesicã, simul cũ vrina aliquid sanguinis quadraginta ferè diebus progreditur. Sed si in vesicam cum impetu irruperit, eadem medicamẽta quæ in vrinæ stillicidio exhibẽda sunt, & si aliqua in parte dolor coaceruatus fuerit, vstio faciẽda. Vrendę verò sunt carnosę quidẽ partes ferramentis, ossea verò & neruosæ fungis, præterquàm quòd ante hæc ista facienda sunt. Si morbi initio aecesseris, vinum Mendæum albũ dilutius quàm plurimum per diem potui exhibere oportet. Et inebrietur quoad sanguis ex naribus plurimus erumpat. Cùm autẽ fluere cœperit, minimum tredecim diebus fluit: vbi verò hi præterierunt, nõ ampliùs inebrietur, neq; vbi semel fluere cœperit. In cibo tamen paulò plus vini bibat, vt sanguis fluat. Iam verò quibusdam sedato sanguine, ad vesicã cum impetu irrupit, & sanguis cum pure prodiit. Si igitur cũ impetu irruperit, eadẽ medicamenta quæ stranguria laboranti exhibeto, & de eodem vino plus propinato. Hic si hoc modo curetur, ciboſq; per aluũ subeuntes & opsonia assumat, citissimè sanus euadet. Morbus autẽ grauis est. Aliis ex vena sinistra. In reliquis quidem eadẽ multitudine quæ etiam prior patitur, sed in lienẽ cõfestim & per morbi exordia dolor acutus decumbit. Quòd si nõ statim perceperit priùs quàm decũbat, sed ad pulmonẽ feratur, lienis capite apprehenso, quàm citissimè crustis octo inurito, & quocunq; alius dolor decubuerit, vrito, sicq; confestim sanescet. Quòd nisi vstus fuerit, sponte autem sanus euadat, plerisq; post duodecimũ annum rursus morbus reuertitur, & si lienem occuparit, multis aquam intercutẽ facit. Sed cõfestim velut prioré curare, & si videatur sane etiam similiter vt priorem inurere oportet, si dolor in iisdẽ articulis cõstiterit. At nisi hunc in modũ curatus fuerit, de cætero contabescens perit, cùm morbus grauis sit. De pituita autem idem quod de bile sentio, eiusq; multas esse formas assero. Et partim quidẽ vulgaris est, partim verò recentissima, cuius etiam facilis est curatio. Vomitus enim post cibum duobus aut tribus diebus inducere oportet, insuperq; prandere & quiescere, si prioribus diebus semel cibum sumere & vehementibus laboribus vti consueuerit. Alioqui hac victus ratione vtatur. Primùm cùm vomitum inducere volet, multa & calida lauet, & mazam melle & oleo subactam, & panem exassatum hesternũ edat. Hæc enim magis pituitã trahent. Opsoniis & oleribus acribus vtatur, pinguia, dulcia & acida, hæc omnia permixta cõmodè porrigi possunt, & oleribus omnibus viridibus vtatur, in cibo vinum dulce, paucũ crebrò bibat, in fine placentã, mel & ficus comedat, cumq; cœnabit, pocula largè ebibat, cumq; iam oppletus fuerit, paulùm dormiat, deinde vbi experrectus fuerit, vini aqua tepida temperati magno epoto poculo vomat. Magis enim pituitam & humorẽ ex carnibus attrahit, corpusq; magis exiccat. Vocat autem quoad ficus euomuerit, quæ postremæ euomuntur. Atque hæc quidem eo die facienda. Postero vero die, sese ad cœnam vsque contineat, & panem ex furfure à pure farina nõ separato cœnet, pro opsonio valentiora sumat,

δοῦ· ἰὼ οὕτω καυθῇ, ὀὺκ ἀφίσιν οὔτε αὖω οὔτε κάτω τὸν νοῦσον ἀλλὰ χωρέῃ. [53] ἰὼ δέκου ἡ ὀδυὼν ὀφθῇ, ῥαγεῖσα. ἰὼ μὴ ἐπείξῃ ἐς ὃ σκέλος πρὶν ἢ καυθῆναι, χωλὸς ἔσται. ἰὼ ἢ ἐς τὸν κεφαλὸν, κωφὸς ἢ τυφλός. ἰὼ ἢ ἐς τὸν κύστιν καὶ παρχωρέῃ ἅμα τῷ οὔρῳ αἵματος μάλιστα, τεσσαράκοντα ἡμέρας. ἀλλὰ χρὴ ἰὼ ἐς τὸν κύστιν ῥαγῆ, διδόναι τὰ αὐτὰ φάρμακα, ἃ καὶ ὦ στραγγουριάντι. καὶ ἰὼ κου ἡ ὀδυὼν δηλαθῇ, καῦσαι. κἠὴν ἢ χρὴ τὰ μὲν φρενώδεα σιδηρείοισι. τὰ ἢ ὀστώδεα καὶ νευρώδεα, [54] μύκησι. πλεῖω δὲ τούτεσσιν τούτων χρὴ ποιῆσαι. ἰὼ κατ' ἀρχὰς τῇ νούσῳ πολλαχῇ, ἐς μὲν ὃ ποτὸν χρὴ διδόναι, οἶνον λευκὸν μέλαν, ὑδαρέστερον ὡς πλεῖστον μὲν ἡμέρῃ. καὶ μεθυσκέσθω ἄχρις αὖ αἱμορραγήσῃ καὶ τὰς ῥῖνας. ὁκότε ἢ ἄρξηται ῥέειν, ὃ ἐλάχιστον ἡμέρας ῥεῖ δέκα καὶ τρεῖς. ὅτε ἢ αὖται αἱ ἡμέραι διέλθωσι, μηκέτι μεθυσκέσθω, μηδὲ ὅτε ἄρξηται ἄπαξ. ῥεῖν. πινέτω μέντοι ὀλίγῳ πλείονα οἶνον ὅτι σιτίῳ, [55] ὅκως αὖ ῥέῃ τὸ αἷμα. ἤδη δέ τισι παυσαμένου τοῦ αἵματος, ἐρράγη ἐς τὸν κύστιν καὶ ἐχώρησεν αἷμα καὶ πῦα. ἰὼ γοιῶ ῥαγῇ, διδόναι τὰ αὐτὰ φάρμακα, ἃ καὶ ὦ στραγγουριῶντι. καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ οἴνου διδόναι πλέον πᾶν, ὅσῃ οὕτω μελετώμενος, καὶ τὰ σιτία τρεσσοφερέμενος διαχωρητικά, καὶ τὰ ὄψα, τὰ ἥδιστα ὑγιὴς ἔσται. ἡ ἢ νοῦσος χαλεπή. Ἀλλη ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ φλεβός. τὰ μὲν σήματα πλῆθος τὰ αὐτὰ πάσχει, ἃ καὶ ὁ πρόσθεν. ἐς ὃ [56] πολλῶν ὀδυὼν σπείξῃ ὀξεῖα βύβις, ὃ καταρχμὸς τοῦ νουσήματος. καὶ ἢν μὴ ξυνίῃ τὸ διαχρῆμα πρὶν καπασπείξῃ ἀλλ' ἢ ἐς τὸ πυθμένα, μύκησι καῦσαι ὀκτὼ ἐφάμερος, τὰς κεφαλὰς ἀπὸ λαβὼν τοῦ πολλιώσος, ὡς τὰ χίσια. ὃ ὅκου αὖ σήμῃ ὀδυὼν καταχρῆσαι, καῦσαι. καὶ οὕτω διαχρῆμα ὑγιὴς ἔσται. ἰὼ ἢ μὴ καυθῇ, ὑγιὴς ἢ γίνεται ἀπὸ ἑαυτομάτου, τοῖσι πολλοῖσι μὲν δυοκαίδεκα ἔτη, ἡ νοῦσος αὖτις ἐπανέρχεται. καὶ ἰὼ λαβόντα τοῦ πολλιώσος, τοῖσιν πολλοῖσιν ὕστερον ἐποίησεν. ἀλλὰ χρὴ διαχρῆμα θεραπεύειν ὡς τὸ πρόσθεν. καὶ ἰὼ δοκέῃ, καῦσαι ὡσαύτως δὴ καὶ τὸ πρότερον. ἰὼ ἡ ὀδυὼν καθεζήκῃ ἐν τοῖσι αὐτοῖσιν ἀρθρίοισιν. ἰὼ ἢ μὴ οὕτω μελετηθῇ, ὃ λοιπὸν τηκόμενος θνήσκει. ἡ ἢ νοῦσος χαλεπή. Περὶ δὲ τοῦ φλέγματος, τὰς αὐτὰς γνώμας ἔχω, ἃς καὶ πρόσθεν λέγω, καὶ φημὶ τὰς ἰδέας αὐτοῦ πολλὰς εἶναι. καὶ ὃ μὲν ὀπτιδήμιον ὄστι, ὃ δὲ νεώτατον. ὃ καὶ ἡ ἴησις ῥᾴστη. ἐμέτοισι γὰρ δὴ ποιέεσθαι μὴ ὃ σίτιον, ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς πρόσσω ἐσχόντα καὶ κοιμᾶσθαι πρόσθεν ἡμέρας, μονοσιτέοντα καὶ ταλαιπωρέοντα. ἢν δὲ μὴ τοιούτῃ διαίτῃ χρεέσθω. πρῶτον λουέσθω πολλῷ καὶ θερμῷ, ὁκότε μὴ ἔμετον ποιέεσθαι. καὶ ἐσθιέτω [56] μάζαν ψαθυρὴν. καὶ ἄρτον ἔξοπτον ἑωλον. ἕλκει γὰρ αὖ μᾶλλον τοῦτο τὸ φλέγμα. ὄψοισι δὲ χρεέσθω, καὶ λαχάνοισι δριμέσι. καὶ τὰ λιπαρὰ δὲ καὶ τὰ γλυκέα καὶ ὀξέα. τοῦτο πάντα ὀπτιδήια ξυμμεμιγμένα πρόσφορέσθαι, καὶ τοῖσι λαχάνοισι πᾶσι χλωροῖσι χρεέσθω. καὶ πινέτω ὀπὶ τοῦ σιτίου ὀλίγον πυκνὰ, οἶνον γλυκύν. καὶ πλακοῦντας ὀπτοφαγέτω ὀπὶ τελούτης, καὶ μέλι καὶ σῦκα. καὶ ὁκότε δειπνήσῃ, πινέτω λαπάρως τὰς κύλικας. καὶ ὁκότε ἤδη πλήρης ἦ, κατακοιμηθήτω ὀλίγον, εἶτα ἐπεγρθεὶς ἐμεέτω, πιὼν οἴνου μεγάλην κύλικα, [57] καὶ χλιαρῷ ὕδατι κεχρημένον. ἕλκει γὰρ μᾶλλον τὸ φλέγμα ἐκ τῆς σαρκὸς καὶ χυμὸν, καὶ ξηραίνει μᾶλλον τὸ σῶμα. ὀζεμεέτω δὲ ἕως αὖ τὰ σῦκα ὀζεμέσῃ. ὕστερα γὰρ τοῦτο ὀζεμέεται τοῦτο μὲν πρῶτον. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, σιτεέσθω ἑωυτὸν μέζει δείπνου. καὶ ἀριστεέτω [58] ἄρτον ἀλυπυρίτην, ὃ δὲ ὄψον ἔστω ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων.

οἶνον

οἶνον ὃ πινέτω μέλανα αὐστηρόν. αὕτη μὲν οὖν τῶ ὑπὸ δημίου φλέγματος ἡ ἴησις. ἰῶ δ' ὅταν ἐσθίῃ καὶ πίνῃ, καὶ ἥδεται τοῖσιν σιτίοισιν, εἶτα τὰ σκέλεα βαρύωσιν, καὶν ἡ χροιὴ μετελλαγμένη ᾖ, οὕτω φαίνεται ἐν τῇ κοιλίῃ φλέγμα τὸ λυπέον εἶναι. ἀλλὰ χρὴ ὁκότ' ἂν οὕτως ἔχῃ, μέλιτι καὶ οἴνῳ γλυκεῖ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ νίτρου ὁκόσον οἷός τ' ἀφάλαλος ὑγρὸν μίξας, κλύζειν. ταῦτα γὰρ τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου ἐπιτηδειότατα ἐστὶ κλυσμός. μέζον δὲ χρὴ ἑκάστου εἶναι. τὸ μὲν οἴνου κοτύλιον ἥμισυ ἐλαίου. καὶ μέλιτος ἴσον. ἰῶ δ' ὅταν μὴ κλύζειν βούλῃ, διὰ τοῦτο χρὴ τὸν ἄνθρωπον ποιῆσαι, πυρετήσαντα ἐν ὑγρῇ τῇ πυρῇ. ταῦτα γὰρ ἂν καὶ οὕτως ἐπισκενωθῇ ἡ κόπρος. ἐπὶ γὰρ τῇ ἐπιξηράσει τῶν σιτίων, ταῦτα πάσχει. ἰῶ μὲν οὖν ὡς ἐσθίῃ τὰ σιτία λίαν ἔγχυλα, ὅκ ἂν ἴσως πάσχοι ταῦτα οὕτω σφόδρα. ἰῶ δὲ καὶ πάσχοι ποτέ, ὀλίγης ἂν ἰήσεως δέοιτο. τάχιον οὕτως ἰώμενος, ταχέως ἂν ὑγιέα ποιήσῃς. Ἢν δὲ τύχῃ παλαιότερον ἐὸν φλέγμα, λευκὸν δὲ καλέεται τοῦτο δὲ φλέγμα, πάσχει τάδε. βαρυώδη τὸν ἄνθρωπον μᾶλλον, καὶ ἰδέαν ἀνοίκειον ἔχειν τοῦ ὑπὸ δημίου δοκεῖται ὠχρότερον. καὶ οἱ δὲ οἱ δήματα πρῶτον τὸ σῶμα, καὶ ὁ τρόπος ἐρρίφη. καὶ τὸ σῶμα ξηρόν. καὶ δίψα ἐπέχει. καὶ ὁκότ' φάγῃ, τὸ πνεῦμα πυκνὸν ὑπιππίζει αὐτῷ. ταῦτ' τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ποτὲ μὲν ἧσσον ῥᾴων, ποτὲ δὲ πονεῖ ἐξαπίνης, καὶ δοκεῖ ἀποθανέεσθαι. τούτῳ ἰῶ μὲν ἡ γαστὴρ αὐχμάζουσα ταραχθῇ, ἐγλυπάτου ὑγιὴς ἔσται. ἰῶ δ' μὴ ταραχθῇ αὐχμάτῃ ἡ κοιλίη, καθαίρειν δὲ δίδοντα τὸ κυκεῶνα, ἢ τὸ ἱπποφαέος ἢ τὸ κνιδίου κόκκου, ἢ τῆς μαγνησίης λίθου. καὶ μετὰ τοῦτο καθαρσίου, φακῆς δοῦναι τρυβλίον ῥοφέειν, ἓν ἢ δύο, σπανίζεσθω δὲ ἐν τῇ φακῇ σκόρδα. καὶ τεύτλου λίπαρον ἀνδρὸς τρυβλίον, ἐπ' ὀφίων τε ἐπιπάσσειν. πινέτω δὲ οἶνον μέλανα αὐστηρόν τε καὶ ἰσχυρόν. τῇ δ' ὑστεραίῃ, περιπατείτω σταδίους ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ὀλίγον. ἐλθὼν δὲ φαγέτω ἄρτον μικρὸν ἔξοπτον, καὶ ὄψον ἐχέτω σκόρδα ἑφθά. καὶ πινέτω τὸν αὐτὸν οἶνον ὀλίγῳ ἀκρητέστερον. εἶτα βαδιζέτω σταδίους τριήκοντα. καὶ ὁκότ' ὥρη ἡ, δειπνεέτω ὁκόσον περ καὶ ἔθιστο ἀριστῶν. ὄψον δ' ἐχέτω μάλιστα μὲν, πόδας συὸς καὶ κεφαλάς. εἰ δὲ μὴ δύναιτο χρέα σὺν, ἢ ὠοῦ τετευμένοισι χρεέσθω. ἰχθύων δὲ, σκορπίῳ, ἢ δρακοντίῳ, ἢ κόκκυγι, ἢ καλλιωνύμῳ. ἢ κωβιῷ, ἢ τῶν ἄλλων ἰχθύων, ὁκόσοι τοῦ ἴσην δύναμιν ἔχουσι. λαχάνοισι δὲ χρεέσθω, σκορόδοισι μόνοις, καὶ ἄλλων τῶν λαχάνων μηδενί. ταῦτα δὲ ὡς πολλὰ ποιείτω, καὶ ὠμὰ, καὶ ὀπτὰ, καὶ ἑφθὰ, αἰεὶ πλείω ἑκάστης ἡμέρης, καὶ βαλαπορεέτω πρὸς τὰ σιτία τετευμένοισι καὶ ὀξὺ ὀλίγου πλέον. τῷ δὲ νούσημα μάλιστα γίνεται θέρεος ὥρῃ ἀπὸ ὑδροποσίης, ἔστι δὲ καὶ ὑπνων πολλῶν. κρίνεται δὲ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, εἰ θανάσιμον, ἢ οὔ. ταῦτα μὲν ποιεέτω, ὁκότ' ἂν τεσσαράκοντα ἡμέραι παρέλθωσιν. ἐν δὲ τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, ῥοφήμασι θερμοῖσι χρεέσθω, φακῇ ἑφθῇ, ἐπωξεστέρῃ τοῦ ὀξέος. καὶ πισάνῃ ὀξείῃ. πινέτω δὲ χλιαρὸν μελίκρητον, ὀφίτων ὑπὸ πάντων ὀλίγα, ἵνα μὴ ὠρισμένον τὸ σῶμα ἢ πρὸς τὸν φαρμακοποσίην. καὶ διδότω ἐπ' ἀρίστου ταῦτα τὰς ἡμέρας. καὶ ἰῶ ἢν δοκῇ τὸ αἷμα ἀφεῖν ἀπὸ τοῦ ὀσφύος, σκόλοπα περιθέμενος, καὶ ταῦτα ἐν τῇ ὄσχῃ φλέβας θραύσας ταύτας παχυτάτας. οὕτω θεραπεύομενος, ταχέως ὑγιὴς ἔσται. Πεπαίνεται δὲ τὸ φλέγμα πρὸς μάλιστα ἐς ὕδερον, ἔστιν τοιῶδε. ἢν μὲν ἡ σκωληκίεται, καὶ μὴ ἐπὶ τοῦ κεφαλαίου τὸ ἐν τῷ φλέγματι ἐόντος, ὕδαρ

vinum verò nigrum, austerũ bibat. Hæc igitur popularis pituitæ medela est. Quòd si comedere & bibere potest, cibisq; delectatur, deinde crurum grauitatem sentiat, etiamsi color immutatus fuerit, pituitam quæ hunc vexat in ventriculo esse dicendum. Verùm cùm sic habuerit, melle, vino dulci, & oleo, nitroq; ouilis tali magnitudine permixtis, ventrem per infusum subluere oportet. Hæc enim ad alui infusum pro hominis natura mitissima sunt. Cuiusque autem modum esse oportet, vini quidem heminam, olei dimidiam, & mellis tantundem: At si alui infusum nolis, humido fomento admoto; perhumectum hominem reddere oportet. Hac enim fortassis ratione stercus subduci poterit, cùm hæc ex ciborum resiccatione ei contingant. Si quis igitur cibos valde succulentos comedat, ab his fortasse non ita vehementer afficiatur, & si quandoque afficiatur, parua curatione indigeat. Hac vsus curatione citissimè hunc sanum reddideris. At si vetustior pituita ferè contigerit, quæ pituita alba vocatur, si afficitur. Hominem magis grauat, formamq; à vulgari alienam pallidiorem habere videtur, corpus vniuersum laxo tumore intumescit, facies rubet; os resiccatur, sitis detinet, & cùm comederit, crebra ei spiratio contingit. Hic eodem die interdum quidem meliùs habet, interdum verò de repente dolet, & mori videtur. Huic si venter quidem sua sponte commotus fuerit, sanitati erit proximus. At si aluus sponte turbata non fuerit, cneoro dato, vel hippophaes, vel grano cnidio, vel Magnesio lapide, purgare oportet, & post purgationem lenticulæ acetabulum vnum sorbendum vel duo dato. In lenticula autem allium incoquatur. Betæ etiam pinguis non condîtæ acetabulum, polenta super aspersa dandum. Vinum autem bibat nigrum austerum & valens. Postero verò die mane stadia viginti obambulet. Vbi autem redierit, panem exassatum paruum comedat, & pro opsonio allium coctum habeat, viniq; eiusdem meracioris parum bibat, deinde stadia triginta ambulet, cumq; tempestiuum fuerit, quantum prandere consueuerat cœnet, pro opsonio potissimùm quidem pedes suillos, aut capita habeat, sin minùs, gallinaceis carnibus, aut suillis tritis vtatur. Piscibus verò, scorpio, aut dracone, aut cuculo, aut callionymo, aut gobio, aut aliis piscibus qui similem vim habeant. Ex oleribus alliis solis vtatur, neque vllo alio. Hæc autem quàm plurima comedat, tum cruda tum assa, & cocta, in dies semper additione facta, & pro ciborũ ratione ex paruo interuallo plus laboret. Hic morbus potissimum per æstatem oritur ex aquæ potu; ad hæc etiam ex multo somno. Iudicatur autem triginta diebus, lethalis sit nec ne. Quibus transactis hæc quidem faciat. Primis autem diebus sorbitionibus vtatur, lenticula cocta, aceto permixto acidiore reddita, & ptisana acida. Bibat verò aquam mulsam tepidam, modica polenta inspersa, quò sanè corpus emollitum sit ad medicamentorum potionem, & per hosce dies sub dio dormiat. Quòd si visum fuerit sanguinem è lumbis detrahere, cucurbitulam admouento, & venas in scroto crassissimas pertundito. Hic ad hunc modum curatus citissimè sanus euadet. Ex pituita ad aquam intercutem hoc modo deuenitur. Colliquatur pinguedo, & à pituitæ ardore aqua fit.

Σικύης ἐντερώνιον ὅσον παλαιστιαῖον ἐφίησας ἐν ὕδατος κοτύλαις τέτταρσι, μίσγε καὶ ἔλαιον ὀπτικὸν, κλύσας. Τῆς ἁψίνθου ῥίζης ὅσον δύο πόσεις καὶ μίσγε καὶ ἔλαιον δρὰξ, ὕδατος κοτύλησι δυσὶ, κλύσας. [147] Ἐλλεβόρου ὅσον δύο κοτύλας, κλύσας χλιαρῶς. [148] Θλάσπιον ὅσον ὀξύβαφον μίγνυ καταμείξας, ὕδατος δρὰξ ὅσον δύο κοτύλας, κλύσας χλιαρῶς. Σικύης ὅσον παλαιστὴν ἐφίησας ἐν ὕδατος κοτύλησι πέντε, ἔλαιον καταμείξας, κλύσας. Κόκκους κνιδίους ὅσον ἑξήκοντα, [149] μίγνυ ἔλαιον ἐπιθεῖς κλύσας. Ἢν φύσει φλεγματώδης ᾖ. [150] Κνεώρου ποσὶ τρίβλας δίφρα μελιχρήτου κοτύλῃ ἀγνῇ, τοῦτο κλύσας. Ἢν δὲ χολώδης ᾖ, τῆς θάψης ὅσον ποσὶν [151] τὸ ἐδώδεος, ὅσον δραχμιαῖον. Σκαμμωνίης ὅσον ποσὶν, τρίβλας δίφρα μίγνυ κρόκῃ, ἢ ἀπὸ σταφίδος ὕδατι, ὅσον κοτύλην ἀττικήν. Δαφνοειδέος ποσὶν, καὶ ⟨W⟩ ἀλόην λέγειν. ἰὼ φύσει ᾖ χολώδης, τοῦτο κλύσας. ἰὼ δὲ φλεγματώδης. [152] κόκκους ὀκλελεγμένους, καὶ τὸ λιγυμάλθου ὀποῦ, ὅσον ποσὶ κλύζειν. ὡσαύτως καὶ πτισάνης καὶ μηκωνίου, ὡσαύτως ἐκ τέτταρσι τουτέων χρῆσθαι χρή. [153] κλύζειν ἢ κλυσμᾷ πλέον, ἢ δυσὶ κοτύλῃς. [154] Ὑποθυμιήσεις δὲ ὅτι κεκμηῶτα ταῦτα. Κνίδα θυμιᾶν, καὶ τρίσμασι λωτοῦ. ἐλαίης φύλλοις ξηροῖς, κεκμηῶσι. ῥίζας καὶ φυήσας ἐλαίῃ ἐπιθυμιᾶν. Ἀνθράκων ἐπιθέντων κείθεν ἄχυρα ποτὲ μὲν ὑποβάλλων ἐπιθυμιᾶν. [155] Ἀπ' ἀμφορέως ἐλαιηροῦ ὀπίσθημα τὴν σποδιὴν ἐπιθέμενον. τρίσματος κυπαείρου ἐπιθεῖναι θυμιᾶν. Σκαμμωνίην. σμύρναν. λιβανωτόν. [156] μίσγειν ταῦτα ἐχέως, ἐπιθυμιᾶν. Ἀπὸ ἡθῶν. κείθεν ἄχυρα ξυμίσας, ἐπιθυμιᾶν. Ἔλαιον φώκης ἀναδοῦσαι, ἐπιθυμιᾶν. Μελίλωτον καὶ τρίσματα. κυπάρου ῥίζαν. μίσγειν ῥόδινον δοῦσαι, θυμιᾶν. Κάλαμον. κύπειρον. βρύον. σέλινα σπείσαι. ἀνὰ μίξας, ὁμοῦ τὸ μύρον ῥόδινα δοῦσαι, ἐπιθυμιᾶν. Ῥητίνην ἀδίνα ἐπιθεῖναι ὀπτὸν ἐπιθέμενον. ἐπιθυμιᾶν. Κάλαμον. σμύρναν, κασσίην. ἴσον ἑκάστου. Κόμμι τὸ ἴσον τῷ σταγόνι, σμύρναν, βρύον, ἴσον τοῦ κόμμεως, Κάλαμον [157] κνεώρου. κόμμι. ῥόδων φύλλα ἐρυθρὰ ἁδὺ ὅσον τρίβλας καὶ ξηρίωνας ξυμίσγειν. ὧν κόμμι. καὶ σύμπαντα ἥμισυ τοῦ κόμμεως, ταῦτα λῦσαι ξυμίξαι καὶ ξηρίωνας, μίγνυ ἐφθᾶς, δοῦσαι ὡς ἐλαχίστῃ, τουτέων δὲ πάντων ξυμπάντων ὑθρίαν ἕτοιμον ἡ ξυμίκησις, ἐλεγὶς ἀττικὴς ταμίς. ταῦτα ξυμιᾶν ὑπὸ βολβίτου. [158] Ὃ δὲ βάλβιτον πλάσσειν, οἷς ὀξύβαφον ἐλαιηροῦ. ⟨W⟩ πυθμένα δὲ ἐλέτω λεπτὸν. ἔστω δὲ ξηρόν. Ὃ πῦρ δὲ ἔστω κλιμάτινον, ἔφ' οὗ ὃ βάλβιτον κείσεται. ὑπὸ τοῦτο ὑπεκβάσαι ξυμίκησαι. Χαλβανίου. ῥητίνης. μύρου ῥόδινον δοῦσαι, ἐπιθυμιᾶν. Παιανίου καὶ κυπαείρου τρίσματα δοῦσαι. μύρῳ ἀγνῷ ἢ λευκῷ ξυμιᾶν. Κνίδωμον, καὶ νάρδου καὶ σωσύρου μύρῳ ῥόδινον δοῦσαι ἐπιθυμιᾶν. Λεύκιον ⟨W⟩ καρπὸν, κέδρου τρίσματα. καὶ χαλβανίου μέλιτι ἀναθυμιάσας, ἐπιθυμιᾶν. Αἶγας ἀσυφάτους, καὶ λαγωοῦ πεῖγας ἐλαίῳ φώκης δοῦσαι, ἐπιθυμιᾶν. [159] Φώκης τῆς πιτύος ὃ δέρμα κόλας λῷον, καὶ ἀσπάγιον, καὶ βρύα ὁμοῦ λεῖα μίξας τῷ ἐλαίῳ τῆς φώκης ταθεὶς πόησας, ἐπιθυμιᾶν. Αἶγας ἀσυφάτους καὶ φώκης τοῦ πνεύμονος, καὶ [160] κέδρου τρίσματα ἐπιθυμιᾶν. βολβίτου. κέδρου τρίσματα. καὶ ἀσπάγιον ἐπιθυμιᾶν. Ἀνθέμιδος ἀγνοῦ κάρπου καὶ κέδρου τρίσματα, καὶ μυροβλίτου φύλλα ξηρᾶς. τοῦτο ποιήσας λῷον, [161] μύρῳ τε ὀποβαλσάμῳ δοῦσαι, ἐπιθυμιᾶν.

Cucumeris agrestis medulla interiore ad palmi quantitatē in aquæ heminis quatuor decocta, melle & oleo affuso colluito. Radicis thapsię potiones duas, mel & oleū aquæ duabus heminis macerato, & colluitō. Veratri duas potiones ex duab. aquæ heminis maceratas, tepidum infundito. Thlaspeos acetabulū mellis admixto, duabus aquæ heminis macerato, tepido colluito. Cucumeris agrestis ad palmæ quantitatē, in aquæ heminis quinq; decoctam, oleo admixto colluito. Grana enidia ferè sexaginta, melle aut oleo macerata infundito. Si natura pituitosa fuerit. Cneori potionem tritam in aquæ mulsæ heminæ ⅓ parte mēsura macerato, hoc colluito. Si verò bilioſa fuerit. Daphnes potionem, odoratæ drachmæ quātitatem, scammoniæ potionem tritam aqua mulsa, aut aquæ vuæ passæ hemina Attica macerato. Daphnoidis potionem ad eundem modum accōmodato, & si bilioſa fuerit colluito. Si verò pituitosa fuerit grana selecta, & succi tithymali potionē sumito, eoq; colluito. Ad eundem modum etiā cneorum & peplum adhibeto, & vtrisq; ad eundem modū vti oportet. Colluitionis autē copia amplior non fit quàm duarum heminarū. Suffitum autē hęc contusa faciunt. Gallā suffito, & loti ramenta, oleæ foliis siccis contusis admixta & oleo subacta, ad suffitū adhibeto. In prunas substratas immissis hordei paleis humidis suffitū parato. super olearię amphoræ operculo stœben succendito, & immissis cupressi ramentis suffitum parato. Scammonium, myrrham, thus affuso vnguento ad suffitum adhibeto. Bitumen admixtis hordei paleis ad suffitū admoueto, aut vituli marini pingue admixtū suffito. Fraxinū, cupressi ramenta, cyperi radicem, vnguento rosaceo aspersa ad suffitum adhibeto. Calamū, cyperum, bryoniam, muscum, admixto simul aniso & apij semine, vnguentoq; rosaceo aspersa, ad suffitum admoueto. Resinā siccam in cinerem calidum iniectā suffito. Cinnamo mū, myrrham, casiam, æquis singula portionibus admisceto. Vel crocum admixta myrrha, & muscum æquali croci portione. Calamū, cneorū, crocum, rosarum foliā rubra suaue olentia sicca & trita croco admisceto, & styracē dimidia croci portione. Hæc læuigata, mixta & sicca, melle quàm paucissimo cocto subigenda. Ex his omnibus commixtis suffitus materiā, oboli Attici pōdere cōficito. Hi suffitus in stercore bubulo parentur. Stercus autē bubulum in acetabuli olearij formam effingito, quod fundum tenue habeat siccumque sit. Ignis in quo stercus ponitur sit ex vitium sarmentis, cui insidens murrhina suffitum accipiat. Galbanum, resinam, mannam vnguento rosaceo aspersa suffito. Panacis & cupressi ramenta, vnguento Ægyptio albo madefacta suffito. Cinnamomum, nardum & myrrham, vnguento rosaceo irrigata suffito. Violæ albæ semen, cedri scobē & galbanum melle subacta suffito. Caprini stercoris globulos & leporis pilos, vituli marini pingui aspersos, ad suffitum adhibeto. Coaguli vituli marini pelliculam tenuiter contusam, spongiam, muscū, simul tenuiter tritā & mixtā, vituli marini pingui excepta suffito. Stercoris caprini globulos, vituli marini pulmonem, & cedri ramenta suffito. Stercus bubulum, cedri ramenta, & bitumen suffitui adhibeto. Spinæ Ægyptiæ fructū, cedri ramenta, & myrti ſ. cæ folia. Hæc tenuiter trita & oleo balsamino subacta suffito.

Aromatibus in vnguentum immissis suffitum parato. Vinacea tenuiter contusa,cedri baccas, resinam pineam,simul mixta & passo cocto subacta,suffito. Fotus. Stercus bubulum contusum & cribratum, aceti dimidiâ portionẽ,immissa decocti erui dimidia portione,leuiter foueto.Post adhibitum fotum, lenticulæ decoctum bibendum dato,farinam sorbendam ac reuomendam exhibeto, & vinum superbibendum. Postero verò die granum cnidium deuorandum dato, sequenti die quod vrinam cieat.Ciceris albi partes duas tritas,vuæ passæ tertiam partem,aqua ad dimidias affusa decoquito,deinde percolatum per noctem sub dio reponito,postridie bibẽdum exhibeto. De cætero saluiam,lini semen, polenta his ambobus admixta,bis die ex vini aqua temperati quatuor heminis dato. Olei dimidias heminas tres,sambuci folia quantũ manus plena capit,hæc cocta in craterem calidum effundito, muliere vestibus circumtecta in sedili collocata,testis calidis immissis fomentum adhibeto.Sambuci folia quantum manus plena capit,& myrti æqualem mensuram in aquam iniectam decoquito,& in percolatam aquam hordei paleas immissas,decoctas in linteum immittito, deinde ex eo fomentum quàm maximè calidũ ferre poterit admoueto.Acetũ,oleum,aquam,melle admixto, hæc valde decoquito. Deinde vesica sumpta congiũ capiẽte,aut vtriculo ex tenui corio infundito,& tenui pãno laneo ad fomentũ conuoluito. Cùm verò tepidus pannus fuerit,alium conuoluito.Pini corticẽ & rhois folia in aquam iniecta vehemẽter decoquito,in aqua diffusa hordei paleas oleo affuso coquito, hæc simul cocta,in pannum immissa ad fomentũ adhibeto.Loti arboris & cupressi raméta,affusa aqua & oleo coquito,quoad simul coxerint,deinde in pannum immissa ad fomentum adhibeto. Aromata,in aquæ chœnicẽ iniecta decoquito, & in aqua furfures triticeos coquito.Ad eundẽ modum gallam cõtusam & rhamni corticẽ vehementer decoquito, & triticeos furfures oleo admixto aqua subigito,deinde semiassũ panem duas chœnices pendentem conficito, & in panno ligatum ad fomentum adhibeto. Brassicam & porra decoquito, succum ad eundem modũ adhibeto,hordei paleas oleo affuso simul decoquito,in panno ligatum ad fomentum admoueto. Solani & oleæ folia decoquito,ad eundem modum adhibeto. Atq; hæc quidem si humidis vti volueris, velut scripta sunt fomenta adhibenda. Sin siccis vti volueris,panibus exassatis & semiassatis confectis, ad fomentum vtitor. Sed & per testacea panno inuoluta,& per pannos ipsos calidos,& per lenticulata vasa testacea pedibus adhibita,aqua feruente infusa, fomentum admoueto.Iridis radicem tusam & decoctam,ad eũdem modũ in fotu adhibeto. Si aqua in vteris suborta fuerit. menses pauciores,deteriores & lõgiore tempore fluunt,& interdum duobus mensibus aut paulò plus vtero gerit,quo exacto tempore & fœtum corrumpit, multaq; aqua in ea gignitur.Huic lac & meconij succum propinare oportet, quoad fœtus moueri incipiat. Plærunque tamen ante hoc tempus abortione corrumpitur,& sanguis ex vteris effluit. Hæc autem non magis ex labore quàm aliter ei cõtingunt.Quòd autem hydrops in vteris insit id deprehendes,si leuiter immisso digito cõtrectaris.Os enim ipsorum gracile, & præ humoris copia euanescens comperies.

[162] Ἀρώματα ἐς μύδρον ἐμβαπτόμενα ὑποθυμιᾶν. Γίγγρα κόψας λεῖα. [163] καὶ κεδρίδας. καὶ ῥητίνην πιτυΐνην ὁμοῦ μίξας γλυκεῖ ἐφθῷ δδύσας, ὑποθυμιᾶν. [164] Πυελήσεις. Βολβίζον κεκομμένον, καὶ σεσηπυῖαν, ὀξους δ' ἥμισυ. τῶν ὀρόβου δ' ἥμισυ ἐμβάπτων, πυελῶν, βληχρῶς. ἐπὶ δὲ πυελήσης, φάκιον πίνειν, [165] καὶ ῥοφεῖν καὶ ἀπομεῖν, δρυῶν ἄγηνον. καὶ ὀπὸπανάκος οἶνον. τῇ δ' ὑστεραίῃ, κόκκον δρυῶν κατάπονον. τῇ δὲ ἑτέρῃ δραυρικόν. ἐρεβίνθους λευκοὺς δύο τέλας. τῆς δὲ σαφίδος τρίτον, ὀπτῆς ἥμισυ ὕδατος ἐνεφεῖν. ἔπειτα ὀπτῆς ἐς τὴν αὐθρίλην θεῖναι. καὶ τῇ ὑστεραίῃ δρυῶν πίνειν. ἐπὶ δὲ λοιπὸν ἐλελίσφακον. ἐπὶ τῷ λίνου σπέρμα, τουτέοις ἀμφοτέροις μίξας καὶ ἄλφιτον, διδόναι δὶς τῆς ἡμέρης ἐν οἴνῳ κεκραμένῳ, κοτύλῃσι τέτρασιν. Ἐλαίου τρία ἡμικοτύλια. ἀκτῆς φύλλα ὅσον χεῖρα πλεῖον. ταῦτα ἑψεῖν ἐγχέας [166] ἐς κρατῆρα θερμὸν πυελῶν ὡς [167] θάκοις θερμοῖς [168] ὅπως διφθοῖ ὀπτήσας τε εἰκαλύψας τε ἱμαλίοις. τῆς ἀκτῆς φύλλα ὅσον χεῖρα πλεῖον. καὶ τ' μυρσίνης ὅσον ἐμβάπτων ἐς ὕδωρ, ἑψήσας καὶ ὀπτῆς τὸ ὕδωρ, ἐμβάπτων κειτῶν ἄχυρα, ἑψήσας ἐμβάπτων ἐς ῥάκος. ἔπειτα τουτέῳ πυελῶν, [169] ὡς ἂν δύνηται θερμότητα ἀνέχεσθαι μάλιστα. Ὄξος. ἔλαιον. ὕδωρ. μίξας κεράσας, ταῦτα αὐάζεσθαι στόδεα. ἔπειτα λαβὼν κύστιν, χωρέουσαν ὡστὲ χοᾶς. ἢ ἀσκίον ὡς λεπτοδέρμαινον ἐγχέας, καὶ εἰσελίξας ῥάκει ἐσίειν, πυελῶν. [169] ὀκτάδυο ὃ χλιαρὸν ὃ ῥάκος ἐκθλίβεται, ἕτερον εἰσελίασσειν. τῆς πίτυος τ' φλοιόν. καὶ τὸ ῥοδ' τὰ φύλλα [170] ἐμβάπτων, ἑψήσας ἰσχυρῶς, ὀπτῆσας τε τὸ ὕδωρ, καὶ κειτῶν ἄχυρα, ἔπειτ' ἔλαιον ὀπτῆσας. ὀκτάδυο ὃ σιωπεφύσης ἐμβάπτων ἐς ῥάκος, πυελία. Λωτὸν ὁρίσματα καὶ κυπαρίσσου, ὕδωρ ὀπτῆσας τὸ ἔλαιον ἕψει, ἕως ἂν ξιωπεφύσῃς. ἔπειτα ἐμβάπτων ἐς ῥάκος, πυελία. Ἀρώματα ἐς τὸ ὕδωρ ἐμβαπτόμενα ἑψήσας ὅσον χοίνικα, καὶ τῷ ὕδατι πίτυρα πύελνα ἑψήσας, ⓦ αὖθις ὄπον κηκίδα κόψας, καὶ ῥάμνου ⓦ φλοιὸν ἐφεψήσας ἰσχυρῶς, πίτυρα πύελνα φύρησον τῷ ὕδατι, καὶ τὸ ἔλαιον. ἔπειτα ἡμίσταθμον ποιήσας ἄρτον ὅσον διχοίνικα, σὺν ἐσ ῥάκος, πυελία. Κράμβην καὶ πράσα ἀφεψῶν τῷ χυμῷ ποίησον ⓦ ἴσον ὄπον. Κειτῶν ἄχυρα σιωπεφύσῃς, ἔλαιον ὀπτῆσας, ἐς ῥάκος σὺν δέον, πυελία. Στρύχνον, καὶ τῆς ἐλάτης τὰ φύλλα ἐφεψῶν. ⓦ αὖθις ποίει ὄπον. καὶ ταῦτα δὴ ἰῶ μὴ βουλῇ ὑγιάσασι χρῆσθαι, πυελία, ὡς γέγραπται. ἰῶ δὲ βουλῇ ξηροῖς, ἄρτοις ποιέων, καὶ ἐξόπλοις, ἢ ἡμιόπλοις, πυελία. πυελία δὲ καὶ ὀπὸ κρανίοις εἰς ῥάκος σὺν δέον, καὶ αὖθις τοῖς ῥάκεσι θερμαίνων. [171] καὶ τοῖς φακοῖς τοῖς ὀστρακίνοις, ὃ ὕδωρ ἐγχέων ζεστὸν. ποιεῖ δὲ ποιεῖ τοῦ πόδας, τῆς ἴριος τὴν ῥίζαν, κόπτων καὶ ἀφεψῶν ⓦ αὖθις ὄπον πυελία. ἰῶ ὕδωρ ἐγχύσῃται ἐν τῆσι μήτρῃσι, ταῦτα ὁπόταν μυελώδεα ἐλάσσω γένηται, καὶ κακίω, καὶ ἀφὰ πλέονος χρόνου. [172] καὶ κυΐσκεται ἑκάστοτε, ἢν δὴ μὴ οὐ μικρῷ πλέον. ἐπὰν δὲ οὗτος ὁ χρόνος γένηται, καὶ ἀμφθείρῃ, καὶ ὕδωρ ἐν αὐτῇ γίγνεται πολύ, ταῦτα δὲ χρὴ, γαλακτοποτέειν. καὶ τὴν μηκωνίου πίνειν, ἕως ἂν κινῆται ἄρξηται τὸ ἔμβρυον. ὡς ὁπόταν πολὺ δὲ ποτὲ τοῦτο ἀμφθείρεται, καὶ ἐξαμβλοῦται. καὶ αἵματος ῥέουσιν αἱ μῆτραι. ταῦτα δὲ πάσχει, οὐδὲν τι μᾶλλον ἐκ πόνου, ἢ ἄλλως. τοῦτο δ' ἂν γνοίης, ὅτι ὕδωρ ἔνεστιν ἀφάτων τῷ δακτύλῳ. ὀφθαλμὸν γὰρ τὸ στόμα αὐτέων ἰσχνὸν καὶ ἀφανιζόμενον εὐπλαστον ὑγιαίνης.

ἰῶ ἢ

ἰὼ ᾗ αὐτῇ μὴ κατ' ἀρχὰς [173] ἀλλ' ἤδη κενούμενον μὴ διαφθείρηται τε καὶ ἀποπνίγηται. ἥτε γαστὴρ ἡ νείατος ἐπῳδοιδέει. καὶ ὀδύνει ἀπολομένη ὥσπερ ἕλκεος. καὶ πυρετὸς αὐτῷ καὶ βρυγμὸς λαμβάνῃ. καὶ ὀδυνᾶν ἔχει ἐς αὐτὰ τε τὰ αἰδοῖα, καὶ τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὸν κενεῶνας, καὶ τὸν ὀσφῦν ὀξεῖά τε καὶ ἀσθενὴς ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, λούειν χρὴ αὐτὸν θερμῷ. καὶ ὅπῃ ἂν ὀδυνᾶν λαμβάνῃ τὴν χλιασμὸν [174] πειρώμενος ὅ, τι μάλιστα ὑποδέχηται ὑποστόρνυναι. καὶ φάρμακον πίσαι καθαρτήριον κάτω. ἀφελιπὼν ᾗ χρόνον ὅσον ἂν δοκέῃ σοι χωρεῖν εἰ [175] καὶ πυριήσας, ὑποστόρνυναι τὸ κυκλαμίνου. ἀποδήσας ὅσον ἁπτὸν, ἔνδες ἐς ῥάκος. καὶ τὴν μέλιτι δοὺς, ὑποστόρνυναι ὑπὸ τὸ σῶμα τὴν ὑστερέων, καὶ τὸ κυπαείρου καταξύσας, καὶ πέψας ἐν ὕδατι, ὑποστόρνυναι ὡσαύτως. ἐλάσσω ᾗ χρόνον καὶ ἀφ' πλείονος τοῦτο ὅσῳ μᾶλλον δάκνει καὶ ὀξέλκοι. καὶ μήλινον ποιησάμενος καταττρίψαι, καθίναι. καὶ τὴν δακτύλῳ ὡσαύτως. [176] καὶ τὴν ποτηρίῳ πειρώμενος ὅ, τι ἂν ὑποδέχηται), πιπίσκειν. καὶ ξυλλιμάσθω ὡς αὐθρί. ὡς μάλιστα τὸ χωρὸν πρίοντων· ἢν γὰρ ξυλλάβῃ τὸ γονὴν, καὶ κύησιν, καὶ τέκνα, ὑποκαθαίρει). [177] ἢν δὲ μὴ ὑποδέχηται ὑπὸ αὐτῷ ξυὼ αὐτῷ. καὶ ὧδε ἂν μάλιστα ὑγιὴς γένοιτο. [178] Ἢν σκιρρώδης ᾖ τὸν ἀμήτρα, τότε τὸ σῶμα τὸν χὼ γίνεται), καὶ τὰ ἐμμηνία κρύπτεται. ὁκόταν δὲ ὑποφαίνῃ ὥσπερ ψάμμος, [179] καὶ ἡ γονὴ δὲ οὐ τυτέκ τῶ χρόνῳ. ἰὼ ᾗ ἐὰν φαύσῃς ⓦ δάκτυλον, τὸν χὼ τὸ σῶμα βυρσώδεις τὴν μητρέων. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, τὸ κυκλαμίνου χρὴ τρίψαντα καὶ ὄξος, καὶ σύκου ὠμοῦ μίσγοντα καὶ ἀναποιῆσαι μέλιτι, ὑποστόρνυναι. καὶ πυριήσαντα, κλύσαι τοῖσι καθαρτηρίοισιν. ἐσθιέτω ᾗ τὴν λινόζωστιν, καὶ κρόμβας ἑφθούς, καὶ ⓦ χυλὸν ῥοφείτω. καὶ θερμῷ λουέσθω. Ἢν σκιρρωθέωσιν αἱ μῆτραι, τότε τὰ ἐμμηνία κρύπτει), καὶ τὸ σῶμα αὐτέων ξυμμύει. καὶ ὑ κυίσκει). ὅταν ὧδε ἔχῃ, ἰὼ ἐὰν φάωσης τῷ δακτύλῳ, ὀφθῇ τὸ σῶμα τὸν χὼ. καὶ ⓦ δάκτυλον οὐκ ἐάσει. καὶ πυρετὸς αὐτὴν λαμβάνει, καὶ βρυγμὸς καὶ ὀδυνᾶν ἔχει τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ ⓦ κενεῶνα, καὶ τὰς ἰξύας. παρὰ ᾗ τὰ ἰὼ ὀν αὐτῇ διαφθαρὲν ἀπὸ τὸ ἔμβρυον. ἔστι δ' ὅτε καὶ οὐκ ἔκβλ γίνῃ. πολλάκις ᾗ καὶ δῆλως. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, λούειν χρὴ αὐτὴν, πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ πυριῶ. ὅταν ᾗ νεόλεκτος ἢ νεοπυήστις ᾖ, τὴν μήλινον καθεὶς, ἀναξομοῦ. καὶ αὐθύρωνε τὸ σῶμα αὐτέων. καὶ τῷ δακτύλῳ ὡσαύτως. καὶ ὑποστόρνυναι ὥσπερ ὅτι τὸ ὑποστέρησις λέγεται. καὶ τὴν ποτηρίῳ ὡσαύτως πιπίσκειν. καὶ θεραπεύειν ⓦ αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ καὶ ὑποστέρεον. ἰὼ αἱ μῆτραι ὑποὶ τὰς πλευρὰς ὑποκαθίσωσι, βηξὶ ἔχει καὶ ὀδυνᾶν. ὅταν δὲ πλεύσῃν, οἷ σφάλεα. καὶ ἀπολομένη πονεῖ ὥσπερ ἕλκος. καὶ καταφθίνει. καὶ ὀδυνᾶν ὑπερπλυσμονὴν εἰ). καὶ ἀσθενεῖ. [180] καὶ φυσὴ γίνεται. καὶ τὰ ἐμμηνία ὅλως ὑ ὑποφαίνεται, ὀλίγα δὲ ὑποφανέντα, οἷα τε. ὅτε δὲ ἡμόρμα ἀσθενέα τε καὶ ὀλίγα, ἢ κακίω, ἢ ὑποτὸν, καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐγγίνεται τυτέκ τῷ χρόνῳ. ὅταν ὧδε ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πίσαι κάτω ἐλαττήριον, [181] καὶ πίσας αὐτὴν πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ τὸ χλιασμὸν ὅ, τι ἂν μάλιστα ὑποδέχηται, ὑποστόρνυναι καὶ ὑποστέρεον, ὑφ' ὧν καθαίρεται αἷμα. καὶ λίνου σπέρμα ὀλίγας καὶ κόλας, καὶ σπάσας, καὶ τὴν μηκώνων τὴν λευκὴν, [182] καὶ σεμὶν ἀφίσιος λεπτοῖς. καὶ τυρὸν ἀγλεον, ὑποξέσας ⓦ ῥόπον καὶ τὴν ὄμφακα, ὑποὶ μίσγειν τὸ τυρὸν δύο.

Quòd si ei non per initia, sed cùm iam mouetur fœtus corrumpatur & suffocetur, venter imus intumescit, & ad contactum velut ex vlcere dolet, febris & dentium fremitus eam prehendit, dolorque grauis & vehemens ipsa pudenda, imum ventrem, coxendices, laterum inanitates, & lumbos detinet. Cùm sic habuerit, ipsam calida lauare oportet. Et qua parte dolor prehenderit, ex tepefactoriis quod maximè recipiat admouere tentato, & medicamentum deorsum purgans potui exhibeto. Tempore autem quantum satis videbitur interposito, & fomento adhibito, cyclaminis aliquantulum panno inditum & ligatum, melleque subactum ad os vterorum subter apponito. Et cupressi ramenta aqua macerata ad eundem modum subdito. Id autem breuiore aut longiore tempore finendum, quantò magis mordet & vlcerat, & per speculum stanneum paratum, & digitum similiter immittendum. Potiones experimento facto quascunque admiserit propinato, & hoc opportuno præsertim tempore cùm viro dormiat. Nam si genituram continuerit, & prægnans facta fuerit, ac pepererit, expurgabitur, & cum ipso puerperij purgamento quæ priùs in ea suberant. Atque ad hunc modum maximè sana euadet. Si vteri indurati fuerint, os asperum redditur, & menses delitescunt, & cùm apparuerint, arenæ similes sunt, eoque tempore genitura non fit. Quòd si etiam digitum ad contrectandum immiseris, os vterorum asperum deprehendes. Cùm sic habuerit cyclaminum & salem tritum, & ficum crudam permixtam, hæc melle subacta in subditicio apponito, & post fomentum admotum, purgatoriis eluito. Mercurialem autem & brassicas coctas comedat, & succum sorbeat, calidáque lauet. Si vteri tumorem durum senserint, menses absconduntur, & eorum osculum clauditur, neque prægnans fit. Cùm sic habuerit, si digito contrectaris, os asperum deprehendes, neque digitum intromittit, febris & dentium fremitus eam prehendit, dolor imum ventrem detinet, laterum inanitatem & lumbos. Quæ ei contingunt si corruptus in ea fœtus computruerit. Quibusdam verò etiam ex partu, & plærumque aliter contingit. Cùm sic habuerit, ipsam multa calida lauare, eique fomentum admouere oportet. Recèns lotæ & fotæ per speculum immissum os vterorum aperito & dilatato, quod per digitum similiter facito, & subditicia medicamenta, velut in priore scriptum est, adhibeto, potiones eodem modo propinato, eandemque velut in priore curationem facito. Si vteri ad latera incumbant, tussis & dolor detinet, sub costis velut pila sentitur, & ad contactum dolor velut ab vlcere, contabescit, pulmonis inflammatione tentari videtur, conuellitur, & gibbosa euadit, menses in totum non apparent, quibusdam verò priùs apparentes euanescunt, tumque euntes debiliores, & pauciores, aut deteriores sunt quàm antea, neque eo tempore genitura intus oritur. Cùm sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinare oportet, & post potionem calida multa lauare, & tepefactoria quæ maximè admittet, admouere, & in subditicio ea quæ sanguinem purgent apponere. Lini semen tostum, tusum & cribratum, papauer album cum tenui polenta, caseum caprinum sorde & muria derasa, hæc miscето, vt casei partes sint duæ,

reliquorum verò vnâ, & cum polenta vetere insulsa in vino ieiunæ bibenda exhibeto. Sub vesperum autem cyceonem crassum melle affuso exhibeto, & ex potibus quem præcipuè admiserit propinato, & crebrò foueto. Calida autem perfundito, & cerato leuiter emolliendo à latere retrudito, latus fascia lata deligato, & lac bubulum quamplurimum ad dies quadraginta potui exhibeto, cibis verò quàm mollissimis vtatur. Hic morbus vehemens est & lethalis, paucæque etiam curatæ eum effugiunt. Si vteri oculum connineat, durum velut captifici fructus euadit, & si digito immisso contrectaris, durum & conuersum comperies, neque digitum intromittit, menses delitescunt, genituram per hoc tempus non recipit, dolor imum ventrem, lumbos & lateris inanitatem detinet, interdum verò ad superiora instat & suffocat. Cùm igitur sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinato, copiosa calida lauato, & quæ os emolliant in subdititio apponito, immissoque specillo aperito, quod per digitum eodem modo facito, & aqua perfundito. Vbi autem molle fuerit, quæ sanguinem purgant subter apponito, potiones, experimento facto quamcunque admiserit, exhibeto, brassicam comedat, & succum sorbeat. Si vteri transuersi fuerint, eorum quoque os obliquatum redditur, & menses interdum ei delitescunt, interdum verò vbi antea comparuerint euanescunt, neque similes existunt, sed deteriores & quàm antea pauciores, neque per id tempus genitura intus manet, dolor imum ventrem, ilia, lumbos, & coxam detinet, eamque contrahit. Cùm sic habuerit, medicamentum deorsum purgans potui exhibendum, & calida lauandum, fomentúmque admouendum. Cùm autem recens fota & lota fuerit, mulier digito ad contrectandum immisso os vterorum dirigat & emendet, & suffitus ex odoratis adhibeatur. Ex potionibus quam maximè experimento facto admittet exhibeto. Cibis autem mollibus vtatur, & allia cocta & cruda comedat, viro condormiat, & in sanam coxam decumbat, alteri autem fomentum adhibeatur. Morbus autem ægrè expellitur. Si vteri inflati fuerint, venter attollitur & flatu distenditur, pedes & faciei cauæ partes intumescunt, color deformis existit, menses per hoc tempus non eunt, debilis est & anxietate premitur, cúmque surrexerit aut progressa fuerit, erectæ ceruicis spiratio eam detinet, quicquid comederit aut biberit, eam molestia afficit, gemit & animum magis despondet, quàm priùs quàm comederit, plærunque etiam præfocatur. Cùm sic habuerit medicamentum deorsum purgans propinato, calida lauato, & fomentum adhibeto. Interiecto verò tempore aliquo, ex quibus purgetur & mordeatur subter apponito, creberrimè etiam totum corpus foueto, tuncque subter pudenda suffitum ex odoratis, ad nares verò ex graueolentibus admoueto, potiones quæ vteros purgent exhibeto, mercurialem edat, & lac bibat, velut in latus allapsu dictum est. Morbus autem diuturnus est. Alia curatio. Si in vteris sanguinis grumi fuerint, eorum os tanquam orobis plenum existit, & si attrectaris ita se habere comperies, menses non eunt, neque genitura intus manet. Cùm igitur sic habuerit, cyclaminum detracto cortice, allium, sales, ficum & mellis parum,

ἐν ᾧ τῶν ἄλλων. τῶν δ' ἀμφίτων ἑώλων αὐδήτων, νήστει δίδου πίνειν ἐν οἴνῳ. ἐσπέρης δ' κυκεῶνα παχὺ μέλι ὑπιχέων, δίδου καὶ τῶν πομμύκων ὅ, τι ἂν μάλιστα προσδέχηται, πιπίσκειν [181] καὶ πυελίω πυκνά. τὰ θερμὰ δ', ἀμώνας. τῇ κηρωτῇ ἡσυχῇ μαλάσσοντα ἀποθλίβειν ἀπὸ τὰ πλευρά. καὶ ἀναδεῖν τὸ πλευρὸν ταινίῃ πλατείῃ. καὶ γαλακτοποτεῖν, τὸ βόειον γάλα ὅτι πλείστον ἐφ' ἡμέρας τεσσαράκοντα. σιτίοισι δ' χρήσθω, ὡς μαλθακωτάτοισιν. ἢν δ' νοῦσος, ἀπερχή τε καὶ θανατώδης. καὶ ὀλίγας καὶ μελεδαινομένας ἀμφθύρσιον αὐτῷ. ἰὼ τὸ σῶμα ξυμμύσῃ, γίγνεται ἰκμερές, ὥσπερ ἐλαίου καὶ ἰὼ ἐσαφάσῃς τῷ δακτύλῳ, [184] ὄψις σκληρὸν δὲ ξυνεστραμμένον. καὶ δάκτυλον οὐκ ἐσίησι. καὶ τὰ ὑπομήνια ἀποκεκρύφασι. καὶ τὸν γενικὸν δ' δέχεται τρόπον τὸν χρόνον. καὶ ὀδυνᾶται ἔχει τὸν νεφρὸν μᾶλλον δεξιόν, καὶ τὸν ὀσφῦν, καὶ δάκτυλον κενεῶνα. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄνω προσίσασι, καὶ πνίγει. ὁκόταν οὖν ὧδε ἔχῃ, φάρμακον πίσσης κάτω. καὶ λύειν πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ προσιθέναι ἄφορ μαλθάσσει τὸ σῶμα. καὶ τὸν μήλινον καθιέναι, καὶ ἀναστομοῦν. καὶ δάκτυλον ὡσαύτως, καὶ ἀμνίῳ. ὁκόταν οὖν μὴ θάκον ᾖ, προσιθέναι, ὁκόσα καθαίρει αἷμα. καὶ τῶν ποτημμύκων δίδοιαι πειρώμενος ὅ, τι ἂν προσδέχηται. ἐπὶ τὰ κρόμμυα ἐλαίῳ ἐλαίετω. καὶ δάκτυλον ῥοφείτω. ἰὼ προσλοξαίνονται αἱ μῆτραι, καὶ τὸ σῶμα αὐτέων λοξὸν γίγνεται. καὶ τὰ ὑπομήνια αὐτῇ, ὅτε μὲν κρύπτεται, ὅτε δὲ προφαίνεται οἴχεται. καὶ οὐχ ὁμοίως γίγνεται, ἀλλὰ κακίω τε καὶ ἐλάσσω, ἢ πρὸ τοῦ. καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐγίνετο τότε τὸν χρόνον, καὶ ὀδυνᾶται ἴσχει τὸν νεφρὸν μᾶλλον, καὶ τὰ ἰξύος, καὶ τὸν ὀσφῦν, καὶ τὸ ἰσχίον. καὶ ἐφέλκει ἀῶδε. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πίσσης ἐλατήριον. καὶ λύειν θερμῷ καὶ πυελίω. ὁκόταν δ' νεοτρυφήτης ἢ νεόλουτος ᾖ, [185] δάκτυλον ἐσαφάσασθαι, ἀπερθύτω καὶ περθυμιάσθω τὸ σῶμα τῶν μητρέων. καὶ ὑποθυμιάσθω τὰ ὀδώδεα. καὶ τῶν ποτημμύκων δίδου πειρώμενος, ὅ, τι ἂν μάλιστα προσδέχηται. σιτίοισι δ' χρήσθω μαλθακοῖσι. καὶ κοιμάσθω ἐαθιέτω, ἔφθα καὶ ὠμά. καὶ τῷ ἀνδρὶ συγκοιμάσθω. καὶ ὅπῃ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον κατακείσθω. τὸ δ' ἕτερον πυελιάσθω, ἡ δὲ νοῦσος, δυσαπάλλακτος. [186] ἰὼ φριοῦσιν αἱ μῆτραι, ἢ τε γαστὴρ αἴρεται καὶ φυσᾶται. καὶ ἀπὸ πόδες οἰδέουσι, καὶ τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου. ἡ χροιὴ δ' ἀειδὴς γίνεται. [187] καὶ τὰ ὑπομήνια ἀ γίνεται τότε τὸν χρόνον. [188] καὶ ἀθυμέει. καὶ δύσφ. καὶ ὁκόταν ἀνίσηται ἢ προσέλθῃ, [189] ἐς τὸν ὀρθόπνοιαν αὐτῷ ἴσχει. καὶ ὅ, τι ἂν φάγῃ ἢ πίῃ, λυπεῖ αὐτόν. καὶ πένεται [190] καὶ δυσημεῖ μᾶλλον, ἢ πρὶν φαγεῖν. πολλάκις δ' καὶ πνίγεται. ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, φάρμακον πίσσης κάτω, καὶ τῷ θερμῷ λούειν, καὶ πυελίω. ἀλγαλιπὼν δ' χρόνον τινά, προσιθέναι ὑφ' ὧν καθαρθείη, [191] καὶ δηχθήσεται. πυελίω δὲ ὡς πυκνότατα τὸ ὅλον σῶμα. ὅτε δὲ ὑποθυμιάσθω τὰ ὀδώδεα. ὑποθυμιάσθω τὰ ὀδώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ κακώδεα. καὶ ποτήματα δίδου, [192] ὅσα καθαίρει ὑστέρας. καὶ τὸν λινοζώστην ἐαθιέτω. καὶ τὸ γάλα πινέτω, ὥσπερ ὅτι τὸ πλευρὸν ἔρηται. [193] ἡ δὲ νοῦσος, χρονίη. [194] Ἄλλη θεραπεία. ἰὼ θρομβωθῶσιν αἱ μῆτραι τὸ σῶμα αὐτέων γίνεται οἷ ὀρθὸν μεσόν. καὶ ἰὼ ἐσαφάσῃς, ὄψει ὧδε ἔχον, καὶ τὰ ὑπομήνια οὐ γίνεται. [195] οὐ δὲ ἡ γονὴ κατέχεται. ὁκόταν οὖν ὧδε ἔχῃ, τῆς κυκλαμίνου δ φλοιὸν προσελεπίσαντα, καὶ σκόροδον, καὶ ἄλφας. καὶ σῦκον. καὶ μέλι ὀλίγον.

τοῦτο

τοῦ τείλας καὶ ξυμμίξας ποιήσας βάλανον, περιθεῖναι περὶ τὸ στόμα τῶν μητρέων. καὶ τῶν ἄλλων περιθετῶν τὰ μητρέων τὰ προσήκοντα, ὁκόσα δηλαδὴ δριμέα ἐστί. καὶ ἐσθίειν καὶ ὑφ' ὧν καθαίρεται αἷμα. καὶ τῶν ποτημάτων διδόναι, ὅσα ὑστέρας καθαίρει,[196] καὶ περιξύσας πόμα, καὶ περιειλίξας κώστος δέρμα ἢ ὑμθία, δεχέσθαι τὸ στόμα τῶν μητρέων.[197] Ἢν περιστραφῶσιν αἱ μῆτραι, τά τε ὀπίσθια γίνεται. καὶ ἡ γονὴ ὀκὸς ἐγίνετο. καὶ ὀδυνᾶται ἴσχει τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὸν κενεῶνας. καὶ ἰὼν ἐσφάσῃ τῷ δακτύλῳ, ὀκὸς ἂν δυνατὸς ᾖ στόματος ἅψεται τῶν μητρέων, ἀλλ' ἀναχεχώρηκεν ἰσχυρῶς. ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πίσαι, ὑφ' οὗ καθαίρεται ἄνω καὶ κάτω, κάτω δὲ μᾶλλον.[198] καὶ πυελίῳ τὸ, τε στόμα καὶ τὰς μήτρας ὡς μάλιστα. καὶ λούειν τῷ θερμῷ, διὰ τῆς ἡμέρης. καὶ τῶν ποτημάτων, ὅ, τι ἂν μάλιστα περιδέχηται, πειρώμενος δίδου. καὶ ξυνευδέτω τῷ ἀνδρὶ, ὡς πυκνότατα. καὶ τὰ ῥαφανίδια ἐσθιέτω. ἰὼν μὴ κατὰ χώρην μένωσι κινηθεῖσαι αἱ μῆτραι, ἔνθα δ' ἂν περιστέωσιν ὀδυνᾶται πλέονα, καὶ ἀφανέες γίνονται. ὁ τε δ' ὄζιχωσιν[199] ὥσπερ ἔδρη. ὁκόταν μὲν ὑπτίη καταχειμθὴ τύχῃ,[200] κατὰ χώρην μένουσιν. ὁκόταν δ' ἀναστῇ ἢ ὀπισθόπτη, ἢ ἄλλοτί κινηθῇ, ὀζέρχεται. πολλάκις δὲ καὶ ἡσυχίην ἔχουσι. Τοιούτου χρὴ ὡς ὅτι μάλιστα, ἡσυχάζειν, καὶ μὴ κινεῖσθαι. καὶ τὰ κλίνιον χειμῶνος πρὸς πόδας ὑψηλότερον. καὶ τοῖσι αὐτέοισι χρῆσθαι, ὥσπερ ὅτε τοῖσιν ἐπάνω. καὶ τοῖς τρυφεροῖσιν ἀμφιεσμασιν. καὶ ἐσθυμιᾶν τὰ κακώδεα. ἐσθὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ δυώδεα.[201] καὶ ῥοιὰν δεῖ τὸ ὀμφαλὸν πῆσαν τὰ μέσης, πίσσῃ χλιηρὰν τὰ ὅτι οἴνῳ, ἢ ὅτι μάλιστα ἁρμόζῃ. καὶ μὴ πιέζειν λίαν περιστὰς ὡς περισωτάτω. ὁκόταν δὲ τι περιστῇς ὅτι τὸ ὀσφύος ἐπῳδήσας ταινίῃ πλατείῃ αἰωρέων ὡς ἂν μὴ ἐξολισθάνῃ, ἀλλὰ μένῃ[202] καὶ πιέζῃ τὸ δοκέον. καὶ τῶν μηκώνων[203] ζωμὸν τῷ πυρῷ καὶ τοῖσιν ἀμφίτοισι πιπίσκειν, ὥσπερ ὅτε τῆς πρὸς τὸ πλεῦρον περιπαλώσει γίγνεται. τῶν ποτημάτων πειρώμενος ὅ, τι ἂν μάλιστα περιδέχηται, πιπίσκειν. σιτίοισι δὲ ὡς μαλθακωτάτοισι χρῆσθαι. καὶ μετ' ἀνδρὸς ὡς ὅτι μάλιστα κοιμᾶσθαι.[204] Ἢν αἰωρήσῃ τὸ στόμα τῶν μητρέων μεῖζον ἢ ὡς πέφυκε, τά τε ὀπίσθια γίγνεται πλείω καὶ κακίω. καὶ ὑγρότερα. καὶ ἀμφὶ πλέονος χρόνου. καὶ ἡ γονὴ αὐτῆς οὐκ ἄπεπτος, οὐδὲ ἐμμένει, ἀλλὰ πάλιν ἐκχεῖται ἔξω. καὶ ἢν ἐσαφάσῃς τῷ δακτύλῳ τὸ στόμα τῶν μητρέων διῤῥήσεις αἰωρεόμενον. καὶ ἀδυναμίη αὐτοῦ λαμβάνει ἐσθὸ τῶν ὀπισθίων. καὶ πυρετὸς, καὶ ῥῖγος, καὶ ὀδύνη ἴσχει τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ τὸν κενεῶνας, καὶ τὰς ἰξύας. πάσχει δὲ ταῦτα μάλιστα ὑφ', ὧν τι ἐν αὐτῇ χυθῇ, καὶ διαφθαρέν ἔσωθεν. πάσχουσι δὲ καὶ ἐκ τύχης. αἱ δὲ καὶ ἀμόθεν. ὁκόταν μὲν οὖν ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πιπίσκειν, ὑφ' οὗ ἄνω καθαίρεται. καὶ ὁκόταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, τὰ χλιασμὰ περιστέναι.[205] καὶ τῷ θερμῷ λούειν.[206] καὶ διαλιπὼν κλυζειν, ὥσπερ ὅτε τὰ περὶ τὰς γαστέρας. καὶ τὰ ποτημάτων διδόναι, ὅ, τι ἂν μάλιστα περιδέχηται. καὶ ἐσθυμιᾶν, ὁκόσα ξηραίνει. καὶ τῶν πολυπόδων ἐσθιέτω. καὶ τὰ λινοζώστην.[207] Ἢν λειανθῶσιν αἱ μῆτραι, τά τε ὀπίσθια πλείω γίγνεται, καὶ κακίω. καὶ ὑγρότερα. καὶ πυκνότερα. καὶ ἡ γονὴ ὀκὸς ἐμμένει, ἀλλὰ πάλιν ὀζέρχεται. καὶ ἢν ἐσαφάσῃς τῷ δακτύλῳ, ὅκῃ τὸ στόμα λεῖον. καὶ ἀδυναμίη αὐτοῦ λαμβάνει ὑπὸ τῶν ὀπισθίων. καὶ πυρετὸς. καὶ ῥῖγος. καὶ ὀδύνη ἐς τὴν νείαιραν

hæc trita & simul mixta in glandulam efformato; & ad vterorum os in subdititio apponito, & ex aliis vterorum subditiis, ea quæ conueniunt, hempe quæ acria sunt, rodunt, & ex quibus sanguis purgatur. Potiones quæ vteros purgent exhibeto; & omnibus derasis, conuoluta circa digitum vesicæ cute aut pellicula, os vterorum deradito. Si vteri intorti fuerint, menses non eunt, neque genitura intus gignitur, dolor imum ventrem, lumbos, & laterum inanitates detinet, & si digito immisso contrectarit, os vterorum cùm valde recesserit contingere nequeat. Cùm sic habuerit, medicamentum ex quo sursum ac deorsum; magis tamen deorsum purgetur, exhibendum, oriqúe & vtero præcipuè fomentum admouendum, bisque die calida lauandum, potiones quas maximè recipere expertus fueris, exhibeto, quàm frequentissimè cum viro dormiat, & brassicam comedat. Si vteri moti suo loco minimè maneant, quam verò in partem prolabuntur dolores afferunt, inconspicui existunt, interdum verò velut sedes extra prominent. Cùm quidem supinam decumbere contigerit, suo loco manent, vbi verò exurrexerit, aut prona incubuerit, aut aliquantum mota fuerit, extra feruntur, plærunque etiam quiescunt. Hanc quàm maximè quiescere miniméque moueri oportet, lectumque ad pedes altiorem sternere, & iisdem quibus supra vti, acerbis perfundere, suffitum ex graueolentibus subter adhibere, naribus verò ex odoratis. Et malum punicum in medio per vmbilicum perforatum, & picem quæ maximè conueniat, in vino tepefactam, neque admodum expressam, quàm penitissimè in subdititio apponito. Cùm verò aliquid subter apposueris, fascia lata exceptum, ex lumbis ne clabatur religato, sed vt intus maneat, & quod conuenit efficiat, & peplum cum caseo & polenta propinato, velut in vteri ad latus prolapsu scriptum est. Ex potionibus, expertus quàm maximè susciptat, bibendam exhibeto. Cibis verò quàm mollissimis vtatur, & quàm maximè cum viro dormiat. Si vteri plus solito hiarint, menses tum copiosiores, tum deteriores, & humidiores, & per longius tempus eunt, neque genitura eam attingit, neque intus manet, sed contra foras effunditur, & si digito immisso vterorum os contrectaris, dehiscens deprehendes, & imbecillitas propter menses eam prehendit, febrisque & rigor, dolor imum ventrem, laterum inanitates & lumbos detinet. Hæc autem ei quidem præcipuè contingunt, si quid in ea corruptum computruerit & effusum fuerit, accidit etiam ex partu, & aliis alio modo. Cùm igitur ita habuerit, medicamentum ex quo sursum purgetur propinare oportet, & cùm dolor detinuerit, tepefactoria admouere, & calida lauare, intermissoque aliquo tempore ex infuso colluere, velut in superiore scriptum est, & potiones quas maximè susciptat exhibere, ac in suffitu quæ siccant apponere, polypos etiam & mercurialem edat. Si vteri læues & lubrici extiterint, & menses copiosiores, & deteriores, humidiores & crebriores contingunt, genitura intus non manet, sed contrà extra fertur, siqúe digitum ad contrectandum immiseris, os læue deprehendes, imbecillitas eam propter menses, & febris, & rigor inuadit, & dolor ad imum

ventrem, lumbos, & lateris inanitates, præcipuè quidem si quid in ea corruptum computruerit, & ex partu, aliaque ex causa. Cùm sic habuerit, vbi dolor detinuerit, curare oportet velut in superiore scriptum est. Si vteri ad ventrem vergant, dolor acutus & vehemens, coxendicem, lumbos ac lateris inanitates detinet, crusque claudicat. Cùm sic habuerit, medicamentum deorsum purgans potui exhibendum, postridie verò suffitus admouendus. Hordei chœnices duas, oleæ folia tenuiter concisa, gallam contusam & cribratam, hyosciami tertiam chœnicis partem, hæc mixta & oleo ad dimidiam heminam in olla subacta, per dies quatuor ter die ad suffitum adhibeto. Lac bubulum noctu mel & aquam bibat, & calida lauet. Si vteri ad caput vertant, istud erit indicio. Nasi venas & sub oculis dolere existimat. Hanc multa calida lauare oportet, & lauro & myrto in aqua decocto caput etiam lauare, & vnguento rosaceo illinere, ad suffitum odorata adhibeantur, & brassicam comedat, succumque insuper sorbeat. Si ad crura & pedes vertantur, inde cognosces, pedum pollices sub vnguibus conuelluntur, & crura ac femora dolor detinet. Cùm sic habuerit eam calida multa lauare oportet. Fomentum quod maximè susciperit admouere, graueolentia ad suffitum adhibere, ac vnguento rosaceo illinere. Si mulierem ex vteri dolore cibi fastidium, febris & rigor prehendat, pepli albi quintam dimidiæ chœnicis partem, seminis vrticæ parem portionem, & casei caprini derasi chœnicis dimidium, hæc vino vereri simul emollita, deinde cocta, sorbenda dato. Si ex partu fluxus prehendat, cibique in ventre minimè maneant, vuæ passæ nigræ & mali punici dulcis interiora trita, & hœdi coagulum vino nigro macerato & vtitor, & caseo caprino derasо, triticique polenta torrefacta iniecta & probè temperata potui exhibeto. Si ex partu sanguinem vomitione reiiciat, hepatis fistula perforata est, dolor ad intestina & cor procedit, & conuellitur. Hanc calida copiosa lauare oportet, & ex tepefactoriis quod maximè susciperit admouere, & lac asininum ad dies quinque potui exhibere, post hæc verò lac vaccæ nigræ ieiunæ ad dies quadraginta propinare, sub vesperum autem sesamum tritum. Hic verò morbus cum periculo coniunctus est. Cùm mulier ex longo interuallo non conceperit, menseseque apparuerint, tertio vel quarto die alumen tenuiter tritum, vnguento subactum, lana exceptum subter apponito, & tribus diebus positum teneat. Tertio die fel bubulum derasum & linteo impositum, vbi ramentum oleo madefeceris ac subegeris, in subdititio apponito, & tribus diebus detineat, altero verò die virum adeat. Linum scissum cum calamis ferè pugillum tenuiter tusum, per noctem vino albo suauissimo maceratum, postea excolatum in ollula tepefacito, in eo lanam quàm mollissimam intingito, & partim subter apponito, partimque detrahito. Si vteros purgare voles, primùm quidem ex hordeo oleo madefacto prunis impositо suffitum adhibere oportet, postero verò die carnem ouillam decoquere in hordei decocto per noctem sub dio expositam. Hordei decoctum congij mensuram esse oportet, valdeque decoquere. Cùm decocta fuerint, exactè tepida edat, & iusculum insuper sorbeat.

γαστέρα, & τὰς ἰξύας, καὶ τὸν κενεῶνας. μάλιστα μὲν ἐὰν ἡ ἐν αὐτῇ ὀφθαρεῖσα σαπῇ, & ὀκνῇ, & ἄλλως. ὅταν μὲν οὖν ἐν τούτῳ ἔχῃ, θερμαπτέον χρή, ὅκου αὖ καὶ ἡ ὀδυνὴ ἔχῃ. ὥσπερ δὲ καὶ τὸ πρότερον γέγραπται. ἐὰν δὲ μὴ πρὸς τὴν γαστέρα νεύσῃ, ὃ μάλιστα ὀδυνᾶται ἔχει, ὀξεῖά τε καὶ ἀσθενὴς, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὸν κενεῶνας. καὶ ὃ σκέλος βλίσκάζει. ὁκόταν οὖν ἔχῃ, φαρμακον χρὴ πίνειν ἐλατήριον. τῇ ὑστεραίῃ ὑποθυμιᾶν. τῶν τε κριθέων χοίνικας δύο, καὶ ἐλαίης φύλλα [208] καταγνύσας πυκνά. καὶ κνίδα καταψήσας, καὶ σήσας. καὶ ὑὸς ἀμοῦ τριταῖα χοίνικος, τοῦτο μίξας καὶ ἐλαίῳ τοσούτῳ ὅσου ἡμικοτύλιον [209] ἐν χύτρῃ, ὑποθυμιᾶν ὅτι τέσσαρας ἡμέρας, τρὶς τὴν ἡμέρης. τὴν δὲ νύκτος, γάλα βοὸς, & μέλι & ὕδωρ πινέτω. & θερμῷ λουέσθω. Ἢν ἐς τὴν κεφαλὴν τραπῶσιν αἱ ὑστέραι, σημεῖον τόδε. τὰς φλέβας τὰς ἐν ῥινὶ, τάς τε ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς [210] φλεγμαίνειν δοκεῖ. τοῦτον χρὴ λούειν θερμῷ πολλῷ, καὶ τὴν κεφαλὴν. δάφνην τε καὶ μυρσίνην ἐνεψῶν ἐν τῷ ὕδατι. καὶ ῥοδίνῳ μύρῳ τὴν κεφαλὴν ἐγχρίεσθω. [211] καὶ ὑποθυμιάσθω τὰ αἰδοῖα. καὶ τὴν καμβίην ἐσθιέτω. καὶ ⟨ω⟩ χυλὸν ὑπερεφείτω. [212] ἰὼ ἐς τὰ σκέλεα & τὸν πόδας τρα-πῶσι, γνώσῃ ἐν τῷδε. τὸν μεγάλους δακτύλους τῶν ποδῶν, ἁπάντων ὑποτὸν ὄνυχας. καὶ ὀδυνᾶται τὰ σκέλεα καὶ τὸν μηρούς. ὁκόταν οὖν ἔχῃ, χρὴ λύειν αὐτὴν πολλῷ καὶ θερμῷ. [213] καὶ πυελίζειν, ὅ, τι ἂν μάλιστα προσδέχηται). καὶ ὑποθυμιᾶν τὰ κακώδεα. καὶ ὦ μύρῳ τῷ ῥοδίνῳ ἀλείφεσθαι. ἰὼ γυνὴ ὑστέρας ἀγέειν αὐτίκα, καὶ πυρετὸς αὐτὴν, καὶ ῥῖγος λαμβάνει, μήκωνος λευκῆς, ὅσον πεμπτημόριον ἡμιχοινίκιον, [214] καὶ κνίδιον καρπὸν ὅσον καὶ τυρὸν αἰγείου ὅσον ἡμιχοίνικα ξύσας, ὁμοῦ τε μαλθάξας σὺν οἴνῳ παλαιῷ, ἔπειτα ἐφήσας, διδόναι ῥοφᾶν. [215] ἢν δὲ μὴ ῥᾷς λαμβάνῃ, καὶ τὰ στέαρ ἐν τῇ γαστρὶ μὴ ἐμμένῃ, ἀσταφίδος χρὴ μελαίνης καὶ ῥοιῆς γλυκείης τὰ ἔνδον τρίψαντα, καὶ ἐπιφυτίσαι πτισάνην διεὶς οἴνῳ μέλανι, χρέον, τυρὸν ὀπτὸν ξύσας αἰγεῖον. & ἧπαρ πυρὸν πεφωσμένα ὀπτὸν ἐνέγκαι, κερασάσθω οἴνῳ αὐστηρῷ, δοὺς πιεῖν. ἢν δὲ αἷμα ἐμεῖν ἐν τούτῳ, [216] τὸ ἥπατος ἡ σύριγξ τέτρωται). καὶ ὀδυνᾶται ἐς τὰ ἀπολάγνια φοιτᾷ, καὶ τὴν καρδίην, καὶ ἀσθενέει). τοῦτον χρὴ λούειν, πολλῷ καὶ θερμῷ. καὶ τὸ χλιάσματος, ὅ, τι ἂν μάλιστα προσδέχηται, προσδιδόναι. & πιπίσκειν οἶνον μέλαν, ὅτι ἡμέρας πέντε μὲν ἢ τοῦ μεταπιπίσκειν βοὸς μελαίνης, [217] ἀσιτέοντα ὅτι ἡμέρας τεσσαράκοντα. ἐς ἣν τὸν ἑσπέριον, σήσαμον τετριμμένον πιπίσκειν. ἡ δὲ νοῦσος ὀπτικὸν δεινός. ἢν γυνὴ λάβῃ. παλαιῷ μὲν κυίσκηται τὴν ὀπτιμνίων ἐμφανομένων ὁκότε ἢ τριταίη ἢ τεταρταίη, ξυσπήλιον λείον τρίψας, διεὶς μύρῳ ἐλαίῳ ἀναστυφίζων προσίστω. καὶ ἐχέτω κείμενον ἡμέρας τρεῖς. τῇ δὲ τρίτῃ [218] ξύσας βοὸς χλόην, καὶ ἐν ῥάκει ὀπτὸν, διεὶς ἐλαίῳ ὃ ξύσμα, καὶ ἀναδήσας προσίστω. καὶ ἐχέτω ἡμέρας τρεῖς. [219] τῇ δὲ ἑτέρῃ ἀνδρὶ ξυνελθέτω. [220] Λίνον δὲ σχιστὸν ταύτης τὴν καλάμης ὅσον δραχμίδα κόψας λεπτὰ καταῤῥέξας τε ἐν οἴνῳ λευκῷ ὡς ἡδίστῳ τὴν νύκτα, ἔπειτα ἀπηθήσας χλιαίνων ἐν χυτριδίῳ, ἐλαίου ὡς μαλθακώτατον ἐμβάπτων ὃ μὴν προσίστω, ὃ δὲ ἀφαιρέειν. ἰὼ βουλῇ ὑστέρας καθῆραι, προεῖπον μὲν χρὴ ὑποθυμιῆσαι κριθὰς ἐν ἐλαίῳ δεδευμένας, ἐπ' ἀνθράκων. τῇ δὲ ὑστεραίῃ οἶος χρὴ κρέας ἑψεῖν· κριθίδιον ὄζῃ θριαμβύου. [221] ὃ δὲ κριθὴν ἑψῇ). ὅσον χοέα. καὶ καθεψεῖν σφόδρα. ἐπειδὴν δὲ ἑφθὸν ᾖ, ἀκροχλίαζον καταθιέτω. καὶ τὸ ζωμὸν ὑπερροφείτω.

τῇ δὲ

τὴν δ' ὑστεραίην λιβανωτὸν καὶ γλήχωνα λεῖον ποιήσας αἰμαδδύξας, μέλιτι θείῳ ἀναπολίζων, παρατίθη, ὅπως τρεῖς ἡμέρας. ἢν δ' ἐς τὸ ἕδρην τραπῶσι, καὶ τὰ ἀποχωρήματα κωλύωσιν ἀποχωρέειν, ὀδυνάσι δὲ ἰσχουσι τὴν τε ὀσφὺν, καὶ τὸ νεάτερον γαστέρος, ἢ τὰ ἰξύας. ὁκόταν οὖν δὴ ἔχῃ, λύειν χρὴ αὐτίκα, καὶ θερμῷ. καὶ πυελῆν τὴ ὀσφύϊ. καὶ ἀποζυμώσας τὰ κακώδεα. καὶ παροσθένας ὀκόσα καθαίρει τε καὶ ἑλαύνει τὰς ὑστέρας. καὶ πιπίσκειν ὅ, τι ἂν μάλιστα παροσδέχηται. [222] ἢν ἑλκωθῇ τὸ στόμα ἢ φλεγμήνῃ, σμύρναν καὶ στέαρ χίειον, καὶ κηρὸν λευκόν. καὶ λιβανωτὸν ἐν λαγωῶθρίῳ, τῆσιν ἀποτὸ τοῦ γαστέρος μίξας, καὶ λεῖα ποιήσας ἐν θείῳ ὡς μαλθακωτάτῳ παροστρώσαι. ἰὼ τὰ ὑστερικὰ μὴ δυνήσεται ἀποφυγεῖν, παραχρῆμα μὲν χρὴ ἀσιτεῖν. ἄγνου δὲ πέταλα λεῖα τείψαντα ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι, ἔλαιον ὀπτιχέας ἀναχλιήνας, δίδου πιεῖν, ὅσον κοτύλην. [223] ἢν φλεγμήνωσιν αἱ ὑστέραι, τὰ ἀκτῆς καὶ φύλλα ὡς ἀποδρώσαντα ἐν πυρῶν χριμνοῖς ἑψήσας σταφυλίοις ἀκεχλίαρον δίδου ῥοφεῖν. ἢν μεταχινηθῶσιν αἱ μῆτραι, χιτῶνα ὡς ξηρότατον τείψας, καὶ λεπτότατον δήσας ἐς ὀρόβιον [224] παροσφέρειν καὶ παροσφέρειν ἄλλο μηδέν. πιεῖν δὲ διδόναι [225] πυρὸς παρακομιδῆς. [226] καὶ μήκωνα ὀπτὴν. καὶ ἐλελισφάκου. καὶ κύμινον, καὶ ἄνησον. ταῦτα τείψας λεῖα, δοὺς οἴνῳ [227] καὶ τῶν κυρηβίων τὰ ἀπὸ τῶν κριθῶν, [228] διδόναι δὶς τῆς ἡμέρης ἑφ' ἑκάτερον ἡμικοτύλιον, ἢν τε ὀπισθίνια μηνίῃ ἐν ᾧ καθεσμὸς ᾖ χρόνος, κεφαλῆς πέταλα, καὶ πήγανον τείψας λεῖα, ἔπειτα ἀχυρα ἀπὸ τῶν κριθῶν ὅσον χοίνικα βρέξας ὡς αὐτὰ τέτληκε, ὀξάλμησον. ἔωθεν δὲ [229] ποιήσας ὅσον κοτύλην δοῦναι τὰ κεφαλῆς, καὶ τὸ πήγανον, ἔλαιον αὐτοῖς ὀπτιχέας καὶ ἀναζέσας δοῦναι πιεῖν. ἔπειτα πολυπόδια πλύνας ἐν οἴνῳ λευκῷ, ὀδὸς φαγεῖν, καὶ ⓦ οἶνον ἐκπιεῖν. ἢν δὲ βούλῃ τὰ ἰχθύων ἑψῶν τὰ εὐωδεστάτων, διδόναι ἐσθίειν, καὶ ⓦ ζωμὸν ῥοφᾶν. ἰὼ ἀφῆψαι καὶ αἰδοῖα, [230] μύρτα ἑψήσας ἐν οἴνῳ, ὄζῃ δὲ λυζέσθω αἰδοῖα. ἔπειτα ῥοιῆς γλυκείης σίδια ἑψήσας ἐν οἴνῳ, καὶ σμύρνης καὶ ῥητίνης ὁμοῦ μίξας, δοὺς οἴνῳ, ὀδόντιον ἐμβαλὼν, παρατίθει. ἰὼ φαγέδαιναν λάβοι, [231] τὰ σικύης ἀποταμὼν τὸ στόμα καὶ ⓦ πυθμένα, ὀπτήσας ἀνθρακίῃ, παρείτω τὴν σικύην [232] τὰ σμύρνης ὅπως τὸ πῦρ ὑπεπάσας καὶ παρεκαθίσας ὅτι τὰ σικύην. καὶ ἐπιθέσθω ἐς τὸ αἰδοῖον τὸ ἄκρον τὰ σικύης, ὡς ἐσωτάτω, ὅκως αἰ ἢ ἀτμὶς ὡς πλείστη ἐς τὰ αἰδοῖα ἀποπέμπηται. καὶ τὰ ὑρηνικὸν πολυμὸν διδόναι πιεῖν. [233] ἰὼ δὲ ἐς τὴν καρδίαν παρισάμενα πνίγωσιν αἱ ὑστέραι καὶ μὴ ἀφιεῖσαι, παρατίθει καρπὸν πέπονα καὶ γλήχωνος διεὶς ὕδατος κυάθοις τρισὶ, καὶ ὄξεος λευκοῦ κυάθῳ, καὶ μέλιτος πέπτου μέρος κυάθου, χλιαίνων, νήσας δίδου ῥοφεῖν. ἢν δὲ ἔχῃ ἢ παρωσμὸν ῥίγεος λαμβάνῃ, ἀφεύθω τὰ καρπὸν [234] καὶ ἐλελισφάκου ὁμοῦ πέπονα, δὶς ἐς ὄξος λευκοῦ κύαθον. ὀπτιχέας τε ὅτι οἴνου λευκοῦ κεχρημένου κύλικα, δὰ τελίξας, ἔασον κεῖσθαι. ἔωθεν δὲ ἀπηθήσας, χλιήνας πιεῖν δίδου. [235] ἢν αἰνεμέωσιν αἱ μῆτραι. καὶ ἰὼ ἄνεμος ἐγκλῄῃ τῇ νηδύϊ, καὶ πόνος ᾖ, ἐλελίσφακον καὶ κύμινον κόψας πέπτα τὰ νύκτα, ἔωθεν ἀπηθήσας, δὲ καθαρὸν εἰς χύτρειον ἐγχέας, χρίμνα πύεινα ἐμβαλὼν, καὶ ὄξος λευκοῦ ὅσον κύαθον, [236] ὀπτιχέας ὀπὸς σιλφίου ὅσον κύαθον, ἐμβαλὼν καὶ ἑψήσας σὺν μᾶλλον ἐπιπαχὺ δίδου ῥοφεῖν. Ἢν δὲ ἐν τοῖς αἰδοίοισι δυσοσμίη ᾖ, [237] καὶ κίων ἐγκλῄῃ ᾖ, καὶ ὀδύνη ἔχῃ, τὰ μὲν ὀδύνην παύσει, σελίνου καρπὸς ἐν οἴνῳ διδόμενος νήσει, τὰ δὲ δυσοσμίην, ἄνησον τὰ αὖ τὸ ἔσπον διδόμενον.

Postero verò die thus & pulegium læuiter tritum, melle subactum, vellere exceptum, triduo subter apponito. Quòd si ad sedem vergant, & alui excrementa secedere prohibeant, dolores lumbos, imum ventrem, & ilia detinent. Cùm sic habuerit, eam calida lauare oportet, ad lumbos fomentum admouere, ex graueolentibus suffitum adhibere, quæ veteros purgét & pellant in subdititio apponere, & quod maximè admiserit potui exhibere. Si os vlceratum aut inflammatione tentatum fuerit, myrrham, adipem anserinum, ceram albam, & thus, cum leporis pilis qui sub ventre sunt mixta & trita, in veliere molliſſimo subdito. Si secundæ deuolui nequeant, confestim quidem cibo abstinendum. Viticis autem folia tenuiter trita ex vino & melle, oleo affuso tepefacta, heminæ mensuræ potui exhibeto. Si vteri inflammatione laborauerint, sambuci foliis quàm tenerrimis in tritici setanij farina crassiore decoctis, summè tepidum sorbendum dato. Si vteri transmoti fuerint, hederam quàm ficciſſimam, tenuiſſimè tritam, linteo illigatam admouento, & pingue aliud nihil adhibeto. Potui autem exhibeto triticum tenerum non tostum, pelum assatum, saluiam, cyperum & anisum. Hæc tenuiter trita, vino macerata, cum hordei repurgamentis bis die exhibeto, vtraque vice dimidiæ heminæ mensura. Si menses præstituto tempore non eant, brassicæ folia & rutam tenuiter trita, deinde hordei paleas chœnicis mensura maceratas, quoad emollitæ fuerint, per noctem sub dio exponito. Manè verò in heminæ mensura, brassicam & rutam macerato, oleo affuso & permixto potui exhibeto, deinde polypum in vino albo suffocatum comedendum, & vinum ebibendum dato. Quòd si voles pisces odoratiſſimos coctos comedendos & ius sorbendum exhibeto. Si superficiariæ igneæ caliditatis vlcerationes in pudendis fuerint, myrti baccis in vino decoctis pudenda collue. Deinde mali punici dulcis putamina vino decocta, myrrha & resina simul ammixta, vino macerata, linteum imbutum subter apponito. Si stranguria inuaserit, cucurbitam ore & fundo dissecto, prunis subditis circumpositam, myrrha in ignem inspersa, & muliere super cucurbitam collocata, cucurbitæ summum in pudendum quàm penitissimè immittito, vt plurimus vapor ad pudenda deferatur, & potiones vrinam cientes ieiunæ exhibeto. Quòd si ad cor prorumpentes vteri strangulatum inferant, neque decedant, porri & pulegij semen tribus aquæ cyathis maceratum, aceti albi cyatho addito, & mellis tertia cyathi parte, tepidum ieiunæ sorbendum dato. Si ex partu aut abortione rigor inuadat, iuniperi fructum & saluiam simul trita, aceti albi cyatho macerata, affuso vini albi temperati poculo, inuoluta & residere permissa, manè verò colata & tepida bibenda dato. Si vteri flatu distenti fuerint, & flatus in inferiore ventre gignatur, doloréque fuerit, saluiam & cyperum tusa per noctem macerato, mane percolatum, purum in ollam diffusum, triticea farina crassiore iniecta, & aceti albi cyatho, laseris succo ad cyathi mensuram affuso, mixtum & crudius decoctum sorbendum dato. Si in pudendis grauis odor & columella innata fuerit, doloréque detineat, dolorem quidem sedabit apij semen ex vino ieiunæ exhibitum, grauem autem odorem anisum eodem modo datum

At columellam præcidere oportet. Si vlcera in pudendis innaſcantur, & pruritus corripiat, oleæ, hederæ, rubi, & mali punici dulcis folia trita, vino veteri macerato, deinde carnem recentem foliis obductam in ſubdititio apponito, & per noctem teneat. Ea verò mane exempta, myrto in vino decocto pudenda colluat. Si genituram non recipiat, menſibus ſecundum naturam euntibus, membrana ori vteri prætenditur, quod etiam aliis ex cauſis contingit. Id autem cognoſces, ſi digito ad attrectandum immiſſo obicem attigeris. Hæc in medicamento ſubdititio apponenda, reſinam & æris florem melle ſubigito, & eo linteum conſpurcatum quàm penitiſſimè ſubdito, filo in ſummo alligato, quod cùm exilierit, myrto in vino decocta, eo tepido colluatur. Si mulierem anhelationes inuadunt, ſulphuris fabæ quantitatem, naſturtium pari portione, rutam & cuminum Æthiopicum, hæc tenuiter trita, vino macerata, ieiunæ potui exhibeto. Cibis autem abſtinendum, & non crebrò edendum. Si puerpera flatu diſtenta fuerit, ouillum aut caprinum iecur cinere obrutum edendum dato, meracius ad dies quatuor & vinum vetus bibat. Si lumbis doleat, aniſum & cuminum Æthiopicum bibat, calida lauet, & à balneo bibat. Si menſes non eunt, teſtam craſſiorem vſtam tenuiter tritam, & origanum anſeris pingui decoctum ac læuigatum, teſtæ in linteo commixtum, tepidum ſubter apponito. Si vteri conniueant, neque menſes comparent, colocynthida agreſtem, ſilphij ſemen, cuminum Æthiopicum, nitrum, ſalem Thebaicum, adipem renalem, farinam, myrrham, omnia feruefacta, ſimul mixta trita, in glandem formata, ſubter apponito. Si vteri ad viſcera verſi ſtrangularint, vinum cedrinum & cuminum Æthiopicum bibat, calida lauet, & à balneo bibat. Si menſes non eunt, anſeris adipem, netopum, reſinam, ſimul mixta, vellere excepta mulier ſubter apponat. Si verò plus quàm conueniat prodeant, ſuſinum & raiæ linguam in vellere ſubter apponat. Si commoti vteri aliquam in partem procumbant, hordeum decorticatum tritum cum paleis, in vinum coniectum, cum cornu ceruino vino ſubactum, vtero ad ſuffitum adhibeto. Si ſecundis liberari nequeat, fœniculum ex vino, & oleo, & melle feruefactum potui exhibeto. Si menſes non compareant, eoſq; euellere voles, triticeam farinam craſſius molitam & hordeum oleo affuſo coquito, deinde comedendum dato. Si vteri inflammatione laborarint, vmbilici veneris folia & portum cum triticea farina craſſius molita, oleo affuſo decocta, edenda dato. Si vteri moti aliquam in partem procubuerint, doloremq; exhibuerint, oleæ ſcabiem, lauri & cupreſſi ramenta aqua decocta, linteo excepta, ſubter apponito. Si vterus doleat, doloréque ad veſicam pertingat, porri ſemen, ex aqua tritum, ieiunæ potui exhibeto, & tepefactoria admoueto. Si vteri promineant, eos aqua tepida lotos, oleo & vino illitos, rurſus intromittito, ex lumbis religato, & graueolentium ſuffitum adhibeto. Quòd ſi vrinam reddere nequeat, poſt calidæ balneum & fotum, cupreſſi ramenta ad ſuffitum admoueto, & potiones vrinam ducentes potui exhibeto.

Ⓗ Ὑ κόνα χρὴ ἀποτάμνειν. Ἢν ἕλκεα ἐγγένηται ἐν τοῖσι αἰδοίοισι, [238] καὶ ξυσμὸς λαμβάνῃ, ἐλαίης φύλλα καὶ κισσοῦ, καὶ βάτου, καὶ ῥοιῆς γλυκείης τέιλφας, ἐν οἴνῳ τε διεὶς παλαιῷ, [239] ἔπειτα λαβὼν ζώρκα ποταμίδιον περιθεῖναι καὶ καταπλάσαι τοῖσι φύλλοισι, καὶ ἐχέτω τ' νύκτα. ἔωθεν δ' ἐξελομένη μυρσίνιον ἐν οἴνῳ ἀφεψῆσαι, τῷ οἴνῳ, ἁμαλυζέσθω τὰ αἰδοῖα. [240] Ἢν τ' χοιρίδιον μὴ δέχηται τῶν γυναικείων κατὰ φύσιν γινομένων, ἢ μιαίνῃ ὅτι περιθεν τούτου χρῆ. χρῆ δ' ὧδε ἄλλων. γνώσῃ δὲ ὧδε. ἰὼν ἐς ἀφάσιος τῷ δακτύλῳ, ἅψῃ τοῦ περιβλήματος. τοῦτο χρὴ περιθέμενα ποιήσαντα, ῥητίνιον καὶ ἄνθος χαλκοῦ, μελίτι διείς, ὀδόνιον ἁρδαλώσας περιθεῖναι ὡς ἐσωτάτω, ῥάμμα ἐνδήσας ἀπὸ τοῦ ἄκρου. [241] Οἰκότεον χρὴ τὴν ἐξάλλητα, τὴν μυρσίνιον ἐν οἴνῳ ἀφεψῶν, τῷ οἴνῳ χλιηρῷ κλυζέσθω. Ἢν ἄσθματα λαμβάνῃ γυναῖκα, θεῖον ὅσον κύμινον, καὶ καρδάμου ὅσον, καὶ πήγανον. καὶ κυμίνου αἰθιοπικοῦ, τοῦτο τέιλφας λεῖα. καὶ διεὶς ἐν οἴνῳ πίνειν δῶναι νήστει. δεῖ δὲ καὶ τῶν σιτίων ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ πυκνὰ ἐσθίειν. Ἢν πίκτουσα ἀξανεμοθῇ, ἢ περ οἷος ἡ αἰγὸς ἐς τέφρην ἐγκρύψας, διδόναι ἐσθίειν. [242] ζωοτέρην ὅτι τεσσερας ἡμέρας. καὶ οἶνον πινέτω παλαιόν. Ἢν τὰς ἰξυὰς ἀγγεῖ, ἀίνησον, καὶ κύμινον αἰθιοπικὸν πινέτω καὶ θερμῷ λουέσθω. καὶ [243] ἀποθερμον πινέτω. [244] Ἢν τὰ ὀπτιμίδια γίνηται, ὄσρακον παχὺ κατακαύσας, καὶ λεῖον τέιλφας, καὶ σείκλινον ἐφήσας ἐν χυλοῦ ἐλαίῳ λεῖον ποιῆσαι. καὶ ξυμμίξας τῷ ὀσρακίνῳ ἐν ὀθονίῳ, χλιαρὸν περιστιθέσθω. ἰὼν ξυμμύσσωσιν αἱ μῆτραι, καὶ τὰ ὀπτιμίδια μὴ φαίνηται, κολεκυντίδα ἀγρίαν. καὶ [245] φύλλον, κύμινον αἰθιοπικὸν, νίτρον, ἅλας Θηβαϊκὸν, [246] καὶ νέφριν, καὶ ἔγκυον, καὶ σμύρναν, καὶ ῥητίνιον. ἄπωνα ζέσας τοῦτο, ὁμοῦ τε μίξας λεῖα, ποιῶν βάλανον, περιστιθέσθω. ἰὼν περὶ τὰ ὀπλάγχνα τραπείσας πίνῃσιν, οἶνον κέδρινον, καὶ κύμινον αἰθιοπικὸν πινέτω. καὶ θερμῷ λουέσθω. [247] καὶ ἀποθερμον πινέτω. [248] ἰὼν τὰ ὀπτιμίδια μὴ γίνηται, χυλοῦ ἔλαιον, καὶ νέτωπον, καὶ ῥητίνιον ξυμμίσγουσα ἡ γυνὴ, περιθέσθω, ἐλαίῳ ἀναστομίζουσα. ἰὼν ὑμένων τῶν περισχόντων ἔρχονται, ὑσσινον καὶ βάτου γλαδανὸν ἐν ἐλαίῳ περιστιθέσθω. Ἢν μεταχινηθεῖσαι περιπέσωσί που αἱ ὑστέραι, κριθὰς πτίσας λείας ξυὶ τοῖς ἀλφίτοις [249] περιβάλλειν καὶ ἐλάφου κέρας οἴνῳ δδύσας, ὑποθυμιᾶν τὰς ὑστέρας. [250] ἰὼν μὴ δύνηται ἀποφυγεῖν, μαραθρου ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καὶ μελίτι ἀναζέσαντα δοῦναι πιεῖν. ἰὼν τὰ ὀπτιμίδια μὴ φαίνηται καὶ βούλῃ αὐτὰ καταπασσᾶν, πυρῶν κρίμνα καὶ κριθὰς ἑφθὰ, ἔλαιον ὀπταλέον. Εἶτα διδόναι ἐσθίειν. ἰὼν φλεγμαίνωσιν αἱ μῆτραι, [251] κοτυληδόνος φύλλα καὶ περιβάσα κρίμνοις ἐνεφῶν πυετίοις, ἔλαιον ὀπτιχὸν, δίδου ἐσθίειν. ἰὼν κινηθεῖσαί τω περιπέσωσι, καὶ ὀδυνῶν πλέχωσιν, [252] ἐλαίης φύλλων καὶ δάφνης, καὶ κυπαρίσσου πρίσματα ἑφήσας ἐν ὕδατι ἐς ὀθόνιον ἐμβαλὼν, περιστιθέτω. [253] ἰὼν ὑστέρα ἀγγεῖ, καὶ περὶ τὴν κύστιν ἡ ὀδυνῶν, περιβάσου καρπὸν τέιλφας ἐν ὕδατι, πιεῖν διδόναι νήστει, καὶ χλιάσματα περιστιθέναι. [254] ἰὼν αἱ μῆτραι προσέχωσι, περιτίλλας αὐτὰς ἐν ὕδατι χλιαρῷ, καὶ ἀγείλας ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ, πάλιν ἐνθεῖναι. καὶ ἀναδῆσαι ἐκ τῶν ἰξύων. καὶ ὑποθυμιᾶν τὰ καυκώδεα. καὶ ἰὼν μὴ δύνηται, οὐρεῖν, λούσας θερμῷ καὶ περιπάσας. ὑποθυμιήσας κυπαρίσσου πρίσματα, καὶ τῶν οὐρητικῶν ποτημάτων διδόναι πιεῖν.

ἰὼ ρ΄ος

Si quæ priùs peperit parere nequeat, nitrum, resinam, myrrham, cuminum Æthiopicum, & vnguentum simul trita in pesso supponito. Aut pulegium siccum in linteo supponito. Sed & pulegium bibat, cùm dormire volet. Aliud conceptum iuuans. Mulieri quæ conceptionis indiget, victus ratio præscribenda, facta eius cibi & potus potestate quam lubenter admittet. Mulieris autem viro alia quæque exhibeto, præter allia, cepas, legumina fresa, laseris succum, & ea quæ flatum gignunt. Ab his verò abstineat. Infusum similiter conceptum iuuans, si non concipiat. Lac mulieris marem lactantis, mali punici recentis grana trita & expressum succum, & testudinis marinæ perineum adustum, tritum, in pudendum infundito. Aliud quod similiter infunditur non concipienti. Lac, resinam, & dulcis mali punici succum, hæc cum melle permixta omnia infundito. Ad conceptum faciens. Bulbi albi semen aut florem ex melle tritum, vellere conuolutum per triduum supponat. Quarto verò die maluam agrestem quæ lato est folio, cum lacte muliebri tritam & lana conuolutam supponat, deinde cum viro dormiat. Ante autem pulegium cum farina coctum sorbeat, & pulegium tenue ex vino bibat. Quòd si hæc refugiat, conyzæ odoratæ contusæ succum expressum, & vino mixtum ieiuna bibat. Aliud conceptum iuuans. Asparagi semen eodem modo ex vino bibat. Aliud ad conceptum. Chorion mulieris, & vermium qui in carne gignuntur capita contrita, & alumen Ægyptium anserino adipe dilutum, in vellere ad vteri osculum supponat. Aliud ad idem. Æruginem, æris florem, vtriusque semiobolum, thuris masculi, aluminis scissilis, fructus vitis agrestis, gallæ, myrrhæ, malicorij, resinæ, polij, singulorum obolum ex melle tritum per triduum bis die supponat. Quòd si fortè acrius fuerit, anserinum adipem, & nitrum tostum admisceto, vinumque eius robore vitato exhibeto. Aliud conceptum iuuans. Vermis ex carnibus qui caudam habeat tres aut quatuor partes sumito, & origanum ex rosaceo vnguento læuissimè tritum, penitiùs ad vteri os apponito. Aliud ad conceptum. Portulacam tritam cum adipe anserino, myrrha, porri semine, & felle bubulo, lana conuolutam ad vteri os apponito. Si menses quidem copiosi eant, neque tamen concipiat, floris æris obolos duos, & aluminis scissilis tantundem, ex melle læuissimè trita, deinde lana excepta, vbi mulier lanam in linteo filo deligarit, sibi interea penitissimè subdat, sic tamen vt filum foras emineat. Deinde vbi probè purgata fuerit, abstrahat, & vino odorato in quo myrti folia decoxerint, proluatur, & virum adeat. Subditium ad conceptum. Mel, myrrham, myricæ fructum, resinam liquidam, anserinum adipem, omnia simul trita in vellere conuoluta subiicito. Subditium ad conceptum, quod vterum, si quando conniueat, neque concipere queat, valde dilatare potest & aquas expurgare. Anchusam paruam sumito, lentiscum, cuminum, cyperum, cucumerem agrestem, nitrum rubrum, sal Ægyptium, & anchusam magnam. Hæc omnia læuissimè trita, linteo cernito. Mel sumito,

ἰῶ δὲ γυνὴ μὴ δυνήται πίκτειν πρόσθεν πίκτουσα, νίτρον καὶ ῥητίνιον. καὶ σμύρναν. καὶ κύμινον αἰθιοπικόν. καὶ μύρον τρίβειν ἐν τούτῳ, καὶ προσίθεσθαι. ἢ γλήχωνα ξηρὸν, ἐν ὀθονίῳ προσιθέσθω, πίνειν δὲ τὴν γλήχωνα, ἐσθίειν δὲ μέλλη. Ἕτερον κυητήιον. Διαιτᾶν δεῖ τὴν γυναῖκα ἥτις δίεται κυήσιος. καὶ διδόναι αὐτῇ ἄωρ δέχοιτο, καὶ ἐσθίειν καὶ πίνειν. τῷ δ' αὐδεῖ ἡ γυναικὸς, τ' ἀνδρὸς πλέον συνεσθίειν, καὶ κρομμύων, καὶ ἑτνος, καὶ ὀπὸς σιλφίου. καὶ ὅσα φυσητικά. τούτων δὲ ἀπεχέσθω. Ὁμοίως ἔγχυτον κυητήιον εἰ μὴ κύοιτο. Γάλα γυναικὸς κούρης θήλεος. σίδης νεαρῆς τοῦ κόκκυς πέταλα. καὶ ὀκτὼ σπέρματος τῆς χυλόν, καὶ χελώνης θαλασσίης τὸ πρόσθιον καταυάσας πέταλα, ἐγχεαι εἰς τὸ αἰδοῖον. Ὁμοίως ἔγχυτον κυητήιον μὴ κυῦσαι. Γάλα καὶ ῥητίνην, καὶ σίδης γλυκείης χυλόν. τοῦτο ξυνθεὶς μήλου μίξας ἐγχεῖν πρόπαν. Κυητήιον. Βολβοῦ τὸ λευκοῦ καρπὸν, ἢ τὸ ἄνθος πέταλα ξυνθεὶς μέλιτι, ἐν ἐλαίῳ ἐλίξασα, προσθέσθω πρὸς τὴν μήτρην ἡμέρας τρεῖς. τῇ δὲ τετάρτῃ, μαλάχην ἀγρίην τὸ πλατύφυλλον πέταλα, μίξαι γυναικὸς γάλακτι. ἔπειτα ἐν ἐλαίῳ ἐλίξασα, προσθέσθω. εἶτα κοιμάσθω μετ' ἀνδρός. προσθέσθω δὲ γλήχωνα ἐπ' ἀλφίτοισιν ἑφθοῦ. καὶ πινέτω γλήχωνα[337] ἐν οἴνῳ λεπτῷ.[338] ἰῶ δὲ τούτου μὴ ἐσακοῦσαι λαβὼν κόνυζαν βοὸς μόνου ξυλίνῃσι, καὶ ἀνθελίνῃσι χυλὸν, καὶ μίξας οἴνῳ, πινέτω νήστις. Ἕτερον κυητήιον. Ἀσπαράγου καρπὸν, πινέτω ὁμοίως ἐν οἴνῳ. Ἕτερον κυητήιον. Χορίον γυναικὸς καὶ τῶν θηλέων ταῖς κεφαλὰς πέταλα. θεὶς συῶπηλείῳ ἀγγυπτίῳ ἐν χηνὸς στέατι, ἐν ἐλαίῳ προσθέσθω πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. Ἕτερον ὅπως τὸ αὐτό. Ἰὸν χαλκοῦ, ἄνθος ἡμιωβόλιον ἑκατέρου, λιβανωτοῦ ἄρσενος. συῶπηλείης ῥίζης. οἰναν θης ἀμπέλου, κηκίδα, σμύρναν, σίδην, ῥητίνιον. πόλιον ἀνὰ ὀβολὸν ἑκάστου ἐν μήλου πέταλα, προσθέσθω, ὅπως πεισιν ἡμέρας[339] δὶς τῆς ἡμέρας. ἰῶ δ' ἴσως δριμύτερον ἢ, τῷ δαμίσσην χηνὸς στέαρ. καὶ νίτρον ὀπτόν. διδόναι δὲ οἶνον, φύλλα δ' ἐν αὐτῷ μύρου. Ἕτερον κυητήιον. βούλῃ ἥλιος ἔχῃ τὴν κάρηνα λαβὼν ἀπ' αὐτῆς τρεῖς ἢ τέτταρας μοίρας, καὶ ὀείδιον λεπτὸν πέταλα ἐν ῥοδίνῳ, μύρῳ, προσθέτω[340] πρὸς τὸ στόμα, τῆς μήτρης. Ἕτερον κυητήιον. ἀνδρόχιον πέταλα μετὰ στέατος χηνὸς καὶ σμύρνης, καὶ προσόσου σπέρματος. καὶ βοὸς χελώνης ἐν ἐλαίῳ ἐλίξας, θῆσαι πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. Ἢν δὲ μὴ καταμήνια γίνονται πολλά, οὐ συλλαμβάνει δὲ, χαλκοῦ ἄνθος ὀβολοὺς δύο, καὶ συῶπηλείης ῥίζης ὡσαύτως πέταλα λεῖα ἐν μέλιτι, εἶτα ἐν ἐλαίῳ ἀναστρίσας, ἐνδήσασα ἡ γυνὴ τὸ ἐλαίου[341] ἐς ὀθόνιον λίνεον, προσθέτω ἕως ἔσω αὐτῆς. τὸ δὲ λίνον ὑπαφελέτω. ἔπειθ' ὅταν καλῶς καθαρθῇ, ἀφελέτω. καὶ οἶνον ἀναζέσας δύώδεα, μυρσίνης φύλλα ἐμβαλὼν, τούτῳ προσκλυσάσθω. καὶ ἴτω πρὸς τὸν ἄνδρα. κυητήιον προσθετόν. σφόδρα ἀνασωθῆσαι μήτρην δυνάμενον ὅταν μεμυκὴ, καὶ μὴ δύηται κυῆσαι, καὶ ὕδωρ ἐκκαθῆραι. Λαβὼν σκελίδα τοῦ μικροῦ, καὶ ξύον, κύμινον, καὶ κύπειρον. καὶ ἀγγείῳ κεκασιτέρῳ νίτρον ἐρυθρὸν καὶ ἅλας αἰγύπτιον, καὶ σκελίδα τοῦ μεγάλου. ταῦτα πάντα λεῖα ποιήσας, δι' ὀθονίου διηθήσας. λαβὼν δὲ μέλι.

ἕψησον

ἕψησον ὀπὶ πυρὶ μαλθακῷ. ἐπειδὴ δὲ ζέσῃ, τῷ ἁλεύρῳ κηροῦ ῥητίνῃ. ἔπειτα ξυμμίξας πάντα ἔλαιον ὀπίζεας καὶ ἀφελών, χλιλιόνας [342] ἐλαίου ἐγκυλίδωνος ἐπελίξας· προσχέει τὴν μήτρην, μέχρις ἂν καθαρθῇ. Ἕτερον κυπτήριον. Ἢν γυνὴ ἄκαρπος ᾖ καὶ κύῃσαι, καὶ τίσι καθαρτηρίοισιν ἥλις χρῆται, καὶ ὅσ' ἂν πρὸς ἄνδρα ἴέναι, καὶ δαφνίδας μέλανας δέκα. λιβανωτοῦ δὲ δραχμίδας τρεῖς. καὶ κύμινον ὀλίγον τρίψας τρίλιτρα ἐν μέλιτι, ἐς ἔλαιον παιδὸς ἐγκυλίων ἅπαξ τῆς ἡμέρης, τῇ αὐτῇ προσχέων. καὶ ἀφαιρείσθω ἅπαξ ἕως ἡμερῶν τεσσάρων, καὶ ἔπειτα ἀπιτέτω [343] τὰς αὐτὰς ἡμέρας. [344] ἄλλο. Ἢ μὴ δέκυ κύσκεσθαι, μίσυος ὅσον κύαμον δοὺς ὕδατι, πίνειν διδόναι. καὶ σμαύσει ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐ κυήσεται. Ὠχύτοκια δυστοκούσῃ. Δάφνης ῥίζαν ξύσας, ἢ τοῦ κέγκρου ὅσον ἥμισυ ὀξυβάφου ἐφ' ὕδατι δοὺς πιεῖν θερμόν. Ὠχύτοκιον. Δικτάμνου ὅσον δύο ὀβολοὺς τρίψας ἐν ὕδατι θερμῷ, πινέτω. ἢ ἀψινθίου δραχμήν, [345] καὶ κεδρίδας, καὶ ἄνησον ἐπτρίψας ἐν γλυκέος οἴνου κυάθῳ, ἐπιχέας ὕδατος παλαιοῦ κύαθον, δοὺς πιεῖν πρὸ καλοῦ δίδου. ἰὼ πρὸ τοῦ ἐδωδῆς, ἐὰν δικτάμνου ὀβολόν. σμύρνης ὀβολόν. ἀνίσου δύο ὀβολοὺς νίτρου ὀβολόν. ταῦτα τρίψας ἅμα γλυκέος οἴνου, ἐπιχέας κύαθον, [346] καὶ ὕδατος θερμοῦ κυάθους δύο, δοὺς πιεῖν. εἶτα λοῦσον θερμῷ. Ὠχυτόκιον. Ῥητίνην τερμινθίνην μέλι. ἔλαιον διπλάσιον τούτων, οἶνον δυνάμει ἡδύτατον. ταῦτα συμμίξας, χλιλιόνας. διδόναι ἐκπιεῖν πλείοσιν ἀκμαῖς. [347] καταξήσας δὲ χρῆ, καὶ ταῖς μήτρας ἰῶ φλεγμαίνουσαν. Ἕτερον ὠχυτόκιον. Τοῦ σικύου τὸ ἀγρίου ὅστις αὖ ἡ λευκὸς τὸν καρπὸν ἐμπλάσας κηρῷ. εἶτα ἐλαίῳ ἐπελίξας φοινικῷ, τὸ ἔλαιον τὸ ὀσφύι. ἰὼ ἢ κύσθα πολλὰ χρόνον ἐπέχει, καὶ μὴ δυνάμενα τεκεῖν, ἀλλ' ὠδίνη πλείστας ἡμέρας. ἐὰν δὲ ἡ καὶ ἀκμαίζῃ, καὶ τὸ λύμασμος, ταύτῃ χρὴ ταῖς ἐν τίτθοισι φλέβας, καὶ ἀφαιρεῖν τὸ αἷμα ὅσον, τὸ δυνάμιν ὁρᾶν. καὶ μίξαι ταῦτα λοῦσαι θερμῷ, ἔμβαλε φλοιὸν δάφνης. πίνει δὲ δυνάμει ἄγρου καρπὸν, καὶ δικτάμνου χριθῆς ἴσον ἑκάτερα ἐν οἴνῳ λευκῷ ἢ ἐν ὕδατι πρόσθεν δὲ ποιήσας πρόσθες χαλβάνιον, καὶ δαφνίδας, καὶ ῥοδίνου ἔλαιον, ἐν ἐλαίῳ ἐγκλίξας. Ὠχυτόκιον. Τῆς δρυοπτέριος τὴν ῥίζαν τρίψας ἐν οἴνῳ, δοὺς πιεῖν. καὶ ἀδίανθον τρίψας, ἐν ἐλαίῳ δοὺς ἀλεῖψαι [349] ἐν οἴνῳ ἀχρήτῳ. Λεγοῦσι δὲ λογεῖα καθαίρειν ἄμεινον. Χελώνης θαλασσίης ἧπαρ χλωρὸν ἐὰν ζώσης, ἐν χαλκῷ γυναικείῳ πρίσαι. καὶ ἰέναι μύρῳ. καὶ οἱ ἀναδοῦσαι καὶ προσχέναι. ἢ λινοζώστῃ πιπρὼ ἐν ἐλαίῳ τρώδει. ἢ δρεπανοειδῶν τρίβων ὁμοίως ἐν ἐλαίῳ προσχέαι. [350] καὶ λινοζώστου καὶ σικύης ὀλίγον τρίψας, ἐν οἴνῳ τε καὶ μέλιτι δοῦσα προσχέαι. Ἐκ τόκου καθαρτήριον λογεῖον. [351] Πυρὸν τριμηνιαίου ἐρίκινον ὅσον ἥμισυ χοίνικος ἕψησαι ἐν ὕδατι χύτλῃσι τέτταρσι. ὅταν δὲ ζέσῃ, δὶς ἢ τρὶς δοῦναι ῥοφῆσαι ἕτερον. Τῆς ἀκτῆς τὰ φύλλα ἕψησας ἐν ὕδατι ἐπιχέαι, καὶ πιεῖν. προσέτω δὲ καὶ κραμβὰς ἑφθάς. καὶ προσχύμασι χρῆσθαι. ἐὰν ἄπνουν. ἐὰν πολύποδας. [352] ἐὰν καρδοῦς, ἢ τὸ ῥόδου τὰ φύλλα. καὶ ἐρύσιμον ἐν οἴνῳ. [353] ἀλφίτου ἀπαλοῦ, δοῦναι πιεῖν [354] ἥμισυ, ὅσον δύο ὀβολοὺς τρίψας ἐν οἴνῳ φρύξας προσχέαι. Καθαρτήριον ὀπιμυσίου, ἐὰν λογεῖον. μάλιστα ἐὰν ὕδωρ ἄγῃ. [355] καὶ τὰ σπλάγ-

lento igne decoquito, & vbi deferbuerit, ceram & resinam admisceto. Deinde commixtis omnibus oleum affundito, & ab igne detractum, tepidum lana in orbem conuoluta exceptum, quoad purgata fuerit, in vterum subdito. Aliud conceptum iuuans. Si velis vt mulier concipiat, præter ea purgatoria quibus vtitur etiam ad virum accedere oportet. Et decem lauri baccas nigras, thuris pugillos tres, & cumini pusillum, ex melle trita, lana succida conuoluta, semel die ei subdito, semel autem auferat per quatuor dies, & postea per eos dies cibo sibi temperet. Conceptum præpediens. Si concipere non cõueniat, misy fabæ quantitatem aqua dilutam potui exhibeto, & per annum (penè dixerim) non concipiet. Quæ ægrè parienti partionem accelerant. Lauri radicem derasam, aut baccas ad dimidium acetabulum concalefactas ex aqua potui exhibeto. Partionem accelerat. Dictamnum ad duos obolos tritum ex aqua calida bibat. Aut abrotoni drachmam, & cedri baccas, & anisum, ex vini dulcis veteris cyatho trita, affuso aquæ cyatho, potui exhibeto. Hoc prodest ante partus dolores exhibitum. Aut dictamni obolum, myrrhæ obolum, anisi obolos duos, nitri obolum. Hæc ex vino dulci trita, affuso cyatho, & aquæ calidæ cyathis duobus, potui exhibeto, deinde calida lauato. Partum facilem reddens. Resinam terebinthinam, mel, oleum ad duplam horum portionẽ, vinum odoratũ quàm suauissimũ. Hęc simul mixta tepida crebrò bibenda dato. Quinetiã vteri si inflammati fuerint, sibi restituendi sunt. Aliud facilem partum faciens. Cucumeris agrestis albi fructũ cera obductum, deinde lana punicea conuolutũ, ad lumbos alligato. Quòd si prægnans diutiùs immoretur & parere non possit, sed pluribus diebus partus doloribus discrucietur, sit autem iuuenis & ætate florens, multoq; sanguine redundet, venas in malleolis secare oportet, & virium habita ratione sanguinem detrahere. Post hæc calente corticis lauri decocto lauare. Viticis autem semen & dictamni Cretici, vtrunque pari portione, ex vino albo aut aqua potui exhibeto. Subditirium verò medicamentum parato galbanum, lauri baccas, & oleum rosaceum, lana inuoluta in pesso subdito. Partum accelerans. Filicis quernæ radicem ex vino tritam propinato, & adiantum tritum oleo dilutum cum vino mero inungendum. Quod puerperæ puerperij purgamenta probè repurgat. Testudinis marinæ adhuc viuentis iecur recens, in lacte muliebri tritum, vnguento irino & vino subactum, in subdititio apponito. Aut mercurialem tritam in vellere subdito, aut artemisiam tritam similiter ex lana supponito. Aut mercurialis & cucumeris agrestis modicum tritum, vino & melle subactum, in pesso admouero. Puerperij purgamenta ex partu expurgans. Triticum trimestre detracto cortice fractum ad dimidiam chœnicem, in aquæ heminis quatuor decoquito, cùm autem deferbuerit, bis aut ter in sorbitione exhibeto. Aliud. Sambuci folijs in aqua decoctis, aquam in potum fundito. Brassicas autem coctas edat, porra, fœniculum, anisum, polypos & carabos. Aut rhois folia & erysimum ex vino polenta aspersa, in potum dato. Aut misy duorum obolorum pondus tritum, ex vino maceratum, in pesso subdito. Quo menses & puerperij purgamenta præcipuè expurgat, aquam etiam & alia educit.

Struthij radicem leuiter contusam, ad pugillum vnum, melle subactam in pesso supponito. Producitur autem præcipuè in Andri insulæ littoribus. Aliud quod similiter purgat. Eryssimum in aqua decoquito, & vbi efferbuerit oleum affundito & refrigerato, ex eoque suffitum adhibeto. Conducit etiam succum adhibere, & mollibus cibis vti. Hoc puerperij purgamenta expurgat. Eryssimum leniter terito, & corticem flatu expellito, cùm autem purum reddideris, ad læuorem terito, & instillata aqua salem & oleum ammiscето, & farina aspersa decoquito, & sorbendum exhibeto. Si menstrua purgatio deorsum non feratur, aut puerperialis substiterit. Cucumeris agrestis interiorem partem ad tres obolos sumito, artemisiæ herbæ & thuris obolum, hæc trita & melle admixto, lana inuoluta in subdititio ad vteri osculum apponito, idque noctu semper & interdiu dierum quinque spatio facito. Aut vitis pampinum recentem tritum, cum melle mixtum lana inuolutum, ad eundem modum, in pesso supponito. Au cupressi fructum & thus tritum, simulque rosaceo & melle subactum, lana conuolutum in subdititio apponat. Aut abrotoni drachmam, & cucumeris agrestis interiorem partem oboli pondere trita, & thus cum melle, lana conuoluta in pesso subiicito. Aut elaterij obolum, & myrrhæ tantundem, ex melle trita, lana conuoluta in subdititio apponat. Aut cupressi fructum, & cucumeris agrestis interiorem partem, & thus cum melle mixta, lana obuoluta, in pesso subiiciat. Medicamentum purgans si ex partu non purgetur. Trifolium ex vino albo potui exhibendum. Idem etiam in subdititio appositum menses vt erumpant efficit, & fœtum expellit. Vteros purgans cum extincto puero sanguis intus remãserit. Cucumerem agrestem tritum ex melle delingat, aut in subdititio apponat. Ad omnem puerperij purgationem si non probè respondeat. Eryssimum affusa polenta & oleo decoquito, vbi decoctum fuerit sorbitione accipiat, & cibis quàm mollissimis vtatur. Aut scammonium ex lacte muliebri tritum, vellere exceptum, in pesso subdito. Aut glycyrrhizam melle subactam cum vnguento rosaceo aut Ægyptio in vellere supponat. Aut farinã lotam similiter in subdititio apponat. Bibat autem crethmi semen & seseleos, ac rutæ semen, aut succum, ita vt vtriusque obolos duos simul tritos ex vino meraco exhibeas, si non febricitet. Subdititium medicamentum secundas relictas eiiciens. Priùs autem ex decocto foliorum sambuci fomentum admoueto, & subdititium ex cãtharide subiicito. Hoc debilibus medetur. Quòd si vellicet & mordeat, eo confestim ablato, lanam rosaceo intinctam subiiciat. Subdititium quod secundas educere valet, menses fœtumque syderatum detrahere. Cantharidas quinque alis auulsis, cruribus & capite, deinde tribulum marinum cum radice & foliis contusum, ad conchæ mensuram, & chamomeli & seminis apij æquales portiones, & sepiæ ouã quindecim, ex vino dulci diluto in pesso subdito. Cumque dolor detinuerit, in aquæ calidæ solio desideat, & aquam mulsam aquosam & vinum dulce bibat. Quinetiam eius contriti staterem Æginensem ex vino dulci propinato. Quòd si dolor detinuerit, cicera alba & vuas passas in aqua coquito. refrigeratum decoctum potui exhibeto, vbi stranguria vexarit, etiam in aqua tepida desideat. Hoc secundas expellit. Cucumeris agrestis succum in

Σθουθίου ῥίζαν λείου κεκμηκότος ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοισιν ἐν μέλιτι δδύσας, προσθεῖναι. φύεται δὲ, οὗ θ' ἐν Ανδρῳ ἐν τοῖσιν ἀγκαλοῖσιν. ἕτερον καθαρτήριον ὁμοίως. Ερύσιμον ἑψεῖν ἐν ὕδατι. καὶ ὅταν ἑψήσῃ ἔλαιον ὅταν ἀναβλύῃ, καὶ ψύχειν, καὶ ὑποθυμιᾶν. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐν χυλῷ. καὶ σιλφίοισι μαλθακοῖσι χρῆσθαι. Λοχεῖα καθαίρει. ἐρύσιμον τρίβειν ἀσύγχως, καὶ ἀναφυσᾶν ψῆλε δὲ κέλυφος. ὅταν δὲ καθαρὸν ποιήσῃς, τρίβειν λείως. καὶ ὕδωρ προσβάλλειν. καὶ ἅλας, καὶ ἔλαιον μίσγειν. ὅταν ἀποπάσῃς ἀλήθια, ἕψειν, καὶ ῥοφεῖν. Ην μὴ καλῶς καθαρσις, ἢ λοχεία μὴ ἤμπαυσε, λαβὼν σικύης ἀντιεμόνης ὅσον τριωβόλου, καὶ ἀρτεμισίου πόιου, καὶ λιβανωτοῦ ὅσον ὀβολόν, τρίψας καὶ ἐν μέλιτι μίξας, ἐς ἐλείου ἐνειλίξας, προσθεσ προσθὲ σῶμα τῆς μήτρης, νυκτὸς ἀεὶ, καὶ ἡμέρης, ἄχρις ἡμερῶν πέντε τοῦτο ποιέειν. ἢ δ' ἀμπέλιον τρίβειν χλωρὸν, καὶ μέλιτι μίσγων ἐς ἐλείου ἐνειλίξας, προσιθέναι ἄλλον τρόπον. ἢ τῆς κυπαείσσου καρπὸν, καὶ λιβανωτὸν τρίψας ἐν τῷ αὐτῷ ῥοδίνῳ δοὺς, καὶ μέλιτι ἐς ἐλείου ἐνειλίξας, προσιθέσθω. ἢ ἀβρότονον ὅσον δραχμὴν, καὶ σικύης ἀντιεμόνης ὅσον ὀβολὸν τρίψας, & λίβανον ἐν μέλιτι, ἐς ἐλείου ἐνειλίξας προσιθέναι. ἢ ἐλατηρίου ὀβολὸν, καὶ σμύρνης, τρίψας ἐν μέλιτι ἐς ἐλείου ἐνειλίξας προσιθέσθω. ἢ κυπαείσσου καρπὸν καὶ σικύης ἀντιεμόνης, καὶ λιβανωτὸν μέλιτι μίξας, ἐν ἐλείῳ προσιθέσθω. Καθαρτήριον, ἐὰν ἐν τόκου μὴ καθαρθῇ. Τοῦ τριφύλλου ἐν οἴνῳ λευκῷ πίνειν. καὶ τὰ καταμήνια καταῤῥήγνυσι τ' ὠὸν καὶ προσθετὸν, καὶ ἔμβρυον ἐκβάλλει. Μητρέων καθαρτικὸν, ὅταν τὸ παιδίον ἀποθανόντος αἷμα ἐμμείνῃ. Κολοκυντίδιον ἀγρίδιον τρίψας ἐν μέλιτι λιχέτω. ἢ προσιθέσθω. Λοχείης πάσης, ἐὰν μὴ καλῶς ἴῃ. ἐρύσιμον ἑψεῖν, καὶ ἄλφιτα, καὶ ἔλαιον ἐπιχέας, ὅταν ἡ ἑφθὸν ῥοφείτω. καὶ σιλφίοισιν ὡς μαλθακωτάτοισι χρείσθω. ἢ σκαμμωνίου τρίψας ἐν γάλακτι γυναικείῳ, ἐλείῳ ἀναστοιβάσας, προσθεῖναι. ἢ τῆς γλυκυρίζης μῆλον δδύσας καὶ ῥοδίνῳ μύρῳ ἢ αἰγυπτίῳ, ἐν ἐλείῳ προσθέσθω ἢ σήσαμον πλυτὸν ὁμοίως προσιθέσθω. πινέτω δὲ κρηθμοῦ καρπὸν, καὶ σισέλιος. πηγάνου καρπὸν. ὀπὸν, ἑκάστου ὀβολοὺς δύο τρίβειν ὁμοῦ, & ἐν ἀκρήτῳ ἰῷ μὴ πυρετὰίνῃ διδόναι. Προσθετὸν ἐκβάλλον χρεῖον ἀπολελειμμένον. Τῆς ἀκτῆς ὁ φύλλον, προσπυελῶ δὲ & προσιθέναι ξὺν τῇ καυθαρίδι. τοῦτο καὶ οἷς ἀπεδύμια ἰᾶται. ἰῷ δὲ ἀμύσσηται, & δάκνῃ, αὐλὸν ἀφαιρέειν. καὶ ἐς ῥόδινον ἐλείου ἀποβάπτουσα προσθέσθω. Προσθετὸν δυναμένον χρεῖον ἐξαγαγεῖν. καὶ ὑπομείωσα καταπάσαι, καὶ ἔμβρυον ἀποπλήκειν. Καντηρίδας πέντε ἀπολύσας τὰ πτερὰ, & τὰ σκέλεα, καὶ τ' κεφάλιον. Εἶτα τρίβολον πόντιον ἁλάσιμον κόψας σὺν τῇ ῥίζῃ, καὶ τοῖσι φύλλοισιν ὅσον κόγχιλιον, & ὃ βάπτημον, καὶ σελίνου σπέρμα ὅσον, καὶ σηπίης ὠὰ πεντεκαίδεκα ἐν οἴνῳ γλυκεῖ κεκρημένῳ προσθεῖναι. καὶ ἐν ἰῷ ὀδύνη ἔχῃ, ἐν ὕδατι θερμῷ καθιζάνειν, & μελίκρητον ὑδαρὲς πινέτω. καὶ οἶνον γλυκύ. καὶ τὸ τετριμμένον ὅσον σατήρεσ ἀργυραῖον ἐν οἴνῳ πίνειν γλυκεῖ. ἐπὴν ὁ ὀδύνη ἔχῃ, λευκὸν ἐρεβίνθους, καὶ σταφίδας ἑψήσας ἐν ὕδατι πλύνειν, & διδόναι πίνειν, ὅταν ἡ στραγγουρίη ἔχῃ, καὶ ἐν ὕδατι χλιαρῷ ἑζεσθαι. Εκβόλιον ὑστέρων. Σικύου ἀγρίου τὸ ὀπὸν ὡς

μαζίον

μαζίον ἐμπλάσσα προσδῆναι προσπυέσσα ὑπὸ δύο ἡμέρας, ὅκα ἂν βόσις τοῦτο ἄμεινον. πειρητήριον. Μώλυζαν σκευάδιον ἀποζέσας προσθεῖναι ὥριον. Ἕτερον πειρητήριον. Νέτωπον ὀλίγην ἐλαίῳ ἀνελίξας προσθεῖναι. ἢν ὀρῇν, εἰ ἅψεται τῆς ὀσμῆς ὄζῃ). προσθετά. Σκορπίου θαλασσίου τὸ χολάδιον ἐν ἐλαίῳ λιπεῖς, καὶ ξηράνας ἐν σκιῇ προσίστη. ἢ χλήχωνα ξηράνας, καὶ ἐν μέλιτι δύσας, ἐν ἐλαίῳ προσδῆναι. ἢ ἄνθος χαλκοῦ ἐν μέλιτι ἐς ὀθόνιον ἐνδήσας, προσθεῖναι. ἢ σικύου σπέρμα, καὶ ὄξυκρον καταχλύσας, ἐν οἴνῳ τε δύσας, ἐν λαγωῷ ὄριξιν, καὶ ἐλαίῳ προσδῆναι. δηλο προσθετόν. Στυπτηρίου ἀγυπτίου ἐν ἐλαίῳ κατελίξας προσθεῖναι. ἢ καντηρίδας τρίψας, οἴνῳ τε δύσας, προσίστη. ἢ τὴν ἀρτεμισίαν πόῳ, οἴνῳ δύσας προσίστη. ἢ μελάνθιον τρίψας ἐν οἴνῳ, ἐν ἐλαίῳ προσίστη. ἢ βόλβιον ὃ ὅκα τὴν πυρὰν τρίψας, ἐν οἴνῳ τε δύσας προσίστη. ἢ οἴνου παλαιοῦ λύκου τὴν τρύγα καταχύσας, καὶ κατασβέσας οἴνῳ λευκῷ, καὶ τρίψας, καὶ προσθεῖναι ἐν ὀθονίῳ. ἢ χαλβάνην καὶ νέτωπον, καὶ μίσυ, ῥοδίνῳ μύρῳ ἐν ὀθονίῳ. ἄλλο προσθετόν. Ἐλατηρίου δύο πόπας, καὶ κηπίου ἐν οἴνῳ δι' ὀθονίου προσίστη. ἢ βούτυρον, καὶ στυπτηρίου μέλιτι δύσας ὁμοίως. ἢ ὁπὸν σκαμμωνίης, καὶ τέαρ ἐν μάζῃ ξυμμίξας, οἴνῳ τε δύσας, δι' ὀθονίου προστάξαι. ποτὰ δυνάμενα χρεῖον ἐξαγαγεῖν. κολοκυνθίδος ἀγρίης τρίψας. ὃ ἔνδον ἐν γαλακτίῳ γυναικείῳ, ἐν ὀθονίῳ προσίστημι. ὅπως τὸ αὐτό. Σίλφιον ὅσον κύαμον ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν. ἕτερον ἐκβόλιον. Ὑπὸ τὰς μασχάλας λαβόν, σείειν ἰσχυρῶς. ποτὰ ἢ διδόναι, ἄγνου τὸ φύλλα ἐν οἴνῳ, ἢ δίκταμνον. χρητικόν, ὅσον ὀβολὸν ἐν ὕδατι τρίψαν, καὶ διδόναι. ἢ κονύζης τὸ δυσόσμου, ὅσον χεῖρα πλείω δραχμῆς. προπότου χυλῷ. καὶ νέτωπον, ὅσον χήνιον ἀδρόν. ταῦτ' ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν, τρίψαντα λεῖα. ἢ δάδα πιοτάτην ξυλύγλυκεῖ οἴνῳ ἕψειν, ὀπτήσας ὅσον τρεῖς κυάθους. καὶ χαλβάνην ὅσον τεττάρων. καὶ σμύρναν ἕψησας, ἐπειδὴ παχυνθῇ), δοὺς πιεῖν χλιερόν. ἢ προπότου χυλὸν, καὶ σμύρναν, καὶ οἶνον γλυκὺν ὁμοῦ. ἢ ἀνδράχνης καρπὸν λέκιθον. δίδου ὃ ἐν οἴνῳ λευκῷ παλαιῷ. ἢ ἀγγείου χηλίνης κόκκους ἑνδεκα τρίψας ἐν οἴνῳ πινέτω. ἢ βατραχίου βοτάνης ἐν τῷ φύλλου, καὶ τῶν ἄνθος τετριμμένου, ὅσον δραχμὴν ἀγγυαίου, ἐν οἴνῳ πίνειν γλυκεῖ. ἵνα ὃ ἔλκι σχίζηται ὃ χρεῖον, λεπιδος ὅσον ὀβολὸν τρίβειν ἐν οἴνῳ, καὶ πίνειν. ἢ σελίνου ῥίζαν, καὶ μύρτα ἕψαντα, πίνειν ἡμέρας τέσσαρας. ἢ κύμινον αἰθιοπικὸν. καὶ ὃ καστόριον, ὀκτὼ ὀβολὸν. καὶ καντηρίδος μικρόν. ταῦτ' ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν. ἢ μαράθου ῥίζαν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ μέλιτι ἀναζέσαντα πιπίσκειν. ἵνα ὃ χρεῖον μὴ ὑποχωρεῖ, κόνυζαν τρίψας ἐν ἐλαίῳ προσθέτες. πίνειν ἢ ἄμεινον. ἢ κονύζης ὅσον χερμάδα, ταῦτ' ἐν οἴνῳ πιέτω. Χοιρεῖον ἄζαγει. ἢ ὀπτιλωτία καταπασᾷ. καὶ ὃ ἔμβρυον ἢ μιερηγὸν ἕλκει, καντηρίδας πέντε, ἀσπάλακας τὰ πέρα, καὶ σκέλεα, καὶ τὴν κεφαλήν, εἶτα τρίβολον ὃ πολυθαλάσσιον, κόψας ξὺν τῇ ῥίζῃ, καὶ ἴσιν φύλλοισι, ὅσον κόγχιλον. καὶ τὸ διανθεμον τὸ χλωρὸν τρίψον, ἶσον πλῆθος καὶ σελίνου σπέρμα. καὶ σπίνης ὠὰ πεντεκαίδεκα ἐν οἴνῳ

mazam ſubactum in ſubdititio apponito, vbi prius per biduum cibo abſtinuerit. Hoc nullum inueniat præſtantius. Medicamentum ad explorandam fœcunditatem. Allium caput habes vnicum decoctum, per horam in ſubdititio apponito. Aliud fœcunditatem explorans. Netopi modicum lana conuolutum in peſſo ſubiicito, & videto num eius odor ad os perueniat. Subdititia medicamenta. Fel ſcorpij marini lana exceptum, & in vmbra ſiccatum, in peſſo ſubdito. Aut pulegium ſiccatum & melle ſubactum; in vellere ſubiicito. Aut æris florem cum melle linteo illigarum in ſubdititio apponito. Aut cucumeris agreſtis ſemen, & teſtam combuſtam, ex vino & pilis leporis ſubactam, in vellere ſupponito. Aliud ſubditicium. Alumen Ægyptium lana exceptum, in ſubdititio apponito. Aut cantharidas tritas, vinoq; ſubactas ſupponito. Aut artemiſiam herbam vino maceratam, in ſubdititio apponito. Aut melanthium ex vino contritum in vellere ſubdito. Aut bulbulum ex tritico tritum, vinoq; maceratum ſupponito. Aut viui albi veteris fæcem combuſtam, vinoq; albo reſtinctam & tritam, in linteo ſupponito. Aut galbanum & netopum, & miſy ex vnguento roſaceo in linteo ſubdito. Aliud ſubdititium. Elaterij quantum duæ potiones, & ſauum ex vino in linteo ſubdito. Aut butyrum & alumen melle ſubactum, eodem modo. Aut ſcammonij ſuccum & adipem in mazam commixta, vinoque ſubacta, ex linteo introducito. Potiones quæ ſecundas vtero detentas educendi vim habent. Colocynthidis agreſtis partem interiorem ex lacte muliebri tritam, in linteo ſubdito. Ad idem. Silphium fabæ quantitate ex vino propinato. Aliud fœtum etiam excludens. Mulierem ex axillis comprehenſam vehementer concutito. In potu verò agni caſti folia ex vino dato, aut dictamni Cretici obolum ex aqua tritum exhibeto. Aut conyzæ fœtidæ manipulum porri ſucco dilutum, netopo ad plenæ chemæ menſuram addito, hæc leuiter trita ex vino propinato. Aut tædam pinguiſſimam vino dulci aſperites cyathos affuſo decoquito, addito galbano ac tres obolos & myrrha. Decoctum vbi craſſitudinem acceperit, tepidum potui exhibeto. At porri ſuccum & myrrham, cum vino dulci ſimul. Aut portulacæ ſemen ad læuorem terito, ex vino autem albo veteri exhibeto. Aut populi nigræ Creticæ grana nouem ex vino nigro bibat. Aut ranunculi herbæ folia, & floris triti drachmæ Æginenſis pondus, ex vino dulci bibendum. Quòd ſi ſecunda adhuc intus adhæſerit, membranæ vernationis anguinæ obolum ex vino tritum propinato. Aut apij radicem, & myrti baccas decoctas per dies quatuor in potu aſſumat. Aut cuminum Æthiopicum & caſtorium oboli pondere, & cantharidis parum, hæc ex vino bibenda exhibeto. Aut fœniculi radicem ex vino cum oleo & melle feruefactam propinato. Si ſecunda non decedat, conyzam tritam in vellere ſubiicito, bibere autem præſtat. Aut conyzæ quantum manus capit, porri ſucco & netopo conchæ maioris quantitate admixto hæc ex vino bibat. Hoc ſecundam educit, menſes deturbat, & fœtum imperfectum extrahit. Cantharidas quinque, alis, cruribus, & capite auulſis, deinde tribuli marini cum radice & foliis contuſi conchæ quantitatem, & chamæmelum recens tritum æquali copia, apij ſemen, & oua ſæpiæ quindecim, hæc omnia ex vino

dulci diluto permixta, cùm primùm dolor detinuerit potui exhibenda. Quinetiam in aqua calida desideat, aquam verò mulsam dilutam, & vinum dulce album bibat. Secundam expellere valet holoconitidos dulcis radix, quæ bulbum refert, & parua est velut oliua, hanc ex vino tritam potui exhibeto. Quæ si exigua quidem fuerit, duæ exhibendæ, sin maiuscula, vna satis est. Ex seminibus autem cuminum Æthiopicum & seseli Massilienſe admiſceto. Aut folium Libycum siccum ad dimidiam chœnicem ex vini cyathis tribus decoquito, ex eo ad dimidias decocto bibat. Aliud. Viticis semen, seselios æqualem portionem & myrrham simul trita ex aqua potui exhibeto. Quæ fœtus expellunt. Agnum album recentem acetabuli quantitate, ex vino albo grati odoris læuiter tritum potui exhibeto. Aliud. Castorij aut sagapeni obolum, bituminis drachmam vnam, nitri duas, hæc omnia ex vino dulci trita, & olei hemina dimidia, ieiunæ ad duos obolos bibenda exhibeto, & calida probè lauato. Aliud quod eadem habet vires. Echinos marinos tres integros ex vino grati odoris læuiter tritos, potui exhibeto. Aliud. Menthæ paruum fasciculum, rutæ, coriandri, & cedri aut cupressi semen, ex vino odorato potui exhibeto. Et ex echinis, si adsint, sæpiusculè sorbitionem accipiat, ad eundem deinde modum calida lauet. Aliud eodem modo. Anisum, cedri baccas, apij semen, cuminum Æthiopicum, seselī, cuiusque acetabuli dimidium ex vino albo læuiter tritum bibendum dato. Aliud similiter faciens. Dictamni fasciculum, seminis dauci drachmas duas, & melanthij tantundem, ex vino albo læuiter tritum in potum exhibeto, & calida multa lauato. Danda autem hæc ad vim morbi respectu habito. Aliud. Galbanum oliuæ magnitudine ex oleo cedrino tritum in subdititio supponat. Hoc etiam fœtum perdere, & secundam morantem detrahere valet. Aliud quod infusum secundas eiicit. Cùm fœtus ex frigore mortuus computruerit, si ventus frigidus fuerit, crocum læuiter trium drachmæ pondere, ex anserino adipe in vterum infundito, ibique diutissimè finito. Potio ad id probè conducens. Conyzam grati odoris læuiter tritam, ex vino odorato aut syrmæa potui exhibeto, & calida lauato. Alia similis potio ad puerum & vitia quæ intus sunt. Æruginem tritam cum melle & syrmæa potui exhibeto. Aliud subditicium fœtum mortuum expellens. Æris limatam scobem molli linteo exceptam, ad os vteri apponito, & iuuabis. Testam recentem cum adipe anserino tritam sibi supponat. Aliud subditicium. Nitrum cum resina decoctum, in glandem efformatum, gallinaceo adipe intinctum, in subditicio apponito. Aliud subditicium. χάειεν vulgò est nuncupata herba, huius radicem non longo tempore ad vmbilicum admoueto. Aliud. Cucurbitam agrestem, & murium stercus læuiter contrita, in subditicio apponito. Aliud quod alligatur. Resinam & gallinaceum adipem simul trita & mixta ad vmbilicum & ventrem alliget. Aliud subditicium. Hederæ albæ fructum & cedri scobem tritam & in glandulas efformatam sibi supponat. Aliud. Testudinis marinæ cerebrum cum croco Ægyptio, & sale Ægyptio tritum & commixtum, in glandes formatum sibi supponat. Suffitus fœtum eiicere & ventris sanguinem educere valens.

γλυκεῖ κεχρημένῳ ζωῷ ὁμοῦ, καὶ ἐπειδὴ ὀδυνᾶται ἔχπίνειν. καὶ ἐν ὕδατι θερμῷ ἐγκαθιζέσθω. πινέτω ὑ μελίκρητον ὑδαρές. καὶ γλυκὺν οἶον ληθυρόν. Ὑστερον δυώδατα ἐκβάλλειν. [382] Ὁλοκωνίτιδος τῆς γλυκείης ῥίζα. ἔστι ὑ, ὡς βολβός. σμικρὸν ὑ ὡς ἐλαΐη. ζωτίλῳ τρίβειν ἐν οἴνῳ καὶ διδόναι πίνειν. ἰῷ μὲν ἢ σμικρά, δύο. ἰῷ ὑ μείζω, μία ἀρκεῖ. πρόσμισγειν ὑ τῷ σπερμάτων, κύμινον αἰθιοπικὸν. καὶ σέσελι μασσαλιωτικόν. [383] ἢ φύλλον ὃ λιβυκὸν, ξηρὸν ἡμιχοίνικον σὺν οἴνῳ κοτύλῃσι τρισὶν, ἕψειν καὶ ἄγειν ἐς ἥμισυ. καὶ ἀπὸ τούτου πινέτω. ἄλλο. Λύγου καρπὸν, σεσέλιος ἴσον. [384] σμύρνης τρίβειν ὁμοῦ καὶ σὺν ὕδατι διδόναι πίνειν. Ἐκβόλια· ἄγνου λευκῆς νέης ὄζῳ ὀξυβάφου. ἐν οἴνῳ λευκῷ βιώδει δὸς πιεῖν, τρίψας λεῖον. ἕτερον. κασσείου, ἢ σαγαπηνίου ὀβολὸν. ἀσφάλτου δραχμὴν μίαν. νίτρου δύο. πρώτα τρίψας ἐν γλυκεῖ οἴνῳ, καὶ ἐλαίου ὅσον ἡμικοτύλιον, δὸς πιεῖν νήστει, ὀβολοῖς δύο. καὶ λεῖσον θερμῷ, καλῶς. δεῖπνο ὁμοίως ἔχον. ἐχίνους θαλασσίους τρεῖς τρίψας ὅλοις λείοις ἐν οἴνῳ βιώδει, δὸς πιεῖν. ἄλλο. Μίνθης δεσμίδα μικρὴν, καὶ πηγάνου, ϗ κορι-ανίου. ϗ κέδρου, ἢ κυπαρίσσου σπέρμα, ἐν οἴνῳ βιώδει δὸς πιεῖν. [385] καὶ τῶν ἐχίνων, ἢν ἔχῃ, ῥοφείτω ὅτι ὃ πλεῖστον. ὡσαύτως ἔπειτα λεῖσον θερμῷ. δεῖπνο ὁμοίως. αἴνησον, κεδρίδας, σελίνου καρπὸν, αἰθιοπικὸν κύμινον, σέσελι, ἑκάστου ἥμισυ ὀξυβάφου δὸς ἐκπιεῖν οἴνῳ λευκῷ τρίψας λεῖον. δεῖπνο ὁμοίως. Δικταμνου δεσμίδα, καὶ δαύκου καρποῦ δραχμὰς δύο. καὶ μελάνθιον ἴσον ἐν οἴνῳ λευκῷ, τρίψας λεῖον, δὸς πιεῖν. καὶ λεῖσον θερμῷ πολλῷ. διδόναι ὑ [386] πρὸς τὴν ἰσχυρὰν τῶν νοσημάτων. δεῖπνο. Χονδρίλλου ὄζῳ ἐλαίῳ τρίψας ἐν κεδρίνῳ ἐλαίῳ, προσθέσθω. τοῦτο δυώδατα ἀμφιθείρειν καὶ ἐκβάλλειν [387] ὃ νεκρόν. δεῖπνο ἐκβόλιον ἔγχυτον ὑστέρων. [388] Ὅταν σαπῇ νεκρωθὲν ἔσω ψύχους, ὅταν αἴεμος ψυχρὸς ᾖ, κρόκου τρίψας λεῖον, ὅσον δραχμὴν, ὀλκῇ ἐν χηνὸς χιονὸς ἐγχέας, ϗ ἐᾶν ὡς πλεῖστον χρόνον. Ποτὸν συμβάλλον προὸς τόδε καλῶς. [389] κόνυζαν τὴν ἡδύοσμον τρίψας λείῳ ἐν οἴνῳ βιώδει, ἢ ἐν συρμαίῃ, δοῦναι πιεῖν, καὶ λούειν θερμῷ. δεῖπνο, ὁμοίως ποτὸν, τῷ παιδίου, καὶ τῶν ἐνόντων κακῶν, ἰὸν χαλκοῦ ξυντρίψας ξυὼ μέλιτι, καὶ συρμαίῃ, δὸς πιεῖν. [390] ἄλλο προσθετέον ἐκβόλιον ἐὼν ἀποθνήσκῃ. Χαλκοῦ ῥινήματα ὠτὶς ἐς ὀθόνιον μαλθακὸν, προσθέτω προὸς τὸ στόμα τῆς μητρέων, καὶ ὠφελήσεις. Ὄστρακον νέον. καὶ χάειον χλωρὸν τρίψας προσθέσθω. ἄλλο προσθετέον. Νίτρου ἐφθοῦ ξυὼ ῥητίνην, ϗ ποιήσας βάλανον, βάπτων ἐς ὄρνιθος στέαρ προσίστη. ἄλλο προσθετέον. χάειον ὃ ἐπονομαζόμενον, τούτου ῥίζαν προὸς ⟨ϕ⟩ ὀμφαλὸν προσθέσθω μὴ πολλὸν χρόνον. ἄλλο. ἀγλεῖνι χολικωτέῳ, ϗ μυῶν ἀποπατον τρίψας, λεῖα προσίστη. δεῖπνο ὀπτέον. Ῥητίνην ϗ στέαρ ὄρνιθος τρίψας ἅμα, ϗ μίξας, ὀπτησάσθω ὅτι τὸ ὀμφαλὸν ϗ τὸ γαστέρα. ἄλλο προσθετέον. τῶν χιονὸς τοῦ λευκοῦ ⟨ϕ⟩ καρπὸν, καὶ κέδρου πρίσμα τρίψας, καὶ βαλάνια ποιήσας, προσιστάσθω. δεῖπνο, χελώνης θαλασσίης ⟨ϕ⟩ ἐγκέφαλον, καὶ αἰγὸς ὠτίου χόρτον, ϗ ἅλας αἰγὸς ὠτίου τρίψας, ϗ ξυμμίξας ποιέειν βαλάνους, ϗ προσιστάσθω. ἐκβόλιον θυμίαμα, δυωδέμβυον καὶ ἅμα γαστρὸς ἐξελάσαι.

Itēm

Ιτέης φύλλα ὅπου πῦρ ὀπιθεὶς θυμιῶν, καὶ περικαθίσας τ γυναῖκα ἐᾶν ἄχρις ἂν ὁ καπνὸς ἐς τ μήτρην ἔλθοι. περὶ ἐκτρώσιος. Ὅταν ἡ γυνὴ ἐκτρώσῃ, καὶ τὸ παιδίον μὴ ὀξίῃ, ἰῶ τε ἕλκῃ, καὶ οἰδήσῃ, ἢ ἄλλο τι πάθη τοιοῦτον, τοῦ πράσου καὶ σέλινα ἐκθλίψας τ χυλὸν λαβὼν ῥαφάνεος ἀμφοτέρων ὅπου πωλάξας, καὶ κοτύλιον ῥοδίνου ἐλαίου, καὶ στέαρ χήνιον ὅσον τεταρτημόριον, ῥητίνης τε ὀβολοὺς τρεῖς καταντίξας ἐν ἐλαίῳ, καὶ ποιήσας πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην, ἔγχεον ἐς τὰς μήτρας. καὶ ἐκεῖνο χειμῶνι χρόνον ὅτι πλεῖστον. ἔπειτα καθίσαι ἡμέρας τέσσαρας. καὶ ἐξέρχεται ὁ ἀποβαλὼν παιδίον. ἰῶ ἢν μὴ, λαβὼν ἅλας αἰγυπτίους, καὶ κολοκύντιον ἀγρίου χλωρὸν, μέλιτι μίξας, καὶ τεῖλαι δοῦναι φαγεῖν. καὶ ἐπὴν φάγῃ, κινείσθω τῇδε καὶ τῇδε. ἅλας αἰγυπτίους. καὶ μυόκρομα. καὶ ἀγρίου κολοκυντίου. ℈ μέλιτος ὅσον τεταρτημόριον ὀπιχεῖν ἡμίεφθον. λαβὼν ῥητίνης δραχμὴν μίαν, ἐμβαλὲ ἐς τὸ μέλι. καὶ τ κολοκυντίου ℈ τὰ μυόκρομα, σωτείλασα πάντα καλῶς, καὶ ποιήσασα βαλάνους. προσκείσθω τῷ μήτρᾳ προσθείσα, ἕως ἂν δοκῇ χωρεῖν εἰ. ἕτερον ἐκβόλιον, ὃ τὸ παιδίον βλαπτὸν ἠρέμα, ἐκβάλλει. ἐλξίνου ἐν οἴνῳ τείλας πιεῖν. ἕτερον ποτὸν ἐκβολῆς, ὃ τὸ παιδίον ἐκβάλλει πελιδνόν.

Τοῦ ἐκπεσόντος ῥίζας τείλας λεπάς, καὶ ὄνησι τοῖσι δακτύλοισι, ℈ σμύρνης ὅσον κύαμον ἅρας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ πίπτοντι. ἐκβόλιον. Κρεῖσσον σὺν τῇ ῥίζῃ, καὶ νέτωπον προσθεμένην, προπατείτω. ἕλκυστρον ἐμβρύου ἰῶ ἀποθανόντος παιδίον ὥστε ἐκβάλλειν. κρόκον τείλας, ὀπίσσω χλιοῦ ἔλαιον καὶ διηθήσας, ἔγχεε ἐς τὰς μήτρας. καὶ καταλίμπανε ὡς πλεῖστον χρόνον. ἔμβρυον ἀκίνητον φθεῖραι καὶ ἐκβαλεῖν. Στυπτηρίης ξηρῆς δραχμὴν μίαν. σμύρνης ἴσον. ἑλλεβόρου μέλανος τριώβολον τείλας λεῖα ἐν οἴνῳ μέλανι, βαλάνια ποιέειν. καὶ προσιτέναι ἀνάγκη, ἄχρις ἂν κατ' ὀλίγον ἀπολυθῇ. Κλυσμοὶ καθαρτικοὶ μητρέων, ἰῶ ἐκ τοίου ἑλκωθῶσι, ἢ φλεγμασίης. Ὀλιγοθερμους χειμερινοὺς ὕδωρ ὀπιχέας ℈ ζέσας, ἀφεῖναι ℈ καταξῆναι. Εἶτα ἔλαιον ὀπιχέαι χλιηρὸν καὶ μίξαι. κλύσαι δὲ δύο χοτύλῃσι τὸ πλεῖστον. πάντα δὲ τὰ κλύσματα μὴ πλέω τούτων κλύζειν. καὶ σιδίοισι καὶ μαννῃ. ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ἑψημένῃ. Εἶτα ἀποχέας ⟨℥⟩ οἴνου, τούτῳ κλύζε. Ἄλλος κλυσμός. Τρύγα οἴνου καταξήνας, τῆξον. καὶ ὑδάτιον κλύσον. Εἶτα σίδια μύρτα. ὄρτυγον βώδεα. φακοὺς ἑψήσας ἐν οἴνῳ, ἀποχέας ⟨℥⟩ οἴνου, κλύζε. Ἄλλος κλυσμός. Βούτυρον. λιβανωτὸν. ῥητίνην. μέλιτι τήξας ἐν τῷ αὐτῷ, οἴνου τε ὀπιχέας, κλύζε χλιηρῷ. ἢ ἀκτῆς καρπὸν ἑψήσας ἐν ὕδατι ἀποχέας ὃ ὕδωρ, τείλας ἐν τῷ αὐτῷ, σέλινον, σμύρναν, ἄνησον, λιβανωτὸν. ὀπιχέας τε καὶ οἴνου ὡς βώδεα, ἴσον τῷ ὕδατι. διηθήσας τε δι' ὀθονίου χλιήνας, κλύσαι. Ἄλλο. Κράμβου. ℈ λινοζώστου. καὶ λίνου σπέρμα. καὶ χλωρὸν τὸ λίνον ἑψήσας, ἐν ὕδατι ἀποθήσας, κλύσαι ᾧ ὕδατι. μυρσίνης τῶν φύλλων ὀξύβαφον, σμύρνης, ἀνήσου, μέλι, ῥητίνην, μῶρον ἀγρίου πλῆν, τείλας πάντα, καὶ ἐνώσας, ὀπιχέας τε, καὶ οἴνου λευκοῦ ὡς βώδεα τέτταρα κοτύλας δύο, διηθήσας, χλιήνας, κλύζου αὐτῷ. ἢ δάφνης καρπὸν, καὶ γλήχωνα ἑψήσας ἐν ὕδατι, μόρον τε ῥόδινον ὀπιχέας τούτῳ κλύζε χλιήνας. ἢ χλωὸς στέαρ τῇ ῥητίνῃ μίξας, ὀπιχέας τε τοῦτο οἴνου, καὶ χλιήνας κλύσαι.

Salicis foliis in ignem conjectis suffitum parato; & circumlocatam mulierem tantisper finito, dum fumus ad vterum penetrarit. De abortionis curatione. Vbi mulier abortionem fecerit, neque puer exierit, siue computruerit ac intumuerit, siue aliud quid tale contigerit, porri & apij succum ex vtrisque collectum, & per linteum expressum, olei rosacei heminam, adipis anserini quadrantem, resinæ obolos tres in oleo liquatos, hæc omnia, muliere à pedibus excitata, in vterum infundito, & vt decumbens quàm diutissimè detineat iubeto, deinde per quatuor dies in sella collocato, & puer putrefactus foras prodit. Sin minùs salem Ægyptium sumito, & cucurbitam agrestem viridem, ex melle commixtam & tritam edendam præbeto, qua sumpta in hanc & illam partem commoueatur. Salem Ægyptium & muscerdam, cucurbitam agrestem, mellis semicocti quadrante affuso, resinæ drachmam vnam in mel immitte, & cucurbitam & muscerdam, omnibusque vt decet contritis, glandes efformatas ad vterum quandiu tempestiuum videbitur apponito. Aliud fœtum excutiens, quod etiam puerum veluti sidere tactum eiicit. Helxinem ex vino tritam propinato. Alia potio eiectoria, quæ puellum sugillatum extrudit. Radicum veratri nigri tenuiter tritarum pugillum vnum, & myrrhæ fabæ quantitatem, ex vino dulci propinato. Aliud quod expellit. Coriandrum cum radice & netopum vbi in subditicio apposuerit, deambulet. Infusum ad fœtum, quod puellum immortuum eiicit. Crocum tritum affuso adipe anserino, & excolatum in vterum infundito, & quàm diutissimè relinquito. Ad fœtum immotum corrumpendum & eiiciendum. Aluminis scissilis drachmam vnam, myrrhæ tantundem, veratri nigri obolos tres, ex vino nigro tenuiter trita in glandulas efformato, & propiùs supponito quoad sensim dissoluatur. Collutiones vteros purgantes si ex partu aut inflammatione exulcerati fuerint. Grossos hybernas affusa aqua decoctas, excolato & depònito, deinde oleum tepidum affundito & permisceto. Duabus autem ad summum heminis colluito. Omnes verò collutiones ex quibus infusa parantur, mensuram istam non excedant. Malicorium & mannam in vino nigro austero decoquito, deinde vino diffuso, ex eo colluito. Alia collutio. Vstam vini fæcem aqua liquefacito, ex ea colluito. Deinde malicorium, myrti baccas, iuncum odoratum & lentes in vino decoquito, vino diffuso, eo colluito. Alia collutio. Butyrum, thus, resinam, cum melle simul liquefacito, vinoque affuso, repido colluito. Aut sambuci fructum in aqua decoquito, eaque percolata, apium, myrrham, anisum thus simul terito, vinoque odorato pari cum aqua mensura affuso, & per linteum excolato, tepido eluito. Aliud. Brassicam, mercurialem, lini semen, & ipsum linum viride in aqua decoquito, eaque percolata eluito. Foliorum myrti acetabulum, myrrham, anisum, mel, resinam, vnguentum Ægyptium, tritis omnibus & vnitis, vinique albi quàm odoratissimi heminis duabus affusis, percolato tepido eluito. Aut lauri baccis & pulegio in aqua decocto, & vnguento rosaceo affuso, eo tepido eluito. Aut anserino adipe resinæ permixto, & ad hoc affuso vino, tepido colluito.

Aliud. Butyrum & oleum cedrinum, cum pauco melle tepefacito, ex eo eluito. Aut lauri baccis, aut melle, butyro, iunco & calamo odorato, muſcoque marino in vinum coniectis & decoctis, deinde percolatis, ſic quoque eluito. Aut apij ſemen, ſeſeli, myrrham, aniſum, melanthium, in vino coquito, vinum percolatum per infuſum immittito. Aut cedro in vino decocto, vino eluito. Aut hedera in aqua decocta, decocto eluito. Aut elaterij, aut betonicæ quantum ad duas potiones ſatis eſt, in aqua decoquito, & decocti tepentis duabus heminis colluito. Aut cucumeris agreſtis interiore parte ad digiti magnitudinem in aquæ duabus heminis decocta, affuſo ad aquam melle & oleo, ex eo colluito. Aut radicis thapſiæ quantum ad duas potiones ſatis eſt, leuiter trita, & affuſo melle ac oleo aquæ duabus heminis diluto, tepido colluito. Aut veratro nigro quantum ad duas potiones ſatis ſit, vino dulci & aqua diſſoluto, colluito. Aut granis cnidiis circiter ſexaginta læuiter tritis, affuſo melle, oleo, & aqua colluito. Collutio corroborans ſi vlcera pura fuerint. Groſſos hybernas terito, & affuſa aqua per diem totam macerato, & oleo affuſo colluito. Aut malicorio & loti arboris ramentis in vino nigro decoctis. Cùm autem impura fuerint, ex iiſque ſordes ferentur, fæce vini vſta ex vino & aqua colluito. Aut malicorio, rhoë coriaria, myrti & rubi foliis in vino nigro decoctis colluito. Collutiones ad inueterata vlcera. Braſſicæ ſucco decocto eluito. Et mercurialem itidem, & paucum nitrum rubrum ammiſceto, myrrhæ acetabulum, thus, ſeſeli, aniſum, apij ſemen, netopum, reſinam, mel, adipem anſerinum, acetum album, & vnguentum Ægyptium. Hæc omnia ſimul læuiter terito, deinde vini albi duabus heminis diluito, tepido colluito. Aut mercurialem in aqua decoquito & percolato, aut myrrhæ, acetabulum, thus, ſeſeli, netopum, cuiuſque pari portione addita, tepido colluito. Aut ſaluia & hyperico in aqua decoctis, ex ea colluito. Aut ſambuci fructum & lauri baccas, vtrorumque pares portiones in vino decoquito, deinde cum vino colluito. Aut pulegij decocto eluito, aut adipe anſerino cum reſina liquato, ſimiliterque cedrini olei modico affuſo, & cum melle diſſoluto, tepido colluito. Aut argenti florem, vino, melle & cera liquatum, cyperum, iuncum odoratum, & calamum (quæ ſanè etiam vnguento admiſcentur) & iridem, ac muſcum in vino decoquito, & colluito. Aut apij ſemen, aniſum, ſeſeli, myrrham, melanthium in vino decoquito. Aut Creticam cedrum in vino decoquito, decocto abluito. Aut hederam Creticam in aqua decoquito. Hæc facienda ſi vulnus adfuerit, & myrrha aqua diſſoluta colluito. Aut elaterij potiones duas ex aqua infundito. Aut cucurbitas agreſtes duas in vino aut laſte cocto, ad quatuor heminas maceratas, percolatas infundito. Aut cucumeris agreſtis parte interiore, palmæ magnitudine in aquæ heminis quatuor decocta, melle & oleo affuſo, opus iſtud efficito. Aut thapſiæ radice quantum ad duas potiones ſatis ſit, vino dulci cum aquæ duabus heminis macerata, tepidè colluito. Aut veratri quantum ad duas potiones ſatis ſit, in vini dulcis heminis duabus diluito. Aut Thlaſpios acetabulo vnà cum melle ammixto, ex aquæ heminis duabus diluito, tepido vtitor. Aut cucumeris agreſtis palmi magnitudine,

ἀνῷ. Βύτυρον, ᾗ κέδρινον ἔλαιον, ἐν μέλιτι ὀλίγῳ χλιήνας κλύσον αὐτῷ. [399] ἢ δάφνης καρπόν. ἢ βαλεῖν μέλι. βούτυρον. σχοῖνον. κάλαμον ὐώδεα, βρύον θαλάσσιον, καὶ ἑψήσας ἐν οἴνῳ. Εἶτα ἀπηθήσας, καὶ οὕτω κλύσας. ἢ σελίνου καρπόν. σεσέλιος. σμύρναν. ἄνησον. μελάνθιον. ἐν οἴνῳ ἀπηθήσας τὸ οἶνον κλύσας. ἢ κέδρον ἑψήσας ἐν οἴνῳ, κλύσας τῷ οἴνῳ. ἢ κισσὸν ἑψήσας ἐν ὕδατι κλύσας τῷ ὕδατι. [400] ἢ ἐλατήριον, ἢ κέγχρον δύο πόσιας, ἑψεῖν ἐν ὕδατι, καὶ ὅσον δύο κοτυλῶν κλύσας χλιηρῶς. ἢ σικύης ἐντερεώνης ὅσον δάκτυλον ἑψήσας, ἐν κοτύλῃσι δύο ὕδατος, ἕως τὸ ὕδωρ ἐπιχέας μέλι καὶ ἔλαιον τούτῳ κλύσας. ἢ θαψίης ῥίζης ὅσον δύο πόσιας τείψας λεῖον, ἐπιχέας τὲ μέλι καὶ ἔλαιον, διεὶς ὕδατι χλιηρῷ ὅσον δυσὶ κοτύλῃσι κλύσας. ἢ ἐλλεβόρου μέλανος, ὅσον δύο πόσιας διεὶς οἴνῳ γλυκεῖ καὶ ὕδατι, κλύζειν. ἢ κόκκους κνιδίους ὅσους ἑξήκοντα τείψας λείους, ἐπιχέας τὲ μέλι, καὶ ἔλαιον, καὶ ὕδωρ κλύσας. κλυσμὸς κρατιστήριος, ἢν ἕλκη ᾖ καθαρά. ὀλιγίστους χειμερινοὺς τρίβειν. καὶ ἐπιχέειν ὕδωρ. βρέχειν ὅ ὅλην ἡμέρην, καὶ ἔλαιον ἐπιχέειν καὶ κλύσαι. ἢ σισύροισι καὶ λωτῷ τρίσμασιν ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψεῖν. ὅταν δ' ἀκάθαρτα ᾖ, καὶ φέρηται, τέφρα καίειν οἴνῳ ᾗ ὕδατι κλύζειν. ἢ σισύρῳ, ῥοῇ βυρσοδεψικῇ, μυρσίνης φύλλοισι καὶ βάτου, ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψεῖν καὶ κλύζειν. [401] κλύσματα πρὸς τὰ παλαιὰ ἕλκη. χυλῷ κεφαλῆς ἐφημέρου κλύζειν, καὶ λινοζώστιν ὁμοίως. καὶ νίτρον τρῖψαι ἐρυθρὸν ὀλίγον. σμύρνης ὀξύθαφον. λιβανωτόν. σέσελι. ἄνησον. σελίνου σπέρμα. νέτωπον. ῥητίνην. μέλι. χήνειον στέαρ. ὄξος ὃ λευκόν. μύρον ὃ λευκὸν αἰγύπτιον. τρῖψαι πάντα ὁμοῦ τρίβειν λεῖα. Εἶτα οἴνῳ διεὶς λευκῷ κοτύλῃσι δυσὶ χλιηρῶς κλύζειν. ἢ λινοζώστην ἑψεῖν ἐν ὕδατι καὶ ἀπηθεῖν, ἢ σμύρνης ὀξύθαφον. λιβανωτόν. σέσελι. νέτωπον. ἴσον ἑκάστου χλιηρῶς κλύζειν. ἢ ἐλχίσφακον, καὶ ὑσσώπιον, ἐν ὕδατι ἑψήσας, κλύζειν τῷ ὕδατι. ἢ ἀκτῆς καρπὸν καὶ δαφνίδας ἑκατέρων ἕξ ἴσου ἕψε ἐν οἴνῳ. Εἶτα τῷ οἴνῳ κλύζε. ἢ γλήχωνος τῷ ὕδατι κλύσον, ἢ χίου ἔλαιον ἐν ῥητίνῃ τήξας, ὁμοίως κέδρινον ἔλαιον τρίβειν ὀλίγον, καὶ μέλιτι ξηρὸν τῆξας, κλύζειν χλιηρῶς. ἢ ἀργύρου ἄνθος ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι καὶ κηρῷ τηκτόν. καὶ κύπειρον, καὶ σχοῖνον, καὶ κάλαμον, [402] ἄπινα δὲ καὶ ἐς μύρον μίσγεται. [403] καὶ ἴριν, βρύον, ἐν οἴνῳ ἑψῶν, κλύζειν, ἢ σελίνου καρπὸν. ἄνησον. σέσελι. σμύρναν. μελάνθιον [404] ἐν οἴνῳ ἑψῆσαι. ἢ κέδρον χρηστικὸν ἐν οἴνῳ ἑψεῖν. [405] καὶ κλύζειν ἐν ὕδατι, καὶ κισσὸν χρηστικὸν ἐν ὕδατι. [406] τρῶσι δρᾶν εἰ ἔχει τρῶσιν, καὶ σμύρναν διεὶς ἐν ὕδατι κλύσαι. ἢ ἐλατηρίου ὅσον δύο πόσιας ἐν ὕδατι κλύσαι. ἢ κεγχρωνίδας ἀγρίας δύο ἐν οἴνῳ ἢ ἐν γάλακτι ἑφθῷ, ἀποβρέξας ὅσον τέσσαρας κοτύλας, καὶ ἀπηθεῖν, καὶ κλύζειν. ἢ σικύης ἐντερεώνιον ὅσον παλαιστιαῖον ἑψήσας ἐν ὕδατι κοτύλῃσι τέσσαρσι, μέλι τὲ καὶ ἔλαιον ἐπιχέαντα, [407] ἐνεργεῖν. [408] ἢ τῆς θαψίης ῥίζης ὅσον δύο πόσιας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διεὶς σὺν ὕδατος κοτύλῃσι δύο, κλύσαι χλιηρῶς. ἢ ἐλλεβόρου ὅσον δύο πόσιας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διεὶς ὥστε δύο κοτύλησιν, ἢ θλάσπιος ὅσον ὀξύθαφον μέλιτι ξηρᾷ μίξας ὕδατι διεὶς ὅσον δύο κοτύλῃσι, χρῶ χλιηρῷ. ἢ σικύης ὅσον παλαιστιαῖον.

καὶ

καὶ κνεώρου ὅσον μίαν πόσιν· ἐφίσας ὕδατος κοτύλησι πέντε μέλι παλαχέας καὶ ἔλαιον, κλύσας. ἢ κόκκους κνιδίους ὅσον ἑξήκοντα εἰς μέλι, ἢ εἰς ἔλαιον σὺν ὕδατι δοὺς, κλύσας. Ἢν ἐκ τόκου διαῤῥοίῃ λαφθῇ. πινέτω ἀσταφίδα μέλαιναν. καὶ σίδη γλυκείης ῥοιῆς, ὃ ἔνδοθεν. καὶ πιτύϊνα ἐείφου, ζωῷ δοὺς οἴνῳ μέλανι. καὶ τυρὸν ἄγλειον καὶ ἄλφιτα πύελνα ὑπιπλάσσειν, καὶ διδόναι πίνειν. ὃς τυρὸς ἢ ἐπ' ὀλίγον φάσγα. ὦ ἢ ἐκ τόκου ἅιμα ἐμέῃ, ταύτῃ ἡ σύριγξ τοῦ ἤπατος τέρωται. αὐτὴ πινέτω γάλα ὄνου. ἔπειτα βοὸς, μόσχου τεσσαράκοντα ἡμέρας. καὶ σήσαμον τετριμμένον, ἄλλως αὖ ὃ ἔχῃ, πινέτω ὃ γάλα νήστις. ὦ ἐκ τόκου τὴν ἕδρην ἀγρίῃ, ἀρχεύθου καρπὸν, λίνου ῥίζαν ἑψεῖν, καὶ πίνειν ἡμέρας τέσσαρας. καὶ σφόδρακος σπέρμα τρίψας σὺν χλωρῷ ἀγρίφακι ἐαθίειν. ὦ ἢ ἐκ τόκου αἱμῆται φλεγμαίνωσιν, τρόχνα χυλὸν ἐγχεῖν ἢ πίτυλα, ἢ ῥάμνα. ὦ ἐκ τόκου ὃ σκέλος ὕστερον ὑστερέων χωλωθῇ, ἀνίσασθαι ἢ μὴ δυνῇ, πίνειν ὑοσκυάμου καρπὸν, ὅσον χερσὶν ἁρπάσαι ἐν οἴνῳ μέλανι ἡμέρας τρεῖς. φέρε ἢ ὁ πίνων. λύσις γάλακτος ὀνείου πίσσης ὅσον κύλικα. ἔπειτα τὸ φαρμακὸν, ὑφ' ᾧ ὃ φλέγμα καθαίρει. σανδαράκην ἢ ἐς πυρὸν, ἐς λαγῶ θρίξι, θυμιᾶσθαι τρεῖς ἡμέρας. ἢν φλεγμονῆς ἐκ τόκου. ὦ ἐκ τόκου φλεγμαίνωσιν αἰδοῖα ἔσω, ἢ σελίνου, ἢ ῥάμνου, ἢ τευτλίου, ἢ κολοκυνθίδος, χυλὸν ἐκπιέσας αὐτῶν. ἢ ἀκτῆς ὃ μέσον τῇ ἁπαλώτατον τρίξας μακρὸν, ἔνθες. ἢ ἀφανθίου ἐν ὕδατι πιεῖν. εἰείῳ ἢ ἀναστήσας. ὦ ἢ φελίξῃ, ἀφαιρεῖν. ἢ κοτυληδόνος φύλλα, ἢ τρίψασα ἕψειν ἐν πυρῶν κρίμνοισιν, ἔλαιον ἐπ' αὐτοῖς χέας διδόναι. χολῆς καθαρικὰ ἐκ μήτρης. σικύης τὸν ἐντεριώνιον λείῳ τρίψας, καὶ μέλιτι φυρήσας, βάλανον ποιέων, τρῖβε. φάρμακον ἢ χρὴ διδόναι, ἐς αὖθις ἐς κάτω καθαίρειν. καὶ λούειν τὰ θερμά. τρῖβε ἢ ἄνησον, ἢ μελάνθιον, ἢ κολοκυνθίδος ἀγρίης ὃ ἔνδον λεῖον ποιέειν. καὶ μέλιτι φυρῶν. καὶ τρῖβε ἐλατηρίου, ὅσον πόσιος τέσσαρας. ξυμμίξας στέαρ χλιερὸν, ἢ ἄγλειον, βάλανον θυμηκεστέρην τρῖβε ἢ νίζειν, ἢ κύμινον, ἢ σκόροδον, ἐς σῦκον, λεῖα πάντα ποιήσας, ἢ μέλιτι δοὺς, τρῖβε. θερμὸν ἢ λοῦσθαι. ἢ ἀπὸ λουτροῦ πινέτω. ἢ θλάσπιν λείῳ ποιέων, καὶ μέλιτι φυρῶν τρῖβε ἢ σύκου παλαιοῦ ὃ πῖον ξύσας ξυμμίσγειν πόσιος ἐλατηρίου δύο, ἐς νίζειν ὅσον ὃ ἐλατήριον μέλιτι δοὺς, τρῖβε, ἢ πευκεδανῷ ὀκτὼ τρεῖς κυάθους, δοὺς πιεῖν. ἢ ἄνησον. ἢ μελάνθιον δοὺς ἐν οἴνῳ διδόναι πιεῖν. ἐλατηρίου πόσιος τέσσαρας, μίξας στέατι μηλείῳ. ἀφελόμενον ἢ ἀφανιζέσθω ὕδατι ἀνθοῦντι, ῥέμα σύφωνι. ἢ ἐλατηρίου πόσιος τρεῖς, ξὺν μηλείῳ στέατι, βάλανον τρίπλεθρον ποιέειν. ὦ ἢ ἀφέλωνται, ἀφανιζέσθω ὕδατι ἀνθοῦντι ἱκανῷ. ἢ θλάσπιος ὅσον πόσιν ξὺν μέλιτι δοῦναι. κλυσμὸς ὦ χολώδης ἢ. ἐλατηρίου ὅσον δύο πόσιος ὕδατι δοὺς ὑπόχυα ἔλαιον νάρκισσινον. ἢ κλύζειν χλιηρῷ. ἢ κολοκυνθίδας ἀγρίας δύο ἀποβρέξας ἐν οἰνογάλακτι ἑφθῷ ὅσον τέσσαρας κοτύλας, τὸν μὲν μίαν ἀποπιεῖν, καὶ ξυμμίσγειν ἔλαιον νάρκισσινον, ἢ κλύζειν. μῆλος κλυσμὸς ὦ χολώδης ἢ φλεγματώδης. σικύης ἐντεριώνης ὅσον παλαιὴν ἐφίσας ἐν ὕδατι ποτῷ τέσσαροι κοτύλῃσι,

& cneori quantũ vnica potione satis sit, in aquæ heminis quinq; decoctis, melle & oleo affuso colluito Aut granis cnidiis circiter sexaginta, ex melle & oleo cum aqua dilutis, perluito. Si ex partu alui profluuio correpta fuerit, vuá passam nigrá bibat, & mali punici dulcis interiorẽ partem, hœdiq; coagulum. Hęc vino nigro diluta, & caseo caprino polenta q; triticea consperſa, potui exhibeto. Triticum autem leuiter torrefacito. At si ex partu sanguinem vomitione reddat, huic hepatis fistula vulnerata est. Hæc lac asininũ bibat, deinde bubulũ (quod facilè fit) per dies quadraginta, etiamq; sesamum tritũ, quoad bene habeat. Lac autem ieiuna bibat. Si ex partu sedis dolor adsit, iuniperi baccas & lini radicem decoquito, decoctũ quatuor dieb. bibendum dato. Lactucæ etiam semen cũ anserino adipe tritũ comedat. Si ex partu vteri inflámationem conceperint, solani succum, aut betæ, aut rhamni per infusum immittito. Si ex partu crus claudum ab vteris redditũ fuerit, neq; recta stare queat, hyosciami semen conchæ maioris mensurá, ex vino nigro tribus dieb. bibat. Leuẽ autem mentis emotionem, quæ ex eius potu cõtingit, soluit lactis asinini calix in potum exhibitus, deinde medicamentũ ex quo pituita purgatur. Suffitus autem per triduũ paretur ex sandaracha, cerato, & pilis leporis. De inflammatione ex partu. Si ex partu vteri inflámationẽ conceperint, solani succum intra pudenda per infusum immittito, aut apij, aut rhamni, aut betę, aut cucurbitæ succum ipsum expressum. Aut sambuci partẽ mediá tenerrimam in longitudinẽ derasam, indito. Aut absinthium ex aqua tritum & lana exceptum, si verò inhorresçat, auferto. Aut vmbilici veneris folia, & porra, ex crassiore tritici farina decoquito, oleoque insuper affuso exhibeto. Quæ bilem ex vtero purgant. Cucumeris agrestis partẽ internã læuiter tritam, melle subactam, & in glandem efformatã subdito. Medicamento autem exhibito sursum & deorsum purgare oportet, & calida lauare. Anisum verò & melanthiũ in subdititio apponito. Aut colocynthidos agrestis interiorem partẽ læuigatá & melle subactá, in pesso apponito. Elaterij quantũ ad quatuor potiones satis sit, adipe anserino aut caprillo admixto, in oblongiorẽ glandem efformatũ supponito. Aut nitrũ, cuminũ, alliũ, ficum, omnia læuiter trita & melle subacta in subdititio apponito. Calida autem lauet, & à balneo bibat. Aut thlaspim læuiter tritã, melle subactá in pesso apponito. Aut veteris ficus abrasam pinguedinẽ, cum elaterio quantũ ad duas potiones satis sit admisceto, & pari cum elaterio nitri portione, melle subactũ in subdititio apponito. Aut peucedanũ ad tres cyathos potui exhibeto. Et anisum & melanthium vino macerata bibenda dato. Aut elateriũ quantum ad potiones quatuor satis sit, ouillo adipe ammixto sibi supponat, quod vbi detraxerit, aqua odorãta eluatur, quæ leuiter adstringat. Aut elateriũ quantũ ad tres potiones satis sit, cũ adipe ouillo, circũ pennã in glandem cõponito, eaq; detracta aqua sufficienti eluatur. Aut thlaspis quantũ potione datur, cum melle exhibeto. Collutio si bilioſa fuerit. Elaterio quantum ad duas potiones satis sit aqua macerato, oleum narcissinum affundito, & tepido colluito. Aut colocynthidas agrestes duas vbi œnogalacte cocto ad quatuor circiter heminas maceraueris, vnã quidem percolato, & ammixto oleo narcissino colluito. Alia collutio bilioſa & pituitoſa. Cucumeris interiore parte palmi magnitudine aquæ potabilis quatuor heminis decocta,

album aut roſaceum apponendum, in ſanam autem coxendicem decumbere præſtat. Bibat etiam pæoniæ grana nigra quatuor, & ſambuci fructum in tædis, conchæ teſtæ maioris quantitatem, & caſtorium fabæ magnitudine, cibisque mollibus vtatur. Ante cibum conueniet mercurialis cocta velut braſſica, ius autem ſorbeat, & acria comedat, exceptis raphano, cepa & naſturtio. Optima etiam eſt lactuca. At quicunque ab vteris morbi contingunt, hoc eſt cùm vteri locomoti fuerint, ij aliàs aliò irruunt. Quocunque autem irruerint, eò vehementes dolores feruntur. Quòd ſi quis veſicam contingat, dolorem excitant, neque vrinam recipiunt, neque ad ſe genituram trahunt, vtraque dolent, ac niſi celeres ſolutiones contingant, tandem vteri in locis ad quæ decübuerint, ſuppurant. Quod contingit in laterum inanitatibus, & in inguinibus, & ſupra pectinem. Sic autem per initia cùm dolor detinuerit, curare oportet, & tepefacientia admouere, & in calida morari. In ea enim deſidere bonum eſt, aut per ſpongias ex aqua calida expreſſas fomentum adhibere, aut medicamentum aliquod ex his quæ vtero conueniunt in potu ſumere. Quòd ſi his non ſoluatur, medicamentum deorſum aut ſurſum purgans ſi opus fuerit, vtro tandem indigere contigerit, exhibendum. Iſtud autem ad hunc modum dignoſces. Si quidem ad inguina, pectinem & veſicam vterus impegerit, ex medicamento per ſuperiora purgante indigent. Si verò ad lateris inanitates & præcordia, medicamento per inferiora purgante. Huiuſmodi autem morbi ſenioribus potius quàm iunioribus, in menſium defectibus contingunt. Accidunt etiam iuuenculis, vbi diutiùs viduæ permanſerint. Quòd ſi ad ſedem vteri vertant, alui deiectiones prohibentur, & dolores lumbos, & imum ventrem, ac rectum inteſtinum detinent. Cùm ſic habuerit, ipſa lauari calida debet, & lumbis fomentum admoueri, poſteaque ſubter ſuffitus ex graueolentibus adhiberi. In ſubdititio quæ vteros purgant & pellunt apponenda, & ex iis quæ conducunt, quæ potiſſimùm admiſerit propinanda. At ſi ad inguina & vrinæ vias decumbant, dolores vehementes contingunt, crura torpeſcunt, & vrinæ via obſtruitur, neque vrinam emittit. Ad hunc autem modum curanda eſt. Naribus quidem bene olentia & vnguenta adhibenda, graueolentia autem ad vteros in ſuffitu admouenda. Quælibet autem occaſio ad commouendos vteros ſatis eſt, ſi quid vitij habeant. Id enim vel ex pedum & lumborum frigore contingit, & ex ſaltatione, animi conſternatione, lignorum ſectione, curſu ad accliuem vel decliuem locum, & ex aliis plurimis. Hæc igitur ſpectanda ſunt, ad totum corpus proſpiciendo, vbi præſentes morbi ſolutionem acceperint. Eiuſmodi enim omnia magis aut minus affligere neceſſe eſt. Et poſtquam eminuerint, hac maximè parte de repente morbi ſe produnt. Cùm igitur hæc ſoluta fuerint, altiùs ex toto homine coniectura capienda eſt. Quæ crurum perfrictiones aut torpores ex refrigeratione in vterorum morbis contingunt, eæ omnes vteros in altum ſubleuant. In his vbi prolapſi fuerint calidam ad vteros & ambientia loca affundere, eoſque ac crura excalefacere oportet. Si ex partu vteri in dextram obuerſi fuerint, puerperij purgamenta non eunt, dolor imum

λευκὸν ἢ ῥόδινον. ὅτι δ' ὃ ὑγιὲς ἰσχύει ἄμεινον καθαιρεῖσθαι. πίνειν δ' γλυκυσίδης κόκκους τέσσαρας σὺν μέλανι, καὶ ἀκτῆς καρπὸν ἐν τοῖσι δαγίν ὅσον χηραμίδα, καὶ κάστορος ὡς κύαμον. καὶ σιτίοισι χρῶτο μαλθακοῖσι. λινοζωστις δ' αὖ ἁρμόζοι τοῦ τὰ σιτίου ἐφθὴ ὡς κρύμβη. ῥοφείτω δ' καὶ ὕδατος. καὶ τὰ δριμέα πρωγέτω, πλὴν ῥαφανίδος. καὶ κρομμύου. καὶ καρδάμου. ἄειστον δ' ἠριδακίνη. ὁκόσα δ' ἀπὸ τῶν ὑστερέων ξυμβαίνει γίνεσθαι νοσήματα, λέγω δ' ὁκόταν αἱ ὑστέραι ἐκ χώρης κινηθῶσι, τοῦτο παθοῦσαι ἄλλοτε ἄλλη, ἔκου δ' αὖ τοῦτο πάθωσιν, ὀδυνήματα καταιρέζουσιν ὀδυνηρά. καὶ ἰὼ ἅψηται ἧς τὸ κύστις, ὀδυρίην παρέχουσι. καὶ ὃ οὖρον οὐ δέχονται. οὐδὲ τὸ γόνον ὅτι σφέας ἕλκουσι. καὶ ἄμφω διήκει. κἠὼ μὴ ταχεῖαι λύσιες γίνωνται, διαπυίσκονται αἱ ὑστέραι ὕστερον χρῷ τὰ αὐτὰ χωρία, ἰὼ τοῦτο αὐτὰ ἀθρόα. γίνεται δ' χρῷ κενεῶνας τε καὶ βουβῶνας, καὶ ὑπὸ τὸ κτενός. χρὴ δ' ὃν ἄρχῃσιν ὅταν ἡ ὀδυνὴ ἔχῃ, ὧδε θεραπεύειν. καὶ χλιάσματα τοῦτο ποιέοντα. καὶ ἐν ὕδατι θερμῷ εἶναι. ἀγαθὸν γὰρ καὶ ἐν τούτῳ. ἢ ἀποκλίσιον ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιέζοντα τοῖσι πυελοῦ. καὶ πίνειν τῶν ὑστερικῶν φαρμάκων. ἰὼ δ' μὴ τοῦτο τοῦ λύπῃ, φαρμακεύειν κάτω, καὶ ἄνω ἰὼ δέῃ. ὁκοτέρω δ' ἂν χρὴ δεῖν. τόνδε δ' διαγνώσῃ τῷδε τῷ τρόπῳ. ἰὼ μὲν ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ κτένα, καὶ κύστιν ἐληλύθῃ, αὖται χρῄζουσιν ἄνω φαρμακείης. ἰὼ δ' ἐς τοὺς κενεῶνας τε καὶ τὰ ὑποχόνδρια, αὖται δέονται κατωτερικοῦ φαρμάκου. τὰ δ' νοσήματα τὰ πρῶτα τοιοῦτόν τρόπον, γίνεται δ' καὶ νέῳσιν ἐόσῃσιν, ὁκόταν χηρεύσωσι πολλὸν χρόνον. ἰὼ δ' ἐς τὸν ἕδρην τρέπων, τὰ ὑποχωρήματα κωλύουσι καὶ ὀδυνᾶται ἰσχίον δ' τοῦ τε ὀσφῦος, καὶ τοῦ νειαίρου γαστέρος, καὶ ⟨ν⟩ ἔρχον. ὅταν ὧδε ἔχῃ, λούειν χρὴ μὲν τῷ θερμῷ. καὶ πυελοῦ τοῦ ὀσφῦος καὶ ὑποθυμιᾶν δ' κατόπιν καρκάδεσι. καὶ τοῦτο σιτίων ἄσαι καθαίρει τε καὶ ἐλαφροῖ τὰς ὑστέρας. καὶ πιπίσκειν ὅ,τι ἂν τοῦτο δέχηται τῶν ξυμφερόντων μάλιστα. ἰὼ δ' καθεύδοντας, ἐς τοὺ βουβῶνας τε, καὶ ὀρχητῆρας, ὀδυνᾶται γίνονται ἰσχυραί. καὶ ναρκὴ ἐν τοῖσι σκέλεσι, καὶ ὁ ὀρχητὴρ ἀποφθείνεται. καὶ ὃ οὖρον οὐ μέθησι. θεραπεύειν δ' χρὴ ὧδε. τοῦτο μὲν τὰς ῥῖνας τοῦτο σπᾶν τὰ βώδεα καὶ μύρα. τοῦτο δὲ τὰς ὑστέρας, τὰ δύσοδμα θυμιᾶν. ἅπασι δ' τοῦτο φάσις ἰσχνὴ τὰς ὑστέρας παρίζειν, ἰὼ ἔχωσί τι φλαῦρον. καὶ γὰρ ἀπὸ ῥίγεος τῶν ποδῶν καὶ ὀσφύος. καὶ ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι, καὶ πλῆσαι, καὶ κεάσαι, καὶ δραμεῖν τοῦτο πάντες χωλόν, ἢ τοῦτο κάτοντες. καὶ ἀπ' ἄλλων ἰσχνῶν. ταῦτ' χρὴ σκέπτεσθαι ἐς ὅλον τὸ σῶμα καθορέοντα, ὅταν πρέσβυτα λυθῇ νοσήματα. τὰ γὰρ τοιάδε πάντα, ἀναίσκει τοῦτ τῷ πλέονι, ἢ τῷ ἐλάσσονι νοσεῖν. καὶ ἐπειδὰν σκληρύνῃ μάλιστα ταύτῃ τὰ ἄξαπινάγα δῆλα τῶν νοσημάτων. ὁκόταν οὖν ταῦτα λυθῇ, ἀνωτέρω χρὴ λαμβάνεσθαι ἐκ τοῦ πάντος αὖ θεράπου, ὁκόσαι, ἀποψύξιες σκελέων ἢ ναρκώσιες ψύξει γίνονται, καὶ ἐν τοῖσιν ὑστερικοῖσι. ταῦτα πάντα μεπάρσιοι τὰς ὑστέρας ἐν τοῖσι τοιούτοισι καθαίρειν χρή. θερμὸν ὕδωρ, χρῷ τὰς ὑστέρας τῶν περιξώων. καὶ ἐκθερμήνῃ αὐτὰς, καὶ τὰ σκέλεα, ὅταν τοῦτο ποιέωσιν ἱδρῶτα ἔωσιν. ἰὼ τρήσιος ἀναφαίνωσιν αἱ μῆτραι ἐκ τοῦ χρῷ δεξιαί, τὰ τε λοχεῖα οὐ γίνονται. καὶ ὀδυνᾶται ἔχει τοῦ νειαίρου

γαστέρος

γαστέρα καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὸν κενεῶνας. καὶ ὁ δεξιὸν σκέλος βαρυόεται, καὶ ναρκᾶ ἔχει. [134] ἢ οὐ τετραμμένη, καὶ οὐκ ἂν δυνάιτο τῷ στόματος ἅπτεσθαι τῶν μητρέων, ἀλλ' ὀφθαλείας τε καὶ ὁμαλὰς ἰσχυρῶς. ὅταν δὲ ὧδε ἔχῃ, φάρμακον πίσαι ὑφ' οὗ καθαίρεται καὶ ἄνω καὶ κάτω. κάτω δὲ μᾶλλον. καὶ πυελοῦν ὅλον ὃ σῶμα, καὶ τὰς ὑστέρας μάλιστα τοῖσιδε. καὶ λούειν τῷ θερμῷ, δὶς τ' ἡμέρης. [135] καὶ τῶν ποτημάτων ὅ, τι μάλιστα ἂν τοῖσδε δέχηται πειρώμενος. καὶ τὰ ἀνδρεῖα ξυνδυδέτω θαμινά. καὶ τὸν κεφαλὸν ἐαθιέτω. [136] Ἢν αἱ ὑστέραι κατὰ τὰ ἀριστερὰ κλιθῶσιν, ἡ δὲ ἰσχίον ὀδυνᾶται ἔχει, ὀξεῖα τε καὶ ἀπερμὴ, τάς τε ἰξύας, καὶ τὸν κενεῶνας, καὶ ὁ σκέλος, καὶ ὑπισκάζει. ὅταν οὖτως ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πίσαι ἐλατήριον, τῇ ὑστεραίῃ, ὑποθυμιῶ. τῶν ὑπὸ χριθέων χοίνικας δύο. καὶ ἐλαίης φύλλα κατακόψαι σμικρὰ καὶ κηκίδα καὶ κάψαι, καὶ κατασῆσαι. καὶ ὑοσκυάμου τρίτον χοίνικος. τοῦτο μίξας ἐν ἐλαίῳ ὡς ποιήσας ὅσον ἡμικοτύλιον ἐν χύτρῃ καινῇ, ὑποθυμία τέσσαρας ἡμέρας. τῆς δὲ νυκτὸς γάλα βοὸς, καὶ μέλι, ἐν ὕδωρ πινέτω. καὶ τῷ θερμῷ λουέσθω. [137] Ἢν παραλοξαίνωνται αἱ μῆτραι, [138] ἐν δοχμοὶ ἔωσι, [139] καὶ τὸ στόμα ἐφ' ὧν τὰ μυλία αὐτῆ τὰ μὴ κρύπτονται, τὰ δὲ ὡς φύσεα οἴγνυται, ἐν οὐχ ὁμοῖα γίνονται, ἀλλὰ κακήθεα, καὶ ἐλάσσονα ἢ ὡς τὸ πρὶν. καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐγγίνεται τούτου τοῦ χρόνου. ἐν ἡ ὀδυνᾶται ἔχει τὸν ἀριστερὸν γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὸ ἰσχίον, καὶ ἐφέλκεται αὐτό. ὅταν οὕτως ἔχῃ, [140] φάρμακον χρὴ πίνειν, ἐν λούειν θερμῷ. καὶ πυελοῦν. ὁκόταν δὲ νεοπυείητος ἢ ἐν νεάλουτος, [141] Ⓦ δάκτυλον παραφερέξασα, ἀπορρυέτω. ἐν πρόβυνέτω τὸ στόμα τῶν μητρέων. καὶ ὑποθυμιάσθω τὰ βώδεα. ἐν τῶν ποτημάτων δίδου, ὅ, τι ἂν μάλιστα τοῖσδε δέχηται πειρώμενος. σιλίοισι ἢ χρὴ σθαι μαλθακοῖσι. ἐν σκέπεσθαι ἐαθιέτω. καὶ ὠμὰ, ἐν ἑφθὰ καὶ τὰ ἀνδρεῖα ξυνδυδέτω. καὶ ὅπῃ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον κατακείσθω. ὅπῃ δ' ἂτερον ἐν πυειάσθω. ἡ δὲ νοῦσος δυσαπάλακτος. ἰῶ δὲ ἀγγίσαι ἔωσιν, ἐμέειν θαμινά. τὰς δὲ ὑστέρας πυειῆσαι, τοῖσι δυσώδμοισι, μέχρι ἂν ἐς χώριν ἱδρυθῶσιν. διαίτησι δὲ χρὴ σθαι μὴ λαπαχλακῆσιν. [142] Ἢν αἱ μῆτραι τοῖσδε πάσχωσιν ἔξωτέρω τῆς φύσιος, πυρετὸς ἔχει τὸ αἰδοῖον, ἐν τὸν ἀριστερὸν γαστέρα. ἐν τὸ οὖρον γλίζει θαμινά, καὶ ὀλίγον. καὶ διάκνηται σφοδρῶς τὸ αἰδοῖον. πάσχει δ', ἰῶ ὀκόσου ἔοδε, τὰς ἀνδρεῖα συνδυάζηται. ὅταν οὖν ὧδε ἔχῃ, μύρτα ἐν λωτὸν ξύσματα ἑφθὰ σὺν ὕδατι, ἐν γῆναι τὸ ὕδωρ ἐς τὸν ἀβρίλιον. τοῖσδε σαίνειν δὲ ὧδε, ὡς ψυχρότατον ἢ τὸ αἰδοῖον ἐν τείνων λείως τοῖσδε. ἔπειτα πίνειν ὕδωρ φακοῦ σὺν μέλιτι ἐν ὄξει, ἐμέετω. ἐς ὃ ἂν αἱ ὑστέραι [143] ἀνελκυσθῶσι [144] ἐν τὸν κλισίῳ, ἀνεχὰς χρὴ ποιέειν τὰ ἀπὸ τῶν ποδῶν. ἐν τὸ αἰδοῖον ὑποθυμιᾶν τὰ καχώδεα. τὰς δὲ ἐρῖνας, τὰ βώδεα. σιλίοισι δὲ χρεόσθω, ὡς μὴ σθακωτάτοισι καὶ ψυχροῖσι. ἐν Ⓦ οἶνον ὑδαρέα λευκὸν πινέτω. ἐν μὴ λουέσθω. [145] ταῖς δὲ ἀνδρεῖα ξυνερχέσθω. Ἢν πολλαπασιν ἐκ τοῦ αἰδοίου ἐκπέσωσιν αἱ μῆτραι, ἐκκρέμανται οἷόν τε ὄγκῳ. καὶ ὀδυνᾶται λάζεται ἐς τὸν ἀριστερὸν γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὸν βουβῶνας. ἐν ὁκόταν ὑπερώνηται χρόνος, οὐκ ἐθέλουσιν ἐς τὸν ἑαυτῶν χώριον ἰέναι. ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει. ὁκόταν ἐκ τόκου ἐοδε πονήσῃ, ἢ τὰ λαπτορήσῃ, [146] ὥστε ψαῦσαι τὰς ὑστέρας. ἢ ταῖς ἀνδρεῖα σωίῃ ἐν τῇ λοχίῃ καθάρσι. ὅταν οὖν ὧδε ἔχῃ, ψύγματα χρὴ τοῖσδε παρηγορικὰ τοῖς τὸ αἰδοῖον:

ventrem, lumbos, & laterum inanitates detinet, crus dextrum grauitas & torpor occupat, neque etiam inclinata mulier vterorum os contingere poterit, sed læues & vehementer planos deprehendet. Cùm ita habuerit, medicamentum ex quo sursum & deorsum, magis tamen deorsum purgetur propinato, totique corpori ac præsertim vteris lene fomentum adhibeto, bis die calida lauato, potiones periculo facto quas lubens admittat exhibeto, frequenter cum viro dormiat, & brassicam edat. Si vteri in sinistram partem aut coxam inclinarint, dolor acutus & vehemés lumbos, ac laterum inanitates, crusq; detinet, & claudicat. Cùm ita habuerit, medicamentum infra agitans potui exhibere oportet, posteroq; die subter suffitum admouere. Hordei chœnices duas, & oleæ folia minutim concisa, gallam contusam & cribratam, hyoscyami tertiam chœnicis partem. Hęc mixta & cum olei hemina dimidia in olla noua agitata per dies quatuor ad suffitum subter adhibeto, noctu verò lac bubulum, mel, & aquam bibat, & calida lauet. Si vteri transuersi & obliquati fuerint, eorúmque osculum, huic menses partim quidem delitescunt, partim etiam antea comparentes discedũt, nec similes inter se eunt, sed praui, & pauciores quàm antea, neque hoc tempore genitura intus manet, dolórque imum ventrem, lumbos & coxam detinet, eáque detrahitur. Cùm sic habuerit, medicamentum bibere oportet, calida lauare, & fotum adhibere, státimque à fotu & balneo digito ad leuiter contrectandum immisso, mulier os vterorum corrigat & dirigat, & suffitum ex odoratis adhibeat. Potionem quoque exhibeto, quancumque maximè admittere experientia cognoueris. Cibis autem vtatur mollibus, alliáque edat & cruda, & cocta, viro condormiat, & in sanam coxam decumbat, ad alteram fomentum admoueat. Hic autem morbus ægrè discedit. Quòd si vteri proximè accedant, crebrò vomendum, vteris verò suffitus ex graueolentibus adhibendus, donec in pristinum locum collocati fuerint. Victus autem ratione minimè emolliente vtatur. Si vteri extra naturam processerint, pudendum imumq; ventrem igneus calor detinet, vrina crebrò sentímq; stillat, pudendumq; vehementer mordetur. Hoc autem accidit, vbi recenter à partu cum viro dormierit. Cùm igitur ita habuerit, myrti baccas & loti ramenta in aqua decoquito, decoctumq; cœlo sereno per noctem exponito, sicq; quàm frigidissimo pudendum perfundito, & læuiter trita propiùs admoueto. Deinde lentium decocto cum melle & aceto epoto vomat quoad vteri sursum retrahantur. Lectum autem à pedibus excitare oportet, & suffitum pudendo ex graueolentibus adhibere, naribus verò ex odoratis. Cibis vtatur quàm mollissimis & frigidis, vinumq; album aquosum bibat, neq; lauet, neq; cum viro congrediatur. Si vteri prorsus extra pudenda procidant, penduli sunt velut scrotum, dolorq; imum ventrem, lumbos & inguina prehendit, progressuq; temporis in pristinum locum reuerti nolunt. Prehendit autem morbus cùm recens à partu laborarit, aut adeò defatigata fuerit, vt vteros leniter attigerit, aut in puerperij purgatione cum viro coierit. Cùm ita habuerit, refrigerantia lenientia pudendis admouere oportet;

& quod extra eſt repurgatum, malicorio in vino nigro decocto abluere & intrò retrudere, deinde mel & reſinam liquefactam, pari cuiuſque portione, in pudendum infundere. Supina etiam pedibus altioribus extentis decumbat, poſtea admotas ſpongias ex lumbis religato. Quamdiu autem ſic habuerit, cibis quidem abſtineat, potu verò vtatur, quàm pauciſſimo, donec ſeptem dies præterierint. Ac ſi ſic quidem obaudire ac redire conſenſerint, abundè eſt. Sin minus, extremas vteri oras derafas & ablutas, picato illinito. Deinde pedibus ad ſcalam alligatis, capite deorſum collocato, manu intrò retrudito, poſtea lauato, eiuſque cruribus alternatim colligatis, ſic per noctem & diem finito, & paucum ptiſanæ ſuccum frigidum, aliúdque nihil exhibeto. Poſtero die reclinatæ ad coxam cucurbitam quàm maximam affigito, diutiùs trahere ſinito, & vbi detraxeris, cutem ne pertundito, ſed reclinatam finito, nihilque præter ptiſanæ ſuccum exhibeto, donec ſeptem dies præterierint. Quòd ſi ſitis detineat, pauciſſimam aquam bibat. Vbi autem dies ſeptem præterierint, cibis quàm molliſſimis & pauciſſimis vtatur. Cùm verò aluum exonerare volet, id recumbens facito, dum dies quatuordecim præterierint. Poſtea tepidis fomentis colluatur, præſtat autem vt calida velut ex ſole vtatur, & quam minimùm ambulet, neque lauet. Aluum ne ſolueris, cibis autem pauciſſimis vtatur, neque acribus, neque ſalſis, & pudendis ſuffitum ex graueolentibus admoueat, cumque obambulare cœperit, ſubligaculum geſtet. At ſi vterorum os extra pudenda procidat, cùm nimirum vterorum ceruix prope pudenda ſita & ampla ſit, quod magis infœcundis contingit, præcipuéque ex defatigatione vbi plurimùm laborarit mulier, & vteri calefacti exudarint, ipſorum os per ceruicem euertitur, quòd nimirùm loco magis humido, lubrico & calido quàm antea exiſtat. Quod cùm contingat, vteri extra recta ad frigus feruntur, eorumque os inuerſum exit. Siquidem breui curata fuerit, conualeſcit, ſed penitus infœcunda remanet. Sin minùs, os ei durum ſemper extra erit, indeque ſubinde ſanies glutinoſa & graueolens fluet. Quòd ſi menſes prodeant, & adhuc ea ætate ſit, lecto decumbendum. Huiuſmodi autem morbus temporis progreſſu incurabilis redditur, & foras pendulis vteris ad ſenectutem perueniunt. At ſi vteri extra promineant, eos aqua tepida ablutos, & oleo ac vino illitos, rurſus intrò reponito ac religato, ſuffitum ex graueolentibus ſubter adhibeto, ad nares verò ex odoratis. Sed ſi diutiùs foras promineant, & cum ſtupore perfrigeſcant, copioſam calidam vt refoueantur affundito. Quòd ſi iam fiatu diſtendantur, etiam aceto ad aquam ammixto, aut lauri aut myrti decocto foueto, placidéque retrudito, & ſi obaudierit cerato vnguento linito, ſin minùs, aqua perluito, pauco aceto tepido affuſo, deinde inungito. Vbi contabuerint, ablutos, vt dictũ eſt, intrò reponito, reliquaque priùs commemorata facito. Oleum autem neque aliud quid pingue, neque quod pinguedinem habeat adhibendum.

καὶ ὃ ἔξω ἐὸν ἀποκαθάρας, σιδίῳ ὀξέῃ μέλανι ἐφήσας, πυτέῃ τοιούτῳ. καὶ ἔσω ἀποπλύναι. ἔπειτα καὶ μέλι καὶ ῥητίνιον ξυντῆξαι ἴσον ἑκατέρου. καὶ ἐγχέειν ἐς ὃ αἰδοῖον. καὶ κατακείσθω ὑποπλίη, ἄνω τοῦ πόδας ἔχουσα ὑπτιαμβύη. καὶ ἄπτεσθαι ἀσύλλους τοιαδεῖσα ἀναδῆσαι ὑπὸ τὴν ἰξύν. ἐς ὃ ἂν δὴ οὕτως ἔχῃ. σιτίων μὲν ἀπέχεσθω. ποτῷ δὲ, ὡς ἐλαχίστῳ χρήσθω, μέχρις ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι. καὶ ἢν μὲν οὕτως ἐθέλωσιν ὑπακούειν καὶ ἀπίέναι, ἄλις ἔστω. ἢν δὲ μὴ, ἄγειν τοιῇδε· [147] τὰ λέγνα τὰ ὑστέρης, καὶ ἀμφιπλύνας, χείσας τῇ πισσηρῇ. ἔπειτα τοῖς κλίμαξι δῆσαι τοὺς πόδας. τὴν δὲ κεφαλὴν κάτω ἔχειν. καὶ τῇ χειρὶ ἔσω ἀπωθεῖν. ἔπειτα λούειν. καὶ ξυνδῆσαι αὐτῆς τὰ σκέλεα ὑπαλλάξ. καὶ εἶναι νύκτα καὶ ἡμέρην οὕτως. καὶ διδόναι ὀλίγην χυλὸν τιλισαίνης, ψυχρόν. ἄλλο δὲ μηδέν. τῇδε δὲ ὑστεραίῃ καταλύειν ὅπῃ τὸ ἰσχίον, σικύην τοιοῦσθαι ὡς μεγίστην, καὶ ἐᾶν ἑλκεῖν πουλὺν χρόνον, καὶ ἐᾶν ἀφέλῃς, [148] μὴ ἀποξύσῃς, ἀλλὰ καταλύειν, ἔα, καὶ μὴ προσφέρειν μηδέν, ἀλλ' ἢ χυλὸν, ἕως ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν. ἢν δὲ δίψα ἔχῃ, ὕδωρ ἐλάχιστον πινέτω. ἐᾶν δὲ αἱ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσι, σιτίοισιν ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ ἐλαχίστοισι χρέεσθω. ὁκόταν δὲ ἀποπατῆσαι θέλῃ, ἀναχειμβύη ἀποπατείτω, ἕως ἂν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι γένωνται, ἔπειτα κλυζέσθω χλιηροῖσι πυέλῃσιν. ἄμεινον δὲ θερμῷ, ὡς ἐκ ἡλίου. καὶ προαποπατείτω ὡς ἐλάχιστα. καὶ μὴ λουέσθω. κοιλίην δὲ μὴ λύσῃς. σιτίοισι δὲ, ὀλιγίστοισι χρέεσθω, μήτε δριμέσι, μήτε ἁλμυροῖσι. καὶ θυμιάσθω ὃ αἰδοῖον, τοῖσι κακώδεσι. καὶ ἐπειδὰν ἄρξηται προαποπατεῖν, [149] τῇ σφενδόνῃ φορείτω. Ἢν δὲ ἔξω τὸ αἰδοίου τὸ στόμα τῶν μητρέων ἐκπέσῃ, οἷα τὸ αὐχένος τῶν μητρέων πλησίον τὸ αἰδοίου κειμένου, καὶ βύρεος ἐόντος. γίνεται δὲ τοῦτο μᾶλλον τῇσιν ἀτόκοισι. μάλιστα δὲ γίνεται ἐκ παλαιπωρίης, ἐπὴν παλαιπωρήσῃ ἡ γυνή. καὶ αἱ μῆτραι θερμανθῶσι, καὶ ἱδρώσωσιν, ἐκτρέπεται τὸ στόμα αὐτέων ἀπὸ τοῦ αὐχένος, ἅτε ἐν τῷ ὑγροτέρῳ, καὶ ὀλισθηροτέρῳ, καὶ θερμοτέρῳ χωρίῳ γιγνόμενον, ἢ ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. καὶ ἐπὴν πολλὸν γένηται, ἰθύουσιν ἔξω πρὸς τὸ ψυχρόν. ἢν σφέων τὸ στόμα ἕρπεται ἐκτός. ἢν μὲν ἐν ταχέϊ θεραπευθῇ, ὑγιὴς γίνεται. ἄφορος δὲ πολλῶν καταλιμπάνεται. ἢν δὲ μὴ ἐν τάχει, ἔξω ἀεὶ ἐόντα [150] σκληρὸν τὸ στόμα. ῥύσεται αὖθεν ἰχὼρ ἄλλοτε ἢ μετὰ γλίσχρου καὶ κακώδεος. καὶ ἢν ταπεινώσια χωρήσῃ, ἢν ἔτι ἐν τῇ ἡλικίῃ ᾖ, ἐνθύνῃ εἰ). χρόνου δὲ γενομένου ἡ τοιήδε νοῦσος, ἀνίητος γίνεται. ἢν ξυγκαταγηράσκωσιν ἔξω αἱ μῆτραι ἔχουσαι. [151] Ἢν δὲ αἱ μῆτραι ἐξίσχωσι, θειείνῃσι αὐτὰς ὕδατι χλιηρῷ, καὶ ἐλαίῃσι ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ, πάλιν ἐνθεῖναι, καὶ ἀναδῆσαι. καὶ ὑποθυμιᾶν τὰ κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ εὐώδεα. ἢν δὲ πλείονα χρόνον αἱ ὑστεραι ἐξίσχωσι, καὶ ψύχωνται ναρκώδεως. [152] καταχεῖν ὕδωρ θερμὸν πουλύ, ὄκως ἂν [153] πυελοθῶσιν, ἢν δὲ ἤδη φυσέωνται, καὶ ὄξεος μίσγοντες ξὺν ὕδατι, πυελῶν, ἢ δάφνης, ἢ μυρσίνης, καὶ ἡρέμα προσωθεῖν, καὶ κηρωτῇ μύρῳ χρίειν ἢν ἐξακούῃ. ἢν δὲ μὴ, προεκλύσαι τῷ ὕδατι, καὶ ὄξεος ὀλίγην χλιηρὰν καταχέαι. [153] Ἔπειτα ἀλφάϊδι. ὁκόταν ξὺν τάχεϊ, προεκλύσας ὡς λέλεκται ἀνθρώπῳ. καὶ τὰ ἄγγεα ποιέειν τὰ προσφερόμενα. ἔλαιον δὲ μὴ προσφέρειν μηδὲ ἄγγος πίον, μηδὲ λίπα ἔχον.

[154] Ἢν

154 Ἢν ἀποπυχθῇ ἡ τῶν σωμάτων τὸ ὑστέρης, τὰ ἐπιμήνια ὀλίγα γίνονται. ἢ ὀλίγα καὶ πονηρά. καὶ ἀλγέει. ὅκόταν δὲ ἀνδρὶ ξυνεύδῃ, ἀλγέει. καὶ ὃ, ἢν ὁ ἀνὴρ μεθύῃ, οὐκ οὐδυασμὸν ἔξεσι, καὶ ὃ θέλει φαγεῖν, οὐδ' ἑλκύει τὸν ἰνιόν. καὶ ὀδύνη ἴσχει τὸν ἀφαρὸν χαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας. καὶ τὸ σῶμα τὸ ὑστερέων, 155 δῆλον ψηλαφήσει. ὅταν οὖν μέλλῃ ὧδε ἔχειν, πυελήσας ὕδωρ παλαιὸν. ἔπειτα ἐμέσατω δὲ φακίῳ συμμίξασα μέλι, καὶ ὄξος. ἔπειτα λουέσθω, ὕδατι θερμῷ. ἔπειτα ἐγχέασα ἐς φιάλην ἀργυρέην, ἢ χαλκέην, ἔλαιον λευκὸν αἰγύπτιον. καὶ ἀγάσθω, καλυψαμένη ἡ καθέζεσθαι ἀμφὶ τὴν φιάλην. κἢν μὲν ἡ ὀδμὴ αὐτὴν ἀγάγῃ τὸ σώματος ἔλαιον, φάναι αὐτὴν τέξεσθαι, 156 καὶ τὴν ὑστεραίην ὑγιῆ εἶναι. 157 ἢν δὲ μὴ ἡ ὀδμὴ διαδύσεται, καὶ πρόσθεν μὴ δοῦναι, πρὶν ἂν ἐπιστήσεται ὃ αἰγύπτιον ἔλαιον ἐν θερμῷ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ σκεψάσθω ἢν μᾶλλον καθ' ὁδὸν ἢν τὸ σῶμα τὸ ὑστερέων. καὶ ἢν φῇ εἶναι, πυελήσας δυώδεσιν ἡμέρας τρεῖς. καὶ προσλιπάνας προσάγειν ὁποῖα μὴ ἀναδήξηται. καθαίρειν δὲ καὶ μετακλύζειν δυώδεσι καὶ μαλθακοῖσιν, ἴσας ἡμέρας τοῖσι πρόσθεν. ὅκόταν δὲ τὰ ἐπιμήνια γένηται, νηστεύσας. καὶ ἀλουτήσας, πρόσθε ἀνδρὶ ἴτω, θυμιησάμενον τοῖσιν ἀρώμασιν. ἀνέχεσι δὲ πολλαὶ καὶ οὐκ ἐκ τούτου τὰ νόσου γίνονται, ἢν μὴ μελεδωνῆται. Ἢν ἑλκωθῶσιν αἱ μῆτραι, καὶ πρόσω χωρήσωσιν ἔξω τοῦτο, ἐλαίῳ χεῖον λίπα τὰς χεῖρας ἐναλείφεσθαι. καὶ δίδου καταπόσιον σμύρνης ἀκρήτου, τρεῖς κατάπυξιν σὺν ῥοιδίοις. καὶ πινέτω δαφνίου γλωρίου τετριμμένου, οἷον δίεις. καὶ ὑγιὴς ἔσται. 158 Ἢν ἔξω ἔρχηται τὰ αἰδοῖα, πρόσθεν ἰέναι. αὐτὴ σπόγγου καρπὸν καὶ σελίνου τρίψασα λεῖα, πρόσθες πρὸς τὰ αἰδοῖα, ἢν μὴ χωρῇ μᾶλλον. ἀλλ' ὅτε μὲν ἔνθα, ὅτε δ' ἔνθα ἴασιν ὡς ὀδυνῶσα πρέχειν. αἱ δὲ ἀφανεῖς γίνονται. ὅτε δὲ ἐξίασιν ὡς ἔδρη. καὶ ὅκόταν μὲν ὑπτίη ᾖ, κατὰ χωρίον μένουσιν. ὅκόταν δὲ ἀναστῇ, ἢ δὲ ὕπνου ἔρχηται, ἢ βηχικὴ 159 ἢ ἄλλο τι ποιήσῃ κίνημα, ἐξέρχονται. πολλάκις δὲ καὶ ἡσυχίαν ἐχούσῃ. τοῦτον χρὴ ὡς μάλιστα, ἠρεμέειν τε καὶ ἀτρεμέειν, καὶ μὴ κινέεσθαι. ἐς δὲ κλισμὸν κεῖσθαι πρὸς ποδῶν ὑψηλότερον. καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι χρέεσθαι. χρὴ γὰρ αἰεὶ καθαίρουσαν αἰεκαὶ. καὶ τοῖσι δὲ φρυφνοῖσιν ἀπαγορεύειν, καὶ ὑποθυμιᾶν τὰ κακώδεα. ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας, τὰ δυώδεα. καὶ τῶν ῥοιδίων λαβὲ τὸ ὀμφαλοειδὲς, πρῆσαι τὰ μέσα, ἐν οἴνῳ χλιήναντα, 160 ἢ ὅτις ἂν ἁρμόζῃ μάλιστα. καὶ μὴ ἐᾶν κωλύειν, πρόσθεν ὡς ἐσωτάτω. ἔπειτ' ἀναδήσαι ταινίῃ πλατείῃ, καὶ ἀναλαβόντα ὡς μὴ ὀλισθάνοι. ἀλλὰ μένοι. καὶ ποιέειν τὸ δέον. καὶ τῶν μηκώνων 161 ἔξω τοῦ πυροῦ, καὶ τοῖσιν ἀφίτοισι πιπίσκειν καθάπερ ἐν τῇ προσπιόσῃ γέγραπται. καὶ τῶν ποτημάτων πειρώμενος ὅ, τι ἂν μάλιστα προσδέχηται πιπίσκειν. σιτίοισι δὲ, ὡς μαλθακωτάτοισι χρήσθω. καὶ μὴ ἀνδρὸς μὴ συνευδέτω, 162 ἄχρις οὗ κατὰ χωρίον οἰκήσῃ 163 Ἢν αἱ μῆτραι ἐκπέσωσι, κιστοῦ ὡς ξηροτάτου λεῖα, ἐνδήσας τε εἰς ὀθόνιον, προσιέναι. καὶ λιπαρὸν προσφέρειν μηδέν. πίειν δὲ δίδοναι 164 πυρῶν προσόλας. καὶ μήκωνα λεπτήν. καὶ ἐλελίσφακον. καὶ κύπρον. καὶ ἄνηθον, τοῦ τρεῖς λίβα, δίεις οἴνου, καὶ τῶν χυρηβίων τῶν ἀπὸ τῶν χοιράδων, δίδοναι δὶς τὴν ἡμέρης 165 ἐφ' ἑκάτερον ἡμικοτύλιον. 166 ἢν ἐς τὰ σκέλεα τῶν ποδὶ τρέπωνται, γνώσεις ὧδε. ⊕ μεγάλοι δάκτυλοι τῶν ποδῶν ὠδῶνται ὑπὸ τοῦ ὄνυχας. καὶ ὀδυνῆ ἔχει τὰ σκέλεα, καὶ τὼ μηρὼ. καὶ ἔγκειται καὶ θλίβει τὰ ἀμφὶ ⊕ μηδὲν ἰόντα·

Si vterorum oſculi pars quædam in rugas ſinuata fuerit, menſes non eunt, aut pauci, & praui, nec ſine dolore, cumque cum viro dormit, dolet, & quicquid ex congreſſu vir emiſerit, exit, neque attingi patitur, neque genituram attrahit. Dolor imum ventrem & lumbos detinet, neque vterorum os contrectatum apparet. Cùm igitur ita habuerit, fomentum ex veteri vrina adhibeto, deinde ex lenticulæ decocto admixto melle & aceto vomat, mox calida lauet. Poſtea in phialam argenteam aut æneam oleo albo Ægyptio & ſale infuſo, obuelata mulier circum phialam conſideat. Et ſiquidem olei odor per os ſubierit, ipſam parituram affirmato, poſteroque die ſanam fore, tuncque bono animo eſſe iubeto, ac vbi dormire volet oleum Ægyptium ex vellere in ſubdititio ſupponat. Poſtero verò die proſpiciat ſi quid vterorum os magis directum ſit, quòd ſi affirmet, per tres dies fomentum ex odoratis adhibeto, & ſubdititia quæ minimè mordeant ſupponito, purgatoq;, & poſtea ex odoratis & emollientibus totidem quot antea diebus colluito. Cùm autem menſes ierint, ieiuna & illota virum adeat, ſuffitu ex aromatis adhibito. At pleræque ex huiuſmodi morbo, niſi cura adhibeatur, infœcundæ redduntur. Si vteri exulcerati fuerint, & quàm maximè foras prodeant, manibus oleo pingui illitis intrò reponito, & myrrhæ ſinceræ tres pilulas deuorandas exhibeto, & laurum viridem tritam vino diſſolutam bibat, ſicque ſanitati redditur. Si pudenda in anguſtum coarctata fuerint, ſubditicium imponito. Aniſi & apij ſemen, læuiter tritum, ad pudenda in ſubditicio apponito. Si ſuo loco non maneant vteri, ſed modò quidam hanc in partem, modò in illam eant, ita vt dolores excitent, neq; verò comparent, interdum autem velut ſedes extra procidunt, & vbi quidem ſupina fuerit, loco manet, vbi verò ſteterit, aut ex ſomno ſurrexerit, aut prona incubuerit, aut alio quodam modo ſe mouerit, exiliunt, plærumque verò etiam quietem agenti. Hanc quàm maximè quietam ac placidam eſſe, minimeque moueri oportet, lectumque à pedibus excitatum eſſe & vomitionibus vti. Surſum enim reuellendi ſunt, & acerbis perfundendi graueolentiaque in ſuffitu ſubter adhibenda, naribus verò odorata, & malum punicum medium ex vmbilico perforatum, quodcunque maximè conuenire videatur, vino tepefactum, ſi nihil prohibuerit, quàm penitiſſimè ſubdendum, deinde lata faſcia excipiendum, & ne elabatur religandum, ſed intus maneat, & quod opus eſt efficiat, & peplium cum caſeo & polenta propinandum, quemadmodum in procidentia ſcriptum eſt. Potiones etiam, periculo facto quaſcunque maximè admittat, potui exhibendæ. Cibis autem quàm molliſſimis vtatur, neque viro condormiat, quoad ſe in locum ſuum receperint, Si vteri loco ſuo excidant, hederam ſiccißimam tenuiter tritam, in linteo ligatam propiùs admoueto, & neque pingue quicquam adhibeto. Potui verò exhibeto triticum priùs tuſum, & papauer album, ſaluiam, cyperum & aniſum, hæc læuiter trita, ex vino macerata, cum hordei purgamentis, bis die potui exhibeto, vtraq; potione dimidiam heminam. Si ad crura & pedes ſe vertat, ſic noſces. Pedum magni digiti ſub vnguibus conuelluntur, & dolor crura ac femora detinet, & in femoris neruos incumbit & premit.

Cùm sic habuerit copiosa calida crebrò lauanda, & si ferre possit fouenda, & suffitus ex graueolentibus subter adhibendus, femoraq; oleo rosaceo inungat. Quòd si de repente voce deficiat, crura, genua, & manus frigidas deprehendes, & si vterum attrectaris, suo loco non est, cor palpitat, dentibus fremit, sudor copiosus erumpit, & alia quæ morbo comitiali correpti patiuntur, & auribus exudant. His copiosa frigida cruribus affundenda, reliquaq; velut priùs dictum est facienda. Si commoti vteri aliquam in partem irrumpant, & dolorem excitent, oleæ scabiem, lauri & cupressi scobem in aqua coctam, vellere exceptam, in subdititio apponito. Vbi verò mulier statim à partu onus viribus maius sustulerit, aut consternata fuerit, aut ligna secuerit, aut cucurrerit, aut alia quædam eiusmodi fecerit, vteri ob hęc plærumque excidunt, interdum verò ad sternutationem, præcipuéque si per vim excitata sternutatione nares apprehenderit. Vterosaqua tepida proluere oportet, postea betæ succo feruefacto eodem modo, deinde vino meraco nigro. At si his non cedunt, emollientia facere oportet, eaq; priùs quàm refrigerentur facere, & leniter intrò reponere, cruráque inter se alternata extendere, & iis molle aliquid subdere. Eæ à potu præcipuè arcendæ, cauendúmque ne venter exturbetur & naribus odorata exhibēda. Postea si nō quiescant, sed moueantur, has veratro purgare oportet, ac nisi satis sit, vomitiones ciere, minimè lauare, silere & quiescere. Si vteri inflati fuerint, venter inflatur, attollitur, resonat, pedes & faciei cauitates intumescunt, color deformis redditur, menses delitescunt, neque eo tempore genitura intro suscipitur, crebra spiratione laborat, os spumat, & anxietudine premitur, cùm ex somno expergiscitur, spiratio quæ erecta ceruice obitur, ipsam detinet, quicquid comederit aut biberit, eam molestia afficit, gemit, & magis animum abiicit quàm priùs quā edat & suffocatur, nerui contrahuntur, vteri & vesicæ dolent, neque manus contactum admittunt, neque vrinam profundunt, neque genituram recipiunt. Cùm sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinare oportet, calida lauare, crebroque toto corpore insidere, interdúmque ad vmbilicum vsque fomentum admouere, intermissione verò facta, ea à quibus repurgetur, neque mordeatur, in subdititio apponere. Suffitus ex odoratis pudendis adhibeatur, naribus verò ex graueolentibus. Potiones exhibeto quæ vteros purgant, eosque in locum suum pellunt, mercurialem comedat, posteaque lac bibat, velut de latere scriptum est. Morbus autem diuturnus non est. Si in callum induruerint vteri, tum os asperum redditur, tum menses delitescunt, cùm verò eunt, asperi tanquam arena apparent. Quòd si etiam digito attingatur, vteri os asperum deprehendes, velut callus semper adhæresci. Cùm sic habuerit, cyclaminum tritum, salem, ficum, simul misceto, cum melle glandulæ conficiendæ, & fomento adhibito purgantibus colluendum. Metcurialem autem & brassicam coctam edat, & succum forbeat ac porrum, calidáque lauet. Si vteri in callum indurescant, tum menses occultantur, tum eorum os conniuet, neq; concipit, & aliud quid esse videtur. Quòd si attigeris, tanquam saxum illic esse videtur,

ὅταν οὕτως ἔχῃ, λούειν χρὴ πολλῷ καὶ θερμῷ, θαμιὰ· καὶ πυελίῳ ἂν δύνηται. καὶ ὑποθυμιᾶν τὰ κακώδεα, καὶ τὸν μηρὸν τῷ ῥοδίνῳ ἀλειφέσθω λίπα. ἰὼ δὲ ἄναυδος ᾖ ὁκόταν, ἔξαπίνης τὰ σκέλεα ψυχρὰ θύρεις αὖ, καὶ τὰ γοῦνα τὰ ἐς τὰς χεῖρας. καὶ ἰὼ φώσης τῆς ὑστέρης, ὧδε ἐν κόσμῳ ὀδύνη καὶ ἡ καρδίη πάλλεται, καὶ βρύχει. καὶ ἱδρῶς πουλύς. καὶ τ' ἄλλα ὅσα ὑποκίεται νόσῳ ἐπιλήπτοισι πάσχουσι. καὶ ἄσαι ἀπὸ οὐάτων δρόσοι. τούτῃσι καταχεῖν ὕδωρ ψυχρὸν χρὴ πουλὺ κατ' οἶν σκελοῖν τε. καὶ ὡς τ' ἄλλα ποιέειν, καθάπερ πρόσθεν εἴρηται. ἰὼ κινηθεῖσαι πᾶσαι προσπίπτουσι καὶ ὀδυνῶσι πρέχουσιν, ἐλαίῃς ψώδεα καὶ δάφνης, καὶ κυπαρίσσου πρίσματα ἑψήσας ἐν ὕδατι, ἐς εἰρίον ἐμβαλὼν προσίζει. ὁκόταν δὲ γυνὴ ἐν τόκῳ ἐοῦσα φορβιὸν ἄρηται, μείζονα τῆς φύσιος. ἢ πίσαν, ἢ κεάσας ξύλα, ἢ δρέμυ. ἢ δρόμον τινὰ ποιάδε δράσας, αἰ ὑστέραι ἐκπίπτουσι πρὸς τὰ μάλιστα. ὁκόταν μὲν πρόπαρον. ὁ δὲ βιᾶται, ἰὼ βίη τὸ παρυφύσῃ, μὴ ἐπιλάβῃ τὸ ῥινός. προπλύνειν χρὴ τὰς ὑστέρας ὕδατι χλιαρῷ. ἔπειτα τούτου χυλῷ ἀποζέσαντα ὁμοίως. εἶτα ἀκρήτῳ οἴνῳ μέλανι. ἰὼ δὲ μὴ ἐξακούῃ, μηδαμῇ τὴν ποιέειν χρή. τὰ δὲ ποιεῖν χρὴ πρότερον, ἢ ψυχθῶσι καὶ ἀνιέναι ἐάσω πρηνέως. εἶτα ἐκτείνειν τὰ σκέλεα, καὶ ὑποδήσασθαι. καὶ ὑποτὰ αὐτὰ ὑποδήσεα ἁπαλὰ, ἐλλεβορίζειν. ἰὼ ἢ μὴ ἐξαρκέωσι. καὶ ἐμέτους ποιέειν. καὶ δρόσειν. σιγᾶν τε, καὶ ἡρεμέειν. ἰὼ ἀγρυπνέωσιν αἱ μῆτραι, ἢ γαστὴρ αἴρεται, καὶ φυσᾶ καὶ σμαραγεῖ. καὶ πόδες οἰδέουσι. καὶ τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου. καὶ ἡ χροιὴ ἀνδὸς ἔοικε. καὶ τὰ ὀπτιλώια κρύπτεται. καὶ ἡ γονὴ οὐκ ἐγγίνεται ἐν τῷ τόπῳ τῷ χρεών. ἢν ἀδυμῇ ᾖ, ἀφείζει τε, καὶ ἀλύει. καὶ ὅταν ἔχηται ὀξυώδεα, ὀρθοπνοίη μιν ἔχει, καὶ οὐ δύναται φαγεῖν ἢ πιεῖν, λυπέει αὐτέων, καὶ φθείρει. καὶ ἀδυμέα μάλλον, ἢ παρὰ φαγεῖν. καὶ πιέζεται. καὶ τὰ νέα ἔρεα ἕλκεται. καὶ αἱ μῆτραι. καὶ αἱ κύστιες φλέγουσι. καὶ οὐκ ἔστι φαῦσαι τῇ χρεί. οὐδὲ ὕδωρ προσίεται. οὐδὲ τὸν γονὸν δέχονται. ὅταν μὲν ὑπτίως ἔχῃ, φάρμακον χρὴ πίσαι κάτω. θερμῷ λούειν, καὶ καθίζειν θαμιὰ ὅλον τὸ σῶμα. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄχεις ὀμφῷ πυελῶ. διδόναι, καὶ ὑποτιθέναι τὰ ὑφ' ὧν καθαρθήσεται. καὶ μὴ ὀδαξήσεται. ὑποθυμιᾶσθαι τὰ βδώδεα ὑποτὰ αἰδοῖα. ὑποτὸ δὲ τὰ ῥῖνας, τὰ κάκοδμα καὶ ποτήματα δίδου, ἃ καθαίρει ὑστέρας, καὶ ἐλαύνουσιν ἐς χώρην. καὶ τὸν λινοζώστην ἐᾶν ἐσθίειν. καὶ ἢν γάλα μεταπίνειν. ὡς ὅταν τὸ πλευρὸν γέρρα πάσσηται. ἢ ὅταν ὀδὸς ὁ χερνίψ. ἰὼ σκυρρώδεα σιν αἱ μῆτραι, καὶ τὸ σῶμα τὸν χρόα, καὶ τὰ ὀπτιλώια κρύπτει, ὁκόταν δὲ ἴῃ, ὡς ψάμμος φαίνεται τὸ χειρία. ἰὼ δὲ καθάπτῃ ὡς δακτύλῳ, πρὸς ὃ τὸ σῶμα θύρεις τὸ μήτρης, ὡς πρὸς τὸ πρόσφυσιν αἰεί. ὅταν μὲν ἔχῃ, τῆς κυκλαμίνου χρὴ τρίψαντα. καὶ ἅλας. καὶ σύκον ὁμοῦ μίσγειν. καὶ ἀναποιεῖν μήλῃ βαλανίδας. καὶ πυελίσκους κλύσαι, τοῖσι καθαίρουσιν. ἐᾶν δὲ τὸν λινοζώστην, καὶ κριμνῶν ἐφθῶν. καὶ ὠὸν χυλὸν ῥοφεέτω. καὶ πρόσω. καὶ θερμῷ λουέσθω. ἰὼ αἱ μῆτραι σκιρρώσωσι, τότε ὀπτιλώια ὀπτιλυγίζονται. καὶ τὸ σῶμα αὐτῶν ξυμμύει. καὶ οὐ κυίσκεται. καὶ ὡς ἕτερόν ἐστι. καὶ ἰὼ φώσης, ὡς λίθος δοκεῖ κεῖσθαι ἔνδον,

καὶ

καὶ ὃ στόμα τραχύ, καὶ πολύῤῥιζον, καὶ ἄλφον ἐοικέν. [179] καὶ ἡ δακτυλὸν οὐκ εἰσίει. ὃς μὲν καθαρὸν. ἢ πῦρ λαμβάνει ταχὺ ψύχον. ἢ ὀρυγμὸς. καὶ ἄκρας ὀδύνη ἔχει, καὶ τὴν ἡφαίρου γαστέρα, καὶ τὸν κενεῶνας, ἢ ἄκρας ἰξύας. πάσχει δὲ ταῦτα, ὡς ἀφαρέντα τὰ ὀπίσθια σαπῆ ἔσι. ἢ ὅτε καὶ ὀκνᾷ, καὶ ψύχεος, ἢ πονηρᾶς δρήτιος, καὶ ἄλλως. φάρμακον δὲ χρὴ πιπίσκειν. καὶ λοῦν θερμῷ πολλῷ τε ὕδατι καὶ ἐλαίῳ χρέων. καὶ πυελίζειν. ὁκότου δὲ νεόλουτος, ἢ νεοπυέητος ἢ, τὸ μύλιον καθεὶς, ἀνασπομίζειν. καὶ ἀνδρίζειν δὲ στόμα αὐτέων, καὶ τὸν δακτύλῳ ὁμοίως. ἢ προσθήκας μαλθακτήρια ὡς εἴρηται ἢ τῶν ποτημάτων ὡσαύτως πιπίσκειν ἢ θεραπεύειν. ἢν δὲ σκληρωθῶσιν αἱ μήτραι, ὃ στόμα σκληρὸν γίνεται τῶν ὑστερέων, καὶ ξυμφύεται. καὶ τὰ ὀπίσθια οὐ γίνεται, ἀλλ' ἐλάσσω καὶ κακίω. ἢ ὀδύνη ἐμπίπτει ἢ πῦρ, καὶ ῥῖγος λαμβάνει ἀμφὶ τὴν ἡφαίρου γαστέρα, καὶ τὸν ὀσφύν, ἢ τὸν κενεῶνας. ὅταν δὲ ὧδε ἔχῃ. λοῦν πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ χλιάσματα προσθήναι, ἢν ὀδύνη ἔχῃ, καὶ πυελίζειν ταῖς ὑστέραις ὁλκὰς πολλὰ χεόμενον, τῷ ἀπὸ τοῦ σικύου τοῦ ἀγρίου ὕδατι. ἔπειτα προσθέτω μαλθακτήρια τρεῖς ἡμέρας, ταῦτα ποιέων. καὶ αὖσαι αὐτῆς, μαλθάσσει δὲ στόμα τῶν ὑστερέων φάρμακον ὠμολίνῳ καὶ τερετίῳ, τὸν ἐμπυησιοῦντες τρεῖς. ὧν μὲν οὖν τοῦτα, λεπτύνειν. τὸν δὲ δεύτερα, ὀλίζον παχύτερα. ὁ δὲ παχύτατος ἔστω τῷ μεγέθει, ὅσος ὁ σμικρὸς δακτύλου. μῆκος δὲ πέντε δακτύλων. χρίειν μύρῳ ἀλείφατι. προσθήναι δὲ, προπυείσας τοῖσιν ὀδύνῃσι καὶ ὀλίγον μαλθακτικώ. [181] ἢ λίτρῳ ὅσον ἐπαλείφειν, ὡς μὴ τρώσῃ. ἢν δὲ κελεύσῃ, καὶ προσκείσθω δύο ἡμέρας. ἀφιέναι δὲ λοπὸς ἢ δέρμα παχύ. ἔπειτα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, τὸ κυκλάμινον [182] ὃ ξυὸν ταῖς ναρκισσίνῳ. ὧν δὲ ταῦτα μὴ καθήρῃ, καὶ νόον ποιῆται [183] προσθήναι τῷ ὠὸν ξυὸν ταῖς ναρκισσίνῳ. προσκείσθω δὲ τὴν ἡμέραν. καὶ ἐπιὼν δακτυλιοχμῶς. ἕλκειν τὸ βδέλλιον καὶ ἔπειτα ζεσταῖς τῷ αὐτοῖσι, ὕδατι θερμῷ, [184] καὶ ἐν ἐλαίῳ δὶ ζεσταῖς. τῇ δὲ ὑστεραίῃ λαβόντα μήθυν, ἐλαφρὰ τῇ χεῖρα, ἢ ἐς ἔλαιον μαλθακὸν ἀναφυσήσαντα, προσθέτω. ἢ ὧν σοι δοκέῃ ἔλαι καθάρσιος δραχμῆς, ἔπειτα παλιπόν τρεῖς ἡμέρας, προσθήναι τῷ ξυὸν τῷ ναρκισσίνῳ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ τῷ νέτωπον. ἔπειτα πάλιν ἔπειτα παλιπόν τρεῖς ἡμέρας, κλύσαι ταῖς ὑστέραις διώσεσι καὶ λιπαροῖσι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, τὸ γλήχωνα προσθήναι μίλτου ἡμέρῳ τῇ δὲ ἐπιούσῃ, πυελίζειν τοῖσιν ἀρώμασι. σιτίοισι δὲ δριμέσι χρᾶσθαι, ἢ τοῖσι θαλασσίοισιν, ἢ κρέασιν. ἐν δὲ τοῖσιν ὀπισθίοισιν, πιέτω [185] κάστορα. καὶ ἀσπιδίζειν ἀλυσιτέλῳ θυμιήματι. ἢ [186] κυκεῶνα πίνειν, ποιέειν τὸν ἄνδρα ἡκέτην. εἰ δὲ μὴ ἐνδέχηται τὸ στόμα τῶν ὑστερέων πλησιάζειν. [187] ἀλλὰ σφῶδες ἢ, καὶ συμμεμυκὸς, προσθέτω μολύβδινον, ὡς εἴρηται, τρεῖς ἡμέρας λοσανθίνῳ θερμῷ. ἢ μαλθακτηρίοισι χρεέσθω. καὶ ἀνακείσθω ὑπτίη. [188] καὶ ἐφ' ὕδωρ θερμὸν νιζέσθω, ἢ ἔλαιον ἐς μέσον ἀποβάπτειν, προσθήσθω. ἢ τὴν νύκτα προσθήναι δὲ μᾶλλον. προβαλέσθαι δὲ ταῖς ἰσχίοις ἔλαια ἐρινέα, ἢ μαλθακὰ λίνεα. [189] ὡς μὴ ἀπορρῆδες ἢ τὸ σῶμα προσδέχεσι μαλθακοῖσι. σμύρναν πιστάτην, ἢ πίσσης, ἢ κηρὸν, καὶ τρεῖς μοίρας. ἔστω δὲ σμύρνης μοῖρ' ἡμίσεα. τὸ δὲ λοιπὸν διπλάσιον. ἐν ἔλαίῳ δὲ προσθήσθαι. ἔστω δὲ δύο. προσκείσθω δὲ λοσανθίνῳ, τὴν ἡμέρην ἕν. τὸ δὲ ἕτερον, [188] ἐς τὴν νύκτα ἑσαίαν μαλθακὸν. καὶ ἐπὴν λύσῃ ὅτι ὑφέλκῃ, τότε δὴ ὕδατι θερμῷ ἀπονιζέσθω.

os asperum est, & multas habet radices, non laue aspectu, neque digitum admittit, si quis ipsum penitus inspiciat. Febris cum perfrictione inuadit, & dentiũ fremitus, dolórque vteros, imum ventrem, laterum inanitates & lumbos detinet. Hæc autem ei contingunt, si corrupti menses computrescant, interdum verò ex partu, frigore, aut praua victus ratione, & alio modo. Medicamentum igitur propinandum: multáque calida lauandum, & oleo vtendum, fomentúmque admouendum. Post recens balneum aut fotum, immisso specillo eorum os aperiendum & diducendum, quod & digito similiter faciendum, emollientiaque velut dictum est in subdititio apponenda, & potiones similiter propinandæ, eodémque modo curandum. At si vteri tumore duro obduruerint, eorum os durum redditur, & conclusum est, neque menses eunt, sed pauciores & deteriores sunt, febris & rigor inuadit, dolor ad imum vétrem, lumbos & laterum inanitates irruit. Cùm sic habuerit copiosa calida lauato, & tepefactoria apponito, si dolor detineat, vteris diutius leniter ex decocto cucumeris agrestis fomentum adhibeto, deinde emollientia in subdititio apponito, idque tribus diebus facito. Quòd si ad contactum vteri os molle appareat, tribus suppuratoriis lihamentis confectis, intortum ex lino crudo linamentum immittito, primum quidem tenue, alterũ verò paulò crassius, crassissimum autem parui digiti crassitudine, at digitorum quinque longitudine, quæ adipe anserino illita supponito, & glandem emollientem indito, fomento prius ex odoratis adhibito. Aut nitri tantillo illinito, vt ne vulneret, (neque enim pungere oportet) & per duos dies apponatur, decedit autem velut cortex & cutis crassa. Tribus autem interpositis diebus, cyclaminum cum narcissino subdito. Quòd si ista non purgarint, tum cum multa mentis reputatione, medicamentum quod cum bupresti paratur supponito, & per diem apponatur, & si vehementer mordeat, glandem extrahito, pudendum aqua calida perluito, & in oleo infidere facito. Postridie verò à balneo, cerui adeps liquatus, cũ molli lana subactus, in subdititio apponatur, & si tibi adhuc purgatione indigere videatur, tribus intermissis diebus, supponito quod cum narcissino paratur, postridie verò neropum. Deinde rursus tribus intermissis diebus, vteros odoratis & pinguibus colluito, postridie verò pulegium vno die subdito, & sequenti die ex aromatis fomentum adhibeto. Cibis autem acribus vtatur, & marinis piscibus, aut carnibus. Euntibus autem mensibus castorium bibat, & ieiuna, illota, post adhibitum suffitum & ebibitum cyceonem ad virum veniat. At si vterorum os genituram minimè suscipiat, sed sterile fuerit & clausum, post calidæ balneum, per tres dies glandulam plumbeam, vt dictum est, subdat, emollientibus vtatur, supina recumbat, in aquam calidam infideat, & lanam vnguento imbutam in subdititio apponat, quæ noctu potius apponenda est. Ad coxas vestes laneas aut molles lineas apponito, ne corpus in alterutram partem defluat. In mollib. subdititiis, myrrham pinguissimã, picem, ceram & adipem anserinum apponat. Et myrrhæ quidem pars sit dimidia, reliquorum verò dupla, in vellere autem supponito. Duo verò parentur subdititia, ex quibus vnum per diem post balneum lotæ apponatur, alterum verò per noctem, quoad emollitũ sit, quod vbi subduxerit, aqua odorata circumluat.

Vel grana cnidia quindecim cortice detracto ſumito. Sit & Indici medicamenti aliquantulum, in lacte mulieris maſculum lactantis, ſi ita viſum fuerit, tritum. Admiſcenda autem cerui medulla, & quæ dicta ſunt cum pauco melle. Sit etiam lana mollis pura, & per diem ſupponatur. Quòd ſi vehementius parare voles, myrrhæ puſillum quid admiſceto. Optimum autem oui candidum, adeps caprinus, mel & oleum roſaceum his permiſcendum. Oleum autem ad ignem tepefacito, quod deſtillat vellere exceptum ſupponito. Aut anſerinum adipem rubrum ſuauiter conditum, & vnguentum roſaceum, hæc permixta vellere excepta ſupponito. Optimus autem eſt anſerinus adeps & ouillus, cera alba, reſina, netopum, oleum roſaceum, hæc ſimul liquato & miſceto. A balneo autem tepida intrò ad vterorum os apponat. Aut cerui medullam, anſerinum adipem liquatum, roſaceo aut irino oleo ſubactum, ex vellere autem admodum molli ſupponito. Mulieri cùm vteri duri extiterint, & ad pudenda proceſſerint, inguina indureſcunt, in pudendis ardor eſt, omniaque ad cancrum vergunt. Vbi ſic habuerit, cucumeris agreſtis interiorem partem & fauum terere oportet, & affuſa aquæ hemina, in ſedem immittere, vt purgetur. Si vterorum os ex ficcitate induruerit, aut ceruix, vbi digito contrectaris cognoſces. Ac ſi ad coxam volutentur, acre nihil adhibeto. Periculum enim eſt, ſi vlceretur, aut inflammatione laboret, ne penitus infœcunda reddatur. Et verò quæ non mordét, ex quibus purgetur, in ſubdititio apponito. Cùm autem duri fuerint vteri, eaque parte dolor adfuerit, in ſubdititio apponito, velut cerui medullam, aut anſerinum adipem, aut ſuillum, & vnguentum irinum cum melle, aut oui luteum ex cera alba emollitum ex cataplaſmate imponito, & hordeaceam aut triticeam farinam cum aqua & ruta coquito. Si vteri clauſi fuerint, ipſorum ora dura euadunt, neque ampliùs genituram recipiunt, ſed inde vbi cum viro concubuerit ac crura mouerit ſecedit, dolores imum ventrem, lumbos & inguina detinent, menſes nullo modo profluunt, aut pauci, praui & decolores. Cùm ſic habuerit, multa calida lauato. Poſt balneum verò caſtorium admixta pæoniæ radice ex vino nigro odorato exhibere oportet. In cibis victus rationem qualem puerpera adhibeat. Quòd ſi menſes conſpicui fiunt, diei vnius mora interiecta, totam foueto, & medicamentum potui exhibeto, ſi verò aſſuefactæ fuerint, ſurſum aut deorſum purgans, ſi indigere videatur. Lac igitur aſininum aut ferum exhibeto, leniter foueto, emollientia vtero, cyclaminũ & narciſſinum adhibeto. Cucumerum autem agreſtium paruorum medullam, ſemine detracto conciſam, lacte mulieris maſculum lactantis affuſo terito, myrrha ſincera ammixta, & melle quàm optimo, & oleo albo Ægyptio. Hoc medicamento non liquido, ſed ſicco confecto, lanam mollem puram obducito, & oleo albo Ægyptio intinctam poſt balneum ſubter apponat. Subligaculum autem adhibeat, & ſub tecto maneat cùm purgabitur. Vbi autem tibi ſatis eſſe videbitur, quieſcito, alioqui aliud rurſus impo-
nito. Poſt hoc verò lanam mollem in rotundum cõuolutam, netopo iniecto, die vna ſubter apponito,

ἢ ὀκλέψας κύκνους πεντεκαίδεκα. ἔστω καὶ ἰνδικοῦ ποσόν, ὡς δοκεῖ εἶναι ὁ γάλακτι γυναικὸς κουροτρόφου, καὶ τρίβειν. προσμίσγειν δὲ καὶ ἐλάφου μυελόν, καὶ τἄλλα ὁκόσα εἴρηται. καὶ μέλιτι ὀλίγῳ μίσγειν. ὅ δὲ ἔριον μαλθακὸν καθαρὸν ἔστω, καὶ τοῖς πρὸ ἡμέρης προστιθέσθω. ὡς δὲ βούλῃ ἰσχυρότερον ποιέειν, σμύρνης σμικρόν προσμίσγειν. ἄριστον δὲ ὠοῦ τὸ λευκόν, καὶ αἰγὸς στέαρ, καὶ μέλι, καὶ ἔλαιον ῥόδινον τουτέοισιν ἀναφυρέω. ἔλαιον δὲ προσχλιαίνων προσφέρειν τῷ πύῳ, καὶ τὸ ἔριον ἐπισταίζον ἐλαίῳ ξυλλέγειν, καὶ προστιθέναι. ἢ στέαρ ἐρυθρὸν χοὸς τὸ ἡδύ, καὶ μύρον ῥόδινον, ταῦτα ξυμμίσγειν, καὶ προστιθέναι ἐς ἔλαιον ἀναδύσασα. ἄμεινον δὲ χοὸς ἔλαιον. ὄιος στέαρ. κηρὸς λευκός. ῥητίνη. νέτωπον. ἔλαιον ῥόδινον, ταῦτα ὁμοῦ τήξας, καὶ μίξας. λουσαμένῃ δὲ προσφέρειν χλιερὰ ἔξω πρὸς τὸ στόμα τῶν ὑστερέων. ἢ ἐλάφου μυελόν, καὶ στέαρ χοὸς τήξας ῥόδινῳ, ἢ ἐλαίνῳ ἐλαίῳ ἀναφυρέω. ἔλαιον δὲ μαλθακὸν ἄγειν προσφέρειν. Γυναικὶ ὁκόταν αἱ ὑστέραι σκληραὶ γένωνται, καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα ἕλκωσι, καὶ οἱ βουβῶνες σκληροὶ γίνονται. καὶ καῦμα ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐνῇ καὶ καρκινῶδες πάθῃ. ὅταν οὖν ὧδε ἔχῃ, σικύου χρὴ τὸ ἔνδον τέλαφι καὶ κηρίου, ὕδατος κοτύλῃ ὑπερχέων ἀνεῖναι ἐς τὴν ἕδρην, καὶ καθαίρεται. ἐὰν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρὸν γένηται ὥσπερ ξηραίνης, ἢ ἐν σήματι γένοιτο ἢ, ὁ αὐχήν, ᾧ δακτύλῳ γνώσῃ προσψαύσας. καὶ ἐὰν μὲν ἐς τὸ ἰσχίον ἐλάσσωσι, μὴ προσφέρειν δημὸν μηδένα, ἐὰν δὲ ἐλκωθῇ, ἢ φλεγμήνῃ, κίνδυνος τὸ παράπαν ἄσχον γενέσθαι. προστιθέναι δ', ἅτε μὴ ὀδάξεται, ὑφ' ὧν καθαρθῇ, ὅταν δὲ σκληραὶ ἔωσιν αἱ ὑστέραι, ἐς τῆδε ἐγχέοντα προσθεραπεύειν, ἐλαίου μυελὸν, ἢ χοὸν στέαρ, ἢ ὕφον. ἐς ἔλαιον μέσον ξυμμίσγειν. καὶ μηθαλάττειν ὥσπερ τὸ πυρρὸν καὶ κηροῦ λευκοῦ ὡς ὁμοίωμα, ἐς κέλινον, ἢ πύελον ἐγχέοντα ξυὺ ὕδατι καὶ πηγάνῳ ἕψειν. Ἢν αἱμάξας ξυμμύσῃ, τὰ στόματα σκληρὰ γίνονται σφῶν. καὶ τὴν γονὴν οὐκ ἐθέλει δέχονται, ἀλλ' ἄνωθεν ἐπιὼν ξυνουσιάσῃ ὥσπερ ἀνδρὶ, κινέουσα τὰ σκέλεα χαρέν. καὶ ὀδυνᾶται τὴν νεηνίην γαστέρα, ἐς τὰ ἰξύας, καὶ τοὺς βουβῶνας ἔρχεται. ἐς τὰ ὑπερώια πάντα οὐ γίνεται. ἐὰν δὲ γίνηται, ὀλίγα καὶ ποινὴ ἐς ἄχρηα. ὅταν ὧδε ἔχῃ, λούειν πολλῷ θερμῷ. μετὰ δὲ τὸ λούσασαν, διδόναι τὸν κάστορος ξὺν τῇ γλυκυσίδῃ τῆς ῥίζης. ξυμμίσγειν χρὴ ἐν οἴνῳ μέλανι βαρέϊ. σιλίοισι διδόναι, ὡς ἔπος εἰπεῖν. καὶ ἐὰν δῆλα ᾖ τὰ ὑπερώια, ὑπέχειν μίαν ἡμέρην, καὶ πυέλῳ ὅλην. καὶ φάρμακον διδόναι ποτέον. ἐὰν δὲ ἐθάδες ἔωσιν, αἴρω, ἐὰν δοκῇ δεῖσθαι, ἢ κάτω. γάλα ὄνου, ἢ ὄρρὸν προσφέρειν. καὶ πυελοῦσθαι βληχρῶς καὶ μαλθακτήρια ὑστερῇ προσφέρειν. καὶ κυκλάμινον, καὶ νάρκισσον. σικύου ἢ τῶν σμικρῶν λαβόντα τὸν ἐντερώνην. καὶ καταπτήσας ὀξελαίῳ τὸ σπέρμα, προσάζειν γάλα γυναικὸς κουροτρόφου, πιέειν, προσμιγνύων σμύρνην ἄκρητον. καὶ μέλι ὡς κάλλιστον. καὶ ἔλαιον λευκὸν αἰγύπτιον. καὶ ποιεῖν μὴ ὑγρὸν, ἀλλὰ ξηρόν. τοῦτ' ἐμπλάσαι ἐς ἔλαιον μαλθακὸν καθαρὸν, ἐμβαπτάσαι ἐν λευκῷ ἐλαίῳ αἰγυπτίῳ, καὶ λουσαμένῃ προσφέρειν. ὑποδεῖσθαι ἢ καὶ σκέπην ἤτω, ὅταν καθαίρηται. ἐπὶ δὲ τοῖσι δοκέῃ ἀρκεῖν τοῖσιν ἔχειν. παύσασθαι. ἐπὶ δὲ μή, αὖθις λύειν ἕτερον. μετὰ δὲ τοῦτο ἀμφιελίσσας ἐς ἔλαιον μαλθακὸν, στρογγύλον δὲ ποιέειν. καὶ νέτωπον ἐμβάλλειν, καὶ προστιθέναι μίαν ἡμέρην.

τῇ δὲ

τῇ δ' ὑστεραίῃ, ἔλαιον ῥόδινον ἐν ἐρίῳ. εἶτα πάλιν ἐλάφου στέαρ τήξας καὶ αὖθις ἐν ἐρίῳ. λουέσθω δ' ἐν θερμῷ ὕδατι, αἰεὶ τοῦ πρόσθεν τοῦ προσθετῆν.[195] καὶ πυελίσθω βιώδεσι μοισι βληχρὸς πρόσθεν χρόνον. μετὰ δὲ μίαν ἁλιπτὸν ἡμέρην, κλύσαι, διὰ μὲν φλεγματώδης, τοῦ ξυλοῦ τοῦ κόκκου. διὰ δὲ χολώδης, τοῦ ἀπὸ τῆς σκαμμωνίης. μετακλύζειν δ' ἢν ὀπτί τοιοῦσιν ἀμφοτέρῃσιν τῇ ὑστεραίῃ, ᾧ ναρκισσίνῳ σὺν οἴνῳ γλυκεῖ. διὰ δὴ μὴ ἔσῃ ναρκίσσινον,[196] ἀνθίνῳ, ἢ ἰρίνῳ, ὡς καλλίστῳ. ἔστω δ' τοῦ ἐλαίου τρίτη μοῖρα τοῦ οἴνου. ἔπειτα ἁλιπτῶσα δύο ἡμέρας, προσθέτω τὸ ξυλοῦ τῇ γλήχωνι ἡμέρην μίαν. διὰ δ' ἡμερῶν τριῶν διὰ ὀπτιλώια, πινέτω νῆστις καστορέου τρῆς ἡμέρας. σὺν οἴνῳ διώδει λευκῷ. ἐπὴν δ' ἀπολήγῃ τὰ ἐμμήνια ἢ παραμόνιμα ἦ, λουέσθω. καὶ ἁγνίζουσιν ὕδατι ψυχρῷ, κυκεῶνα πινέτω ἄνηστον. σίτου δ' μὴ ἁπτέσθω. ξυμβουλεύετω δ' τοῦ ἀνδρὶ, δύο ἡμέρας ἢ τρῆς. ὁκόταν δὲ ἀπὸ χρόνον καθαίρηται, τῷ λινοζώστιν ἐφόδια ὅτι ὕδατι, καὶ πεισθὴν ἐφ' ἡμέρην, ὑγιὴς ἔσται. ὑποτείθειν δ' σίτεσθαι καὶ κύμινον καὶ ἄλας. καὶ ἔλαιον ἀφειδῶς ὅτι τοιοῦσι. καὶ ὀλίγον ὀπτιζόμενα τῷ χυλοῦ αἰᾶζέσαι. τοῦτο τοῦ τῶν σπίων ἑαδίειν. σίτεσθαι δ' ἐφθὰ καὶ ὀπτὰ λαμβάνειν ὡς πλεῖστα. διὰ δ' ἢ λινοζώστις μὴ ἀπαλὴ ἦ, λείῳ ξυνελεῖν χρὴ καμόνῃ, καὶ ἡδύνειν, καὶ προσιέναι δ' καὶ διὰ ὀνειατρικὴ λεβὴς ὑγιὴς ἔσῃ. καὶ πρῶτα μὲν κάθαρσιν ἴσῃ. Ἢν δ' τὸ σῶμα τῆς μητρέως ξυμμύσῃ, ἔσῃ ἰσχυρὴ ὡς ἐρεγνέον. διὰ δ' ἐπαφήσῃ τῶν δακτύλων, ὀλίγα πελεσίτε.[197] καὶ ξυνηρεθισμένον. καὶ ἢν δακτύλων ὀδὸς ἐόντος, καὶ τὰ ὀπτιλώια κεκρόφαται, καὶ τῷ γονέϊ οὐ δέχεται τοιοῦτον τὸ χρόνου. καὶ ὀδυνὴ ἔχῃ τῷ ἡφαίρῳ γαστρὸς, καὶ τὸ ὀσφῦος, καὶ σὺν κενεῶνας. ἔστι δ' ὅτε καὶ αὖθις προσίσταται, καὶ πίνῃ. ὅταν ὕδατος κενεῶνας. ἔστι δ' ὅτε καὶ αὖθις προσίσταται, καὶ πίνῃ. ὅταν ὕδατος πλῆθος ἔχῃ, φαρμακεῖν χρὴ πίσσῃ κάτω. καὶ λούειν πολλῷ θερμῷ. καὶ προσιέναι ἄσσα μαλθακοῖ τὸ σῶμα.[198] ἐν δ' ἀλίπτῳ καθέναι, καὶ ἀλοιφὴν τὴν τε δακτύλων,[199] καὶ ὡσαύτως λαβεῖν. ὅταν δ' μαλθακὴν ἦ, προσιέναι ἄσσα καθαίρῃ αἷμα. καὶ τῶν ποτηρίων διδόναι, καὶ πειρᾶσθαι προσέχειν καὶ ὅ, τι ἂν ἄλλο προσδέχηται). τὸ καμόνιον δ' ἐναθέτω, ἐν ᾧ καὶ χυλὸν ῥοφείτω. Ἢν δ' μὴ προσιέναι ξυμμύσῃ, καὶ τὰ ὀπτιλώια μὴ φαίνηται, κολοκυνθίδα ἀγρίην,[200] καὶ κύμινον αἰθιοπικὸν. καὶ νίτρον, καὶ ἄλας ξηραίνει,[201] καὶ νεφελίδιον, καὶ σίδιον, καὶ σμύρναν, καὶ ῥητίνην, ζέσας πάντα ὁμοῦ, καὶ μίξας λεῖα. καὶ ποιήσας βάλανον προσίστη. Ἢν δ' ἐξεμωθῶσιν αἱ μῆτραι, τὸ σῶμα αὐτῶν ἔσῃ, οἷ ἐρεθέων μεσέον. καὶ διὰ ἐπαφήσῃ, ὅπῃ ὄπτας ἔχει. καὶ τὰ ὀπτιλώια ὑγίεντα, ὀσφὺς ἡ γονὴ ἐμμένῃ.[202] πῶς ἂν ὧδε ἔχῃ. τὸ κυκλαμῖνον φλοιὸν προσελέφας. καὶ σέσεσθαι. καὶ σῦκα. καὶ σῦκον. καὶ μέλι ὀλίγον. ταῦτα πέψας καὶ συμμίξας καὶ ποιήσας βάλανον, τοῦ προσθιάσας προσὸς τὸ σῶμα τῶν μητρέων. καὶ τὰ ἀνίων προσθετῆν, ὅσα δριμέα τέ ἐστι καὶ καταπλῆ, καὶ ὑφ' ὧν καθαίρεται αἷμα.[203] καὶ τῶν πομάτων ἄσσα ὑστέρας καθαίρῃ. Ἢν δὲ φύσει αἱ μῆτραι χαλῶσι, τὰ ὀπτιλώια χορέῃ πλείονα. καὶ ὑλίκρα. καὶ θαλασσία. καὶ ἡ γονὴ ὀσφὺς ἐμμένῃ. τὸ δὲ σῶμα κεχηνός ἐστι. καὶ ὀχ οἷόν τε ἐφ' ὑγιὲς τὸ γονέϊ. καὶ πῦρ τὸ οἴσεις λαμβάνειν τὸ κάτω κοιλίῃ, καὶ τὰ ἰξύας.[204] ἢ δὲ νοῦσος λάζηται ἐκ ῥόου αἱματώδεος. γίνονται δὲ καὶ ὀκότῳ τὰ ὀπτιλώια ἑξαπίνης ἰσταμένα ῥαγῇ. ἢ διαπαρῇ γονὴ προσθετέον ἔνδηται. χρὴ δὲ προσθετοῖσι χρᾶσθαι πρῶτα μὲν, καθαρτικοῖσιν αἷμα καὶ μαλθακοῖσι. ἔπειτα ἤδη σύνθεσιν

postero autem die, oleum rosaceum in vellere, deinde rursus ceruinum adipem, liquatum etiam ipsum in vellere. Semper autem ante subdititia calida lauet, & longo tempore odoratis leuiter foueatur. Postea verò die vno, si quidem pituitosa fuerit, medicamento quod cum grano cnidio conficitur, colluito. si verò bilios a, cum scammonia parato. Post hæc autem vtraque, postridie narcissino cum vino dulci colluito. Quòd si narcissinum desit, anthino aut irino præstantissimo. Sit aurem olei pars ad vinum tertia. Deinde duobus intermissis diebus, medicamentum cum pulegio apparatum, vno die supponat. Si verò menses profluant, ieiuna tribus diebus castorium cum vino albo odorato bibat. Vbi autem menses desierint ac diu constiterint, lauet, & aqua frigida perfusa, cyceonem insulsum bibat. Cibum non attingat, cum viro duobus aut tribus diebus dormiat. Quo autem tempore purgatur, mercurialem aqua decoquito, decoctum exprimito, allium, cuminum, & salem leuiter tritum, & oleum cum his permisceto, & pauco affuso decocto feruefacito, hoc ante cibos edat. Allia cocta & assata quàm plurima sumat. Quòd si mercurialis minimè tenera fuerit, læuiter trita, cum brassica, vt miteſcat, coquenda & condienda, & si concipiat, conualescit, omniaque ritè & ordine procedunt. At si vterorum os conniueat, durum velut caprificus euadit, & si digito contrectaris, durum ac conuolutum deprehendes, digitum non intromittit, menses delitescunt, neque hoc tempore genituram recipit, dolor imum ventrem, lumbos & laterum inanitates detinet, interdum verò sursum instat & suffocat. Cùm sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinare oportet, copiosa calida lauare, quæ os emolliunt in subdititio apponere, & demisso specillo linitorio aperire, digitoque similiter læue reddere. Cùm verò molle fuerit, quæ sanguinem purgant in subdititio apponito, potiones & quodcunque aliud lubenter admittat, exhibere tentato, brassicam edat & succum sorbeat. Si vteri conniueant, & menses non appareant, colocynthidem agrestem, cuminum Æthiopicum, nitrum, salem Thebaicum, renum adipem, farinam, myrrham, resinam, hæc omnia simul feruefacta, læuigata, permixta, & in glandem efformata supponito. Si in vteris sanguinis grumi fuerint, eorum os velut orobis plenum existit, & si contigeris ita se habere deprehendes, menses non eunt, neque quoad ita habuerit genitura intus manet. Cyclaminum cortice detracto, allia, salem, ficum, mel paucum, hæc trita & simul mixta in glandem efformato, & ad os vterorum apponito, aliáque subdititia, quæ acria sunt & rodunt, quibusque sanguis purgatur, & potiones, quæ vteros purgent exhibeto. Si præter naturam vteri dehiscant, menses copiosi, glutinosi & crebri feruntur, genitura intus non manet, os dehiscit, neq; genituram attrahere valet, & febris & rigor inferiorem ventrem & lumbos inuadit. Morbus autem ex profluuio sanguineo prehendit, contingit etiam vbi menses suppressi de repente affatim eruperint, victus igitur ratio antea dicta est. Curatio autem per subdititia instituenda, per initia quidem purgantia simul & emollientia; deinde pauiatim adstringentia,

35 ἐκ λιπυείης]Sic legunt exemplaria omnia,etſi aſteriſcum apponunt Aldini codices , ſuſpicionis notam. ἐκ λῳπυείης legunt exemplaria quędam manu ſcripta ἢ πυείης. λιπυείης tamen ferè ſemper legitur apud Hippocratem,Ionicè pro λειπυείης.Eſt autem λῳπυετὸς πυρετὸς febris continua ex viſcerum inflammatione orta,in qua corporis extrema frigent, interna incenduntur. Caluus certè ἐκ λύπης legiſſe videtur,vt aliàs ſæpè,cùm huius dictionis mentio incidit.

36 ἐξωμὰν ἀχὶ ὀραχέων] Sic quidem legunt exemplaria omnia,præter quam quòd quædam ὀραχέη habent.Cornarius tamen,ὀφρύων legit.

37 χρῖσαι ἀπὸ τ῀ κεφαλῆς] Hæc frontis ſectio quædam hypoſpathiſmi ſpecies apud recentiores Chirurgos eſſe videtur, de qua Paulus cap.6.lib.6.& Galenus in Iſagoge.

38 ἢ τὸ πνεύμα παυέτω]Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria,ſed ῥεῦμα lego cum interpretibus,vt paulò poſt.

39 ῥοφείτω] ῥυμφαίτω hîc etiam, vt ferè ſemper legunt Aldina exemplaria.

40 τ῀ ὠπὸς τ῀ φύλλων] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria.Sed cum braſſicæ ſuccum iam ſorbendum dixerit, τ῀ ὀκτῆς cum Interpretibus lego, vt foliorum Sambuci ſuccum ſorbendum imperet,quomodo aliàs ſæpe.

41 ὑπὸ τ῀ ὀσφύος] Sic etiam legunt exemplaria omnia, ſed ὀφρύος lego cum Interpretibus aut ὀφρυῶν.

42 ὑγιὴς λίξης]Exemplaria Regia manu ſcripta ὑγιὴς γίνῃ legunt.

43 ὑδαρέα κιρνᾶν] Hæc phraſis acetum aqua temperatum aut dilutum ſignificat,quam tamen non ſatis mihi expreſſiſſe interpretes videntur.

44 ἄλευρον σιτάνιον] farina ſitania quænam dicatur expoſuimus in noſtra OEconomia,hoc expreſſo loco.Sine igitur ſitaniam farinam ex tritico trimeſtri & hornotino intelligas,quæ viſcida eſt & tenax , ſiue puriſſimam farinam ex puriſſimo tritico, quod denſum eſt & lentiſſimum , & purgatiſſimam farinam reddit, ea certè ad ſanguinis vomitum compeſcendum accommodatiſſima potui eſſe videtur,aqua inſperſa.

45 ἑξαπίνης ὑγιαίνοντα] Vide aph.51.lib.6.

46 ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὑρίων]Sic quidem legunt exemplaria omnia,vitiosè tamen.Verum ἐπαΐῃ legimus in noſtra OEconomia , hoc expreſſo loco,vt non ſentiente ægro vrina effluat. Eſt enim ἐπαΐῃ αἰσθάνεται Heſychio.

47 ὡσὴ ὄ ὡ ὅπως ἔχοντι ὀπτήσῃς]Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria,ſed ὅπ pro μὴ legendum apparet. Vide etiam aph.5.lib.5.

48 ἢ οἶνον μελιτώδεα πίνῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia,apparet tamen Galenum hoc loco οἶνον μελιπδέα legiſſe in Exegeſi, neq; ſolum τ῀ ὑδατώδους, ἀπὸ ἢ τῶ μέλιτι μικρὸν μέθυ expoſuiſſe, vt annotauimus in noſtra Oeconomia hoc expreſſo loco,μελιτώδης etiam οἶνος dicitur libr. περὶ παθῶν,quemadmodum legiſſe videtur Cornarius,qui vinum mellei coloris vocat. Sed μελιπδὴς Homero dicitur,Iliad.2.

49 ἢ ἐξοιδήσῃ]Sic quidem legunt exemplaria omnia,ſed ἢ αἰ ἐξοιδήσῃ aut ἐξοιδῇ lego cum Interpretibus.

50 ὡσὴ ὄ πεπωκότων μὲ μὴ ὕδ῀] β. Cæſarius legiſſe videtur Cornarius. Caluus vtranque lectionem adhibuit.

51 ἢ μινυθῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia in ſubiunctiuo,quàm lectionem ſequimur.Interpretes tamen omnes μινύθει (vt ſæpe alias apud Hippocratem)legunt, vt ſit ἐλαττοῦται, μειοῦται, quemadmodum exponit Heſychius,imminuitur,conſumitur, aut marceſcit.

52 χρῖσαι ἀπὸ τ῀ ῥινίσματος]Hæc ſyncipitis ſectio periſcyphiſmum Chiturgorum penè refert.

53 ὀφθὸν μὲ σικύα ὀφσφβάλλῃ] ὀφσφβαλίῃ legunt Aldina exemplaria.

54 ἢ ἐπιλαὶ ὑποσφίγξῃς] Sic quidem legunt exẽplaria omnia. Sed cùm ὑποσφίγξαι ſtringere aut conſtringere ſignificet,parum propriè de cucurbitula mihi dici videtur,etſi Cornarius affigere dixerit.ὑποσιμῦψις igitur pro ὑποσφίξις hoc loco in noſtra OEconomia legimus , neq; me adhuc iſtius lectionis pœnitet , vt ὑποσιμῦψις ὑποχάσῃ ſignificet. Sicque Galenum hoc loco legiſſe exiſtimo in Exegeſi, cum ὑποσιμῦψις τὰ ὑποχάσματα, exponit, ex libr.primo de morbis maiore,cùm nuſquã hoc libro aliud iſtius lectionis expreſſum magis extet veſtigiũ, ad eumq; modũ vitiatam Exegeſeos lectionem reſtituendã putamus, cùm σιμῦψαι Galenus in Exegeſi etiam τύψαι ὑποχάσαι explicet & διελθεῖν, vt & σιμῦψθη, διηρέθη.Verùm hunc totum locum ſic legendum exiſtimamus.ἢ ἐπιλαὶ ὑποσιμῦψις, πλὴν σικύαι ἐὰν ὀφσικίσῃς ὡς μᾶλλον χρόνον.

55 ἐπιζῆ ἐς χυτρίδιον ὀγκώδες] Sic quidem legunt exemplaria omnia,ſed cùm ad ſuffitum iſtum parandũ non plures ollulæ requirantur,pro χυτρίδια,χυτρίδιον Galenum in Exegeſi legiſſe ſuſpicor quam χύτραν exponit,cùm aliàs χυτρίδιον ſæpe vſurpet Hippocrat.ollam nouam dixit Caluus , hanc fortè lectionem non malè auguratus,niſi χύτραν νέαν legerit.

56 τῶδ᾽ ὅλως] Sic quidem legũt exẽplaria omnia,ſed τύπῳ lego,& ad mulsã refero,in qua his maceratis & tepefactis os colluitur.

57 εἰ ἢ νοῦσημα ἐκνοῇ]Vide aph.37.lib.6.& 49.lib.7.

58 ἐπιλαὶ ὄξῳ τρέπῃ τὸ φλέγμα] Hic φλέγμα πλὴν φλέγωσιν indicat.vt exponitur in Exegeſi,& πλὴν ὅσα φύσιν σημαίνει φλεγμώδη, in Prognoſtico,ſicque expoſuimus in noſtra OEconomia , hoc expreſſo loco.

59 ὡσὴ δέεσι τὰ τοιαῦτα πιέσαντι τὸ πάλαι μὲ ὀξίῃ] τὰ τοιαῦτα πιέσαντι πάλαι ὀξίῃ legunt Aldina exemplaria.

60 ἐμβαλὼν ἐς ὕδωρ χλιαρὸν] Sic quidẽ legunt exemplaria omnia quæ ſecuti ſumus,vt betarum & cucurbitarum decoctum ſorben-

bendum ac bibendum, ad sputum leniendum & humectandum exhibeat Hippocrates, quò faciliùs expectoretur. Cornarius de remedio ad inflammationem accommodato accepit, ideoq; mihi legisse videtur ἐμβάπτων εἰς ὕδωρ ψυχρὸν βάπτε, aut βάπτε, pro βάπτεσθαι τε.

[81] λεῖ δ' ἡ φαγέδαινα] Vide aph. 10. lib. 5.

[82] ἢ ἐν σταφίσι οἶνον εἰπόντα] οἶνος οἰνάδης quinam dicatur Hippocrati exposuimus in nostra OEconomia.

[83] ἢ τὸ καῦθρον] καῦθρον Ionicè pro καῦσον aut καῦσιν hic legit Galenus in Exegesi, eiq; exponitur ὁ ἀφὶ τὸ καυτικὸν τόπος τοῦ τῆς πεπτικοῖς vt scripsimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco. Est autem angustus sub tonsillis locus ad guttur desinens; aditum, velut claustrum sub gutture, Græcisque ἐπιγλωττὶς dicitur.

[84] ἀλλ' οὐ γὰρ ἀνωτέρω ῥεῖ] Sic quidem Germanica & meliora legunt exemplaria. Aldina verò & Vaticana οὐδέ. Vulgatam tamen lectionem secutus est Caluus.

[85] ἢ τὸ ῥόδον τὸ ἐρυθρὸν] Hanc lectionem habent exemplaria omnia, eamq; secuti sunt Interpretes. Sed Caluus rosas rubras addidit, vt mihi etiam τὸ ῥόδον τὸ ἐρυθρὸν legisse videatur.

[86] ἀλλὰ μᾶλλον τοῦτο] τοῦτον (vt emendauimus in nostra OEconomia) exponitur Galeno in Exegesi, τὸ σὺν ἑφθοῖσιν ἀσταφίσι ficuũ aridarum aut caricarum decoctum. Hic verò non temerè ἀσταφίδας ἢ ὀπτίδας apponitur. Priore enim loco leuiter feruefactas ficus, ac velut aridas & reliccatas indicat, quò sordes & acrimoniam deposuerint. Secundo verò loco earũ decoctum incrassatũ, ac veluti ficus diutiùs in decocto maceratas significat, quo veluti decocto ad tumorem leniendum, concoquendum & discutiendum vtitur, choe trito addito, ad fluxionem leuiter stringendam, reprimendam & siccandam.

[87] σταφυλὴ] Σταφυλὴ dicitur Hippocrati ex Galen. circulionis affectus, cùm inflammatione tentatus & crassior effectus, rubet aut liuescit, illiq; summa sui parte vuæ acino similis dependet & strangulat, vt scripsimus in nostra OEconomia, tumq; extrema eius pars secanda est, vt scribit Hippocr. in Prognostico. Quomodo autem & quando præcidi debeat habes apud Paulum capite 51. lib. 6. & Celsum cap. 12. lib. 7. & Aëtium.

[88] τὸ διὰ τῶν φύλλων] Hic hortensium herbarum odoratarum & condimentis vsurpatarum decoctum diximus, quod φύλλα Galenus in Exegesi τὰ κυπαῖρα ἢ βοτανικὰ χλωρὰ ὀδωρίζοντα exponat in Exegesi, vt scripsimus in nostra OEconomia hoc expresso loco. Caluus verò hic ἄλευρον ἑφθὸν pro ψυχρὸν legisse videtur, cùm farinam decoctam dicat, contra tamen omnium codicum fidem.

[89] Ἀνταῖος] Ἀνταῖοι dicuntur Galeno lib. de Tumor. præter naturam, οἱ φλεγμαίνοντες τῇ ἀρχῇ τῆς φαγέδαινος ἀπεικασθέντες ἀλλήλοις ἀδίναις, quomodo hic sumuntur, vt scripsimus in nostra OEconomia, alioqui glandulas significarit, quæ in extremo ore vtraq; ex parte sibi ex aduerso respondent, & supra laryngem sitæ sunt. De earum inflammatione agit Paulus cap. 30. lib. 6. & Celsus cap. 9. lib. 6.

[90] τὸ διὰ τῶν φύλλων ἁλίσιφι] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria, verùm vitiosam lectionem existimo & ἁλισφὶ legendum censeo, vt scripsimus in nostra OEconomia, istumq; locum exprimi Galeno puto, cùm ἁλισφὶ τὸ διὰ τῶν διὰ ἁλὸς θερμὸν exponit. Sic enim hoc loco, aut ἁλισφὶς legisse videtur.

[91] ὑποθυμιάματα] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia vbi etiã indicauimus Galenũ hic ἀφαυσμάτια legisse in Exegesi, cùm ἀφαυσμοὺς φλεγμονὰς exponit.

[92] ὑπογλωσσὶς] ὑπογλωσσὶς dicitur tuberculũ sub lingua, quod ὑπογλώσσιον & ὑπόψωρον dicitur Aëtio Tetrab. 2. lib. 4. cap. 39. ranunculus sub lingua, aliis rana, vt Columellæ cap. 8. lib. 6. Celso abscessus sub lingua cap. 12. lib. 7.

[93] πόλυπος] De polypo vide Paulum cap. 25. libr. 6. & Celsum cap. 8. lib. 6. & cap. 10. lib. 7.

[94] κατειλίξαι λίνῳ αἰγυπτίῳ] κατειλίξας legunt Aldina exemplaria.

[95] ἐν τῷ ἑτέρῳ κώλῳ ἰσχύσει] κώλῳ τὸ βιλίνιον τρῆμα exponit Galenus in Exegesi.

[96] ἔπειτα χαλᾷ ὑποθείς] χαλᾷ Galenus exponit in Exegesi μάλλον ἧκεν ὁ ἕτερος ὑποτεταμένος ἐμφερὴς κώλῳ, hoc subnotato loco, vt scripsimus in nostra OEconomia.

[97] τῇ μάλῃ τῇ ὑποτεταμένῃ] τῇ μάλῃ τῇ ὑποτεταγμένῃ vitiosè legunt exemplaria Aldina. Specillum enim incisum & bifurcum intelligit, aut volsellam, qua laqueus circum polypum obducitur, vt stringatur & extrahatur, χαλκὸν vocat.

[98] ὑπὸν ἀδεικτὸν] ἀδεικὲς lego, vt laqueo obductum polypum & obsitum intelligas. Deinde δικάζῃ pro δέχεται, cùm vitiosa sint omnia exemplaria. χαλᾶν verò vitiosè pro χαλᾷς legunt exemplaria Regia manu scripta.

[99] τῷ χείματι ἐκκαλίπτων] τῷ μάλῃ videtur legisse Cornarius, aut antea expressum ex melle linimentum intelligit, quo linamentum obductum indiitur ad vlcus detergendum.

[80] ἀγδιάζῃ δ'] ἀηδιάζῃ Galenus in Exegesi ἀγωνιᾷ exponit, sed vitiosè ἀλγδώσιν legitur.

[81] ἄκρος] ἄκρος lego vt exemplaria Aldina & omnes Interpretes.

[82] ἴκτερος] ἴκτερος μόνος legisse videtur Cornarius.

[83] ἢ διὰ τὸ σκληρύνεσθαι] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria. Aldina tamen ἢ διὰ καὶ legunt.

[84] ἢ ἀηδιάζῃ] Hunc locum de ciborum fastidio, cùm quis cibos execratur & exhorrescit, exposuimus in nostra OEconomia.

[85] ἢ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βάσει] τῷ ἀσφαλεῖ videtur legisse Caluus.

[86] τοῦτον διὰ μὴ τὸ πάνυ ἐξεσφηνῶσθαι] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, vitiosè vt apparet, ἐξεσφηνῶσθαι enim aut τοῦτο legendum. Est autem aph. 37. lib. 4.

[87] ὑπολαβὼν δὲ τὸ τῶν σύκων καὶ ταῦτα] Vide aph. 17. & 20. lib. 4.

[88] τῷ δὲ λοιπῷ ἐκβάλλειν] Id de reliqua dici parte sumpsit Caluus, vt τῷ ἑτέρῳ opponatur. Mihi tamen de alio die quo febris prehenderit dici videtur, vt morbi concoctio procedat ad quam procurandam aquam mulsam exhibet, eaq; ratione non temerè ad copiosæ frigidæ potionem veniat.

[89] τοῦτον διὰ μὲν ἐξαίφνης ὑγιᾶ] Vide aph. 58. lib. 4.

[90] ἀλλ' ἀναγκάζῃς ὅτου πῶμα ἔχει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed priora verba cum superioribus iungo, vt fecit Cornarius.

[91] διὰ ἀκριβεστέρου διεξόδου] Hanc phrasim aperuimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco. Post διεξόδου autem exemplaria Aldina ὕπνος adscribunt vitiosè. cùm post τὸ αἷμα adscribi debeat, quod tamen desideratur in Germanicis exemplaribus. Quam lectionem etiam adhibent Vaticani codices. ὑποχρίσεως quoque pro ὑποχρίσεις eadem vitiosè legunt.

[92] ἢ μὲν ἐπὶ] διὰ μὲν ἐπὶ lego cum reliquis exemplaribus, & ante διὰ τριταίου πυρετὸν, ὕπνος addo cum Cornario.

[93] ὑποκαλέσαι ἱκανῶς] ἱκανὰ πολλὰ legunt exemplaria Aldina & Vaticana, quam lectionem secuti sumus cum Interpretibus, quòd ista ad ludorem prouocandum exhiberi videantur.

[94] ἔως δ' ἂν ἀφεθῇ] Hic ἀφεθῆναι de integra febris dimissione aut cessatione, non de periodica intermissione dicitur, non secus ac aph. 46. 47. 48. & 49. lib. 4.

[95] ἢ ὑπὸ τρυγὸς πυέμους] ὑπὸς hic κατ' ἐξοχὴν laseris aut silphii succum indicat, vt scripsimus in nostra OEconomia, ex Galeni expositione in Exegesi.

[96] διὰ μὲν ὁμοίους] Illud ὁμοίους ad vomitum procurandũ referri videtur, quod tamen omisit Cornarius. Animaduertendum autem est Hippocratem ipsum in quartanæ accessione vomitũ prouocare, ad cumq; ciendum medicamentum propinare, cibisq; vti mollissimis & acribus. Quod certe in opere Medico ad quartanæ curationem multi non sine exemplo & cum fœlici successu faciunt. Verum diligenter circumspiciendum est, id Hippocratem minimè attentare, vbi quartana iejunum inuadit, propter vomendi periculum.

[97] ὀξυμελίτι ὑδαρεῖ] Hæc est veluti oxymelitis valde aquosi, forma quædam adumbrata ad sputum in pleuritide expectorandum.

[98] μέλι ὀλίγον ἐπιστάζον ψυχρὸν] ψυχρὸν interpretes ad melij cremorem referunt, cùm tamen ad mel instillarum referri debere videatur.

[99] ἓν δέ τινος ἔστω ὅς μαλακώτατος] Virum quodnam mollissimum dicatur Hippocrati scripsimus in nostra OEconomia.

[100] ὅταν τύχῃ ῥηγματίας ὤν] Exemplaria Aldina vitiosè τύχῃς legunt, vt & paulò post διὰ μὲν πυρετοῦ. pro διὰ μὲν πυρετὸς. ῥηγματίας verò quisnam dicatur Hippocrati in OEconomia nostra scripsimus, hoc expresso loco.

[101] καρῖνα ἐν ὕδατι χλιαρῷ] Faui recentis aqua macerati dilutũ sæpe propinat Hippocrates, istumq; locũ expressimus in nostra OEconomia. Est autẽ veluti quædã χυλοῦ adumbrata forma.

[102] τοῦτον ἓν' ἂν παραμείνασι δυσὶ καιροῖσι ἔσω] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, quod etsi phrasis sit inusitata, annotare libuit, quanquam τοῦτο malim. Sic postea, οὗτον φάμακον ἔσω πιόντα, & similis iam antea annotata est.

[103] ῥοῦς χυλὸν ἐνέβαλε] ῥοῦς vitiosè legunt Aldina exemplaria, & ἐνέβαλε omisit Cornarius.

[104] παύσῃ] Ἢ βήσσατος] Hic mihi videtur esse locus quem adducit Galenus in Exegesi, ex lib. 1. de morbis maiore, cum βῆσσα exponit τὴν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀπόρροιαν, & βήσσειν τὴν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀπόρροιαν, scribitq; quibusdam sine ρ scribi. Ita vt hoc loco βῆσσα aut βῆχα non solum tussim, verùm etiam quod tussi reiicitur ex Galeno significet, & βήσσειν non solum tussi vexari, sed per tussim reiicere & expuere, vt annotauimus in nostra OEconomia,

hoc etiam expresso loco. Vbi animaduertendum videtur Gal. hic χρήματος aut τὸ βρῶμα legisse,& pro βήσσῃ, βρήσσῃ, aut ex isto loco Galeni lectionem esse emendandam, & pro χρήσσῃ βρήσσῃ & ἀναπλύῃ legendum esse vt monuimus in nostra OEconomia.

[105] πρὸς τὴν ἡμέρης]Sic quidem legunt exemplaria omnia, dies autem legisse videtur Cornarius ex superioribus locis, quòd bis tantum die ptisanæ succum exhibeat,aut bis tantum die cibum sumerent antiqui.

[106] πτισάνην πίσιν τὸ σὺν τῷ φακῷ legendum existimo,vt lenticulæ decoctum propinandum ieiuno imperet, quod φάκιον Hippocrati dicitur,deinde eius fresum aut pulmentum, quod ἔντος hic vocat,& φάκινον ἔντος dicitur lib.de rat.vict. in morb.ac. Lentis autem decoctum sæpe in purulentis exhibet, ad detergendum & resiccandum sputum. Eadem facultate sorbitiuncula ex lentis freso valet,multo pingui admixto, ad faciliorem expectorationem, sed æstum cauet, inflammationis metu.Alioqui ἔντος hîc simpliciter leguminis fresi pulmentum significat,non expresso legumine ex quo sorbitiunculam apparari iubeat. Neque video quam vini portionem cum saluia intelligat Cornarius.

[107] ἐγχεῖν κατὰ πνεμόνα] Quid ἐγχεῖν hîc significet exposuimus in nostra OEconomia,& quid intelligatur per ἐγχεῖν τῷ στόμα.

[108] ἐγχεῖν ὕδατος κύκνης σπέρμα]Sic quidem legunt exemplaria omnia,sed κύδνης σπέρμα lego cum omnibus Interpretibus,quòd vrticæ semen ad pulmonum vitia & orthopnoicos commendet Dioscorides,thoracemq; expurgare scribat.

[109] μετὰ δὲ πτύσεως,ῥηπίνῃ]ῥηπίνης legunt exemplaria Aldina, & asteriscum vt vitij notam apponunt.

[110] ἢν δὲ μὴ μαγῇ ὑπὸ τοῦ ἐγχύτου] Post hæc verba videntur Interpretes addidisse, ὑδὲν δυνάμενον,quos etiam secuti sumus. κοιλίῃ autem simpliciter hîc intelligit thoracem ipsum eiusque capacitatem,vt scripsimus in nostra OEconomia,hoc expresso loco. Sic enim postea lib.3.eadem in re, εἰς τὸ θώρηκα, quod hic ἐς πλὴν κοιλίῃ dixit.Aphor.autem 38.lib.7.πλὴν ἄνω κοιλίῃ vocat.

[111] ὅπῃ ἐφέδρυσε,τὸ μὴ ὑποκινήσῃ]ἔδρῃσι ἀκίνητον vocat lib.3.postea eadem in re.

[112] βελτίους ἐς τὸ ἀφιστεόν] Eius rei rationem reddit libr.3.Pus autem interdum nullo se modo prodit,neq; strepitum edit dum æger concutitur,propter sui,aut loci crassitudinem ex aph. 41. libr.6.aut ob copiam.

[113] σκοφίῃ μαχαιρίδι]σκοφείδι μαχαιρίδι legit Galenus hoc loco in Exegesi bis,& τῷ σμιλίῳ ἰατρικῷ γαστρώδει exponit,& μαχαίρῳ τῷ σμιλίῳ, specillum aut scalpellum latum intelligimus, quam nouaculam dicunt,vt scripsimus in nostra OEconomia.Etsi hîc non desunt, qui ξυροειδεῖ μαχαιρίδι pro σκοφείδι legere malint, vt vtrinque acutum scalpellum intelligant.

[114] ἔπειτα ὀξυβελείῃ] ὀξυβελεῖ hoc loco legit Galenus in Exegesi, & μαχαιρίδι ὀξυβελεῖ,τῷ φλεβοτόμῳ exponit, & scalpellum acutum intelligit,vt etiam indicauimus in nostra OEconomia.

[115] μολυβδωτῷ ὠμολίνῳ] Hic & postea lib.3.facta sectione primis diebus linamentum ex lino crudo vulneri obducit,quod linteo sit mollius,ideoq; vulnus minùs exasperet, minoremque dolorẽ inferat,deinde firmissimè vulnus occludat, vt ne externo aëri aditus vllꝰ pareat,ac demũ pus & saniẽ meliùs educat & ebibat.

[116] ἑπτὼ δὲ ἡμέρῃσι δεκάταίοις]Lib.3.postea eadem in re duodecimum diem adscribit ad linamentum ex linteo indendum : Sed postea in tuberculo pulmonis purulento,decimum diem ad puris euacuationem apponit, eandemq; cautionem ad pulmonis humectationem ex infuso vino & oleo tepido adscribit, in qua diebus quinq; perseuerare iubet. Extremis autem diebus linamentum ex linteo vulnus meliùs resiccat & obducit, quod deinde paulatim,dum pus omninò resiccatum fuerit, imminuitur & resecatur,donec totum vulnus coalescat.

[117] ὡς δὲ τὸ πόδον ἢ λαδικόν]Vide aph.44.lib.7.

[118] ὅταν πλεύμασι] Hoc loco πλευμοῖ non πλευμᾷ legisse videtur Galenus in Exegesi,cum πλευμοῖ exponit πλευμώδης γίνεται, ἢ φθίσει. vnde πλεύμων dicitur φθίσις, ἢ τὸ πλευμώδες πάθος , vt scripsimus in nostra OEconomia.

[119] ἢν τὰ κοῖλα ἐρυθρὰ]Hic τὰ κοῖλα oculorum cauitates sumunt omnes Interpretes pro Hippocratis more,cui τὰ κοῖλα oculorũ cauitates significant,vt scripsimus in nostra OEconomia. Verũ haud scio an hic τὰ κύλα legi debeat,contra omnium exemplarium fidem,quod κύλα,τὰ ὑπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ ὑγρὰ exponat Hesychius.κύλοι δὲ παρειαὶ dicuntur Hippocrati paulò post. Sunt autem malæ & genæ,quæ in pulmonum vitijs rubere solent,& pulmonum affectiones aut inflammationes testantur.

[120] ἢν μυσάττηται τὰ σίαλα] Hunc locum exposuimus in nostra OEconomia de abominando sputi fœtore ore contenti ad excreãdum,quod grauatè fert ac veluti abominatur æger, ideoque μυσαττηται δυσχεραίνει exponit Hesychius,hoc fortasse subindicato loco Est enim sputum suo fœtore & odore graue ac molestum ore contentum,ideoq; detestandum. Hieronymus Mercurialis saliuam emungit,dixit,quòd velit ore contentam saliuam per nares trahi & emungi. Quam interpretationem præter istius verbi significationem,ex Caluo mihi hausisse videtur, qui dixit (sputumq; mucescit, cùm in ore excreaturus continet.) Ac opinor eum μυξαίνεται legisse,vt sit,veluti in mucum conuertit.

[121] τύπῳ ὡς μὲν αἱ τείχεις] Lethales istas tabe laborantium notas habes ex aph.11.& 12.lib. 5. eosq; plærunq; alui profluuio perire scribitur aph.16. libr.7 & in Coac.Prænotionibus.

[122] ἢν κινῇ] ἢ κινεῖ lego cum Interpretibus,vt ad ἄλυσιν referatur.

[123] τῆβον μὴ ἰᾶσθαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt sic habentem tabe correptum veluti deploratum relinquas, neque curandum aggrediaris. Caluus tamen aliter legit, & velut ad susceptam curationem istud refert.

[124] πλὴν ῥίζαν πλὴν λευκῆν]Hîc dracunculi radicem cum Cornario sumimus,quòd eam ad delinctum sæpe adhibeat Hippocrates; deinde quod Galenus in Exegesi, λευκὴν ῥίζαν πλὴν τὴν δράκοντος exponit.Hanc autem omisit Caluus.

[125] ὡς μὲν οἱ πυριετοὶ ὀξέες ἔχουσι] ὡς μὴ legisse videtur Caluus contra omnium codicum fidem.

[126] ὡς ἢ ἄπυρος ἢ] ἀπὸ πύρος ἢ legunt exemplaria quædam Regia manu scripta,vitiosè , vt opinor.

[127] ὀδὴ μύκης ἀφ' ἕλκεος]Hunc locum expressimus in nostra OEconomia, vbi docuimus μύκητας dici in vulneribus tuberosas quasdam eminentias & duras excrescentias, ex humorum crassitie enatas.

[128] κύκλοι δὲ παρειῶν ἐρυθρίωσι[κύκλοι παρειῶν exponuntur Galeno μῆλα,malæ,aut malarum tumores rubicundi,in Exegesi ex lib.1.de morbis maiore,hoc subnotato loco vt scripsimus in nostra OEconomia.

[129] ἄμμα πλύον καὶ πῶον] πλύον legendum vt in aliis exemplaribus.

[130] ἔπειτα καὶ πυριετοὶ] Istud præteriit Caluus.

[131] ἤπλον δὲ κεφαλῆς] Istud ambiguum est,an ad capitis lotionem referri debeat,quod paulò post rariùs lauari præcipit, an verò ad medicamenti agitationem,quod tamen malo cum Cornario.

[132] καὶ πλὴν ῥάχιν κατέρχεσθαι]pro κατέρχεσθαι ὀδυνᾶται legunt exemplaria Vaticana,quæ secutus videtur Caluus.

[133] καὶ γλισχρὸν δὲ ἐγγίνεται] Hoc est,generatio non fit, neque semen quod emittitur aut profunditur est prolificum,sed copiosum & liquidum,quale solet esse iis qui inter dormiendũ semen profundunt,& veneris ludibriis titillantur. Cornarius genituram in vtero non contineri dixit,quod etsi verum est, id tamen lectionis sensum non exprimit.

[134] καὶ τρηχὺς ἔπος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed τρηχὺς αὖπος lego,vt paulò post,hoc est ad arduum aut accliuem locũ, & accessu difficilem, vt scripsimus in nostra Oeconomia, qua phrasi aliàs vtitur Hippocrates idemq; sonat, quod τρηχὺν ὀρθὸν χωρίον,vt loquetur postea. Vulgatam autem lectionem secutus videtur Caluus,cùm dixit(vt loqui non possit)

[135] ἀπόλλυσι δὲ λιπυρείῃ ὑπὸ λύπης videtur legisse Caluus,vt antea. Sed lipyria febris est ardens & perniciosissima, ex pulmonis,iecoris, ventriculi, & partium quæ thoracis & ventris cauo continentur erysipelate orta,vt scribit Galen.libr. 2. de Crisib. cap.7.

[136] καὶ δυσκλαίης γίνονται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, Caluus tamen δύσπνοοι legisse videtur.

[137] καὶ οἰέων] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Regia tamen quædam οἰέων habent,vt fuillas carnes intelligant.

[138] ὀξὺ μᾶλλον δὲ πρὸς ἔπος] πρὸς αὖπος lego,vt antea. Exemplaria verò Regia manu scripta,& Vaticana,πρὸς ἑσπέραν legunt, vt mane ad vesperam vsque ieiunus iter faciat, quam lectionem etiam sequitur Caluus.

[139] καὶ κὰ χτεῖ ἢ φαύσῃ ξ] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia.

[140] καὶ ἐκ ἕλκιος κρίσιμοις]Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed κρίσιμαι lego cum Galeno in Exegesi,qui κρίσιμαι ex hoc loco,ἔστι τὸ πῦον ἐκκρινόμενον χονδρώδη βρόγχια exponit, vt scripsimus in nostra OEconomia.Significant autem frustulosas quasdam arteriæ cartilagines,aut bronchiorum pulmonis frustula quædam seminibus ricini similia,ex vlcere per sputum reiici. Vlceris ricinos dixerunt Interpretes,Caluus etiam vermiculos.

[141] καὶ κρίσεις ῥηγματίας πλεύμονος]ῥηγματίας πλεύμονος hîc dici videtur is cui pus ex arteriæ asperæ vulnere in pulmone collectum,velut abscessu rupto effluit, quod cum de ægro dicatur, pulmonis ruptionem per fracturam non satis aptè mihi dixisse videntur Interpretes,vt scripsimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco.

143 ἢ λιπαρὸν, ἢ πίονα] Hic λιπαρὸν dici videntur quæ plus habẽt humidi, qualia sunt oleosa & vnguinosa, πίονα verò, quæ plus duri & solidi. Sic etiam postea ἑλαιηρὰ ἢ πίονα simul iungit. Pro λιπαρὸν, ταχίων legisse videtur Caluus.

143 ἄορτα τῶν πλευμόνων παραδύντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed nemini dubiũ videtur quin ἄορτα pro ἀόρτα legendum sit, constatque eum locum à Galeno in Exegesi indicari, cum ex hoc libro ἄορτον exponit τὸ ἀπηρτημένον τῶν πλευμόνων μέρος ἑκατέρωθεν. Sunt enim ἄορτα vtrinq; dependentes pulmonis partes & fibræ, quæ ἀορτὰ dicuntur in Coacis Prænot. vt amplissimè scripsimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco. Sic igitur hoc loco mihi legendum videtur ἀόρτα τῶν πλευμόνων παραδύντα vt hac indicatura conuulsę vtrinq; dependentes pulmonis fibræ denuncientur. Deinde ἐπὶ τὸν ἄορτον παραδὺς τῶν πλευμόνων, vt is sit locus à Galeno in Exegesi expressus, in quo de vna pulmonis fibra conuulsa agitur, vt postea de vtraque.

144 ἐνίοτε δ' αἱματώδης] αἱματώδεα legunt alia exemplaria.

145 ἢ καπνώματος φοδώδη] Hunc locum exposuimus & expressimus in nostra OEconomia, vbi admonuimus istum locum disertis verbis mihi videri ab Erotiano subnotari, cùm scribit, φοδῶδες quandoq; indicare ἐξανθήματα φλογμὰ ἢ φοδῶδες οἷον ἢ διάκαυμά τι γινόμενον, vt mihi potiùs hîc de pustulis incendiosis & rubentibus in corpore subortis, quàm de circulis in tibiis rubentibus sumi videantur, quod tamen fecit Cornarius.

146 ἀφὲ δυσεντερίῃ] δυσεντερικῇ pro δυσεντερίῃ legunt exemplaria quædam manu scripta. sed quid sit δυσεντέρη apud Hippocratem exposuimus in nostra OEconomia.

147 περιτρίβειν ἐμπὰ ῥάκια ἱματυδίου] Hunc etiam locum expressimus in nostra OEconomia, & à Galeno subnotari diximus, cum ἱματύδιον exponit ὕφασις παχὺς μέσης, in Exegesi, vbi tamen ἱματυδίου & μέσης legimus. Syndonem autem hic & pannum lineum detritum ad detergendos sudores significat, quem aqua madidũ corpori admouendum esse iubet. Neq; tamen hic exprimitur an aqua tepida madefieri velit, quòd id vires minus debilitet quàm balneum, an verò frigida ad corpus refrigerandũ imbui, deinde exprimi velit, quod facit lib. περὶ τῆς ἐντὸς πλευρῶν in pulmonis erysipelate, vbi ῥάκια βάπτων simpliciter ponit.

148 ἐρυσιπέλας ἐς πλεύμονα] Describitur etiam pulmonis erysipelas lib. περὶ τῆς ἐντὸς πλευρῶν.

149 ὅσα μὲν ἔστιν δακτύλοισι θιγγάνειν] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, sed Interpretes περὶ δακτύλοιν legerunt vt sit veluti ῥαχιδώδης explicatio, quemadmodum scribitur lib. περὶ τῆς ἐντὸς πλευρῶν, πλείους ἐκείθεν περὶ δακτύλοιν ἐπιβαλλόντων ἢ ὁ ῥαχιδώδης ἐμβάλλῃ. Sic quoque Caluus hìc σπορόδην κεφαλαὶ περὶς legisse videtur.

150 ἐμπύησιν ἔσεσθαι φαυλοτάτην] φαυμακώδεσιν pro φαύλοισιν legunt exemplaria Vaticana.

151 καὶ πρὸς ἐόντας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἐόντα lego.

152 ἐπιλαβὼν δὲ τοῦ τοιούτου ἀναπαύσεως ἐκφύσῃ] ὑποφύσῃ pro ἐκφύσῃ legũt exemplaria Regia manu scripta.

153 ἢ φλεβῶν ἐμπίπλασθαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia sed φοδῶν ἐμπίμπλασθαι lego vt antea & paulò post, etsi φλεβῶν retineri potest, vt corporis venæ ex inflãmatione intumescant, ideoq; maximè appareant, corpusq; ὀφθαλμῶδες reddatur. Sed cùm corpus igneum maximè sit & incensum, φοδῶν malim; ideoque ὑποπυρρὸν Caluus pro ὑποπυῤῥὸν legit.

154 ὑπ' οὖν ἢ κονίης ἢ κόπου μὴ κινεῖσθαι] μὴ κινήσασθαι legunt exemplaria Regia manu scripta.

155 ἢ ὀπτανίῃ] οἷον ὑδαρία legit Caluus, vt paulò post, contra tamen omnium codicum fidem.

156 ἢ περὶ τὸ ἧμα οἷον ὠὰ θλᾶν] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, sed lectionem nobis videri corruptam in OEconomia nostra scripsimus, vbi etiam locum reposuimus, & Galeni expositionem emendauimus. Neq; enim dubiũ est quin ad hunc locum referatur, quod Galeno in Exegesi ὠὰ θλᾶν ἧμα exponitur, sed ἧμα legendum esse ex Hesychio diximus. Caluus verò aliud quid mihi legisse videtur, & pro μαθλᾶν, ζύμα aut ζυμᾶν legisse. Quod verò sequitur, ἢ πρὸ πολλοῦ ἐπιζῇ, id ad ægrum mihi referri videtur, qui spirationem inhibet ac retinet, neque præ lateris aut pectoris dolore spiritum emittere aut attrahere sustinet, in eaq; spiratione pectus sonitũ quendã edit.

157 ἢ πανὶν σιωδέϊν τὰ σφόδρα] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen ἐκεῖ τὰ σφόδρα legisse videtur, cùm fotum ex vesica bubula aut vtriculo, fascia pectori adalligari velit. Hinc verò in opus Medicum transtulimus fotus nostros ex vesica bubula aqua calida plena lateri aut alicui parti adhibitos.

158 τάτμησιν πρὸς αὔρην καὶ πρὸς ἥλιον] Mira est hæc Hippocratis industria. Hoc enim artificio flatus per fistulã immissus, pulmonẽ à latere in quod impegit, remouet & propulsat. At plumbea aut stanneus penicillus quàm penitissimè intrò immissus, pulmonem suo loco continet, & ne ad latus iterũ adhærescat prohibet. Penicillum autem ad hanc rem firmum & solidum ideò requirit, non cauum aut fistulosum, vt in pure emittendo.

159 ἢ ἀπόῤῥυψιν] Hunc locum in nostra OEconomia exposuimus & indicauimus.

160 ἢ ὀλίγον ἐς τὸ χεῖλος φαυόμενον] ἐς ὀλίγον τὸ χεῖλος φαινόμενον κατατείνον μετὰ ἐπιτάσιος lego, etsi pro ὀλίγον, ὀλίγον malim, vt antea. ὀλίγον tamen pus paucum & crassum ad contactum indicat. μετὰ autem κοῖλον, vt antea, ad pus emittendum significat.

161 ἀφὶς ἢ μετὰ] Illud ἀφὶς ἢ μετὰ, sensim ac paulatim subductũ ac resectum linamentum significat, vt vlcus coalescat quod priùs dixit, ἵν' ἀπ' ὀλίγου ἢ μετὰ.

162 ὀζῇ ἔσωθεν ἢ ἔξω] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ζῇ videtur legisse Cornarius, quod dixit ebullit. Caluus verò, ἔζῃ & ἔξωθεν.

163 ὡὸ μὲν ἐπιδιδόναι ἔξω βαίνοντα] ἐπιδιδόναι ἔξω lego cũ interpretib.

164 ἢ ἀφιέναι ἢ ὕδατος ὀλίγιστα ἀφιέντα ἐλάχιστα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt primis quidem diebus quam parcissimè aquam emittat Hippocrates, cæteris verò etiam diebus sensim & parcè. Cornarius tamen pro ὕδατος αἵματος legit, vt paucissimum sanguinem & parcè emittas.

165 ἐξαμπερὲς] Hic ἐξαμπερὲς idem significat quod lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, in pectoris, & dorsi etiam ruptione ἐξαμπερές, hoc est, per totum, & ab imo ad summum, quem locum in OEconomia nostra expressimus & exposuimus.

166 χωρίσιν ἐκπεσεῖν] Hunc locum in nostra OEconomia exposuimus, & de eo quid sentiremus scripsimus.

167 λήρεσις λυγμώδεσι] πυρετοῖς λυγμώδεσι curat Hippocr. libr. 4. de rat. vict. in morb. ac. in qua diu & multum singultiunt ægri, aut in qua per totum morbum singultus exacerbatur. Sic enim febrem singultuosam illic describit Galenus.

168 πυρετὸς ὀξὺς ἀπορρηκὼς] πυρετὸς ἀπορρηκὼς febris vehemens aut assidua hìc dicitur, vt scripsimus in nostra OEconomia, quod ἀπορρηκὲς apud Hippocr. συνεχὲς exponit Erotianus.

169 ἢ μανικὸς γίνεσθαι] Id non videtur legisse Caluus.

170 ὅταν σαφέα σημαίνῃ] Hunc locum ex Galeno in nostra OEconomia exposuimus & expressimus.

171 ἀναπὰ αἰεὶ] legunt Aldina exemplaria, at ἀναπὰ legendum ex Galeno in Exegesi, cui ἀναπὰ ἀναφὰ exponitur τῆς ξηραπαφοῦς, resiccatorius quidam morbus, hoc nimirum subindicato loco, ex quo innuit ἀναφὰ etiam quædam exemplaria legisse.

172 ἢ φλεγμαίνῃ] φλεγμᾷ, πυρέσσει μὴ ἐρυθήματος exponit Galenus in Exegesi, quod etiam vidit Cornarius cùm dixit, exardescit cum rubore, hoc est, incenditur, inflammatur.

173 ὅταν ῥαφὶς κεντῇ] Ad verbum sonat hæc lectio, totum corpus velut acus pungere videtur, sicq; legunt exemplaria omnia. Verùm ῥαφίῃ κεντᾶσθαι lego cum interpretibus, istamq; lectionẽ ex Galeno germanam esse existimo, qui ῥαφίῃ exponit in Exegesi, πρὸς κεντούμενόν τι ἢ δηγνυμένοις οἱ πεπηγότες τῶν ἰνῶν ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἐπιπολάζουσι διαθέσεως ἐπιπολάζειν. Hunc enim mihi locum subindicare videtur, vt scripsimus in nostra OEconomia.

174 ἢ μινύθῃ] Istud ad ægri consumptionem retulit Cornarius, nos cum Caluo ad crurum imminutionem aut emaciationem.

175 ἢ μᾶλλον ἀπολείπῃ] Hic mihi videtur sensus esse, vt non nisi diu vexatos ægros & consentescentes deserat hic morbus si quando relicturus est, alioqui ad mortem vsq; comitetur. Cornarius ἢ μᾶλλον ἀπολείπῃ legisse videtur.

176 πυρετὸς ὁ φοινώδης] φοινικώδεσι πυρετοῖς dicuntur Hippocrati lib. περὶ κρισίων, funestissimæ febres & maximè lethales, & quæ κακοηθέσταται in Prognostico.

177 αἱ χάραι ἢ χαρέουσαι] Sensus est, oculos ita exertos esse & tumidos, vt suis locis capi aut cõtineri nequeãt, ob incendium & calorem distendentem. κάραι pro χάραι legisse videtur Caluus.

178 ἐρράξασθαι πρὸς κέγχρου] Hic πρὸς κέγχρου hordea torrefacta intelligimus ex Galeno, qui scribit in Exegesi, ὅταν ἢ πλαδωτικὸς σίτου ἢ κέγχρου, τοῦτ' ἔστι πυρωθεῖσιν κριθαῖς ἀνωδύνοις. Hũc enim locũ his verbis nominatim mihi subnotare videtur, vt admonuimus in nostra OEconomia, & rectè animaduertit Cornarius. Caluus verò minùs rectè libanotidis aut rorismarini folia mihi sumpsisse videtur, quæ calefaciendi & desiccandi insignẽ habent facultatẽ, cũ hic refrigerantẽ potionẽ instituat & propinet. Hũc autẽ fefellerunt exemplaria Vaticana vitiosè scripta. Sic enim legunt, ἢ πάντα διδόναι ἐρράξασθαι πρὸς κέγχρου σιτοῦ ἕνεκεν, ἢ φύλλα ἐκεῖνα ἢ ἀποδόσθαι τὸ ὕδωρ, &c. Aldina verò exemplaria valde corrupta sunt, & lib. ἐρράξασθαι κέγχρου τοῦτον ἀγόμενοι ἢ φύλλα δὲ τοῦτο μάλιστα &c. &c. asteriscũ apponunt, qui suspecti loci indiciũ facit. Sed nos pro ἐρράξασθαι ἐκεῖσε aut ἐρράξασθαι legimus, ab ἐκεῖσε aut ἐρράσσειν, vt

ſcripſimus in noſtra OEconomia,& lectionem Germanicorum codicum cum Cornario ſequimur,vt aquam in qua hordeum torrefactum maduerit, excolatam, & ex ea mulſam dilutam confectam,ad potionem refrigerantem exhibeat.

179 Πελίνη νοῦσος] Hunc locum adducit Galenus Com.ad ſent. 18. ſect. 1.lib.6.Epid.vbi liuidas febres exponit eaſque ſanguinis & caloris natiui defectum indicare ſcribit,ideoq; perniciosas eſſe. Sed quæ hîc ſcribuntur ea ab Euryphonte ſumta eſſe ſatis indicat.Illic autem πελιὴ νοῦσος ſcribitur,& πελιὴ πυρετὸς ἰσχὺς ξηρός.

180 ἑδωΐαν ἀορᾶν] Hanc lectionem cum Cornario ſecuti ſumus,cùm alia exemplaria ἐνορᾶν legant,vt & Galenus, qui etiam ex Euryphonte,ἐνορᾶν ἑδώιαπω adſcribit. Quam etiam lectionem ſecutus videtur Caluus.

181 ἢ γὰρ σκληρὴ γίνεται] ξηρὴ pro σκληρὴ ſcribitur apud Galenum,idemque ex Euryphonte adſcribit.

182 ἢ ἐξορᾶ ὡς ἀγχόμενος] ὡς ἀγχόμενος ἐνίοτε ſimul iungit Galenus. Significat autem oculos eſſe prominulos & exertos, vt iis qui præfocati ſtrangulantur.

183 εἰλιδερεῖν] Sic quidem legunt exemplaria omnia,quę lectio ſcribitur per ι malim tamen εἰλιδερῆν,quod exponit Heſychius, ἐκ πλίνω θερμαίνειν.

184 νοῦσος ἐρυγματώδης] ἐρυγματώδης νοῦσος exponitur Galeno in Exegeſi,hoc nimirum ſubnotato loco, ἢ ἐρυγμῶν ἐπιρρεπὴς νόσος, ἢ πνεύματῶδης, morbus ructator & flatuoſus.

185 ἐγχυβείχθον] χρόχθον hîc poculi parui menſuram ſignificare, eſſeq; menſuræ paruæ genus quoddam, vt in fine etiam huius libri ponitur,in noſtra Oeconomia ſcripſimus.

186 ἐπὶ τῷ ἑδώιος ἀποκινήσῃ] Hanc phraſim, licet tamen ſuſpectã,in Oeconomia noſtra adſcripſimus & expoſuimus,quod eam retineant exemplaria omnia. ἀποκινήσῃ) tamen malim.

187 μάλιστα δὲ ἐπὶλὺ πρὸς ἕπος ἴῃ] πρὸς αὖπος hîc etiam lego, etſi πρὸς ἕπος legunt exemplaria omnia.

188 ἢ κεφαπιπαται) πεμφαὶν] πεμφεὶ exponuntur Galeno in Exegeſi vocum Hippocrat. ἐπανασάσῃς τὸ θέρματος ἐχθάδεις τὸ ἄμα ἢ φλεβαρεὶ ἢ ἐπιρδεῖς. πολφαὶν autem legunt hîc quædam exemplaria manu ſcripta Regia, vt & aliàs apud Hippocratem & Erotianum,vt annotauimus in noſtra Oeconomia.

189 ἐπὶλὺ παύσεσθαι καθαιρόμενος] Sic quidem legunt exemplaria omnia.Cornarius vero ἐς αὖ παύσῃ) legiſſe videtur.

190 ἀμέ ἢ εἰλιδερείπω] Hîc Galenum legiſſe ſuſpicor εἰλιδερέω, quod exponit ἑλιόω,vt annotauimus in noſtra OEconomia.

191 τέτων λῶ μὲ ἢ γαςὴρ] τέτῳ lego cum Interpretibus omnibus, ſed τέτων habent exemplaria omnia, vt ἕνεκα ſubaudiatur. Vide autem aph.29.lib.7.

192 ἐπὶλὺ πίμωρη)] Sic quidem lego cum exemplaribus omnibus,vt indicet tumefactum aut inflatum ſcrotum pertundendũ eſſe,à verbo πίμωεμαι quod inflo & inflor etiam ſignificat. Interpretes autem impletum ſcrotum dixerunt, vt πίμπλη) legiſſe videantur.

193 ἢ μὴ γλυκέα] ἁγνέα legunt exemplaria quædam Regia manuſcripta pro γλυκέα.

194 ἀξεκρίνῃ ἐν ὕδατι] Hanc phraſim expoſuimus in noſtra OEconomia,hoc expreſſo loco.

195 φεσπὶς νοῦσος χαλεπὴ] φεσπὶς hîc Melancholiam morbum ex nimia cura & animi contentione contractã ſignificare videtur.

196 μέλαινα τοῦς] Hunc locum cõceptis verbis mihi exprimere videtur Galenus in Exegeſi,cùm ſcribit,μέλαινα,λέγεται τι ἢ ἁπλῶς οὕτως ἀπὸ μελαίνης χολῆς σωις αμβάν. Quibus ſanè verbis mihi duo ſignificare videtur Galenus,hîc μέλαιναν dici morbum nigrum ex atra bile contractum,& μέλαιναν ſimpliciter dictam,bilem atram etiam Hippocrati ſignificare,vt hoc loco,μέλαιναν ἐμέῃ cùm tamen Interpretes μέλανα ἐμέῃ legiſſe videantur.Quod etiam in Oeconomia noſtra adſcripſimus.

197 ὁ τὲ ὄξος εἶναι τὸ δ' ἄπεσεν] Exprimit in hoc morbo bilem atram interdum vomitione reiici,tanquam vini fecem craſſam, interdumq; velut ſanguinem euomi,interdum etiam,velut ſolo ſanguinis colore rubro infectam,tanquam vinum ſecundarium (lora latinis dicta,aqua ex vinaceis macerata,& rubro vini colore tincta)quandoq; etiam atram bilem reuomi velut polypi atramentum.Sic enim Plinio dicitur,quem Athenæus præcipuè polypo piſci τὸ λιχόμενον θολὸν tribuit.

198 ὀκμὴ εἶναι φόνου ὄζει] Cædẽ olere diximus,velut tabum,ac ſanguinis putrefacti & effuſi odorem referre,aut cadaueris iugulati fœtorem redolere. Indicat autem bilem atram,velut ſanguinem nigrum & fœtidum in hoc morbo vomitione reiici.

199 ἢ ὑπ ἀχθεται] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria,vitiosè tamen,vt apparet,pro ὑπ' ἀέχθη), qua etiam phraſi vſus eſt antea.

200 ὑπόπυρος] Sic quidem legunt exemplaria omnia,verùm ὑπόπυρος lego cum Interpretibus.

201 ἡ δ' νοῦσος θανατώδης μὲν ἐξυλακτέων πρόσω)] Sic quidem legunt exẽplaria Germanica,hoc ſenſu. Hic verò morbus lethalis quidem non eſt,ſed ad ſenium vſq; comitatur. Quæ lectio etſi mihi non improbatur,vt φρενιτώδης etiam adiungatur:Interpretes tamen omnes ſecutus ſum. Hoc ſenſu autem indicabitur morbus iſte vbi inueterauerit,ſyderationem inducere. Alioqui ſanè quiſnam ſit hic φρενιτώδης morbus non facile eſt coniicere.

IN LIBRVM TERTIVM DE MORBIS.

1 Περὶ μὲν ἐν πυρετῷ] Hic liber ſecũdus de Morbis minor dicitur Galeno in dictione ἀσθμὸς in Exegeſi. Et Cælius Aurelianus cap.4.8. & 17.lib.3. acut.hunc librum De morbis ſecundum vocat,eiuſq; curationes grauiter exagitat.

2 ἢ ἐς κύστιν ἢ ἐς ὄντερα] Hîc veſicam bubulam intelligit, & per ὄντερα vtriculum aut folliculum quendam ex inteſtinis reſiccatis comparatum:in quem infuſum ſuccum aliquem refrigerantem, modò apponi,modò detrahi vult,antequàm intepeſcat.Cretam autem figulinam inter refrigerantia adhibet lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vbi γλῶ κεραμικὴ vocat.

3 παρωμα ἑδωΐαδες ἐγκαφήν] Hîc aſteriſcum apponunt exemplaria Aldina,vt ſuſpicionis notam.

4 ἀξείτη μελαινὴ χωμῶδες] χωμῶδες legunt Aldina exemplaria.

5 ἢ κατὰ κιρσαγγίων] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed κιρσαγγίων malim.

6 οἱ δ' λήθαργοι] Non eſt dubium quin lethargus multa habeat communia cum peripneumonia,ea præſertim quæ hîc humida dicitur,& ex multo ac pituitoſo ſanguine contrahitur, adeoque Gal.in pulſuum iſagoge & lib.4. de cauſ. pulſuum, lethargicorum & peripneumonicorum pulſus,vt inter ſe ſimiles, confert.

7 τὸ μὲ θερμὸν χρόνον] Sic quidem legunt exemplaria omnia,verum libello περὶ κρισίμων,vbi iſta repetuntur, longè meliùs legitur, ἢ τὸ χρῶμα ἀυτῆς,τὸ μὲ θερμὸν ὡς χρὴ ἔχειν ἔστιν, vt in febre ardente lingua ſit aſpera & ſicca,primumque pallida & flaueſcens, deinde fuliginoſa & nigra.

8 ὁκόταν ὁ πλεύμων οἰδήσῃ] Eadem ferè ſcribuntur lib. περὶ ἐντὸς παθῶν,in pulmonis tumore ex eryſipelate.

9 ἢ ἔκου αὖ καταχέῃ)] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed καταχέῃ) lego cum Interpretibus.

10 ὁκόταν δὲ ὀδὸς τὸ κεφαλῆς] Vide aph.5.lib.5.

11 λῶ γὰρ ῥῆξαι φωνὼ] Hanc phraſim antiquis,& præcipuè Herodoto & Hippocrati familiarem eſſe oſtẽdimus in noſtra OEconomia,vt erumpere in vocem dicatur,cui vox reſtituitur aut recuperatur,eaq; erumpit.Quod verò ſequitur, πονέεται δ' οἱ ἐκ τὸ μέσης ἔνιοι τῶν, eò mihi referri videtur,vt indicet remulentis ſæpe vocem defiecre,deinde reſtitui,quod dicitur aph.5.lib.5. ἢν λῶ ὄρθιος αἱ κραιπάλαι λύσητε φθέγξεσθε.

12 ἢ λύζῃ] λύζειν etiamſi ſingultire ſignificat,ἀγνύειν tamen & ἀδημονίζειν denotare diximus in noſtra OEconomia; hoc indicato loco, quomodo etiam ſumpſiſſe videntur Interpretes, aut pro λύζῃ ἀγνῇ legiſſe.Singultum autẽ in angina etiã adſcribit Celſus.

13 ἢ κελίεσιν ὠτίλῳ ἀφλεγμωδάλῳ]Hoc loco rectè leuior angina dicitur quæ ἀφλεγμωδάλη nominatur,ex Celſo cap.4. lib. 4. cùm ſcribit.Leuius eſt,vbi tumor tantummodo & rubor eſt, cætera non ſequuntur,id ἀφλεγμωδάλιλον appellant.

14 τῶν φλιβοτομίῃ χρὴ] Hãc totã curationẽ exagitat Cælius Aurel.cap.4.li.3.ac.Vbi iſta ex lib.2.de morb.Hippocrat. adducit.

15 ἐς τοὺς αὐλίσκους] Aurelianus hîc αὐλίσκους tibiam & fiſtulam vertit,vt & ἄσφαλτος bitumen.

16 ἢ χροιὴ ὅλη σιδηρώδης σφόδρα ἔῃ] Hunc locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus.Iſta verò de ictero repetuntur lib. περὶ κρισίμων.

17 παρόμοιος ἢ ἢ ὁ χρὼς]Sic legunt meliora exemplaria, vt conſimilis ſit corporis color.Libr.vero περὶ κρισίμων, παρόμοιος ἢ οἱ ὁ χρὼς legitur,vt vitioſa ſint Aldina exẽplaria,quæ ἢ ὠχρὸς legunt.

18 σὺν καρύοις θασίοις]Nuces Thaſias auellanas intelligunt apud Athenæum lib.14.inGaſtri placẽta,alibi etiam amygdalas apud eundem,Caluus vinum Thaſium ad iſta decoquenda adhibet, vt longe aliter legiſſe videatur.

19 οἱ χλοῦς]Sic quidẽ legũt exẽplaria omnia, ſed αἱ χλοῦς malim, vt legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vbi eadem de tetano repetuntur.

20 τοῦτο δίδυαι] Hanc eurationem exagitat Cælius Aurelianus cap.8.lib.3. acut. vbi aliter mihi iſtum locum legere videtur,& pro ζωμὸν ὀρνιθίου πίονα,γάλα ὄνειον παῦ θερμόν.

21 ἢ παρμοὶ] ἐμέζεις legit Caluus contra exemplarium omnium fidem. πλαρμοὺς tamen Aurelianum legiſſe apparet.

22 ἢ σωλῆνιν ἐνίοτε] Hunc locum ſic vertit Cælius Aurelianus cap.6.lib.3. acut.Opiſthotonicis verò contractus ad poſterio-

ros partes fit, cum nimia tensione, atq; dolore dorsi & clunium. His etiam crura adducuntur, & neq; manus distenduntur, digitos conductos atque implicitos habent, vt Hippocrates ait, & maiorem digitum, hoc est pollicem cum cæteris tenent, vt frequentius contingit, se quoq; continere non possunt, sed quadam mobilitate resiliunt, cùm dolor irruerit. Istum enim locum his verbis exprimere videtur. Opisthoronum autem supinum & posterganeum raptum idem vocat, vt & Emprosthotonum pronum raptum.

23 ὕδωρ ὡς πλεῖστον] Hanc curationem ex hoc loco exagitat Cælius Aurelianus cap. 8. lib. 3. acut. Vbi tamen aph. 21. lib. 5. & lib. περὶ ὑγιεινῆς χρήσιος mihi magis exprimere videtur.

24 ἢ λύζει] Hìc quoque λύζειν singultum significare potest, cùm huic malo singultum attribuat Aurelianus, ac corporis iactationem & anxietatem.

25 κεθάρσιον διὰ κοιλίης] Istud de vomitione intelligit Aurelianus cap. 17. lib. 3. acut. istamq; totam curationem pro innata mordendi licentia mirum in modum conuellit & lacerat, & ex lib. 2. de morbis adducit.

26 ὡς πάντα τὰ ξυγκεκαυμένα θᾶσσον ἢ ψυχρά] θᾶσσον ἧσσον legunt exemplaria Aldina.

27 φύσαν χαλκοπλοῦ] Ærarium folliculum hìc vertit Aurelianus, quem follem fabrilem dicimus, follem æraria rum officinarum intelligens. Hoc autem commentum etsi plurimùm ab eo conuellitur, repetitur tamen ab Hippocrate lib. περὶ παθῶν in voluulo, vbi per vtriculi propendulum petiolum (ἀσκὸς πεδύνα vocat Hipp. nos pedem aut podiam dicere possumus) flatum immittit, quo sublatus venter & distentum intestinum, infusum per clysterem promptiùs admittat. Quod se fœlicissimè ex Hippocratis præcepto expertos quidam scriptis commendarunt. Non secus ac sæpius vidimus ægros huiusmodi, & colico dolore affectos, plurimum leuari flatu ex ventre per inanem clysteris fistulam in anum immissam subinde retracto & expresso. Hìc autem τὸ ἐντέρου σύσσημον vocat intestini coarctationem, contractionem aut coitionem, vbi intestinum ita constringitur, vt in se coëat & obstruatur.

28 ἢ οἶνον αὐστηρὸν πίνειν] Sic quidem legunt exemplaria omnia omnesq; Interpretes, qui vinum splendidum & clarum sumpserunt. Verùm nos in nostra OEconomia οἶνον αὐστηρὸν ex Galeno & Erotiano legendum esse indicauimus. Hunc enim locum mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi, cum αὐστηρὸν οἶνον exponit, τὸ αὐστηρόπικρον, τὸ ἐκ τῶν ὀλεσσώνων ὕπνος, vinum hornum dicimus. Erotianus autem οἶνον αὐστηρὸν, ἀκρόβρυτον exponit (etsi apud Erotianum pudendo mendo δριμὺν αὐστηρὸν legitur) vinum merum & sincerum, cuiq; nihil sit admixtum, quemadmodum hìc sumi debere videtur, cùm Hippocrates lib. 2. Epid. in sanando voluulo, ἄκρητον πολὺν exhibeat, quod plurimum conuellit Aurelianus, cùm vsu immodico & intemperato, sæpè etiam in sanitate constitutis, mentem tentet. Metum tamen auxilij vicem subire in voluulo posse testatur aph. 44. lib. 6. & Celsus c. 8. li. 2. & Aretæus c. 5. li. 2. Cur. acut. Cæterùm hìc quoque ὑγρὸν vitiosè pro ὑγιὲς legi existimamus.

29 ἢ ἢν θέρεος] Hæc iisdem verbis repetuntur libro περὶ κριτίμων.

30 τὸ δὲ σίκαλιν λευκὸν] λευκὸν non malè legitur lib. περὶ κριτίμων.

31 θάσσους αἱ ἀπαλλαγαὶ] Pro αἱ ἀπαλλαγαὶ, αἱ κρίσιες legunt exemplaria quædam Regia manu scripta.

32 ἢν παχύτερον] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus tamen παχύτερον legit.

33 μᾶλλον ἢ παραφρονεστέρους] μᾶλλον ἢ παραφρονεστέρους vitiosè legunt Aldina exemplaria.

34 ἢν οὖν τὸ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ κακοῦ] In Aldinis codicibus ἀπὸ τοῦ κακοῦ vitiosè legitur.

35 ἢν μὲν διὰπαντὸς τοῦ καθάρσιος ὑπουργήσῃ] Hanc phrasim exposuimus & expressimus in nostra OEconomia.

36 αἱ δὲ κρίσιες ὅσαι τῶν ἄλλων ὑγρασίων] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Verùm lego cum Cornario, αἱ δὲ κρίσιες ὅσαι τῶν ἄλλων, ὑγρασίης δὲ πλείονος ἐόντος τοῦ ἄλλου ἐν τῷ ποτῷ. Quædam autem exemplaria manu scripta legunt, τοῦ ἄλλου τοῦ ἐν τῷ ποτῷ.

37 ἢν πάντα δὲ τελευτῶσι μᾶλλον ὀδυνηρὰ γένηται] Istud τελευτῶσι mihi ad pleuritides aut pleuriticos referri videtur, qui exrahuntur aut ad vndecimum diem perueniunt, pro quo in Coacis eadem in re scribitur, περὶ τοὺς ἐν ἀφανισμῷ.

38 ἢ τῇ δυσκάτῃ] τῇ ὑδρικάτῃ lego ex Coac. Præn. vt nostris in eum locum Annotat. scripsimus.

39 πυρέλυσις γδ] Hæc repetuntur in Coac. Prænot. Sed hìc animaduertendum est Vaticana exemplaria ὑπὸ δ' γλάσιος non ἢν legere, quam etiam lectionem secutus est Caluus. Sed ἢν legitur in Coac.

40 ἢ μᾶζαν λευκὴν] μᾶζαν lego, vt aliàs sæpe apud Hippocratẽ.

41 ἢ ὁκόταν αἱ κρίσιες ὦσι] ὁκοῖαί pro ὦσι legunt Aldina exemplaria.

42 ἐκ βομβυλίου εὐρυσώπου] Hìc sanè locum mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm βομβύλιον exponit, ἐκπωμά τι γυνὶ ἔχον πόσεως ὕπαιθα, καθ' ὃ βουβῶν ὀνομαζόμενον. Expressius verò Erotianus, qui βομβυλίου apud Hippocratem exponit, βυκίου εὐρυστομωτέρου, sed βικίου apud Erotianum legere malim. Quam dictionem in OEconomia nostra exposuimus, istumq; locum expressimus. Apparet autem Interpretes ἐκ εὐρυστόμου legisse.

43 ἢ τὴν ποτὴ ὑγραίνῃ] Lib. de loc. in homine in pleuritidis curatione liberaliorem potum adhibet, ὡς ἔστιν ὅτε καὶ ἡδέος πιεῖν, ἢ κατεμβάλοι ἐπαναχρῆμα ψυχρὸν ποτόν.

44 κέγχλου ἢ χαμαιδάφνης] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ lectio stare quidem potest, sed κέγχλου χαμαιδάφνης, vt aliàs sæpe apud Hippocratem lego.

45 ψυκτέρια ἢ πάλιν] Hìc exemplaria quædam hanc indicaturam adscribunt. ψυκτέρια πόματα ἐν καύσεσι. Quam lectionem secutus est Cornarius.

46 τῶν πρ] His omnibus locis vbi τῶν πρ legitur, τούτῳ legunt Vaticana exemplaria, quæ secutus est Caluus.

47 ἄζιστον] Hic locus (locul omni dubio valde mihi suspectus est. Cornarius pro ἄζιστον, ἐὰν ζέῃ legere videtur. Caluus verò aliud quid mihi legisse etiam videtur. Etsi verò hic sensus elici posse videtur, vt igne depositum ac vbi feruere desierit, transpirare permittatur, & vbi refrixerit, tactuiq; quodammodo viscidum euaserit, potui exhibeatur. Existimo tamen ἄζεσθαι pro ἄζεσθαι sumi, quod est feruefactum, vt paulò pòst, ab ἀζέω quod ferueo Sudæ significat, vt prunis feruefactum intelligatur, donec aqua transpiret. Cæterùm ante hanc potionem Vaticana quædam exemplaria addunt, τούτῳ δὲ πόματι δίδοσθαι ἁμύζοντα τῆσι ἐν καύσεσι πυρετοῖς.

48 μελικράτου ὑδαρέος] Pro ὑδαρέος ὕδατος legunt exemplaria quædam manu scripta. Caluus verò pro ἥμισυ, πρίν legisse videtur, & τούτῳ ψυχρὸν, pro τῶπο ψυχρόν.

49 κριθὰς ἀχιλληίδας] Ex hoc loco ἀχιλληίδας κριθὰς exponit Galenus in Exegesi, τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας, ὑπό τινων Ἀχιλλείους ὀνομαζομένας, ὡς φασι γεωργοὶ βαθρωνῖς, vt scripsimus in Oeconomia nostra hoc expresso loco, vbi quid sit hordeum Achilleum ex Theophrasto indicauimus. Ex quo satis apparet Galenum, ἀχιλλειάδας κεθδὰς pro ἀχιλληίδας legisse, quemadmodum etiam scribitur Erotiano, cui Ἀχιλλήϊος κεθδὰς ἴσον exponitur, ὃν μίμνουσι καὶ Αἰσχύλος καὶ Σοφοκλῆς.

50 ἄρας ἢ αἰθρίας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἀθέρα lego in Oeconomia nostra ex Galeno, cui ἀθὴρ exponitur ex lib. 2. de morb. minore, τὸ τῆς κεθδῆς ἐξὸν hoc nimirum expresso loco, & Erotiano, qui ἀθέρας explicat, τὸ αὖον τῆς κεθδῆς λεπίδωμα, vbi hic τοὺς ἀθέρας legisse videatur, aut (quod magis reor) apud Erotianum ἀθέρα, & τὸ αὖον λεπίδωμα legendum sit.

51 ἄζιστον] Hìc rursus pro ἄζιστον, ἐὰν ζέῃ legisse videtur Cornarius. Sed ἄζιστον pro ἄζεσθαι sumo, vt antea ab ἀζέσθω quod ferueo significat, aut ἄζιστον pro ζέστον dictum, vt ἀσπὶς pro σπασὶς.

52 κάθυδρον λευκὸν] λευκὸν legunt omnes Interpretes quos secutus sum. Cornarius etiam τῶπο οὖρον ἀγὲ legisse videtur.

53 γλιχροὺς δραχμίδας τρεῖς] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria, sed γλίχρις vt antea lego, aut γλίχριτος vt exemplaria Regia manu scripta, quæ etiam habent, τῶπο ἢ οὐρῶπο.

IN LIBRVM QVARTVM DE MORBIS.

ΑΥΤΑΙ ἢ αἱ ἰδέαι δὲ] Hìc liber quatuor humorum corporis formas ac species, paulò aliter quàm apud Hipp. genuinis libris contineantur, eorumq; fontes ac principia commemorat, vt hoc maxime nomine Hippocr. non esse, sed Polybi videatur. Sunt autem exemplaria quædam, quæ pro ὕδατος ὕδωρ legunt, quemadmodum ὕδωρ ponitur libr. περὶ γονῆς inter quatuor corporis humores, ex quibus morbos procreari vult, qui nulla vi contingunt. Quid verò hìc violentum intelligatur, postea docetur his verbis: βίηιον ἢ λέγω τῷ, ἢ θλῖψιν, ἢ πρῆσιν, ἢ πλευρὴν, ἢ πλευροπνοίην, ἢ ὅτι ἄλλο τοῖσι τοιούτοισι.

2 ἢ ὁκοῖα ἑκάστην ἐργάζεται] Id ad τὰς νόσους αἵρεσις refero, ex quibus quid in corpore contingat, quidq; singula efficiant, & (vt loquitur) ἐργάζονται, postea declarat. Est autem hæc proposita totius libri περίπατος philosophorum more.

3 ἢ ὑπὸ τὸ αὐτὸ ῥῖγος] ὑπὸ τῷ lego cum Interpretibus omnibus; ἐπὶ autem ῥῖγος & πυρετοὺς ponitur, propter ῥῖγος ἐπικρύμασιν, de quo agitur apud Galenum Comm. 1. in lib. 1. Epid. & libr. de Sympt. caus. & lib. de inæquali intemperie.

4 ἢ ἢ ἐπὶ τὸ συνάψιον] ἢν videtur legisse Cornarius, sed omnia exemplaria ἢ legunt.

5 ἢ ἀρτίων] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed χρόνων

pro ὡρέων legisse videtur Caluus. πολλῶν etiam legendum, cùm πολλὰ vitiosè legatur.

6 σίλφιον φῦσαι] φυῶσι etiam legunt exemplaria Vaticana.

7 ὁκόθεν χῶρος χώσει] Istud etiam spectandum monet Virgilius lib. 1. Georgic. his verbis:

At prius ignotum fortè quam scindimus aquor,
Ventos & varium cœli prædiscere morem.
Cura sit, ac patrios cultusque habitúsque locorum.
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.
Hic segetes, illic veniunt, fœlicius vuæ.
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt
Gramina nonne vides, croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?

8 ἢ τὸ πύσιον αὔξεται] πύτυ legunt Interpretes omnes, sed in omnibus exemplaribus τὸ πύσιον legitur.

9 ἕλκει τὸ σῶμα αὐτὰς πηγάς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt ventriculus sit horum fontium author, vt antea etiam tradidit, sed εἰς αὐτὰς πηγὰς legendum videtur, aut κατ' αὐτὰς πηγάς, vt legisse videtur Cornarius. Caluus autem ἢ αὐτὰς πηγὰς legisse videtur.

10 ἢ ὥσπερ σκύφ] Caput ex toto corpore haurire, deinde etiam ad partes ei subiectas deriuare, & fluxionum causam esse, scribitur libr. de flatibus, vbi etiam de pituitæ generatione multa dicuntur.

11 κεῖσε οἱ μέμικται] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius ἢ κεῖσε legisse videtur.

12 ἐσάγειν ἐς τὸ σῶμα] Sic quidem legitur in omnibus codicibus, malim tamen, ἐσάγειν αὖ τὸ σῶμα, vt paulò pòst legitur. Quam certè phrasim crebrò hoc libro vsurpauit hic author, & nos in Oeconomia nostra exposuimus.

13 ἢ τῇ κοιλίῃ ἀφεστήκῃ] Hanc etiam phrasim in Oeconomia exposuimus & expressimus.

14 ἢ ἐξέρχεσθαι αὐτὰς] ἐξέρχεσθαι ὄζ αὐτὰς legũt exẽplaria Vaticana.

15 πλέα σίνεται ἢ ἄνθρωπον] Sic quidem legunt exemplaria Germanica. Aldina verò & Vaticana, πλέα φθίνηται ἢ ἄνθρωπον. Sed codices Regij manu scripti φθίνῃ legunt. Cornarius verò legisse videtur, ὧν μὴ ἑτέρη χολὴ ὑπερβύηται πλέον.

16 οὕτω δὲ ἢ τἀλλα] Hic mihi procul omni dubio locus suspectus est, & defectus videtur. περιεῖναι enim aut ὠφέλειν, aut aliud quid desiderari videtur, vt sit, τῇ ἐωυτοῦ δυνάμῃ αἱρέων ἔχει τὸ κρατηθὲν ἔξω περιεῖναι. Sicque mihi sensus hic constare posse videbitur, vt non solùm quæ prosunt, vt quæ bibuntur aut eduntur, sibi sint medicamenta, seq; vicissim expellant, sed etiam quæ lædunt medicamenta, sese inuicem propellunt, & debilius à valentiore superatur & foras expellitur.

17 εἰ ἐν τῇσι κύστεσι διηθέοι] Exemplaria Regia manu scripta διαθέοι legunt.

18 ἐκ τοῦ κάτωθεν χωρίων] ἐκ τοῦ ἐνωθεν legisse videtur Caluus.

19 ὧν πως ὑπὸ τοῦ ἕλκος ἀπαρύσῃ τὸ ὕδατος] ὑποῤῥύσει vitiosè pro ἀπαρύσῃ, habent Aldina exemplaria.

20 ἢ ἐς τὸ σῶμα μὴ ἐδίδοσαν] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ videre mihi licuit, sed ἐς τὸ σῶμα ἐδίδοσαν, legisse videntur interpretes, quanquam mihi sic quoque lectio constare posse videtur.

21 ἀεὶ δ' ὅσῳ τοῦ ἐσάπαξ] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, istumq; locum expressimus & expoluimus in nostra Oeconomia. Sed ἑλκώσαι pro ἐσάπαξ videtur legisse Cornarius. Potest autẽ ἐσάπαξ ἔκαστον κατὰ τὰ ἑωυτοῦ δυνάμιον iungi, vt prius quàm vnumquodque sua facultate attrahendi impleatur, intelligat, aut κατὰ τὰ ἑωυτοῦ δυνάμιον ἑρμηνεύειν dici, vt sua facultate significet aut denunciet.

22 ὅπως ἐς μὲν τὸ χωρεῖν τῷ ὀδὶ τὸ ἥπατι] τὸ ὀδὶ τῷ ἥπατι lego.

23 καρδιωγμὸν οἱ ἄνθρωποι] καρδιασμὸς hic cordis morsum est hoc est, hepatis morsum significat, quod pueri & populares cor vocabant. Exuperans autem bilis καρδιωγμὸν excitat, vt scribit Galen. Com. ad aph. 65. lib. 4. & Comment. 3. in Progn. quod & bidis in eo refusiones indicant, quas ibidem ex Thucydide adducit Galenus.

24 πέσσεσθαι δὲ ὀρὶ πηγαὶ λέγω εἶναι] Exemplaria manu scripta Regia & Vaticana, & Aldina legunt πέσσεσθαι δὲ ὅρι πηγὰς, πέσσεσθαι δέοντα λέγω εἶναι εἶτα ὑποκαθαίρεται. Cornarius autem post πηγὰς legisse videtur, πέσσεσθαι δὲ ὅρια χωρία λέγω εἶναι.

25 τῇ μὲν ἡμέρῃ] Hîc multa omisisse & aliter hunc locum legisse videtur Caluus.

26 ἡ μὲν δὴ ὑσταραίη] ἡ μὲν δὴ ὑστέρη legunt alia exemplaria.

27 ἢ διὰ ἑωυτῶν μέρεσι τὰ εἴλη] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen κἀν pro ἢ διὰ legisse videtur, & ὁκως pro ὅμως. quod etiam faciunt exemplaria Vaticana.

28 ὑπὸ τὰ ἑτέρης] τὰ δευτέρης videtur legisse Cornarius, & συνεξέρχεται pro συνίρχεται.

29 ἐς ἢ τὰ ὑστεραίω] ὑστέρῳ legunt Aldina exemplaria.

30 ἢ τὸ σῶμα αὐεκχρῆται ἀεὶ] ἢ τὸ σῶμα αὖ ἐκινεῖτο ἀεὶ lego cum Interpretibus.

31 καὶ τὰ ἀποπατεῖν, πλῆθος] Haud dubiè locus corruptus est. Cornarius legisse videtur, καὶ τὰ ἀποπάτου πλῆθος, ἐπὶ ἔμαλλον ἰσχύειν, hoc sensu, vt semper quis cibo ac potu, pro redditæ egestionis copia, indigeat, si modò validus esse debeat. Vaticana verò exemplaria, καὶ ἢ ἀποπατεῖν legunt, quam lectionem cum Caluo sequitur, & καὶ ἢ τὰ ἀποπάτε πλῆθος legimus, hac notione, vt pro egestionis copia quis validus futurus sit.

32 ἄκικός τε ἐών] Hanc dictionem exposuimus in nostra Oeconomia, hoc expresso loco, sed vitiosa sunt exemplaria manu scripta & Aldina, quæ ἄκικως legunt. Sed obscurus admodum est locus iste, & quonam κινυθείσῃ referatur valde est ambiguũ. Mihi tamen ad ἰκμάδα referri videtur, quæ si postridie aut eodem die foras prodeat, incrassari nequit ad alimentum exhibendum, ideoq; debilis fit & infirma, atq; adeò homini robur ad motionem adimit.

33 νεῶν ἐξαποπατέοντες ἐυρεθῶσι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed εὑρωθῶσι lego cum Interpretibus.

34 ἔστι δ' ὅτε ἢ τὸ σίτου ἐόντος ἥδιος] σίτῳ legunt exemplaria manu scripta & Vaticana.

35 ἔστι δ' ἥδιον ἔζω] ἥδιον videtur legisse Cornarius. ἄχρου autem pro ἀχρείου legit Caluus & vtramq; lectionem adscribit.

36 τὸ δ', δι' αὐτὰς] τὸ δ' διὰ αὐτὰς lego. Caluus autem pro αἱματώματος, ξηρότητος legisse videtur.

37 ἄλλοισιν ἄλλα ἀλλοιοτέοισιν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἀλέουσι lego, vt nisi pro prioris laboris aut exercitationis modulo quis laboret, alia aliis in corpore pauciora fiant, & minus humoris corpori & alimenti accedat. φρὸς μὲν τὸ πονέειν cum Interpretibus lego, & alioqui locus subobscurus est, neq; suspicione vacat.

38 ἀδηγίνεται δ'] Hic locus mihi admodum suspectus est ἀδηγίνεσθαι autem lubenter legam, & pro ἐξέλθῃ αἰσθλη, & πλανᾶται ὀξύ.

39 ὧν ἢ πλείων] πλεῖον malim.

40 ὅ, τι αὖ ἀπὸ τοῦ σώματος] ὃ αὖ ἀπὸ τοῦ σώματος legunt Aldina exemplaria.

41 αἰεὶ δὲ ὁ ἄνθρωπος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, obscuro admodum sensu. Sed Caluus ἐν αἰεὶ ἢ, aut αἰεὶ ἢ ὁ ἄνθρωπος legisse videtur. Cornarius verò ad febris liberationem retulit.

42 ὅτι ἐν τῇσιν ἀρτίοισι τῇσι ἡμερέων] τῇσιν αὐτέῃσι videtur legisse Caluus vitiosè.

43 ἐπὶ τὸ νεωτάτης ἰκμάδος νικώμενον] γινόμενον vitiosè pro νικάμενον legunt exemplaria Aldina.

44 ἀναφέρῃ πλεῖον θερμὸν ἢ κοιλίῃ] Sic quidem legunt codices omnes. Cornarius tamen ἀναφέρῃ legisse videtur.

45 ἐπαρομβῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἐπαρομβῇσι malim, vt ad humorem morbosum referatur, qui supra humorem salubrem eleuatus, eum sua copia superat ac suppeditat. Alioqui ἐπαιρομβῇν dicitur humor salubris superatus aut valdè à morboso attenuatus, quemadmodum aliàs ἐπῄρεσθαι de humoribus alteratis aut alterationem subeuntibus Hippocrati dicitur.

46 ἐκαθάρθησαν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed Cornarius ὑπερεκαθάρθησαν, vt antea, legit.

47 ἐπὶ ὠὺ ἐλθῃ ἐς τὸ ἕλκος ἢ ὑγιέος] Hanc quidem lectionẽ ex omnibus codicibus secutus sum. Cornarius tamẽ, ἐπὶ ὠὺ ἐλθῃ ἐς τὸ ἕλκος simpliciter legit, & ad humorem refert, qui ad vlcus peruenit, & ὧν μὲν μὴ μελεδαίνηται legit contra omnium codicum fidem.

48 ὧν δὲ μελεδαίνηται] ὧν δὲ μὴ μελεδαίνηται legunt exemplaria omnia scripta, tum Regia, tum Vaticana, & Aldina, quæ secutus sum, etsi sic quoq; sensus constare potest.

49 εἶτα ἀπηρτισμένης τεσσάρων δεῖν δυοῖν] Hic mihi sensus esse videtur, vt post vndecimum diem exacta prima periodo, secundæ periodi principium sit tertius dies, qui est à primo decimus quartus, quo etiam vlcera inflammatione liberantur ac iudicantur. Cornarius tamen ἀφ' ὧν legit, & exemplaria Aldina πεπαρεσκευασμένης vitiosè pro πεπαρισκημένης legunt.

50 ἰσορέει ἀλλήλοισιν] ἐκχωρεῖ pro ἰσορέῃ legunt exemplaria Vaticana manu scripta.

51 βηξ τε γδ' ἴκτ] Exemplaria Vaticana manu scripta numerum signorum addunt, & hunc locum sic legunt, πρῶτον, βηξ τε γδ' ἴκτ μὲν βλαχρὴ, δεύτερον, ἢ ξηρὴ ὁσῶδες. τρίτον, γασὴρ τε σκληρὴ γίνεται. ἀπὸ τοῦ κόπρου ἑόντος ἐντός. τέταρτον, ἢ πρὸ κεφαλῆς βαρέεται. πέμπτον, ἢ ὀξυρρᾳ. ἕκτον, ἢ πυρετ ἰαίνει. ἑβδομον, ἢ ὕφαρ ὁ χρὼς διέρχεται. Istamque lectionem secutus est Caluus.

52 κάλλιον ἐμπολήσῃ ὁ ἄνθρωπος] Hunc locum exposuimus & expressimus in nostra Oeconomia.

53 ἀποχάσας τὰ ἰκμάδος] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Corna-

Cornarius tamen ἀπὸ πάσης legit, quem secuti sumus, etsi vulgata lectio stare possit, vt febris intelligatur ex humore aliquo seditionem commouente exorta.

54 διαπιαινομένῳ τῷ αἵματος] τῇ πάματος lego, vt paulò pòst cum Galeno, & ἀφ' ἧς τοῦτο τὸ ὑδροποσίας.

55 ἐκ μικκύλων] Hunc locum exposuimus & expressimus in nostra Oeconomia.

56 ἐκ δὲ τοῦ τὸ πλεῖον γινόμενον ὑγρὸν] Sic quidem lego, cùm Vaticana & Aldina exemplaria legant, ἐκ τὸ πλεῖον γινόμενον ὑγρόν.

57 ἐὰν δὲ κρατηθῇ μὲν ὑπὸ ἕλκοντος] κρατήσῃ videtur legisse Cornarius, contra tamen omnium exemplarium fidem. Caluus verò ἐν Θαλαττοείᾳ, aut ἐν τῇ Θαλαττοείᾳ.

58 ἢ ἐὰν μὲν ἀποκαθαίρηται ὁ ἄνθρωπος] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria. Caluus autem ἐὰν μὴ legisse videtur.

59 ἱππάκιον μὲν καλέουσιν] Hippacem esse caseum ex lacte equino scribitur lib. de aëre loc. & aq. eoq; vesci Scythas Nomadas, de eoq; scribitur apud Herodotum li. 4. ἱππάκιον μοῦν καλέουσιν legunt exemplaria Aldina.

60 ἁλίεται ἀποχεριωθέντος] Sic quidem legunt exemplaria omnia; sed ἕλκεται videtur legisse Cornarius.

61 ἢ σπειρίξει ἔχον πᾶν τῶν σώματος] Sic quidem mihi legendum videtur, cùm Aldina exemplaria hîc asteriscum apponant, & locum sic vitiosè legant, ἢ σπειρίξει ἔχοντα, ἢ τῶν σώματος.

62 ἢ ῥεύσῃ ὀξὺ ἀνωτέω] ἢ ῥεύσῃ legũt exẽplaria Aldina & Vaticana.

63 ἐπαλοῖ πως ὀπὸν ἐμβάλῃ] ὀπὸν hîc coagulum verti quemadmodum Eustathius apud Homer. Il. ε. ὀπὸν τῷ πυτίᾳ exponit, & quemadmodum sumitur apud Empedoclem cùm scribit, ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸς ἐγέμησεν ξ ἴδητι. Et hîc succum lac condensantem & constringentem intelligimus, velut succum lac stringentem dixit Caluus: Etsi ὀπὸν veteres pro lacteo fici aut caprifici succo lac densante acceperint, vt scripsimus in nostra Oeconomia, vbi etiam istius loci meminimus.

64 ὥσθ' ὃ αὐτὸν ἢ ὕδρωπα ὄζει ἢ τὰ ἄλλα ὑγρὰ] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria. Caluus verò legisse videtur. ὥσθ' ὃ ἀυτὸν ὁ ὑδρωψ ὄζει, ξ τὰ ἄλλα ὑγρά. Cornarius verò ἔτι pro ὄζει legisse videtur.

65 ἁλώμενα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἁλώμενον lego cum Interpretibus.

66 ἢ ὁπωσοῦν ὥσθ' τὰ πόρα] δῆλον ὅτι legisse videntur Interpretes.

67 ἰὼ μὲ δὴ τύχῃ ἡ κοιλίη πλέη ἐοῦσα] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria. Cornarius tamen ἰὼ μὴ legisse videtur, aut negationem addidisse, propter id quod sequitur de aluo plena existente.

68 ἐκεσσιστ ὃ εὐχὶ κάρτα] Hic locus profectò mihi admodum suspectus est. Cornarius τετικημένοι & ὅσοι legisse videtur, & χρόνῳ δὲ μᾶλλον βλάπτει, pro ὅθ' ἂν. Quoad mihi tamen licuit interpretes secutus sum.

69 πρὸ ἄλλῳ ὑγρῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & μίσγῃ ex superiore repetendum videtur.

70 ἐπαὶ μὴ ἐλέηται τὸ ποιέον] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen negationem sustulit, ad superiora (credo) respiciens. Aldina verò exemplaria, ἀλλὰ μὴ σπείξῃ vitiosè legunt.

71 ἔκωσ τι τὸ ῥίζος γίνεῃ τὸ νοσώδες] ὁκόταν pro ὁκόπ legunt Aldina exemplaria.

72 μὴ ἀποπατήσῃ ἄνθρωπος] μὴ ἀποπατήσειε ἄνθρωπος legunt exemplaria Vaticana.

73 πρὸ ὃ πυελῷ ἀυξανομένῳ] πρὸ ὃ πυελὸν ἐκ τῆς μητρέων αὐξανομένῳ legunt exemplaria Regia manu scripta, istamq; lectionem secutus est Caluus.

74 ἔρχεται ὁς τὰ κάτω] ἄγεται legunt exemplaria Aldina.

75 τὰ πυουκτικά] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus autem πυρικὸς legisse videtur, & ἀποκρίνεται pro ἀποκρίνεται.

76 ἰὼ ὃ ἐς τὸν φαρμακείῳ ἔρχηται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, hac notione, si ad medicationem concedat, aut vnà cum medicamento exeat. Cornarius autem ἴσχηται legisse videtur.

77 ἢν ὃ ἢ εἶσιν αἰεὶ δίῳ ἐμβάλλ] ἐμβάλλῃ vitiose legunt exemplaria Aldina.

78 ἁλίγῳ ἢ ὕστερον αἴσεται] ἴσεται legisse videntur Interpretes aut καθίσεται, quos secuti sumus.

79 ἐν μὲν τοῖ ξύμπασιν χρόνῳ τοῦτον κάρτα] Vitiosum esse locum satis apparet, ideoq; Hieronymi Mercurialis lectionem valdè probo, qui pro τοῦτον δ' εἰσὶν ἐκ αἰ ῥᾴονα legit, hoc est, nihil graue aut horrendum ei contingit qui hoc animalculum habet.

80 ἰὼ μὲ οὐδὲ μελαινθῇ] μελεδαινθῇ vtrobiq; lego cũ interpretibus.

81 τὸ ὃ γάλα γίνεται ἐν τῇ ὕδρῳ ἡ καθαρὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen ἐν τῇ ὕδρῳ legere videtur, quę lectio mihi probatur.

82 ἐς πὰν κοιλίαν πίπτοντα ἐπ' αὐτῶν] ἐπ' αὐτῇ legisse videtur Cornarius. ἐπ' αὐτὸν verò legunt Vaticana exemplaria.

83 πλεῖστον ὃ ἄλλ ἀυτῶ ἐς τὸ γάλα] αὐτῇ legisse videtur Cornarius, vt & postea ἐν ἑαυτῇ, vt ad πὰν πρὸ ἐν referat, porest & ad τὸ σῶμα ἢ πρόσω referri.

84 ἐκοίλια ἕλκ ἀπὸ τῆς κοιλίης] ἀκοῖον lego cũ interpretibus omnib.

85 ὅσῃ ξ ἐν τῇ κύστ] Sic quidem legunt publicata exemplaria Germanica. Aldina autem ὅπως, quæ secutus sum cum interpretibus, Vaticana autem ὅπῃ.

86 πὸ ὃ ὀπτιερίμβων] Hic quidem mihi videtur esse sensus, vt id quod ex vesica ad id quod arenosum ex vrina subsidet, sempet affertur & accedit, adhuc maiorem semper concretionem efficiat. Sed planè mihi corruptus locus videtur. Cornarius certè legisse videtur, ἔτι μᾶλλον τὸ ἀπόπτος ψαμμώδεος σύμπηξιν ἐργάζεται. Deinde legendum videtur, ἐκ ὃ λίθος γίνεται πρόπω ξ ὦδε &c. Quam etiam lectionem secuti sunt interpretes.

87 ἢ ἄλλο πς ἀπὸ τούτου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed apparet locum esse corruptum. ἢ ἄρα πὸ ἀπὸ τούτου γίνεται legimus cum Cornario, hoc sensu, vt calculus interdum etiam oriatur in puero adhuc lactante, cùm ex lacte ei quædam anxietas contingat. Interdum verò puero iam increscente, & iam à lacte depulso, ex aliis cibis quos ipse sibi assumit, etiam calculus suboriri potest. Exemplaria verò Aldina & Vaticana, pro ἐπαὶ ὁρίσῃ, ἐπὰν ὁρῶσι legunt. Caluus verò hîc, ἢ ἄλλο π ἀπὸ τούτου γίνῃ, legisse videtur.

88 ἀπὸ γαστραγίης] γαστρωγίης malim. Per terræ esum autem eá quæ ex terra oriuntur intelligit, & ablactati pueri quoduis alimentum. κριοφαγίης tamen legere mauult Mercurialis.

89 γίνεται ὃ ξ ἀπὸ τοῦ τοίπου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed γίνεται lego cum interpretibus omnibus, vt ista de calculorum plurium ortu intelligantur.

90 λίγνοι δέ πνες] De potu pulmonem peruadente dictum est libello περὶ καρδίης.

91 φθιγγόμεθα γὰ ἀπὸ τῶ πλεύμονος] φθιγγόμεθα γὰ legunt Vaticana exemplaria & Aldina, sed φθιγγόμεθα legimus cum Cornario. Idem etiam ἐφίστει pro ἐφιστέπ legisse videtur.

92 ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαωείσκεται] Hunc locum mihi subindicare videtur Erotianus, cùm ἀπαωείσκεται ἀπολύεται apud Hippo. exponit. Sic enim apud eum legendum existimamus, vt scripsimus in nostra Oeconomia, vbi istum locum expressimus & exposuimus.

93 ὅπ αἱ ἀλφθῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed Cornarius ὁ, π αἱ λφθῇ, hoc sensu, vt quacunq; in parte cõtineantur, in ea turbationem aut turbulentum quendam motum excitẽt. Mihi verò etiam vulgata lectio arridet, vt per ἀλφθῇ, leuis quidam à medicamento tactus intelligatur, vt quamcunq; corporis partem leuiter attigerint, aut velut illeuerint, etsi vox sit passiua hoc sensu, cuicunq; parti illita fuerint. Quid autem hîc sit ἀφαῖρε, in Oeconomia nostra exposuimus, hoc etiam expresso loco. Exemplaria verò Aldina χαίνει vitiosè χάσκει legunt.

94 ἄσπε εἰ ἀποπατοίη κ πρόπον] Mihi procul omni dubio hic locus corruptus videtur. Cornar. ἄσπ ἀποθύσειεν legisse videtur. Caluus pro ὅσπε ὡς aut ὥσπερ legit. Sed legendum videtur, ἄσπ ἐπ ἀποπατίαν (aut ἐπ αἱ ἀποπατίη) κ πρόπον, ἐφ' ὃς ἢ πλεύμονα ἔλθοι, hac notione, vt tum propter calorem in corpore excitatum, tum quòd potus aluum non subeat, conueniens nec vt decet feratur alui egestio. παρομβῶ γὰ etiam legendũ pro παρομβῶ γάρ.

95 ὅπ προσφορὸς αὐτῶ ἔσῃ ὁ σῖμαχος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed αὐτῇ & ἐκείλω legisse videtur Caluus, vt ad κοιλίῃ referat. Sed αὐτῷ ad pulmonem referendum videtur, quod gula contigua & prope adiuncta sit pulmonis arteriæ, in quam, cùm semper pateat, potus deferatur, cùm pulmonis arteriæ ita epiglottis, hederæ folio similis, incumbat, vt etiamsi potus eò feratur, in deuorando tamen in se demittere nequeat.

96 ἢ ἐπαὶ νοῦσος ὀπτηρίσεται, πρὸ ὕδατι πολλῷ χαρίεν ἐστὸ τῆς κοιλίης] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt πὸ νέσσον per excellentiam quandam aquam intercutem intelligant. Interpretes verò νῶρ τὸ ὕδατος πολλοῦ, aut ἐστὸ πὸ ὕδατι πολλῷ legisse videntur. Similis autem huic ferè locus est lib. 1. περὶ γυναικείων de hydrope muliebri ex liene aquoso.

97 ὁ τὸ ὃ κοιλίρίης, ὅπ κύησις ὁ ὑδρώψ] Aldina exemplaria legũt, ὁ πὸ ὃ κοιλίρίης ὅπ κύησις, ξ ὁ ὑδρώψ κ πρόπον. vt hæc omnia ad vesicam referantur, quæ interdum lotium continet, interdum effluere permittat, neque probè excolet.

98 τὰ ὃ ὠὸν τῶ σώματ λεπτὰ γίνεται, ὥπ εἰνθῶσι] Sic quidẽ legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Caluus certè ὥπ ὀχμῶσι, aut εὐνθῶσι legisse videtur, & ista de leuiore morbo laborantibus accepisse. Locus sanè valdè mihi suspectus est. Et tamen ὥπως ἐνθῶσι τάδε σημεῖα ἄπαντα legi potest, vt hoc modo curati leuiora habeant hydropis signa, minoresque labores. Aut οὕπω εἰνθῶσι, vt plærique hydropis speciem præ se ferant, qui tamen eo minimè laborent, in quibus leuiora signa sunt;

neque aqua ad crura descendit, minoresque labores fiunt.

99 ἀλλ' ἀποληθῇ ἄλες ἐν τοῖσι φλεβίοισιν] ἀπολῃφθῇ videtur legisse Cornarius.

100 τὸ ὕδωρ ὡς αἱ ῥᾳδίστην ἔξω] ὡς ἐκριύσεται ἔξω legunt exemplaria Aldina.

101 Ἓξ τ' ἄλλα σημεῖα ταῦτ' ἴσχει] Ταυτὰ cum interpretibus omnibus lego.

102 ἅτε τὴν νύξιν χρονιωτάτης γιγνομένης] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ videre nobis licuit, eo sensu quem hîc expressimus. At interpretes omnes legerunt, ἅτε τῆς ἑτέρης νύξιν χρονιωτάτης γιγνομένης, vt de priore morbo diutissimè affligente & corpus tabefaciente ista intelligantur, quò etiam σφυγμὸς παλαιὸς refertur.

103 ἐπαίων ἢ ὀξυθυμέων] Id mihi popularitèr & pro vulgari loquendi modo dictum videtur, vt ij sentientes & loquentes mori dicuntur, qui integris sensibus, ratione que ac mente constante intereunt, non interceptis ac paulatim exolutis sensibus ac deficientibus viribus.

IN LIBRVM DE AFFECTIONIBVS.

1 ΑΝΔΡΑ χρὴ] Hic liber περὶ παθῶν omnibus inscribitur, eademque indicatura à Galeno adducitur in Exegesi, & Comment. ad aph. 1. & 2. lib. 6. etsi incertus sit an ad Polybum referatur, cui tamen huius libri authoritatem ferè omnes concedunt. Neque tamen ideò huius libri negligenda est authoritas, cùm constet Galenum ex eo integras sententias desumpsisse, vt etiam scripto tradit" Manardus. Qua ratione etiam mihi inter θεραπευτικὰ iure quodam reponi posse videtur, quamuis tacitus omninò ab Erotiano præteritus videatur, cùm tamen scribant nonnulli ab Erotiano istum librum De Morbis minorem inscribi. Quid autem sit πάθος abundè scripsimus in nostra Oeconomia, vt & πάθος hîc generali quadam notione pro quouis affectu præter naturam sumi, quem in sensum veterum & Dioclis lib. περὶ παθῶν adducuntur Galeno, & Cælio Aureliano sæpe Dioclis lib. de passionibus, earum causis & curationibus commemorantur. Hoc autem principium iisdem etiam verbis scribitur lib. περὶ ὀξέων ὑγιεινῶν.

" *Ep. 1. lib. 2.*

2 ἢ ὑπὸ τῆς φλεβὸς τῆς ἐν τῷ μετώπῳ] Vide aph. 68. lib. 5.

3 ἐν ἀπεφθαρκότι ἤδη τῷ σώματι] Eleganter ἀπέφθαρκὸς τὸ σῶμα dicitur corpus iam morbo fractum & confectum, ac velut fatigatum, viribus collapsum & penè exanimatum, desperatum dixit Cornarius, delassatum Caluus. Sic ἀπεφθαρκότες dicuntur qui animum desponderunt & abiecerunt, quiq; animo conciderunt. Vaticana autem exemplaria pro ἰσχυέν τι ἰσχύοντι legunt.

4 ὀξὺ φρῆγμα πνεῦμά τι] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Verùm suspecta mihi videtur lectio, & pro φρῆγμα φρῆσμα Galenum legisse existimo, quod ἐμφύσημα in Exegesi exponit, ex istoque loco sumptum existimo. Neque enim quonam meliùs reducatur videre licet. Sensus autem erit, vt in polypo inflatio quędam distendatur, & caruncula quædam flatu distenta, ex obliqua nasi parte intumescat. Verum pro πνεῦμα πνεῦμ lubenter lego. Caluus verò πόνου legisse videtur. Qui verò hîc βρῆγμα legunt, & locum Exegeseos Galeni huic loco accommodant, ij parum respexisse ad cæteras dictiones quæ à Gal. ex lib. primo de Morb. maiore adducuntur, mihi videntur, quas certum est ex li. 2. de Morb. esse petitas, vt indicauimus in nostra Oeconomia.

5 κρίνεται δὲ ὅδε] Hunc locum, multis locis suis scriptis celebrat Galenus, ac præcipuè libris περὶ κρίσεων & περὶ κρισίμων ἡμερῶν, & in Prognostico, cùm scribit, omnem subitam in morbis mutationem crisim dici, siue ad salutem fiat, siue ad mortem, siue in melius, siue in peius tendat, vt fusiùs docuimus in nostra Oeconomia.

6 οὔτε ἐν ταύτῃ τῇ νόσῳ] ταύτῃ τῇ νόσῳ τῷ πυρετῷ legunt Vaticana exemplaria, cuius lectionis vestigia retinent Aldini codices. Caluus verò legisse videtur, οὔτε ἐν ἑτέρῃσι ἄλλοις πυρετοῖς.

7 μεθίσταται ἢ ἐς αὖτις] Ex peripneumonia in phrenitidem facilis est transitus ex aph. 12. lib. 7. non autem contrà.

8 ἢ τὸ μὴ ἴδιον] Hoc febris ardentis signum sæpe ponitur ab Hippocrate & Galeno, vt aph. 48. lib. 4.

9 ἢ ὑπὸ τοῦ θεραπεύοντος] Qua ratione malum aliquod à Medico ægro inferri possit, quodque pro viribus conari debeat vt profit, scripsit Hippocr. libr. 2. Epid. & Gal. Comm. in eundem librum.

10 ἢ οἱ πόδες] Istud non legunt Caluus & Cornarius.

11 κρίνεται δ' ὑπὸ μάλιστα δεκαταίους] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἑνδεκαταίους lego cum Cornario.

12 ὡσὰν πυρετὸς μὴ μὴ ἴσχῃ] Vide aph. 17. lib. 4.

13 ἢ λιθικοῖσιν μὴ ὑλὴν τοῦτο] τοῦτον legunt Aldina exemplaria.

14 ἓξ τὸ ἧσσον πάσχειν] τὸν πάσχειν legunt exemplaria Aldina.

15 ὑλὴν ἰσχνότερος γίνεται αὐτῷ ὁ κατλίω] Sic quidem meliora exemplaria legunt. Aldina verò, ἰσχνότερος ὑλὴ γίνεται.

16 τῷ δ' φαρμάκων ἓξ δίδοται] τῷ φαρμάκων ἓξ δίδοται legunt Aldina exemplaria.

17 ἀυλίσκων σφυγμὸς ὡς πολιὸν] Hunc locum exposuimus in nostra OEconomia, in dictione πολιὸν, eumq; expressimus antea lib. 3. de Morbis.

18 ὡς τὸ ὑπόπυον ῥηϊδίως] Hunc mihi locum exprimere videtur Galenus in Exegesi, cùm ὑπόπυον exponit, ὅταν πλέον τὸ παρακεχυμένον ὕδατος, aqua nimis distentum & suffusum.

19 χολὴν δ' κινεῖν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed cum Interpretibus μὴ κινεῖν lego.

20 τὸ δ' ὕδωρ γίνεται ὕπος] τὸ δ' ὕδωρ legunt exemplaria Aldina.

21 ἐ περὶ τὸ ὀμφαλὸν] Sectionis circa vmbilicum in hydrope fit mentio lib. de loc. in homine.

22 λειπυρίειν] Hunc locum adducit Galenus Com. ad aph. 1. lib. 6. ex hoc libro, etsi vitiosè legitur nostris in exemplaribus, vbi quænam ἀεπτία dicantur veteribus exponit.

23 θερμαινόμενον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed θερμαινομένων legisse videtur Caluus.

24 αὖτις αἱ τῶσι] Hic mihi videtur esse locus quem adducit Galenus Com. ad aph. 2. lib. 6.

25 ἢ λειαίνειν] ἰαίνειν legunt exemplaria Aldina & Vaticana quæ secuti sunt Caluus & Cornarius. Certum tamen est pinguia læuorem quendam inducendo, dolorem plurimùm mitigare & obtundere, quod in tinesmi curatione non leuis est momenti. Calefacientia verò & tepefacientia etiam non minimùm conducunt.

26 τὰ στία πλείω πιλίνη] Hîc πιλίνη ἀλαλίνην exponit Galenus in Exegesi, ex hoc libro, quod etiam in nostra OEconomia indicauimus hoc loco expresso.

27 ἢ σίαφυλα γλυκία] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia, & vuarum dulcium reliquias adhuc succulentas neque in plenum expressas sumi posse diximus, quæ sucto & ore contentæ sitim sedant. Quarum etiam decoctum cœliacis & aluiprofluuiis confert. Interpretes autem vuarum passarum dulcium retrimenta earumq; decoctum intelligunt, quod sitim mitigat, & alui orisque ventriculi morsum hebetat & aliquid θηκαρικὸν habet, vt scribit Galen. lib. 1. de Aliment. fac.

28 τὰ σφηκτικότα] ἢ τὰ σφηκτικότα legunt exemplaria Vaticana. Hîc autem τὰ σφηκτικότα dicuntur, quæ obsistunt aut quæ affirmantur, quæq; firmiter hærent & molesta sunt, maleq; afficiũt, cibi videlicet corrupti aut acres quidam humores ventriculum & intestina vellicantes, qui faciliùs vomitu reiiciuntur, si quid humidi subierit aut ingestum fuerit, ex aph. 13. lib. 4.

29 ἰκὼ δ' κενώσῃ] κενώσης lego cum Cornario.

30 ἢ ἐς τ' γλουτὸν] γλουτὸς Hesychio & Sudæ τὸ ἐξ ἰσχίου σάρκωμα significat, & hîc protuberantem in summa femoris parte carnem indicat quæ in femoris superiori ceruice exteriùs apparet, & multum gibbosa est, sedentibusq; puluini vicem præstat, ac apophysim externam femoris vestit. Constat autem in coxario morbo extremas ad nates & summam illam femoris musculosam carnem magnum dolorem vrgere.

31 ποσὶν δὴ] δ' pro δὴ legunt Aldina exemplaria.

32 ὅταν δ' ἐπὶ πλείω] ὅταν δὴ legit Cornarius & superioribus adiungit.

33 λέπρη] Hîc lepra fœdæ scabiei species est, & inter cutis vitia, aut fœdatæ cutis affectiones numeratur, vt aphor. 20. libr. 3. & aph. 28. sect. 3. lib. 6. Epid. & Prorrh. 2. Huncq; locum mihi secutus videtur Celsus, cùm de vitiligine scribit, quamuis per se nullum periculum adferat, tamen fœdam esse, & ex malo corporis habitu fieri. Eademq; notione scribat Auicennas Canone primo, istas cutis affectiones, cùm morbi non sint, sed cutis fœditates potiùs & opprobria, morbis tamen annumerari. De his verò omnibus cutis vitiis, ex mente Hippocratis abundè scripsimus in nostra Oeconomia.

34 ἢ μὴ κεκαθαίρῃ] ἢ μὴ κεκαθαίρει legunt Interpretes.

35 ὑδρώδεα] Istud non legit Cornarius, cùm tamen in omnibus extet exemplaribus.

36 αὐληλοὺς] Hunc locum mihi innuere videtur Hesychius, cùm αὐληλοὺς αὐθάδως, ἀσελάγχνως exponit. Significat autem citra affectum & inhumaniter, ferociter, ac idem quod ὑπλιὼς per pleonasmum & adiunctionem. Vnde tam de his qui timidè ad vini potum accedunt, quàm de his qui liberaliter & auidissimè illud ingurgitant dici potest.

37 ἢ τύμαχος ἐφθὸν] τύμαχος quid sit exposuimus in nostra Oeconomia, hoc expresso & subindicato loco.

38 ἢ ἐ

38 ἢ ἢ οἶνοι ὠλιχρὸν] ὠλιχρὸν legunt exemplaria omnia, sed μελίχρουν legisse Galenum apparet, vt libr. 2. de Morb. & ἢ μέλιτι μιμγνύμενον accepisse.

39 ἓ λάγλα] ἓ λάγαρα pro λάγνια vitiosè legunt exemplaria Aldina.

40 ἢ ὅστι πλέρη ἔῃ] Vitiosè legunt exemplaria Aldina ὅστι πλήρη ἔῃ.

41 ἐνιαυτὸν ὑπομένων] Vide aph. 38. lib. 2. & 7. lib. 6. Epidemior. sect. 4.

42 ἀπὸ πισσίνου πυελίνου] Sic dicta est alica integra, quæ & χονδροπισσάνη dicebatur, & πισσάνη πυελίνη Diocli, & Philotimo, vt scribit Galenus lib. 1. de alim.

43 ἄξιον γὰρ ἅπαντος] Cornarius legisse videtur, ἀσχολέειν γὰρ ἅπαντα.

44 ἐπόντα ἐς τὸ σῶμα] ἐς ἢ κοιλίην legunt Vaticana exemplaria scripta.

45 ἢν ὅταν πλείω τῆς φάγῃ] πλείω τὴ φάγῃ legũt Aldina exemplaria.

46 τὸ σπίον ξυρσίνῃ] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, sed τὸ σῶμα lego cum Cornario.

47 ἢ ὁ ἀνέρεκτος] ἀνέλεκτος aut ἀνέρικτος, lego, vt sit ὁ μὲν ἐρεικτὸς ὁ ἐρεγμώδης qui fractus non est, aut minimè fresus, sed ex furfuribus & minimè tenui farina paratus, neq; perpurgatus aut secretus, vt exposuimus in nostra Oeconomia, hoc expresso loco.

48 ὁ οἶνος δρηχόμβυος] Vina quænam sint diffusa docuimus in nostra Oeconomia hoc expresso loco.

49 ἢν ἀκήρατος] ἀκήρατος ἀδρόβυρος exponitur Galeno in Exegesi; hoc nimirum subindicato loco, vt expressimus in nostra Oeconomia.

50 ἢν μελισσώδης] μελισσώδης Gal. dicitur in Exegesi, οὐ μόνον ὑδρώδης, ἀλλὰ ἢν ὁ αἷμα μιμγνύμενον.

51 θερμαινόμενα ἐν τῇ κοιλίῃ] θερμαινόμενα non legunt interpretes.

52 ἢν δι' ὠμότητ' ἀφαιρέονται πρὸ ἀκμαίου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed δι' ἢν legit Cornarius.

IN LIBRVM DE INTERNIS AFFECTIONIBVS.

HΝ ἢ τῷ πλεύμονος ἀφισεία] Hic liber in omnibus exemplaribus περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν inscribitur. Qua inscriptione multa veterum scripta celebrabantur. Sic Asclepiadis libros περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, commemorat Galenus lib. κζ' ἠθῶν, & κθ' τόπων, & libro de antidotis. Heraclidis etiam Tarentini libros Interiorum passionum, & Apollonii Glauci libros de interioribus, sæpe celebrat Aurelianus. Hunc autem librum ἢ μείζονα περὶ παθῶν vocat Galenus Comment. ad aph. 27. lib. 6. & Comm. 3. in lib. de Artic. Vbi & hoc initium ab eo adducitur. Idem quoque à multis περὶ ἐμπύων inscriptum fuisse testatur. In Exegesi tamen vocum Hippocratis multis in dictionibus, ἢ δεύτερον περὶ νούσων ἢ μείζονα vocat. Videtur autem hic liber à quodam Gnidio conscriptus, cùm hîc Icteri quatuor, Tetani tres, Phthisies tres, & Nephritides quatuor describantur, quod eos fecisse qui sententias Gnidias scripserunt testatur Gal. Comm. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Ad Euryphontem autem Medicum sententias Gnidias referri scribit Galen. Com. 1. in lib. 6. Epid. Cæterùm Com. ad aph. 27. lib. 6. vbi hoc initium adscribitur, & ἢν τῷ πλεύμονος αἱ ἀφισεῖαι scribitur. Lib. verò de artic. ἢν ἢ τῷ πλεύμονος ἀφισεία ἕλκωθῇ, vt hic quoque.

2 ὕπνος ἢν δὲ ἐν τάχει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἔσεσθαι legit Cornarius.

3 ὕπνος ῥόμβους αἵματος ἐκβράσσει] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia.

4 ἢ γαλεοῦ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed γαλεὸς dicitur Aristoteli lib. 6. de hist. animal. & Athenæo li. 8. Mustellus piscis. Galeum dixi cum Plinio c. 2. lib. 32.

5 ἢν μὲν τὸ σῶμα ζητῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus autem σῶμα legisse videtur.

6 ἐπὶ ἀλίσας λεπτύσματα ῥίγεσθαι] ῥίγεσθαι legunt Aldina exemplaria.

7 ἔξω ἐν αἰῷ ἐν ἰψίῃς] ἐν γάλακτι αἰῷ legunt Aldina exemplaria.

8 ἀνδύναι ἢ ἢν τῷ βηχὶ] Sic quidem legunt Vaticana exemplaria & Regia quædam manu scripta, quæ bechij aut tussilaginis radicem cum melle exhiberi volunt. Aldina tamen exemplaria legunt, ἀνδύναι ἢ ἢν τῷ βηχῷ, vt tussis gratia draconticum cum melle delingendum exhibeatur, quam lectionem secutus est Cornarius. Cùm verò hæc omnia ad tussim optimè faciant, nescio an paulò ante, πρὸς ἔξω τὰ βήγματα, pro ῥίγματα legendum sit.

9 ἡμέρῃ ἢ κατὰ πέντε δεκάτην] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria. Cornarius tamen ἡμέρᾳ ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ legisse videtur, quem lubenter sequimur, quòd sputum vndecimo die crassius, melioris & purioris spuri decimo quarto die ipsum fecerit.

10 ἢν ἢ μὲν πρισίχῃ] Sic quidem legunt exempl. omnia, quod est; nisi animũ adhibueris, aut attenderis. Sed lego, ἢν ἢ μὲν, πρισίχει δ' ἐπιπολὺ ἴσχει ὑτέρου:, hoc sensu, Sin minùs, perseuerat hic morbus & diutiùs trahit, & per annum detinet, aut annuus fit. πρισίχει enim hic ἐνιαυσίζει exponit Gal. in Exegesi ex lib. 2. de Morbis maiore, qua indicatura istum librum sæpè ab eo celebrari constat, quæ phrasis huic libro admodum familiaris est, vt indicauimus in nostra Oeconomia.

11 πτίσσω ἢ ἢν τὸ ἴπτεσον γάλα σεσεισμένον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed σεσεισμένον lego cum Interpretibus, etsi Caluus mihi videtur vtramq; lectionem adhibuisse.

12 ἢν ἐν τῇ καφαλῇ ἐνέσκηκε] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria. Sed Cornarius ἐς ἰσχίλιον ἐνέσκηκε legisse videtur. Mihi ad τὸ οἴδημα istud referri videtur, vt tumor qui in capite inerat aut vrgebat, ad faciem, pectus, ac pedes descendisse videatur. Caluus ad capitis grauitatem retulit.

13 ἢ φλόγιαι] φλογιαὶ lego, istumq; locum à Galeno subindicatum existimo, cùm φλογιαὶ ἐρυθραὶ exponit, sed φλιγιαὶ pro φλογιαὶ aut φλογιαὶ vitiosè scriptum esse, vt admonuimus in nostra OEconomia. flammeas autem dixit Cornarius, quòd flammæ color rubor sit.

14 ὄξῃ ἀπὸ βραίχου] ἀπὸ βρέχου legisse videtur Caluus.

15 ὀξῦ γαστὴρ τρυλλίζει] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia in dictione τρύζειν.

16 καθαματίνοισιν πίεσι] Hanc phrasim exposuimus hoc expresso loco in nostra OEconomia.

17 ἐν μελικράτῳ ἢ οἰνομέλιτι] ἐν μελικράτῳ οἴνῳ, μέλιτι ἀπὸ σταφίδος, legunt Aldina exemplaria vitiosè.

18 ἢν ἢ μὲν κατ' ἀρχὰς ἀποβήσσῃσι τῇ νούσῳ] Sic quidem habent exemplaria omnia, sed ἀποβήσσῃσι videntur legere omnes interpretes quos secuti sumus.

19 ἢν τοῦ ῥίγεος αὐξήσει] Eadem ferè scripta sunt, aliis tamen verbis, lib. 3. de Morbis.

20 καρδιαλγὴς γὰρ ψυχρὸς] Hunc locum indicauimus & exposuimus in nostra Oeconomia.

21 οὔπω γὰρ αἱ μελεδώνυμοι] ἤτοι γὰρ αἱ μάλιστα μελεδώνυμοι legunt exemplaria Regia manu scripta. Exemplaria verò Aldina μελιτάμφορος pro μελεδώνυμος legunt.

22 ἢν κεστρέωσι ἐπιθεδώκασι ῥήγμασιν] Lib. 2. de Morb. eadem in re eandem phrasim vsurpat, ἰδιώτας ἴσχειν πεπόνθασιν ὑπὸ μιτάφρενον ῥήγματος. Eam autem exposuimus in nostra Oeconomia. κεστρέως autem pro κεστρεῖ legunt exemplaria Aldina & Varicana. Quam lectionem secuti sunt interpretes.

23 γάλακτι πίνων] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed Caluus φακῇ pro γάλακτι legisse videtur, & Cornarius πίσει aut πίνων pro πίνων.

24 ἡμέρῃσι δέκα] ἡμέρῃσιν ἑπτὰ legisse videtur Caluus. Cornarius verò ἓξ ὑδρεῖ.

25 ὑπὸ τὰ κάμματα φάσσα πρίνῃσι] φακῆ legunt exemplaria omnia sed φάσσα legisse videtur Caluus, cùm marrubium apponi velit. Loco verò musto porrum apponi iubet Hippocrates ad ἐμπύρευμα tollendum, non secus ac vulgus ad ambusta cepis vtitur, & eas vsturæ ex cataplasmate imponit.

26 πτῦ γῦρ λεπτύνεται] Hoc loco vt & aliàs sæpius hoc libro, γῦρ ὅλον τὸ σῶμα significat, quemadmodum exponit apud Hippocr. Galenus Comm. ad aph. 26. sect. 4. libr. 6. Epid. vt scripsimus in nostra Oeconomia.

27 ἐφάψῃ ξὺν χρῷ πίτυλα] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia, sicq; legimus & distinximus cum Interpretibus contra omnium codicum fidem.

28 ῥῆσσα ἂν ὀξέϊ τὴν νοῦσιν] Hæc phrasis indicat meliusculè per morbum habiturum ægrum, morbumq; faciliùs tracturum. Sed τὴν σάρκα legunt exemplaria Vaticana, eaque secutus est Caluus.

29 ἢν τῷ ὑγιεῖ οἶνον] Sic quidem legunt exempl. omnia. Caluus tamen pro ἀνίησι ἀκτῖνα legisse videtur.

30 πάχεται ἢ τὰ αὐτὰ [πάχει legit Cornarius, & ad ægrum refert, sed exempl. omnia πάχεται habent, & ad venas pituita aquea repletas referendum videtur, vt sit ea tabis species, quam κακοχυμίαν Celsus appellat, vbi malus corporis est habitus, & tandem hydropem accersit. Eam secundam tabis speciem facit † Celsus, vt tertiam, quam hîc primam Hippocrates posuit.

† *Cap. 22. lib. 3.*

31 ἢν νῶτος ῥήγνυται] Hanc phrasim Hippocrati & huic libro familiarem expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia.

32 ἓ κίλιοι ἀπιυγεῖ τὸν πτιὸν] Istud ἀπιυγεῖ exposuimus ex hoc loco in nostra Oeconomia, & vnico hausto ac spiritu bibere significat, quod hic quoq; poscit ἐπαναδίδωσι πιεῖν.

33 σωμὸν ἢν τὸ σίαρ] τὸ σταρ εἶν legunt exẽplaria Vaticana, vt adipem ouillum ex renibus detractum intelligant. Cuius lectio-

nis vestigia in Alcinis codicibus apparent, etsi asteriſco appoſito vitioſam lectionem teſtentur. Sic enim legunt, σωιφεῖν τὰ ὀστέα οἱ, τὸ δὲ πρῶ νεφρῶν.

34 ὑζὸν ἢ χρεὼς ἑκάτερον πίνῃ] Exemplaria Aldina legunt, ὡῶ ἢ χρεὼς ἑκατέρου πίνῃ, ἢ παρεῖχέας ὥσθ' ἡμέρῃ ἑτέρῳ κύλικα πίνῃ, vitioſè, vt ſatis apparet.

35 κυκεῶνα αἰθιόλῳ πινέτω] Sic quidem legunt quotquot videre mihi licuit exemplaria. Galenus tamen in Exeg. κυκεῶνα αἰθιόπα hoc loco legit, & librum hunc ſecundum de morbis maiorem vocat. verùm αἰθιόλῳ apud Galenum legendum apparet, vt αἰθιόλῳ οἴνῳ, & hîc quoque. Quem locum expreſſimus in noſtra Oeconomia.

36 ἔπφατα αἴδεα πρίψαι] Hîc τὰ αἴδεα, τὰ σπέρματα ſignificant, & pro ſeminibus accipiuntur, in florulenti Cyceonis cõpoſitione, cùm nulli adſint flores. Ideoque hunc mihi locum ſubindicare videtur Gale. in Exegeſi, cùm αἴδεα ſcribit Hippocratẽ vocare, οὐ μόνον τῶν τὰ εἰς τὰ σέφανα, ἀλλὰ & τὰ ἄλλα πάντα, ἃ τὰ σπέρματα ἑωυτῶν ἐνίοτε καλεῖν. Quòd autem indicaturam ex lib. 2. περὶ γυναικ. addat, illud nobis eſſe ſuſpectum ſcripſimus in noſtra Oeconomia, iſtumq; locum in animi notione repoſuimus.

37 τῷ ξυγκυκεῶνι ἐκπίνω] Illud ξυγκυκεῶνος Cyceonis florulenti commixtionem & compoſitionem, eiuſque nominis notationem reſpicere videtur. Erotiano namque κυκεὼν λέγεται τὸ κυκᾶν dici videtur. Et Euſtathius apud Homerum, κύκησε idem quod κυκεῶνα ἐπίνοσε exponit.

38 μὴ τὸ δεῖπνον, εἴκοσι] Hoc modo legunt exemplaria omnia. Verùm cùm quotidie octoginta ſtadia confici velit, vt numerus integer exeat, Cornarius addit, περὶ τὸ δεῖπνον, τριάκοντα. Caluus verò, μὴ τὸ δεῖπνον, τριάκοντα, ὄρθρου πεντήκοντα legit. Idemque hunc locum aliter legiſſe videtur, qui quotidie decem ſtadiorum additionem fieri velit, cùm antea quinque ſtadiorum additionem author fieri iuſſerit.

39 μὴ τὸ δεῖπνον, εἴκοσιν] Hîc quoque Cornarius, περὶ τὸ δεῖπνον ἑκατὸν πεντήκοντα addit, vt numerus centum & quinquaginta ſtadiorum conſtituatur. Caluus verò legit, μὴ τὸ δεῖπνον πεντήκοντα, ὄρθρου δ' ἑκατόν.

40 ἢ ἕλκια ἐκφλυσδάνει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt & poſtea. Vaticanæ tamen membranæ ἐκφυσδάνῃ legunt, quomodo in Exegeſi apud Galenum legendum exiſtimo, cùm ἐκφυσδάνει legatur, quod ἐξορμᾷ exponit, hoc certè tacitè expreſſo loco, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

41 τῷ ἱπποφαέος ὑπῷ] τῷ ἱπποδίῳ ὑπῷ vitioſè legunt Aldina exemplaria, fortè pro ἱπποφίου ὑπῷ, quemadmodum legunt plærique Hippocratis exemplaria, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, vbi etiam hunc locum expreſſimus.

42 ὀρεβίῳ ἢ γάλακτι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, hoc ſenſu, vt in lactis potu per dies quadraginta quinq; perſeueret, cum lacte eruum aſſumens. Sed pro ὀρεβίῳ, ὀρρῷ legit Cornarius, vt ſerum cum lacte intelligat.

43 ἢ ἄμα τῷ ὄφῳ περέρχεται φάμμος] περιέρχεται legunt exemplaria Aldina & Vaticana.

44 ἔπειτα πόον περίοντος τοῦ χρόνου] Sic quidem legunt Germanica exemplaria. Aldina verò πύον. At Vaticana πῦον, quæ ſecutus videtur Caluus, licet vitioſa videantur.

45 δοκιδίοις ἀμὶ τῷ ῥάχιν] δοκιδεῖ legunt Aldina & Vaticana exemplaria, & ἀμφὶ τῷ ῥάχιν Vaticana.

46 κινδυνεύοι καθαρθαρῶν] καθαρθαρῶσι, vt aliàs ſæpiùs, legunt exemplaria Aldina & Vaticana, ſed κινδυνεύσει malo.

47 τοῦτο δ' φλεγματίης] Hîc φλεγματίῳ pituitæ & craſſi frigidiq; humoris copiam ſignificare diximus in noſtra Oeconomia, vt etiam ſequentia ſatis indicant.

48 ἔλθῃ τὸ ἰφεσικὸς παχὺ] πᾶν παχὺ legunt Vaticana exemplaria manu ſcripta.

49 τῶσιν αὐτοῖσι πάθεσι] πᾶσι fortè pro πάθεσι legendum, vt etiam legit Cornarius.

50 προσιθεὶς μελάθρα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt ad ſubtractionem cibi pars vna addatur, & quotidie pars vna ſubtrahatur. Alij προσθεὶς ad decem ſtadiorum additionem referunt, vt quotidie decem ſtadia addantur, ad centum vſque. Nos vulgatos codices ſecuti ſumus. Exemplaria Aldina & Vaticana hîc legunt δ' ἀφῃρεῖ ἡμερέων, vitioſè tamen, vt apparet.

51 μὴ ἢ τὸ δεῖπνον] Deficiunt hîc quadraginta ſtadia, ideoq; ſubintelligendum eſt ante cœnam quadraginta ſtadia deambulanda eſſe, aut vt antea, addendum περὶ τὸ δεῖπνο τεσσαράκοντα, quod Cornarium omiſiſſe miror. Caluus verò vt numerum conficeret, μὴ τὸ δεῖπνον τεσσαράκοντα legit, & ὄρθρου δ' ἑξήκοντα.

52 ἢ ὡς πλὼ κοτυληδόνα τῷ ἰσχίου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, κοτυλίδα tamen legiſſe Galenum in Exegeſi apparet, cùm κοτυλίδα exponit, πλὼ κοτυλίδι τῷ ἰσχίῳ, & ex lib. 2. de morbis maiore adducit, vt etiam indicauimus in noſtra Oeconomia.

53 ὡῶ δ' κου ἢ ὀδωὼν ὀφθῇ ῥαγεῖσα] Hunc quoq; locum ſubindicare mihi videtur Galenus in Exegeſi, cùm ῥαγῶσι ei explicatur, δηλοῖ ποτὲ μὲν ἀθρόως ἐρυθήσασι, ὡς ὅτ' ἐπὶ δυσεντέρῳ περὶ πόνον τῆς μείζονος, vt etiam indicauimus in noſtra Oeconomia.

54 μύεσιν] μυκίσιν legunt Aldina exemplaria & Vaticana, ſed μυκλώσιν fortè quos fungulos vocat Caluus.

55 ὄκως αὖ ῥέῃ τὸ αἷμα] ὄκῳ legunt Aldina exemplaria.

56 μάζαν ψεσθῶ] ψαιστῶ (vt poſtea) hîc legendũ & legiſſe Galenum apparet in Exegeſi, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

57 ἢ χλιαρῷ ὕδατι κακρυφρίῳ] ἢ ὂν χλιαρῷ ὕδατι κακρυφρίῳ legunt Aldina exemplaria.

58 ἄρτον ἀυτοπυείτῳ] ἄρτον ἢ ἀυτὸν πυείτῳ legunt Aldina exemplaria aſteriſco appoſito, vt vitij nota. ἀυτοπυείτης ἄρτος quinam ſit diximus in noſtra Oeconomia, hoc ſubnotato loco.

59 ἢ νίτρου ὁκόσον οἷς ἀσφάλτου] Hæc vitioſè leguntur in Aldinis exemplaribus hoc modo, & νίτρου ὁκόσον πλείη οἷς ἀσφάλτου ὥσθ' μίξας, & καῦσον omittitur.

60 ἰσχυτάτω ὑγιὴς ἔσαι] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Manu autem ſcripta Regia quædam pro ἔσαι ἔσῃ legunt, & Aldina ἀυτμάτῳ pro ἀυτμάτως.

61 ἢ τῆς μαγνησίης λίθου] Magneſium lapidem Magnetis ſpeciem facit Plinius lib. 36. c. 16. Ἱπποφέως autem pro ἱπποφαέος legunt Aldina exemplaria, vt aliàs ſæpè.

62 ἱπωκισσέρῃ τῷ ὄξει] Sic vocat lenticulam coctam aceto temperatam & acidiorem redditam. Huncq; mihi locum videtur Galenus in Exegeſi conceptis verbis indicare, cùm ſcribit, ἱπωκισσέρῃ, τῷ ὄξει πλέονι κεχρημένῳ, etſi κακρυφίῳ malim. Quem locum in OEconomia expreſſimus, vbi etiam indicauimus alia exemplaria vitioſè legere ὄθνεκισσέρῃ. etſi eam lectionem mihi ſecutus Caluus videtur, cùm lenticulam decoctam modico aceto aſperſo dixit.

63 ἵνα γοῦν ὠργισμένον τὸ σῶμα ᾖ] Hîc αὐωργισμένον aut potius αὐωργασμένον legiſſe Galenum in Exegeſi ſcripſimus in noſtra OEconomia, quod ἀναμαλαγμένον exponit, vt τὸ μαλάξει ἐργάσαι dicitur. Vt ſic legendum videatur, ἵνα γε αὐωργασμένον τὸ σῶμα ᾖ. Vult autem quodammodo emollitum ac præparatum eſſe ad purgationem corpus, velut humores craſſos & tenaces, ac pituitam ipſam attenuamus, incidimus, & hydromelite ac oxymelite ad purgationem accommodamus.

64 τούτῳ ξυμφέρει] Ante hæc verba exemplaria Vaticana & Aldina addunt, ἰῶ δ' πυρετὸς μὴ ὀφείλεται, ἢ ἀδυνάτος ἢ αἰσχρός, ἢ ὁμφαλὸς μὴ ὀξέληχη, φάναι ἐπῖναι πιμελῶν, ἢ ἰσχνὸν εἶ. Sed μὴ ἰσχνὸν legendum videtur.

65 δίωλον] Sic quidem leg. exemplaria omnia, ſed ἴωλον lego cum Cornario.

66 ἢ κυνὸς τελεία] Canis carnem diximus vt catulinæ carni opponeremus, quemadmodum canem catulo opponit M. Tullius lib. 2. de natura deorum cùm ſcribit: Benè igitur idem Chryſippus, qui ſimilitudines adiungens, omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora, vt in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in viro quàm in puero.

67 καταχᾶν χρὴ ὀξυπάτῳ μαχαιρίῳ] Hos de hydrope locos, quomodo crebris & altis vulnuſculis ſcrotum, femora & tibias pertundere iubeat Hippocrates, mihi ſignificare & valdè probare videtur Aëtius. c. 30. lib. 2. Tetrab. 3. Exempl. verò Aldina hîc ὀξεῖ τῷ μαχαιρίῳ legunt, pro ὀξυπάτῳ, quemadmodum tamen Caluus legiſſe videtur.

68 ἢ ὁ φάρυγξ δοκέει κίρχνειν] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, vbi quid ſit κίρχνειν & τὸ κίρχνον oſtendimus.

69 τρυπάνῳ τρωχληπείῳ] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, ſed τρωχληπείῳ mihi legiſſe videtur Cornarius, cũ terebram cauam dixit. τρώχλη enim foramen & cauernam ſignificat, vnde τρωχλοδύται qui cauernas ſubeunt, & in his degunt. Hîc igitur τρωχληπέειν τρύπαιον τρωχλοδυτικὸν, dici poteſt, terebra cauernam pectoris ſubiens, potiùs quàm caua & perforata. Ideoq; acutam terebram diximus, quòd hîc τρυπάνῳ τρητηρείῳ Galenum in Exegeſi legiſſe exiſtimemus, iſtumque locum ſubindicaſſe, cùm τορωτηρείῳ exponit, τρυπάνῳ τῷ δ' ὀξεῖ καὶ ὀξῇ. vt τορωτήριον τρύπανον dicatur terebra acuta & recta qua os vlteriùs foditur, traiicitur, & perforatur, quod hîc πέρᾶν τρυπᾶσι dicit, vnde & τορωτήριον deductum videtur. Sic autem vocatur terebra acuta & fodiens, cùm altera ſit χοινικὶς & χοινίκιον dicta (modiolus Celſo) teres & caua, quæ huic opponitur.

70 κνῶσαι] κνῆσαι τὸ ξύσαι ex hoc loco mihi videtur exponere Galenus in Exegeſi, in dictione κνήσματα. vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

71 & φακοῦ καὶ ὀρόβων πεφυγμένων ἄλφιτα] Hunc etiã locum ex lib. 2. de Morbis maiore adducit Galenus in Exegeſi, ſcribens ἄλφιτα non de ſola hordei farina dici, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

conomia. Codices autem Regij manu scripti hic δὲ τῶ ξυμπυρήσαι legunt.

72 κόλικας] κόλικας quidem per κ legunt exemplaria omnia, sed κόλικας in Exegesi Galenus πρὸ ἕλκους exponit, hoc nimirum subnotato loco, vt scripsimus in nostra OEconomia, sicque scribendum existimamus.

73 ἢ ἕλκεα ἐχέτω, ἀμετρευόντων ἡρέα] ἢ ἀμετρευόντων ἡρέα legunt exemplaria Aldina.

74 ἐν τῷ παλαιοὶ κρίνεσθαι] κριθῶσι legunt exemplaria Aldina.

75 ἄρτῳ δὲ χρείσθω πυείνῳ] κριθίνῳ videtur legisse Caluus, quemadmodum Vaticana exemplaria habere videntur, etsi κριθίνῳ vitiosè legitur.

76 ἢ ἐξ σκληρὸν πυρὸν δυσπεπτεῖ] δυσπεπτεῖν vitiosè legunt exemplaria Aldina. Quis sit autem δυσπεπτος ἄρτος, exposuimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco.

77 πάχος γαστρικὸν] Hunc etiam locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia. ὄψον autem lego, vt exemplaria Aldina.

78 ἀφεῖσθαι πολλοῖς] πολλῶν δ' ἡμέρας legunt exemplaria Aldina vitiosè.

79 ἰὼ ὦ τὰ σπέρματα δὲ ἐσθίειν μὴ δυνῶνται] μὴ deleo cum Cornario & Caluo, etsi in omnibus exemplaribus publicatis scribitur. Vaticana δὲ legunt.

80 ἢ ὦ γαστὴρ δύσεργος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed Galenus hic mihi διάφορος legisse videtur in Exegesi, quod διάφορον ei exponitur, & ex libr. 2. de Morbis maiore adducitur, vt scripsimus in nostra OEconomia. Caluus verò δύσεργος mihi legisse videtur, quam lectionem etiam vidisse Galenum apparet, cum ei δύσεργος in Exegesi νοητρὰ καὶ δυσδιόρθωτα exponitur, etsi Varinus διάφορος apud Galenum legit, vt scripsimus in nostra OEconomia.

81 ὡς ἐφ' λαμπὴν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, verùm λαμπὴν ex Galeno lego, quam dictionem adfert in Exegesi ex lib. 2. de Morb. maiore, hunc nimirum locum subindicans, vt scripsimus in nostra OEconomia. Caluus tamen mihi aliam lectionem secutus videtur.

82 ἢ τὰ δυτικὰ πίσσαρα κατύλης] Sic quidem omnia legunt exemplaria, quæ secuti sumus, cum Interpretes πίσσαρες κατύλας legisse videantur.

83 ἢκιστα αὐ μᾶλλον ἐξ φαρμάκων δακνώδη] ὀκνωδέστερα μᾶλλον τῶν φαρμάκων δακνώδη legunt Aldina exemplaria.

84 ἀμυγδάλης ὀπὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed πίσσης ἀμυγδάλης ὀπὸν legit Cornarius, quem secuti sumus, etsi ἐμβρὸν addidit, quod ercò apud Hippocratem vsurpetur in infantis & smegmatibus. Plinius autem cap. 10. lib. 31. nitrarias in Ægypto esse refert, ex quibus nitrū rubrum exterræ calore depromitur.

85 ἃ πρόσθεν ἐδεδώκη] ἐδεδώκει legunt Aldina exemplaria.

86 πρότερον προφυρήσας] Mazam intelligit longo priùs tempore quam exhibeatur subactam, cui τῶν ἄδικος φυρηθέντων opponit Hippocrates.

87 ἢ βατίδι] Batidas dixi † Plinium secutus, qui batidem inter peculiares mari pisces numerat. Interpretes raiam vertunt, quā βάτον vocant, cuius diminutiuum βατίδα esse volunt. Est autem βατὶς piscis delicati & mollis genus, cuius meminit Athenæus lib. 4. & 7 & Aristophanis Scholiastes. † *Cap. vlt. lib.* 32.

88 σιδηρώδης γάρ ἐστιν] πυῤῥὸν δὲ χρὴ, ἀπὸ ὠὸς σίδηρον exponitur Gal. in Exegesi, si rectè legatur, vt scripsimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco. Est enim color luteus ac pallidus, malicorium referens. Caluus tamen ἰδηρώδης legisse videtur.

89 ἢ βοείῳ, ἢ χάλκεον] ἢ εἰς χαλκοῦς ἀνῶ legunt exemplaria Aldina & Vaticana, quæ secuti sumus cum Interpretibus.

90 ἢ εἰ ἔνυχρα φαγεῖν οἷοί τε] φαγεῖν ἐκ ὀπτῆς legunt exemplaria Regia manu scripta.

91 τὰ ἢ σπίζα κατ' ἀρχὰς σφοδρὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed σφοδρὸν malim, vt antea, & paulò post legit Gal.

92 ἢ τὰ σπίζα ἐκ ὁμοίως σφοδρὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Verùm Galenus in Exegesi in dictione ἀμαλὸς, σφοδρὸν, & ἀμαλὸς legit, quod ῥᾳδίως exponit, si rectè; locum adducit ex lib. 2. de Morbis maiore, vt etiam expressimus in nostra OEconomia. Ideoq; hunc nostra interpretatione secuti sumus.

93 φακὸς δ' ἐπὶ πυβλίον] πρὸς πυβλίοις videtur legisse Caluus. ῥυπαρὸν etiam pro ῥυπαρὰν vitiosè legunt exemplaria Aldina.

94 μὴ ὦ νέφρον] μηδὲ νεφρὸν lego cum Interpretibus, vt mugil recens intelligatur, cui sale conditum opponit. Caluus verò illud ad carnem porcinam recentem & sale maceratam refert πάχος tamen potiùs de piscibus sale conditis Hippocrati ferè dicitur. Exemplaria Aldina & Vaticana μὴ ὦ τι νέφρον legunt vitiosè.

95 ἢ αἰγὸς κέρας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt capræ cornu indicetur, verum αἰγὸς, vt lego cū Cornario, existimoque hunc locum Galeno subindicari, cùm αἰγικέρατα exponit in Exegesi, ὅπερ ἐκ ὑακίνθου καὶ τῶν ὁμοίων. Fœnigræci autem farinam cum aceto & nitro tritā lienē minuere scribit Dioscorides cap. 124. lib. 2.

96 διδόναι δὲ οἶνον αὐστηρὸν] οἶνον πολὺν αὐστηρὸν legunt exemplaria Regia manu scripta.

97 σπληνώδης] Hanc quidem lectionem sequuntur exemplaria omnia. Caluus verò etiam σπληνεμφερὴς legisse videtur.

98 ἅμα τῷ πρώτῳ]Sic quidem legunt exemplaria omnia, lubenter tamen Mercurialis lectionem amplector, qui ἅμα τῷ κόπρῳ legit, etsi ἅμα τῷ πρώτῳ ferri possit, populum phrasin, vt sint quæ cum primo stercore dimittuntur.

99 ἐὰν ὑφέχῃ ὑ γαστὴρ σκληρὴ] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, vt ὑφέχῃς hîc mihi obreptionem quandam & duritatis accessionem sensim ac velut insidiosè factam significare videatur. In hirsutis enim ventris durities blandè ac velut per delitias & sensim nulla propè data significatione se insinuat, quod ferè semper flatibus abundent. Alioqui certè pro ὑφέχῃ ὑφεχῇ) non malè legatur, vt venter durus eminear & exret. Verùm nihil muto.

100 εἶναι ἢ τὰ πρόσθεν] ἐν οἷσι ἢ τὰ πρόσθεν legunt exemplaria Regia manu scripta.

101 ἢ εἰ κοιλίη ὑγίης] κατοιδαλίης legunt exemplaria Vaticana, εἰσφλυσίης tamen legit Caluus.

102 ἢ ὅταν δὲ ἐξαιμωδέος] ὁκόταν ἐξαιμώδεος vitiosè legunt exemplaria Regia manu scripta, etsi ἢ ἐξαιμώδεος addunt.

103 ἀμπώτεχος] Hunc locum asteriscō velut suspectum notant exemplaria Aldina. Denotat autem colorem subpallidum aut subluteum, vt indicauimus in nostra OEconomia hoc expresso loco.

104 οἷον φλοὸς ὕσπερ] φλοὺς φλοιὸς exponitur Hesychio, λεπύχματος, λεπυρὸν, & tenuem corticem velut desquamationem quandam significat, velut serpentis exuuium. Verū hic φλοὸς aut φλοιὸς legisse Galenum existimo, vt scripsimus in nostra OEconomia (in dictione φλοὸς) vbi hunc locum expressimus. Videtur autem hic significari, sub capitis pilis lanuginem quandam crassam & albā qualis in verbasco videtur, subesse, quæ cutis desquamationem aut squamulas refert.

105 ἢ τὰ παλαίσχια μύζει] ἢ πρὸς τὰ παλαίσχια μυζεῖ legunt exemplaria Regia.

106 ἄσπερ τὰ ἢ λυπῶσαι] Sic quidem legunt ferè omnia exemplaria, ἄσπερ τὰ Aldina. Verùm ἀσπάται legisse Galenum existimo in Exegesi, quod σφοδρὸν ἢ ἐπαχθῶς ἀγωνιᾷ exponit, ex lib. 2. de Morb. maiore, hunc nimirum locum subnotans, vt scripsimus in nostra OEconomia, ἄσπετα etiam & ἀσᾶ legi potest.

107 ἢ τέτταρα πέτρα τὸ ἥμισυ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quod Interpretes de cicerum decocto ad dimidias sumpserunt.

108 τὰ σέλινα ὠφέρει] Locum istum in OEconomia nostra expressimus & exposuimus.

109 αὕτη ἡ νόσος οὔπω ἔσχατον ἢ σφοδρὸν σκιασίων] ἄπο non videtur legisse Caluus, & morbum hunc priore minùs lethalē affirmat.

196 ἢ περιξύσας πάντα] Hîc vulgarem lectionem secutus sum. Vaticana exemplaria legunt, ἢ περὶ ξύσμα πάντα, ἢ περιελίξας γυπὸς δέρμα ἢ ὑμένα, ἀφξύνη τὸ σῶμα τῆλ μοτείων. Quibus verbis vulturis pellicula aut cute, circum radulam aut scalprum obuoluta, sanguinis grumos concretos, & os vterorum decidi volunt. Sed malim περὶ ξύσμα περιελίξας γυπὸς δέρμα legere. Interpretes autem ἢ σκυτίλῳ περιελίξας legisse videntur, quos etiam secutus sum.

197 ὧδε περιφαῖνται αἱ μῆτραι] Eadem ferè scribuntur libro 2. περὶ γυναικ.

198 ἢ πυελὸν τό, τε σῶμα] τό, τε σῶμα legunt exemplaria Vaticana.

199 ὥσπερ ἑδρῇ] ὥσπερ ἕδρη lego, vt lib. 2. περὶ γυναικ.

200 κῇ χώρῃσι μᾶλλον] ἢσυχῇ κῇ χώρῃσι μᾶλλον legunt exemplaria Vaticana.

201 ἢ ῥοιῶν] Ἢ τῶν ῥοιῶν legunt Vaticana exemplaria, vt & libro secundo περὶ γυναικ. vbi eadem repetuntur. Aldina verò exemplaria τὸ ῥοιῶν vitiosè legunt. Sed μέσων πίσσαι χλιώσαντα ὀπὸ οἴνῳ legunt, vt velint picem in malum punicum medium indi. Incertum verò an malum punicum integrum, an verò exemptis acinis intelligat, & in medio putamine picem statui velit, & sic vino repefacta neque admodum expressa in subditicio apponi. Sic etiam lib. 2. περὶ γυναικ. in leui à partu vteri motu, mali punici corticem ex vino nigro decoctum in subditicio admouet, & resinam cum melle liquatam infundit. Exemplaria autem Vaticana pro πιέζῃ hîc πιέζει legunt.

202 ἢ πιεῖν τὸ δοκίον] τὸ δίον legunt exemplaria Vaticana ex lib. 2. περὶ γυναικ. quæ secutus est Caluus.

203 ξυὸν τῷ πυρῷ] Sic legunt publicata omnia exemplaria, velut etiam legitur libro 2. περὶ γυναικ. sed πυρῷ legendum constat, velut legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus. Caseum autem caprinum intelligit, quem paulò antea in vteri ad latus prolapsu, cum peplo albo & polenta ieiunæ ex vino propinauit.

204 ἢν αἰσχάνῃ τὸ σῶμα] Eadem leguntur libro secundo περὶ γυναικ.

205 ἢ τῷ θερμῷ λούειν] τῷ ψυχρῷ λούειν scribitur libro secundo περὶ γυναικ.

206 Ἢ ἐκλείπων] μὴ ἐκλείπων legunt exemplaria Vaticana.

207 ἢν λεανθῶσιν αἱ μῆτραι] Libro 2. περὶ γυναικ. vitiosè pro ἢν λεανθῶσιν, ἢν ὃ αὐθῶσι scribitur, vt etiam in Aldinis exemplaribus λιανθῶσιν.

208 κατακόλλας πυκνὰ] Pro πυκνὰ μικρὰ legunt exemplaria Regia manu scripta, & κατακήσας σμικρὰ legitur libro secundo περὶ γυναικ.

209 ἐν χύτρῃ] ἐν χύτρῃ καινῇ legunt Vaticanæ membranæ, velut lib. 2. περὶ γυναικ. quas secutus est Caluus.

210 ἰχλῖν δοκεῖ] ἰχλῖν φασὶ legunt exemplaria Vaticana quæ secutus est Caluus, vt libro 2. περὶ γυναικ.

211 ἢ ἐσθυμιᾶσθαι] ὑποθυμιᾶσθαι legit Cornarius, vt libro 2. περὶ γυναικ.

212 ὧν ἐς τὰ σκέλεα ἢ τοὺ πόδας] Hæc repetuntur libro ſecundo περὶ γυναικ.

213 ἢ πυελῶν] ἢ πυελῶν πυκνὰ legunt Vaticana exemplaria quæ ſecutus eſt Caluus.

214 ἢ κνίδης καρπόν] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria, ſed κνίδης καρπὸν legunt exemplaria Regia manu ſcripta & Vaticana quæ ſecutus eſt Caluus & Cornarius. Cuius etiam magnus eſt vſus in tota γυναικείων πραγματεία, cùm digerentis, tenuantis, & detergentis ſit facultatis. κνίδιον autem κόκκον non καρπὸν ſolet vocare Hippocrates.

215 ὧν ὀκτὼ ῥοὰς λαμβάνῃ] ῥοὰς hîc vt & ῥόος lib. 1. περὶ γυναικ. ὀξυρροίλιν & alui profluuium ſignificat, vt patet ex libro ſecundo περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur, & nos in Oeconomia noſtra annotauimus. Sic ῥύσις Hippocrati cum ſæpiùs ad alia referatur, interdum tamen de alui fluxu dicitur, vt aphor. 16. lib. 7. & κοιλίης ῥύσιες de alui profluuio dicuntur aphor. 14. lib. 2. & 16. lib. 3.

216 τὸ ὕπατος ἡ σύριγξ] Sic quidem vbique legitur, & libro primo & libro ſecundo περὶ γυναικ. vbi iſtâ repetuntur. Quænam autem ſit hepatis fiſtula, ex qua vomitione ſanguis reiiciatur, valde incertum eſt, niſi per fiſtulam, canaliculum aut venam aliquam intelligat, ex qua ſanguinis vomitus conſequitur. Non leuiter tamen ſuſpectum locum habeo, ac neſcio an pro σύριγξ ἑλίξ legerit Galenus in Exegeſi, cum ea dictione indicari ſcribit τὸ μέσον τοῦ ὕπατος τὸ ἄνω καθ' ὃ ἀπ' ἀλλήλων χίζονται οἱ λοβοί. Dicitur etiam pleriſque σφίξ. Quod etiam annotauimus in noſtra Oeconomia. Interpretes autem legunt, ἢ τὴν καρδίαν ἀπάγει ex lib. 1. περὶ γυναικ.

217 ἀπέχεσθαι] Id ſine cibo ſignificat, ſed ieiunam intelligo, quod ſcribat lib. 2. περὶ γυναικ. πιέτω τὸ γάλα νῆστις. Vaticana autem exemplaria καθαρὸν πρίαντα legunt.

218 ξύσας βοὸς χαλῶ] Lib. 1. περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur, χαλῶ βοὸς ἀνεῖον ἐν ἐλαίῳ ἀναζέσας ἢ ἀχύλῳ ἀναλύσας ſcribitur. Fel igitur bubulum reſiccatum, deinde deraſum, & ramentum oleo madefactum aut ſubactum, linteo exceptum, in peſſo ſubdititio apponitur.

219 τῇ ἑτέρῃ] Exemplaria Vaticana legunt, τῇ ἑτέρᾳ ἐξελίσθω, ἢ τῷ αὐθεῖ ξυσιλάσθω, ex lib. 1. περὶ γυναικ.

220 λίνον τὸ χρισὸν] Ante hæc verba Interpretes pro indicatura apponunt, ὑστερίων πάσης νόσου διαφυτικὸν, vt legitur lib. 2. περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur.

221 τὸ κεδίον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed κεδίδιον legendum ſuſpicor. κεδίων tamen legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta.

222 ὧν ἑλκωθῇ τὸ στόμα] Hæc repetuntur libro 1. περὶ γυναικ.

223 ὧν φλεγμαίνωσιν αἱ ὑστέραι] Idem remedium adſcribitur in veteri inflammatione libro primo περὶ γυναικ. Sed pro κειμενοῖς κείμενος lego. κριμνοῖς & κρίθινοις vitiosè legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

224 ἀφεψήσαν λιπαρὸν] Sic legunt exemplaria omnia, ſed libro 2. περὶ γυναικείων vbi idem repetitur legitur ἀφεψήσαν. ἢ λιπαρὸν ἀφεψήσαν μανδὸν, quam lectionem ſecutus ſum cum Cornario. Caluus λιπαρὸν legiſſe non videtur.

225 πυρὸν ἀφεκτὸν] Triticum tenerum non toſtum dixi cum Mercuriali; triticum recens & tenerum intelligens, ἀφ' ὧν τὸ κώνειον σπείρεται, prius quam in area in metam conſtruatur aut congeratur. Sic enim ἀφεκτὰ ἄλφιτα exponuntur Galeno, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, τὰ ἐκ τοῦ νέου ἔτι καὶ ἁπαλοῦ κεδίου ἄλφιτα, & ἐκ τοῦ ἀφρύκτου μόνα. Caluus hîc hordeum recens toſtum dixit, forte quod apud Erotianum ἄλφιτα ἀφεκτὰ dicantur Atticis vocari, τὰ γινόμενα ἐκ τοῦ φρυκτοῦ κεδίου. Verùm apud Erotianum mendum ſubeſſe exiſtimo, & pro τοῦ φρυκτοῦ, τοῦ ἀφρύκτου lego, cùm ſic omnes exponant, exiſtimoq; eum à Galeno in Exegeſi ſubindicari, cùm ſcribit quoſdam ἄλφιτα ἀφεκτὰ accipere, τὰ ἐκ τοῦ ἀφρύκτου μόνα. Lib. vero 2. περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur, πυρὸν ἀφεκτὸν legitur.

228 ἢ μήκωνα ὀπίλιον] μήκωνα λεπίλιον legitur libro 2. περὶ γυναικ. fortè pro λευκὸν, vt peplum album aut etiam papauer intelligas.

227 ἢ τοῦ κυρκίου] Hunc locum aut eum qui ſcribitur libro ſecundo περὶ γυναικ. ab Erotiano ſubindicari exiſtimo, cùm exponit apud Hippocratem κυρκίων τὸ ἀχύρων ἢ πτύρων, & dictionem eſſe Atticam annotat. Verùm apud eum vitiosè κηρυκίων pro κυρκίων ſcribitur, vt admonuimus in noſtra Oeconomia.

228 διδόναι δὶς τ ἡμέρης] τρὶς τ ἡμέρης videtur legiſſe Caluus.

229 ποιεῖς ὅσον κοτύλην] διδόναι ὅσον κοτύλην videtur legiſſe Cornarius. Caluus verò χλιαίνας, aut aliud quid tale.

230 μύρα ἐψύξας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt libro ſecundo περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur ſcribitur, μύρον θερμὸν ξυὶ οἴνῳ κλυζίζειν. Caluus hîc roſaceum vino tepefactum ponit. Verum μύρα cum Cornario lego.

231 τῆς σικύης ἐπιπολῆς τὸ στόμα] Similem ſuffitus rationem per cucurbitulam vtero adhibet Hippoc. lib. de Loc. in homine, vt etiam illic monuimus.

232 τῆς φούρνης ὅπῃ τὸ πῦρ] τῆς πυρίνης ξηρᾶς κατακαιομένης ὅπῃ τὸ πῦρ ὑπάρχει, legunt exemplaria Vaticana, quam etiam lectionem adhibuit Caluus. Eadem quoque περὶ παθῶν, pro ὅπῃ legunt.

233 ὧν ἐς παῦλαν καρδίης προϊέναι] προσιέναι malim, vt lib. 2. περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur. Vbi etiam γλίχεται legit Cornarius, cùm illic ὠκεῖται ſcribatur.

234 ἢ ἐλελισφάκου] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἐλελίσφακον lego cum Cornario ex lib. 2. περὶ γυναικ. vbi idem remedium repetitur.

235 ὧν αἱ μῆτραι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed nos in Oeconomia noſtra legimus, ὧν αἱ μῆτραι ὑπεραιμωδέουσιν, aut αἱμωδέουσιν ex libro ſecundo περὶ γυναικ. quòd αἱμώδης ſit ὑπερτυμπανίτης Galeno. Deinde ἢ ὧν ἄσμος ἐγγίνηται τῇ μήτρῃ legimus ex lib. 2. περὶ γυναικ. vbi iſta repetuntur, iſtamque lectionem ſecuti ſunt Interpretes.

236 ὀπτὴς ὑπὸ σπλῆνα ὅσον κύαθον] Sic legunt exemplaria omnia, eamq; lectionem expreſſimus ex libro ſecundo περὶ γυναικ. etſi magna ſuccilaſeris quantitas videatur, & ὅσον κύαμον omnes legunt Interpretes. Sed codicum lectionem ſecuti ſumus, alioqui illud ὀπτὴς ad aceti albi cyathum referendum erit, & legendum, ὀπτὴν σπλῆνα ὅσον κύαμον ἐμβαλών.

237 ἢ κίον ἐγγένηται] Hîc κίον quid ſit abundè explicaſſe videmur in noſtra Oeconomia, videturque κίον dici interſeptum quoddam carnoſum, aut caruncula membranoſa, mulierum pudendis innata, velut κίον dicitur Rufo Epheſio libro primo περὶ ἀνθρώπου μορίων, τὸ μεσοῦν τὸ διαφράγματος ἡ μυὸς ὀφκάδης, ὑπὸ τοῦ χείλους κρεμάμενον. Et rurſus, τὸ διάφραγμα κάτω τὸ σφαιρεῖον τὸ κρεμάμενον σαρκώδες ὅπῃ τοῦ χείλους. Ad cuius ſimilitudinem hîc κίον dici poteſt caruncula pudendis muliebribus innata, quam præcidi vult Hippocrates & Paulus libro ſexto, capit. ſeptimo. κιὼν autem ſcribitur libro ſecundo περὶ γυναικ. vbi iſtud repetitur, etſi κίον dicitur Galeno in Exegeſi.

238 ἢ ξυσμὸς λαμβάνῃ] κνησμὸς legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Sed ξυσμὸς Erotiano & Galeno κνησμὸς exponitur. Membranæ autem Vaticanæ πρίαντας λεπτὰς legunt, quam etiam lectionem ſecutus eſt Caluus.

239 ὑπόστιλβον σάρκα] Carnis bubulæ recentis fruſtum intelligitur, duorum palmorum longitudine, quo pro peſſo ſæpè vtitur lib. 1. περὶ γυναικ. & ad vlcera vnguine aliquod obductum, aut aliis quibuſdam medicamentis, vt hîc foliis eiuſmodi maceratis, inditur.

240 ὧν τοὺ γονοῦ μὴ ἅπτηται] Iſtud ſcribitur libro 1. περὶ γυναικ. quod & de vteri oſculo intelligitur, vt libro περὶ ἀφόρων. Alias vero etiam cauſas cur vteri genituram non recipiant attingit libr. περὶ ἀφόρων, & lib. περὶ διακοπῆς.

241 ἑκάτερα γοῦν ἐξάλλεται] ἐξαλέγεται legunt membranæ Vaticanæ, pro quo ſcribitur libro primo περὶ γυναικ. ὅταν ἢ ἐξελκύσῃς.

242 ζαρώτειον] ζορώτειον ad vinum refero, vt libro primo περὶ γυναικ. vbi eadem repetuntur, etſi ζαρώτειον ad præcedentia referunt exemplaria omnia, quod iecur ouillum nulla alia re permixtum ſignificat, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

243 ὑποθερμὸν πιέτω] Id de medicamento parum calido bibendo accipio. Cornarius de aqua ſubcalida bibenda. Mercurialis potus genus quoddam ὑποθέρμου eſſe dixit, ſed quodnam ſit nondum legi. Ac forte ὑποθέρμου idem quod ὑποθέρμου ſignificat, qua phraſi vtitur poſtea. Aut (quod magis reor) potionem indicat quæ à balneo detur, vt idem ſit ὑποθέρμου, quod ὑπὸ τῷ λουτρῷ, qua phraſi vtitur libro primo περὶ γυναικ. cùm ſemper poſt calidæ balneum, ὑποθέρμου vſurpet Hippocrates.

244 ὧν τὰ ὀπτιλίσια γίνηται] μὴ γίνηται lego cum Interpretibus, phraſi Hippocratica, contra tamen omnium codicum fidem.

245 φύλλον] φύλλον ſilphij ſemen dicimus cum Cornario ob rationes à nobis adductas in noſtra Oeconomia. At libro 2. περὶ γυναικ. vbi iſtud repetitur, φύλλον non legitur.

246 ἢ νίτρῳ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed νιτρεῖον lego ex lib. 2. περὶ γυναικ. cum Cornario, & adipem ex renibus intelligo. Ac forte νίτρῳ νιτρεῖον, aut νέφρεον νιτρεῖον ſcribendum, vt hinnuli adeps ex renibus accipiatur. Caluus νίτρῳ narciſſum vertiſſe videtur.

247 ἢ ὑποθέρμου πιέτω] Id non legitur lib. 2. περὶ γυναικ. vbi idem repetitur.

248 ὧι τὸ ἔπιμλωτα] Hòc remedium iisdem verbis repetitur lib. 1. περὶ γυναικ.

249 περίβαλλε] Pro περίβαλλε ἢ πρόμαλον legunt exemplaria Vaticana, vt lib. 2. περὶ γυναικ. vbi istud repetitur, sed apparet vitiosam esse lectionem.

250 ὧι μὲν ὀδώπται ὑπευγεῖν] ὧι τ' ὕστερα μὲν ὀδώπται ὑπτυγεῖν rectè mihi legisse videntur interpretes, vt paulò supra, quos etiam secutus sum. Est enim phrasis huic authori familiaris, vt lib. 1. περὶ γυναικ.

251 κατυλήδονα φύλλα] Idem remedium ad vteros inflammatione ex partu laborantes adhibetur lib. 1. περὶ γυναικ. Vaticana exemplaria pro ἑστίαν πᾶν habent.

252 ἐλαίης ψόφῳ] Idem remedium repetitur libro secundo περὶ γυναικ. Quid sit autem ἐλαίης ψόφος diximus in nostra Oeconomia.

253 ὧι ὑστέρα ἀλγέοι] Istud repetitur lib. 2. περὶ γυναικ. Hìc verò πάσῃσι pro πάσσι ponitur.

254 ὧι αἰμῶσαι σφοδρὸν] Ὀξίχνων legunt Vaticana exemplaria pro Ὀξίχνων quod legitur lib. 2. περὶ γυναικ. vbi etiam ὀσθόνῃ & ἐπιδῆσαι legitur.

255 ὧι ταῖς ὑστέραις ὀλγέῃ] Hoc remedium repetitur libr. 2. περὶ γυναικ. vbi quod hic ὀλιγόθερμον πινέτω scribitur, θερμὸν πινέτω dicit, quod satis indicat ὀλιγόθερμον de subcalido aut parum calido medicamento intelligi.

256 ἠείῳ ἀλαδύσῃς] ἠείῳ ἀλαδύσῃς malim, quòd hæc phrasis de medicamentis in vellere appositis, sit admodum celebrata, etsi ἀλαδύσασα legitur libro secundo περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur.

257 ἐς τὸ ἴγνυον] Sic legunt publicata exemplaria, sed ἴγνιον legit Cornarius, Vaticana exemplaria ἴγδιον. Vtrumque lectionem adhibuit Caluus, qui & ἰχθύδιον etiam legisse videtur. Sed εἰς τὸ ἴγδιον in Oeconomia nostra legimus, istumque locum expressimus.

258 ἡμισίδα κατακαύσῃς] ἡμίνα σίδα lego cum Interpretibus & membranis Vaticanis quas secutus est Caluus, ex libro secundo περὶ γυναικ. vbi eadem ad fluorem muliebrem remedia repetuntur. Aut certè ἡμισίδα hic ἡμιοστέον significare, aut ἡμίονα σίδα existimandum, vt scripsimus in nostra Oeconomia, hoc expresso loco.

259 σῦπον κατακαύσας] σαύραν κατακαύσῃς lego cum Cornario ex libro 2. περὶ γυναικ. σῦπον Caluus & ὄνειον ex Vaticanis membranis legit. Et fortè hic ὄνειον τὸ ὀνίδα & stercus asininum indicat.

260 ἢ καθύθερμον πινέτω] Sic legunt exemplaria Germanica, vt & in sequente medicamento. Aldina verò & Vaticana καθύθερμον. Quod satis indicat καθύθερμον idem significare quod καθύθερμον, aut certè (quod magis reor) potionem quæ à balneo sumitur, vt idem sit quod κατὰ λουτρῶ, aut κατὰ θερμῶ. Quod enim hìc καθύθερμον πινέτω scribitur, lib. 1. περὶ γυναικ. κατὰ λουτρῶ πινέτω dicitur, vt idem remedium inter vterum purgantia medicamenta recenset.

261 ἢ τὰς ῥίζας ἐσπιμιάσας] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius ἐπισμιάσας legit, & de fœniculi radicibus decorticatis intelligit, quem nostra interpretatione secuti sumus. Verùm ἢ τὰς κριθὰς ἐπισμιάσας legendum puto ex libro primo περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur, & in lactis optimi remediis hordeum decorticatum, cum butyro decoctum & refrigeratum potui exhibet.

262 ὧι γάλα κατασβεσθῇ] Ista secundò non repetunt Interpretes.

263 δίδυ τὸ ἄλητον] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius autem τὸ ἄλητον legit, & lib. 1. περὶ γυναικ. vbi istud remedium repetitur.

264 ἢ τὸ αὐτὸ εἰ ξυνιωνάτω]Exemplaria Regia manu scripta quædam ξυνιωνάτω legunt, quædam etiam ξυνιωνάσθω, vt libro primo περὶ γυναικ.

265 σφοδρὸν] σφοδρὸ legunt exemplaria omnia Regia manu scripta. Deinde pro μέχρις αὖ σφομωθῇ, μέχρις αὖ ἀσφαιμωθῇ legunt exemplaria Vaticana, vt libro primo περὶ γυναικ. vbi id de vteri ore conniuente & concluso dictum esse apparet.

266 ἢ μαζίον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἐς μαζίον lego cum Cornario, aut ἢ ὑστέρων vt lib. 1. περὶ γυναικ. vbi istud repetitur.

267 ἐς μάζαν ἐμπάσσας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, qua notione succus cucumeris in mazam puluere inspersus significatur, eamque lectionem secuti sunt Interpretes, sed ἐμπαλάσσῃ legitur lib. 1. περὶ γυναικ. vt sit in mazam efformatus aut subactus.

268 ὀπὸζίῃς] Sic legunt exemplaria omnia, sicque scribitur libro primo περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur, sed Cornarius ὀπὸξύνας, quam lectionem valde probo, quod libro περὶ ἀφόρων, vbi conceptus experimenta ista repetuntur, hoc ita scribatur, μάλυζαν σκευάσας περὶ αὐτὴν τὴν καρδίαν ἐπιτίθει τῇ ὑστέρῃ ἢ ὀρίῃ τῇ ὑστέρῃ, ὧι ὄζῃ ὀξὺ σύαπος, ἢ ὧι ὄζῃ κυνός, ὧι ὀμφακίνῳ. Vnde lectionem sumpsisse videtur Cornarius, vt pro ὀρίῃ, ὄζῃ legeret. Ex quo etiam πεμπτήριον medicamentum conceptum explorans accipimus, quòd illic scribatur, πεμπτήρια δ' ἂν δηλήσεται γυναῖκα κύησ. Fœcunditatis experimentum dixit Cornarius.

269 ἢ ὧι μὲ ὀρῇ τὸ στόμα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ lectio indicat leui pertractatione deprehensum vteri os molle, minimè durum, tensum, aut conniuens, quæ sunt fœcunditatis indicia. Cornarius tamen ὄζῃ pro ὀρῇ legit, quæ lectio valde quidem mihi probatur. Si enim odor ad nares & os perueniat, & per corpus perreptet, vteri os bene affectum indicat, certaque sunt fœcunditatis auguria, ex aphor. 59. libr. 5. Quam in rem etiam galbanum in pessò adhibet libro περὶ ἀπαιώσιος, & crebrò in tota muliebrium tractatione, in explorandа fœcunditate, adhibito subdititio, an os odorem sentiat spectandum monet, quod magnum sit fœcunditatis indicium, eorum quæ supponuntur odor ad nares pertingens, vt scribitur lib. περὶ ἀφόρων.

270 σικύα ἀσπέρμα] Cucumeris agrestis semen accipio cum Cornario, vt & sepiæ testam vstam, ex lib. περὶ ἀπαιώσιος. Istis autem capitibus ἔπειτα præponit exemplar Regium manu scriptum vetustum.

271 καταπείσας] πρῆς addit Caluus, fortè pro πρίῃ.

272 ἐν οἴνῳ λευκῷ] πρίῃς ἐν οἴνῳ simpliciter legunt exemplaria Aldina & Vaticana, quæ secuti sunt Interpretes, velut etiam legitur lib. 1. περὶ γυναικ.

273 ῥίζιον] Lib. περὶ ἀπαιώσιος vbi hoc repetitur legitur, ῥίζιον, σιλφίου κεφάλ.

274 βόλιτον] βόλιον lego ex libro primo περὶ γυναικ. & codicibus Vaticanis, quam etiam lectionem secuti sunt Interpretes. βόλιον autem intelligit, quod in tritico, præcipuéque Ægyptio, cernitur, acre, cumino Æthiopico simile, vt scribitur lib. 2. περὶ γυναικ. cuius frequens est in subdititio vsus ad muliebria mala in tota γυναικείων tractatione.

275 ἢ καταβύσῃς ἐν οἴνῳ λευκῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & Vaticana quoque, quæ secutus est Caluus, sed καταβύσας malo cum Cornario, ex libro primo περὶ γυναικ. & ex loquendi formula, etsi lectio ista ferri potest, vt fæx trita, vino albo macerata aut subacta accipiatur. Quædam etiam membranæ Vaticanæ eam lectionem habent, & ἐν ὀθονίῳ pro ἐν ἱματίῳ legunt ex lib. 1. περὶ γυναικ.

276 ἐκνίσατο] ἐκνίσατο legit Cornarius, ex lib. 1. περὶ γυναικ. vbi istud repetitur.

277 ὧι βύλῃ γυναικεῖς ἐμπιμπλάμεναι] Hoc modo fœcunditatem explorat in muliere Aristoteles, si medicamento quo illiti sunt oculi saliua tingatur, qua notione πτύελος accipitur à Caluo.

278 ὧι παιδὶ ἀρτίῳ τὰ αἰδοῖα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & de pueri pudendis vlcere superficiario affectis intelliguntur, itaque repetuntur libro primo περὶ γυναικ. Verùm Cornarius παιδίσκῃ mihi legisse videtur, quem lubenter sequor. Atque eò fortassis non male mihi referri videtur quod scribitur in Coac. Prænot. σύαπος ἀρτύλλει τὴν ὑποφορὴν ἐν χρυσῷ.

279 ὧι παρθένος λεθάνῃ] Hìc maximè vulgatam lectionem secutus sum cum Caluo, cum alia non suppetat. Cornarius τὸ ὑπὸ αἰθιοπικὴν ῥίζαν legisse videtur. Cùm autem φύλλον ἐνιαυὸς silphij semen dicatur Galeno, incertum est an silphij semen radicis Æthiopicæ pondere ex vino vetere ad dies decem propinari velit, deinde postea ex aqua percolatum ad dies viginti. Locus certè admodum suspectus est, cùm illud ἐν σεσμῷ omittat Cornarius, & διὰ δέρρ non legant Interpretes.

280 κάτοχον] Lib. 2. περὶ γυναικ. hæc in cataplasmate admouentur ad fluores muliebres.

281 ἐμὸν λῆμα] Pro ἐμὸν ῥοῦ φύλλα scribunt exemplaria Vaticana, quæ secutus est Caluus. Libro vero 2. περὶ γυναικ. ῥοῦ φύλλα scribuntur.

282 ὅσος σαῖς] Hìc secutus sum vulgatam lectionem & omnibus exemplaribus contestatam, cùm Cornarius ὅσος ὁ μὲν κάρπος κόλλας legat. Verùm libro secundo περὶ γυναικ. in suffitus materia ad fluores muliebres, οἰσύπου αἰγὸς, hoc est, sordem capræ circa pilos ad nates consistentem, siccam, tostam, & tusam, cum hordeo freso, oleo subactam adhibet. κρόκας πεπυρίνας habent semper exemplaria, πεπυρωμένας tamen malim. Codices manu scripti Regij quidam ἐρυσιβίδας, alij ἐρεσιπελίδας legunt, vt Aldina & Vaticana exemplaria, sed ἐρεσιπελίδας malo.

283 ἐλαίας τὰς μήπω ἐχούσας ἔλαιον] ἐλαίας ὀμφακίδας vocat lib. 2. περὶ γυναικ.

284 ἢ ἄχυρα κριθῆν] ἄχυρα κριθῆν dicit lib. 2. περὶ γυναικ. ideoq; hordei palcas dixi. ἄσφαλτον verò legunt exemplaria Vaticana, & ἄτφαλτον & ἄλφιτον legit Caluus.

285 μύρῳ δεύσας] οἴνῳ δεύσας legunt exemplaria Vaticana, vt libro secundo περὶ γυναικ. & vtranque lectionem adhibuit Caluus.

286 σέαρ ὑὸς] ὄϊος videtur legisse Caluus, etsi vtranq; lectionem suo more apposuit. Pro σέαρ autem ἰσία legunt Vaticana exemplaria. ἢ κεδρίαν autem lego cum Cornario, aut κεδρίᾳ dandi casus est, vt cedria conspersum aut subactum medicamentum intelligas, quemadmodum sanapsit Caluus. Etsi κέδρον aut κέδρου semper ferè, non κεδρίαν vsurpat Hippocr. & Caluus κέδρου vel κεδρίῳ legisse videtur.

287 κλυσμὸν] Collutiones istæ videntur ad fluores muliebres adhiberi, vt quæ supra commemoratæ sunt, ad vteri vlcera facere videntur. Ex his autem quædam repetuntur libro 2. περὶ γυναικ.

288 ἢ ῥοιᾶς] ῥοιᾶς γλυκείας ex codicibus Vaticanis legit Caluus.

289 ἐς τὸ ἐχῖνο] ἢ χίνα lego cum Cornario ex libro secundo περὶ γυναικ. vbi ἐς χίνα legitur. Vaticana autem exemplaria ante ὀποχέας, addunt ἔλαιον βραχέων.

290 μαλαγμάτιον] Hic vulgatam lectionem secutus sum, cùm in ea omnes codices conentiant, etsi non consentiunt Interpretes. Caluus legisse videtur, μαλάγματα, μαλάξαι ἐν ὕδατι ζέοντι, μελίκρητον ὀποχέας, ἀκροκλίνειν κλύζειν. Cornarius verò, μαλάγματα, μαλάξαι ἢ θλίψαι ἐν ὕδατι ζέοντι, ὀποχέας τὸ ὕδωρ. Videntur autem indicari colluriones lenientes & emollientes.

291 ἢ ἀμάρακον] μαράκινον legunt exemplaria Aldina & Vaticana. Caluus tamen ἀμάρακον retinet. Vaticana etiam exemplaria hîc legunt. ἐν γλυκεῖ κεκραμμένῳ ὑδαρεῖ ἀφεψῶν.

292 πυελίσεις] Adhibentur hi fotus in fluore muliebri libro 2. περὶ γυναικ. & πυελίσεις ῥέων dicuntur.

293 ἢ θειπίνησας] θειπίδας lego ex lib. 2. περὶ γυναικ. θειπάδας tamen legunt exemplaria Vaticana.

294 ἐς ῥάκος ἐνδήσας] ἐς ἱμάτιον ἐνειλίξας legunt Vaticana exemplaria.

295 πίπερα πυρῶν] Sic legunt publicata omnia exemplaria, sed manu scripta Regia omnia πίπερα κριθῆν legunt. Quam lectionem etiam Vaticana retinent. Vt patet ex Caluo qui vtranque lectionem suo more apposuit.

296 ὡς γυναῖκι] Istud vt antea iam scriptum est, ita etiam sæpiùs repetitur, vt libro primo περὶ γυναικ. & libro περὶ ἀφόρων. Quod caput est in tota γυναικείων tractatione maxime necessarium.

297 ἴσον κεράσας] Sic legunt exemplaria omnia, sed ἴσον ἴσῳ κεράσας lego cum Interpretibus ex libro secundo περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur, & pro vsitata Hippocrati loquendi formula.

298 ἐγχρίας ἐς ἐχῖνον καινὸν] Sic legunt exemplaria Germanica, sed κεχρὸν lego cum Erotiano & Interpretibus ex libro secundo περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur. Aldina exemplaria ἐγχρίας ἐς ἐχῖνον simpliciter legunt.

299 ἢ ὡὸν τῷ ἑλκωθῆναι] Id de ore vteri exulcerato accipio, velut libro 2. περὶ γυναικ. Cornarius tamen de vlcerata muliere accepit.

300 σάρκα βοὸς] Hîc carnis bubulæ frustulum pollicis pedis crassitudine paulò maiore, & longitudine sex digitorum facit, quod libro primo περὶ γυναικ. duorum palmorum longitudinis, & manubrij crassitudine esse vult, quo pro pessio ad pudendorum vlcera vtitur.

301 ἔνδες τὸ ψιλὸν] τὸ λοιπὸν τὸ σαρκὸς mihi legisse videtur Cornarius, quem secutus sum, nisi τὸ ψιλὸν τὸ σαρκὸς, nudam carnem, hoc est, reliquum totum carnis frustulum intelligas. Exemplaria verò Vaticana legunt ἢ αὖ τὸ ἕλκος ἢ.

302 περόδες πρὸς τὸ στόμα τὸ μήτρης] περόδες πρὸς τὸ στόμα τὸ μήτρης ἅπαξ legunt exemplaria Vaticana, quam lectionem etiam secutus est Caluus. Exemplaria quædam Regia manu scripta pro πεντάκις πεντακοντάκις legunt. Libro verò primo περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur, id ad dies quinque fieri vult.

303 ἢ σκιώνης ἐσπειώνης] ἐσπειῶ ὦν malo vt libro secundo περὶ γυναικ. Exemplaria autem Vaticana hic aliter legunt, ἐν τῷ ἀυτῷ ῥοδίνῳ δύσας, ἢ μέλιτι ἐνειλίξας ἐν ἱμείῳ. velut libro 2. περὶ γυναικ. Quam lectionem omnino sequutus est Caluus, neque hic toties hoc medicamentum repetit.

304 κόψον λεῖα ἁπάντα] λεῖα ἐν ἅλμῃ legunt exemplaria Vaticana, quæ lectio ex eo quod sequitur comprobatur.

305 τῦτο ὀδαπέσας ὡς λειότατον] τῦτο ὀδαπέσας, τρίψας ὡς λειότατον, legunt exemplaria Vaticana, quæ secuti Iunius cum Interpretibus, quod scribatur libro primo περὶ γυναικ. τρίζων ὡς λειότατον. Quod autem scribitur quoad grana interiora deponat, caricam bene coctam & coctione tabefactam intelligit, quod διεφθὸν ποιεῖν dicit lib. 1. περὶ γυναικ.

306 ὅζον κάρυον] ὄσον κύαμον legitur lib. 1. περὶ γυναικ.

307 κνίδης καρπὸν] καρπὸν legunt Vaticana exemplaria, vt lib. 1. περὶ γυναικ.

308 ἢ συμπλάσαι τῷ κοιλίῳ] Hanc vulgatam lectionem secutus sum cum Cornario, etsi codicum Regiorum & Vaticanorum lectio magis arridet, qui legunt ἢ συμπλάσαι τῷ πάλῳ, quod est, & confectum pollinem, hoc est, apparatam aut confectam polentam, bibendam dato. Quam lectionem etiam secutus est Caluus, aut συμπάσαι πάλην legendum, hoc est conspersum pollinem.

309 ὡς ἐκμάσσεσθαι δάκτυλον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed δακτύλιον lego in nostra Oeconomia, & de pastillo aut trochisco formando intelligo. Interpretes δακτύλῳ legisse videntur, & de glandula digitis efformanda sumunt.

310 τρυβλίον ποιήσας] Sic etiam legunt exemplaria omnia. Aldina verò etiam asteriscum apponunt, qui locum suspectum facit. Sunt qui τρυβλίον reponunt, sed non video quanam ratione hæc lectio quadrare possit, cùm non sorbendum aut bibendum medicamentum instituatur, sed veluti siccum lana tenui inuoluendum, & velut glandula supponendum. Quod effecit vt τρυβλιον glandulam sumerent Interpretes. Verùm locum corruptum existimo, neque τρυβλίον pro glandula apud Hippocratem alias me legere memini, sed τρίζων, λεῖον ποιήσας lego, vt medicamentum læuiter tritum, aut lænigatum, lana conuolutum in pessio supponendum intelligas, velut in Occonomia nostra scripsimus.

311 ἐν οἴνῳ πίνειν] ἐν οἴνῳ λευκῷ legunt exemplaria Vaticana, quam lectionem etiam secutus est Caluus & Cornarius, ex libro 1. περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur.

312 διδόναι πίνειν] ἀπὸ τρίζων διδόναι πίνειν legunt exemplaria Vaticana. Cæterùm hic Interpretes secutus sum, & lego, θρυλέγον τὸ ἐρυθρὸν, διδόναι πίνειν ἐν οἴνῳ, ὅταν τὸ αἷμα ῥαγῇ.

313 θεῖον τὸ καθαρτήριον] Istud medicamentum verbis iisdem repetitur lib. 1. περὶ γυναικ. Id quod superiorem nostram lectionem confirmat.

314 θεῖον τρίψαι σὺν ἐλαίῳ] ἐλαίῳ χλωρῷ requirit libro primo περὶ γυναικ.

315 καθαρτικὸν μαλθακὸν] Hoc medicamentum iam antea expressum & sæpiùs repetitum libro primo περὶ γυναικείων. tumultuariam istam operam, & ex multis locis sine ordine contextam indicat.

316 ξυμμίξας ἅπαντα] ξυμμίξας ἅπαντα τρίψας legunt exemplaria Vaticana, vt libro primo περὶ γυναικ. Quod verò hic scribitur, ὃπὶ ὀθόνιον ὠμόλινον, illic bis ὀθονίνιον ὠμὸν λίνου ponitur, quod lanuginem, aut pulueillum illum lanuginosum pectini insidentem dum linum depectitur significat, cuius ad excipiendum medicamentum, velleris, aut lanæ, aut tenuissimi lintei loco, vsus esse potest. Cuius etiam lectionis vestigia habet codex vnus Regius manu scriptus, qui pro ὀθόνιον ἵνα πίνιον vitiosè habet, pro ὀθονίνιν. ἐμέσω etiam pro ἐμέσων habent exemplaria quædam Regia manu scripta.

IN LIBRVM PRIMVM DE MORBIS MVLIERVM, AVT DE MVLIERVM REBVS.

ΤΑ ὃ ἀμφὶ γυναικείων νόσων] Hi libri in omnibus exemplaribus περὶ γυναικείων indicatura simpliciter inscribuntur, itaque passim ab Erotiano, & Galeno in Exegesi adducuntur, sicque in fine libelli περὶ ἐλλεβορισμοῦ appellantur, vt quibus mulierum res amplissimè contineantur & tractentur, eaque maximè communis est & commendatissima inscriptio. At vero γυναικεῖα νοσήματα vocantur in fine lib. quarti de Morbis, & libro περὶ ἀφόρων, & γυναικεῖαι νόσοι libr. περὶ γονῆς, vt quis morbos quibus mulieres præcipuè conflictantur, tractent, contineant & agitent. Qua de causa illis duplicem istam inscriptionem accommodauimus, & inter διεκπυητικὰ iure quodam adscripsimus, cùm longè difficilimam & maximè insignem Curatricis artis partem ad mulieres pertinentem respiciant, etsi Erotianus εἰς δίαιταν referat. Ad Hippocratem autem tractationem istam totam referri etsi satis constans est fama, idque satis testatur rei de qua agitur dignitas, apparet tamen eundem esse horum librorum authorem, quem libr. de Morbis & de Genitura, & περὶ ἐλλεβορισμοῦ. Istam autem materiam vt in Medicina præcipuè vtilem multi veteres versarunt. Diocles

τὰ γυναι-

τὰ γυναικεῖα συγγράμματα citat Galenus Comment. 2. in libro 6. Epidem. Aretæus quoq; vetustus medendi author, in Curatione Marasmi, se τὰ γυναικεῖα scripsisse commemorat.

2 εὕρεσα δὲ σφιν πυίεσι] πυίεσι γίνεσθαι legunt exemplaria Vaticana.

3 κὴ θαίρεται γυνὴ] ἀπὸκὴ θαίρεται ἡ γυνὴ legunt Vaticana exemplaria.

4 Ⓒ τῷ αἵματι] ἐν τῷ αἵματι legunt exemplaria Regia manu scripta. Illud autem Cornarius omisit, quod satis videretur de corporis amplitudine & capacitate dictum.

5 κὴ ἐν εὐρυχωρείῃ ἐὸν τὸ σῶμα] τὸ αἷμα legunt Vaticana exemplaria, propter id quod præcessit, vt sit merus hellenismus & repetitio Græcis familiaris Ionibus præcipue. Vtranque autem lectionem adhibuit Caluus.

6 Ⓒ ἰσχυρότερα τε κὴ στερεώτερα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quam lectionem etiam cum Interpretibus secutus sum, vt corpus validius, durius, solidius ac densius sit eius mulieris quæ nunquam peperit. Etsi mihi arridet Cordæi lectio, qui ἰσχυροτέρα κὴ στερεώτερα legit.

7 ἐπὶῶ λοχίων ἔμπειρος γίνοιτο] ἄπειρος lego cum Cordæo, etsi valde mihi probatur Vaticanarum membranarum lectio, ἢ οἱ λοχίων ἔμπειρος γίνοιτο. Quam lectionem etiam mihi secutus videtur Caluus, etsi vtranque pro more apposuit.

8 Ⓒ τῇ μητρέων εὐσταθμοτέρων ἐουσῶν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἀστεμοτέρων ἐουσῶν lego cum Cordæo & omnibus Interpretibus. Velut ἄστεμοι populi dicuntur Plinio, qui ore carent, & ἄστομον λιμῶα Græci dicunt.

9 ὥς μοι Ⓒ πρὶν ὄρνυται] ὥς μοι κὴ πρόειρη legit Cordæus, ὥσπερ μοι Vaticana exemplaria.

10 εὐσταθμῶς ἴσον ἔχουσιν ἐκείνοισιν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ lectio etsi ferri potest, vt par exactè & ad amussim æquale pondus ad lanas indicet, (vt sit εὐσταθμῶς idem quod ἐπὶ σταθμῷ, aut κὴ σταθμῷ) συσταθμος tamen cum Cordæo lego, itaq; apud Galenum in Exegesi legendum censeo, vt συσταθμως ἴσον σταθμῳ explicetur. Aut certè συσταθμον, pro εὐσταθμῶς ἴσον, Galenum hic legisse est vero magis simile.

11 θερμότερον γὸ τὸ αἷμα] Ea de re vide Aristot. cap. 2. libro 2. de part. animal.

12 ἐκόθη ἐς προφὼ τὸ αἵματος] Exemplaria Vaticana τὸ σάματος legunt, vitiosè vt opinor.

13 ἢ ἰδρωθῇ] ἰδρώσῃ hoc loco mihi legere videtur Erotianus, quod συνεκύφθη exponit, nisi apud eum ἰδρωθῇ & συγκαμφθῇ potiùs legendum sit, vt annotauimus in nostra OEconomia.

14 στενοχώρως τοῖς μήτρῃσι ἴσχουσι] στενοῦμεν pro στενοχώρως legunt exemplaria Vaticana.

15 ὅτι γὸ ἱκμαλέαι εἰσὶ κὴ σφίσι] κὴ τοῖς φλέβας legunt exemplaria Vaticana.

16 ἀπὸ λαγνείης] ὑπὸ λαγνείης habent exemplaria Vaticana, eademque κὴ ἡ κοιλία μὴ καθαίρεται legunt.

17 κὴ δοκέει ἄπτεσθαι] καὶ δόξει legunt exemplaria Vaticana.

18 κὴ ἐν τοῖσι πεμπταίοισιν] Istud ad curationem retulit Caluus.

19 ὑπείπτε]] ἐπίσαι ὑπείπτε], legunt Vaticana exemplaria, quæ mihi videtur secutus Caluus.

20 ἀλύξει τε] Hunc locum disertissimis verbis exprimit Galenus in Exegesi, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

21 κὴ διαχωρέονται ἐν αὐτῇσι] ἢ διαχωρέονται legunt exemplaria Vaticana.

22 ἐπὶῶ οἱ αἱ μῆτραι] Hic maximè popularem & vulgatam lectionem secutus sum, consentientibus omnibus exemplaribus. Cordæus tamen & Caluus ad vrinæ suppressionem retulerunt, quòd vterus in vesicæ stomachum & cervicem inciderit. Vaticana exemplaria pro ἀναπίπτουσι ἀναβάλλουσι legunt, & exemplaria Regia manu scripta pro ἀμβάλλουσι, ἀμβάλλουσιν.

23 κὴ πνεῦμα ἀναβαῖνον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed Cordæus πνεῦμα ἀναπλέει legit. Hanc verò dictionem satis exposuimus in nostra Oeconomia, hoc expresso loco.

24 κὴ πονέει μᾶλλον τὰ ἄλλα σώματα] κὴ τὰ ἄλλα σώματα legunt exemplaria Vaticana.

25 ἐπὶῶ ἀπολῃφθῇ] ἐπὶῶ ἐπιμηνισθῇ legunt exemplaria Vaticana, vt de sursum reuolutis mensibus intelligatur. Istud verò ad eas refero de quibus scribitur Prorrhet. 2. ὅσαι ἀπολείφει ἀπεμμένων ἢ φθίσιες γίνεται. Hunc enim præcipuè locum mihi hic subindicare videtur. Interpretes verò omnes hunc locum mihi aliter legisse videntur, κὴ ἐπὶῶ ἀπολῃφθῇ πάσχει πάντα, &c.

26 ἰσχυραὶ κὴ σφύξιες] ψύξιες legunt Vaticana exemplaria. Quædam etiam ἰσχυραὶ ad ὀδυνίας referunt.

27 ἅτε τὸ πυὸ διῤῥαγάδος] Exemplaria Regia manu scripta quædam φαγέδαινα pro διῤῥαγάδος legunt, quam etiam lectionem secutus videtur Caluus, etsi vtranque (suo more) adscripsit, vt nimirum partem à puris acrimonia erosam intelligas.

28 ἧσσον ὃ ταὐτὸν τῷὐδὲν] κρεῖσσον ὃ legunt exemplaria Vaticana.

29 ἐκπάγλως] Hanc dictionem isto expresso loco exposuimus in nostra OEconomia.

30 κὴ διαλεπτύνει] Lib. de Natur. muliebri, eadem in re legitur, ὥσπερτα διαλιπὼν ἡμέρας μᾶλλον ἢ δύο.

31 κὴ ἐμείρεται ἐξελθουσάων] ἐπαίρεται legunt exemplaria Regia manu scripta, vt de tumore ventris intelligatur prægnantium simili. Hunc verò locum exposuimus & expressimus in nostra Oeconomia.

32 ἐπτὰῶ ἡμέρῃ πεπτάκοντα] πεντεκαίδεκατα legit Caluus, qui videtur esse exactior grauiditatis terminus.

33 τὸ κὴ τὸ ὀμφαλῶ] κάτω τῶ ὀμφαλῶ legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus.

34 κὴ δοκέει ὥσπερ σάρκα εἶ] σάρκια legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana.

35 ἔπειτά ἐστιν ἧσι διαφανέονται] ἔπειτά ἐστι μὲ ἧσι διατείνονται legunt exemplaria Vaticana.

36 κὴ ὁδὸν ταύτην ἐποιήσατο] κὴ ὁδὸν ταύτῃσι ποιέσεται legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana.

37 Ⓒ κάτω ὑπὸ τὸ βυθοῦ Ⓒ] κὴ κὴ τὸ ὑπὸ τοῦ βυθοῦ Ⓒ legunt exemplaria Vaticana.

38 διαρκισαμένη κὴ ἰς ἐντὸς μοῦναι] ἰσχύσασα pro διαρκίσασα legunt exemplaria Vaticana.

39 φλιγματώδεα χορίοντα] χορίῳ pro χορίοντα legunt exemplaria Vaticana.

40 ἢ ἀμοῖ] ἢ ἀμῷ legunt exemplaria Vaticana. ἀμοὶ autem ἡσυχῇ, μαφῶς, ἐξαίφνης hîc significat, vt exposuimus in nostra Oeconomia. Cornarius ἀρισφάτως, aut νωθρὶ, aut ἀφύσως sumpsit.

41 ὑποφαίνοντα] ὑπεκφαίνοντα legunt exemplaria Vaticana, vt alios illabentes periodice menses significent.

42 ἀλλ' αἰεὶ βαρυώτερα κατ' ὀλίγον] Hanc quidem vulgatam lectionem cum Interpretibus secutus sum, hoc quidem sensu, vt alij subeuntes menses paulùm grauent, cùm primis duobus mensibus non admodum subeant, neque magna copia offendant. Cornarius tamen & Caluus pro ἰσιεἐξίει legunt. Vaticana autem exemplaria aliam habent lectionem, ἀλλ' αἰεὶ βαρυίει κρείσσω, ἴσα τῇ γυναικὶ τοῦ πρώτου μῆνας, ἢ ὅτι δύο, ἢ ὅτι τρεῖς, μὴ ἐᾶσιν κάρτα. Quæ lectio valde mihi arridet, hac quidem notione, vt subiens sanguis semper grauet, contingatque vt mulier primis duobus aut tribus mensibus non admodum grauitatem illam percipiat, cùm non tanta sit copia vt magnam molestiam adferat.

43 Ⓒ αἰείγειν] ἢ ἀλλ' ἢν legunt exemplaria Vaticana, & ἀεὶ τᾶς ἡμέρας.

44 κὴ τῇ πολλῶν] ἢ τῇ σκιλίων legunt exemplaria Vaticana.

45 κὴ μὴ δυνάμενον εἶ] ἴσται pro εἶ legunt exemplaria Vaticana.

46 διανατώσης ἐὸν αὖ] διανατώσειν αὖ legunt exemplaria Vaticana, vt χωλώσειν, quod disertissimis verbis mihi exposuisse videtur Galenus in Exegesi, cùm scribit, χωλώσειν, αἰσπερ κατὰ τὴ πρῶτον πυίησιν, vt scripsimus in nostra Oeconomia. Quod etiam animaduertit Cordæus.

47 ἢ ἀκρατία πικὰ τῇ μελίων] Exemplaria Vaticana legunt, ἢ ἀκρια πικὸς τῇ μελίων ἀκρατία ποιήσειεν, quod de extremi alicuius membri ad motionem impotentia intelligitur.

48 μὴ ἐμπεροτέκῳ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed μὴ deleo & ἐμπεροτέκῳ lego cum Caluo & Cordæo.

49 τῇ τε ἀπίκῳ] τῇ τε σφυροπίκῳ legunt exemplaria Vaticana.

50 κὴ τὸ σάματος] σωμάχῳ legunt exemplaria Vaticana. Caluus verò vtranque lectionem adhibuit.

51 πολλὰ καταλύοντα] ἀλλοῖα addunt Vaticana exemplaria.

52 κὴ ὅτι τυπτοῖσι] κὴ ἢν ὅτι τυπτέσιν legunt Vaticana exemplaria.

53 ἀλλ' αὖθις πολλὰ ἢ ἄλλα] πολλὰ ἢ θέσιν ἀλλοῖα legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam adhibuit Caluus.

54 κὴ ἄλλα ὀπιθέρεται] ἀλλοῖα legunt exemplaria Vaticana; & Caluus quoque. Nos tamen vtrobique ἀλλὰ potius legimus, & de copiosè ac confertim exeuntibus menstruis intelligimus cum Cordæo.

55 κὴ ἀλύει] ἀνυκτῇ legunt exemplaria Regia manu scripta, &

Vaticana, quam dictionem exponit apud Hippocr. Erotianus, & quædam exemplaria in Exegesi retinent, vt scripsimus etiam in nostra Oeconomia.

56 πρὸς τὸ φέρτερον] πρὸς τὰ φέρτερα legunt exemplaria Vaticana.

57 εἴτε ὑπνοῦσι ἀεὶ ζῇ] εἴτε ὑπνοῦσι ἀεὶ, εἴτε ὠὶ, legunt Aldina exemplaria. Vaticana verò, εἴτε ὑπνοῦσι εἴη, εἴτε ὠὶ.

58 ἢ πλείονας ἡμέρας τῷ σωμάτῳ] τῷ μάθῳ legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quam lectionem etiam habent exemplaria Regia manu scripta.

59 ἢ ξηχὺ πίνωνται] βεχὺ pro ξηχὺ habent exemplaria Regia manu scripta.

60 ἢ ἀμαλδυνέσθαι] Hic ἀμαλδυνέσθαι μαραίνεσθαι significare in nostra Oeconomia scripsimus, istumque locum expressimus.

61 γίνεται ἢ μάλιστα τότε] γίνεται ἢ μάλιστα ὅταν τὰ legunt exemplaria Vaticana, & πλέον ἢ μαθήσιος.

62 τὰ καταμήνια] συχνὰ addunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam secutus est Caluus.

63 πρὸς τὰ πρόσθεν] πρὸς τὰ ἐμπροσθεν legunt Vaticana exemplaria, vt per ea quæ subduntur paulò melius habeat, quam lectionem etiam secutus est Caluus.

64 ἢ καχόνλω] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia.

65 ὦὶ ῥόος γίνηται] ἢ ὦὶ ῥόος γίνηται legunt exemplaria Vaticana.

66 αὐτὰ πάσας ἢ ταὶ ἡμέρας] κατὰ πάσας legunt exemplaria Regia manu scripta.

67 ἢ ὅτι κρεῶν] ὅτι ὅτι κρεῶν ἰχὼρ legunt exemplaria Vaticana, quam lectionem secutus est Caluus.

68 μίχρι μὲν ὑπερνικῇ] ὑπερνέκη legunt Aldina exemplaria, alia notione, à verbo νεικέω quod est infector & inceſſo. ὑπερνίκῃ legunt Vaticana exemplaria.

69 ὦὶ ἢ γυνὴ τὸ σῶμα] Sic legunt Vaticana exemplaria, ὦὶ ἢ γυνὴ φλαύρως ἔχει, & ἢ φλεγματώδης, οἱ τὰ ὑπημόνια χωρέει φλεγματώδεα. Quam etiam lectionem secutus videtur Caluus.

70 ἔξω ἥκει] ἔξω ἴῃ habent Vaticana exemplaria.

71 ἐκλὺ πλησαίζῃ τὰ ὑπημόνια] ἴσως οἱ πλησαίζῃ τὰ ὑπημόνια legunt exemplaria Vaticana & Aldina.

72 ῥηΐα ὅτι ὀλίγων χρόνων] ῥηΐζει ἐπ' ὀλίγον χρόνον πρὸς τὰ πρόσθετα, legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam secutus est Caluus.

73 ἄχρις ἓ ῥόος οἱ ἐκχεῖ] οἱ ἐρχθῇ legunt exemplaria quædam, vt supra.

74 ἵσταται ἢ ταύτῃ] ἵσταται ἢ ἢ ταύτῃ, legunt Vaticana exemplaria.

75 ἢ ὦὶ πρόσθεν γίνηται] ἢ ὦὶ ῥόος πρόσθεν γίνηται legunt Vaticana exemplaria, eamque lectionem secuti sunt Caluus & Cornarius.

76 τὰ δὲ ἄλλα πάσχῃ ταύτῃ] πάσχῃ τὰ αὐτὰ legunt exemplaria Vaticana, quæ secutus est Caluus.

77 ὅτι δυσεκρία] ὅτι δυσπατεῖ legunt exemplaria Vaticana, & vtranque lectionem (pro more) adhibuit Caluus.

78 εἰ σφιν ὀδυνήσεται τὰ καταμήνια] Hîc quædam adduntur in exemplaribus Vaticanis, quæ huic loco parum mihi respondere videntur, ideóque lubens omitto.

79 ἀλλ' ἰδρῶτα] Hunc propriè locum mihi respexisse Galenus videtur, cùm ἰδρῶτα, λοξῶτας σωιζόμενα, exponit, vt scripsimus in nostra Oeconomia, vbi istum locum expressimus & apertuimus.

80 ὅτι ἀποδίλει λεπτὰ] ὅτι ποδείσιον λεπτοῦν, aut ποδείων λεπτῶν legit Cordæus. Sed ea notione quam adhibet, ὅτι ποδείσιον λεπτοῦν malim. Nos codicum pluralitatem secuti nihil immutauimus, quod sic quoque sensus stare possit. Istum autem locum subindicare mihi videtur Galenus Comment. ad aphor. 2. lib. 4. & 36. lib. 5. dum scribit Hippocratem lib. 1. περὶ γυναικ. ex menstruis redundantem in corpore humorem, quanam ratione dignosci possit docuisse. Aëtius etiam Tetrab. 4. lib. 4. c. 65. hunc locum ex Hippoc. vsurpare videtur ad humoris in corpore dominantis dignotionem.

81 ὁκόταν αὐτόσισιν] Hunc maxime popularem sensum secuti sumus, vt elui lintea nocturna oporteat, vbi per diem & noctem in cinere sita fuerint aut iacuerint. Cordæus verò αὐτόισιν & ποδείοισιν legit.

82 ὅλον τὸ τὸ σῶμα ἀφρίειν] ἐς ὅλον legunt exemplaria Vaticana.

83 ἐντεῦθεν ἤδη τὸ σώματος παντὸς περιοιδέσθαι] Vaticana & Aldina exemplaria legunt, ἐντεῦθεν ἢ τῶ σώματος παντὸς, ἢ ταὶ ὑστέραι, ἢ τὸ σῶμα ἰδεῖν. Quam lectionem secuti videntur Caluus & Cornarius. Quæ lectiones etsi eodem spectant, ista tamen rectam quandam medicationis viam magis indicare videtur.

84 ὅσῃσι γὰρ γίνεται] Hîc vulgatam Germanicorum codicum lectionem secuti sumus cum Cordæo, etsi Vaticanos & Aldinos codices secuti sunt Caluus & Cornarius.

85 ἢ ἰχωρώδεα] χολώδεα legunt Vaticana exemplaria.

86 τὸ σῶμα ἴξυγρον] τὸ σῶμα ἔξυγρον legunt Vaticana exemplaria quæ secutus est Caluus.

87 τῶτο ἢ πίεσι] τῶτο ἢ πιέσει πότε lego cum Cordæo.

88 λυτρῶσιν ὀλίγοισιν] Hîc certè vitiosi sunt codices, λυτρῶσιν ὀλίγοισι, πλέοσι ἢ τίσι & κυφοῖς χρῶνται, legendum videtur, quam lectionem secutus videtur Caluus. Cornarius istud ad superiora retulit, vt velit torosum illum corporis habitum vsu paucorum balneorum, & multorum leuium laborum comparari. Quem sensum secutus est Cordæus, sed κυφοῖς non legit.

89 κνίζειν τοῖς ἢ ἄσσα] Vaticana exemplaria legunt τοῖς ὑδρίοις ἄσσα &c. vt colluliones ex odoratis & suauibus fieri velint, quæ suo calore & grato odore causam frigidam oppugnant, dissoluunt, & attenuant, vterorumque osculum conniuens leuiter diducunt.

90 ἀμφικαλύοντα πλὴν ὑστέρων] Neque solum os vteri aliò versum aut detortum genituram suscipere prohibet, sed etiam efficit vt vterus rectè expurgari non possit, vt scribitur libro secundo περὶ γυναικ. vbi istud repetitur, & quod στόμα ἐπισταμμένον, illic κλίνεσθαι ἑτέρωσι dicitur.

91 περιδιαπαξομένου] Etsi constare hæc lectio potest hoc sensu, vt mulier aut obstetrix quædam digito suo immisso abstrahens, os vteri à coxendice auellat aut distrahat. Sed περιδιαφαμμένου aut περιδιαμμένου legere malim vt scripsimus in nostra Oeconomia, propter consuetum Hippocr. loquendi modum, cùm sit περιδιαφάσσω & περιδιαφάω, περιδιαὸς μὴ κνήσιος Galeno, immissa manu leuiter contrectare & attingere. Hîc autem ἀποσπᾶν idem quod ἀποσπᾶσθαι libro 2. περὶ γυναικ. significat, quod est abducere, auocare & abstrahere os vteri, ἀφέλκειν τὸ στόμα τῆς ὑστέρης dicitur libro περὶ γυναικ. φύσιος, & ἕλκειν τὸ στόμα libro 2. περὶ γυναικ. eadem in re. Cornarius autem περιδιαπαξομένου legisse videtur, & ad στόμα retulisse.

92 οἷόν τε γίγνεσθαι ξυμμίσγειν] ξυὶ σμύρνη ξυμμίσγειν legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus.

93 ὠμήλυσιν δισσὴν ἐν οἴνῳ [Exemplaria Vaticana addunt, ἡμέρας τέσσαρας πτίσσε, quod etiam addidit Caluus.

94 ὡς εὐχρινέα ᾖ] Hunc locum exposuimus in nostra Oeconomia.

95 πάνυ φευκτίαι] πάντῃ φευκτίαι legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam secutus videtur Caluus.

96 ἔταν τὰ ὑπὸ τ' ὑπαπείης ἔχῃ] καλῶς ἔχῃ legunt Vaticana exemplaria, eamque lectionem secutus est Caluus vt optimam & valde Hippocrati familiarem.

97 κατὰ τὴν ἰδίλφισιν] ἰδίμφισιν ἀκέονται aut φύονται exponitur Galeno in Exegesi. Hîc autem significat firmiorem redditum vteri stomachum, à medicamentis mordacibus & calefacientibus abundè detersum, familiarem vtero reddi, & cum eo cognationem quandam & familiaritatem contrahere, qua semen iniectum complectatur & contineat. Sic enim istum locum fusissimè videmur in Oeconomia nostra explicasse. Hîc autem locus repetitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. vbi pro στρῶμα γίνεται σκληρὸν γίνηται scribitur.

98 ἢ ὦὶ σκυρωδῶσιν] Sic legunt exemplaria omnia, istamque lectionem agnoscit Galenus, & σκυρωδῶσι πωρωδῶσι exponit, vt σκύρον πῶρον ex hoc loco. Erotianus autem σκυῤῥωδῶσι legit, οἷ σκυῤῥωδῶσι, & σκληρωδῶσι exponit, vt & σκυῤῥὸν hîc legit. Sic libro περὶ γυναικ. φυσ. ὦὶ ἢ σκυῤῥωθῇ legitur, & de vteri ore occallescente dicitur. Exemplaria vero Vaticana hîc vitiosè πληρωδῶσι pro πωρωδῶσι legunt. Videturque hæc lectio ex Galeni expositione dimanasse, aut fortasse ea Galeni expositio ex quorundam codicum scriptura desumpta fuisse, quod Galenus in quibusdam codicibus πωρωδῶσι pro σκυρωδῶσι legerit, vnde postea scriptorum errore in πληρωδῶσι defluxit. Et Caluus vtranque lectionem pro more adhibuit. Eadem quoque Vaticana exemplaria αἴσιον pro ἀῖσιν legunt.

99 ἃ δὴ ξόντα] ἃ δάξοντα legunt Aldina exemplaria, Vaticana verò ἀδάξοντα & λεπτὰ pro λευκά. Erotianus verò hunc locum ita legit, ὀδάξοντα γὰρ καὶ λεπτὰ καὶ πυράδη ἔντα, τὸν σκύῤῥον δέχεται. ὦὶ δὲ λαπαχθῇ, μαλακοῖσιν ἰήσασθαι. Quam lectionem vitiatam existimamus, & legendum censemus, ἀδάξοντα γὰρ τὰ λεπτὰ, ἢ πυράδεα ἐόντα τὸν σκύῤῥον δέχεται, quam lectionem secuti sumus in nostra Oeconomia. Aut, ἀδάξοντα γὰρ τὰ λεπτὰ καὶ πυράδεα ἐόντα, vt respondeat lectioni libri περὶ γυναικ. φυσ. vt scribitur, δάκνοντα γὰρ δέχεται τὸν ἰχῶρα. Aut Erotiani lectio retinenda est, & pro δέχεται legendum. Apparet autem Caluum λεπτὸ & λευκὰ legisse, cùm vtranque lectionem adhibuerit. Et certè ad ea referuntur quæ

à merda-

à mordacibus & acribus medicamentis appositis eliciuntur, & humores tenues & acres qui ab eis eliquantur respicit, ἰχῶρα dixit lib. de Natura mulieb.

100 λιῶ ὃ δὴ πολλῷ] δὴ παλαιῷ legunt exemplaria Vaticana, quēadmodum etiam legitur libro περὶ γυναικ. φυσ. vbi ista scribuntur, & πρὸ θηλυσίων ἐμφαινομένων legitur, pro μὴ φαινομένων quod etiam adscripsit Cordæus. Verùm χολὼ αὖλω requirit Hippocr. quod ξύλῃς χολὼ ἕωϊς dicitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. vt derasum & aridum fel bubulum oleo dilutum tenui lanugine aut gossypio exceptum & subditum intelligas, quod non satis sua interpretatione expressit Cordæus. Pro αὖλω autem αὖῃ vitiosè legunt exemplaria Aldina.

101 λιῶ γοῦν μὴ λήθῃται ἡ γυνή] Istud etiam antea adscriptum est libro περὶ γυναικ. φυσ. Longè vero amplius scribitur lib. περὶ ἀφόρων, vbi veteri oculo obtentam esse membranam vult, eiusque multa adscribit remedia. Apparet autem ex Caluo quosdam codices μὴ ὀργομένων legere.

102 γνώσῃ ὃ τῷ δακτύλῳ] Etsi hoc modo lectio stare potest, facilior tamen sensus est, si λιῶ τῷ δακτύλῳ legas, vt respondeat libro περὶ γυναικ. φυσ. ἄψῃ autē legit Cordæus, cū ἅψῃ vtrobiq; legatur.

103 ἐν μέλιτι ἢ ὑδρομέλιτι ἀραιῷ ἀλοίφῃς] Meliùs, ἐν μέλιτι ἢ ὑδρομέλιτι ἀραιῷ ἀλοίφῃς.

104 ἄμεινον ὃ τὸ χεῖλος ἄμεινον] Constat ex Caluo quædam exemplaria legere, ἄμεινον τὸ χεῖλος πάσῃ ἄμεινον.

105 ἢ τὸ τὸ ὄζειν αὖτον] ἢ ταύτῃσιν ὄζειν αὖτον ἐν τῷ εἰρημένῳ legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus. Cordæus τῷ εἰρημένῳ legit.

106 ἢ τῷ μητρείων ἁγίων ἐωσέων] Quid de hoc loco sentiremus scripsimus in nostra OEconomia, eumque exposuimus. Lego autem ἀπὸ μητρείων ἁγίων ἐωσέων. Confertis enim & condensatis veteris in seque contractis, contingit in eo motu membranas non satis propter læuorem adhærescentes excidere, & fœtum perdere. Alia tamen Cordæo mens est, sed cur hanc scriptionem sequeremur illic scripsimus, tū quòd mihi propiùs ad veterum lectionem accedere videatur, etsi omnes suspecti sint. Exemplaria Aldina sic legunt, λιῶ γὸ λεῖαι ἴωσιν ἔσῃ, ὅτε προέχοντες αὐτὸ ἄπτηνον ὡς ἐχόμενοι τῷ μητρείων ὡς δεῖ οἱ ἁγίων ἐωσέων. Quam lectionem etiā ex manu scripto codice refert Cordæus, etsi prorsus vitiata est. Exemplaria autem Vaticana legunt, λιῶ γὸ λεῖαι ἴωσιν, ἔσῃ ὅ τι οἱ ὑμῆνες ἐπ' αὐτῶν ἀφίσαῃ), ἐπὶλιῶ τὸ παιδίον αἴρῃ) κινέοντες, οἱ προέχοντες ἄπτηνον ὡς πάσῃ. Quæ certè lectio non magis integra videtur, etsi eam secutus est Caluus.

107 προὶ ὃ ἢ λέπτῃσι] Vaticana exemplaria hîc legunt, προὶ ὃ ὡς ὃ ἀπαλέως, nullo sensu.

108 ὑ γὸ αἰμόῤῥῃ] Istud quidem ad decorum mihi spectare videtur, cùm muliebrem verecundiam Hippocrates domi, hoc est, intra sacra Medica septam teneat liberali custodia, eamque vt adultam virginem castè tueatur, & ab impudentibus procis & amatoribus, quoad eius fieri potest, prohibeat. Ideoque ferè semper locorum muliebrium contrectationem & remedia mulierculis committit. Quod etiam rectè vidit Cordæus. Vaticana verò exemplaria aliter hæc legunt, ὑ γὸ ἄμφω δῆθ' ὅλλον γίνεται. Quam lectionem Caluus & Cornarius secuti sunt.

109 λιῶ γυναῖκα μὴ δυναμένῳ] Hic locus vt valde necessarius in tota γυναικείων tractatione bis reperitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. & semel fusissimè lib. περὶ ἀφόρων.

110 ἢ ἰσῇν ξηρανθῆναι] Vaticana exemplaria ἀναβλῦναι pro ξηρανθῆναι legunt.

111 ἢ τῷ φύλλων] Foliorum hederæ succum cum Caluo intelligo, ideoq; nihil immuto. Cordæus tamen τὰ φύλλα legit, & de semine silphij intelligit. Verùm de eo κόκκος dici me adhuc legere non memini, cùm eius semen sit foliaceum & latum vt scribit Theophrastus & Galenus, ideoq; φύλλον dicitur.

112 ἐ-ῆσας ἢ σίδιον] ἠσίδιον legunt exemplaria Aldina & Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus, qui & νησίδιον legisse videtur.

113 ἰμερωθῆναι] Hunc locum conceptis verbis mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm ἰμερωθῆναι poni scribit apud Hippocratem, αὐτὴ τῷ ἢ ὀπιθυμίης τυχῆσαι, αὐδεὶ μιγῆναι. vt quæ cum viro congressæ veneris apperentiam expleuerint. Quem locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia.

114 ἢ λιῶ ὀπιφατίσῃ] Id mihi de seminis commoderatione aut contemperatione non malè sumi posse videtur, quam cùm assecutum fuerit, fraternè cum mulieris semine conciliatur, germanamq; (aut vterinam vt rectè dixit Cordæus) cum eo societatem init. Potest & de seminis virilis potentia dici, quod ad permixtionem potentius est, & suo veluti calore ac spiritu alterum contemperat, fouet, & in societatem trahit. Cordæus lectionem immutauit & legit, ἢ λιῶ ὀπιφατίσῃ πάσῃ, & de seminis vtriusque inter se commoderatione & attemperatione sumpsit. Nos nihil immutauimus propter perpetuum codicum consensum, & πάσῃ ἁλίφισαι legimus cum omnibus Interpretibus.

115 ἢ πασῶ ὄζει] Sic quidem legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, quod distentionem per se significat, siue ad os vterorum, siue ad totum corpus referatur, quod in purgatione menstrua, veluti totum ad fluxionem contentum est & comparatum, ideoq; maximè perturbatum, quæ contentio aliquantisper post purgationem manet, in eoque temporis articulo facilior erit conceptio, quòd venæ promptiùs semen attrahant, πεπαῦσθαι legit Cordæus, quam lectionem ex Interpretibus sumpsisse videtur.

116 λιῶ ὃ γόῳ ὑποῤῥέῃ διῖπτὴς] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia, siue διῖπτὴς γόῳ dicatur genitura continuo cursu aut impetu defluens, siue quæ à superioribus locis, velut cerebro aut neruis effluit. Priori certè interpretationi consentiunt exemplaria Vaticana, quæ post διῖπτὴς ἢ μὴ λήγῃ legunt, quæ secutus est Caluus, vt continenter ac iugiter effluentem genituram indicent. At Erotiano (hoc propriè subindicato loco) διῖπτης aut διπτὴτης γόνος αὐτὴ τὰ δέῃσις ἢ καθαίρει ponitur. Est autem torrentis epitheton sæpè Homero vsurpatū. Hic autem locus parum mihi videtur integer & in omnibus codicibus corruptus. Aldina exemplaria legunt, λιῶ ὃ γόῳ ὑποῤῥέῃ διῖπτὴς, ἢ μὴ πύρ ἔχῃ βλαπτόν, reliqua omnia omittunt. Vaticana verò, λιῶ ὃ γόῳ ὑποῤῥέῃ διῖπτὴς, ἢ ἡ γυνὴ ὑ ξυμμίσγηται ἀπαθέως πρὸ αὐδεί, ἢ ἰξύες ἐπώδυνοι.

117 ἢ λιῶ ἰσφὺς] Lego, ἐ ἰσφὺ ἢ πάχεια πόνος παρίχωσι καὶ μὴν πύρ ἔχῃ βλαπτόν, ἢ αὐδυναμίη ἢ ἀψυχίη ὑπάρχῃ), cùm Caluo & Cornario.

118 λιῶ τὰ ὑπομιλύα ἀφεχωρέῃ αὐτίκα] Illud αὐτίκα profluuij mēstrui statam periodum indicat, & de tempore singulis mensibus recurrente dicitur, sicq; in omnibus exemplaribus legitur. Cordæus pro αὐτίκα αὐτὴ κῦ μιλῶα ἴκασον legit.

119 ἀφαιμάσσεται τὸ αἷμα] Exemplaria Vaticana legunt, ἢ ἀφαιμάσσεται τὸ αὖξης τὸ ἐμβρύου ἢ τὸ αἵματος, quam lectionem etiam secutus est Caluus.

120 μελαναιομένης ὃ τὸ γυναικὸς] Hoc membrum omittit Caluus. Exemplaria verò Vaticana legunt, ἢ αὐτὴ ἡ γυνὴ ὑμαίνῃ.

121 καταβαίνῃ τὸ φλέγμα] ἢ καταβαίνῃ legunt Aldina exemplaria & Vaticana, quæ secuti sunt Caluus & Cornarius.

122 ἢ καταῤῥήσῃ] ἢ καταῤῥήσας lego, vt sit cum impetu in ventrem decidit eumq; præcipitat & deiicit. Exemplaria verò Vaticana ἐς πᾶν κοιλίαν legunt.

123 ἢ παλμοὶ ὄζειν ἦσιν] ἔζειν εἰσὶν legunt exemplaria Vaticana.

124 ἐν κινδύνῳ ἔσαι ἀπολωλυῖμένη] ἀπεγχθῆσαι pro ἀπολωλυῖμένη legunt exemplaria Vaticana, vt periclitetur ne tollatur è medio. Est enim ὑποφόρια αἰωρῆς, vt & ὑποφέρει αἰωρεῖν exponitur Galeno Com. 3. in lib. 3. Epid.

125 ἢ ἄχθος βιάσῃ] ἢ ἄχθος δίῃ ἀφῃ legunt exemplaria Vaticana, quæ lectio videtur esse explicatio quædam.

126 ἐ πίῃ)] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia. Caluus autem πίρνῃ pro πίλνῃ) legisse videtur.

127 ἢ λῶ σμικρὸν ἔπῃ] Nos id cum Cornario & Cordæo ad fœtum retulimus, cùm possit etiam ad id quod accidit referri.

128 ἢ λῶ ἑαῦτα φάγῃ ἢ πίῃ] φάγῃ ἢ πίῃ ἡ γυνὴ legunt exemplaria Vaticana. Deinde, ὅστοι ἰσχυρὰς ἀδῖνας ἀφεχθῆναι πρὸ κοιλίαν. Quam etiam lectionem secutus est Caluus.

129 ὅτι δέῃσθαι ἄκουσαι] Hic vulgatem sensum cum Interpretibus secutus sum, cùm ei maximè quod sequitur conuenit, etsi lubenter Cordæi lectionem amplector, vt ἄκουσαι παιπρωμένῃ dicantur prægnantes & grauidatæ, ad eumq; locum Galeni expositionem accommodauimus in nostra OEconomia.

130 ἢ ὀπτυχῖν αὐτῇ] ὀπτυχῖν αὐτὸ lego cum Cornario & Cordæo, vt scripsimus in nostra OEconomia.

131 ἢ λῶ τὰ καταμηνιὰ χωρέῃ) χολώδεα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἢ τὰ καταμήνια χωρέῃ) χολώδεα lego cum Cordæo.

132 ὑ γὸ ἐμεῖος] ἢ γὸ lego cum Interpretibus omnibus, etsi in hac scriptione consentiunt exemplaria omnia, eamq; retinuit Caluus, & ὑ γὸ ἐμεῖος τούτοισι χολώδεος ἢ legit, ex Vaticanis codicibus, quæ lectio sic quoq; stare potest.

133 ὅταν οὖν ὦσιν τὸ γόνιμα] γόνῃ) αὐτῇ legunt exemplaria Regia manu scripta, sed αὐτὸ ὄχως μὴ ἀνατῇται legit Cordæus.

134 ἢ φανῇ) ὑμῆνάδες] ὑμῆνάδες legunt exemplaria Vaticana.

135 ἢ παθήματα ὅμοια κοίνα χωρίσαι τα] χωρίσαται pro χωρίσαι τα legunt exemplaria Vaticana, eamque lectionem secutus est Caluus.

136 ἐλάσσονα ὃ χρόνον μὲ τῷ καταμηνίων] ἐλάσσονα ὃ χρόνον μᾶλλ legunt exemplaria Vaticana, quæ secutus est Caluus.

137 ἢ ὦ οἱ φλεγματώδης ὑ λοχίη καθαρσις χωρίσῃ] Exemplaria Vaticana legunt, ἢ ὦ οἱ φλεγματώδης ὑ λοχίη καθαρσις χωρὶς ἰλάσσονα τῆδ ὑγιείην. Eamq; lectionem secutus est Caluus.

138 ἢ φυσηθήσῃ ἐξ ἀρχῆς ὦ ὑγιασθῇ] μάχεις αὖ ὑγιασθῇ legunt exemplaria Vaticana.

139 χαλεπὸν γὰ τοῦς ἑστεωτόνιμα] τὸ νόσημα legunt Vaticana exemplaria.

140 ὥ τὸ δεῖ ἀγαθὸν ξωστιδίζμεν] δεῖ πολλὰν ξωπτιδίζμων legunt exemplaria Vaticana.

141 ἢ εἰ τὰ καταμηλώια τὰ ὑδατώδεα χαρεῖ] ἢ ἢ τὰ καταμηλώια legunt exemplaria Vaticana, eamque lectionem secuti sumus cum Interpretibus omnibus.

142 τῶ κοιλίῳ] Id de ueri cauitate interna mihi accipi videtur, cùm uterus sua cauitate plus æquo sit inanis & uacuus, eūq; sensum secutus sum cum Cordæo, cùm cæteri Interpretes mihi sic legisse uideantur, ἢ ἅτε τ μήτρας κενεωτέρης ἢ τῆς κοιλίης τῆ χαμαὶ ἐούσης.

143 ἢ πνίγα ποιῆσ] ποιεῖ legunt Vaticana exemplaria, eamque lectionem secuti sunt Caluus & Cornarius.

144 ὀπλαμβαίωσ γᾶ] ὀπλαμβαίῃ aut ὀπλαμβαίῃ legunt Interpretes. Caluus verò pro τ ὄξηπνοον ὀπλοον legit. Eadem autem phrasi usus est antea, de ueteris scribens, ὀπλαμβαίνουσα τ ὄξηπνοον τὸν ἀμφὶ τῶ κοιλίῳ.

145 ὦ πνα ἐφεῖσα τὰ μήτρας πνιγείη] Sic legunt exemplaria omnia quæ nobis uidere licuit, mihi tamen admodū suspecta lectione. Cornarius & Cordæus legunt, ὦ πς ἡ κύουσα τὰ μήτρας πνιγείη. Verùm non parum suspecta est hæc phrasis, τὰ μήτρας πνιγείη. Hanc tamen lectionem secutus sum, quòd is mihi sensus esse uidetur, eadem perpeti mulierem quæ supra commemorata sunt in ueri suffocatione, uacua muliere & minime grauida. Ideoq; ἐφεῖσα τὰ μήτρας dici posse uidetur ea mulier quæ uterū laxatum habet, aut uacuū, & effusum, hoc est, minimè plenum. Sunt qui legant, ὦ πνα ὄφρα τὰ μήτρας πίγειν, sed ὦ πνι malim. Caluus verò legisse uidetur, ὦ πνα ἡ φύσα τὰ μήτρας πνιγείη, etsi ἐφεῖσα etiam retinuit & utramq; lectionem adhibuit. Vnde etiam legi posse existimo, ὦ πνι ἡ φύσα τὰ μήτρας πνιγεῖν, aut πνίγῃ, hoc sensu, eadem huic accidere omnia quæ commemorata sunt, ubi mulier ex flatu strangulatum ueri perpetiatur, aut perpessa sit.

146 ὅλων τῶν ἰκμάδα ἰλκύσαν] οἷα τῶν ἰκμάδα ἰλκύσαν legisse uidentur Cornarius & Caluus. ὅλ pro ὅλων legunt exemplaria Regia manu scripta quod ex οἷα corruptum existimo.

147 λιπόντες τῆ ἐμβρύῳ] λαβόντες τῆ ἐμβρύῳ uidetur legisse Cornarius.

148 χαλεπὸν ᾗ ἢ ὦ ὑπὸ πόδας χωρήσῃ] χαλεπώτερα δ legunt exemplaria Vaticana.

149 ἢ διαῤῥέον ἢ] ἢ ὄξηπλοον ἢ legunt exemplaria Vaticana.

150 ὑποληφθῇ] Hunc locum subindicat Galenus in Exegesi, cùm ὑποληφθῇ ὑποχάζῃ & ὑποῤῥεῖ exponit, ut scripsimus in nostra OEconomia.

151 ἢ δὴ κοιλίῳ αἱματώδεα εἶναι] εἰέναι pro εἰσιέναι legunt Aldina exemplaria. At Vaticana exēplaria ἥκατα legunt, longè alia notione, & ad id quod sequitur referre uidentur, quòd mulier debilior reddatur, quia sanguis imminuatur, & uenter sanguinis copia inferior sit ac superetur.

152 ἢ ὦ τεκέτης ὑστέρη ἐξανειμωθῇ] Ista priùs etiam scripta sunt περὶ γυναικείης φυσ.

153 ἢ ὑστέρη ξωιλικῆ]] ξωελικῶται legit Caluus.

154 ὠὰ σωῤῥοφεῖν] ὠὰ σωὸ ῥίφ ῥοφεῖν legunt exemplaria Vaticana. Caluus hanc etiam lectionem secutus uidetur.

155 ἢ τούτῳ ὑποθυμία] Sic legunt exemplaria omnia, quamuis repeti uideatur & superfluum esse. Sed id solenne est huic authori, & Ionibus omnibus, ut sæpe plurima bis dicant aut repetant. Significat autem ex his suffitum parari debere.

156 ὦ παιδία ἀφθᾶ τὰ αἰδοῖα] Istud iam antea eodem modo scriptum est lib. de Natura Mulieb. ubi etiam παιδιόθη legimus cum Cornario, ut puerperam intelligas cui à puerili enixu naturalia superficiario ulcere aphthis simili ulcerata sint. Cordæus δξὲ παιδία legit.

157 ὡῆῃ δ' ὑγρὸν ὡς χρὴ] Hîc ὑγρὸν uocat, quem ὕδρωπα αἱματώδη dixit, & ἰκῶρα simpliciter, aut ἰκῶρα αἱματώδη, lib. de Nat. pueri, in Coac. Prænotionibus τὰ ὑδατώδεα. Vulgus aquas non malè aquosam illam proluuiem appellat. Caluus autem μεῖον ᾗ, μὴ ᾖῃ legisse uidetur ex Vaticanis membranis.

158 ὡς μὴ ἐκ τούτε] ἐκ τόκε pro ἐκ τούτε legisse uidetur Cornarius.

159 ἢ οἰδέῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ut prior tumor, de intumescentibus circa pudenda locis sumatur, hic verò de intumescente toto corpore à fluxione per totum sparsa intelligatur. Cordæus verò ἰδέῃ legit.

160 ἢ εἰ ὀδύντες βρύχωσι] Post βρύχωσι ἀψυχῆ addunt Vaticana exemplaria.

161 ἢ γδ τύτων τὴ ἢ] ὦ γδ lego cum reliquis exemplaribus & Interpretibus.

162 ὑπισχα ἡμέρη πέμπτη ὑ ἑβδόμη] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & ad superiora referunt. Cordæus verò ad præcedentia retulit & legit, ἢ νυχμὸς ὑπισχα ἡμέρη πέμπτη ὑ ἑβδόμη, etsi sua expositione uulgatam lectionem sequitur.

163 ἢ δ' λοχεῖα οἱ κρύψεται] κεκρύψεται legunt exemplaria Regia manu scripta.

164 ἢ δὴ τυπίοισι καθωμαδέῃ] μᾶλλον ἢ δὴ τύπιοισι legunt exemplaria Vaticana.

165 ἢ βιαδεῖσα] μὴ διαδεῖσα legunt exemplaria Vaticana, quæ lectio non omnino mihi improbanda uidetur.

166 δοκέει ὡς ἄκρατα] ἀκρίδια legunt exemplaria Vaticana, eaque secutus est Caluus.

167 μάλιστα τῶ κοιλίῳ ὀπλαμβαίῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Vaticana autem habent, μάλιστα ᾗ τῶ κοιλίῳ φιλέει τοῦ ὀπλαμβαίειν. Nos cum Interpretibus legimus, ἓ μάλιστα τῶ κοιλίῳ ὀπλαμβαίνει.

168 ὦ ἀμοῦ μιλιδαίνῃ] ἀμοῦ pro ἀμοῦ legunt exemplaria Vaticana, quam dictionem exposuimus in nostra OEconomia.

169 ἢ ὑποψύχεται] Lib. de Nat. mul. ubi ista repetuntur. λιποψυχίει scribitur.

170 ἢ πδίνεται ὑπὸ μολίβδυς] σεσιδήρεα legunt exemplaria Regia manu scripta.

171 ἢ τῶ πίσσῃ τῶ ὀφθῷ] Hæc pix cum aromatibus cocta πίσσα ὑδρωπὶ dicitur, quemadmodum postea lib. 2. eadem in re πίσσαν ὑδρωπῶ adhibet.

172 μὴ δὲ τοῦς καθαλιπεῖν] ὀξαλιπεῖν legunt exemplaria Vaticana.

173 ἢ κόκκοις ἐκλείφας] Exemplaria Vaticana legunt, ἢ κόκκως δύο ἐκλείφας ὅσ δύο πόσιας, quæ secutus uidetur Caluus.

174 ἢ περιελίξας περὶ πτερόν] Id mihi perinde significare uidetur, quod aliàs scribitur, ἔλαιον περὶ πτερὸν ποιέειν, ut circum pennam inuolutum aut obductum medicamentum glandis forma subdatur, quod est in tota muliebrium tractatione admodum familiare. περιπτηρὶν autem Cordæus legit, & pinnatum pessarium dicit.

175 τὰς μὲ ἐν ἀρχῇ ἡμέρας] τρεῖς μὲ ἐν ἀρχῇ ἡμέρας legunt Vaticana exemplaria, eaq; secutus est Caluus. τρίσῳ autem lego, ut ὀπτρίσῳ. Cornarius autem μέλαν τὸ κύπειον legisse uidetur, & Galeni expositionem in Exegesi adhibuisse, ut scripsimus in nostra OEconomia. μελαίδιον tamen legunt quotquot uidere licuit exemplaria, etsi alias melanthium Cyprium ab Hippoc. usurpari non memini.

176 ἐν τῷ σάμαρι] σήμαρι legit Caluus, & pro ἐπ' ὀλίγον ἐπίμωον legunt exemplaria Vaticana.

177 ἢ ὡς πὸν αὖδρα] ὡς φρὸς τὸν αὖδρα legunt, exemplaria Regia manu scripta.

178 φρὸς τῶδις ἀρήγει] φρὸς τὸ ῥῖγα legunt exemplaria Vaticana, ut apparet ex Caluo, sed uitiosè.

179 κόκκινά τι] κόκκινά τι legunt Aldina exemplaria & Vaticana, quemadmodum etiam Galenus in Exegesi. Neq; enim dubium est quin hunc locum exprimat cùm κόκκινα exponit κόκκον τ κοινῶς ὀνομαζόμενον, ὑ τ κνίδιον. Ideoq; granum diximus, siue coccū infectorium, siue eius fruticem intelligas, quem κόκκον simpliciter uidetur appellare Dioscorides, siue granum ueteribus dictum, quod in Cilicia in quercubus nascebatur, etiam tingendo uſurpatum. κόκκον etiam Dioscoridi uocatum, siue etiam punici acinum aut granum accipias, quod tamen parum huic instituto conuenit. Cordæus coccum cnidium & thymeleæ granum accipit, cùm tamen refragetur Galenus.

180 Τῖσι δακτύλοισι] τρισὶ δακτύλοισι lego cum Cordæo, ut sit phrasis popularis & uernacula. Interpretes verò Τῖσι δ' ἄγκοισι ὀφθοισι legunt.

181 σὺν ᾧ γλυκέων] σὺν ᾧ γλυκέων legunt exemplaria Vaticana.

182 Τῶ ἀπὸ τ δαιδὸς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quę phrasis medicamentum ex tæda confectum significat. Cordæus uinum tædaceum intelligit.

183 ἐν ᾧ Τῖσιν ὑπημυίοισιν] Istud membrum omisit Caluus.

184 ἢ φασήλῳ] Hanc dictionem istumq; locum exposuimus & expressimus in nostra OEconomia.

185 ὑπισχα πύρ ἠρεμαῖον] ἠρεμαῖον γλυφάσεται legunt exemplaria Vaticana.

186 χωλοῖ] χολοῖ legit Caluus & bilis uomitionem refert, contra omnium codicum fidem.

187 ἄφορος ᾗ ἡ γυῖς] Hic ἄφορον γυῖς dici qui mulierem infœcūdam

dam reddit mihi non absonum videtur, ideoq; hic interpretes secutus sum, ἀσοφον intolerabilem sumit Cordæus.

153 γοῦν αἴσιστον] αὖξε legunt exemplaria Regia manu scripta quædam, vt & Vaticana etiam vt patet ex Caluo, qui hanc lectionem etiam adhibuit. Similis etiam paulò post de vteri vlceribus præceptio adhibetur, vbi de vteri vlceribus in vniuersum agitur, hîc verò de vteri vlceribus in partu.

154 ἢ ἰδίων] ἴδιον ἰδ ἐαυῶ ex hoc loco mihi videntur exponere Erotianus & Hesychius.

155 τύπων ἢ χαμαὶς] Sic legunt exemplaria omnia hoc sensu, vt horum quidem hæc occatio, aut interdum quidem ipsi optima sit. Sed ὅτι δίκη lego cum Interpretibus.

156 ἢ βδελύξῃ] πάμπαν] Istud cum ciborum fastidio coniunctũ, de eorum execratione mihi dici videtur, etsi de rerum omnium odio & auersatione dici potest.

157 ξυωδιάζῃ τὸ τῆς καθάρσιος ἀπολελαμμένον] ξυωδίαν τε lego, vt ad τὸ χείλος referatur, sicque legisse Cornarium apparet, ἀπολελαμμένον autem legit Cordæus intercepta purgationem & retentam.

158 ἢν αἱ ἐμυκάδες τὸ ἕλκος] Hanc lectionem expressimus & exposuimus in nostra OEconomia ex Galeno & Erotiano, vbi admonuimus pro ἐμυκάδες, ἐμύλωσι etiam Galenum & Erotianũ legisse. Potest verò hic dici ex Galeni expositione in Exegesi, vlcera non flaccescerent, aut fungosa & mucosa carne coalescerent, aut humore mucosa & fungis simili madescerent, propter id quod sequitur. ἢ παχυώτερα ἐγγενόμενα σαρκί. Est autem totus hic locus peruolcatus, & non leuiter mihi suspectus.

159 οἱ σφιγκτῆρες] Hæc verba, vt & totus locus, non parum mihi suspecta sunt, ideoq; ea mihi prætermisisse videtur Cornarius. ἐκκρίσεων autem χαῦναι dici videntur, velut in Prognostico, locus æquabilis, & continuitatem æqualem habens, vnius & eiusdem coloris dixit Celsus.

160 ὑπόστασις ἢ πώλη] ἢ ὠμὴ addunt exemplaria Vaticana, quæ etiã secutus videtur Cornarius, qui istud pro exemplo quodam apponit velut etiam Cordæus. Nos tamen cum Caluo huic superiori mulieri exhibemus, & αἱ μὴ τέκωσι δὲ ὅτε πεπαυμένοι legimus cum Interpretibus omnibus.

161 ἢ τῶν ξωστήρων] ἢ τῶν ξωστηρίων legunt Vaticana exemplaria.

162 εἰ δὲ μὴ ἐμελάνθησαν] Mirum in modum sunt hic vitiata exemplaria Aldina, ideoq; asteriscum apponunt.

163 ἐξωτικὸς χυμὸς] Hanc dictionem exposuimus in nostra OEconomia, quam hic omisisse videtur Caluus.

164 ἢ δὲ ἐπαναπλώσα] Vitiosa sunt Aldina exemplaria, quæ ἡ pro ἢ legunt. Intelligenda autem hîc ea sunt quæ scribuntur libello περὶ παρθενίων potiùs quàm quæ dicta sunt de virginibus hoc libro antea.

165 ὑγρότητος χάριν] ὑγρότητος ἕνεκα legunt exemplaria Vaticana.

166 ὑπ' αὐτῶν ὁμοίως ἢ πραστώδεσι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed πραστώδεσι] lego, Vaticana verò exemplaria πραστῆσι.

167 τῶν ἄλλων σωμάτων πολλὴν] πλέον pro πολλὴν legunt Interpretes omnes quos secutus sum, vt & αὐτὸ pro ἀυτὴ, ad τὸ σῶμα referentes.

168 ἢ ἀλλοφρονήσει] Istum locum mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi in dictione ἀλλοχροῦ, cùm scribit, ὥσπερ ἢ τὸ ἀλλοφρονήσαι ὄνομα πρὸς ἀυτῶ, vt sit ἀλλοφρονῶν, ἐοῖκεν ἄλλα φρονῶν ἑαυτῷ τε καὶ ὅτῳ, qui aliud sentit quàm res existat. Quem locum in OEconomia nostra expressimus & exposuimus.

169 διὰ τὸν πόνον ῥέοντος λαμβάνει] Hæc eadem prius scripta sunt libro de Natura muliebri, vbi pro ῥέοντος quædam exemplaria ἐξαίσιον legunt ex hoc libro postea, vbi hæc eadem remedia repetuntur. Quæ satis indicant ista dicta de alui profluuio. Libro etiam de Natur. muliebri, ἢ τὸ σπέρμα ὁπόταν χαυνὸν μὴ ἐμιάνῃ legitur, quam lectionem secuti sumus cum Interpretibus.

170 οἷον ὅταν ὁ μίσυ καυσθῇ] οἷον ὅταν μελιχθῇ legunt exemplaria Vaticana οἷον ὅταν μέλαν legitur libro de Natura muliebr. & postea, vbi etiam πυρὸν ἐρεύθον additur.

171 διὰ ἢ αἷμα ἐν τούτῳ] Hæc etiam prius scripta sunt lib. de Nat. muliebr. & postea repetuntur.

172 διὰ ἢ ξηρασθῇ] Hic veteres Interpretes secutus sum & de puerperiis in grumos collectis ac concretis locũ accipio, etsi Cordæus de vtero contumescente & intumescente intelligit. Verùm Hippocratis phrasis non parum mihi repugnare videtur, cùm ferè semper ὑστέρας ὑγρὰς veteres vocet. διὰ τοῦτο ὅταν αἱ ὑγραὶ aut ὑστέραι dixerit, velut libro de Natura muliebri, & libro secundo περὶ γυναικ. Ad hæc accedit quod exemplaria Vaticana superiore capite pro indicativa ἀδύνατα videntur, ἢ λοχεῖα ἄγονα aut κακόσαρκα, vt facta patet ex Caluo.

173 ἢ ἐξω ἀγκ.] Hæc mihi de porris tum satiuis, tum syluestribus intelligi videntur, cum Cordæo. Cornarius & Caluus quibusuis agrestibus & satiuis olentibus sumi dicunt.

174 ἢ ἕλκεσιν ὑπαγέσι] Istud addunt exemplaria omnia, & in omnibus Interpretibus est expressum, vt etiam adscribunt lib. de Nat. muliebr. vbi ista repetuntur. Cordæus tamen sua interpretatione præteriit.

175 ὑπὸ δὲ γαμικοῦ τὸ χαῖρον ἀλλοῖον] λαμβάνει legunt exemplaria Vaticana.

176 ἢ ὑμαλεότητας] Sic quidem ferè omnia legunt exemplaria, quædam etiam ὑμαλεότητα, quod malim.

177 αἱ μήτραι τὸ αἷμα ἀπόδοσιν ὑστέρου εἶδος] τὸ ὕστερον legunt exemplaria Vaticana. Deinde κατέχειν pro κατοχεῖν lego, cum Interpretibus omnibus.

178 ὧδε μὴ ἐυρίσκωσι αἱ μῆτραι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus tamen ἢ ἐυρίσκωσι αἱ μῆτραι ἔκτοπα legit, vt vel etiam ample vteri osculo exulcerato paucierem procedere purgationem.

179 ἢ σφοδρὸν ἕως ἐυρύτερον ἐόντος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vbi ἕως Ionicè pro ὡς est positum, vt alias apud Hippocratem, quod etiam apud Homerum annotauit Eustathius.

180 διὰ δὲ πόνου ἢ μήτρη ἑλκωθῇ] Hoc idem ferè medicamentum adhibet ori vteri exulcerato in pessũ, libro de Natura muliebri.

181 διὰ ἢ ἑλκωθῇ τὸ στόμα] Hæc eadem repetuntur lib. de Natu muliebri.

182 ἢ σφόδρα χλιαίνει] χλιαίνειν legunt Vaticana exemplaria, & Caluus vtramque lectionem adscripsit.

183 ἢ ἀκτὴ τὸ φύλλον] Hoc idem remedium scribitur iisdem verbis lib de Nat. muliebri.

184 ἢ λίνου σπόρου] ἢ σελίνου σπέρμα legisse videtur Cornarius. λίνου tamen legunt exemplaria omnia.

185 διὰ μὲν λιμὸν τὸ μητρίον, ποτὲ δὲ μύλας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed τὸ μητρίον πόνον lego cum interpretibus omnibus.

186 ἐλαίας τε τὸ ἀπαλὸν φύλλον.] Post hæc verba addunt Vaticana exemplaria ἢ κύμινον, ἢ ἄνηθον ἑφθὸν ἢ τὸ φύλλον.

187 ἢ πτίσσης ἐρεβίνους] Hanc dictionem, hoc etiam expresse loco, ex Erotiano exposuimus in nostra OEconomia.

188 τὸ ἄνθος τὸ χλιαρὸν] Sic quidem lego cum interpretibus, vt aquã in qua farina crassior decocta fuerit intelligas. χνοῦς tamen legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana ex Caluo qui vtramque lectionem apposuit, quam etiam lectionem habent Aldina exemplaria.

189 ἀφ' ἁλῶν ἁλῶν] ἀπὸ ἁλῶν ἁλῶν lego cum exemplaribus manu scriptis Regiis Aldinis, & Vaticanis, ac Cornario. Intelligo autem farinam ex qua panis conficitur, aut veluti panem comminutum & contritum, velutq; in farinam redactum, quale est iusculum ex pane eloto, aut qualis panatella dicta, præcipuè crassior qui cibus fluenti aluo accommodatus esse videtur, panem ex hordeo dixit Cordæus, sed qua ratione non video. Caluus verò ἀφ' ἑαυτῶν ἀλῶν legisse videtur, cùm panem non solitum vertat.

190 ἔστωσαν ἢ νιτρίδιῳ σακκῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, præter Vaticana, quæ λίνῳδιον σακκῷ habent. Sed λίνῳδιον σακκῷ legunt Cornarius & Caluus, etsi diuersa interpretatione. Vult autem Cornarius farinam lentium inspergi malorum punicorum succo vinoso. Verum nos in nostra OEconomia λιπαρῷ σακκῷ legimus, & malorum punicorum vinosorum succum lentium lomento aspergi voluimus, quæ lectio magis ad codicum nostrorum lectionem accedit. Eadem tamen vis est medicamẽti, siue granatorum succo lentium lomentum, siue lentium lomento succum ipsum inspergas. Ad Vaticani tamen codicis lectionem (si λίνῳδιον σακκῷ legas) magis accedit Exegeseos Galeni explicatio, vt hunc ipsum locum ab eo subnotatum indubitanter existimem.

191 ἢ τοῦτο ἰσχύει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, τοῦτο tamen malim.

192 ἢ ὑπόπυον] πύον legunt exemplaria Vaticana, & ἄλφιτα pro ἄλευρα. Vinum autem Pramnium quodnam sit exposuimus in nostra OEconomia ex Galeno.

193 πολὺ δίδου τὸ ὑδρόπεπον] πολλῷ ὑδρόπεπον pro τὸ ἄλφιτα legunt exemplaria Vaticana.

194 ὅ,τι μὴ κινήσεται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ἐρεύσεται tamẽ habent exemplaria Regia manu scripta. Caluus πτύσεται aut πτύσεται legisse videtur, ex quo magna est suspicio (ὃ) pro scriptum fuisse, quod legisse Galenum apparet, qui πτύσεται pro κινήσεται apud Hippocratem positum commentatus est in Exegesi, vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi quid de hoc loco sentiremus aperuimus, cuiusq; ritus nobis esse videretur admonuimus. Cæterùm hunc ἐρεύσεται tamen, id est, ἐκκρίσεται, vel πάσσεται,

siue ἰτεῖπα scribatur pro κιννῦ) cibum leuem esse vult, qui totus in corpus ad reficiendas vires distribuatur, neque ventriculum grauando aluum vacuet, aut vacuetur, quæ vt antea, nunc etiam imbecillis viribus, fluida maximè suspecta est.

230 πίμπλα) ἡ κοιλίη] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & Caluus quoque, qui λεχῶς πίμπλα) legisse videtur ex codicibus Vaticanis, quemadmodum legunt exemplaria Regia manu scripta. Sed πίμπρα) lego cum Cornario ex lib. de Natur. mulieb. vbi ista repetuntur.

231 ἢ ἀναφορίξαι ὄζει ἢ ἐλαίῳ] ὄζει ἢ οἴνῳ ἢ ἐλαίῳ legisse videtur Caluus.

232 ὡς οἷον τε ἥδιστα ὀσφραίνεσθαι] Lib. de Natur. mulieb. scribitur, ἐφεῖν ἵνα ὡς οἷόν τε ἥδιστα ὀσφραίνηται. Istumque locum exposuimus in nostra OEconomia.

233 ἐγκαθιζέσθω] ἐγκαθίζεσθαι cum omnibus Interpretibus lego.

234 γίνοιτο] ἢ [Sic legunt exemplaria omnia, Caluus tamen γίνῃ) legisse videtur, quem sequimur cum Cordæo. Cornarius γίνοιτο ἢ legit.

235 ὧν ἢ ῥεῦμα λευκόν ἐστιν] πυελολιγίες legunt exemplaria Vaticana.

236 ὧν ἢ πίηται] Ex hoc loco lib. de Nat. mulieb. vbi ista repetuntur, πίηται aut πεπίηται legimus, cùm illic πεπήηται legatur. Illic etiam pro origano mentham posuit. Et quod hic scribitur ἐλκῶν ποιέεσθαι, illic his verbis exponitur, ἕλκεα τῷ ἀτμίδας τὸ στόμα, καὶ ταῖς ῥῖσιν ὀσφραίνεσθαι, quod est, admoto ori & naribus medicamento odorem attrahere. Vaticana autem exemplaria pro καὶ ἀγκῶ legunt.

237 καὶ τῷ λιπαζώσῃ ἐσθιέσθω] ἐσθιέτω lego, & ἐσθὲν ἄμυλον, pro λεπτὸν ex lib. de Nat. mulieb. quam etiam lectionem secutus videtur Caluus, siue ex mercurialis succo, siue decocto, coctam farinam sorbendam intelligat.

238 καὶ ὧν γὰρ φλεγμαίνηται] σφρμαίνῃ) pro φλεγμαίνῃ) legunt exemplaria Vaticana ex lib. de Nat. mulieb.

239 καὶ ἔστιν ὅταν κυρκαινᾶται] κυρκανᾶται) παράπλεξ) exponit Erotianus, hunc locum subnotans, vt scripsimus in nostra OEconomia. Vel igitur confusum aut permixtum cum membranis sanguinem intelligas licet, vt omnia inter se conturbentur, vel trumbosum quandoque sanguinem & crassum, veluti pituita concretum efferri, quòd κυρκαίνῃ ἢ παχεῖα καὶ βρόμος εἴρηται τοῖς παλαιοῖς. Exemplaria autem Regia manu scripta, κυρτᾶ) vitiosè pro κυρτᾶται legunt, quæ videtur esse huius verbi κυρκαῶται explicatio, hoc est, permiscentur, confunduntur.

240 καὶ εἰ δ' ἄκυρον τὸ ῥέον] Hæc longè apertiùs leguntur lib. de Nat. mulieb. vbi eadem repetuntur.

240 τὰ ἀμφίδια] Hanc dictionem ex Galeno & Erotiano exposuimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco.

242 στιπτὸν ὂν ἐπιχέσθω δεμάτιον] Hanc quidem lectionem cum omnibus Interpretibus secutus sum, & omnibus exemplaribus, quòd hic summas vteri osculi ac pudendi oras exulceratas esse constet, hîcq; fluxionis quæ sua acrimonia exulcerat, curatio tantùm videatur restitui. Secus verò scribitur lib. de Natur. mulieb. cùm duplicis fluxionis ratio illic habeatur. Ideoque adscribitur, ᾧ δ' ἂν δεμάτια ἐπιφέρηται, ὡς σύμφορα, ἐὰν μὲν τὰ αἰδοῖα ἀλκωμένα ᾖ. Quæ certè causam ipsam morbi & fluxionis oppugnant, hîc verò humoris fluentis ratio initur. Scio tamen aliam esse Cordæo mentem, qui negationem ex lib. de Nat. mulieb. adscripsit.

243 λίνα στέρμα] Sic etiam scribitur lib. de Nat. mulieb. Cornarius tamen σελίνα στέρμα, vt sæpe aliàs legit.

244 τῷ ξυὼ τῇ τρυγὶ] Hæc phrasis medicamentum quod ex fœce comparatur, aut ex fœce decoctum indicare videtur. Vinum quoque cum fœce etiam indicat, cùm eius proximè facta sit mentio. Lib. de Natur. mulieb. τὸ χυλὸν τῆς ἐλαίου ὧν ad collutionem adhibet.

245 κλύσαι τρὶς] τρὶς omisit Cornarius, vt & quod posteà sequitur, ἐὰν ἢ ἐλκωμένα ἔωσι.

246 ἐὰν ἢ κοπανώδεις] Hæc eadem repetuntur lib. de Natur. mul. sed hîc meliùs leguntur. Adducitur etiam hic locus Galeno Comment. ad aphor. 45. lib. 5. qui ex hoc loco totus pendere videtur.

247 ἐλαίνεα ἰάσιν] Lib. de Natur. mulieb. μύξαι ἔχειν) scribitur, quæ videtur esse istius dictionis explicatio, velut adscripsimus etiam, in nostra Oeconomia.

248 ἀπὸ τῆς ἐλαίου ὧν] τὰ ἀπὸ τῆς ἐλαίου ὧν legunt Vaticana exemplaria, vt lib. de Natur. mulieb. ὑφ' ὧν, pro ἀφ' ὧν

249 καὶ κλύζειν τὰ ξυὼ τῷ ξυῷ] Hæc phrasis aliud decoctum vsurpandum indicat, forteque idem ipsum ex lauro, sed cui æqua pars aceti admiscatur ad vehementiorem detersionem, præsertim cùm lib. de Nat. mulieb. post subdititiorũ appositionem, in collutionibus parem aceti quantitatem admiscet.

250 ἢ ἐρίωνα] Hanc dictionem istumq; locum exposuimus in nostra Oeconomia, cùm sic legant exemplaria omnia. At certè videntur intelligi lanea quædam femoralia tegumenta nostris Calçonibus non absimilia, ad arcendum frigus idonea. Sed certè ῥιώνας existimo hîc Galenum legisse, & αἰγακίδας exposuisse, vt intelligamus pelles agninas cum villis, ex quibus femorum tegumenta illa confici voluerit, velut lib. περὶ θηκυώ. αἰγακίδας ventri ad frigus arcendum, & fumum in suffitu continendum, virgunculis admoueri iubet. Neq; enim video cuinam loco aptiùs hæc dictio accommodari possit aut debeat. Alioqui non dubium est quin si ἐρίωνας scripsisset Hippocrates, dictionis illius expositionem Erotianum aut Galenum adscripturum fuisse.

251 καὶ οἱ μαζοὶ στερροὶ] καὶ οἱ μαζοὶ στερροὶ, μαλθακοὶ γίνοντ) legunt Cornarius & Cordæus, quos secutus sum nostra interpretatione, nisi quòd pro στερροὶ, ξυσοὶ lubentiùs lego ex libr. de Natura mulieb. vbi ista repetuntur, ex quo etiam καὶ τ' ἄλγα ποιητικὸς ἔχει etiam lego cum Cordæo.

252 ὀχεύσας πλείω χίνῃ)] πλείων γίνῃ) lego ex libr. de Natura mulieb.

253 καὶ μισηγὺς ἡμέρης] μεταξὺ ἢ ἡμέρας scribitur lib. de Nat. mulieb. vt diem vnum interpositum velit, aut de die hoc remedium vsurpari.

254 καὶ πολυποσίη] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & equidem miror Interpretes lectionem istam esse secutos, cùm nihil æquè officiat ac multa potio. πολυπόη igitur lego ex lib. de Nat. mulieb.

255 καὶ κατὰ τὸ ἐλάσσονα] Hæc verba non parũ mihi suspecta sunt, tum quòd vitiosè leguntur in codicibus Aldinis & asteriscis notantur, tum quòd etiam lib. de Nat. mulieb. vbi ista repetuntur, non adscribuntur, vt neq; ea legisse videtur Caluus ex membranis Vaticanis.

256 ἢν ἢ ὑπὸ τινὸς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & sensus rectè quidem constare potest, vt etiam si fœtus moueatur, & motione robustus esse iudicetur, ad hæc tamen plærunque fœtus corruptio & abortio accedat. περὶ τούτου tamen lego cum Cornario ex lib. de Natur. mulieb. cùm sæpè bimestrem fœtum, aut non multò grandiorem eiiciant.

257 ἐὰν δὲ ὧν ἰσχυρὴ τὰ αἰδοῖα] τὰ αἰδοῖον legunt exemplaria quædam, vt τὰ αἰδοῖα lib. de Nat. mul.

258 ἐὰν αὐτῇ δοκῇ εἶ)] ἐὰν αὖ οἱ δοκῇ εἶ) legit Cornarius ex libr. de Nat. mulieb.

259 καὶ ξαίνει] ξυσμὸς legunt exemplaria Regia manu scripta, sed hîc ξαίνειν lacerare, laniare, pungere ac vellicare significat, pro quo ἐξέλκοι legitur lib. περὶ γυναικ. φυσ.

260 καὶ κύησι] Post κύησι ἢ τίκτειν addit Cornarius ex lib. de Natur. mulieb. idq; merito, cùm partionis beneficio aut etiam abortionis, omnia quæ priùs aderant cum fœtu aut puerperij purgamentis, per inferiora subeant aut defluant, eaque sola ratione sanitas restituatur.

261 εἰ αὐτῷ ἀπολλῦσι] οἷα τοῖς ἀπολλῦσι ὑδατώδεσι legunt exemplaria Vaticana. Hîc autem admodum insignis est de hydrope locus, & his quæ scribuntur ab Hippocrate lib. 4. de Morbis, valde consentiens.

262 τὸν ἄνθρωπον] τῷ ἀνθρώπου legunt exemplaria Vaticana, cùm ista de muliere dicantur, vt etiam paulò post.

263 ὁ ἀπολλὺς λαμβάνει] ἔλκει pro λαμβάνῃ, habent exemplaria Vaticana.

264 ὑπογίνεται ὃ δὲ τοῦ ὕδατος legunt exemplaria omnia, sed δὲ τούτου legit Cordæus.

265 γίνεται ἢ αἷς αἰχμὴ κεῖται τὸ νόσημα] Exemplaria Vaticana pro αἷς, ὅταν ᾖσιν legunt. Cordæus etiam pro αὖτε αὐτῆς legit.

266 εἶτα φλέγματος ἐς αὐτὸν καταίσσοις] ὕδατος pro φλέγματος legit Cordæus, vt & aph. 54. lib. 7. Vaticana autem exemplaria καταπλήσσοις pro καταίσσοις habent.

267 καὶ δοκέοντες ἐνεῖναι] ἐνεῖσαι pro ἐνεῖναι legunt exemplaria Vaticana.

268 ὅτι τὸ σφίας] τότε lego cum Interpretibus.

269 τοσήματα αἰεὶ τὰ γινόμενα] σπέρμα legunt exemplaria quædam manu scripta Regia.

270 μὴ ἐγκαθαρθῇ] μὴ ἐκκαθαρθῇ lubentiùs lego, etsi ἐγκαθαρθῇ habent exemplaria manu scripta, quod indicare potest ea quæ intus sunt expurgari. Vaticana autem exemplaria ἀναθεράπευτα legunt.

271 καὶ ὧν ὅτι σφίας δεμάτια αὖ ἢ] δεμάτια αὖ ἴῃ legunt exemplaria quædam manu scripta, quæ secutus sum cum Cordæo.

272 καὶ κισσὸν] κισσὸν legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana, eamq; lectionem secuti sunt Interpretes. Hederæ autem folia decocto omnibus vlcerum generibus prodesse scribit Dioscorides, eaq; sæpe ab Hippocr. ad id præscribitur.

273 ὑγιὴς

293 ὑγιὲς γὰρ ἡμῖν] ἡμῖν) legunt omnes Interpretes, quos secuti sumus.

294 κυκνιδίῳ] Id non legit Cornarius, cùm tamen habeatur in omnibus exemplaribus.

295 ἀγρυγμὸς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ῥεῖθος legisse videtur Caluus.

296 ἵνα ἐν αὐτῷ τὸ ἀξυνιδὲν εἶεν] ἀξυνιδὲν legunt exemplaria omnia velut à ἀξυνίσμαι, sed ἀξυνιδὲν legitur apud Arist. c. 3. lib. 7. hist. animal. particulam autem in vtero, dilaniatam, derasam, aut diuulsam significat.

297 ἀβλαίσεων πολλάκις] ἀβλαίσεσι τοῖς διεστύλῳ πολλάκις legunt exemplaria Vaticana, quam lectionem secutus est Caluus.

298 ἢ τὸ περὶ συμμίξας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quod mihi indicare videtur caseum caprillum derasum amarum (post derasam sordem & salsuginem) polentæ pollini permiscendum. Sæpè enim in tota γυναικείων tractatione, caprillũ caseum derasum, cum tenui farina sorbendum exhibet Hipp. πρίειν autem pro περὶν legunt Caluus & Cornarius. πάλιν autem ἀλφίτου non πάλιν lego.

299 ἢ τὸ γυναικεῖον] Vaticana exemplaria legunt, ἢ τῷ γυναικείων ὅσα δὲ μάλιστα σφυδνίζηται, ex quibus medicamenta, aut potiones muliebres mihi indicari videntur, ad diluendum cyceonem crassum. Interpretes verò τὸ γυναικεῖον de muliercula sumpserunt.

300 ἢ πολύκαρπον] πολύκαρπον τὸ κραταιότερον ὀνομαζόμενον ex hoc loco exponit in Exegesi Galenus, vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi etiam polycnemi meminimus.

301 ἢ ἄλφιτον, ἐν ἅπασι] Ista polentæ pollinem omnibus permiscendam significant, vt pulticulæ dilutioris in formam sorbitio quædam conficiatur. πάλιν ἀλφίτου prius dixit, quod hic ἄλφιτον.

302 ἐκείνοις δὲ δοκῶ διεξ διεξοδικοῖς] ἐκείνοις δὲ δοκῶ legunt Vaticana exemplaria.

303 παῦσαι δὲ χρὴ θεραπεύοντα τὰ φαρμάκῳ] παῦσαι δὲ χρὴ φαρμακεύοντα σεσῶσθαι, legunt exemplaria Vaticana.

304 ἢ ἐμπίσσοντα ὑ ὑγιαίνοντα] Interpretes ἢ ἐμπίσσοντα ὑ legisse videntur. Nos vulgatam lectionem secuti sumus cum Cordæo.

305 ἢ ὑδρωπιῶντι] ὀλιγωπιῶντα legisse videtur Caluus, quæ lectio mihi plurimum arridet, vt in deficcandi victus ratione minimam potum concedat.

306 ἀφίστῳ] διαιρῷ etiam videtur addere Caluus ex membranis Vaticanis.

307 τὸ δὲ ἀπὸ ἐλαίου παλαιοῦ] τὸ δὲ τοῦ ἐλαίου παλαιὸν lego cum Cordæo, vt vetustam aliquam pinguedinem intelligas, quòd oleum vlceribus etiam iam puris parum conueniat.

308 ἢ διὰ τὸ ἑλκώδημα] ἢ διὰ τὸ ἑλκώμενον aut ἑλκώμενον lego, cum Cornario, vt de vteri osculo vlcerato ista intelligantur. Istam tamen lectionem sequuntur exemplaria omnia, quæ meritò suspectam lectionem faciunt. Caluus διὰ ἑλκώμενον aut ἑλκώμενα legisse videtur.

309 ὁ ἅλμη γλυκεῖ] Hic ἅλμη γλυκεῖ mihi accipi videtur aqua cum sale, aut salsilago in qua incoquuntur pisces vulgò, & piscium decoctum, vt crebrò apud Athenæum lib. 7. & 2. ὁ ἅλμη pisces apparantur, quam non malè hic muriam dici existimo, idque vulgari & vernaculo nostrarium sermone, quam dulcem neque ita salsam expetit, ad humorum acrium contemperationem, & vt magis humectet. Aquam autem cum sale muriam dici & ἅλμην, testantur oliuæ quæ muria condiuntur. Quod sequitur, ἰψοῦν ἢ λιπαρὲς, de multa pinguedine cum qua pisces incoqui vult intelligendum videtur, quod pingui modo dixerunt interpretes, vt eundem acrimoniæ temperandæ scopum spectet Hippocrates. λιπαρὲς autem pro λιπαρὸς legunt Vaticana exemplaria.

310 εἶτα πρασίῳ] Ex hoc loco Erotianus οἶνῳ πρασίῳ, τῷ ἡδέϊ καὶ λιγμώδει exponit, vt scripsimus in nostra OEconomia, sapam ideò diximus. Galenus verò τῷ γλυκεῖ ἡδέϊ, sapa dulci. Post hæc autem verba πάλιν addunt exemplaria Aldina & Vaticana, quæ secuti sunt interpretes.

311 ἢ ἢ πλατάσσοντα χεῖρον δεῖται] πλατάσσοντα χεῖρον lego, & δέεται, vt etiam scribunt exemplaria quædam. Etsi δεῖται aut δεῖται (vt etiam habent exemplaria quædam) ferri potest. δέεται tamen agnoscit Galenus in Exegesi.

312 ῥᾴδιον γὰρ ἀναχαλᾶν] ἀναχαλᾶν) legunt exemplaria omnia, quod etsi de vlceribus, quæ facilè resoluuntur, relaxantur, aut expanduntur explicari potest: existimo tamen Galenum ἀναχαίνειν legisse, quod explicat in Exegesi ἀνοίγειν, refricantur, rescinduntur, & rursus lacerantur. Quod etiam expressimus & exposuimus in nostra OEconomia.

313 ἢ ἐντρέφοντα] ἐντρέφον) legunt Vaticana exemplaria.

314 διὰ ἕλκεα ὁ τῇ μήτρᾳ ἦσι] Sic legunt Germanici codices & meliores Aldina verò exemplaria vitiosè legunt, ἕλκεα τὰ ἐν τῇ ὑστέρᾳ ὁ ἀπαλῷ.

315 θρυπάνων σάκκων] Quid sint θρύμματα exposuimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco. Hic autem concussionis modus adeo obscurus videtur, vt multis modis ab Interpretibus sit acceptus, & propter difficultatem (opinor) à Caluo leuiter admodum attactus. Hic verò mihi sensus esse videtur, vt aridorum virgultorum & mollium fascis tantus aut tam bellè adaptatus lecto supponatur, vt non sinat lectum pedibus qui ad caput sunt, terram attingere, dum in terram proiicitur, hoc est, dum relaxatur ad concussionem ab iis qui cum quàm maximè dirigunt. Cornarius autem ὅσα ἐπὶ ψαθοις legisse videtur, cùm tamen ὅσα ψαθοις legant exemplaria omnia. Et vtraq; lectio mihi tolerari posse videtur.

316 ἕως ἢ οἱ πόδες ἐπὶ ψαθοις] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἕως εἰ πόδες ψαθοις lego cum Cornario, simulq; demirror, quomodo Interpretes quidam de mulieris pedibus intellexerint, cùm de lecti pedibus sumenda videantur.

317 ἐς ὑγείαν] Ex hoc loco ὑγίεια exponitur Galeno ὑ πάλιν.

318 ἢ μαλθακὸν ἐπὶ τοῦτο ἔσται] Id mihi indicare videtur, nulla alia remedia esse requirenda, sed ista ad emolliendum satis esse, aut ea certè omni cura & solicitudine esse admouenda. Alioqui certè ad ea quæ sequuntur referri istud potest, vt omne studium ad dilatandum & aperiendum Medicus aut obstetrix adhibeat. Quem sensum secutus est Caluus.

319 κῆ φύσιν κεδίοις] Istud malui ad sequentia referre quàm ad præcedentia, quod tamen fecit Cornarius.

320 ὄγχος αὐ ἰσχνὸν] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia. Sunt qui ista ad fœtus referant, donec emolliantur aut aperiantur. Sed malui ad mulierem referre cum Cornario, etsi alio sensu, vt mulier tota perfundatur, donec vteri & pudendorum claustra emolliantur, laxentur, tepescant, resoluantur. Sic enim ἰσχνὸς ὑγρὸς Hesychio exponitur.

321 τὸ πίσσῃ] Hunc locum exposuimus & expressimus in nostra OEconomia. Hic verò Galenum sequimur in Exegesi, qui πίσσῃ ἐμβρυουλκῷ aut θλάσσῃ exponit, instrumento confringendo aut contundendo fœtui idoneum, idque volsella præstari potest, velut † Paulus ad id forcipem dentibus extrahendis accommodatum adhibet.

† *Cap. 74. lib. 6.*

322 ἐστὶ ἁλίγκιον] ἑστιαλεῖ mihi videntur legisse Cornarius & Caluus, qui volsellam dixerunt, nisi quòd Caluus pro more vtranq; lectionem adhibuit. ἑστιαλὶς autem eadem forma, qua ἐμβρυουλκὶς Galeno & Paulo dicitur, & πυελὶς.

323 ὃ τοῦ ἑλκωθὲν] Hunc locum mihi exprimere videtur Galenus in Exegesi, cùm ἑλκωθὲν τοῦ ἐμβρυουλκοῦ exponit. Quam ad rem etiam ἐμβρυουλκὶς adhibet Paulus lib. 6. Illud autem ὃς αὖ ἴσχει), malui ad vncum referre, qui in clauiculam demissus tenacius hæreat, quò faciliùs extrahi fœtus possit, aut quoquo se habeat modo euelli. Etsi mihi optimè conscius sum aliam esse Interpretum mentem, quam etiam in nostra Oeconomia secuti sumus.

324 ἢ φιλέουσι τὸ ἐμβρύου] τῷ ἐντέρῳ legisse videtur Cornarius. Cordæus τῷ ἐντοσθίδιον aut τῷ ἐντοσθίδιον. Ego de aliqua ventris in fœtu parte sumpsi, quem sectione attingi vetat.

325 ἢ ζῷ πάλιστρον ἐμπεπλεγμένους] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia; addita etiam Erotiani explicatione, simulque admonuimus nonnullos ἐκμαστιδίῳ legere, quod est, abstersò fœtus cruore, aut fœtu detersò.

326 τοῦ λιχανοῦ ἐκματδιδίου] Sic quidem legunt exemplaria Regia manu scripta, sed ἐκματδιδίου malim, pro ἐκματδιδίῳ, quod ἐντοσθίῳ, ἐμπωλοῦντι exponit Hesychius, vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi istum etiam locum exposuimus & expressimus. Vult autem indicem digitum, quo tectum sit gladioli caput, præmitti, eoque, leuiter pertractando, capacitatem vteri timidè pertentari, reformidando ne scalpelli acies vterum offendat.

327 ὅτι κόνια ἰθαγδοὶς γένει] ἰθαγδοὺς γόνου exponitur Galeno ex hoc loco. Eadem autem de Mola repetuntur lib. περὶ ἀφόρων. De ea etiam scribit Aristoteles capit. vltimo, libr. 10. de histor. animal.

328 σφυγὰ ἢ τὸ σῶμα] σφενγὰ lego. Cornarius autem σφενγὰ ἢ πού πῶμα legisse videtur, ex lib. περὶ ἀφόρων, quæ est Vaticanorum codicum lectio.

329 πολλὰ μάλιστα μὲ] Cornarius hic lectionem libri περὶ ἀφόρων secutus est quam etiam ex codicibus Vaticanis Caluus expressit.

330 ἀφέρβεται ἢ ἐ ὅτι μάλιστα] Id mihi maximè ad mulierum

conditionem & ſtatum conſiderandum referri videtur, vt virium earum adhibita ratione fiant & adminiſtrentur, etſi aliter lib. περὶ ἀφίρων ad vterorum purgationem pertinere videantur, eiuſq; præcipuè habendam eſſe rationem velit, vt πυμαιόμορος τὰ κατ' ἀυτας μήτρας etiam intelligatur.

311 χαρίεν δ' τὰ λοχεῖα] Eadem etiam ſcribuntur lib. περὶ φυσ. παιδίου.

312 ἢ ἔκχυ πύρου] Iſtud ad ſanguinem retuli, qui citò coit & concreſcit, velut ſanguis integer lib. περὶ φυσ. παιδίου. Cornarius tamen ad puerperij purgamenta retulit.

313 φθαρείσῃ τὸ τὸ ἔμβρυον] φθειρόσῃ legunt Vaticana exemplaria & Aldina.

314 ὅδε τὸ ἐλατήριον] Iſtum parem adipis ouiculæ ex renibus cũ elaterio copiam ſumendam eſſe indicat, minimè autem liquandum eſſe adipem aut emolliendum, neque vt elaterium conterendum, quod in puluiſculum abire neceſſe eſt. Minimè igitur liquato adipe, ſed puluiſculo elaterij craſſiuſculè permixto glandes duas ſubditicias confieito.

315 ἢ μελάνθιον] Melanthium quod in aruis & tritico naſcitur, ſic dicitur, & pſeudomelanthium vocatur, quod ſæpius in hac tota muliebrium tractatione vſurpat Hippocr.

316 ὕδωρ ἢ ψάμμος] Hæc lectio mihi admodum ſuſpecta eſt, & pro ψάμμος ὕφαιμα legendum ſuſpicor ex lib. περὶ γυναικ. φυσ. vbi iſta repetuntur, vt & paulò poſt hoc libro, vbi ἰχῶρα ὑφαιμον vocat.

317 ταρκιωτον] ταρκίσινον malim, vt lib. περὶ γυναικ. φυσ. vt μύελον ταρκίσινον intelligatur, velut ſcribitur poſtea, & extremo lib. περὶ γυναικ. φυσ. & paulò poſt ταρκισίνῳ.

318 ὀκτάτινον ὠμῷ λίνῳ] Lib. περὶ γυναικ. φυσ. ἐπ' ὀθόνιον ὠμόλινον legitur. quam lectionem ex membranis Vaticanis hîc etiam adhibuit Caluus, etſi vtramq; pro more appoſuit.

319 ὅδε κύαμον] ὑσκύαμον legunt Aldina exemplaria & Vaticana, eamq; lectionem ſecutus eſt Caluus, verùm eam eſſe vitioſam apparet ex lib. περὶ γυναικ. φυσ.

320 ξυμμίσγουσα] Id de muliere & obſtetrice quæ muliebribus malis medetur, dicitur, ideoque lib. περὶ γυναικ. φυσ. ξυμμίσγουσα γυνὴ, & προσδίδωσι ſcribitur, & ἀναπαγγίζουσα pro ἀναλαμβάνουσα.

321 δίφθον πυίην] Iſtud probè percoctas ſignificat, quoad granula interna depoſuerint, quod ſcribitur libr. περὶ φυσ. γυναικ. vbi iſta repetuntur, ἕως ἂν τὰ κεγχραμίδας ἀποβάλῃ. Quo ex loco iſte non parum ſuſpectus redditur, ſimulque emendatur, vt πρίσθον ἐν ἐρίῳ ἢ ῥοδίνῳ μύρῳ coniungantur. Deinde τὸ δεινὸν alterius peſſi acrioris indicaturam facit aut eiuſdem acrioris redditi, ſi rutæ & braſſicæ vtriuſque pars æqua, aut dimidia trita addatur.

322 ἢ βοὸς] Iſtud omittit Cornarius, vt & exemplaria Aldina, quod tamen legitur libr. περὶ γυναικ φυσ. & in membranis Vaticanis vt etiam patet ex Caluo.

323 μαλθακὸν] καθαρτήριον dicitur libr. περὶ γυναικ. φυσ. vbi cera vitioſè omittitur, vt hîc rectè additur, & reſina nucis magnitudine apponitur.

324 ἅμα συμμίξαντα] Hæc trita priùs cum roſaceo permixta ſupponi debent, vt ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. vbi iſta repetuntur.

325 προσδιπόδιμα] Hæc duo ſubditicia medicamenta etiam repetuntur extremo lib. περὶ γυναικ. φυσ.

326 βουπρῆστις] Bupreſtes in cantharidum genere reponit* Dioſcorides, eaſq; recondi & peſſis emollientibus admixtas menſes ciere ſcribit.

* *Cap. 66. lib. 2.*

327 ἢ ταῖς ἀπαυδήσιας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἀπαυδησίους legendum exiſtimo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi & locum iſtum expreſſimus, ſimulque dictionem iſtam expoſuimus.

328 ἐν τῷ ἀυτῷ τρίβειν] Hæc phraſis omnia permixta & ſimul trita velut in eadem pila ſignificat.

329 ὧν μὴ τὰ κατάποτα καθαίρῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ ſignifieant ſi per vorata medicamenta purgatio minùs contigerit, alia efficaciora adhibenda eſſe ſubditicia. Verùm non leuiter ſuſpecta eſt lectio, ideoque ὧν μὴ τὰ προπόματα καθαίρῃ lubens legerem cum Cordæo.

330 ὧν μεγάλη ᾖ, μὴ συμμίσγῃ] Sic legunt exemplaria omnia, verùm Caluus legiſſe videtur, ὧν μεγάλη, ἡμίσυ. μίσγειν δὲ ἢ τῇσι καθαιρσίοισιν, nihilque de addenda ſola bupreſti addit. Aldina exemplaria ſic legunt, ὧν μεγάλη ᾖ, ὧν συμμίσγειν, ἀλλὰ μόνον πτίσαι, δεῖ δὲ ἢ τῇσι καθαιρσίοισι. ἢ προστίθεσθαι ὁμοίως.

331 ἢ πάσαις φθείσιοις] Hanc lectionem ex Hippocrate agnoſcit Erotianus, eamque expoſuimus in noſtra OEconomia hoc expreſſo loco.

332 ἢ σιδήρῳ σκωρίῃ] Iſtud mihi ſignificare videtur ferri ſcoriam ea quantitate aut magnitudine ſumendam, quæ in duo minuta fragmenta diuidi poſſit, quò faciliùs ab vrina imbuatur, in eamque vim ſuam exerat. Etſi ſcio Cordæum Diplam de vaſe accepiſſe.

333 ἢ τριήκοντα πυρίας] Hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, cùm πυρίας exponit πῦρ ὀβριμώτερον κάλλιακες, ἢ ῥιπίσματα ὀβριμᾶ λαβὸν σκωρίας σιδήρου, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Vult igitur triginta ſilices candentes in fomentũ iniici aut ſcoriæ fragmenta, aut triceſies fomentum huiuſmodi, iniectis ignitis fruſtis & iterum extinctis parari, quemadmodum ſumunt interpretes. Sed cùm lapides poſtea vrat, idque iterari velit, ſilices triginta in fomentum immitti mihi probabilius videtur.

334 θερμώσας ᾗ μὴ δεῖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed lego, ἢ πάλιν πυρίλῳ πάλιν θερμώσας. μὴ ᾗ δεῖ, cum interpretibus, etſi Caluus hanc totam clauſulam omiſit. Cornarius verò πῷ ὕρῳ legiſſe non videtur.

335 ἐκ πλατέων ἔλαιον] πλατιῶν lego in noſtra OEconomia, & oleum ex Platæis vrbe Bœotiæ aduectum accipio.

336 πτύρων σπερίων] πυρῶν σπερίων legunt Vaticana exemplaria quæ etiam ſecutus eſt Caluus, vt & pro ὠὰ λεπτὰ, ὠὰ λεπτὰ legunt, quam etiam lectionem mihi ſecutus videtur Caluus. ὠὰ autem λεπτὰ mihi dici videntur oua liquida & cruda, veluti ptiſanæ ſuccus tenuis, liquidus ſæpe dicitur.

337 ἐν οἴνῳ λιπτῷ] λειπτῷ videtur legiſſe Caluus, ſed λιπτὸν γλίσχρα vocare videtur, diligenter tritum pulegium aut læuigatum, vt paulò pòſt εἰλιγμένον λιπτόν.

338 ὧν ᾗ τάυτα μὴ ἰᾶται] Phraſis iſta refugientem hoc remedium mulierem indicat, aut malum huic remedio minimè cedens.

339 δὶς ἢ ἡμέρης] τρὶς pro δὶς legit Caluus.

340 φορὸς τὸ σῶμα ἢ μήτρας] φορὸς ἢ σῶμαχον legunt exemplaria Vaticana.

341 ἐς ὀθόνιον λίνῳ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ lanam linteo lineo exceptam & illigatam ſignificant, ſed λίνῳ lego cum interpretibus, vt lanam filo in linteo deligatam accipiat, eamque penitiùs tantiſper intromiſſam dum purgatur, ſic tamen vt filum foras propendeat aut promineat. Vaticana autem exemplaria pro ἕως ἔσω ἀυτ, ὡς ἔσω legunt.

342 εἰείσιν ἐγκυλίδωσιν ἐνιλίξας] Hunc locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimulq; admonuimus ἐγκυλίδωσιν aut ἐγκυλίωσιν melius legi, ab ἐγκυλισμὸς aut ἐγκυλίω, quod eſt in orbem voluto aut conuoluo.

343 τὰ ἀυτὰ ἡμέρας] τὰς ἴσας ἡμέρας legunt Vaticana exemplaria, eaque ſecutus eſt Caluus.

344 ἀπίκιον]Hoc medicamentum repetitur libro de Natura muliebri.

345 ἢ καὶ εἴδας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἀφρίδας legit Cornarius.

346 ἢ ὕδατος θερμῦ κυάθους δύο] Caluus aquæ calidæ cyathum vnum legit, & vini duos. Exemplaria verò Regia manu ſcripta legunt ὕδατος κυάθων ἀκρατίας δύο.

347 καθεστήσαι δ' χρὴ] Vaticana exemplaria legunt, καθεστήσῃ δ' ἢ τὰ μήτρας, vt hoc medicamentum ab inflammatione recreet ac reſtituat, quam lectionem etiam ſecutus eſt Caluus. In ſequenti quoque medicamento eadem exemplaria legunt, ἕως ἂν ἢ λάκος ᾖ.

348 ὧν δ' ἢ κύησα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἢ φορίδων κύησα legit Cordæus.

349 ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ] Iſtud ſignificat adiantum tritum, oleo ſubactum ac dilutum, permixto meraco vino inungendum. Interpretes tamen ex vino meraco propinandum dixerunt.

350 ἢ λιπαζόσῃ] Hoc medicamentum repetitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. & vteros purgare ſcribitur.

351 πυρὸν τριμηνιαίους] Hæc remedia ſcribuntur libr. de Natur. mulieb. vbi pro πυρὸς τριμηνιαίους ἐρίκτν, κρίμνου ἐξεσίους legitur, ſed admodum ſuſpecta lectione, vt illic ſcripſimus.

352 ἢ καράβους] Carabos dixi ex Plinio, etſi locuſtas vertit Gaza & alij Interpretes Latini. Eſt autem carabus ex cancrorum genere.

353 ἄφιτ' ἀπαλιῶν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἄφιτα παλιῶν legendum cenſeo, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, phraſi Homero ſæpiùs vſurpata, huncque locum à Galeno indicari exiſtimo, cùm ἐπαλιῶν ὀπῶν in Exegeſi exponit, etſi quidam ὀπαλιῶν legère malint. Erotianus autem παλιῶν ὀπῶν exponens apud Hippocratem, iſtum quoque locum mihi ſubnotare videtur, ex quo etiam ἄλφιτα παλιῶν

λιών mihi legisse videtur, quam lectionem secutus sum, quamuis à πάλυ παλιών ferè omnes scribant. Libro de Nat. muliebri, vbi istud remedium repetitur, & repurgando vtero adhibetur, ἄλφιτα ὀπταλών scribitur.

354 ἤμισυ] Sic quidem legunt exemplaria omnia & ad superius medicamentum referunt. Verum ex libro de Natura muliebri, ὑμίσυ legendum apparet, & ad sequentia referri. Deinde pro φρύξας, φυρήσας aut φορύξας legendum, etsi φρύξας retineri potest, vt torrefactum aut frictum misy significet.

355 ἢ τ' ἄλλα] Etsi istud ad struthij vires referri possit, quibus aluum, calculos, & vrinam ducit: libro tamen de Natura muliebri, vbi hoc remedium repetitur, ista non leguntur, vt neq; mihi legisse videtur Caluus.

356 ἢ ψύχειν] ἢ πιεῖν mihi legisse videtur Cornarius, cùm ebibi velit, deinde ὑποθυμιᾶν ad sequentia refert, & erysimi succum pro fomento suffitu admoueri vult. Incertum verò est an succum ad decoctum addi velit Hippocrates, an ex eo suffitum apponi, an verò ebibi, cùm mollioribus cibis vtendum præcipiat.

357 λῶ μὲν καθάρσιος] Hîc καθάρσιον de menstrua purgatione intelligi satis indicant quæ scribuntur lib. de Natura muliebri, vbi inter γυναικεῖα καθαρτήρια hoc etiam medicamentum describitur.

358 ὑ κυπαρίσσου καρπόν] Lib. de Nat. mulieb. hoc medicamentum prioribus adscribitur.

359 καθαρτήριον] Hæc eadem repetuntur ad extremum libri de Nat. mulieb.

360 λοχείης πάσης] Hæc eadem etiam scribuntur lib. de Natur. muliebri.

361 ἢ γλυκυῤῥίζης] Lib. de Nat. mulieb. vbi istud scribitur, ἢ γλυκυσίδης legitur.

362 ἢ ἄλητον πλυτὸν] ἄλητον ἄπλυτον legitur libro de Natura muliebri.

363 ὀπὸν] ὀπὸν hîc silphium dixit Cornarius, sed ἢ ὑπὸν legimus cum Caluo & Cordæo, & de rutæ succo accipimus, aut certè ὀπὸν ἐκάστου legendum.

364 ἢ ἀλπὸς τὸ φύλλον] Istud cum Caluo & Cornario ad fotum ex foliis sambuci præponendum ante pessi vsum retuli, vt quasi viam pesso ex cantharide muniat. Neque enim mihi pessus ex sambuci foliis secundas educere posse videtur.

365 τῶπο γὰρ ὧδε ὑπεδυνά] Hoc sensu mihi istud accipi videtur, vt pessus iste ex cantharide debiles partes ac velut emortuas irritet & excitet, alioqui etiam debilioribus & lenioribus medicamentis additus, ea excitat & roborat.

366 πεσσὸν δυνάμωσον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & paulò post vbi idem medicamentum repetitur, πεσσὸν legitur. Cornarius tamen τὰ ποτὰ δυνάμωσα legisse videtur ex libro de Natura muliebri vbi ista repetuntur. ἔμβρυον autem ἀπάλυκτον fœtus syderatus ac velut emortuus dicitur, quique tanquam resolutus nullo modo mouetur, cnectum dicunt Interpretes.

367 ἢ τὸ εὐώδυμον] Libro de Natura mulieb. ἀΐδιμον legitur, & τῷ ἀΐδιμον τῷ χλωρῷ τὸ ἥμισυ ξηρὸν τρίψας ὄβολον κόγχλου scribitur, & σελίνου σπέρματος ἴσον, quod effecit vt chamomeli & seminis apij æquas portiones redderimus. Postea vero hoc libro vbi istud repetitur, istius nulla fit mentio, quod suspectam lectionem facit.

368 πεσσεύειν] δίδου μὲν videtur legisse Cornarius ex libro de Natura muliebri, contra omnium codicum fidem.

369 ἢ τὸ τετριμμένου] Eiusdem medicamenti contriti staterem Ægincum potui exhibendum significat. Aut alioqui valde est suspecta lectio, cùm libro de Natura muliebri legatur, βατραχίου τοῦ φύλλου ἢ τὸ αὐτὸς τετριμμένου. Quam lectionem huc transtulit Cornarius. Caluus τετριμμένου legisse videtur, & vtranque lectionem adhibuisse.

370 ὡς μάζιον ἐμπαλάξαι] ἐμπάξαι legit Cornarius ex lib. de Natura muliebri, vbi etiam ista scribuntur, quo ex loco ἐς μάζιον ἐμπάσσαι lubentius lego, vt cucumeris agrestis succo maza subigatur, aut ad succum cucumeris agrestis hordei farina aspergatur, velutique maza conficiatur aut efformetur, deinde in subdititio apponatur.

371 ἢ ἕτρακον καταπλύσας] καταπλύσας lego cùm Cornario ex libro de Natura mulieb. καταπλάσας tamen ferri potest, vt sepiæ testam vino elutam accipiat, velut lib. ἀφὶ ὀδακωπόσεως, & cum pilis leporis subactam.

372 πεσσεύει] ἐν ἐρίῳ πεσσεύει legunt Vaticana exemplaria ex lib. de Nat. mulieb.

373 δι' ὀδυνίης περπάγειν] ἐν ὀδυνίῃ προσίζει, scribitur lib. de Natura muliebri.

374 ποτὰ δυωδύμου] Hæc videntur transposita, ideóque indicaturam istam silphio apposuit Caluus.

375 ὅσον χύμου ἀφλοῦ] ὅσον χηραμίδος dixit lib. de Nat. mulieb. in eodem medicamento, aut sequens paulò post medicamentum illic exprimitur.

376 ἢ φράσου χυλόν] φρασίου vt & paulò ante pro φράσου legit Caluus.

377 ἢ ἀνδράχνης καρπόν] Libro de Natura muliebri, violæ & portulacæ semen ex vino albo potum propinat ad fœtum mortuum expellendum & secundas. Eadem quoque ratione hîc semen portulacæ ex vino albo vetere exhibetur. Verùm id non parum mihi, vt & Cordæo suspectum est, neq; adeò quod substituam suppetit.

378 ἢ αἰγείρου] Hoc idem medicamentum adscribitur lib. de Nat. mulieb.

379 ἢ βατραχίου] Libro de Natura muliebri, in hoc eodem medicamento Æginensis stateris pondus pro drachma ponitur, & hîc quoque πῶν potiùs quàm πίνειν legam, vt illic.

380 λιθηρίδος ὄβον] Hunc locum à Galeno & Erotiano exprimi scripsimus in nostra Oeconomia, simulque Galenum λιθηρίδα hîc legisse nobis videri.

381 χρεὼν ὑφάγειν] Hoc medicamentum toties repetitum magnarum esse virium videtur, & in quo plurimum efficaciæ collocarit Hippocrates, ideóque multoties scribitur, eamq; ob causam à Cornario prætermissum videtur, cùm tamen in omnibus legatur exemplaribus.

382 ἐλεκαμπόν] Ex hoc loco ἐλεκαμπὸς exponitur Galeno in Exegesi. βοτάνης ἀγρίας λαχανώδης. Quidam Dulcichinum esse existimant, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

383 ἢ φύλλον τὸ λιβυκὸν] Hunc quoq; locum mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm φύλλον, τὸ τῆς σιλφίου σπέρμα exponit, additq; interdum ab Hippocrate Libycum vocari, interdum verò Æthiopicum. Quod etiam adscripsimus in nostra Oeconomia, vbi etiam quando Æthiopicum dicatur apposuimus.

384 σμύρνης] σμύρνης ὀλίζον videtur legisse Caluus. Verum phrasis ista apud Hippocratem, seselios & mirrhæ pares vtriusque esse debere portiones indicat.

385 ἓξ ἢν ἐχίνων λῦ ἔχῃ] Incertum est an medicamentum ex echinis paratum intelligat, quomodo sumpsit Caluus, an verò echinorum copiam, velut sumpsimus.

386 σὺς πλὴν ἰσχνὸν τὸ νοτήματος] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ sequimur cum Cordæo. τῶ σώματος tamen legit Cornarius.

387 τὸ νοχελὲς] Dictionem istam exposuimus in nostra Oeconomia, simulque admonuimus quosdam νωχελὲς scribere malle. Significat autem τὸ νοχελὲς quicquid ad exitum tardat aut immoratur, siue secundam intelligas, siue puerperij purgamenta, siue partum cnectum & mortuum, aut stupidum, & qui moueri non potest, prius ἀπάλυκτον dictum. νωχελὲς enim βραδὺς Sudæ & Hesychio exponitur. Sed hic præcipuè secundas morantes significat. Exemplaria Vaticana pro τὸ νοχελὲς, λῶ νοχελὲς legunt.

388 ὅταν ἔμπνευμα νεκρωθὲν] Illud πνεῦμα νεκρωθὲν ad τὸ νοχελὲς præcipuè refertur, ideóque de secunda emortua sumpsit Cornarius, quod etiam de fœtu immortuo rectiùs dici videtur, ad quod etiam τὸ νοχελὲς spectare potest. Hîc verò præcipuè ἔγχυτον & ἐγχύσεις de medicamento quod in vterum infunditur per metrenchytam dicitur.

389 κάνυζαν πλὴν ὑδύοσμον] μίλτου ἢ ῥητίνης τρίψας legunt Aldina exemplaria Vaticana & Regia manuscripta, eamq; lectionem secuti sunt Interpretes. De Syrmæa autem abundè scripsimus in nostra Oeconomia, vbi locum istum expressimus, diximusque hîc potum quendam aut succum significare videri, & Caluum quoque pro sapa accepisse, aut ἐν σαπᾷ legisse. Cornarius potionem moderatè purgantem dixit, ad Galeni expositionem in Exegesi respiciens.

390 ἄλλο πρόσθεν ἐκβόλιον] Exemplaria Vaticana hanc indicaturam sequenti medicamento apponunt, eamq; lectionem secutus est Caluus.

391 ἄλας αἰγυπτίους] Exemplaria Vaticana hic ἐκβόλιον πρόσθεν apponunt quæ etiam secutus est Caluus.

392 ἔπειτ ἐκβόλιον] ποτὸν addunt exemplaria Vaticana, vt & Caluus.

393 τῶ ἐκτρίμου] Hunc locum subindicat Galenus in Exegesi, cùm ἐκτρίμου exponit ἐλλεβόρου μίλανος. Erotianus quoque hanc dictionem agnoscens apud Hippocr. scribit ἐκτρίμου, Διοκλῆς φησιν ὅτου καλεῖσθαι τὸ μίλανα ἐλλέβορον.

394 μὰ πλέω τύπου] μὰ πλείονι τύπῳ legunt Vaticana exemplaria.

395 ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ] Mirum est Caluum hæc in aqua decoquere, cùm sic legunt exemplaria omnia.

396 τῆξον] Vstam vini fæcem ex aqua liquefieri aut dilui debere satis indicant quæ scribuntur libro de Natura mulieb. vbi fere ista repetuntur, & scribitur τρύγα κατακαύσας, εἰς ὕδωρ βάλλε. ὅπως τὰ τὸ ὕδωρ κλύζειν. Deinde quod scribitur paulò post, ἢ τρύγα καύσας, χρῶ σὺν ὕδατι.

397 μέλιτι τῆξας] μέλιτι μίξας legunt Vaticana exemplaria.

398 διηχέας τὸ σὺν τούτοις οἴνου] διηχέας εἰς τ' αὐτό, legunt Vaticana exemplaria.

399 ἢ δάφνης καρπὸν, ἢ βαλεῖν μέλι] ἢ λαβεῖν (aut λαβὼν) μέλι tantùm legisse videntur Interpretes.

400 ἢ ἐλατήριον, ἢ κέδρου.] ἢ ἐλατηρίου ὅσον δύο πόπας legunt Vaticana exemplaria tantùm, neque κέδρου meminerunt, quæ etiam secutus est Caluus. κέδρον autem Vettonica dicitur * Plinio, quæ betonica. κρίθρον autem legisse videtur Cornarius.

* *Cap.* 8. *lib.* 25.

401 κλύσματα] Hæ ferè collutiones scribuntur lib. de Natura mulieb. quædam etiam in fine lib. 2. περὶ γυναικ.

402 ἄνθια δὲ ἢ ὡς μύρον μίσγετω] Hæc verba etsi rectè de istis accipi possunt, quæ trita vnguento, hoc est, argenti flori, cum vino, melle & cera liquato permiscentur, mihi tamen non leuiter suspecta sunt, pro quibus scribitur lib. de Natura mulieb. ἄνθια τῇ σμύρνῃ μίγνυτω.

403 ἢ ἕλειον βρύον] Hæc quoque suspecta sunt, & pro his legitur libro de Nat. mulieb. σισύμβειον ἐν οἴνῳ ἑψῶν κλύζειν.

404 ἐν οἴνῳ ἑψῆσαι] Post hæc verba κλύζειν addit Cornarius ex libro de Nat. mulieb.

405 Ἢ κλύζειν ἐν ὕδατι] ἐν οἴνῳ ἢ ὕδατι ἑψῶν, ἢ κλύζειν legisse videntur Interpretes.

406 Τοῦ δρᾶν] Ista admodùm mihi suspecta sunt, eaq; referri videntur ad præcedens medicamentum, tumq; legendum erit, ἢ κισσὸν κριτικὸν ἐν ὕδατι, Τοῦ δρᾶν, vt hedera Cretica in aqua decocta, eadem facienda sint, hoc est, colluendum. Deinde, ἢ ἐχέτρωσιν ἢ σμύρναν δὸς ἐν ὕδατι, κλύσω. Sic enim legitur lib. de Nat. mulieb. Cuius lectionis coniecturam dant exemplaria quæ hic εἰς ἐχέτρωσιν legũt. ἐχέτρωσις autẽ ἡ λευκὴ βρυωνία exponitur Galeno.

407 ἐνεργῶν] Lib. de Nat. mulieb. κλύσω legitur pro ἐνεργῶν. Idem autem significat quod antea Τοῦ δρᾶν.

408 ἢ δ' ἁψὶς ῥίζης ὅσον δύο πόπας] ἢ μέλι ἢ ἔλαιον addunt Vaticana exemplaria ex lib. de Nat. mulieb.

409 ἢ σίδῃ γλυκείης ῥοιῆς] Sic quidem legunt exemplaria omnia. σίδῃ tamen mihi valde suspectum est, cùm non legatur lib. de Nat. mulieb. vbi ista repetuntur. Lubentiùs autem ἢ σιδὶ γλυκείης ῥοιῆς τὸ ἔνδοθεν legam, vt quod intra putamen est mali punici dulcis intelligatur granati dulcis succum dixit Caluus.

410 ἢ ὄψιτα πύρεια διπλάσιον] διπλάσιον lego cum Interpretibus, cùm διπλάλλων scribatur libro de Natura mulieb. & διπλάσια supra hoc libro. διπλάσιον verò legisse videtur Caluus, cùm decoquenda velit.

411 εὐμαρὲς πεπαράκοντα ἡμέρας] Sic quidem legunt exemplaria quæ adhuc vidimus omnia publicata. Vaticana verò εἰ εὐμαρές, quod mihi referre videtur id quod hoc libro antea scriptum est, vbi ista repetuntur, εἰ εἴη τὸ εἶν ἡμέρας μ. hoc est, si ferre possit, aut si facilè fiat. Si facilè possit dixit Caluus, hanc lectionem secutus. Istud verò additur, quod ἀποτεύξασθαι lacte solo ad dies quadraginta vti velit, etsi libro de Natura muliebri vbi ista etiam scribuntur, nihil tale scriptum est. Alioqui εὐμαρὶς quod habent publicata omnia exemplaria, ad lac bubulum, vt ἀπίεσιν referetur, quodque faciliùs aut paratur, aut bibitur, quàm asininum. Cornarius verò pro εὐμαρὶς μελαίνης legit, ex libro de Natura muliebri.

412 λαῦ ἐκ πίνε τὸν ἕλμινθα ἀχρεῖ] Sic antea ad sedis dolorem ex partu, iuniperi baccas cum semine lini & vrticæ in potum exhibuit. Vbi etiam Cornarius pro λίνου ἱπποσελίνου legit, & hîc σελίνου, semen apij posuit.

413 ὑοσκυάμου καρπὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Apparet autem ex Galeno in Exegesi hîc Dioscoridem κώμεα legisse, & pro hyoscyami semine cepisse.

414 ἢ στελίνου] Libro de Natura muliebri vbi ista etiam scribuntur, pro στελίνου σχίνου scribitur, quod lentisci succum significat.

415 χυλὸν ἐκπίσας αὐτὸν] χυλὸν ἐκπίῃς ἕγχει legunt Vaticana exemplaria.

416 ἢ ἀκτῆς τὸ μέσον] ἢ αὐτῆς τὸν μέσῳ legitur libro de Natura muliebri vbi cucurbitæ meditullium in longitudinem derasum indendum significatur.

417 ἢ ἀψινθίου] Libro de Natura muliebri legitur, ὕδατι ἡμιμεδίου τρίβων, ἐν εἰείῳ ἀπαποτιζίων, πρόσθε.

418 δίδου] Libro de Natura muliebri vbi remedium istud repetitur, δίδου ἐσθίειν scribitur, vt in pulticulæ formam parandum medicamentum indicet.

419 χολῆς κυθαρικῆς] Libro de Natura muliebri hæc eadem scribuntur.

420 βάλανον εὐμηκεσέρλου πεσσοδύνας] βάλανον εὐμακισέρλου ποιέειν ἢ πεσσοδύνας legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus.

421 ἐλατηρίου πόπας τέσσαρας] ἢ ἐλατηρίου lego, & πεσσοδύθω ex membranis Vaticanis quas secutus est Caluus. σίαπι μιλέῳ Erotianus ἀπὸ τῶν πεσσαταίων positum apud Hippocratem adscribit.

422 ἢ θαλάσσιος] Aldina exemplaria ἢ θαλάσσιον legunt, vt aquæ marinæ cum melle potionem vnam exhiberi velint.

423 ἐν οἰνογάλακτι ἑφθῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt etiam paulò supra colocynthidas vino aut lacte cocto macerabat, ἐν ὀνείῳ γάλακτι tamen legunt exemplaria Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus.

424 ἄλλῳ κλυσμὸς χολάδης ἢ φλεγματώδης] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cordæus verò ἢ χολάδης ἢ φλεγματώδους legit. In hac autem lotione, quæ repetitur libro de Natura mulieb. oleum simpliciter cum melle additur. Hîc verò ἄνθινον, anethinum tamen dixit Caluus.

425 ἢ κνῆστρον] κνῆστρον κνίδεσι dici apud Hippocratem testatur Galenus in Exegesi, idq; scripsimus in nostra Oeconomia.

426 μετακλύζειν ἢ χρίνα φύλλα] χρίνα φύλλα lego cum Interpretibus, pro quo σίλλα φύλλα vitiosè legitur libro de Natura mulieb.

427 ἐλατηρίου] ἢ ἐλατηρίου lego cum Interpretibus.

428 ἢ ἀποβρίζαντα] ἢ ἀποθήσαντα legunt exemplaria Vaticana, eamque lectionem secuti sunt Interpretes.

429 κίκκον τρίβειν] Hîc κόκκον granum Cnidium sumo cum Cornario & Caluo, quòd sæpiùs sic soleat Hippocrati efferri, id ex mandragoræ radicis decocto teri iubet.

430 σκορόδῳ μάλυζαν] Hoc idem medicamentum scribitur lib. de Natura muliebri sed σκορόδῳ μάλυζα non apponitur.

431 ἢ γῆς λήμνης] Istud præteriit Cornarius, quòd non ascriptum sit lib. de Nat. mulieb.

432 ἢ λευκὸν ῥίζαν] Istud etiam scribitur libro de Natura muliebri vbi λευκὸν ῥίζαν πρὸ τοῦ δεκαπόν, à Galeno explicari diximus.

433 κυκλαμίνου πρὸ κεφαλῆς] κεφμμύου legitur libro de Natura muliebri, sed illic κυκλαμίνου ex hoc loco legit Cornarius.

434 ἢ κόκκους ἑπτακαίδεκα] Cornarius ex libro de Natura muliebri. hîc κόκκους τριάκοντα legit, & grana Cnidia triginta assumi & teri vult. Verùm illum locum ex isto potiùs repono, & Indici medicamenti grana tria trita sumi volo, quod piper vocatur Hippocrati ex libro secundo περὶ γυναικ. vt indicauimus in nostra Oeconomia, hoc expresso loco. ἑπτάψας autem lego.

435 σκόροδα δεῖ ἑφῶν] Libro de Natura muliebri vbi medicamentum istud adscribitur, porrum in aqua decoquitur, deinde decocto vinum admiscetur. In fine libri secundi περὶ γυναικ. porri succus additur.

436 σμικρὸν ἀποχίας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ quidem volunt minorem decocti copiam ad collutionem sumendam. Verùm ista lectio non parum mihi suspecta est, tum quod πίτρου σμικρὸν legisse videtur Cornarius, tum quod libro de Natura muliebri legatur, περιβάλλον λίνου σπέρμα μικρὸν, ὕπειτα ἀποχίας, κλύζε.

437 κνήστρου ὅσον πίσιν] Libro de Natura muliebri pro κνήστρου κνεώρου legitur, & hemina Æginæa aquæ mulsæ requiritur, vt satis appareat κνῆστρον κνεώρου dici.

438 ὕδωρ ἄγειν ἢ δίρματα] Pro δίρματα φλέσματα legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem etiam secutus est Caluus. Hæc verò eadem paulò supra iam scripta sunt, & repetita extremo lib. de Nat. mul.

439 ἀψίνθιον κύαθον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed κύπελλον legendum ex superioribus apparet, quemadmodum etiam Caluus & Cornarius legerunt, pro quo κυπάριον scribitur lib. de Nat. mulieb. vbi etiam ἄλλας addit.

440 ὄψιτα] Interpretes hanc dictionem omittunt, quod supra non adhibeatur, neque lib. de Natura muliebri: adscripsimus tamen ex omnibus exemplaribus, etsi videtur ex ἄλφα detortum, eóque medicamentum facilè carere possit.

441 ποσὶ τε τρίψαντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quod grana cnidia pedibus decorticata & trita significat, fortè quòd foris inuolucrum durum est, nec nisi tusum ac depositum in vsum veniat. Sed suspectam lectionem faciunt Interpretes, qui πόσιν τὸ τρίψαντα, aut πότῳ legerunt, vt quantum ad potionem vnam satis sit sumi velint, velut postea legitur, ἐλατηρίου πότῳ συμμίξας.

443 ὃς μὲν δὴ βοηθέ̣ῃ] βοηθέ̣ῃσι legunt Aldina exemplaria & Vaticana, quæ ἀσελουσίῃσι pro ἀρωλεῖ legunt.

443 κνιδία ὡς μάλιστ] ὁκοῖ̣σι κνιδίοις quidam legunt, vt ad instar gallæ cum melle glans efformetur, quod eadem in re ὅδε κνιδίοις dixit libro de Natura muliebri. Significat autem ex medicamento sumendam esse gallæ magnitudinem, & in glandem componendam, aut gallæ crassitudine glandem fingendam. Exemplaria tamen omnia ὅσον ὠὸν κύπρου legunt.

444 ἢ σμύρνα ἄκρητο] σμύρναν ἄκρητον vocat, myrrham maximè sinceram ac puram, eadem πρέπτα dicitur lib. περὶ γονῆς, quæ est primariæ notæ & probatissima, & nihil habet impuri admixti, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

445 ἢ ἐλατηρίου] ἢ ἐλατηρίου legunt Interpretes, ἐν σαπὶ verò Caluus pingui subactum elaterium esse vult, propter diuersam τῆ̃ σαπὸς significationem.

446 ἄλλο ὁμοίως] Vaticana exemplaria addunt, ὕδωρ ἄγει ἢ μύξας ἢ ῥίμματα, quam lectionem etiam secutus est Caluus.

447 ὅσον πίσιν ἐφίκῃς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ decocta grana cnidia ad potionem vnam significant, aut quę potionem vnam efficiant. Cornarius autem πρὸς ὅδε πόσιας legisse videtur vt quantum tribus potionibus satis sit accipias.

448 ἢ ῥόδινον ἄλειφα] ἢ πᾶσι ῥόδινον ἄλειφα legunt interpretes, vt deinde illinendum sit vnguentum rosaceum. Sed videntur ista significare grana cnidia trita, melle subacta, vnguento rosacco intingenda, & ex glande supponenda.

449 ἢ ῥίμματα ἀφαλεσώμενα] ῥίμματα ἀφαλεσόμενα legunt exemplaria Aldina, ἀφειδόμενα Vaticana quædam. Communes pelliculas dixit Caluus, sed idem ὕδωρ ἄγει legisse videtur.

450 ὕδωρ ἄγειν δωδέκυμνα] ἢ αἰματώδεα δωδέκυμνα legunt exemplaria Vaticana.

451 σφόδρα καθαρικά] Hæc in omnibus exemplaribus sic leguntur. Cornarius autem & Caluus post potiones adscribunt. Caluus verò hic legit, ἐλαιοζόμενον πρίψας.

452 καθαιρέειν πάντα] Apparet hoc medicamentum hîc diminutè scriptum esse, ideóq; ex suprascriptis & libro de Natura muliebri, reponendum. In eo autem plurimum virium reponit Hippocrates, cùm idem sæpiùs repetat.

453 ἐν ὕδατι θερμῷ] Istud aliter legunt Interpretes ex superioribus locis.

454 ἢ τὸ πεπτεμμένον] Hîc Cornarius lectionem lib. de Nat. mulieb. adscripsit.

455 πάσσειν ὑσσῶπῳ δωδέκμυον] Hoc longè aliter legit Caluus, & ad medicamentum ex mercuriali & myrrha retulit.

456 καθαρικὸν δωδέκμυον] Hic fotus etiam scribitur lib. de Nat. mulieb. longè tamen aliter, quod non parum suspectam hanc lectionem facit.

457 διὰ τὸ σῶμα τὸ μύρτου ὀρθὸς ἔχειν] διὰ ὀρθῶς ἔχειν legunt Caluus & Cornarius. Secutus tamen sum codicum pluralitatem cum Cordæo. κόψαι etiam pro κόψας legunt Aldina exemplaria. θαλάσσιον ἅλμυ autem videtur esse aqua marina, quæ paulò post θαλάσσιον dicitur.

458 πυελοῦ τῆ βληχρείῃ] βληχρᾶς lego cum Interpretibus, vt scribitur lib. de Nat. mulieb.

459 δύο χοίνικας] ἀφ' ἑνὸς χοίνικος addunt exemplaria Aldina & Vaticana, quæ etiam scribunt, τῇ ἰριδίνῃσι χοίνικι τῇ ἀσταφίδων.

460 ἔγχυτον καθαρικὸν] ἔγχυτον non legunt Caluus & Cornarius. cùm medicamentum istud lib. de Nat. Mulieb. & postea lib. 2. inter suffimenta reponatur.

461 βάλανον πάσσειν ὅσον σταφίδα] οἷον σταφίδα lego cum Interpretibus, & σταφίδα ex Galeno hîc accipio, πρὸ θαλασσίου κόγχου πρὸ ἐξαιμοσύρου, διὰ οἱ πολλοὶ μάκρα σταφυλοειδέα. Hunc enim locum à Galeno in Exegesi subindicari in Oeconomia nostra scripsimus. Quod autem hic οἷον σταφίδα dixit, libro de Natura muliebri, οἷον ὀξύβαφον ἐλαιηρὸν scribit, & libro secundo περὶ γονῆς. ὡς ἀμβάριον, in acetabuli formam, σκιάματα quoque hic ἀρώματα, aut materiam ad suffitum accommodatam significant, quam in σταφίδα aut ὀξύβαφον ad suffitum parandum iniici vult.

462 διὰ τὰ καταμηλίδια ὧν] μηλίῃ legunt Interpretes. Hoc autem medicamentum ex aqua decoquendum est, deinde percolatum infundendum.

463 καταχρίειν μαλθακίσειν] Hoc etiam medicamentum inter mollientia scribitur postea lib. 2.

464 καθαρικὸν ἄπνοον καθῆραι] Hoc medicamentum ab Interpretibus prætermittitur, quòd paulò antea sit adscriptum etsi in omnibus exemplaribus apponitur, quod tumultuariam istam operam indicat.

465 ἔπειτα φάκιον πιεῖναι] πίνειν aut πιεῖν lego vt antea, quod sæpè in Hippocratis doctrina lenticulæ decoctum ad vomitum exhibeatur.

466 διὰ βάλανος γυναικὸς κυῆσαι] Hæc etiam scribuntur libro de Natura muliebri.

467 ἔπειτα δίδου ἅλεσιν] τὸ αὐτὸν scribitur libro de Natura muliebri.

468 διὰ δὲ τὸ σῶμα μυρσίνης] Longè aliter legitur lib. de Natura muliebri. Caluus verò etiam aliter legisse videtur, διὰ δὲ τὸ σῶμα αὐξομενοῦ. & μίσχος δὲ μυρσίνης.

469 διὰ ἰλικνοῦ] Videtur hoc medicamentum adscribi lib. de Natura muliebri, vbi carnis bubulæ frustum pollicis pedis magnitudine, & digitorum sex longitudine requirit, & filo deligatum supponit. φάκιον autem pro κάκιον legit Cornarius & Caluus, etsi hic (pro more) vtrunque agnoscit. πάκιον autem βάτιον Galenus in Exegesi exponit.

470 ἢ πυελοῦ συκῆς] Hic mihi videtur esse locus quem Galenus ex hoc libro exponens scribit in Exegesi, συκῆς, ὃν φράσας τῇ γυναικείων, ἢ πυελοῦ συκῆς δὲτὸ ῥίζης, ὃν ἴσως τῇ συκάμινος, τυπίσει συκομίνου, ὅπερ ἐπίρρωσι ὥσπερ ἐξηγούμενοι φασὶ, μορίου ῥίζης. Sic enim scribendum diximus in nostra Oeconomia, cùm vitiosè legatur apud Galenum, locumq; istum expressimus & exposuimus, ideóque mori radicis fomentum adhibendum ex decocto diximus, cùm fici radicis decoctum sumpserint Interpretes, & deinde quod sequitur [ἢ μετέπειτα τῆ πίνει] de fici interioris pulpa & pinguedine sumpserint. Videtur tamen de quouis pingui ex vino dulci exhibito intelligendum.

471 διὰ δὲ ῥοῖσιν αἰθούσιον] Libro de Natura muliebri eandem in rem oleæ folia & hederæ, rubi & mali punici, vino veteri incoquit. Vbi pro vino Pramnio, vinum vetus scribitur. Quid autem sit vinum Pramnium scripsimus in nostra Oeconomia, hoc etiam expresso loco. Lubentiùs autem legam, ἢ ὁ οἴνῳ ἴσῳ ἀφάμενον.

472 πάσχει ἢ ἀπὸ σφλαῶν] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia. Cæterùm pro πολὺς δὲ, ὧλι δὲ legunt omnes Interpretes & exemplaria Vaticana.

473 σφάῖρα] Hoc remedium etiam adscribitur libro de Natura muliebri etsi diminutè, & in fine libri secundi περὶ γυναικ.

474 μυελὸν] ἐλαίῳ & μυελὸν legit Caluus.

475 φύλλα ἐλαίης ἢ βάτου] Libro de Natura muliebri hoc remedium repetitur, sed carnis bubulæ frustum his foliis velut cataplasmate obductum, in pudenda immittit.

476 ἕλκεα ὡς μάλιστ ἀποξηράνῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ significant hæc quæ sequuntur cum melle ad deficienda vteri vlcera vsurpari debere. Verùm cùm ferè remedia ista ad vteri vlcera adscribantur libro de Natura muliebri. ἕλκεα ὡς μάλιστ ἀποξηράνῃ, lego cum Cornario.

477 σφαμμίζειν] σφαμμίζας lego cum codicibus Aldinis.

478 ἂν πάλιν] Sic quidem legunt exemplaria quæ vidimus omnia, quibus verbis quid significetur non satis constat. Pro iis ἅπαξ legisse videtur Cornarius, vt fel tauri tenui farinæ massæ obductum aut obuolutum, in crustam torrefieri velit, deinde deuorari. Caluus verò σὺν ᾧ legere videtur. Locus certè mihi suspectus est, & pro ἂν πάλιν ἅπαξ legit Cordæus.

479 ἐπὶ τρίτῳ] Istud tertio quoque die bibendum significare videtur. Interpretes tamen ter dixerunt. ἐπὶ τρίτου tamen legit Cordæus.

480 σφόδρα ἢ ὕδατι] ἅμα lego cum Interpretibus omnibus.

481 ῥαδίδιον] Surculum aut coliculum intelligo, aut radicem fibrosam.

482 ἢ ἔξω ψιλὸν] Glandis extremum nudum esse vult, hoc est, minimè lana obuolutum, cedria tamen illitum.

483 βαχὶς παλαιὰς] Hæc Notha huc apposuimus ex veteribus membranis, maximéq; Varicanis, quæ huc adscribunt, etsi quædam ad extremum librum secundum adiungunt. Sunt autem hæc in codicibus omnibus admodum corrupta, quæ tamen minimè prætermittenda putauimus.

484 ἀὸν ὀπτήσαντα] Libro primo περὶ γυναικείων ad puellorum tussim lini semen cum oui vitello assato & sesamo in cibum exhibet.

485 κρομμύων πολὺ ζωμὸν] τὸ ὑγρὸν lego cum Cornario, & ὡς μάλιστ πίνας.

486 καύσει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed βαρύσει legunt Interpretes.

487 ἁλυσὶν] Istud non videtur legisse Caluus.

488 τῷ χλωρῷ μαλακῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia: Cornarius tamen τῷ χλωρῷ, ὃ τὸ ἰὸν legit & ἰσχὰς μαλακὰς. Videtur autem significare, ad vsum glandes, anserino pinguedine illitas, lana ouilla & molli inuoluendas.

489 ἐλαίῳ ᾧ χρίνῳ] Id non legit Cornarius.

490 τὸ σπιλικὸν] σπιλικὸν legisse videtur Caluus.

491 ὀπὸν φάρμακον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed σπιλὸν malim, quomodo etiam Cornarius legisse videtur.

492 ὕδατι φύραντα] Hic locus parum est integer, in quo secutus sum Cornarium, & lego, νίτρον ὕδατι φύραντα λεῖον.

493 ᾗ τὸν ἴδιον χρόον] Hæc fœdissimè sunt corrupta in omnibus exemplaribus, & ex quibus nullus sensus elici possit. Ideóque cum Cornario prætermittere malui, quàm in his turpiter & pueriliter nugari. Suspicio tamen est, medicamentum ex nitro trito in ollam cum melle coniectum, addito alumine cum aqua aliquandiu feruefactum, ad illinendum locum dolentem comparatum fuisse. Quod sequitur videtur ad illinendam sedem dolentem apparatum ex vua passa trita. Quod tamen longè aliter sumpsisse videtur Caluus.

494 ἐν σαπὶ] Incertum quoque est an hic farinæ massam aqua subactam, an verò pingue aliquid intelligat. Pingue suillum dixit Caluus. Deinde in ponderibus valde est suspectum Medicamentum, & videtur de portulacæ & lactucæ succo cum farinæ massa, aut pingui aliquo subacto accipiendum.

495 χαλκὸς, εἶτα χαλκῷ] χαλκῷ ἰὸς lego, æs vstum aut æruginem.

496 ἔμπλαστρον] ἔμπαστον legit Cornarius, & significat id quod puluere inspergitur. Videtur enim hoc medicamentum, vstum, tritum & puluere vsurpandum. Hoc verò longe aliter Caluus legisse videtur.

497 τῷ ψιμυθίῳ] τῷ ψιμυθίῳ ἐν lego, & τῷ μισῷ ἴσῳ. Deinde ὑγρὸν ἀνεμώνης, quemadmodum etiam Caluus legisse videtur. Pro πεπλυμένου etiam πεπλυσμένῳ lego, & ad ποσοῦ refero, vt paulò post.

498 διαπλάσαντα φθοὴς] φθόης lego ex Galeno, in nostra Oeconomia, hoc etiam expresso loco.

499 ἐς χαλκῶ κηκίδα] κηκίδα legunt exemplaria manu scripta, sicque legi debere scripsimus in nostra Oeconomia, hoc expresso loco.

500 ταύτῃ ἴσα μίσγειν] ταῦτα ἴσα μίσγειν lego.

501 ἐναφεῖναι τὸ χρυσίον] Hæc vitiosa sunt & ab Interpretibus omittuntur. διαπιεριμμένῃ autem & διαπρίσειν probè & diligenter terere hîc significat, ταύτας ἀλλήλας διαπρίσειν lego.

502 χρυσῖτις] χαλκῖτις legisse videtur Cornarius.

503 ποσοῦ τ κωφρίνου τ χαλκίτιδος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed Cornarius ποσοῦ κωφρίλου λεί ου legit. Intelligit autem chalcitim veram.

504 μὴ ξυστρέφεσθαι] ξυστρέφεσθαι lego vt sit, ne coeat inter se, aut in sese cogatur & coiligatur dum teritur. ξυστρέχεσθαι etiam quædam legunt exemplaria, quod est, ne in se concurrat aut simul contrahatur dum teritur, hoc est, ne partes inter se cohæreant aut coëant. Cornarius verò μὴ ξυνέχεσθαι legisse videtur.

505 πρὸς ἄρκευον] ἄρκιμος quodnam sit oculi vitium scripsimus in nostra Oeconomia, simulque hunc locum subnotauimus.

506 ἢ γλαμυρὸς ἢ ὀφθαλμὸς] γλυκύμυρις legunt Aldina exemplaria, & asteriscum apponunt, vt vitij notam, γλίκυμος aut γλυκερὸς videntur legisse interpretes. γλαμυρὸς autem ὀφθαλμοῖ quinam dicantur Galeno, exposuimus in nostra Oeconomia.

507 ῥεῦμας ὀξωθῆται] ὀξυθῆται lego cum Interpretibus. Hunc autem locum longè aliter mihi legisse videtur Caluus.

508 σίλλα] Sic legitur in omnibus exemplaribus, sed σκωλὸς μολίβδου videtur legisse Cornarius.

509 εἰ βούλει] Hic locus valde suspectus est, ideóque asteriscus est subnotatus in Aldino exemplari.

510 διατρωγώμενα] Interpretes istud omiserunt cùm tamen in omnibus exemplaribus legatur, sed ὡς διατρωγώμενοι legendum videtur.

511 ὅπ δ' αὖ ἀπίλθῃ] ὅταν δ' αὖ ἀπίλθῃ, aut ὅτε legunt Interpretes, sed ὅ, π δ' αὖ lego, vt intelligatur id quod a rutro discedet.

512 σολόμης] Sic quidem legunt exemplaria omnia, eamque dictionem retinuit Caluus. Verùm mendum subesse existimo, & ὀλὸς aut ἄλμης lego cum Cornario.

513 ἑκατέρῳ πιθῷ ἑπτίῳ] Hæc vitiosa sunt & valde suspecta, ideoque in codice Aldino asterisco notata, τῆς ἑπτεμόνης τέταρτον legisse videtur Caluus. Cornarius autem omnino prætermisit, quem sequimur. Ista autem longè aliter legisse videtur Caluus.

514 κλύζειν χυλῷ, εἶτα ἐς σκαφίδα] Hæc verba prætermittuntur ab Interpretibus, sed accipi videntur de infuso in vas aliquod (σκαφίδα dicit, nos scapham aut scaphulam vertimus) effundendo, vt deinde in sedem iniiciatur.

515 ἐς χόα ὕδατος] ἡμιχόεα legit Caluus.

516 ψύξας ᾧ τὰ μῆλα] ἐψήσας lego cum Caluo. ψύξας tamen legunt exemplaria omnia, sed vitium subesse asteriscus codici Aldino affixus indicat, ξηράνας legit Cornarius. Mala autem cydonia, vt supra, concisa intelligi videntur. Coriandrum etiam cum apij foliis addit Caluus.

IN LIBRVM SECVNDVM, DE MORBIS MVLIERVM.

Προς λαϊκὸς] Hic liber eiusdem est argumenti cum superiore, propriéque quodammodo profluuia muliebria, & vteri errores pertractat. 101

2 ᾗ ἰς τὰς χερσοκημίας] ξωπτῖνει vitiosè legunt Aldina exemplaria pro ξωπταίνει. ξωτεῖνῃ verò exemplaria Regia manu scripta, quæ videtur esse quædam huius verbi explicatio. πταίνῃ enim pro τείνῃ sæpè efferunt Homerus & Hippocrates. Lego autem τῷ μήρῳ ξωπταίνῃ, vt cum suris fœmora contendantur, ac veluti contrahantur. Id autem ad mulierem veluti quadam conuulsione affectam refertur.

3 ἓν τὰ κλύσματα δὸτ τῷ ἄρτων κεκομμένα] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, sed pro κλύσματα κλάσματα legendum existimo, vt decerpta ex pane crustula aut frustula aqua macerata intelligantur. Huiusmodi enim potus valde desiccat, neque ingrati est saporis, vt quotidie testantur ægri, qui ex panis frusto torrefacto aquam sæpissimè ebibunt. Cornarius ξύσματα pro κλύσματα legisse videtur. 102

4 ᾗ ἄλφιτα πεφυκότα] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra Oeconomia ex Galeni mente, qui ἄλφιτα πεφυκότα, τὰ ἐκ τῶν νεῶν ᾗ παλαιῶν κεδρῶν bis exponit. At Erotianus apud Hippocratem, τὰ γινόμενα ἐκ τῶν φρυκτῶν κεδρῶν exponit, scribitq; sic Atticis vocari. Verùm apud Erotianum mendum subesse suspicor, & ἀφρύκτων legendum existimo, eumque à Galeno subnotari opinor, cùm scribit, πινὲς ᾧ τὰ ἐκ τῶν ἀφρύκτων μόνα. Exemplaria autem Aldina πεφρυμένα pro πεφυκότα vitiosè legunt.

5 ᾗ παχεῖαν πεποιηκότα] παχεῖαν crassiorem vinculi partem aut nodum intelligo, hoc est laqueum, istumq; locum expressimus in nostra Oeconomia.

6 ᾗ σικύας ἀείρῃ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vulgatamque istam lectionem secuti sumus in nostra Oeconomia. Verùm σικύας ἀείρῃ malim, quod est πεσσοῖρῃ, vt exponit Erotianus.

7 τὸ, τὰ χρῶμα ἀφυῶδες] ἀφυῶδες, τὸ ἀφύης χρώματι ὅμοιον, apuam colore referens exponit Galenus. Erotianus verò istum locum disertissimis verbis sic exprimit. τὰ χρῶμα ἀφυῶδες ᾗ τὸ πρόσωπον μετάρσιον] ἀφυῶδες μὲν χρῶμα λέγεται τὸ λευκοπάλιον, ὅσπερ ἐστὶ τοῖς ἰχθύσιν ὠνομασμένον, μετάρσιον ᾗ, κυρίως μὲν τὸ ὑψηλὸν λέγεται, κατὰ χρηστικὸν ᾗ τὸ ἐπηρμένον εἰς ὄγκον ὠνόμασεν.

8 αἱ μὲν γὰρ εὐπέρλευκοι] Eadem scribuntur initio libri περὶ γυναικείης φύσιος.

9 ἴσα νεῶν ἐόσαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ex Galeno ἰσεννύσαι legimus in nostra Oeconomia, istumq; locum restituimus. Exponuntur enim ἰσεννύσαι Galeno in Exegesi, ἰσάζεται, μεσήλικες ὦσαι. in media ætate constitutæ, aut in æquilibrio ætatis positæ, cùm sint inter iuuenculas & vetulas mediæ.

10 ᾗ ῥοιὰ πιὼ ἐρυθρὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ῥοᾶ πιὼ ἐρυθρὸν lego cum Interpretibus omnibus. Deinde ἐν ὀξεῖ ὡς ἐξυτάτῳ lego cum Cornario, etsi ὕδατι legunt exemplaria omnia. Potest autem ὕδωρ ὀξύτατον dici, aqua in qua thus ipsum ac sumachium tam diu maduerit vt acorem maximum imbuerit. ἀλειφάθω etiam pro ἀλειφάθῳ ponitur. Per vinaceorum autem potum, aquam ipsam in qua vinacea macerata fuerint intelligo.

11 πτάνου ξυμμίξας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, verùm σπανὶς ἀλήτῃ lego cum Cornario.

12 ᾗ οἴνῳ μέλανι οἰνώδει] ἐνώδει pro οἰνώδει legunt exemplaria Vaticana, eaq; secutus est Caluus.

13 φάρμακον πίσαι κάτω] αὖω pro κάτω legunt Vaticana exemplaria.

14 ἰὼ ᾧδὶ παιδοῖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ποιοῦσα pro παιδοῖ legit Cornarius.

15 ἓ θρίμβια διαλείποντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, istamque lectionem secuti sumus, quæ cum eo quod sequitur maxime conuenit. Interpretes tamen omnes διαλάμποντα legisse videntur.

16 ἐκθράσει] ἐκθρήσει hîc mihi legisse videtur Galenus in Exegesi (vt scripsimus in nostra Oeconomia,) quod ἐκβάλλει, ἐκθράσῃ exponit, & in quibusdam exemplaribus ἐκφλύει, velut æstuando aut ebulliendo expellit & eiicit, quod prorumpentis sanguinis copiam aut impetum satis indicat.

517 ᾗ

[37] ἢ γλωιμεῖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quæ dictio quietum esse à flatibus ventrem indicat, & sine flatu distentum aut induratum, vt scripsimus in nostra Oeconomia. Sed suspectum locum habeo, & pro γλωιμοῖ ἀνεμοῖ, aut ἀνεμᾶται, aut ἰωιμᾶται (velut ἰῶιμος pro ἄνεμος dicitur) lubentiùs legam, vt sit inflatur, aut flatum concipit. In his enim venter flatu distenditur, attollitur & indurescit. Cornarius ἀνω-εῖ legisse videtur, aut ναπίλει huc accommodasse, quod Galenus in Exegesi ἀδιαπνοῖ exponit. Caluus autem ἐμίει legit.

[38] ἢ τίνοντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed τίνοντας malim. Sic enim colli neruos sæpè vocat Hippocrates.

[39] ἢ ὁ χρὼς ςρέφεται] τρέπεται legunt Vaticana exemplaria.

[40] καθιζῶν] καταξύων lego cum Cornario.

[41] ὁ, τι ἂν μᾶλλον ςερεπίται] ὁ, τι ἂν ἄλλο μᾶλλον ςερεπίται legunt Vaticana exemplaria.

[42] ἢ κρίμνα ἐπ' ἀλφίτων ἁδρᾶ] Hunc mihi locum proprio quodam modo subindicare Galenus videtur in Exegesi, cùm scribit, ὅταν δ' ἐπηκείμενα ἀλφῖτα ἁδρᾶ, τὰ μέγιςα τῆς ἀλφίτου ὑλοῦ Ideoque πύεινα καταλείπει addit, vt farinam triticeam tenuiter confractam & cribratam ad sorbitionem istam parandam intelligas, cuius etiam aliàs vel crebra fit mentio.

[43] ἢ δ' ἀγλαόπιον] ἀδ' ἀγλεπιον legunt exemplaria Vaticana.

[44] τὰ περὶ αἰδοῖον] Loca sub articulis mihi intelligi videntur, hoc est lumbi, coxendices, & os sacrum, quibus alligatus est vterus, & ex quibus ligamenta dependent.

[45] ζωαὶ καταῤῥήξαντα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vt lib. 2. de morbis, ἐῤῥήξαντα τὰς κύκλους legitur, sed illic ἐκλύσαντα, vt hîc καταλίξαντα malim.

[46] βύπαττε δὲτὸ ἐλαιηρὸν] Videtur amurca intelligi quæ olearia vasa obsepit & infarcit, quæque vtiliter ad sedis, genitalium, & vuluæ exulcerationes adhibetur, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

[47] ἢ καίειν] ἢ ὡὲ καίειν legisse videtur Cornarius. Flammam autem accensam tolli vult & prunas remanere ad suffitum excitandum.

[48] ἢ λιαθῆς] Hîc λιαθῆς ex omnibus exemplaribus leuia ac blanda accipio, hoc est minimè acria ac mordacia, veluti sunt pinguia, aut velut λιπαρῶς, μαλακῶς dicitur blandè & leniter. λεπτὰ tamen legisse videtur Cornarius, vt quæ fluant, aquosa & tenuia, hoc est liquida euadant, & minimè mordacia, vliginosa dixit Caluus pro pinguibus.

[49] ἰὼ δ' ἢ μὴ εὔλυτον τὸ ςόμα γίνῃ] εὔλυτον τὸ ςόμα hîc dicitur quod minimè conniuet aut concluſum est, quomodo quæ clausa sunt & adstricta, solui dicuntur, cùm aperiuntur.

[50] ἀφὺς ἢ ἴδιος] ἀλικτρυόνος videtur pro his legisse Caluus.

[51] μελιχρῶ] Hîc μελιχρὸς οἶνος, vinum mellei coloris sumi videtur, quale est fuluum, pro quo πυῤῥὸν paulò post ponitur, mellitum tamen diximus, vt dictionis vim retineremus, siue ad colorem, siue ad mellis permixtionem respicias.

[52] ὡὲ δ' ἢ πυῤῥῶν οἴνου] πυῤῥὸς color in vino melinus dicitur † Gellio, * Plinio fuluus, quem sequimur. Est enim πυῤῥὸν χρῶμα Galeno lib. duodecimo Meth. med. πυῤῥὸν ὠχρὸν, color rufus in pallidum, aut pallidus aliquantum in rubrum inclinans, melinus aut giluus color dicitur, pro quo μελιχρὸς antea positus, hoc est melleus color aut cereus, quemadmodum πυῤῥὸν vertit Barbarus.

† *Lib.* 13. *cap.* 29. * *Lib.* 14. *cap.* 9.

[53] ἢ γλαμωροὶ οἱ ὀδόντες] γλαμυροὶ ὀφθαλμοὶ quinam sint ostendimus in nostra Oeconomia, hoc expresso loco, & quodnam sit ἀσυμφυὲς χρῶμα.

[54] ἐμπλάσσεται] Hanc phrasim exposuimus & expressimus in nostra Oeconomia.

[55] ἢ ςικύης λίμμασι] συκῆς legisse videtur Caluus, cum mori ramenta dixit.

[56] καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσι πομφοὶ ἀῤῥήσσουσι] πολφοὶ legunt Vaticana & Aldina exemplaria, πομφοὶ Galenus quem sequimur, ex cuius mente hanc dictionem exposuimus in nostra Oeconomia, istumq; locum expressimus. πολφοὶ autem legit Erotianus.

[57] ἢ ἰὼ π' ἢ ἐρυθρώδων, ἢ ἐῤῥὸν διδόναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἰὼ π ἢ ἐρυθρώδων ἢ, lego cum Interpretibus.

[58] ἰεκτοῖσι] ἰεκτὰ dicuntur quæ ex leguminibus fresis aut confractis conficiuntur, ideóque panes ex hordeo fresо aut confracto, cum interpretibus sumpsimus in nostra Oeconomia. At verò (si quid rectè coniicimus) existimo Galenum hîc legisse ἰεκτοῖσι aut ἐρικτοῖσι. qua notione pro ἰτρίοις & bellariis aut dulciariis placentulis sumuntur, quæ ex saccharo, nucibus pineis, sesamo, seminibus papaueris, ex πιμελῶν genere conficiuntur, ad virium refectionem. Scribit enim Galenus in Exegesi, τὸ ἰτρίον ἐρίκιον inde dictum ὅλον εὐθρυπτον, ὥσθ' τὸ ἐρίκιον quod est θραῦσον, vnde quoque ἰτρία καθάρματα exponuntur Hesychio.

[59] πεφυκῶν] Hunc mihi locum subindicare videtur Galenus in Exegesi, cum πεφυκῶν exponit ὡσεὶ ἐφυομένους, vt scripsimus in nostra Oeconomia hoc expresso loco. Hæc verò hîc ἐφυῶν videntur opponi.

[60] ξηρότερον ἢ] σκληρότερα videtur legisse Caluus, etsi vtranque lectionem adscripsit.

[61] δῆλον δ' ἔσται αἰρῶν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vitiosè vt apparet, sed nos in nostra Oeconomia δῆλα ἔσται legendum esse monuimus, istumque locum ex Erotiano & Galeno restituimus, hancque lectionem secutos esse Interpretes apparet, etsi Cornarius δι' ἄκρης exactè cribratum dixit. Est autem κρισέρα Galeno in Exegesi, ἡλιμμένη πλέκτις ὑπομαζομένη, quæ κνησέρα dicitur Erotiano, qui etiam κνησίρας apud Hippocratem exponit. Huic κνησέρᾳ, dicitur, ῥάκος χονδρῶν καὶ ἀραιὸν, δι' ὃ διηθεῖταί πως ὑς δι' ὑδατος, cribrum excussorium aut pollinarium vocant, sacculum quendam lineum rarum per quem excussas farinas transmittunt & traiiciunt. Postea etiam animaduertimus Hieronymum Mercurialem δῆλα κρησίρας ex vetustissimis codicibus adscripsisse, & δῆλα κρισέρας in suis Annotationibus legisse. Sed δῆλα κρησίρας malim, aut cum Erotiano δῆλα κνησίρας.

[62] ἢ λιῶ ὲν μαζρὶ λάβητα] μὴ λάβητα legit Cornarius, contra tamen codicum omnium fidem.

[63] ἐκάτεραι χραιτίραι] ἐκάθας γὰρ ἑτέρας λαμβάνῃ ἡ νοῦς αὖτη, legunt exemplaria Vaticana. Caluus autem ἑκάστας χραιτίρας legisse videtur.

[64] κλύζειν ἢ πίσιν αὐτήσιν] Sic quidem legunt exemplaria quæ vidimus omnia. Caluus tamen οἴνῳ ἡδεῖ χλιερῷ κλύζειν legisse videtur.

[65] σρυγμοὶ σὺν χύρᾳ ψαίρουσι] Hunc locum dissertissimis verbis exponit Erotianus, cùm scribit, σρυγμοὶ σὺν χύρᾳ ψαίρουσι, οἱ μὴ σύντονοι, ἀλλ' ἐκ δῆλα ποιήσεως ἀσθενῶς πιπτούσης, quod dicitur de pulsu leuiter manum attingente aut feriente, velut debili ac deficiente. Aliter tamen sumunt Interpretes, vt abundè scripsimus & exposuimus in nostra Oeconomia.

ἐν πᾶσι ζῶσι ῥέουσιν οἷα] ἑωυτὰ lego cum Interpretibus.

[66] ἐπειδὰν τὸ αἷμα ἐξαναδῷ] Sic quidem legunt exemplaria quæ vidimus omnia. ἐξαναχθῇ lubentiùs lego, vt sit exturbatus sanguis, & ex vtero eiectus, aut in corpore commotus, neque tamen expurgatus, subbilioſus fuerit, vnde color auriginosus euadit. Hunc autem locum expressimus in nostra Oeconomia.

[67] λίνα σπέρμα] σέλινα σπέρμα legit Cornarius, omnia tamen exemplaria, λίνα legunt.

[68] ἢ δίρμα ἔχῃ ἐς τὰ αἰδοῖα] ἐς δίρμα ἔχῃ. ἐς τὰ αἰδοῖα ὀδύνη, legit Cornarius. Exemplaria verò Vaticana legunt, ἢ ὀδύνη ἐς πλὴν ὕδρῳ, quæ secuti sumus cum Caluo.

[69] ἐκάτερα ἐς πλὴν κεφαλὴν] Eadem ferè scribuntur lib. de Natura mulieb.

[70] ἄλλῃσι ἢ ἄλλῃ πῃ] Istud indicat in quibusdam mulieribus ex alia quapiam parte quàm ex capite, coniecturam huius morbi aut indicium sumi, aut etiam in aliam quampiam partem desinere.

[71] ἢ ἀφείζει] Hunc locum exposuimus in nostra Oeconomia, etsi ἀῤῥάζει pro ἀφείζει Galenum in Exegesi legisse coniicimus, ὅταν ῥαίσῃ ταύτῃσι χρὴ λύειν πολλῷ ἢ δίρμα. lubentiùs lego, cum Caluo.

[72] πλὴν κεφαλὴν χρίειν] χρίειν lego cum Interpretibus.

[73] ἢ ἀέσαντος ἢ ὁ ἀὴρ βιαίως] Hoc est, & impulsus aër non nisi ægrè erumpat aut feratur, aut non nisi vi expellatur aut expiretur, propter suffocationem. Sic enim istum locum exposuimus in nostra Oeconomia, ex Erotiani mente, qui mihi ex hoc loco ἀέσαντος αἴσθησιν exponere videtur. Cornarius tamen de attracto violenter per inspirationem aëre accepisse videtur. Exemplaria autem manu scripta Regia, ἀέσαντος vitiosè, aut ἀέσαντος legunt. Caluus istud in totum & quæ sequuntur plurima omittit, quod mihi non parum suspectum totum istum locum facit, velut etiam quod hæc repetuntur de Natura muliebri, pancis admodum verbis, istisque omnibus omissis.

[74] ἀλκεδνὴ] Hanc quoque dictionem exposuimus in nostra Oeconomia, isto expresso loco.

[75] ἐπὶ τὸ ὀδύνη τι ςρεπτὸν ἢ τὸ πάθος] Apparet hæc esse verba quæ adducit Galenus in Exegesi in dictione πέρας. Ideóque ex Galeno & Erotiano hîc legimus, ἐπὶ τὸ ὀδύνη τὸ πέρας ἢ τὸ πάθος, & πέρας τὸ πάθος, τὸ ἄκρον ἢ ἀκμὴ τοῦ πάθους, morbi summum & extremum cum Galeno sumo, hoc est cùm morbus ad extremitatē aut

ſummitatem acceſſerit. Quem locum fuſiſſimè in noſtra Oeconomia expoſuimus, ſimulq; priſtino nitori reſtituimus. Hæc autem de vtero ad præcordia verſo repetuntur lib. de Nat. muliebri.

[50] ὡὶ γὰρ ἀθρόως ἐσῶνται] ἀφισῶνται videtur legiſſe Cornarius, aut ἐσῶνται pro ἀτεσῶνται cepiſſe. Si autem confertim aut vnico impetu vteri deſcendant, aut deorſum ferantur, magna fit turbatio & moleſtia, ideoq; ſenſim admouenda quæ propellant.

[57] ἤσιν ἐνθάδε δὲπὸ νεύπτης] Hanc phraſim expoſuimus in noſtra Oeconomia hoc etiam expreſſo loco.

[58] ἀμβλυώσασι γὰρ] ἀμβλύνασι videtur legiſſe Caluus, & vtranque lectionem adhibuiſſe.

[59] ἢ μυρσίνῳ] Id non legit Cornarius, quòd alioqui ad eiuſmodi mala myrteum vnguentum non adhibeat Hippocrates.

[60] ἢ καθῦραι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, verùm κάθαιρα videntur legiſſe Interpretes.

[61] ὅταν ᾖ κλυσθῆ τὸ σῶμα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed κλυσθῇ lego, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Aldina verò exemplaria ἢ ἐναυλίη legunt, malim tamen ἢ ἐναυλίη.

[62] ὅταν ᾖ πεύσηται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quod efficit vt de dolore intelligam. Interpretes autem πάσηται legiſſe videntur & ad veteros retuliſſe.

[63] ὡὶ αἱ μῆτραι πρὸς τὸ ἧπαρ] Eadem ferè ſcribuntur lib. de Natura muliēb.

[64] ἢ πρὸ ἐόντας ξωνερήεσαι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ξωνερήεσαι lego à ξωνερείδομαι, cùm ξωνερείδεσι legatur libro de Natura muliebri. Erotianus tamen hic mihi aliter legiſſe videtur, cum πρὸ ὀδόντας ἐρέρωται poni ſcribit αἱ τῶ ἐρηρεικότας πρὸ ὀδόντας ἢ ἰσρηγμὸνς ἔχῃ. Etſi quædam Erotiani exemplaria pro ἐρέρεσται ἐρήρατται habent, pro ἐρηρίδατται, quæ eſt tertia perſona pluralis numeri præteriti perfecti paſſiui Ionici, pro ἐρηρεισμένοι εἰσί. Quædam etiam Erotiani exemplaria ἐνείρατται habent, ab ἐνίεσθαι, qua notione σωνείρῃ ὀδόντας dicitur dentes inter ſe connectere. ξωνερήεσαι autem vt legitur in omnibus codicibus, à ξωνερίζουσι deductum videtur, qua notione ξωνερίζῃ ὀδόντας, dentes inter ſe contendere ac collidere dicitur.

[65] πρὸς ἢ ταὶ ῥῖνας ἀείρῃ] Ex hoc loco ἀείρῃ προσφέρῃ mihi videntur exponere Erotianus & Heſychius, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Sic enim προσφέρῃ ſcribitur libro de Natura muliebri, vnde ἀείρῃ mendo legendum videtur, vt legit Cornarius, etſi illic πρὸς ταὶ ὑστέρας non πρὸς ταὶ ῥῖνας legitur, quæ lectio mihi magis probatur.

[66] ἢ τοὺ ὀδόντας αἱμωδέα πιέσι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed αἱμωδῆ lego cum Cornario.

[67] ὡὶ αἱ μῆτραι] Eadem penè ſcribuntur lib. de Natura muliebri.

[68] μέσι μοῖραι τυρῦ] Sic legunt exemplaria omnia, ſed Cornarius lectionem lib. de Nat. mul. ſecutus, duas caſei partes facit, reliquorum vnam.

[69] ἢ τῇ ποτιμάτων , ἃ δ' ἔστιν πιπίσκῃ] Cornarius legit, ἢ τῇ ποτιμάτων ὁ τι ἂν μάλιστα προσδέχηται , πιπίσκειν , ex libro de Natura muliebri. Vaticana autem exemplaria hic τῇ χρεὶ pro τῇ καρῷ ἢ legunt & τὸ πλευρὸν vt legitur lib. de Nat. mul.

[70] ὡὶ δὲ ἐν τῇ ὀφθῇ] Eadem ferè lib. de Natura muliebri. Lego autem cum Cornario, ᾧ εἶη πνεῦμα μετέρσιον, quod expoſuimus ex Erotiani mente in noſtra Oeconomia.

[71] ἢ δὲ ἐθέλει κινέεσθαι] Hoc ad ægram refertur, quæ dimoueri non niſi ægrè & cum dolore poteſt. alioqui ὡὶ ἐθέλῃς μετακινῆσαι legendum, vt lib. de Natura muliebri.

[72] ᾧ τὸ ἧσον τρίζειν] Id de vrina dicitur, quæ diſtillando ſtrepitum edit, & quendam ſonum, vt expoſuimus in noſtra Oeconomia, pro quo ἢ τὸ ἧσον σάζει legit Cornarius ex libro de Natura muliebri.

[73] ἢ ὀλιγοψυχίη λαμβάνει] Hic ὀλιγοψυχίη λειποψυχίαν ſignificat, & pro animi deliquio ſumitur ex lib. de Nat. Mulieb.

[74] φάρμακον διδόναι αὖω] Pro διδόναι πίνειν ſcribunt Vaticana exemplaria vt paulò poſt.

[75] τὸ ξυὸν τῇ δάφνῃ προσιθεὶς] ἢ καταισχὺν ταὶ ὑστέρας πρὸ ξυὸν τῇ δάφνῃ προσιθεὶς προσθετέον κρατῆρα οἶνου ἐν ᾧ δύξηται legendum, vt libro de Natura muliebri veteros perfundit vino in quo medicamentum ex lauro decoctum ſit.

[76] ᾧδε παρασαμβύῃ τῇ δακτύλῳ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ᾧδε παραξαμβύλῳ legendum, vt antea lib. 1. ᾧδε γυναικ. eadem in re ſcribitur, ᾧδε παραξαμβύλῳ τῇ δακτύλῳ δὲπαρὰν τὸ ἰχίον. Sed lubentiùs ᾧδε παραξαμβύλῳ lego, & τῇ δακτύλῳ δὲπὸ τὸ ἰχίον, vt leuiter immiſſa manu contrectata muliere, digito à coxendice oſculum auertere, auocare & abducere ſignificet, quod monuimus etiam & notauimus in noſtra Oeconomia. Alioqui ᾧδε παραξαμβύλῳ τῇ δακτύλῳ, mulierem quæ digito oſculum à coxendice reuellat ac retrahat indicat.

[77] ἢ βιζόντας τὸ σῆθος ποιεῖ] πρὸ τῇ σήθεος legunt Vaticana exemplaria.

[78] Τοιοῦτον ᾧ γινόμβιον] Τοιοῦτον ᾧ γινομβίων lego cum Interpretibus omnibus, conſtantibus tamen in hac lectione exemplaribus omnibus.

[79] ἀλλ' αἰεὶ σκληρότερα γίνεται] σκληρότερα lego cum Interpretibus.

[80] ἀναίνονται λαβεῖν] Iſtum mihi locum ſubindicare videtur Erotianus, cùm ἀναίνονται ἀπαρνοῦνται exponit apud Hippocratem, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[81] ἢ χρεταῖα δρᾶσι] Hunc locum in noſtra Oeconomia ſatis expoſuiſſe videmur. Sunt autem τὰ χρεταῖα quæ reprimi aut cohiberi debent.

[82] ἀλλ' αἱ ὑστέραι ὑφ' ἑωῦτῶν] ἀφ' ἑωῦτῶν legunt exemplaria Vaticana manu ſcripta.

[83] τῷ ᾧ σποδίῳ ἢ τῷ μαείλῳ] μαείλλῳ legunt Aldina exemplaria, vt etiam legendum docuimus in noſtra Oeconomia, huicq; loco Erotiani & Galeni lectionem accommodauimus.

[84] ἢ πλοίνα μᾶλλον κατασρύπτειν] κατακεκαυμένων legunt exemplaria omnia, ſed κατακεκομμένων lego cum Cornario, hoc ſenſu, vt alia ſicca magis ſint intrita, & in minutiores partes fracta, quàm contuſa.

[85] ἢ εὔλυται ᾐώρηται] εὔλυται αἱ ὑστέραι hîc mihi dici videntur, vteri qui facilè à coxa, in quam irruperunt, recedunt ac remouentur, & detrahuntur.

[86] ἢ βολβίδῃ] βολβιάν videtur hîc legiſſe Cornarius, quæ Galenus in Exegeſi ſcribit eſſe ἦθος τῶν μικρῶν πολυπόδων. Nos vero Erotianum & Galenum ſecuti, βολβίδῃ, τὰ μικρὰ βόλβια ſumimus, exiſtimauimuſque hunc locum Erotiano fuiſſe expreſſum, ſed vitiosè ſcriptum, vt monuimus in noſtra Oeconomia.

[87] ἢ πυείῃ ἄγειν] Vaticana exemplaria αὖτη ἢ πυείη ἄγῃ legunt, quam lectionem ſecutus videtur Caluus.

[88] ὄξουρα] Hunc mihi locum innuere videtur Galenus in Exegeſi, cum ὄξουρα exponit, οἷς τὸν στωμυλφίαν, ἃ δὴ ἢ μύουρα ὀνομάζουσιν (ſic enim legimus) vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

[89] σμικρῷ βραχύτερον] παχύτερον legunt exemplaria Vaticana, eamq; lectionem ſecutus eſt Caluus.

[90] ἀχρώμων ᾧ, παχύτερον] Exemplaria Vaticana ἰχρώμων legunt. Id autem de forma aut figura dicitur, quæ in ſumma tenuiſſima, ſenſim in craſſiorem ducatur aut procedat, quales ſunt glandes ſubditiciæ figura in angultum tendente, ſurſum paulatim craſſiore conſequente, aut increſcente.

[91] ὅκως χιτδαλμὸς μηδεὶς ἔσαι] Hunc mihi locum expreſſiſſe videtur Galenus in Exegeſi, cùm ſcribit, ὅπως ᾧ δοκῇ ἢ ὁ χιτδαλμὸς εὐρῆσις πρὸς τὸ ἰχίον, vt ſcripſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia. Indicatur autem glandulas tædaceas maximè læuigatas & rotundas fieri debere, nulla aſſuloſa fiſſura aut fractura facta, quæ intrudendo partes interiores exaſperet aut exulceret, ideóque oleo illinendas præcipit.

[92] ὡὶ ᾧ τὸ μολύβδινον κλυσμα θερμὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed καῦμα παρίχῃ lego cum Cornario.

[93] ᾧ εὐπαθῆσαι] εὐπαθέῃ legunt exemplaria Vaticana.

[94] ἄψαι τὸ θερμὸν δεττὸν] βάψαι lego cum Interpretibus.

[95] ἐσφέρονται εἰς τὸ εἶπω τῦ σώματος] ἐσειρύσηται εἰς τὸ εἶπω τῦ σώματος lego cum Cornario, conſentientibus Regiis exemplaribus manu ſcriptis. Aldina verò exemplaria πῷ σώματι pro σώματι legunt, vt & σώμασι pro σώματος.

[96] παύεσθαι τωτέοις τῦ θερμοτέρου] ἢ παύεσθαι lego.

[97] ὅταν ᾧ ἀναφλεγμαίνῃ τὸ σῶμα] ἀναφλεγμαίνῃ potiùs lego, vt de vteri oſculo rurſus inflammatione tentato, & ab huiuſmodi peſſulorum vſu irritato intelligatur. Alioqui ἀποφλεγμαίνῃ de eodem vteri ore tumorem aut inflammationem deponente accipietur. Id enim ἀποφλεγμαίνειν ſignificat. Cornarius φλεγμαίνῃ mihi legiſſe videtur.

[98] ὅταν ᾧ καλῶς ἔχῃ τὸ πῶμα] τὸ σῶμα habent exemplaria Vaticana, & vtranque lectionem pro more appoſuit Caluus.

[99] ἢ ἔλαιον ἄκρον] Hoc non expreſſit Cornarius, ſed ἔλαιον ἄκρον intelligo, præſtantiſſimum & excellentiſſimum irinum vnguentum ac exquiſitè apparatum, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia, hoc expreſſo loco.

[100] δεῖ ᾧ νεοχμὸν ποιεῖν τὸ φάρμακον] νεοχμὸν νεώτατον ex hoc loco mihi videtur exponere Erotianus, vbi νεοχμὸν legit, vt annotauimus in noſtra Oeconomia.

[101] βολβιδίοισι] βολβιωδίοισι legunt exemplaria Aldina. Caluus βολβίοισι, & bulbulos ſumit.

[102] φύλλον ἐπιτετριμμένον δάφνης] Ex hoc loco Galenus in Exegeſi φύλλον,

si φύλλοι, τὸ τῆ σιλφίου σπέρμα exponit, ὅ ἐστι τὸ πλατὺ τῆ. Exemplaria verò Vaticana ὑποπεπεμμένον legunt.

[103] σκορόδου ἄγλιθας] Hanc dictionem exposuimus in nostra OEconomia,hoc expresso loco,simulque Galeni Exegesim emendauimus.

[104] ἢ πολιὸν μαράθου] μαράθου exponit Galenus in Exegesi, τό, τι οἷς μάγμα ἢ φύσημα, ἢ τῶν χλευασθέντων μαγδαλίαν , hunc nimirum locum innuens.

[105] ἢ ὀξαλίπου ἐς τὸν χρόνον] ὀξαλίπουον aut ὀξαλίπωσι malim. χρόνον autem mensium instantium tempus intelligo cum Cornario, vt dies nouem ad tempus mensium reliquos esse intelligas, hoc est, nouem ante mensium tempus diebus,istud medicamentum exhibendum esse.

[106] ὑδρώπια ἐν ὀξυγλύκει] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia. Caluus autem pro ὑδρώπια, ὦν ὑδρώπια legisse videtur.

[107] ἢ ὧν δοκέωσι] ὧν δοκῇ Gr lego cum Interpretibus.

[108] τερρὸν γίνεται] σκληρὸν pro τερρὸν scribitur lib. περὶ γυναικ. φυσ. vbi eadem repetuntur. Cornarius verò vtranque lectionem adscripsit. Exemplaria autem Vaticana ὑπὸ τ κωλικα legunt, vt libr. de Natura mulieb.

[109] ἢ πταίνεται] Illud de dolore ad lumbos & crura extenso accipio cum Cornario. Caluus de eruribus extentis. At lib. de Nat. mulieb.de mulieribus quæ crura extendere nequeunt dicitur,ac veluti conuulsione quadam tentantur,quem in sensum πταίρεσθαι melius ponitur.

[110] ἢ ὀλισθαίνει] Vaticana exemplaria legunt , αἱ ὃ αἰρεόμεναι ἕλλωπες. Quam lectionem ex lib.de Nat. mulieb. desumptam & corruptam esse apparet.Illic enim ἢ ῥεόμεναι ἀποθήκησιν scribitur, vt eas perpetuo fluore muliebri confectas , tandem perire intelligas. At Caluus illud αἰρεόμεναι de pustulis erumpentibus sumpsisse,aut aliud quid legisse videtur.

[111] αὐτοκαθιζόσας] ἀμφικαθιζούσας legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana.

[112] ἰκθαλλάν μυδρὰς ὀλιγοπόνους] Istum locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia,vbi etiam μυδρὰς legimus.

[113] λιῶσι δοκῇ φλεγματώδης εἶῃ] αἱματώδης ἢ φλεγματώδης εἶῃ legisse videtur Caluus.

[114] περὶ τὸ ἰσχίον ἐναυδῶσι]Sic quidem legunt exemplaria omnia & liber περὶ γυναικ.φύσιος ἐναυδίωσι legit. Istam autem dictionem in nostra OEconomia exposuimus, hoc expresso loco, de quo sententiam nostram aperuimus. Existimo autem hîc Erotianum ἐκθίωσι legisse , quod ἐκτρέχωσιν exponit , quem sensum lubens cum Interpretibus sequor.Hesychius vero ἐκδύωσιν fortè ex hoc loco ἐκπίπτωσιν exponit.

[115] ἢ γάλα πίνειν ἰκανομύους [ἱκανομύους hic αἰκαιώπους ἢ ἱκανοὺς.abundè & conuenienter significare diximus in nostra OEconomia,hancque phrasim exposuimus.

[116] μαλθάσσουσα τὸ σῶμα τι] Sic quidem legunt exemplaria quæ vidimus omnia. Cornarius tamen τὸ στόμα legit , cùm τὰ ἀμφιπεπιόμενα sequatur, quæ partes circum & in ambitu affectas significant.

[117] ὅπως ἀφιλάσιτον] ἅπως ναφιλάσιτον lego cum Interpretibus. μὴ ὃ ΜΗΟ scribitur lib.περὶ γυναικ.φυσ.

[118] ἐπλοὺ δέ σι δοκῇ καθαρὴ τις εἶῃ] Hîc καθαρὰ καθαρμόν sig nificat ex lib.de Nat.mul. Et Caluus καθαρμὸν legisse videtur,& vtranque lectionem apposuisse.

[119] ἐν οἴνῳ] Istud indicat medicamentum ex vino propinandum esse ex lib.de Nat.mulieb.

[120] ἰλὺν ὃ ἐὰν ἀσπάζηται] Apparet ex libr.de Nat.mulieb. hunc locum esse corruptum,ideoque cum Cornario lego,ἰλὺν ὅν, ἀσπάζηται ξυνίστησι τοῖσδε. Etsi ἰλὺν ὃ ἐὰν retineri potest,vt scribitur lib. de Natur.mulieb.ἐπλὺν ὃ ῥύπτει.quod de prodeunte purgatione intelligendum,tuncque medicamento epoto minimè opus esse videatur.

[121] ἢ πόδας δίως[ἢ πολύποδας ἑλκώδεις legunt Vaticana exemplaria ex libr.de Natur.muliebr.eamq; lectionem secuti sumus cum Interpretibus.

[122] ἰλὺν ἐς τὸ ἰσχίον αἱ ὑστέραι] Eadem scribuntur lib. περὶ γυναικ.φυσ.

[123] γλυκυσίδης κόκκους πέντε ἕξ] πέντε legunt omnes Interpretes & codices Vaticani ex lib.de Nat.mul.

[124] ἐκόλα ἢ δοκῇ τῆσι ὑστέρῃσιν ξυμβαίνειν γίνεσθαι τοιοῦτα] Quid sit δοκεῖν τῆσι ὑστέρῃσιν ξυμβαίνειν τοιοῦτο exponit Galenus Comment. ad aph. 57.lib.5.

[125] ὀδύνας παρέχουσι] Ista vteris attribuuntur,quod ab eis morbi contingant. Ambo autem dolere dicit,& locum in quem vterus proruperit,& vterum ipsum.

[126] ἐς κύστιν ἐγκείμενη] Hanc dictionem exposuimus in nostra Oeconomia,hoc etiam expresso loco.

[127] μᾶλλόν τι ἢ ἧσσον] μᾶλλον pro μᾶλλόν τι legunt exemplaria Vaticana.

[128] ἢ ἐδιώσαι ἴσχουσι] ἴσχουσι habent Vaticana exemplaria.

368 λίπον] σελίνου ἀσίφιμα legit Cornarius ex libro primo περὶ γυναικ. sed λίπος ἀσίφιμα legitur lib. de Nat. mul.

369 ὄξος λευκὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & lib. de Natura muliebri, & libro primo περὶ γυναικ. sed ἀντὶ τοῦ λευκοῦ legit Cornarius. Sed placet lectio, ὄξος, λευκὸν τὸ μύσιον αἰγύπλιον.

370 οἶνον χύλωσον] Hæc phrasis ista omnia contusa ex vino decocta esse indicat, deinde collutione adhibita. Aliter tamen dixit libro primo περὶ γυναικ. eadem in re, ἢ οἶνον ἴσον τῷ χυλῷ πάσσων, vt eorum decocto ex aqua, par vini modus adiiciatur. Li. verò de Nat. mul. vinum æquali portione additur, deinde ex decocto collutio paratur.

371 μελαθρίδιον τῷ κωφῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed μελαθρίδιον, κωπίῳ lego, ex superiore medicamento, & priùs additis locis, quòd hîc apertius describitur.

372 ὄξος λευκὸν] Hîc rursus Cornarius ἀντὶ λευκοῦ legit.

373 ἢ λιπόξυσμον ὕδωρ] Hæc in mercurialis decocto, myrrham, thus, & netopum permiscenda, & cum ea decoquenda significant, ad collutionem, vt apertius scribitur libro de Natura muliebri, vbi ista repetuntur, & lib. 1. περὶ γυναικ.

374 ἢ λίπος καρπὸν] σελίνου καρπὸν legit Cornarius ex li. 1. περὶ γυναικ. σμύρναν etiam lego, ac lubenter pro κασίης καρπὸν, ἀκτῆς καρπὸν ex illis locis legam.

375 ἐξὸν τὰ θυώματα] θύωμα, ἄρωμα exponit Hesychius, vt scripsimus in nostra Oeconomia, & θύματα Galenus in Exegesi. θυμάματα. Erotiano quoq; θυμάματα ἀρώματα dicuntur, vt apud Galenum θυμίαματα pro θύματα aut θυάματα, ex hoc loco legendum videatur. Aromata autem in vnguenta immitti supra dixit.

376 χυλὸν μυρσίνης] ἢ ἐς χυλὸν μίξαι σμύρναν videtur legisse Cornarius, vt ad mercurialis decoctum ea ammixta esse velit, ex lib. 1. περὶ γυναικ.

377 ὡὶ ὧν ὑγιέα] Hoc non ita pridem scriptum & repetitum tumultuariam istam operam arguit.

378 μύρτου θερμοῦ] μύρτου θερμὸν lego ex lib. de Natura mulieb. cum Cornario. Idem quoque pro γλυκυσίδης ἐν οἴνῳ ἀφεψήσας ῥοιᾶς γλυκείας σίδιον ἀφυδρίου legit.

379 ἢ χείον] χεῖον σίαπι legunt Vaticana exemplaria.

380 ὡὶ ἢ ἄλευρα ἐγχρίειν] Hoc repetitur lib. de Natura muliebri. Caluus autem hîc cuminum tritum rosacco subactum apponit.

381 ὡς κύαθον] ὡς κύαμον legit Cornarius, etsi ὡς κύαθον etiam legitur lib. de Natura muliebri. Atqui hoc modum excedere videtur. Idem ἐς κρίμνα ἐφεῖν legere videtur, sed ἐς κρᾶμα lego, vt hæc simul mixta ac permixta, ex vino albo decoquantur addito aceti cyatho vno, vt præcipit libro de Nat. mulieb.

382 ὡὶ κιὼν ἐν ζέοντι αἰθρίοισιν] Hunc locum disertis verbis exprimit Galenus in Exegesi, cùm κιὼν exponit, etsi significatio quam illic apponit, parum huic loco congruit, vt indicauimus in nostra Oeconomia. κίων autem potius legendum ex libro de Natura muliebri, ex quo totum hunc locum reposuit Cornarius, & integrum legit. Nos tamen quoad potuimus codicum omnium fidem secuti sumus, etsi remedia ista videntur ad pudendorum vlcera, aut ad præfectam columellam adhiberi.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS, DE HIS QVÆ VTERO NON GERVNT.

1 Περὶ μὲν τῶν γινομένων] Hunc libellum eiusdem esse argumenti, neq; à superioribus posse seiungi, hoc principium satis testatur, eundemq; horum etiam esse authorem. Inscribitur autem ὡὶ αἱρέσιμα in omnibus exemplaribus, eamq; inscriptionem agnoscunt Erotianus & Galenus. Dicuntur autem αἱρέσιμα Hippocrati, quæ ex aliquo vteri corporis vitio vterum non gerunt, etsi alioqui curatæ gerere & concipere queant, & quæ omnino steriles sunt ac prorsus infœcundæ, quæque restibilem fœcunditatem nullo modo habere possunt.

2 ἐπὶ δ' ὡὶ αἱμοῖ μεμύκῃ] Hîc αἱμοῖ ὑπέχῃ, aut ἐξαίφνης, vt & paulò pòst, mihi significare videtur, velut scripsimus in nostra Oeconomia.

3 ὡὶ ὃ ὁλίγον ἐπεκκαλυμμένον] ἐπεκκαλυμμένον ᾖ, ἢ αἱμοῖ μεμύκῃ, legunt exemplaria Vaticana. Vide lib. 1. περὶ γυναικ.

4 διὸπερ γίνεται] διὸπερ γίνεται εἰρήσεται. εἴρηται ὃ ἐν ζέοντι γυναικείοισι νοσήμασι legunt Vaticana exemplaria & Aldina, quæ secuti sunt Interpretes, vt partim horum causæ hîc, partim etiam libris de Morbis mulieb. explicentur.

5 ὡὶ ὃ λεῖαι ἴωσιν αἱμόῤῥοαι] Vide lib. 1. περὶ γυναικ.

6 ἀλλὰ μολυνθῇ] Id de impuro & sordido vlcere accipio cum Cornario. Caluus de marcescente muliere accipit, quod ἰμολυνθῇ Galeno καταμαραν θῇ exponatur.

7 ἀλλὰ διαρρεῖ πολὺ χολῶδες] Hunc locum fusissimè aperuimus in nostra Oeconomia.

8 ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἐρεθισμάτων] ἢ ὑπὸ παθημάτων τῶν ἐρεθισμάτων legunt Vaticana exemplaria.

9 αἷμα ὃ ἐν τῇ ὀπισθίῃ] αἷμα ὃ τὰ ἐν τῇ ὀπισθίῃ εἰρεθίσματα, legunt Vaticana exemplaria.

10 φορὰς ἴσας] γίνεται pro ἴσας legunt Vaticana exemplaria.

11 ἢ ξυλλαμβάνουσι πολὺ χολῶδες] κακῶς ξυλλαμβάνουσι legunt Vaticana exemplaria.

12 διὸτι γίνεται] διὰ ὃ τι γίγνεται legit Cornarius.

13 ὡὶ γὰρ τὰ καταμήνια ἐκείσε ὧδε ἴῃ] ἄδην ἴῃ legunt Cornarius & Caluus.

14 ὅτι οὐσὶ μὲν, ἢ πίπτουσι ὃ πολλάκις [ὅτι οὐσὶν αἱ, ἢ πίπτουσι ὃ πολλάκις, legũt exẽplaria Vaticana. Cornarius ὅτι ξυμβαίνει μὲν legisse videtur.

15 σκύλου ποιῆσαι] Hæc leguntur in omnibus exemplaribus, & quo pertineant non satis est exploratum, nisi de fotu per cucurbitulam intelligantur. Certè corrupta esse apparet, ideoq; ea cum Interpretibus deleo, & κυνὸς lego, aut certè legendum existimo. γυναῖκα ὡὶ θήλεος γαστρὸς εἰ κυήσει, ἢ ἔξωθεν ποιῆσαι, βάτου ῥάχιν &c. Aut certè pro σκύλου ποιῆσαι πυρῆνα aut θυμίασιν ποιῆσαι legendum, & de suffitu adhibendo ad fœcunditatem explorandam intelligendum, velut aph. 59. lib. 5.

16 κύησιν ἐλέγχει] Hęc repetũtur li. de Nat. mul. & li. 1. περὶ γυναικ.

17 ἢ πολλαὶ γυναικὶ] Hæc iisdem penè verbis scripta sunt lib. περὶ θηλυκίων, vbi pro σκεπάσιν, σκεπάσιμον legitur.

18 μώλυβδον σκορόδου] Hæc scribuntur lib. de Natur. Mul. & lib. 1. περὶ γυναικ. admodum diminutè.

19 πιέσιν πᾶσιν πεπειμένον] Eadem hîc videtur esse ratio exhibendi anisi. quæ aquæ mulsæ aphor. 41. lib. 5. nisi quòd hic fœcunditas, illic conceptus exploratur, alioqui hîc κύησιν pro κυησὶ vtrobique legendum.

20 κύησαι γυναῖκα] Hæc repetuntur lib. περὶ θηλυκίων.

21 μίσητραι γίνονται] μισήτειρα morosos vertit Caluus, qui etiam κακοήθεις de prauorum ciborum appetentia accipit.

22 μᾶλλον] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed μᾶλλα legit Cornarius.

23 ἔσαι ἐν μαζοῖς ἔχουσαι] Ante hæc verba Vaticana exẽplaria pro

indicatura adscribunt, εἰ δίναι εἰ ἄρρεν ἢ θῆλυ κύει. Eadem etiam pro ἄρρεν θῆλυ legunt, & pro θῆλυ ἄρρεν, quam lectionem adhibent etiam exemplaria Regia manu scripta, eamque secuti sumus cum Interpretibus, ex aph. 42. lib. 5.

24 τὸ αὐτὸ τοῦτο ὀπτυλίζας ἐν φύλλοισιν] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ adhuc vidimus, est mihi tamen suspectus locus, aut πτυλίζας legendum, vt de sono quem lac edit in folia emulctum, & de mamma extractum intelligatur. πτυλίζειν de crebra manuum conuersione & motu dicitur, vnde pro gesticulari sumitur. Pro ὀπῇ δ' ἂν autem ὁρᾶν lego cum Cornario.

25 ἐὰν δ' ἀτενίσαι] τείνειν legitur libr. περὶ ὀπτικῶν, vbi ista repetuntur, quæ tamen omnia à Caluo omittuntur.

26 ἰὼ τε αὖω κάτω] Ἰὼ κάτω δεῦ legunt exemplaria Vaticana.

27 Ἰὼ αὐορθωθῆναι ὁμοῦ] ἰὼ ἀναρθωθῆναι αὖ δίκην legunt Vaticana exemplaria, ex lib. περὶ ὀπτικῶν.

28 ἢ μαλιβδίνης] ἢ μολιβδίνη malo, vt li. περὶ ὀπτικοῦ σιτος, & ἀβλεμμόνης.

29 εἶτα περὶ ξυλεΐσισι μακροῖσι περιαμύσας] εἶτα περὶ ξύλοισι μακροτέρεσιν ἀμύσας legitur lib. περὶ ὀπτικῶν πόρος. Aldina exemplaria εἶτα περὶ ξυλεΐσιν habẽt, Vaticana autẽ & Regia manu scripta περὶ ξυλείσισι μακροτέρεσι legunt, quã lectionem secutus est Caluus, vt lana oblongiore specilla obuoluta, intingantur, & immittantur.

30 ἐν κυμίνῳ αἰθιοπικῷ κάλαμον] Pro κάλαμον καρπὸν legunt Vaticana exemplaria ex lib. περὶ ὀπτικοῦ πόρου, quam lectionem secuti sumus cum Cornario.

31 σκυλάκια σκαλώδεα] σκαλώδη legit Erotianus, & σκυλάκια σκαλώδη exponit κυΐσκα κρέα λιπῶδη ex hoc loco, quem etiam subindicat Galenus, cùm σκαλώδεα, λιπῶδη, πίονα, exponit in Exegesi, vt scripsimus in nostra Oeconomia. Catulinas autem carnes veteribus esui fuisse, aliàs probauimus.

32 πλευτᾶν ὃ μαλθακώτερα] ἐς μαλθακώτερα lego, & ἕως αὖ δοκῇ κηλὸς ἔχειν, ex li. περὶ ὀπτικοῦ πόρου, quam lectionem etiam adscribunt exemplaria Vaticana.

33 τὸ ἀπὸ τοῦ μηλέου ἕρχου] Hanc lectionem omnibus codicibus contestatam secutus sum: Cornarius tamen, τῷ ἀπὸ τοῦ μηλέου ἕρχῳ μαλθάξαι τὸ σῶμα legit, quam etiam lectionem adhibuit lib. περὶ ὀπτικῶν.

34 ἐν αὖχμῷ τῶ κρᾶσιν ἀρθόν] Exemplaria Vaticana legunt, εἰκοῖ τὸ σῶμαχον ἐν δέοντι, ἔπειτά τε τὸ σῶμαχον αὖρχμῷ τῶ κρᾶσιν ἀρτόν. Quæ lectio videtur desumpta ex li. περὶ ὀπτικῶν. etsi hîc longè melius legitur.

35 ἰὼ δὲ τις γυνὴ] Hæc etiam leguntur lib. περὶ ὀπτικοῦ.

36 ὁ ἢ αἶψ' μὴ μεθυσκέσθω] μὴ μεθυσκέσθω legunt exemplaria Vaticana, ex lib. περὶ ὀπτικῶν. Vide Arist. quæst. natural. q. 4. sect. 3.

37 ἅτῳ ὃ δοκεῖ] ὅταν legit Cornarius, vt lib. περὶ ὀπτικῶν.

38 μηδενὸς ὄζοντος] μηδενὸς ὄζειν lego, vt lib. περὶ ὀπτικοῦ.

39 τὸ κεκρύφαλον] τὸν κεκρύφαλον lego, vt lib. περὶ ὀπτικῶν. & τὸ ἐδώνιον, etsi τὸ ὀθόνιον legunt exemplaria Vaticana.

40 ἐζέσῃ αὐτὸ τὸ κορυφᾶς] ἐζέσῃ αὐτὸς ἡ κορυφὴ, aut αὐτῆ ἡ κορυφὴ lego.

41 ἄπιτος ἔσται] ἔσω legunt Vaticana exemplaria.

42 ἰὼ μὲ ὁ αἰὴρ φῇ ἀφικέσθαι] ἀφιέναι lego ex lib. περὶ ὀπτικοῦ.

43 σταρ ἡδωτὸν] ἡδωτὸν σταρ Galenus in Exegesi, πὸν ὕδατι ἢ ὀρώμασι ἐφθὸν exponit, hoc subindicato loco, vt monuimus in nostra Oeconomia.

44 ἢ σικυώνης μακρᾶς ἀποτόμου] σικυώνης ἀποτόμου, κολοκυνθίδος τὴ ἔνδον, exponit Gal. ex hoc loco, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

45 ἢ αὐτὸν μάλιν ἀμφιπλάσας] Sic quidem legunt exemplaria omnia, istamq; lectionem vt vulgatam secuti sumus, vt caltoris testem ex vino albo tritum, lana conuolutum, & specillo circum lanam obductum supponi velit. Interpretes ἢ αὐτὸν μάλιτα ἀμφιπλάσας legunt, vt ipsum melle oblini velint.

46 εἰάγκιπαχὺ ὑρίῃ τῶ γυναῖκα τούτῳ] Hanc lectionem cum Cornario secuti sumus, vt mulierem necesse sit viri genituram sero diluere aut serosam reddere, sicq; effluentem ex vtero elabi velut irritam & inefficacem, vt sit ὑρίῃ idem quod paulò antea διυρίῃ, eoq; sensu in nostra Oeconomia exposuimus. Vaticana autem exemplaria παχὺ ὑρίῃ legunt, & de crassa reddita vrina accipiunt, quæ secutus est Caluus.

47 ὥστε μὴ περσφίρεσθαι] Hîc περσφίρεσθαι mihi dici videtur de viri semine, quod crassius & coalescens, sese vtero admouet & applicat, vt ad conceptionem adhærescat. Alioqui serosius & dilutum effluit, à pure extinctum & hebetatum retunditur, neque vtero se applicat, aut ab eo comprehenditur, sed à pure dissipatum & putrefactum euanidum effluit.

48 πέθυκε γὰρ τὸ πύον] πέφυκε pro πέθυκε legunt exemplaria Vaticana, vt genituram à pure dilui, madefieri, & irrigari, atque adeò emolliri & eneruari indicent.

49 ἢ τὸ φῦμα τὸ ὀν τῇ δελφύῃ κατασῆπαι] δελφύϊ lego cum Erotiano, quod τῇ μήτρᾳ exponit. ὑστέραν enim ἢ μήτραν δελφὺν dici Hippocrati testatur Rufus Ephesius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων. Est autẽ κατασῆπαι sanitati aut integritati restituere, cõponere, aut sedare. Hîc verò Vaticana exemplaria legũt περσφίρεσθαι pro περσφίρεσθαι quod etiam nostram expositionem in περσφίρεσθαι confirmat.

50 δῆλα κείσεται δὲ λεπτότατος] δῆλα κρισάρης legunt exemplaria Regia manu scripta. Vaticana verò δῆλα κρισάρης. Quæ certè nostram de hoc loco opinionem confirmant, quam in Oeconomia nostra adscripsimus, cùm hîc κρισάρης, aut κνισάρης ex Erotiano legẽdum esse admonuimus. Quam etiam lectionem & expositionem videtur esse secutus Caluus, cùm tenuissimum & rarum linteum dixit. κνισάρης certè disertis verbis legit Erotianus, cui κνισάρεα exponitur ῥάκος χορδὴ ἐὰν ἢ ἀφαιὸν, δι' ὃ διυθεῖσι πνεῦμα ὡς δι' ὕθμιῦ. Quæ κρισάρα dicitur Galeno in Exegesi, vt scripsimus antea. Quod suspicionem facit κρισάρης pro κνισάρης apud Erotianum legendum esse. Hanc autem dictionem amplissimè in Oeconomia nostra exposuimus, hoc etiam expresso loco. Aldina verò exemplaria hîc pro δῆλα κείσεται, δι' ἄκρης ἄρης legunt, & asteriscum apponunt vitiata ex δῆλα κρισάρης, aut δῆλα κρισάρης lectione, vt satis apparet, velut antea lib. 2. περὶ γυναικ. admonuimus.

51 ἢ παρ' αὐτὸ] ἢ παρ' αὐτὸ legunt Vaticana exemplaria, vt post summam fistulæ aut clysteris partem, non multo interiecto spatio, foramen perforetur. παραυτίκα tamen legisse videtur Cornarius.

52 Ταυτὶ ὃ ἐφίλας εὖ μάλα] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ex quo aqua emollitam aut madefactam intelligo, aut probè admodum perpurgatam, & emundatam, aut deratam, vt pro ἐφίλας ξύλας leges cum Cornario & Caluo.

53 ἐς τὰς μήτρας ἐνθεὶς] ἐς τὰς πρήσιας lego cum interpretibus & membranis Vaticanis.

54 ἐπειδὰν ὃ κλύσης] ἐπειδὰν ὃ κλείσῃς lego, & τῷ κύστιν ἀποδῦσαι, vt de clausis & obturatis foraminibus intelligatur.

55 ἐξειλοῦσα τὸ κλύσμα] κλεῖσμα lego aut βύσμα, cum membranis Vaticanis, vt detractum obturamentum, aut linteum quod foramina claudit, intelligas.

56 αὐτὴ ὃ ἐπὶ δήσῃ] αὐτὴ ὃ ἐπὶ δύο ἔχειν δεῖ lego cum membranis Vaticanis & Interpretibus, eo sensu vt ipsa mulier nouerit vbi fistulam indere oporteat.

57 ὀπυρῇ ἔξω] ὀπυρῇ πᾶν ἔξω legunt Vaticana exemplaria, quam lectionem sequitur Caluus, eaq; mihi admodum probatur propter id quod sequitur.

58 ἐπὶλω οὖν ψυχθῇ ὀλίγον] ἐπὶλω αὖα ψυχθῇ ὀλίγον lego. Cucurbitam autem requirit modico tempore reficcatam, quo fundum faciliùs secetur aut perforetur ad suffitum transmittendum.

59 πάντοθεν ὅμοιον ποιῆσαι τὸ ἄλλο] τ' ἄλλῳ legunt exemplaria Vaticana, vt alteri extremo simile, summò excepto, istud reddatur, hoc est perforatum, ad eundemq; modum quo fistula infusoria vtaris, hoc est in pudendum ad excipiendum suffitum intrudas.

60 τῦτο βαλεῖναι ἐς πυέλους] βαλεῖναι ἐς αἰδοῖον legunt exemplaria Vaticana, quæ lectio mihi probatur.

61 ὁ ἢ οἶνος ἔστω αἰθυσμίας] αἰθυσμίας οἶνος exponitur Erotiano ex hoc loco, ὁ εὐώδης ἢ ἡδύς. Quid verò sit οἶνῳ αἰθυσμίας exponimus in nostra Oeconomia hoc etiam expresso loco. Pro ξηρότατος autem ἰσχυρότατῳ lubenter legam.

62 ἔπειτα λίθον μέλανα] λίθον μέλανα, ὃν δὲ μυλίτην ὀνομάζουσι χάλκανθον exponit Gal. in Exegesi, hoc subindicato loco, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

63 περὶ πᾶν βάλανον δ' σικύης] Hoc est, vt alterum cucurbitæ extremum in glandem formatum, duobus digitis cucurbitam æream & externam excedat, & in pudendum à muliere indatur. Quidam tamen quatuor digitorum mensuram apponunt.

64 ὅταν μὴ δύνηται ἡ γυνὴ] Eadem ferè scribuntur lib. de Natur. mulieb. & lib. 1. περὶ γυναικ.

65 ἢ χαλκὸν ταύρῳ] ἢ ὕειον addunt Vaticana exemplaria, quam etiam lectionem secutus est Caluus.

66 ἔπειτα δ' ὑμέρης] Illud δ' ὑμέρης omittunt Interpretes.

67 κοτύλας ἀττικὰς πέντε] πέντε legit Caluus. Deinde etiam περιβρέξαντα malo, aut περιβρέξαι.

68 ἐν οἴνῳ λευκῷ τρυγὸς χοῖ] ἐν οἴνῳ λευκῷ χοῖ legit Cornarius. Vaticana exemplaria χοῦσι pro χοῖ legunt.

69 ἀκρήτῳ βρεχομένῳ] τῷ βρεχομένῳ legunt Vaticana exemplaria.

70 ὅτῳ ἢ μέλλῃ ἡδὺ περσεῖναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed lego, ὅταν ἢ μέλλει ἡδὺ περσεῖναι, vt προσεῖναι προσέρχεσθαι significet, aut αὖθις προσελθεῖν.

71 ἢ συπηρείῳ μολίβῳ] Alumen Melinum quodnam sit diximus in nostra Oeconomia, hoc etiam expresso loco.

72 τὸ λεπότατον δηλονότι] λευκότατον legunt exemplaria Vaticana, & Caluus vtramq; lectionem adscripsit.

73 ἰὼ γυναῖκα μὴ δυναμένην] Hoc caput in tota muliebrium morborum tractatione tanquam maximè necessarium, bis repetitur lib. de Nat. mulieb. & semel lib. 1. περὶ γυναικ.

74 ἔπειτα ἀλείψαντα ὑμέρας πέντε] ὑμέρας τρεῖς legisse videtur Cornarius, sed ὑμέρας ὀλίγας ponit lib. de Nat. mulieb.

75 ἢ ἰὼ

75 ἢ διὰ ὑγρότητα τὸ σῶμα] Eadem ferè scribuntur libr. de Nat. mulieb. & lib. περὶ γυναικ.

76 ἢ εἶσω ἰσχεῖν] ἢ οἶνον ἰσχεῖν ἐς τὸ αἰσθητὸν legunt Interpretes.

77 ἐὰν γνώσεται] ἢ γνῶσται lego cum Interpretibus. Hæc autem verba velut interiecta sententiam suspendunt, quod huic authori est admodum familiare.

78 διὰ τὸ παχυωθῆ] Istud iisdem verbis repetitur lib. de Natura mulieb. ex aph. 46. lib. 5.

79 ἢ πάμπαν κίνδυνος] τὸ πάμπαν κίνδυνος lego ex lib. de Natur. mul. vbi istud repetitur, & lib. 2. περὶ γυναικ. ἑλκώσῃς autem legit Cornarius ex lib. de Nat. mulieb.

80 ὅταν γυναικὶ τὰ καταμήνια γένηται] Istud volunt dici quidam de mulieribus quæ purgari solitæ, suppressis sunt menstruis, sed videtur potius de fotu per cucurbitulam adhibendo intelligi, ad fœcunditatem mulieri comparandam, vt de fotus adhibendi tempestiuitate ista obaudiantur.

81 ἔγχεας ἐς ὀχίνον σκολάσας] Hîc ὀχίνον sumo cũ Erotiano, pro vase amplo & patente. Quidá verò ὀχίνον σκολάσης, pro cõcha aut testa echini marini non rectè meo iudicio sumunt, vt satis indicant Exemplaria Vaticana, quæ pro σκολάσης σκάλασαν legunt.

82 εἶτα διὰ χοινοπόνου δίφρου] διὰ χοινοπόνου δίφρου legisse videtur Cornarius, vt scripsimus in nostra Oeconomia, vbi etiam exposuimus quid sit χοινόπονος δίφρος.

83 τὸ τόνου] τὸ τόμου legisse videtur Cornarius, & sectionem ad transmittendam fistulam sumit. Sed hîc τόνον sparteam connexionem, aut ex funibus distensionem ad sedendum aptam sumo, supra quam fistulam duobus digitis extare vult, vt in pudendum immittatur, alij verò quatuor digitis excedere volunt. Ac fortè pro τόνου δόκου non malè legatur.

84 διὰ σκορόδων τάδε πυέλα] διὰ σκορόδων θλασπωέα legunt exemplaria Vaticana.

85 ὥστε δακτύλῳ ἐκμάξαι] ὥστε δακτύλιῳ ἐκμάξαι lego ex Galeno in Exegesi. Huic enim δακτύλιος, κύκλος, περιέχεσθαι ex hoc libro exponitur, vt scripsimus in nostra Oeconomia, hoc subnotato loco. Etsi verò δακτύλῳ ἐκμάξαι ferri potest, eamq; lectionem sequũtur Exegeseos exẽplaria, δακτύλιον tamẽ legere malo cùm Galenus hunc locũ subnotans, ἐκμάξαι καὶ ἁπλάσαι exponat, scribatq; τετρῆσθαι, ὡς ἂν κυκλίσκον ἁπλάσαι. Istum enim omni proculdubio locum exponit Galenus. Qua de re fusioribus verbis mentem nostram aperuimus in nostrã Oeconomia. Exemplaria autem Vaticana hîc legunt, πρίσις ἄκρις ἣ δι' ἡμιθέμυον, &c.

86 εἶτα καταλείχειν τὰ ξυλάρια] τὰ ξυλάρια legũt exẽplaria Vaticana.

87 ἐς τὸν κοιτῶνα] ἐς τὸν κοίτωνα legunt exemplaria Vaticana, vt in lecto inungi cerato vterum velint.

88 τὸ λεπτὸν] τὸ λεπτὸν tenues veratri nigri radices intelligo, Caluus fibras. Deinde διὰ πλέον, ad veratrum refero, vt si copiosum sit mordeat. Cornarius μὴ πλέον legisse videtur. Exemplaria autem Vaticana his duobus capitibus ἄλλο adscribunt.

89 τύπον γὰρ ἀδύνις ἄσταθμός ἐστιν] Hîc ἄσταθμος idem quod ἀσάθμητος mihi significare videtur, vt sit qui aliquid inconsideratè aut temerè agit, neque rectè & ratione res perpendit. Egregia verò & Hippocrate digna præceptio, qua monet Medicum vt ratione & via neq; tantum experientia nitatur, sed omnia recta ratione, & diligenti consideratione perpendat, & ad naturæ contemplationem accommodet, sesèq; naturalem ac rationalem Medicum exhibeat.

90 διὰ τῆς ἐτέρου ὀπῆς] διὰ τῆς ἑτέρου διόπτρης legunt Vaticana & Aldina exemplaria. Regia verò quædam ἀπὸ χρυσῆς legunt.

91 καὶ αἴρας ἐκ τῆς κριθῆς] ἐκ τῆς πυρῆς lego cum Interpretibus omnibus. Vaticana autem exemplaria & Regia manu scripta, κεδρὶς ἐκ τῆς πυρῆς legunt, & ὑποθυμιῶ.

92 ἔνδεις ἡμίκοτον] Hîc ἡμίκοτον sumo pro olla dimidiatum sextarium aut quatuor chœnices capiente, velut scripsimus in nostra Oeconomia. Cornarius pro sella cui mulier insideat ad suffitum excipiendum.

93 ἄκρον μελαίθιον] ἐγκωπίσιον ἄκρον lego cum Interpretibus, & μελαίθιον.

94 τὸ χρῶμα] τὸ σῶμα lego cum Interpretibus, sed ad mulierem referre malo. Caluus ad partum retulit.

95 σφεῖρα δὲ τοῦ πτῶσις αὕτη] σφεῖρα δὲ τὸ σῶμα lego ex lib. 1. περὶ γυναικ. vbi ista repetuntur, vt scripsimus in nostra Oeconomia. Deinde αὕτη ἢ οὐδὲ ἕτερα, &c.

96 διὰ δὲ πολλά] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & ἄμα, quæ quidem lectio etsi stare potest, πολλὰ tamen & ἅμα lego ex lib. 1. περὶ γυναικ. cum Interpretibus.

97 ταύτῃσι μάλιστα δεῖ, μὴ ἰῆσθαι] Hoc aliter legitur li. 1. περὶ γυναικ.

98 πολλοὶ γὰρ ἴσασι] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed lego, πολλὰ γὰρ ἴσασι ἀκαλύβας. Cornarius lectionem lib. 1. περὶ γυναικ. secutus est.

99 ἴσασι αἷμα ἀκάλυπτον] ἀκάλυπτος lego ex lib. 1. περὶ γυναικ.

100 ἢ ἀφαιρεῖν ὅπ πλεῖστον] αἷμα additur lib. 1. περὶ γυναικ.

101 εἶτα ψυχθέντος τοῦ ὑγροῦ ἀφελεῖν] τοῦ χρηοῦ lego in nostra Oeconomia, & quod lacti cocto concretum supernatat exponi quòd χρὺς aut χραὺς & χρῦς dicitur. Deinde ἢ διυθῆσι lego.

102 περὶ μακρὸν μῆκος μέγα σπύρῳ] Vaticana exemplaria legunt, πυθῆσι περὶ μακρὸν μῆκος μέγα, vt sit, in oblongam magnitudinem spiræ in modum, aut in orbem conuolutum medicamentum. Sed σπείρῳ lego, etsi σπύρῳ habent exemplaria omnia.

103 ῥοδίνῳ ἄκρῳ] Illud ἄκρῳ omisisse videtur Cornarius, cùm tamen habeatur in omnibus exemplaribus.

104 ἢ ἐκμαῖον] Hunc locum disertissimis verbis exprimit Galenus in Exegesi cùm scribit, ἐκμαῖον, τὸ τι σύνεσταλμένον φύραμα, ἢ τὸ κροκόμαγμα ὡς ἐν τῷ περὶ ἀφόρων. Hoc croci recrementum cum Interpretibus sumpsimus, etsi etiam subactam aut coactam massam indicare possit, vt etiam scripsimus in nostra Oeconomia, vbi etiam μαγίδα manualem massam ex hoc loco diximus.

105 ἐς σμικρὸν σπυρίδα] Istum etiam mihi locum subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm σπυρίδα πυξίδα exponit, vt scripsimus in nostra Oeconomia.

106 ὅταν ἴσχουσι ἐν μαστοῖ] Eadem scribuntur lib. de Nat. mul. & lib. 1. περὶ γυναικ. ex aph. 44. lib. 5.

107 ἢ αἱ ὑστέραι ἴσχωσιν] ἰσχύωσιν lego ex lib. de Nat. mulieb. cum Interpretibus omnibus.

108 ἢ ἢ αὐτὴ τρόπον τοῦτο διαφθείρῃ] ἢ ἢ αὐτὴ τρόπῃ τοῦτον διαφθείρῃ lego ex lib. περὶ ἐπικυήσιος, vbi ista adscribuntur, & melius sic legantur, ἀλλὰ ἢ διὰ τρίμματα ἢ πεπέμματα, διὰ τι πλείονα χρόνον γενόμενα διαφθείρῃ. Quam lectionem adscribunt exemplaria Vaticana.

109 ζεύτλιον χρὴ κλύσαι] Hæc longè aliter leguntur libr. περὶ ἐπικυησ. de cucurbitula apponenda, ex istoq; loco reponenda videntur.

110 ὅταν ἢ βάλῃ] πυίσιν ἢ φύσαν ἐν τῇ μήτρῃ ὅταν βάλῃ, lego cum Interpretibus.

111 μάλας διαπύρους ἐμβάλλοντα] μύδρους διαπύρους dicit lib. 2. περὶ γυναικ. Quam lectionem mihi hîc adhibuisse Caluus videtur, cùm ferri frustula & silices candentes vertit.

112 ἢ ῥόδινον] ἢ ῥόδον legit Cornarius, cùm tamen ῥόδινον habeant exemplaria omnia.

113 μὴ ἴῃ ἢ φλαύρως] μὴ ἴῃ ἢ φλαύρως lego cum Cornario. Deinde, ἢ ὡς πλέονα χάσαρτιν, ἢ deleo. Vaticana autem exemplaria ὡς ἔστιν ἄλλοισιν ἅπασι legunt, vt præter alia omnia etiam maior accedat purgatio.

114 ἐλκύσῃ] πτύσῃ legisse videtur Cornarius. Caluus autem sorbitionem conficit, & ῥοφιέτω legisse videtur.

115 ἕλκος στέρ] His omnibus capitibus ἄλλο præfigunt exemplaria Vaticana.

116 διὰ γάλακτος ὑποστάσιν] διὰ στάσιν videtur legisse Cornarius, cùm lacti superstantem concretionem vertit.

117 ἢ διὰ ζύπου ἢ δακάλῃ κνῶσι] Post hæc verba exemplaria Vaticana legunt, ὑδὶ μὲν κνῶσι ἕως αὖ ὁ πῶγος ὀπῇ ἐς τῶν μήτραν. Hunc autem πῶγον in veteris Thymum vocant Paulus & Aëtius, Thymion Celsus. * *Cap. 28. lib. 5.*

118 ὑποθῆναι τοῦ μάλλου] ἀποθῆναι τοῦ μάλλου legunt exemplaria Vaticana, vt & ῥάμματα, & καταδήσας δεῖ τὰ ἄκρα.

119 ἕως αὖ περιπτῇ] Id de calloſa duritie accipiendum, specillum sursum ac deorsum tantisper vertendum, dum promineat aut emergat, quod faciliùs per matricis speculum assequêris.

120 ἐπὶ ὃ ἴδῃς] Horum verborum is mihi sensus est. Votum esse vt callus in vteri ore conspiciatur, quod certè contingit, si vteri osculum in coxendicem non obuertatur aut adhæresca, sed rectum sit, & specillo obaudiat vt facilè diducatur, idq; optimum esse. Alioqui ἢ ὑπὲρ ἐπικολλᾶται, de callo prominente, qui promptè educatur aut euellatur, intelligi potest, propter ea quæ statim consequuntur.

121 διὰ δ' ἐνδέχεται ἐν τῷ στόματι τῆς μήτρης] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἐνέχεται malim, quomodo legisse Cornarium auguror.

122 ἐνίοτε ξηρὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Caluus tamen origanum siccum apposuit. Sed lib. περὶ ἐπικυήσ. vbi istud repetitur, ἐνίοτε ξηρὸν legitur, & pro διαφάγηται, ἀποῤῥήγνυται.

123 γλυκυσίδης τοῦ μάλιστα καρποῦ] κάκκος legunt exemplaria Vaticana.

124 οὕτω λαθικῷ ὀδαρεῖ] Sic quidem legunt exemplaria omnia quę secuti sumus. Cornarius verò ex molli lana imponi vult, & legisse videtur, πεῖον μαλθακῷ δεύσας ὑποπάσαι.

125 ἢ τὸ ἕδρην τρύζει] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed libro de Natura muliebri, & libro secundo περὶ γυναικ. vbi ista etiam scribuntur, σάζῃ pro τρύζῃ scribitur. Dicitur autem de stridore & sono quem paulatim stillando vrina edit, vt scripsimus

in noſtra Oeconomia. Vaticana exemplaria κλύζει legunt. Quas omnes lectiones Caluus pro more appoſuit. Tantæ exemplaria ei fuerunt religioni, vt nullam ex his lectionem prætermitteret.

126 εἰς τὸ αὐτὸ πάθος] Hæc vitioſa ſunt & corrupta, & ex ſuperioribus locis ſic reponenda, ᾧ πάχει ὧν ὁκ πίκα ἐᾶ̃ς πρὸ αὐδεὶ ἀλλακισμάτων.

127 καταθεὶς τὸ ὕδωρ ἐς τὸν ἔδρον] Iſtam quidem lectionem ſequitur Caluus, & decoctum quàm maximè gelidum in ſedem immittit. Verùm ἐς τὸν αἰδοῖον lego cum Cornario, ex libro ſecundo περὶ γυναικ. Quanquam libro de Natura muliebri, πρὸς γενιαῖον pro αἰδοῖον vitioſè legitur, etſi tamen ferri lectio illa poteſt, quòd medicamentum læuiter tritum imo ventri ex cataplaſmate apponatur.

128 ὕδωρ πίνεσα, φακόν] ὕδωρ πίνεσα φακῶν lego cum Interpretibus ex libro ſecundo περὶ γυναικ. & codicibus Vaticanis, tum quòd ſoleat Hippocrates ad vomitum ciendum lentium decoctum propinare.

129 ἢ τὸν οἶνον ὑδαρέα λευκὸν] Hæc eadem lectio ſeruatur lib. 2. περὶ γυναικ. ſed libro de Natura muliebri, καὶ λευκὸν legitur, & μετὰ ξυγκοιμᾶσθαι. Hic autem exiſtimo Galenum in Exegeſi ἐκλάσθω pro λυέσθω legiſſe, quod hic quoque περικλυζέσθω nominatim ex hoc libro ſignificare ſcribit. Quod de particulari prolutione aut aquæ perfuſione intelligi debet, quæ vtero iam admodum lubrico, & extra naturam prolapſo aduerſatur.

130 ἢ ὁδωίν λαμβάνῃ] Hæc lectio defecta videtur, & ex libr. de Natur. mulieb. & lib. 2. περὶ γυναικ. ſupplenda.

131 ἓν πρὶ αὐδεὶ ξυγκοιμᾶται] ἢ πρὶ αὐδεὶ μὴ ξυγκοιμᾶται vitioſè legunt exemplaria Vaticana, vt ex ſupra notatis locis apparet.

132 σίδιον ἐν οἴνῳ] σιδίλιον dicit lib. de Nat. mulieb. & lib. 2. περὶ γυναικ. vt & libro περὶ γυναικ. φυσ. eadem ferè in re ῥοιὰ apponit.

133 ἀῶ τὰ σκέλη] τοὺ πόδας legit Cornarius ex ſupra adductis locis.

134 ἢ ἢν μὴ ἕπως ἐθέλωσιν ἰέναι] Hæc lectio ex libro ſecundo περὶ γυναικ. ſupplenda. εἰσίναι tamen legitur libro de Natur. mulieb.

135 ἢ ἀποπλύναι τῇ πτυῇ ἐφθῇ] τῇ πατρῇ χρῖται legit Cornarius ex li. 2. περὶ γυναικ. At lib. de Nat. mulieb. medicamentum quo eluatur aut illinatur non apponitur.

136 ἵπεται ξυνδήσας τὰ σκέλεα] ξυμμίξας τὰ σκέλεα legunt exemplaria Vaticana.

137 διδόναι ὃ ὀλίγον χύλον πισάνης] Hîc vulgatam lectionem ſecutus ſum cum Caluo. Cornarius verò aliam ex ſupra adſcriptis locis adhibuit.

138 ἐγκεῖσθ] ἐγκεῖσθαι legiſſe videntur Interpretes.

139 τὸν σφιγκτῆρα φορήτω] Hunc locum nominatim mihi exprimere videtur Galenus in Exegeſi, cum σφιγκτῆρα exponit & ſcribit, ὃν ἢ πρὸς περὶ ἀφόρων, ἢ καλύμματα φύλακα. δηλοῖ ἢ καὶ τὰ γυναικῶν περίσφυγα, ὅθ᾽ τι τάτῳ προσπλάσια. Quibus verbis indicat pro pudendorum tegumento aut ſubligari ſumi, quo verenda cuſtodiuntur, quales ſunt mollium noſtrarum mulierum Calçones. Ac neſcio an extrema Galeni verba huic loco accommodari debeant, ac de faſcia pedali etiam ſumi poſſint. Quæ porrò ſequuntur de fœtus extractione, etſi omnibus in codicibus leguntur, quia tamen miſerè ſunt deprauata, in libellum ἐγκατεμμῆς ἐμβρύου releganda.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VIDENDI ACIE.

1 Αἱ ὄψιες] Hic libellus in omnibus exemplaribus περὶ ὄψιες inſcribitur, in quo de oculorum acie corrupta ac vitiata per manum potiſſimum curanda agitur, & in membranis Vaticanis poſt librum de Inſomniis ſcribitur. Incertum verò eſt an hic liber indicetur, cùm libr. περὶ παθῶν ſeorſum de oculorum morbis ſe ſcripturum pollicetur. ὄψις autem Hippocratis videndi aciem qua cernimus, & pupilla † Marco Tullio dicitur, ſignificat, oculi potentiam qua cernit, & potentiam interiorem dixit * Cornel. Celſus. ὄψις etiam oculum indicat, qua ratione nonnulli & De oculis hunc librum appellant, velut etiam oculus nobis pro pupilla ſumitur, cùm oculos cæſios, glaucos, aut cœruleos dicimus. Iſtaque notione hîc αἱ ὄψιες διεφθαρμέναι, pupillæ vitium, aut videndi acies corrupta dicitur, qualis in ſuffuſione aut glaucomate contingit. Hunc autem libellum inter ἀκεπευπικὰ propter curationem repoſuimus, etſi propter manus adminiſtrationem, quæ maxima eius eſt pars, inter χειρουργούμενα reponi poſſit. Qua ratione ferè ab omnibus codicibus poſt librum περὶ αἰματορροΐδων apponitur.

† *Lib. 2. de nat. deor.* * *Cap. 6. lib. 6.*

ἃ ἰῶ ἀρχόμενος διεμπυθῆ τάδε] ταυτὰ videntur legiſſe Interpretes.

τὰ βλέφαρα λεπιώδη, ξύων] In palpebræ aſpritudine, ſcabritie, tyloſi, ſycoſi, palpebra deraditur, inſtrumentumq; ad eam manus adminiſtrationem accommodatum βλεφαρόξυστον Paulo li. 3. dicitur.

4 ἵπτηται ἀδηδόνες] Hæc omnia vt Hippocrate indigna neglexit Cornarius. Vſtionem autem venarum quæ ſunt in dorſo per ſpongiam oleo feruente imbutam continent. Cuius mihi rationem habere videtur laqueus ſeraceus dorſi initio transfixus. Quædam autem exemplaria legunt, τῆσι χερσὶ ἢ μέζον τῆς ἰχίτος.

5 τοὺ ναπαίας φλέβας] ὠμαίας φλέβας videtur legiſſe Caluus. Hæc autem obſcura admodum, in vrendo venas, aut colli tendines & neruos vitari volunt. Magnas autem & varias capitis ſectiones ad oculorum remedia habes apud Celſum c. 7. lib. 7.

6 τὸν σπόγγον] σπογγίον legunt exemplaria Regia manu ſcripta. σπόγγος autem ἀλιγωμένος, ſpongiam oleo feruente tinctam intelligo, qua vſtio fiat.

7 ὅταν ἢ φλὶξ περιφλαύσῃ] Hæc obſcuriſſima verba mihi indicare videntur, leuiter factam vſtionem fluxionem minimè ſiſtere, cùm vena adhuc intumeſcat & inflet, ideoq; repetendam eſſe quoad penitus conquieſcat, aut vſtio omninò peracta ſit. Sic enim cruſtas facilius excidere, cicatriceſque melius coaleſcere.

8 τάχ᾽ ἐκπίπουσιν] τάχα ἐκπίπουσι legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

9 σημεῖον ἢ ὅταν ἀπάχῃ τῆς ξύσιος] Etſi hoc loco publicatam lectionem ſecutus ſum, ſatis tamen deraſam eſſe palpebram apparet, ſi pro cruenta & aquoſa ſanie, ſanguis ſincerus & purus effluat.

10 ὄκου αἶδος δεῖ χαλκοῦ] ὁπόσον αἶδος δεῖ χαλκοῦ fortè legendum, etſi vulgata lectio ſatis per ſe conſtat.

11 τάμνειν ζμιλῷ δι᾽ ὧν βρίσματος] Hæc videtur eſſe quædam ὑποκαθαρτικὴ ſpecies.

12 τὰ βλέφαρα τὰ παχύπρα] Huic vitium ſimile πίλωσις Medicis dicitur.

13 ἰητρεύειν τὰ λοιπὰ] ὡς τὰ λοιπὰ lego cum interpretibus, vt hæc vlcera ſicuti reliqua vlcera curentur. Pilorum autem naturam vocat, ciliorum exortum, quem vitari præcipit.

14 ἢ κνησμὸς ἔχῃ] ξυσμὸς ἔχῃ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

15 τοὺ φολίδα τῆ χαλκοῦ] Ex hoc loco φολίδα χαλκῆ, τοὺ λεπίδα, mihi exponere videtur Eratianus, vt ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

16 νυκτάλωπος φάρμακον] νυκτάλωπα pro vitio oculorum poni, & luſcitionem Feſto dici ſcripſimus in noſtra Oeconomia, de eoq; aliàs fuſiſſimè egimus. Lego autem cum interpretibus, νυκτάλωψ φάρμακον πιέτω ἐλαπήιον.

17 ἢ κατάξας ἢ ἀυχένα] καταχάσας lego cum interpretibus. πίσας autem ad inediam & famem refert Cornarius, ſed vlcus, & vlceris appreſſionem, & durationem reſpicere arbitror.

18 ἧπαρ βοὸς] Paulus cap. 22. lib. 3. in Nyctalope hepar hircinum aſſatum comedendum exhibet, eiusq; inter aſſandum ſaniem collectam illinit. At author libri de oculis Galeno attributi, hepatis caprini ſuffitum adhiberi vult. Celſus quoq; c. 6. lib. 6. ſic laborantes inungi iubet ſanguine iecinoris maximè hircini, ſin minus caprini, vbi id aſſum coquitur, aut fortè ſanie cum ἰχῶρα dicat Dioſc. c. 39. lib. 2. & Pl. c. 11. li. 48. Quod remedium adſcribit etiam Gal. extremo lib. 4. περὶ πόν.

19 ἢν πυοὶ ὀφθαλμοὶ] Hoc oculi vitium ἀμαύρωσις Græcis dicitur, cùm oculis bene habentibus videndi acies laborat.

20 ὀφθαλμίης] Sunt hæc communia lippitudinis remedia, capitis & totius corporis purgatio, alui ſolutio, ſanguinis detractio. modicus cibus, aquæ potio, ex aph. 31. & 17. li. 6. cauſarum foris incidentium vitatio, & deambulatio, ex "Paulo. "*lib.* 3. *c.* 22.

21 ἐπιφδὴ ἢ ξυμφέρει] ἢ γὰρ ξυμφέρει legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

22 καταπλασμα ὀδυνῶν μὴ ἐντάσιος] Cataplaſmate vtimur ad ſiſtendam fluxionem & ad eorum quæ irritant mitigationem, vt ſcribit Paulus, qui etiam cataplaſmata deſcribit.

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS OPERVM OMNIVM,

Sectio VI.

Τὰ χειρουργούμενα, hoc est, eius Medicinæ partis quæ manu curat, tractationem decem libris complexa, ita vt rectè HIPPOCRATIS CHIRVRGIA dici possit.

Omnia nunc recens Latina interpretatione & Annotationibus donata, quæ Commentarij cuiusdam vice esse possint.

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico authore.

Hac Sectione continentur,

Κατ' ἰητρεῖον, *Medici officina; aut de officio Medici, Lib.* 1.
Περὶ ἀγμῶν, *De fracturis, Lib.* 1.
Περὶ ἀρθρων, *De articulis, Lib.* 1.
Μοχλικὸν, *Vectiarium, hoc est, de ossium per molitionem impellendorum ratione, Lib.* 1.
Περὶ ἑλκῶν, *De vlceribus, Lib.* 1.
Περὶ συρίγγων, *De fistulis, Lib.* 1.
Περὶ αἱμορροΐδων, *De hæmorrhoidibus, hoc est, de venis in ano sanguinem fundere solitis, Lib.* 1.
Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, *De capitis vulneribus, Lib.* 1.
Περὶ ἐγκαταρμῆς ἐμβρύου, *De fœtus in vtero mortui exectione, Lib.* 1.
Περὶ ἀϊατρμῆς, *De corporum resectione, Lib.* 1.

IN SECTIONEM SEXTAM PRÆFATA.

SECTIONEM huius Operis sextam τὰ χειρουργούμενα complectentem, sub Chirurgiæ Hippocrateæ nomine publicaturus, non eram nescius (Lector candide) fore aliquando vt hic noster labor in varias hominum reprehensiones incurreret, nonnullosq; futuros qui hanc diligentiam post tot nobilissimos de istius Medicinæ facultate scriptores, vt superuacaneam & minime necessariam contemnerent, quosdam etiam qui vel inutilem & fractam, neque satis absolutam esse clamitarent. Quos quidem homines velut otio abundantes, rectæ voluntatis propensione securus, optimorumque officiorum conscientia fretus, meritò reiicere poteram, nisi turpe & iniquum existimarem susceptæ causæ patrocinium deserere, aut æquitatis existimationem malevolentissimis hominum obtrectationibus prodere. Qui si ægrè ferunt nos post tot egregios de Chirurgiæ facultate scriptores, eadem de re veterem disciplinam ad Hippocratis veteris Medicinæ parentis decreta revocare, in lucem & in existimantium arbitrium ponere: næ illi in nobilissimam & antiquissimam Medicinæ partem grauiter peccant, & tanquam communis omnium salutis hostes parricidio se inuoluunt sempiterno. Nam in tanta tamq; feraci nobilissimorum ingeniorum copia, tam multis denique ea de re omnis generis conscriptis voluminibus, vt omnium literis decantatissima, & hominum manibus detritissima Chirurgia videatur, pauci tamen, quod dolendum potius quàm inuidendum, eam ad Hippocratis præcepta revocarunt, & de face haurire, quàm eius limpidissimos fontes consectari maluerunt. Nemo tamen est vel mediocriter literis imbutus, qui istius præcipuè facultatis vt principem, ita totius Medicinæ ac bonorum omnium parentem Hippocratem non prædicet ac libere fateatur. Quo laudis titulo, vt sæpè, ita nunquam satis dignè eum exornat Galenus. At verò in hoc præsidio quod ad communem omnium salutem constitutum est, & manus curationem postulat, is tam cumulatè cum omni laude excelluit, vt ad amplissimam gloriæ segetem, hæc palma proprio quodam iure omnium iudicio ei sola reseruata videatur. Nam tot ea de re conscriptis voluminibus, & obeundis ciuitatibus ac regionibus, tantam in hac facultate nauauit operam, eamq; adeò locupletauit, vt hi ferè libri qui hoc nomine circumferuntur, soli editiij ac genuini Hippocratis illius Magni & Heraclidæ filij, ex clarissima Asclepiadarum familia verè oriundi, omnium iudicio esse censeantur. Ac ea ferè tota quam hic tibi fortasse nimis ambitiose venditamus (vt libere & ingenuè dicam) vera est & germana Hippocratis illius fœtura. Quò certe æquius est te nostram istam operam, cum publica omnium salute coniunctam, & rectæ voluntatis assensione ad omnium vtilitatem aggregatam, tuo fauore prosequi, & labores nostros quos iam pridem magna animi propensione ad Hippocratem contulimus, liberaliter amplecti, neque ægrè ferre, si de iisdem eadem (vt habetur in conditionibus) non tamen eodem modo, neque similiter à nobis dicantur. Nam iampridem longa animi reputatione mecum statui, non modo non temerariam aut inutilem esse in Hippocratem collatam operam, verumetiam omninò necessariam, & vtilitate communi consignatam & probatam. Quanquam si quis rectè secum reputet, is facilè statuet non eadem esse quæ à nobis hîc proferuntur, sed longè diuersa, & vero multò locupletiora quàm quæ à nobilissimis huius artis Dictatoribus olim non sine amplissima ingenij laude in communem vsum posteritati sunt commendata. Ac ne tibi plus æquo munus nostrum verbis exaggerem, hic tibi in libros Hippocratis κατ' ἰητρεῖον, περὶ ἀγμῶν, περὶ ἀρθρων, post Galeni Commentarios. Notas nostras exhibemus, & opus hoc Mochlici & libelli de Hæmorrhoidibus noua accessione auximus, eosq; liberali manu in Asclepiadarum familiam asseruimus. Ac intra eius familiæ septa nos lubenter continuissemus; nisi publicæ huic causæ, quæ manu curat, iniquum præiudicium adferri, nimisq; magnam contumeliam aut iniuriam fieri putassemus. Ideoq; libellos de fœtus in vtero mortui exectione, & de corporum resectione ad pleniorem Chirurgiam informandam adiunximus. In istamq; causæ coniunctionem non ingratis libellos περὶ ἰητροῦ & περὶ ὀχέων φύσιος, velut minimè inutiles imposuissemus, nisi illis locum in altera orchestra saltandum dedissemus. Quòd si libros περὶ ὀλεθρίων τραυμάτων & περὶ βελῶν adiungere licuisset, non est dubium quin suis numeris perfectam & absolutam huius muneris tractationem, plenamq; Chirurgiam, qualem ex Hippocratis libris recenset Erotianus, posteris tradere potuissemus. Sed hoc nobis inuidit temporis iniuria, quæ omnibus bonis literis semper inimica, cladem etiam attulit sempiternam. Sed fortasse extra causam nimis multa, de causa pauca, & quæ consilij nostri rationem afferant dicenda sunt. In hoc autem nouo argumenti genere, etsi ordinis ratio sua cuilibet libro à me est præfixa, eam tamen secuti videmur, quæ magis [illegible]ularis est, & Galeno approbata. Medici officinam quòd proœmium quoddam sit operis, & Medicum ad omne [illegible]nariam operam præstandam, tanquam εἰσαγωγὴ compendio quodam prompte instruat; libris de fracturis & articulis præposuimus, quod & fecisse Galenum in suis Commentariis apparet. Neque verò sæpe hoc ordinis mutium abiurat, vt ex eius lectione patet, tum quod ea ipsa τῦξαι ἰητρεῖον indicatura, hos omnes libros, hoc est Officinam Medici, & libros de fractis & luxatis, veteribus Medicis quondam complexa sit, vt ex Galeno Com. in lib. de fract. & Com. 4. in lib. de art. liquido cuiuis patet. Et si idem nonnunquam libros de fract. & art. ante Medi[illegible] Officinam sæpe legendos esse moneat, illosq; ad huius explicationem non rarò adhibeat, alio ordinis scopo propos[illegible] Itaque mihi videtur instituti ordinis ratio plausibilior, qua & Medici instrumentum & supellex, & verò munus [illegible]ius informatur, & tanquam ex vmbra in pulueream & aciem

& aciem, hoc est, in manuariam operam, deducitur. In iis verò ita mihi temperaui; vt Galeni Commentarios, etsi magna ex parte laceros, vel leuiter attingerem, quod id alterius esset instituti, & ne eadem de re sæpius dictata, vel cum fastidio reponerem. Libros de fract. & art. suo velut loco sequitur Mochlicus aut Vectiarius, de ossium per molitionem impellendorum ratione dictus, quod eorum librorum compendiosam quandam doctrinam contineat, & quæ certè à reliquis non sine fraude & scelere separari oportuit. Adeò vt mihi tanquam capite diminutam ac mancam Hippocratis Chirurgiã populo venditasse videantur, qui eum vel taciti prætermierunt, vel certa animi persuasione neglexerunt. Quò certè me maior admiratio subit, Cornarium in hac Hippocraticæ Interpretationis palæstra gladiatorem imprimis nobilem & exercitatum, hunc librum in totum præteritum reliquisse, illiusq; indicaturam falsò libello de Ossibus supposuisse. Nisi cum cæteris operis insanitate & difficultate deterritus, interpretandi animum vna cum potiundæ integritatis spe abiecerit. De me verò etsi nolo quicquam, ipse præsertim, ambitiosius prædicare, spero tamen nostra interpretatione effectum, vt limata illi verborum siccitas, qua totus redundat, plenioribus Hippocratis fontibus irrigata, & ad eosdem deducta, pleniorem lucem accipiat, doctorumque necnon intelligentium assensionem ita commoueat, vt eam reddita sibi sanitate, tanquam detracto fuco, pro legitimo ac germano Hippocratis Magni fœtu verè agnoscant ac recipiant. Quod & cuiuis me facile probaturum spero, qui nostram cum cæterorum interpretatione contulerit, & ad Hippocratis disciplinam velut postliminio reuocarit, ad eámq; rem cognoscendam tantum iudicij, quantum non quiuis vnus ex populo, sed quantum existimator doctus & intelligens, adhibuerit. Vlcerum tractatio sequitur, quæ videtur esse alterum quoddam Vulnerary officium, quo sese velut caduceo ornatus, per populi ora gloriosius iactare posit, quæ etsi vniuersitatem quandam comprehendere, eoq; nomine præponi debere videatur, ad eam tamen cum dignitate curationem obeundam, egregie comparatum Medicum esse oportuit, & in omnibus manuariis præstandis officiis optimè instructum, quod non nisi longe ante præparata exercitatione probè præstari potuisse satis constat. Qua ratione eam quoque post fracturarum tractationem adhibet Hippocr. lib. de fract. Accedit vulnerum capitis speculatio, quæ etsi in fracturarum genere non incommodè pertractari potuit, sua tamen dignatione & pondere in hunc locum non temerè est sepositа, vt quæ & toto argumenti genere dissentiens, & tractationis modo eximia, hoc totum Chirurgiæ corpus informaret. Reliqua superest fœtus intermortui extractio aut exectio, & corporum resectio, quæ Medico non indigna, ita ad Chirurgiam suis numeris complendam valde sunt necessaria. In qua instituenda cùm vel multa lubrica, vt in opere anfractuoso & difficili occurrerent, nostras rationes ita attemperauimus, vt ad Hippocratis sententiam cum dignitate tuendam vel maximè accommodarentur. Quod certe præstiterim necne, tuum esto iudicium, idq; vt sperare non audeo, ita semper præ me tulisse palam profiteor. Restat (lector candide) vt hoc Hippocrateæ Chirurgiæ corpus quod exulceratissimis ac turbulentissimis istis temporibus tibi de vindemiolis nostris excerpsimus, ita tuo fauore prosequare, vt ad reliquias persequendas alacriores nobis addas animos, & tua æquanimitas nostram augeat in scribendo industriam. Nam etsi fœlicissimorum ingeniorum cursum premit ac retardat importuna ista Reipub Gallicæ clades, is tamen mihi laudandus est, qui hoc tempore ipse cum liceat, in hoc communi nostro & quasi publico fato, consoletur se, cum conscientia optimæ mentis & rectæ vitæ, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. Bene vale. Ex Mediomatricibus ipsis Nonis Quintilib. 1594.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΙΗΤΡΕΙΟΝ.

HIPPOCRATIS LIBER DE OFFICINA MEDICI; AVT

De officio Medici.

PRincipio quænam ſimiliter aut diſſimilitet ſe habeant videndum; idque ex his quæ maximi ſunt momenti, aut facillimè cognoſcuntur, aut quauis via & ratione comprehenduntur: quæ & viſione, & tactu, & auditione percipiuntur; quæque in viſionis, auditionis, tactus, narium, linguæ & intelligentiæ ſenſum cadunt, ex quibus omnis cognitio noſtra conſtat.

[1] Ἢ ὅμοια, ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μελίστων, ἀπὸ τῶν ῥηίστων, ἀπὸ τῶν πρώτη πρώτως γινωσκομένων. ἃ καὶ ἰδεῖν, καὶ θίγειν, καὶ ἀκοῦσαι ἔστι. ἃ καὶ τῇ ὀφῇ. καὶ τῇ ἁφῇ. καὶ τῇ ἀκοῇ. καὶ τῇ ῥινί. καὶ τῇ γλώσσῃ. καὶ τῇ γνώμῃ ἔστι αἰσθέσθαι. ἃ δὲ οἷς γινωσκόμενα, πᾶσιν ἔστι γνῶναι.

ANNOTATIONES.

HIc libellus κατ' ἰητρεῖον palam & publicè inſcribitur, eaque indicatura ex vetuſtiſſimis exemplaribus vel Galeni tempore ſatis conteſtata fuit, qua vel Medici, vel Chirurgiæ officina, vel Medicatrina indicatur: præſtaret tamen (vt Galenus ſcribit) ὡδὶ τῷ κατ' ἰητρεῖον inſcribere, quod ὡδὶ τῷ κατ' ἰητρεῖον πεφροντικότων ὁ λόγος αὐτῷ γίνεται). Quam inſcriptionem libris de fract. & artic. quidam etiam impoſuerunt, vt patet ex † Galeno, quòd ferè his libris Medici vulnerarij aut Chirurgi potiſſimùm munus explicatur. κατ' ἰητρεῖον enim τὸ κατὰ τὸ ἰητρεῖον πραγμάτευμα ſignificat, vt exponit Gal. Comm. 1. in lib. 1. Epid. vt vel ab ea Medicinæ parte quæ manu curat & omnium eſt vetuſtiſſima (teſte Celſo) inſcriptio huic libro ſit quæſita, quo vel præcipua Chirurgiæ ſupellex adornatur & proponitur, ac veluti eorum quæ libris de fract. & art. diffusè tractantur, breuis & compendioſa adumbratio ſpectatur. Etſi verò non malè Medici officinam dici exiſtimandum eſt, quòd in eo multa tòti arti Medicæ communia contineantur, ac veluti totius artis quidam aditus ac proœmium adumbretur, nec Galenus ſolum ad Chirurgiam, verùm etiam ad totius artis cognitionem exempla referat. Erotianus tamen ἰητρεῖον θεραπείαν exponit, quo nomine communem totius artis curationem complectitur: etſi propriè quodammodo explicatio illa libro primo Epid. (cuius antea memini) accommodari poteſt. Huius autem libelli originem ad magnum illum Hippocratem Coum, virum & arte & facundia inſignem (vt loquitur Celſus) referri, & phraſis ipſa clamat, & fatetur Galenus Comm. 1. in lib. de fract. quamuis obſcuriſſimis verbis, etſi alias nonnihil ambigere videtur. * Erotianus quoque hunc librum inter θεραπευτικά, ac velut Chirurgiæ dicata opera, in librorum Hippocratis recenſione, longo ordine poſt libros de fract. & artic. commemorat. Vt autem eiuſdem argumenti multa erant ſcripta ab antiquis Medicis, præſertim Diocle & Philotimo, ita in hunc librum explicationem ſcripſerat Aſclepiades, cuius meminit Erotianus, & Galenus ſuis in hunc librum Commentariis.

† *Comm. 1. in lib. de fract.* * *Comm. in hunc lib.*

[1] ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια] Hoc commune eſſe totius artis veluti præludium, aut quendam etiam tum ad præſagiendum, tum ad curandum ingreſſum, præter ea quæ hîc ſcribit Galenus, teſtatur quoque Comm. 1. in Prognoſt. ad idque accommodat vt totius artis proœmiũ eſſe velit. Optimè verò initio lib. 9. de placitis Hippocr. & Platonis hunc totum locum explicat, & ad cuiuslibet rei in quauis arte inueſtigationem adhibet, hinc ſumpto cognitionis principio, vt à naturalibus inuentionis indiciis, quæ in ſenſum & rationem cadunt, omnis propoſitæ rei natura petatur. Quod non in arte Medica modò, ſed etiam in philoſophia vim habet maximam, vt ſcribit Plato in Phædro.

ἀπὸ τῶν πάντη πάντως γινωσκομένων] Hoc veluti tertium quoddam cognitionis inſtrumentum ponitur, quod mentis acie, cogitatione, ratione & diligenti ſpeculatione continetur, ab iiſque quæ ſub ſenſum cadunt & facillima ſunt cognitu diſtinguitur. Ea enim quæ quauis ratione & via, accurateque intenta iudicij exercitatione comprehenduntur, ſignificantur, diligentemque artis cognitionem & ſpeculationem requirunt, ſiue in experientiam, ſiue in rationem cadant. Eoque pertinere videntur τὰ πάντη πάντως γινωσκόμενα, quæ tam ſæpè & cum obſcuritate inculcat Galenus, vt ea facillimis & ſenſuum iudicio cognitis opponat, nec non niſi longa exercitatione, mentis intentione, ac magna cognitionis perceptione comprehendantur. In hanc enim notionem accipienda mihi videntur hæc obſcuriſſima Galeni ex Commentario verba, quæ quia vitio non carent, ita legenda ſunt: ὅθεν μοῦ τὸ ὁδὶ πάντα δείσκειν), ὅθεν τ' ἑτέρας ἃ γνωσθῆναι τοῖς μὴ ῥᾴστοις δείσκουσιν, ἀγαθὰ κατ' ἔνδειξιν. Quæ tamen aliter ſumpſerunt interpretes. Hucque ſpectare videtur quod à Platone in Phædro eſt explicatum, ea quæ naturalibus indiciis & ſub ſenſum poſiti, ſunt expoſita, nullam in ſe controuerſiam habere. In his verò quæ ratione comprehenduntur, magnam ambiguitatem exiſtere. Calius hoc commune totius artis exordium ita obſcurauit, vt eius ſenſa non facilè eruas.

ἃ ἐν τῇ ὄψει] Hæc ſunt φυσικὰ κεῖσθαι, quibus in quauis arte, quid ſit conſentaneum, aut repugnet, quid ſimile aut diſſimile, compoſitum etiam aut diuiſum inueſtigamus, aut quibus veluti inſtrumentis, cuiuſuis quæſitæ rei cognitio conſtat. De quibus agit Plato in Phædro, & poſt eum Galenus in lib. 9. de plac. Hippocr. & Plat. Referri certè quidem iſta ad ſenſuum perſpicuitatem poſſe videntur, in quibus maximè eſt veritas, ſi & ſani ſunt, & valentes, omniaque remouentur quæ obſtant & impediunt. Quorum etiam iudicia clara & certa ſunt, vt ſi optio naturæ noſtræ detur, & ab ea Deus aliquis requirat contentáne ſit ſuis integris incorruptiſque ſenſibus, an poſtulet melius aliquid, non videam quid quærat ampliùs, vt copiosè diſputat apud Marcum Tullium Luculs,

A lus, etsi sunt ista ab* Academia nova & Carneade accurate, tum etiam seorsum soliter à Chrysippo cogitata. Quæ de mente dicuntur eò spectant, vt ad ea quæ non sensibus ipsis percipi dicuntur, sed quodammodo sensibus, rebus natura. Animo tum hæc tenemus comprehensa non sensibus quæ quasi expletam rerum comprehensionẽ amplectuntur. Potest etiã de ea appetitione intelligi, quæ (Galeno vi pulsa sequitur, cum sensus non obscuri præsertim nec tenebricosi, ad res percipiendas intenduntur. Mens enim ipsa (inquit ille) quæ sensuum fons est, atq; etiam ipsa sensus est, naturalem vim habet, qui intendit ad ea quibus mouetur. Itaq; ubi vita sic arripit vt iis statim vtatur, aliqua sic recondit, è quibus memoria oritur. Cætera autem similitudinibus cõstituit, ex quibus efficiuntur notiæ rerum, quas Græci tum ἐννοίας, tum προλήψεις vocant. Eò cum accessit ratio, argumentriq; conclusio, rerumq; innumerabilis ordinatio, tum & perceptio eorum omniũ apparet, & eadem ratio profecta his gradibus ad sapientiam pertendit. Ad verum igitur beatamq; vitæq; cõstantiã aptissima cum sit mens hominis amplectitur maximè cognitionẽ, & κατάληψιν, quam, vt dixi, verbum è verbo exprimentes, comprehensionem dicimus, cùm ipsam per se amat (nihil est enim ei veritatis luce dulcius) tum etiã propter vsum. Quocirca etiam sensibus vtitur & artes efficit, quasi sensus alteros, & vsq; eò philosophiã ipsam corroborat, vt virtutem efficiat, ex qua re vna vita omnis apta sit. Qui totus locus cùm huc optimè conueniat, & ad quamuis artis perceptionem plurimum faciat, mihi exscribendus integer fuit. De eo autem quod κατάληπτον, aut ἀκατάληπτον Philosophis dicitur, & meminit Galenus in Comment. 10, fusissimè agitur apud M. Tullium in Acad. Quæstionibus.

* *Acad. Quæst.* † *Cic. in Acad. Quæst.*

. ἃ δὲ εἰς χειρουργίαν] Caluus hunc totum locum ita obscurauit, vt non facilè aut Hippocratis, aut Ga[illegible] mentem inde hurias.

Extenuata verò multùm ſanæ partis comprehendendo deligare oportet, vt ex affluxione contabefactæ partes, ampliùs quam ſuapte natura extenuatæ, diuerſo vinculo permutatæ, ad incrementum tendant, carniumq; reſtaurationem efficiant. Præſtat autem ſuperiorem partem vt in tibia & femoribus, ſimulq; alterum crus cum parte ſana deligare, vt ſimilius ſit & æquè conquieſcat, pariterq; alimento prohibeatur, idq; ſuſcipiat. Idq; linteorum numero, non appreſſu, laxando primùm id quod maximè indiget, & frictione quæ carne impleat, vtendo, atque perfuſione abſque ferulis.

[43] τὰ δὲ μινυθήματα, πολὺ προσλαμβάνοντα τῶν ὑγιέος ὑπιδεῖν ὡς ἂν δι' ὑπιδρομῆς τὰ σωζόμενα πλέονα ἢ αὐξήματα ἐμιν ύθη. ἢ ἄλλη ἢ τῇ δι' ὑπιδέσεως προσλαβόντα ἐκκλίνειν ἐς τὴν αὔξησιν. ἢ ἀναπλῆσαι τὴν σαρκῶν ποιήσεται, βέλτιον δὲ καὶ τὸ ἄνωθεν διὰ κνήμης καὶ τῶν μηρῶν, καὶ τὸ ἕτερον σκέλος τῇ ὑγιᾶ σωεπιδεῖν. ὡς ὁμοιότερον ἢ καὶ ὁμοίως ἐλιννύῃ, καὶ ὁμοίως τῆς τροφῆς ἀποκλείηται καὶ δέχηται. ὀθονίων πλήθεϊ μὴ πιέζειν. αὐιέντα προσθεῖναι τὸ μάλιστα δεόμενον, καὶ αὐατείνειν χρώμενον σαρκούσθαι, καὶ καταχύσαι ἄνθυφαντικῶν.

[43] τὰ δὲ μινυθήματα] τὰ μινυθήματα exponit Galenus τὰ ἰσχνὰ καὶ ἄτροφα γινόμενα, partes ex diuturno vinculo aut quiete emaciatas, extenuatas & imminutas, aut graciliores effectas, quas hîc deligatione reſtaurari conſulit Hippocrates. Locus autem eſt admodum obſcurus & varia lectione perplexus, in quo etiam explicando non parum ſe torquet Galenus. Nos ſanè popularem & exemplarium multitudine conteſtatam lectionem ſecuti ſumus, Galeni mentem amplexari. Sunt qui etiam legant, ὡς ἐξ ὑπιδεσμοῦ τὰ σωπαχύτατα πλέονος, ἢ αὐτὰ ἐμινύθη, vt ex affluxione ampliore, quàm ipſa immutata fuerint. Quo etiam aliquantum inclinare videtur Galenus in Comment. Sed certè plauſibilior eſt illa lectio quam adſcriptam habet Galenus, ὡς ἂν ἐξ ὑπιδεσμοῦ τὰ σωπαχύτατα πλέον ἢ αὐτὰ ἐμινύθη, aut αὐτόματα ἐμινύθη, quam ſecuti ſumus ex codicum numero. Porro huius lectionis hic eſſe ſenſus, vt ex affuſione contabefactæ

befactæ partes ampliùs accipiant, quàm vbi ipſæ extenuatæ ſunt. At tunc ἢ ἄλλη aut ἀλλοίῃ τῇ ὑπάλλῃ legendum eſſet. In quo ſanè admodum variant exemplaria manu ſcripta feréque omnia vitiata ſunt, cùm τὸ ὀξὺ ὑπάλλῃ legant, quædam etiam τὸ ἰξὺ habeant, cuius lectionis meminit Galenus. Omnia autem ἢ τῇ ἄλλῃ pro ἀλλοίῃ habent, quam tamen lectionem ex Galeni authoritate induximus tam amplectimur, etſi τῇ ἄλλῃ idem conſequimur. Poteſt & ex codicum contenſione alia etiam hauriri lectio, ἢ ἄλλῃ, ἢ τῇ ὑπάλλῃ, & hic ſenſus elici, vt partes contabefactæ alia ratione quam vinculo permutatæ, vt ἄλλῃ pro ἄλλως ſumptum ſit, & aliam calefaciendæ partis viam & ad calorem reuocandæ, quàm vinculum indicet, frictionem nempe, motionem, medicinam enim calefacientem, peculationem, confectiones picem habentes, & aquæ calidæ perfuſionem, quorum meminit Galenus in Commentar. quibus etiam ad extenuatarum partium reſtaurationem adhiberi ſolent. Eſt & hic quoque alia lectio, cuius certè altum eſt in codicibus ſilentium, nullamque facit mentionem Galenus in Comment. verùm eam adiecipſit in Exegeſi, in dictione ἀμαίη, cùm ſcribit: ἀμαίη, ὅπως· ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον Διοσκουρίδου γράφει, ἀμαίη ὅπως πίζει σφυγμάζων, ἐκκλίνῃς τὰς αὐξήσεις τῆς ἰσχυρᾶς ποιούσας τοὺς ἢ ἄλλοι χάριν ἀλλοίωσιν. φησὶ δὲ Διοσκουρίδης τὸ ἀμαιε, μεσσια εἶναι, μαρτύριον ἢ ὕδην ὀφείλοντας. Qui locus etſi mendo reſpergitur eſt, hunc tamen omni procul dubio deſignat, & vinculi compreſſionem moderatam eſſe vult. eamque vt infra quidem dolorem ſit, qui alioqui inflammationem pariat, ſi modo ἀμαιη τῇ πιζῃ σφυγμάζοντα, legas. Quam ſanè diuerſi vinculi vim Galenus his verbis, ſed vitioſiſſime apud nos deſcriptis, explicat: ὧν ἢ ἐν ᾧ ἡμεῖς λέγομεν ἱπποκράτης ἀεὶς ἱπποκράτους ἀλλοίου, ὡς ἐστὶ τοῦ ἐρυθρανθέντος δυνατὸν τὸ μανθάνοντα τοῦτο δι' ἑτέρων ἐμφαίνεται. χρὴ γὰρ ἀρχεῖς μὲν δεῖν τὴν ὑγιαίνουσαν, ὡς δεῖ τὴν πιεσθεῖσαν, ἢ ὅτι πολλαὶ τῶν ὑπαλλαττομένων πιέσεις ἀμφοτέρων, ὡς ἐνταῦθα καὶ τοῦ ὑγιοῦς ἄχρι τοῦ μηδεμίαν ὀδύνην ἐμποιεῖν, φλεγμονὴν ἐπάγειν δυναμένην. ἄχρι δ' ἂν τὰ πεπονθότα ἐκλύηται καὶ ἐκκριθῇ τοῦ πύου. (Sic enim legendus mihi videtur locus iſte, quem tamen alter accipiunt interpretes.) At quam ab Hippocrate diuerſam dici aſſero, ab ea videlicet quæ imminuta efficit, id alia ratione efficitur. A ſanis quippe partibus non ab affectis initium ducere oportet, ita vt mulcis in ea cum compreſſione iniectis vinculis, earenus cum dolore comprimamus, qui nullam inflammationem excitare queat, & paulatim relaxata compreſſione, ad affectam partem perueniamus. Quam etiam diuerſam compreſſionis rationem aliis verbis aperit Galen. in Comment. ἐπειτα δὲ μὴ πιέζειν καὶ τὸ πεπονθὸς μέρος, ἀλλὰ εἰκῆ μὲν καὶ τοῦτο· πιέζειν δὲ μάλιστα μὲν ὅσον ἔξω καὶ τοὺς ὑγιεῖς· ἔξεις δὲ σκιρρώδεις μὲν τοὺς πόνους ὁ τῆς καὶ ὑγιεῖς ἰσχυρὰ ἀχρὶ τοῦ πεπονθότος. ὅταν δὲ ἐκεῖ τὸ πεπονθὸς ἀφίκηται), μάλιστα ἐκλελυμένην χρῆσθαι τῇ ἀσφαλείᾳ τῶν ὀδυνῶν. Deinde circa affectam partem comprimere non oportet, ſed in ea remiſſione vti. At maximè compreſſione vtendum circa ſanam partem, vnde vinculorum initium ductum eſt. Ac deinceps faſciam quæ ſanæ parti inuoluitur ad affectum locum extendere iubet, quo vbi peruenerit, maximè remiſſa linteorum inuolutione vtendum. Rurſuſque ἐν δὲ τούτοις ἐστὶ τὸ μὴ κατὰ τὴν πρώτην ὀκλάσαι ὑπάλλοντα ἰσχυρῶς χρὴ μᾶλλον τὸν ὠμὸν θλίβειν ὅπως εἰς ὀδύνην πίπτειν. Ideoque quæ ſano cruri adhibetur deligatio conſique adſtricta ſit, vt ne adeo comprimat vt dolorem moueat. Minutum autem eſt quod ἀφιστᾶσι pro ἀφιστᾶσιν habet codicum maxima pars. Caluus verò, vt in obſcuriſſimo loco, neque Hippocratis, neque Galeni mentem mihi aſſecutus videtur.

ἢ τῇ μιᾷ.] Hanc lectionem tot libris omnibus exemplaribus ſecuti ſumus, ferri tamen poteſt, ἢ τῇ μείζονι, quam lectionem ſecuti videntur interpretes.

Quod ad fulcra ac ſtabilimenta attinet, ea pectori, coſtis, capiti, cæteriſq; id genus adhibentur, partim quidem pulſuum gratia, vt ne quid concutiatur, partim verò ad iuncturarum diſtantias in capitis oſſibus firmandas. Ad tuſſim autem & ſternutamentum, aut aliam motionem, qualia thoraci & capiti ſtabilimenta admouentur: in quibus omnibus eadem deligationis commoderatio ſeruanda eſt. Namqua noxia eſt, eo præcipuè comprimere oportet. Subiicienda igitur lana mollis, affectui accommodata, deligatione verò ea vtendum quæ non ampliùs comprimat, quam vt ne pulſus cieantur, aut iuncturarum diſtantiæ ad extrema ſe mutuo contingant, neque circa ſternutamenta & tuſſes partes affectas agitari prohibeat, ſed ita ſtabilimento ſit, vt neque cogantur, neque concutiantur.

44 τὰ ὑπ' ἐρεισμάτων καὶ ὑποστρώματα ἐπὶ φλεβῶν, πλευρῆσι, κεφαλῇ, καὶ ὅσοις ἄλλοισιν ὅσοι τοιοῦτοι. τὰ μὲν σφυγμῶν ἕνεκεν, ὡς μὴ σείεσθαι. τὰ δὲ τῶν διαστάσεων τῶν κατὰ τὰς ἁρμονίας, ἐν οἷσι καὶ τῶν κεφαλέων ἑτέροισιν ἐρείσμασιν χρέειν. ἔστι τε ὅτε βήχεα, ἢ πλαμέων, ἢ ἄλλης κινήσεως. οἷα τὰ καὶ ἐπὶ θώρηκα καὶ κεφαλὴν ὑποστρώματα γίνεται. τοιούτων ἁπάντων ἐν αὐτοῖσιν ἡ αὐτὴ ξυμμετρίη τῆς ἐπιδέσεως. ἢ μὲν γὰρ σὰρξ μάλιστα πιέζῃ, ἵνα μὴ πλέον ἢ εἰκὸς, μηδ' ἀκόντι ἀμύζοιτο τὰ παθήματα. ἐπιδεῖν δὲ μὴ μᾶλλον πιέζουσαν, ἢ ὥστε τοὺς σφυγμοὺς μὴ σείεσθαι, τά τε διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν λαβεῖν τὰ ἔσχατα ἀλλήλων. μήτε ἀμαὶ βῆσι πλαμοῖσι καὶ βήξι, ἀλλ' ὥστε ὑποστρώματα εἶναι καὶ μήτε διαστρέφεσθαι μήτε σείεσθαι.

44 ἐρεισμάτων χρέειν] ἐρεισμάτων legiſſe videtur Erotianus & hunc locum ſubindicare, cùm ἐρεισμάτων ὑποστρωμάτων apud Hippocratem exponit, vt ſit, ad iuncturam diſtantias tutandas, muniendas, hoc eſt, firmandas. Galenus tamen ἐρεισμάτων in Comm. legiſſe videtur.

ἢ μὲν γὰρ τὰ σὰρξ πιέζῃ] μάλιστα πιέζειν mihi magis probatur, etſi Galenus πιέζῃ legiſſe videtur. Noſtræ etiam lectioni adſtipulantur exemplaria manu ſcripta ferè omnia, quæ πιεσθῆναι pro πιέζειν legunt, vt & Aldina, etſi reliqua parte vitiata ſunt. ἢ γὰρ pro ἢ μὲν γὰρ habent, vt legendum eſſe ſatis ex Galeno patet.

ἐν οἷσι τοῦ σφυγμοῦ] Hæc germana eſt lectio quam ex Galeni mente ſecuti ſumus, etſi veteſtiores membranæ aliter legunt, ἐν οἷσι τοῦ σφυγμοῦ μὴ σείεσθαι. Quæ lectio certè corruptiſſima eſt & diuerſum longè ſenſum efficit, eaque ad Aſulanum codicem peruenit. Senſus autem huius loci is mihi eſſe videtur, vt id quod ſtabilimento eſt, & ad vitium firmandum adhibetur, faſciarum ambitu ita adſtringi debeat, vt non ampliùs comprimat, quam vt ne pulſus partium prohibeatur, ſed ceatur & moueatur, neq; partes prohibeat quò minùs ſub pulſu concutiantur.

τά τε διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν] Exemplaria manu ſcripta anguſtiora ferèq; omnia legunt, μηδὲ μᾶλλον ἢ ὥστε διαστρέφειν τὰ ἔσχατα τῶν ἁρμονιῶν ἀπὸ ἀλλήλων. Quæ lectio etſi ſatis aperta eſt, ea tamen quæ Galeni Commentario conteſtata eſt, mihi magis arridet, tum quod διεστραμμένων malim quàm διεστράφθαι.

μήτε ἀμαὶ βῆσι πλαμοῖσι] Hanc Galeni lectionem ſecuti ſumus, quæ certè valde eſt perplexa. Is autem mihi ſenſus eſſe videtur, vt ea deligationis moderatio ſit quæ non amplius adſtringat, quàm vt ne circa tuſſes & ſternutamenta partes affectæ agitari prohibeantur, ſed quod adhibetur ita firmamenti vicem ſubeat, vt eas neque cogat, neque concutiat, hoc eſt, neque validiùs, neque molliùs deſinciat. Exemplaria manu ſcripta longè aliam habent lectionem, μηδὲ ταῖς βήξας ἢ τοῖς πλαμοῖς, ἀλλ' ὥστε κωλύειν ὑποστρώματα εἶναι. Qua ſignificatur eam in deligando appreſſionis moderationem eſſe debere, quæ tuſſes aut ſternutamenta non moueat, ſed ita ſtabilimento ſit, vt eas prohibeat. Quam ſecuti ſunt ferè omnes interpretes. Minutum verò eſt quod pro ἀφιστᾶσι, Gal. διαστρέφεσθαι legit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ.

HIPPOCRATIS DE FRACTIS LIBER.

EOrum quæ ſuis ſedibus exciderunt & fracta ſunt, medicum quam rectiſſimas extenſiones facere conuenit. Id enim maximè ſecundum naturam rectum eſt. Quòd ſi quid in hanc vel illam partem inclinet, præſtat in pronum tendere. Leuius enim eam in partem peccatur, quam in ſupinam.

Ἐχρὴ ⓦ ἰητῆα τῶν ἐκπεπτωκότων τε καὶ κατηγμάτων ὡς ἰθυτάτας τὰς καταστάσιας ποιέεσθαι. αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις. ἢν δέ τι ἐγκλίνῃ ἢ τῇ ἢ τῇ, ὅτι ὀπίσω ῥέπειν. ἐλάσσων γὰρ ἡ ἁμαρτὰς ἢ ὅτι ὕπτιον.

De authore huius libri etſi magna olim orta eſt controuerſia, conſtans tamen fama eſt apud omnes, ad magnum Hippocratem Coum Heraclidæ filium referri debere. Quidam verò ad eius auum Hippocratem Gnoſidici filium originem deducebant. Quod etiam teſtatur Gal.Comm.1. in lib.de rat.vict. in morb.ac. vt hîc quoque. Sed tunc ſanè hos duos de fract. & art. libros in vnum coactos τῷ κατ' ἰητρεῖον indicatura ornabant, quod iis in libris eius artis quæ manu curat, præcipua verſaretur quæſtio. Inſcriptio autem etſi τοῖς ἀρχαίοις exemplaribus tum manu ſcriptis, tum publicatis paſſim eſt conſignata, τοῖς κατησμάτων, tamen ſæpè habet nominis indicaturam, quam & ſtatim prima fronte deſignaſſe videtur Hippocrates, & aliquot locis non rarò vſurpant Galenus & Erotianus. Habent verò hi libri tractationis genus diffuſum & amplum, quod διεξοδικὸν vocat Galenus, ideóq; ante alios qui in eadem manuariæ operæ exercitatione verſantur, legendos paſſim admonet, & Erotianus inter στρατιωτικὰ χρήσιμα reponit.

ταῖς ἰθυτάταις ταῖς καταστάσις] καταθέσεις hoc eſt collocationes, repoſitiones ex hoc loco apud Hippocratem exponere mihi videtur Erotianus, contra Galeni mentem.

αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις] τὸ δικαιότατον οἰκειότατον, hoc eſt maximè naturæ conueniens & accommodatum explicari poteſt ex Galeno. Erotianus hîc δίκαιον τὸ συμφέρον ſignificare ſcribit, & δικαιοτάτῃ φύσει ὥσπερ δίκαιον νόμον exponit, hoc eſt legem quandam iuſtam ac præceptum naturæ maximè conſentaneum ac conueniens.

Qui igitur nihil in conſilium adhibent, plærunq; nihil peccant, quippe cum qui deligatur æquiſſima natura duce manum ita porrigat. Qui vero Medici ſapientiam ſibi falſo arrogant, ij nimirum peccant. Nullius ergo eſt negotij manum fractam tractare, idque cuiuis (propè dixerim) medico procliue eſt. Qua de re plura mihi dicenda ſunt, quòd medicos noui qui ex figuranda manu in deligatione ſapientiæ opinionem præ ſe ferebant, cùm ex eo ignari potiùs exiſtimandi eſſent. Verùm enimuerò multa hoc modo hac in arte æſtimari ſolent. Quod enim peregrinum eſt, necdum conſtat an vtile ſit, conſueto, quod iam norunt vtile eſſe, anteponunt, quodque ab vſu communi abhorret, ei quod eſt probè cognitum. Exponendum igitur in medicorum erroribus de manu natura, quoſnam tum docere, tum dedocere velim. Nam & aliorum corporis oſſium doctrinam hæc oratio continet.

Οἱ μὲν οὖν μηδὲν προβουλεύσαντες σοφὴν ἁρμόζειν νομίζουσιν ὡς ὅτι ὀπισθόμβιος τὴν χεῖρα ἀπορέξῃ, ὅπως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσεως ἀναγκάζομαι] Membranæ reconditiſſimæ Regiæ ὀπισθόμβιος legunt, quam lectionem Gal.in Com.agnoſcit, & ὁ ὀπισθίδιος μέλων ἰδιάτης ab eodem explicatur. ἀπορέξῃ] ἀπορέξῃ hîc παρέξῃ exponit Gal.in Exegeſi προτείνῃ. Erotianus vero ἀποτείνῃ, hunc ſanè locum ſubindicans. Sed pro ἀπορέξῃ, ἀπορέξαι habent vitiosè exemplaria quædam manu ſcripta. ὑπὸ τῆς δικαίης φύσεως] Hunc naturæ ductum commendat Gal.in inuenienda media membrorum figura, quæ ſit doloris expers, eademq; rectiſſima. Iſtumq; locum in medium adducit lib.2. de motu muſcul. Hic autem δικαίην φύσιν vocat naturam optimam & æquiſſimam, hoc eſt, (vt explicat Gal. quæ ab ipſo ortu, totoq; denique vitæ curriculo, quod cuique membro conueniens eſt & maximè accommodatum inuenerit, definiuerit, & liberaliter prorrexerit: tum quæ etiam in confirmandis animantium corporibus optimam prouidentiam, & magnam æquabilitatis ac proportionis rationem adhibuerit. Ideóq; optimo iure ab Hippoc. δικαίαν dici ſcribit Gal.lib.2.& 16.de vſu partium,& lib.1. de natur. facul. & lib.9. de placitis Hippocr.& Plat. δῆλόν ἐστιν εἰ ἁμαρτάνουσιν] Iſta eſt recepta lectio & maximè vulgaris. Exemplaria verò manu ſcripta quædam Regia ſic legunt: οἱ δ' ἰητροὶ βουλόμενοι δῆθεν ὀρθὸν ἅμα αὐτὸ εἶναι ἁμαρτάνουσιν. Quæ lectio non omnino aſpernabilis videri poſſit, vt in eo in quo peccant ſibi ſapientes videantur. ἀλλὰ χρὴ πολλὰ] Hanc lectionem ex codicum conſenſione ſecutus ſum, cùm alij ἄλλα cum Gal.legant. τὸν ξενοφοιτῆ] Locum iſtum communem ſæpe vſurpat Gal.vt Com.1.in lib.de rat.vict.in morb.ac.& Com.1.in lib.3.Epid. ξενοφοιτῆ autem ἀλλοτριομόρφου exponit Erotianus ex hoc loco, & quod eſt ab vſu communi abhorrens, extraneum, aut nouam formam adeptum, aut immutatum ſignificat. Idem quoque ἀλλόκοτον ἀλλοτριόμορφον exponit. Gal. vero in Exegeſi, ἀφανὲς καὶ ἄγνωστον, obſcurum & ignotum, vt ei τὸ εὔδηλον rectè opponatur. ῥητέον οὖν] Exemplaria Regia reconditiſſima legunt, ῥητέον αὖ ὁπόσους δίκαιον ἐστὶν ἐθέλω. τὴν χεῖρα τὸν ἀγκῶνα] Hæc eſt omnibus codicibus, tum ſcriptis, tum publicatis recepta lectio, quam tamen longè aliam adhibuiſſe Caluum conſtat.

Manum itaque (quod in præſenti quæſtione verſatur) quidam pronam deligare viſus eſt. Eam verò ſtatui coëgit ſagittariorum habitus, cùm humerum prætendunt, atque ita habentem deligauit, hunc eſſe ratus naturalem eius habitum. Cuius rei teſtimonium afferebat, quòd omnia cubiti oſſa rectitudinem inter ſe habebant, tum partium æquabilitatem,

τὴν μὲν οὖν χεῖρα. τοῖσι δ' ὁ λόγος, ἐδόκεέ μοι καταδῆσαι καταπρηνέα ποιήσας. ὁ δ' ἀναγκάζει ὥστε ἔχειν, ὥσπερ ⓐ τοξεύοντες, ἐπὴν τὸν ὦμον ἐμβάλωσιν, καὶ ὥστε ἔχειν ἐπέβλ. νομίζων ἑωυτῷ εἶναι τοῦτο αὐτέῃ τῇ χειρὶ φύσιν. καὶ μάρτυριον ἐπήγετο τὰ τε ὀστέα ἅπαντα τὰ ἐν τῷ πήχει, ὅτι ἰθυωρίῃσι κατάλληλα εἶχε, τήν τε ὁμοιρείην, ὅτι αὐτὴ

A Ὅτι αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν τὴν ἰθυωρίαν ἔχει ὅτω καὶ ὁκ τὰ ἔξωθεν μέρεσι καὶ ὁκ τὰ ἔσωθεν. ὅτω δὲ ἔφη καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα πεφυκέναι. καὶ τὸν τοξικὸν ἐπήνεγκε μάρτυρα. τοῦτο λέγων καὶ τοῦτο ποιέων σοφὸς ἐδοκέει εἶναι. τῶν δὲ ἀνθρώπων τεχνέων ἐπελελήθη. καὶ ὁκόσα ἰητροὶ ἐργάζονται, καὶ ὁκόσα τεχνήμασιν, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἀνθρώπου ἐν ἀνθρώπῳ τὸ κατὰ φύσιν σχῆμά ἐστιν, καὶ ἐν τῷ αὐτέῳ ἔργῳ ἕτερα τὰ δεξιῆς χρεὼν σχήματα κατὰ φύσιν

B ἐστὶν, καὶ ἕτερα τὰ ἀριστερῆς, ἰδίῳ οὕτω τύχῃ. ἀνθρώπου μὲν γὰρ σχῆμα ἐν ἀκοντισμῷ κατὰ φύσιν, ἄλλο δὲ ἐν σφενδόνησιν, ἀνθρώπου δὲ ἐν λιθοβολίῃσιν. ἀνθρώπου ἐν πυγμῇ, ἀνθρώπου ἐν παλαίσμασιν. ὁκόσας δὴ αἱρέσιας τέχνας θύρῃσι, ἐν ἧσιν ἕκαστον αὐτῶν σχῆμα τῶν χρεὼν κατὰ φύσιν ἐστὶν· καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν τεχνέων, ἄλλα πρὸς ἄλλα τὸ ἁρμόδιον ἕκαστος, καὶ πρὸς ὃ ἔργον ἕκαστος αὐτῶν ἐπιτελέεσθαι θέλῃ σχηματίζονται αἱ χεῖρες. τοξικὸν δὲ ἀσκέουσιν, εἰκὸς τῶν ὀστέων τὸ σχῆμα κεφάλαιον εἶναι τὸ ἑτέρης χειρός. τῷ

C γὰρ βραχίονος τὸ γλουτοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν ταύτῃ τῇ σχισθείσῃ ἐρείδει, ἰθυωρίῃ πονέῃ τοῖσιν ὀστέοισι τοῦ πήχεος, καὶ τῷ βραχίονος, ὡς ἐν εἰθὶ τὸ πᾶν. καὶ ἡ ἀνάκλασις τοῦ ἀγκῶνος κέκλασται ἐν ταύτῃ τῇ σχισθείσῃ. εἰκὸς μὲν οὖν ὅτως ἀναπλώτην τε καὶ τεταινώτην εἶναι τὸ χωρίον. καὶ μὴ κατᾶσθαι, μὴ ἧσσον διδόναι ἐλκομένης τῆς νευρῆς· οὕτω δὲ δεξιῆς χρεὼν. καὶ ὅτως ὅτι πλεῖστον μὲν τοῦ

D νεύρου ἕλκοιτο, ἀφίοιτο δὲ ἀπὸ σφαιρωτάτου, καὶ ἀθρωτάτου. ἀπὸ γὰρ τοιούτων γε ἀφέσιος τῶν νευρίων, ταχεῖαι καὶ αἱ ἰοχμοὶ καὶ τὰ μήκεα γίνονται. ὀπισθότονος δὲ καὶ τοξικὴ σχέσιν κοινόν. τοῦτο μὲν γὰρ εἰ ὀπισθήσας ἔχει τοῦ χεῖρα ὅτω ἔνδυσεν, πόσους ἂν ἀνθρώπους πολλοὺς τοξοστὴς μείζονας τοῦ τρώματος. τοῦτο δ' εἰ συγκάμψαι ἐκέλευεν, ὅτε τὰ ὀστέα, ὅτε τὰ νεῦρα, οὔτε αἱ σάρκες ἕλκουσιν ἐν τῷ αὐτέῳ ἐγίνοντο, ἀλλὰ ἀνθρώπου μὲν τοξικόν, κρεωτέον τοῦ ὀπισθοτόνου. καὶ

E τί ὄφελος ἐστὶ τοξικὸν σχῆμα τος. καὶ ταῦτα ἴσως οὐκ ἂν ἐξημάρτανεν σοφιζόμενος, εἰ εἶτα τετρωμένον αὐτὸν τοῦ χεῖρα τοῦ ἀγκάσθαι.

quòd illa ipsa eandem directionem præ se ferret, idq; tam exterioribꝰ partibus, quàm interioribus. Ita quoque & carnes & neruos à natura comparatos esse dicebat, sagittariamq; artem in testimoniũ adducebat; ex iisq; tum dictis tum factis, sapientiæ persuasionem sibi sumpserat, cæterarũ artiũ immemor, quæ aut viribus, aut artificiis opus suum moliuntur, non aduertens aliũ esse in alio habitũ secundum naturã. Quin & in eodẽ opere, si res ita tulerit, aliã esse dextrę manus figurã secundum naturam, aliam sinistræ. Alius est enim habitus secundam naturã iaculatoris, alius funditoris, alius in lapidatione, alius in pugillatu, aliꝰ in quiete. Quascũq; verò artes quis inuestigauerit, in iis non eadem secundũ naturam manuum figura est, sed in vnaquaq; arte, & ad conueniens instrumentũ quod habet quisq;, & ad opus quòd perficere intendit, manuum figuræ accommodantur. Qui autem sagittandi arcẽm exercet, ei hãc manus alterius figurã validissimam esse par est. Hoc enim habitu brachij pars cardinem referens, in vlnæ sede innixa, vlnæ & brachij ossa perinde in directum distendit, quasi totũ vnum sit. Eoq; statu fit recuruata articuli flexio. Hoc igitur modo locũ istum minimè flecti plurimũq; intendi oportet, neq; neruo quem dextra tendit cõcedere, neq; ab eo superari. Ita vt plurimùm quidem adducendo, chorda trahatur, firmissimo autem & maximè repentino impetu emittatur. Sic enim emissæ sagittæ celeriore impetu longiusq; feruntur. Deligatio verò cum sagittãdi arte nihil habet commercij. Qui namq; deligatam manum ita continere volet, longè alios maiores quàm vulnus dolores afferet. Quòd si flectere iubeat, neq; ossa, neq; nerui, neq; carnes ampliùs eodẽ statu consistent, sed superata deligatione aliò transmutabuntur. Quid ergo vtiliratis sagittariorum habitus afferat nõ video. Ideoq; fortasse nõ peccaret qui sapientiæ opinionem sibi vendicat, si permitteret, vt vulneratus ipse manum porrigeret.

[3] εἰδικεί πε] Sic legunt omnia exemplaria tum manu exarata, tum publicata. Interpretes ἕξωθί πε ex Galeno legunt.

ἐπὶω ἤ ὦμον ἐκτείνουσιν] Cum humerum prætendunt diximus, quod prætento ac porrecto brachio, humeri caput in cauitatem ceruicis lati scapularum ossis immittitur & coniicitur. Deinde verò quòd protentæ ac porrectæ corporis partes, ad impetum aut impressionẽ faciendam, ὡς ἐς ἐμβολὴν, paratæ dicuntur Galeno. Idem quoq; ἐκτείνεσθαι οἱ πρόσθιοι legisse videtur. Hic autem ὁμαλότητα dixi partium æquabilitatem, superficiei æqualitatem & læuitatem corporis intelligens, non simpliciter coloris similitudinem, quam Gal. ὁμοιότητα τῆς τῶν ὅλων χρόας μελῶν exponit. Eaq; dictione vtitur Hippocr. lib. de Cap. vulner. ὁμαλότητα ἕτερα vocans tertiæ læuitatem & ossis æquabilitatem, qua carnem exteriore parte attingit, aut parte interiore membranam.

ὅπερ ἦ ἔφη καὶ ταῖς σαρξὶν] Istud omisisse videtur Caluus.

καὶ ἐν τῷ αὐτέῳ ἔργῳ] Id quoque aliter legisse videtur Caluus; dum aliam secundum naturẽm figuram esse vult in otio, aliam in negotio.

ἄλλο ἐν τῷ ἐλιννύειν] Caluus aliud quid de negotiante hîc addidit.

τὸ σχῆμα κράτιστον] Validissimam hoc est robustissimam & intentissimam figuram diximus, quæ fit validè extenta manu, qualem sagittariorum habitum esse expedit. Cuius rei rationem reddit Hippocrates. Atq; idem lib. de aëre, loc. & aq. scribit Scythas Nomadas propter nimiam humiditatem ac mollitiem, neque arcus intendere, neque telum contorquere posse.

ἰθυωρίῃ ποιέῃ] ποιέῃσι legunt exemplaria manu scripta Regia peruetusta.

ὡς ἐν εἰθὶ τὸ πᾶν] Codices manu scripti ferè omnes cum publicatis, ὡς εἰθὶ legunt. Quidam etiam ἐνθὶν habent quomodo legisse videtur Caluus. Sed vitiatas lectiones esse apparet, & ἐν εἰθὶ legendum. Vt sit sensus, in ea validissima figura, ita in directum brachium distendi, vt vnum totum videatur, neq; huc aut illuc inclinet, sed firmum teneatur; vt exposuit Galenus. Potest & eorum hac mente explicari, vt totum brachium inserat, hoc est, vt totum brachium intertum, non vlla articulatione commissum videatur. Galenus initio horum Commentariorum ὡς ἐν ὀνίῃ legit.

Ἢ ἀνάκλασις] Hîc secutus sum Interpretum mentem. Mihi tamen etiam intelligi posse videtur, vt eo habitu articuli reflexio fracta sit, hoc est, irrita & nullius vsus, quod indicat firmissimam & validissimam brachij contentionem. κλάσις enim de musculorum distortione, vbi eorum actiones propè sunt irritæ & frustratæ, dicitur Quem in sensum sæpe vsurpat Gal. lib. 2. de motu musc. Atq; eo intellectu paulò post dicitur κλᾶσθαι ὁ ἄγκων ὄλλυσι, cùm supina cubiti flexura frangitur aut retorquetur, hoc est, contentionem propter distortionem habet irritam & nullius roboris.

πρὸς τῷ γδ] Mendosa sunt exemplaria manu scripta, quæ τῷ βδ τῷ ἐπιδήσαι legunt.

[4] Ἄλλος δ' αὖτις τῶν ἰατρῶν ὑπτιάσαι τὴν χεῖρα δοὺς, οὕτω κατατείνειν ἐκέλευεν, ἢν ὅτως ἔχουσαν ἐπίπεδος, τοῦτο νομίζων τὸ κατὰ φύσιν εἶναι, ὡς τεκμαιρόμενος, καὶ τὰ ὀστέα νομίζων κατὰ φύσιν εἶναι ὅτως, οἷα φαίνεται τὸ ἔξωθεν ὀστέον τὸ κατὰ τὸν καρπὸν, ἢ ὀφθαλμὸς δάκτυλος καλεῖται ἰθυωρίῃ ἐστὶ τοῦ ὀστέου

Rursus verò alius quidam Medicus supinam manum exhibens, sic componere iubebat, eoq; statu detinciebat, eum naturalem esse ratus, tum ex cutis planicie coniecturam faciens tum quòd ossa sic se habere secundum naturam existimaret, ex eo quòd os ad manus iuncturam prominens iuxta paruum digitum,

è directo illius ossis situm videatur, ex quo homines vlnam metiuntur. Atq; his argumentis eum esse naturalem habitum contendebat, rationiq; cõsentanea dicere videbatur. Verùm hic habitus, si supina manus collocetur, vehementem dolorem afferet. Eum verò habitum dolori primùm opportunũ quiuis cõperiet, si quis ita manum suam cõponat. Si quidem imbecillior robustiorem ita collocatum vt cubiti flexura supina reflectatur, manu cõprehensum quocunq; volet deduxerit. Neq; enim si gladiũ hac manu teneat, eo vti possit, vsq; adeò violenta ista figura est. Ad hæc si deligatã manũ quis eo habitu sinat, maiorem quidẽ doloré si obambulet, magnũ tamen etiam si decumbat, sentiet. Quòd si quis manum flectat, musculos cõtrahi, & ossa aliam habere figurã prorsus necesse est. Quin & præter cætera huius habitus incõmoda, hoc quoq; accessit, quòd ignorãt, os ad manus iuncturam iuxta paruũ digitum prominens, hoc quidem ad vlnã pertinere, illud autẽ in cubiti flexu, quod vlnã metitur, brachij caput esse. Idem verò esse os hoc & illud hic existimauit, itemq; multi alij. Sed qui cubiti gibbus, siue ἄγκων dicitur, cui nempe innitimur, idem est quod illud. Sic igitur manum supinam habenti hoc quidem os distorqueri videtur. Præterea verò nerui ipsi qui à manus iũctura & digitis interiore parte procedũt, supina manu distorquẽtur. Hi enim ad os brachij, vnde vlnæ modus definitur, tendũt. Tales quidẽ tamq; multi errores existunt de manus natura, tãtaq; ignoratio. Quòd si quis manũ fractam, velut iubeo, statuat, is os quod est ad paruum digitũ, & ad cubiti gibbũ tendit, recta conuertet, neruiq; ex manus iunctura ad brachij extrema in directum procedẽt. Manus verò dum suspensa retinetur, eodem habitu quo deligata, collocabitur, ita vt ne deambulanti quidem dolorem vllum, aut decumbenti laborem ac defatigationẽ adferat. Hominẽ autem ita statui oportet, vti ossis pars quæ prominet, clarissimo lumini, quantũ conceditur, obuersa sit, vt nec eum qui compositionem aggreditur lateat, num abundè sit in directum constituta. Neque enim peritum artificem manum admouentem, os prominens contactu latere possit.

ἀφ' ὁκοίης τε ⟨ῆς⟩ πῆχυ οἱ ἄνθρωποι μετρέονσιν. τοῦτο τὸ μαρτύριον ἐπιφερόμενος τῇ φύσει ὕπτιος εἶναι, καὶ ἐδόκεεν οὕτω λέγειν. ἀμφὶ τούτῳ μὲν εἰ ἡ ἰσχὶς ἡ χεὶρ καταπτείνοιτο ἰσχυρῶς πονοίη ἄν. γνοίη δ' ἄν τις τὸν ἑωυτοῦ χεῖρα καταπείνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σῆμα. ἐπεὶ καὶ ἀνὴρ ἥκιστα κρέσσονα ἀμφλακεῖν ὅτως ἐν τῇσιν ἑωυτοῦ χερσὶν ὡς κλάπτῃ ὁ ἄγκων ὕπτιος, ἄγει αἰεὶ ὅπῃ ἐθέλοι. ὅτε γὰρ εἰ ξίφος ἐν ταύτῃ τῇ χειρὶ ἔχοι, ἔχει αἰεὶ ὅτι χρήσαιτο ὦ ξίφι, ὅτῳ βίαιον τοῦτο ὂν σῆμα ὑγιές. τοῦτο δ' εἰ ὑπιδήσας τις ἐν τούτῳ ὦ σήματι ἐών. μέζων μὲν πόνος, εἰ τωὐτοῖοι. μέγας δ' ἂν εἰ καταχέοιτο, τοῦτο δ' εἰ συγκάμψαι τὴν χεῖρα, ἀνάγκη σιωπᾶν τοῦτο μύας, καὶ τὰ ὀστέα δηλο σήμα ἔχειν. ἠγνόηται δὲ καὶ τάδε τὰ ἐν τῷ σήματι χωρεῖς τὴν λύμης. τὸ γὰρ ὀστέον τὸ πρὸς τὸ καρπὸν ἐξέχον, τὸ κατὰ μικρὸν δάκτυλον, τοῦτο μὲν τοῦ πήχεός ἐστι. τὸ δ' ἐν τῇ συγκάμψι τοῦ ὀστέου ἀπὸ τοῦ πῆχυ ⟨ῆς⟩ οἱ ἄνθρωποι μετρέουσιν, τοῦτο δὲ τοῦ βραχίονος ἡ κεφαλή ἐστιν. ὃ δὲ φέρεται τοῦτο τοῦ ὀστέου εἰ ⟨ῆς⟩ τοῦτο τε κακῶς· πολλοὶ δὲ καὶ δηλοῖ. ἐστὶ δ' ἐκείνῳ τῷ ὀστέῳ τοῦτο, ὃ ἀγκὼν καλεόμενος, ὃν ποτὶ σημειζόμεθα. ὅτως δὲ ὑπτίην ἔχοντι τὴν χεῖρα, τοῦτο μὲν τὸ ὀστέον διεστραμμένον φαίνεται. τοῦτο δὲ καὶ νοῦσα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τεινόντα ἐκ τοῦ ἐνὸς μέρεος, καὶ ἀπὸ τοῦ δακτύλων, τοῦτο ὑπτίην ἔχοντι τὴν χεῖρα διεστραμμένα φαίνεται. τείνῃ τε δὲ τοῦτο καὶ νοῦσα πρὸς τὸν βραχίονος ὀστέον, ὅθεν ὁ πῆχυς μετρᾶται αὗται τοσαῦται εἰσὶ καὶ τοιαῦται αἱ ἁμαρτάδες καὶ ἄγνοιαι τῆς φύσιος τοῦ χεῖρος. εἰ δὲ ὡς ἐγὼ κελεύω χεῖρα καταγνῦαι καὶ καταπείνοι τις, ὑπερέχῃ μὲν τὸ ὀστέον ἐς ἰθὺ τοῦ κατὰ μικρὸν δάκτυλον τοῦ ἐς τὸ ἀγκῶνα τεῖνον. ἰθυωρείῃ δ' ἔξει καὶ νοῦσα τὰ ἀπὸ τοῦ καρποῦ πρὸς τὸν βραχίονος καὶ ἄκρα τείνοντα. ἀναλαμβανομένη δ' ἡ χεὶρ, ὅτῳ πλησίῃ σήματι ἔσται, ὃν ὧδε καὶ νοῦσα ὑπιδεούσῃ, ἄπονος μὲν ὁδοιπορέοντι, ἄπονος δὲ κατακλιθέντι καὶ ἀκάματος. καθίκνυται δὲ χειρὶ τὰ ἀνθρώπου ὅτως ὅκως ἡ τοῦ ἐξέχοντος ὀστέου πρὸς τὸ λαμπρότατον τῶν πρόσθεν ἀυγέων, ὡς μὴ λάθῃ τὸ χρεὶζοντα ἐν τῇ καταστάσῃ εἰ ἱκανῶς ἐξίθωται. τὸ γε μὴν ἐμπίεσιν, οὐδὲ αἰ τὴν χεῖρα λάβοι ἐπαγόμενον τοῦ ἐξέχοντος φαύοντα.

[4] ἢ ὁ σμικρὸς δάκτυλος] Hanc lectionem ex magno codicum numero secuti sumus eamq; amplexatus videtur Galenus, & omnes Interpretes. ἢ ὁ σμικρὸς δάκτυλος. habent reliqua exemplaria, quæ lectio certè ferri potest, & alteram adfert rationem cur supina manus figura secundum naturam habere videatur, nempe quòd paruus digitus è directo illius ossis, ex quo vlnæ mensura desumitur, situm habeat. Quam lectionem secutus est Caluus. ἀφ' ὁκοίης τε] Ista superioribus iunximus, melioribus exemplaribus & Interpretum omnium assensione freti. Reliqua exemplaria, ἀφ' ὁκοίης τι τ' πῆχυ οἱ ἄνθρωποι μετρέουσι, τοῦτο τὸ μαρτύριον ἐπιφέρ, hoc sensu. Ex eoq; vnde vlnæ modus definitur, sumptis argumentis, eum naturalem esse habitum confirmabat. Quam ad opinionem Galeni lectio adhærescere videtur, cùm legit, λέγει τοῦτο οἱ ἄνθρωποι τ' πῆχυ μετρέουσιν. γνοίη δ' ἄν τις] Hîc καταπίνας pro καθεὶς ex Erotiano sumpsimus, vt & καταπείνειν pro καπτιδεῖς his omnibus locis accepimus, quod dicitur de membro habitu quodam cõposito collocato, vt hîc de supina manus figura. Sic igitur τὸν χεῖρα καταπίνας, si quis ea figura manum componat, aut collocet, supinamq; statuat, indicat. Quod etiam testatur Erotianus his verbis hunc ipsum locum subnotans. καὶ ἐν τῷ ὧδε ἀγκῶνι. ὅταν λέγῃ. γνοίη δ' ἄν τις τὸν ἑωυτοῦ χεῖρα καταπίνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σῆμα καὶ νοῦσα τὸ καταπίνας, εἰ τὸ σημεῖον τεθείκει, καὶ τὸ καθεὶς ἀντὶ τοῦ καπτιδεῖς. τάσιν γὰρ ὀνομάζειν χειρὸς ἀκριβῶς οὐκ ἂν ἔνεστιν ἄλλως ποιῆσαι.

ἀνάγκη σιωπᾶν τὰς μύας] Sic legunt exemplaria omnia publicata, Manu verò exarata Regia reconditissima, ἀνάγκη πᾶσα σιωπᾶν τὰς μύας habent. Recentiora, ἀνάγκη πᾶσα τὰς τε μύας, καὶ τὰ ὀστέα δηλοῦν σῆμα ἔχειν. Quam lectionem secuti videntur Cornarius & Caluus.

τοῦτο δὲ τὸ βραχίονος] Hunc locum innuit Rufus Ephesius τοῦ αὐθρωπείου his verbis: καὶ ἡ ἐπιφανεστέρα τοῦδε τοῦ ἀγκῶνος, ὡς δὲ φησιν Ἱπποκράτης ἐνίοις ἀκριβῶς νομίζειν δεῖν θύρυον εἶναι τῆς πήχεως, καὶ αὐτὴ κεφαλὴ βραχίονος.

ὁ ἀγκὼν καλεόμενος] Huius loci meminit Gal. libr. 1. de motu musc. vbi ὧ ποτὶ σημειζόμεθα legit Virg. lib. 4 Æn. de Didone moriente, *Ter sese attollens cubitoq; innixa, leuauit.* ὅτως δὲ ὑπτίην ἔχοντι τὴν χεῖρα] In supina quoq; manus figura, tum neruos, tum venas & arterias ac musculos ipsos peruerti plurimumque laborare, scribit etiam Gal. lib. 2. de motu musculorum.

τοῦτο δὲ τὰ νεῦρα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τεινόντα] τὰ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τεινόντα eleganter habent exemplaria manuscripta Regia.

ἐν ἀκριβεῖ] Hunc certè locum in exquirenda exactè media figura celebrat Gal. lib. 2. de motu musculorum.

καθικνεῖς δὲ χειρὶ] καθικνεῖς lego, quod est Hippocrati frequens, & καθίζει aut καταλήγει exponit Galenus.

Quando autem cubiti os vtrumq; fractum nõ est, os superius vulneratũ faciliorem curationem admittit, etsi crassius existit, partim quidem quòd ei sanum fundamẽti loco subtẽditur, partim verò quia faciliùs lateat, nisi id circa manus iuncturam cõtigerit. Crassior enim caro superiore parte adnata est, os verò inferi⁹ neq; carnẽ habet, neq; facilè latet, extensioneq;

τῶν δὲ ὀστέων τὸ πήχεος, ὧν μὲν ἀμφότερα κατέαγῃ, ῥᾴων ἴησις, ἰῶ τὸ ἄνω ὀστέον τετρωμένον ἔλθῃ. καὶ γὰρ παχύτερον ἐόν. ἅμα μὲν ὅτι τὰ σύκεα ὑποτεταμένον ἔχει θερμήν. ἅμα δὲ ὅτι βύκρυσωτότερον ἔχει, πλὴν εἰ τὸ ἐγκὶς τοῦ καρποῦ. παχεῖα γὰρ ἡ σὰρξ ὑπέφυσις ἡ ὑπὸ τὸ ἄνω. τὸ δὲ κάτω ὀστέον ἀσθενὲς, καὶ οὐκ εὐσυγκρυσωτὸν καὶ καταπάσιος

A ἰσχυροτέρης δεῖται. ὧν δὲ τὸ μὲν ξυνετρίβη, ἄλλα δὲ ἕτερα, φαυλοτέρη ἡ κατάτασις ἀρκεῖ. ὧν δὲ ἀμφότερα κατεαγῇ, ἰσχυροτάτης κατατάσιος δεῖται. παιδίῳ μὲν γὰρ ἤδη εἰδοι κατατατέα μᾶλλον, ἢ ὡς ἔδει. οἱ δὲ πλεῖστον ἄνδρα τείνουσι, ἢ ὡς δεῖ. χρὴ δὲ ἐπὶ τὸ τείνωσιν, τὰ θέρεα προσβοηθοῦντα διαρροωῦ. ἔπειτα χρίσαντα τὰ κηρωτῇ μὴ πάνυ πολλῇ, ὡς μὴ πλείω ἐμπλείη τὰ ὑπιόντα. ὅπως δὲ μὴ διαδήσῃ, ὅπως μὴ κατωτέρω

B ἄκρου τὸ χεῖρα ἕξει ὁ ἀγκών, ἀλλὰ συνεπισπάσῃ καὶ ἀνωτέρω, ὡς μὴ ὁ αἷμα ἐς ἄκρον ὑπορρέῃ, ἀλλὰ ἀπολαμβάνῃ. ἔστω δὲ ὑπὸ δήσις ὁμοίως τοῦ ἀρχαίου δεσμοῦ καὶ ὁ κάτωγμα. ἐρεῖδων μὲν οὖν, μὴ πιέζων ἰσχυρά, ἐπὶ τὸ προσδεσμῇ καὶ τῶν ὁδὸς ἢ τρὶς, ὑπὸ ὁ αὖ νεμέσθω ὑπὸ δεῶν, ἵνα αἱ ὑπερροαὶ ἀπολαμβάνωσι. καὶ πελυτησάτω κεῖθι. χρὴ δὲ μὴ μακρὰ εἶναι τὰ προῤῥητα ὀθόνια. τὸ δὲ δεύτερον ὀθονίων, τὸ ἐπὶ ἀρχαίῳ βάλλεσθαι ὑπὸ τὸ κάτωγμα. προσδεδεῦσθαι

C δὲ ἄπαξ ἐς τὸ αὖθις, ἔπειτα νεμέσθω ἐς τὸ κάτω καὶ ὑπὸ πολὺ πιέζων, ὑπὸ μᾶλλον δλαβίζεσθαι, ὡς αἱ αὐτόθι ἱκανὸν χρόνον τὸ ὀθόνιον αὖ ἀπαλὸν δερμῆσαι καὶ θερμῆναι, ἵνα ὥσπερ τὸ ἕτερον ἐπελύθησαν. ὀλίγῳ μὲν οὖν τὰ ὀθόνια ἐπ' ἀριστερὰ ἢ ὑπὸ δεξιὰ ὑπιοδέσθω, ἢ ὑπὸ ὁκότερα αὖ ξυμφέρῃ προὸς τὸ ἕλκος καὶ κάμψαι ὀρθούς, καὶ ἐφ' ὁκότερα αὖ προσφέρῃ ξυμφέρῃ. μὴ ὁ ἄγαν παλιῶσαι κατὰ τὴν χρὴ κεφαλὴν συμβαίνειν κηρωτῇ

D ὀλίγῃ, καὶ γὰρ προσωφελέουσι καὶ βλητότερον. ἔπειτα λύσαντα ὑπὸ φθίσιον ὀθονίοισιν ὡς ἐναλλάξ, ὁτὲ μὲν ὑπὸ δεξιὰ, ὁτὲ δὲ ἐπ' ἀριστερά. καὶ ἁμιλλᾶν πλείω κάτωθεν ἀρχούμενος, ἐς τὸ ἄνω ἀγαγεῖν. ἔστω δὲ ὁτὲ μὲν ἄνωθεν ἐς τὸ κάτω. τὰ δὲ ἀνάπαλιν ἀνιέσθαι δίκην παλιώσεως κυκλεύοντα. δεῖ δὲ πολλῇ τῇ προσοχῇ τὰς ἀρθρώσιας μὴ πρὸ ἀρχῆς ξυνδεδρυῶσθαι,

E ἅμα καὶ μέρος. προσαναγκάζει δὲ χρὴ καλφαράκι καὶ ἐπὶ ⟨Ⓜ⟩ καρπὸν τῆς χλοῦς, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε.

vehementiore indiget. Sin verò non hoc, sed alterum comminutum fuerit, leuis intentio satis est. At vbi vtrunq; fractū est, valentiore intensione opus est. Puerum quidem plus æquo distentum vidi: plærisq; tamē minùs quam res postulat, distenduntur. Intenta verò manuum volis admotis dirigenda sunt. Deinde adhibito cerato non ita quidem multo, ne deligamenta defluant, ita deligare, vt ne summa manus cubiti flexu inferior, verùm paulò etiam superior collocetur, quò sanguis intercludatur, neq; ad extremitatem defluat. Tum demū lineo deligare, initio ad fracturam iniecto, sic vt firmet quidē, non tamen vehementer comprimat. Vbi circa eundem locum iterum atq; tertio fasciam inuolueris, sursum feratur, quo sanguinis affluxus retineatur, ibiq; desinat, eamq; minimè longam esse oportet. Altera verò fascia, initio quidem supra fracturam iniecto, ac semel eodem voluta, tum demum deorsum ferātur, minuſq; cōprimendo longiora spatia transcurrat, quò possit ad eum locum, in quo prior finiit, recurrere. Atq; hic quidem lintea ad dextram aut sinistram deducantur, aut in vtramlibet partem ad fracturæ habitum accommodatæ huc vel illuc inclinare cōuenit. Post hæc splenia modico cerato illita superiniicienda, sic enim lenius & firmius hærebunt. Quæ ita deinde fasciis alligare oportet, vt permutato ordine inter se, modò quidem in dextra, modò etiam in sinistra ferātur, ac plurimùm sanè ab inferiore parte sursum, interdum quoq; à superiore deorsum ducantur. Extremę verò partes in angustum extenuatæ. Spleniis in orbem ductis curandę pluribus fasciarum obuolutionibus, nō confertim, sed sensim, totum corrigentes. At circa manus iuncturam eas laxè variis in locis circumdare oportet.

[a] ὧν δὲ ἄνω ὀστέον πεπωλώδων ἐστὶ] πεπιωμένων ἐστὶ videtur legisse Vidus Vidius, quòd paulò post ξυντριβῇ legatur. Sed exemplaria publicata omnia & manu scripta πεπωλώδων ἐστὶ legunt. Quædam etiam, ὧν δὲ ἄνω ὀστέον πέπωται.

καὶ ὧν παχύτερον ἐὸν] Hic παχύτερον λεπτοτέρῳ opponitur, quòd postea scribat cubiti os λεπτότερον καὶ μανότερον. Plenius igitur & crassius os radij dicit. Quem totum locum explicat Paulus his verbis lib. 6. cap. 110. ἐπήχεως δὲ ὁ καρπὸς ἐπὶ μὲν ἄμφω κατ' αὐτὸ καταγνύῃ. πότε δὲ θατέρου μόνου. ὅτε μὲν οὖν ἀμφοῖν, ἢ ὡσαύτως ἀμφοῖν ἐπὶ τὸ ἀδιαφόρως ἢ καρπῷ. πάντων μὲν δὴ χεῖρον τὸ ἄμφω κατ' αὐτὸ καταγνύωσθαι, μᾶλλον δὲ ἧττον μόνον. ἐνιαπλοτέρα δὲ καὶ τῶν ὀστῶν ὁ καρπὸς κατεαγυῖαν. εἰ γὰρ ἐν μείζοσι σώμασί τε ἐπήχεως, ἀλλ' ἐκείνου ἀπὸ τοσούτου μόνον ἐχόμενος ἐν ἐχυροῖς τε αὐτοῖς. (Sic enim legendū videtur vt huic loco respondeat, etsi exemplaria μείονα legunt & Interpretes, quidam etiam ἐμείζοσι legisse videntur.) Est enim radius, vt scribit Celsus, quem ἀκτῖνα Græci appellant, superior breuiorq;, & primò tenuior rotundo & leuiter cauo capite exiguum humeri tuberculum recipit, atq; ibi neruis & cartilagine continetur. ὀλεκρανίῳ autem ad carnosam molem refertur, quod & in sura postea scribit, in quo radio in cubito respondet. παχὺν γὰρ ἡ τοῦ καρποῦ] Neq; solùm crassior illic adnata est caro ob musculorum implantationem, verùm etiam ea parte os crassius est, cuius rei rationem adscribit Gal. c. 15. lib. 2. de vsu part. Celsus quoque ad manum crassitudinis modum mutatum scribit. Si quidem ibi radius plenior, cubitus admodum tenuis est.

ὧν δὲ ἀμφότερα κατεαγῇ] Celsus lib. 8. istud rectè his verbis exprimit. At si brachium fractum est, in primis considerandum est alterum os, an vtrumq; comminutum sit, non quòd alia in eiusmodi casu curatio admouenda, sed primùm, vt valentius extendatur, si vtrumq; os fractum est, quia necesse est minus neruos contrahi altero osse integro cohærente. Deinde vt curiosius omnia in continendis ossibus fiant, si neutrum alteri auxilio est. Nam vbi alterum integrum est, plus opis in eo, quàm in fasciis feruliſque est. Animaduertendum quoq; est exemplaria quædam Regia manu scripta pro φαυλοτέρη ἐλαττοτέρα habere. Quod etsi eandem habet notionem, φαυλοτέρη tamen & elegantiam & vetustatis authoritatem retinet ex Galeno.

[g] παιδίου μὲν γὰρ] Hoc loco Hippocrates summa in extensione opus esse prudentia insinuat. Fracta namq; ossa aut suis sedibus mota, nunquam in suum locum veniunt, vt scribit * Celsus, nisi illa aliquis per vim intendat. Intendere autem digitum, vel aliud quoque membrum, si adhuc tenerum est, etiam vnus homo potest, cùm alteram partem dextra, alteram sinistra prehendit. Valentius membrū duobus eget, qui in diuersa contendant. Si firmiores nerui sunt, vt in viris robustis, maximeq; eorum feminibus & cruribus euenit, habenis quoque vel linteis fasciis vtrinque capita articulorum deliganda, & per plures in aduersum dacenda sunt. Cauendum autem semper est ne immoderatiùs confractum membrum extendatur. Immoderata enim distentio, in duris præsertim & siccis corporibus, vehementes dolores, febres, conuulsiones, & resolutiones interdum inducit. Quinetiam per eam diuelli ac disrumpi musculorum ac neruorum fibras aliquando contingit. Vt verò in molioribus corporibus & minoribus εὐπήκεσι manibus perficitur: ita vbi vitium maius est, aut corpus durius, ad ἀγκύλας, lorum, habenas, & vsitatas machinas veniendum

* Cap. 10. lib. 8.

[h] τὰ δ' ἕτερα προσβοηθοῦντα] Ἕτερα autori Hagoges dicitur ὑπὸ ἰατροῦ ἐπὶ χεῖρος. τὰ δὲ κατ' ἀνάγκην ἐπιπολαίως. Ruso verò Ephesio ἐν τοῖς ὑπὸ μικροῦ μετρίου ξύλου ἢ πλατέος ἐπὶ τὸ ὑγιὲς ἑκατέρου σκελετοῦ. Addit etiam sibi viam Hipp. πῶς ἂν ἐκτοπὸν τὸ χεῖρος διορθούμενον. Hic verò innuit Hippocr. post ἀπόθεσιν ὀστέων locum esse vt in naturalem situm ossa committantur. Vbi enim paulo longius quàm naturaliter esse debet, membrum, vis fecit (vt loquitur Celsus) tum demum ossa manibus in suam sedem compellenda sunt. Indiciáq; ossis repositi est, dolor sublatus. Galenus quoq; lib. 6. Meth. med. ἐπεὶ δὲ ἡ ἰσχὺς ὀλίγα ἐθέλει ἐκτείνειν καὶ τῶν ἀγκύλων ὑπομένει τὸ σῶμα μᾶλλον ἢ τὰ ὀστᾶ, διὸ δὴ καὶ μέχρι τούτου τὰς ἕλξεις ποιούμεθα τῶν ὀστῶν ἐκτὸς ἐλθεῖν ἀναγκαζόντων ἡμῶν. ἐπειδὰν δὲ ἐπανέλθῃ τὰ ὀστᾶ μικρὸν ὑπερεκτείνοντες τὸ μόριον ἐπὶ τὸ ἀνάπαλιν.

ὑπὸ τὸ χείματος] Transitus est ad βλῆσιν, in qua magna cautio adhibenda vt phlegmonem arceas, & membrum reformatum confirmes, in coq; magna fuit veteris disciplinæ cura. Primùm lintea quædam vino nigro crasso & modicè austero, aut oleo insuccata, parti læsæ ad prohibendam phlegmonem & dolorem adhibebantur. Interdum etiam emplastico quodam medicamento ad id idoneo, vel lintea imbuebantur, vel pars læsa linebatur, vt satis patet ex Galeno. Quam in rem vtebatur Hippocrates ipse cerato cata-

gmatico,quod ὑγρὸν aut λεπτὸν dicitur. Fasciæ quoq; eodem medicamento imbutæ admouebantur,sed tanta moderatione insuccatæ, A
vt ne promptè exarescerent,duritieq; & asperitate læderent,aut dolorem & molestiã facesserent,aut ne nimium madidæ dilaberentur & circumfluerent. Celsus membrum extensum & alteri parti æquatum duplicibus triplicibúsve pannis inuoluendum censet, in vino & oleo tinctis, quos linteos esse commodius est. * Paulus quoq; vbi recens est fractura,& metus inflammationis abest, fasciis lineas aqua aut posca madidas adhibet.Atq; ex veteris huius disciplinæ decreto,sapienter admodum recentiores Chirurgi vnum atque alterum panniculum lineum,oui albo,& rosaceo,aut myrtino delibutum,nudo fracto membro primùm admouent, ea quidem magnitudine, vt etiam ex parte sana non nihil comprehendat.Iustum est quoq; medicamentum quod eam in rem adhibetur, emplastrum ἀπὸ χαλκίτεως, subduplo rosacco emollitum, deinde subaustero vino imbutum. Quod etiam parti illinitur,aut in linteis adhibetur. Fasciæ deinde vino aut posca madidæ & expressæ apponuntur. Atq; ea fuit veterum Medicorũ in ossium fracturis prima cautio,àn ostris non indiligenter expressa. Quænam autem sit cerati huius liquidi accommodata & iusta ad eum quem quærimus vsum moderatio,aptissimè expressa est ab Houlerio in libris de Materia Chirurgica cap.de ossium vitiis. *Lib.6.c.97. B

ὅπως μὴ καπατείρω] Post ὑπόδεσιν sequitur ἁρμόδιος & apta membri collocatio. Exemplaria autem manu scripta Regia legunt, ἀλλὰ σμικρὸν πνὶ ἧσσον αὐστήρω.

ὡς μὴ τὸ ἄκρον ὑπορρέῃ] Hæc est omnium codicum lectio,tum manu scriptorum tum publicè exaratorum. Apparet tamen Galenum aliter legisse,si modò integra est Commentarij lectio.

ἐρεώδων δ' ὄν] Hæc tota deligaturæ catagmaticæ ratio pluribus instituitur,& à Galeno fusissimis verbis explicatur li.6.Meth.med. Imprimis autem fascias lineas velut molles ac firmas esse oportet.Primam verò suo initio circa fracturam iniici oportet,eaq; moderatione adhiberi, vt insideat & fracturam stabiliat,non autem appressu comprimat. Quod sanè vnicum propè ac religiosum est istius militiæ catagmaticæ sacramentum. Nam cùm laxior deligatura ossibus moueri permittat,arctior verò constringendo dolorem excitet,danda opera est,vt vitato ambarum excessu, vtriusque fruamur commodo. Quod fiet si quod nimium est declinabimus. Ergo nec adeò arctare deligaturam debebimus, vt iam comprimat,nec adeò remittere vt laxa sit, vt scribit Gal.lib. 6. Meth. Iustæ autem adstrictionis modus,tum ex nostro,tum ex ægrotantis ipsius sensu æstimandus est,vt scribit Paulus. C

ἁπλοῦν δὲ ἐνειλέαμεν] Hanc deligandi rationem plurimis rationibus commendat Galenus, tandemque huius loci meminit his verbis lib.6.Meth.med. ἀρχόμενός τι μὲν ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ τοῦτο, ἢ διὰ τρίτης ἐπὶ κύκλῳ περιβαλὼν τὸν, νέμοις τοιούτῳ τινὶ δεσμῷ ὅτι τὸ ὑγιὲς, τὸ δὲ ὅταν ὀδυνῶν ἀπείρῃ τι ἢ ἐκ τοῦ ὑγιοῦς εἰς τὸ πυρετῶδες ὑπερβολὴ τοῦ αἵματος, ἐκβαλλέτω τι τῆς φλεγμονῆς περιττὸν καθ' αὑτό. Paulus quoq; lib.6.cap.99. hunc locum his verbis denotat: ἢ εἰ μὲν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ βραχίονος ἡ τὸ κάταγμα, ἢ ἀρχὴ τοῦ ὑπολύσιμος χρὴ κεῖσθαι τὸ κατάγματος ὑπερβάλλοντος. ἁπλοῦν δὲ διὰ τρίτης ὑπολύσεως, οὕτω φέρων ἢ ὑπόλυσιν ἴσε, φησὶν, αἱ ὑπερύσεις τοῦ αἵματος ἀπολαμβάνωσι κἀκεῖ τηλικοῦτο Hunc etiam primum fasciarum ordinem elegantissimis verbis sic complexus est Celsus.Prima fascia breuissima adhibenda,quæ circa fracturam ter voluta,sursum versum feratur, & quasi in cochleam serpat,sarisque est eam ter hoc quoque modo circuire.

τὸν δ' ἕτερον ἐνειλέαν] Alterius vinculi rationem sic explicat Gal.lib.6.Meth. ὅτι δεῖ δύο ὑπολύσματα ποιῆσαμένους ὁ Ἱπποκράτης, τὸ μὲν ἑτέρῳ μείζονι, τό, τι τὸ ἐκβαλλόμενον ἐν τοῖς πυρετοῖσι ἐκβάλλειν ὁρᾶς τὸν ὑπερκείμενον, τό, τι ὀξὺ ἐκείνων ὑπῤῥέον αἰσθάνῃ. τὸ δὲ ὑστεροῖτο, κατὰ μὲν τὰς πρώτας ὑπολύσεις εἰ καὶ αὐτὸ τι τὸ κατάγματος, ὅτι τὸ τοῦ ὑπολύσεως κάτω νεῦμα τῆς ὀθονίου ποιεῖ, τὸ μὲ ἐκβάλλειν ὁρᾶς αὐτό, τὸ δ', αἰσθάνει. κατὰ δὲ τὰς ἑξῆς ἀπάσας οὐκέτι τῆς καταστάσεως μᾶλλον αὐτὸ παλινδρομεῖν ἀξιοῖ ἢ ὑπόλυσιν, ὡς εἰς ταυτὸ τῷ πρωτέρῳ τελευτᾶν, ταῖς ὑφεστώσαις ἐκβλίσεσι, τοῦ δὲ ἀνωθεῖ ὑπῤῥοὰς κωλύει. Paulus quoq; lib.6. χρῆσθαι δὲ τῷ δευτέρῳ ὑπολύσματι φησὶν ὁμοίως ὑπολαμβάνων ὅτι τὸ κάταγμα, ἢ ὡς ἄλλα ὁμοίως τῷ πρωτέρῳ πόλιν δ' αὖθις ὅτι ὡς κάτω, ὡς αὖθις παλινδρομεῖν ὅτι ὡς αὖω, κράτιστον ὅταν τελευτᾶτο. Istam etiam fasciam sic exprimit Celsus. Altera dimidio longiore,eaq; qua parte os eminet,ab ea,si totum æquale est,vnde libet super fracturam debet incipere priori aduersa,deorsumque tendere,atq; iterum ad fracturam reuersa,in superiore vltra priorem fasciam desinere.(Sic enim legendum censeo contra omniũ codicum fidem.)In quibus sanè animaduertendum est Galenum & Paulum plures complexus supra fracturam huic fasciæ tribuere, cùm Hippocrates ipse semel conuolui voluerit. D

ὅτι μεῖζον σχιζοειδέστερον] ὅτι μεῖζον legisse videtur Caluus,vt qui deligat per media spatia elabatur & transcurrat.Sed omnia exemplaria,tum scripta,tum publicata,ὅτι μεῖζον habent,quod est,longiore interposito interuallo fasciarum orbes circumducere, quod per πυκνοτέρας ἀμοιβὰς ἴσχε explicat Gal.hoc est minùs densas inuolutiones facere. E

ὡς αὖ αὐτίκα ἱκανὸν] [αὐτὸ legunt omnia exemplaria Regia manu exarata,quam lectionem etiam videtur secutus Caluus.

πρὸς τὸ κρῆμα τὸ κατιὸν πρὸς] κρῆμα τὸ κατάγματος legunt alia exemplaria,eodem sensu.

μὴ δὲ ἀπολλῦσι] Horum spleniorum vsum sic docet Gal.lib.6.Meth.simulq; hũc locum denotat, φρυκτὸν δὲ ἄμα καὶ σπεῖσαι δεῖ καταγὲς, ἀφελίγματόν τι φυλάττει δὲ ὀρθῶς δύο τὰ ὀθόνια ὑμῖν ἱκανὰ γενέσθαι δεῖ ἑκατέρῳ πρὸς ἀμφοτέρας ταῖς χρείαις. ὅθεν εἰς μὲν τὰ φρυκτὰ, δίκην οὐσίου αὐτοῖς ὁ Ἱπποκράτης ἐξεῦρε τὸ τὰ ἀπολλῦσι ὑπερβολὴν, ἅμα καὶ τοῖς ὕστερον ὀθονίοις ἀπάντων ἐπιβλέπων. πρὸς δὲ τὸ μὴ φλεγμαίνειν. φαρμάκου τινὶ καλοῦ. χρῶνται τὰ ἀφλεγμάντοις, εἶτα πίττῃ ὅσον ἐπύγχανε κηρωτῇ. Quam opinionem etiam sequitur Celsus.Super has(duas fascias)iniiciendũ latiore linteo ceratum est,quod eas contineat,ac si qua parte os eminet,triplex ea pannus subiiciendus,eodem vino & oleo madens. F

ὡς ἐναλλὰξ] Hunc fasciarum inter se aduersum & permutatum ordinem ita dispensat Celsus, vt semper insequens priori aduersetur,eumq; sic exprimit.Hæc tertia fascia comprehendenda sunt,quartaq;,sic vt semper insequens priori aduersa sit,& tertia tantũ in inferiore parte,tres in superiore finiant.In quo certè animaduertendum Celsum ferè cum Hippocrate & Galeno duas superiectas spleniis fascias facere,etsi tertio & quinto die quintam & sextam fasciam adiungat.Quinetiam fasciarum numerus Galeni quoque tempore vsitatus fuisse videtur. Sed certè tot fasciarum inuolucra non abs re sunt Chirurgis nostris suspecta,tum quòd plurimum molestiæ membro fracto exhibeant,tum quòd pruritum & dolorem commoueant,perspiratumq; prohibeant.Iidem quoque vt plurimum spleniis fasciam vnicam superiniiciũt,quidam etiam duas,vt Galenus,quod & idemq; factitasse Hipp. ex his verbis coniiciendum est.Minutum verò est Regia quædam exemplaria manu scripta ἐς τὰ αὖω ὦμοι legere,quædam etiam ἐς τὸ αὖω. G

τὰ δ' ὑποξύρα] Hîc ὑποξύρα dicuntur quæ Gal.Com.3.in lib. καθ' ἵπποκρ. ἁρθρ. vocari scribit,hoc est partium extremitates in acutũ tenuatæ & fastigiatæ,velut ad manus iuncturam brachium,& ad pedem tibia.Sic autem dictæ sunt velut subaridæ, ideoque contractæ & in acutum fastigiatæ. Erotianus ὑποξύρα,τὰ ἐκ πλάτους εἰς μύωνα ἠγμένα hoc nimirum subnotato loco explicat. Galenus in Exegesi τὰ πρόσω τέρα.Ac videntur ὑποξύρα velut ὑπόξυρα dici,quòd ὀξύρα τὰ εἰς στενὸν συναγόμενα dicantur Galeno,indeq; etiam quidam pro ὑποξύρα ὑπόξυρα substituant. Hunc autem locum apertissimè exponunt quæ scribuntur ab Hipp.lib.καθ' ἵππ. his verbis: εἶτα δ' εἰς διόρθωσιν μῆκος κυκλοῦσθαι, πλάτος δὲ πάχος τῇ ἐνδείῃ τικμαίρεσθαι, μὴ ἀφέσει πλείοσιν: vbi & διόρθωσιν veluti εὐθυντήρωσιν sumit,& hîc quoque τὸ ξυμβιβασθῆναι capi debet,vt huiusmodi partes circumuolutis plagulis &pluribus fasciarum complexibus,non semel & confertim, sed sensim ac paulatim compleantur itaq; dirigantur,vt longè fusioribus verbis exprimit Gal.Com.3.in lib.καθ' ἵππ.

Quòd ad linteorũ copiam attinet,primò duę portiones satis esse possunt: inde autem rectè esse curatum cõiicies,isq; est deligati terminus, si interrogatꝰ nũ prematur,ipse premi quidẽ se dixerit, sed leuiter, idq; præcipuè circa fracturam.Atq; hęc ita se habere perpetuò fateatur necesse est qui deligatur. Modus verò his signis deprehenditur,si eadem die ac nocte qua deligatus est,ipse sibi magis nõ minùs compressus esse videatur.Postero etiam die ad summam manum exortus tumor paruus ac mollis,moderatæ cõpressionis tibi erit indicio. At desinente die se minùs

πλῆθος δὲ τῶν ὀθονίων ἐκ τῶν παρόντων, αἱ δύο μοῖραι. σπλῆνα δὲ καλοῦσι τὸ πτερύγιον τοῦτο, ὃ ὄφις ὑπεδεδύκει, εἰ ἐρωτῴης αὐτὸν εἰ πεπίεκται, καὶ ἂν φαίη μὴ πεπιέσθαι, πόσῳ δὲ μᾶλλον εἰ καὶ ὁ κάτοπτρα φαίη τοιαῦτα τίνων φαίνοιτ' ἂν πεπονηκότα. σπλῆνα δὲ τέλεος τὸ ὀρθῶς ὑπεδεδύκυιαν, σπλῆνα δὲ τοῦτο τὸ μεταξύτατος, τὸ μὲν ἡμέρην ἢν αὐ ὑπεδεθῇ καὶ τὴν νύκτα δοκεῖ πᾶσιν αὐτὸς ἑαυτοῦ μὴ ὅτι πόσον πεπιέσθαι, ἀλλ' ὅτι μηδὸν. τῇ δ' ὑστεραίῃ οἰδημάτιον ἐλθὸν ἐς χεῖρα ἁπτὴν μεγαλοχόν. μεταξύτατος γὰρ σπλὴν τὸ πιέζειν σκ. τελευτῶσης δὲ τὴν ἡμέρης, ὅτι πόσον

adhibita impelli debet. Sic enim horum ossium dissidentium repositio fieri debet. Quam quidem ossium inter se connexionem, ut nec aliam quidem vllam ξυμφυάδα κινῆσαι δύο ὀστέων κινησίμων, in pristinā sedē haud ita facile restitui posse scripsit in hunc lib. 3. de Fract. παλίγκοπα δὲ τὰ ἀχήματα] Hic meliora exemplaria & lectionem τὸ μοχλικὸν secutus sum. παλίγκοπα δὲ τὰ ἀχήματα τὰ δι' χρόνου φαινόμενα εἰς χεῖρον. τὰ παλίγκοπα autem intelliguntur quæ aptè restituta non sunt, ideóque rursus commouentur, & excandescunt.

15 ἐκ ῥηθέντος δὲ ἤ ἐν ἀυξήσει] Signum istud commune est vbi ossa sedibus suis promouentur & vnuerti dem luxatorum legem si quitur, quod vt antea in cubiti & manus luxatione propriè effert, ita & hic ad digitorum prolapsionem accommodari potest, etsi in vniuersum valet. Siquidem luxationi proxima ossa breuiora fiunt, & minùs increscunt, quod moueri nequeant. Sic quoque ossium imminutio proximè luxato articulo contingit, idque potissimùm ex oppolita ei parte in quam excidere. Quem in sensum Celsi lectionem cap. 11. lib. 8. paulò supra ex fidelissimis codicibus repositimus. Etsi optimè mihi conferas sum vulgatam lectionem doctissimis viris, eamque non sine ratione placuisse.

16 Γνάθος δ' ὀλίγιστον τελέως ἐξήρθρωται. ὀστέον τε γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς αὐχῶ γνάθῳ πεφυκὸς ὑπαυξάνεται πρὸς ᾧ ὑπὸ τὸ οὖς ὀστέῳ συμπαφυκός. ὅταν ἀποκλείῃ τὰς κεφαλὰς ἡ κάτω γνάθος. τῆς μὲν αὐχωτέρως ἐόν, τῆς δὲ κατωτέρω τῶν κεφαλέων. ἅπτεται ἀκρέα ἡ κάτω γνάθου, ἡ μὲν ἑτέρη τὸ μῆκος, οὐκ εὐπρεῖσθυτον. τὸ δὲ αὖ τὸ κέρωνόν τε καὶ ὑπερέχον ὑπὲρ τὸ ζυγώματος. ἅμα τε ἀμφοτέρων τῶν ἀκρέων τούτων νευρώδεες τένοντες πεφύκασιν, ἐξ ὧν ἐξήρτηνται οἱ μῦες οἱ κροταφίται καὶ μασητῆρες καλεόμενοι. ἑτέρη τοῦτο δὲ καλέονται, καὶ ἑτέρη τόνου κινέοντι), ὅτι σὺν τούτοις ἐξήρτηνται. ἐν γὰρ τῇ ἐδωδῇ, καὶ ἐν τῇ ὁμιλέκτῳ, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ χρήσει τοῦ στόματος, ἡ μὲν αὖ γνάθος ἀτρεμέει. στιμήρτηται γὰρ τῇ κεφαλῇ, καὶ οὐ διήρθρωται· ἡ δὲ κάτω γνάθος κινέει), ἀπήρθρωται γὰρ ἀπὸ τῆς αὖ γνάθου, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. διὰ τοῦτο οὖν ἐν σπασμοῖσι καὶ τετάνοισι τοῦτο πρῆγμα ἦ ἄρθρου σημήιά σευ τεταμένον. καὶ διὰ πλησμονὴν χείρεσι καὶ καρδόπου αἱ κροταφίδες γίνονται, καὶ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐρήσεται. πρεῖ) τοῦ μὴ κάρτα ἐξαρθρέειν, τάδε αἴτια. αἴτιον δὲ καὶ τόδε, ὅτι ὑμάλα καταλαμβάνουσι διαῶται αἱ ἀγκυλαὶ βρωμάτων, ὥστε ἂν αὖθις ἄνθρωπον χανέειν μεῖζον ἢ ὅσον δυώδεκα, ἐκπεσοῦσι δ' αὖ ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου ῥήματος, ἢ ἀπὸ τοῦ μεγάλα χανόντα, παραγαγεῖν τινὰ ἧμιν ὅτι μάτερα. πρὸς δὲ συμβάλλει) μάλιστα καὶ τόδε πρὸς τὸ ἐκπίπτειν. ὀκτὼ γὰρ ἐνοῦσι ἐν ὀκτὼ μυσὶ τοῖσδε τὰ ἄρθρα ἐόντα, ἢ ἀπὸ ἄρθρων ἀφ' ὧν ξυνδέδεται), τούτων ὅσα ἐν τῇ χρήσι πλειστάκις ἐξαγινέει), τοῦτο μάλιστα καταπάσας δυνατώτατα ἐπιδιδόναι, ὥστε καὶ ἐπὶ μικρὰ τὰ διάστημα τὰ ὑπεξηρημένα πλείω ἐπίδοσιν ἔχει. πρὸς δὲ οὖν ὁ λόγος, ἐκπίπτει μὲν γνάθος ὀλιγάκις. ἐξάγεται μέντοι πολλάκις ἐν χάσμασιν. ὥστε καὶ ἐν ἄγαν μυσὶν ἐξαλλάσσεσθαι ἐξ ὑδάτων τοῦτο ποιέουσι. δῆλον δ' ἔοικε μάλιστα ὅτι ὅταν ἐκπεπτώκει. πρόσθεν γὰρ ἡ κάτω γνάθος ἐς τὸν πρόσθεν, καὶ πρῆκται τοιαῦτα τοῦ ὀλισθήματος. καὶ τοῦ ὀδόντος ἐξ ἐναντίης τοῦ ἀνθρώπου ἐόντος) πρὸς τὸν αὖ γνάθον. καὶ χαλεπῶς ξυμβάλλουσι τὰς κάτω γνάθους. ἰσότιμοι δ' ἐμβολὴ πρόσθεν ἐς, ἢ ὅτις γένοιτ' ἂν ἁρμονίη. χρὴ γὰρ τὸν μὲν ἕνα κατέχειν τὸν κεφαλὸν ἐπὶ τοῦ πεπωμένου. τὸν δὲ παρειλημμένον τὴν κάτω γνάθον, καὶ ἔσαντες καὶ ἔξωθεν τοῖσι δακτύλοισι καὶ τῷ ἧμιον, χάσκοντος τοῦ ἀνθρώπου ὅσον μετέωρος δυνατόν), πρόσθεν μὲν ἐξαγινέειν τὴν γνάθον χρεόν ἐστι, τῇ καὶ τῇ προσάγοντα τῇ χειρί. ἐς αὖθις τὸ ἄνθρωπον κελεύειν χαλαρὴν τὴν γνάθον ἔχειν, καὶ συμπροσάγειν καὶ στιμιδίναι ὡς μάλιστα. ἔπειτα δὲ ἅπαξ φάσαι τοῖσι χρήμασιν ὁμοῦ προστέλλοντα ἐς νόον. δεῖ μὲν γὰρ προσάγεσθαι ἐκ τῆς διατροφῆς ἐς τὸ φύσιν. δεῖ δὲ ἐς τὸ ὑπίσω ἀπαναδιδόναι τὴν γνάθον τὴν κάτω. ἐξ δὲ ἐπιμήκεα τόνοισι συμβάλλειν τὰς γνάθους καὶ μὴ χάσκειν. ἐμβολὴ μὲν οὖν αὕτη. ἐς δὲ τὸν καὶ ἧμιον ἀπ' ἄλλων χρημάτων. ἐπεὶν δὲ βραχέα ἀρκεῖ. πολλὰ πρόσθεν κινήσαντα χαλαρὸν

At maxilla paucis adhuc in totum emota est. Os enim à superiore maxilla procedens cum eo osse quod sub aurem annexum est, quasi sub iugū cogitur, quod maxillæ inferioris capita intercludit, & vno quidem capite sublimius, altero verò depressius existit. Inferioris item maxillæ extremorum vnum quidem ob longitudinem non facilè elabitur: alterum verò cornicis rostro simile, & supra os iugale eminet. Simul quoq; ex vtrisq; extremis neruosi tendones exoriuntur, ex quibus innixi sunt musculi qui temporales & masticatorij dicuntur. Qui quòd ex his dependeant, inde appellationē & motionem sumpserunt. Etenim inter edendum & loquendum, & in reliquo oris vsu maxilla superior quiescit. Capiti namq; connectitur, non articulorum modo committitur. At inferior maxilla mouetur. Articulatione namq; à superiore maxilla & capite diducitur. Quā igitur ob causam cōuulsionum ac neruorum distentionum, hic articulus vbi contrahitur, primam de se significationem edat, aut quam ob rem temporum vulnera periculi plena sint, & altum soporem inferant, aliàs dicendum erit. Quòd verò non admodum prolabatur, hæ causæ sunt. Illud quoq; in causa est, quòd nulla tanta ciborum necessitas hominem supra quàm possit hiare cogit. In nullo autem alio habitu prolabetur, quàm si quis vehementer hiando maxillam in alteram partem cōtorqueat. Ad id tamen vt excidat hoc confert, quòd ex neruis aut musculis qui iuxta articulos sunt, aut ad eos annectuntur, quicunq; in vsu crebro dimouentur, ij in extendendo plurimùm concedere solent, non secus ac coria optimè subacta plurimùm extensioni cedunt. Ergo (vt ad institutum sermonem redeam) maxilla rarò quidē excidit, laxatur tamen plærunq; hiando, non secus ac in aliis musculorū & neruorum immutationibus istud vsu venit. Vbi verò excidit, his præcipuè indiciis patet. Inferior enim maxilla in anteriorē partem prominet & in alteram luxationis partem peruertitur, ossisq; extremitas cornicis rostrum referens, ad superiorem maxillam magis intumescit, & ægri inferiores maxillas ęgrè committunt. Atq; his quænam repositio conueniat satis patet. Vno enim vulnerati caput continente, alter inferiorem maxillā, homine quàm moderatè potest hiante, ad mentum, tū interiore tū exteriore parte digitis apprehendere debet, ac primùm quidē maxillam in hanc vel illam partem manu deductā, aliquandiu commouere, tum ægro imperare vt maxillam relaxet, & simul deducētem adiuuet, eiq; quàm maximè fieri possit cōcedat: deinde ad tres figuras simul adhibito consilio, subito impulsu in suam sedem transferre. Siquidē ex peruersione ad naturalem sedem inferior maxilla deducenda est, & in posteriorem partem propellenda. Tum æger his obsequens maxillas committere, ac minimè hiare debet. Ac reponendi quidem ratio hæc est, quæ ne alio quidem habitu administrari possit. Curatio verò breuis satis est, splenia incerata adhibita, laxa

vinctura alligata. Tutiùs autem manus admouentur homine ſupino reclinato, eius capite ſcorteo puluino bene farcto obnixo, vt quam minimè cedat. Præterea verò vulnerati caput aliquis contineat.

δεδεσθαι δεδεῖν. ἀσφαλέστερον δ' χειρίζειν ὅταν ὕπτιον κατακλίναντα ᾖ ἄνθρωπον, ἐρείσαντα τὸν κεφαλὸν αὐτῷ ὀπίσω σκύτινον ἐστοκεφάλαιον ὡς πληρέστατον, ἵνα ὡς ἥκιστα ἐστείκῃ. τοῦτο σκατέχῃ δὲ ἵνα χρὴ τὸν κεφαλὸν τὸ τετρωμένου.

A

B

C

D

E

F

G

H

10 πῖπτ ἄφεα τ κάτω γνάθου] ἄφεα hîc vocat, quæ antea κεφαλὰς dixit, & πέρατα lib. de Ossibus Galenus, quidam etiam κέρατα, quòd processus hi bicornes sint, & cornuum modo sursum ferantur. Quorum alter in capitulum rotundum & κονδυλώδη transuersim oblongum desinit, & cauitati inseritur, quæ ad iugalis ossis radicem sub meatu auditorio prope mammillarum processum in osse temporum exeauatur. Ideoque ob longitudinem non facilè excuti, hoc est, elabi aut expelli scribit Hippocrates. Sic enim τὸ εὐπαίσ᾽υτον significat, quam lectionem facilè recipio cum quibusdam interpretibus, repugnantibus tamen omnibus exemplaribus, præterim cùm de his duobus capitibus sic scribat Galenus lib. 11. de vsu part. μεγάλαι δ' ὑπάρχουσιν ἐναντίαι ἐστὶ δὲ ἰσχυραὶ ταύτης τ ἁρμονίας αἱ κινήσεις, ἐν τῷ δάκνειν τε καὶ κατὰ θραύειν τὰ σκληρά. διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἄκρον οὐτῶς ἐκτεταῦς περιττὸν ἦν, ἀλλ' ἐπιτήδειον ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ ζώου. τῷ μὲν ἑτέρῳ τῶν κροταφίτου μυῶν τ τένοντα. τῷ δ' ἑτέρῳ τὰς μαστοειδεῖς ὀνομαζομένας ἀπόφυσις τ κεφαλῆς ἀσφαλῶς περιβεβλῆσθαι φύσιν, ὅπως μή ποτ' ἐν ταῖς βιαίοις κινήσεσιν, ἀπὸ τ ὑποκειμένου ὀλισθάνοι κοιλότητος. Quo in loco haud scio an non rectè ἄκρων pro ἄκρον legi debeat. Quòd si quis ἀπαρίσθυτον retineat, quod faciunt omnia exemplaria is eum sensum habeat, vt ad illud extremum non facilis aditus aut accessus pateat aut ad id non facilè quid subeat, ob condylodis capituli longitudinem in os temporum insertam. Quod quidem ad violentos motus & iniurias externas referetur, ad idque etiam Galeni locus lib. de vsu partium optimè adaptabitur, quòd mammillari processui contra externa veluti quodam Præsidio septum sit, ne qua ad id noxia facilè subeat. Hæc autem quam hic commemorat Hippocrates longitudo, eam tuberculosi capituli transuersam longitudinem spectat, quæ in cauitatem ossis capitis γλωωοειδῆ diarthrosi recipitur, alias sanè toto ductu altero inferioris maxillæ extremo breuius, vt scribit Galenus. Alterum verò maxillæ extremum coruino rostro simile & acutum in mucronem desinens, ipso vertice tenuatur, tendonem à temporali musculo adeò recipiens, vt totum, ab illo circumcirca contineatur. De his autem agit Galenus libro de Ossibus & lib. 11. de vsu partium.

διὸπ μᾶλλον ἐν ταραπώσιον] Huius loci meminit Galenus Com. 3. in Prorrh. & lib. 11. de vsu part. vbi neruorum principij viciniam in causa esse dicit, cur tam grauis noxia sequatur, quam etiam attingit in Commentario. Temporum autem vulnera quàm graues afferant noxas, & quanto cum periculo conuulsiones accersant, scribitur in Prorrh. & Cois Præsagiis, vbi multa ex Hippocrate in hanc sententiam adscripsimus.

ἐκπίπτει δ᾽ ὡ ἀπ᾽ ὠδεῖος] idem ferè in μοχλικῷ his verbis ὁ γὰρ ἐκπίπτει, ὡσπὶ πες χανὼν μέγα ὠφελάμοι. Sic enim illic ex hoc loco legi debet & ex membranis manu scriptis.

ἐν τῇ χρήσῃ πλεῖστα ἀκινήτῳ δ᾽] ἀκινήτῳ) ὅτι τ βραχέος κινήσεως exponitur Galeno, & de exigua & leui agitatione sumitur.

ὧν ᾖ ἐς τὰς κατατάσιας] Vitiosa sunt exemplaria manu scripta Regia quæ κατασάσιας habent velut & Asulana. εὐδιφθέρατα autem δέρματα dicuntur coria bene subacta & coriariorum more emollita ac macerata, τὰ κάλλιστα μεταλαμβάνα exponit Galenus. Hesychius quoq; δεψῶσι μαλάξαι explicat, Suidas ἀπαλώσαι, haud dubiè, vt & Galenus, ad hunc Homericum locum intendentes ὀδυσσ. υ. (v. 48.) ὅτι δ᾽ ἄατ᾽ ἀλείψαι ἑταίρων. Κυρίως δεψῆσαι μελιτηδέα, μήπως ἀκούσῃ τῶν ἄλλων.

χᾶται μᾶλλον πολλάκις ἐν χάσμασιν] χᾶται χαλᾶται Paulus explicat hunc totum locum subindicans, quem etiam secuti sumus. † Scribit enim inferiorem maxillam sæpè subluxari, quòd musculi qui eam continent præ assidua mandendi & loquendi exercitatione, mollitie elanguescant, ideoq; qualiber ex causa facilè laxentur. τὰ γὰρ χᾶται παρ' Ἱπποκράτει τὸ χαλᾶται δηλοῖ. Quam etiam significationem quodammodo Galenus amplecti videtur in Exegesi, cum scribit χᾶται τρία σημαίνει, ἀμύξαι, ἐκφῦναι, χαλᾶται. χᾶσθαι igitur mutari, laxari, remitti, decuti, transferri, traduci aut transponi significat, vbi mutato pristino & naturali situ, repente in alium fit transmutatio. Sic enim Galenus exponit, ἐκ τ κατὰ φύσιν θέσεως εἰς ἑτέραν ἀθρόως μεθίσασθαι. Qua etiam ratione forte Hesychius χάσαι μεταβαλεῖν explicat. Est & χάσαι remittere, dimittere, soluere ac desinere, aut institutum abrumpere. Qua translatione eleganter Aristophanes in Nubibus, χασάμενος τὼ ἱππικὼ hoc est, καταλύσας & καταπαυσας. Eademq; ratione Hesychius χάσκ᾽ ἀφίησι & χαδὸν, ἄρτελες, καταπαυσον exponit. Vnde & χασνεία dici videtur Galeno funis & repagulum cursoribus obtentum, quo laxato & demisso in curriculum ingrederentur, βαλβὶς & ἀφεσνεία alio nomine dicitur. χάσματα vero Erotianus esse scribit τὰ ἐν πληγῇ ἀεὶ τ ὀδόντων γινόμενα & οἷς τρεβλώματα. Quo ex loco hic cum ἐν χάσμασιν legisse satis apparet. Istum enim locum haud dubiè subindicari par est, cùm alioqui crebrò χάσματα in lib. de vlceribus, extremo, sed longè alia notione vsurpet Hippocrates. Exemplaria tamen quæ adhuc videre licuit omnia χάσμασιν legunt. Et apud Paulum (vbi hic locus integer adducitur) χασμοῖσιν fortè pro χάσμασιν aut χασμῶσιν legitur. In μοχλικῷ quoque idem his verbis significatur. ἐκπίπτουσι ὀλιγάκις, μάλιστα μὲν χασμωδέσιν. † *Cap. 112. lib. 6.*

ἢ παρῆκται ταὐτὰ] In μοχλικῷ, παρέρραπται τένοντι τῷ σκληρῷ, pro his verbis posuit. Celsus sic expressit, Si altera, in contrariam partem ipsa mentumque inclinatur, dentes paribus non respondent, sed sub his qui secant canini sunt.

χάσκοντες τὸ ἀνθρώπου] Huius loci meminit Galenus lib. 2. de motu musculorum, διὰ τοῦτο πάλιν ὁ Ἱπποκράτης ἅπαντα τὰ μόρια κελεύων ἐν τοῖς κάτω ζώοις κύπτειν ἔξαρθρήματά τε καὶ συντριβέντα χειρίζειν, ὅτι τῆς κάτω γλυφῆς φύσιν, ἣν μετρίως χάσκοντες τὸ ἀνθρώπου. οἷς γὰρ ὀπὶ χάσκειν σχῆμα τὸ ἐγγώνιον, τοιοῦτον ὅτι τῆς κάτω γλυφῆς τὸ μετρίως χάσκειν.

ἔπειτα ἐξαπίνης χάσαι] Hic locus apud Paulum vitiosè legitur. χάσαι autem hîc apertissimè significat articulum priore figura immutata, in suam naturalem sedem transferre & reponere, hoc est, in directum ad naturalem sedem simul collocatum, subito motu ac momento in posteriorem partem impellere, deinde os committere. Quo habitu tres illæ figuræ, ad quas animum adhibere iubet Hippocrates, comprehenduntur, vt satis manifesto liquet. Celsus hoc mihi sic breuiter expressisse videtur. Tunc simul & caput apprehendendum, & excitato mento maxilla in suam sedem compellenda, & os eius comprimendum est, sic vt omnia pene vno momento fiant. His enim verbis, περὶ χάσμασιν ὁμοῦ περιέχοντα τὸν κόσμον ἐξαπίνης σχάσαι, mihi complecti videtur. Paulus autem hîc ἐπιμῶνος pro ἐπίμυσιν legit, eodem sensu.

ἀσφαλέστερον δ᾽ χειρίζειν] Hanc manus aggressionem sic Celsus describit, Primo quoque tempore homo in sedili collocandus est, sic vt minister à posteriore parte caput eius contineat, vel sic vt iuxta parietem is sedeat, subiecto inter parietem & caput eius, scorteo puluino duro, eoque caput per ministrum vrgeatur, quò sit immobilius. Quem locum inde & ex μοχλικῷ mutuatus videtur. Paulus verò ὅτι σκυτίνων ὑποκεφαλαίων ὡς πληρεστάτων, hoc loco legit.

At si vtraque parte maxilla luxetur, eadem certè curatio est, sed os minùs committere hi possunt. Etenim iis mentum in exteriorem partem magis promouetur, minimè tamen torqueri potissimùm ex dentium finibus deprehendes, cùm inferiores superioribus ex aduerso respondent. His quàm celerrima repositio confert, cuius ratio suprà est explicata. Alioqui nisi intro reuerterit, periculum ex febribus assiduis & tardante alto sopore vitæ imminet. Hi namque musculi soporem altum inuehunt, cùm aut præter naturam intenduntur, aut alienantur. Ij quoque bilioſa, syncera, pauca aluo ex-

47 Ἢν δ᾽ ἀμφότεραι αἱ γνάθοι ἐξαρθρήσωσιν, ἡ μὲν ἴησις ἡ αὐτή. συμβαίνει δέ ἐστιν ὅτι τὸ στόμα δυσαν). καὶ γὰρ περιπέτεραι αἱ γλυφαὶ τούτοισιν, ἀτραβέες δέ. ὃ δ᾽ ἀτραβὲς μάλιστ᾽ αἱ γνοίης τοῖσιν ὀφίοισι τῶν ὀδόντων, τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω κατ᾽ ἶξιν. τούτοισι ξυμφέρει ἐμβαλεῖν ὡς τάχιστα. ἐμβολῆς δὲ τρόπος περὶ αὐτῶν εἴρηται. ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, κίνδυνος περὶ τ ψυχῆς ὑπὸ πυρετῶν ξυνεχέων καὶ νωθρῆς κατάστασις. κατώδεες γὰρ οἱ μῦες οὗτοι, καὶ ἀνθρωπόμυοι, καὶ ἐντεινόμυοι παρὰ φύσιν. φιλεῖ δ᾽ ἐκ ἡ χολὴ ὑποχωρεῖν τούτοισι χλωώδεα ἄκρητα ὀλίγα

A ὀλίγα. καὶ ἰὼ ἐμέσωσιν, ἄχρηστα ἐμέσουσιν. οὗτοι οὖν οἱ σπάσχοντες δεκαταῖοι μάλιστα. ἰὼ δὲ καταγῇ ἡ κάτω γνάθος, ἰὼ μηδὲ μὴ ἐκπεπτωκυῖα πάμπαν, ἀλλὰ ξυνέχηται τὸ ὀστέον, ἐγκεκλιμένον δὲ ἔῃ, καθορθῶσαι μὲν χρὴ τὸ ὀστέον πρῶτα μὲν γε τῷ γλώττῃ πλαγίαν ὠσάμενον τοῖς δακτύλοις, ὅτι ὀξύτατα ἔξωθεν αὐτερείδῃ, ὡς ἂν ξυμφέρῃ, κἄν διεστραμμένοι ἔωσιν οἱ ὀδόντες οἱ τοῦ τρώματος κειμένου, ὀκότε δὲ ὀστέον καθορθωθῇ, ζεῦξαι χρὴ τοὺς ὀδόντας πρὸς ἀλλήλους, μὴ μόνον τοὺς δύο, ἀλλὰ καὶ πλείονας, μάλιστα μὲν ἐν ἀρχῇ, ὅς᾽ ἂν κρατηθῇ τὸ ὀστέον, εἰ δὲ μή, ὅταν λίνῳ. ἔπειτα ὑποδεῖν κηρωτῇ καὶ σαλπώσιον ὀλίγοισιν καὶ ὀθονίοισιν ὀλίγοισιν, μὴ ἄγαν ἐρείδοντα, ἀλλὰ χαλαροῖσιν. οὐ γὰρ εἰδέναι χρὴ, ὅτε ὑποδέσις ὀθονίων γνάθῳ καταγείσῃ, μικρὰ μὲν ἂν ὠφελοῖ, εἰ χρηστῶς ὑποδέοιτο. μεγάλα δ᾽ ἂν βλάπτοι, εἰ κακῶς ὑποδέοιτο. πυκνὰ δὲ χρὴ περὶ τὴν γλῶτταν ἐσμάττεσθαι χρὴ, καὶ πολλὸν χρόνον αὐτέχειν τοῖσι δακτύλοισι καθορθοῦντα τὸ ὀστέον ὃ ἐγκλῖθεν. ἄριστον μὲν εἰ ἀεὶ δυνατόν, ἀλλ᾽ ὅμως οἷόν τε. ἰὼ ἐκπεπτωκυῖα πάμπαν τὸ ὀστέον, ὀλιγάκις μὲν τοῦτο γίνεται. καθορθοῦν μὲν χρὴ τὸ ὀστέον οὕτως καθάπερ εἴρηται. ὅταν δὲ καθορθώσῃς, τοὺς ὀδόντας χρὴ ζυγγνῶναι, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. μεγάλα δ᾽ ἂν συλλαμβάνοι ἐς τὴν ἀτρεμίην. προσοίσει δὲ καὶ ὅς τις ὀρθῶς ζεύξῃ ὥσπερ χρὴ, καὶ ῥαφὰς ῥάψας. δηλοῖ δὲ ὁ ῥηθὲν ὅτι χρὴ ἐν τῇ γραφῇ χρυσοκόλλῃ παῦλαν ἀτρεκέος ἡγέεσθαι, ἀλλ᾽ ὡς τυπέα χρὴ ἀπὸ τοῦ χειρομάκτου. ἔπειτα χρὴ δέρματος καρχηδονίου, ἰὼ μὲν νεώτερος ἢ ὁ πρῶτος, ἀρκέει ᾧ λευκῷ χρέεσθαι, ἰὼ δὲ τελφότερος ἢ αὐτῷ ᾧ δέρματι, ἁμμόσαντα χρὴ βύσσου ὡς τριδάκτυλον ἢ ὅκως ἂν ἁρμόζῃ ὑπαλείψαντα κόμμι τὸ γνάθου. βυθμὸς δὲ μείζων ποιεῖν τὸν ἐκπεπτωκότα τοῦ ἑτέρου. δεῖ δὲ ἄκρον τοῦ ἐκπεκαυλισμένου τὸ γνάθου, ὡς δάκτυλον ἀπὸ τοῦ τρώματος ἢ ὀλίγῳ πλέον. τοῦτο μὲν ἐς ὃ κάτω μέρος. ἐχέτω δὲ ἐντομὴν κατὰ τὸ ἶξιν τοῦ γναθείου ὁμαλῆ, ὡς ἀμφιβεβηκὸς ἀμφὶ τὸ ὀξὺ τοῦ γναθείου. ἕτερον δὲ ὁμαλέα ποιῆσαι, ἢ ὀλίγῳ πλατύτερον προσκλῆσαι χρὴ τοῦτο τὸ κάτω μέρος τοῦ γνάθου. ἀπολιπόντα κατὰ τοσοῦτον ἀπὸ τοῦ τρώματος, ὅσον περ ὁ ἕτερος ἀπέλιπεν. ἐχέτω δὲ καὶ ὅδε ὁμαλῆ τὰ ἀμφὶ τὸ ὀστέον βαθέα. ἀποξέες δὲ ἔστω οἱ ὁμαλέες ἀμφὶ τὸ ξυναφὲς, ἵνα σιωπᾷ πεσόντα καὶ σιωπεῖσθαι εἰς τὰ πέριξ τῶν ὁμαλέων. ἐν δὲ τῇ κλησὶ ἡ ἁρμὸς τοῦ σκύτεος πρὸς τὴν χροιὴν ἔστω, ἐγκεκολοβότερον δὲ ὅτι. ἔπειτα κατατείνοντα χρὴ τὸν ἱμάντα, μηδὲν δεῖν τοῦ ἑλκόμενον, ὡς ὀλισθάνειν μὴ ἀποσμιλαίνῃ τὸ γνάθου, ξυνάπτειν τοὺς ἱμάντας τῷ τοῦ χρυσοκόλλου. καὶ περιβάλλειν περὶ τὸ μέτωπον, ὀθονίῳ καταδήσαντα, καὶ καταβλῆμα χρὴ ἔχειν, ὡς ἂν νομίζῃ, ὡς ἀτρεμίῃ τὰ δεσμά. τὸν δὲ καταβλησιν ποιέεσθαι ὅτι τὸ ὑγιὲς γνάθου, μὴ τῇ γνάθῳ ἐρηρεισμένος, μηδὲ τῇ κεφαλῇ. ἐχέτω δὲ χρὴ τὸ σῶμα ἄχρι ἡμερῶν δέκα. ἔστω δὲ ἀνατρέφειν μὴ βεβαίως. ἰὼ δὲ οὗτοι τῆσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσι μὴ φλεγμαίνῃ, ἢν εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ἡ γνάθος κρατυνθῇ. τελέως δὲ ὑποπωρεῖ, ὡς ἂν καὶ τἆλλα τὰ ἀραιὰ ὀστέα, ἰὼ μὴ ὑποσφακελίσῃ. ἀλλὰ γὰρ ὑπὸ σφακελισμοῦ τῶν συμπεπτώντων ὀστέων, μῆκος μακρὸς λόγος λείπεται. αὕτη ἡ διάφασις ἡ ἀπὸ τῶν κολλημάτων βύθμυσις καὶ βύσσου μίσυος καὶ ἐς πολλὰ καὶ πολλαχοῦ διορθώματα βύσσου χρῆσις. τῶν δ᾽ ἐντρωσὶν ἢ μὴ σαίνουσι βύσσῃσι καὶ ἐν μηροῖσι τρώμασι ποιοῦσί ἐστι δὲ ἐν γνάθοισι κατὰξεσι

cernere solent, & si vomitus adfuerit, syncera vomitione reddere. Moriuntur igitur ij etiam ferè decimo die. At vbi inferior maxilla fracta fuerit, si quidem non omninò transuersa fracta est, verùm os adhuc cohæret, in aliquam tamen partem inclinatur, illud quidem digitis ad linguam in latus adductâ appressis, tum verò exteriore parte quoad expediet obnitendo, dirigendum. Ac si dentes iuxta vulnus distorti sint & dimoti, vbi os in suam sedem collocatum fuerit, non tantùm duo proximi, verùm etiam plures, præcipuè quidem aureo filo, vel certè lineo, inter se sunt colligandi, quoad os confirmetur. Deinde cerato & paucis spleniis iniectis, paucisque fasciis non valde appressis, sed laxioribus, vinctura facienda. Nosse namque oportet linteorum deligationem malæ fractæ parum quidem prodesse si rectè adhibeatur, si praue, magnopere lædere. Crebrò autem circa linguam attrectando inuestigare, diuque renitendo digitis os inclinatum dirigere conuenit. Ac præstaret id semper fieri, sed non licet. Quòd si os transuersum omninò fractum sit, quod tamen rarò contingit, eo quidem quod dictum est modo in suâ sedem collocari debet. Quo facto dentes inter se velut antè dictum est colligandi. Id enim magnopere ad quietem contulerit, idque magis, si quis futuris vt decet iniectis, rectè eos coniunxerit. At verò vniuersam manus curationem exactè scriptis prodere non est facilè, sed ea ex his quę scripta sunt in animi notione reponenda est. Deinde ex corio Carthaginensi, (cuius quidem cortex exterior, si puer sit qui vulneratus est, satis fuerit, sin adultus, ipso corio vtendum) incisa habena trium digitorum, vel ea quæ cõgruit latitudine, sublita gummi maxilla, quo firmiùs hæreat, ad maxillam, quà transuersa fracta est, extrema corij parte agglutinetur, digiti vel paulò ampliore interposito spatio, idq; inferiore parte. Incidatur autem hæc habena è regione menti, vt acutam eius partem vtrinq; comprehendat. Tum altera huiusmodi habena, vel paulò latior, ad superiorẽ maxillæ partem agglutinãda, tantum à vulnere, quantum altera recedens, quæ qua parte autem circumambit incisuram habeat. Habenæ autem qua parte committuntur inter se, acutæ esse debent, & vbi earum capita connecti & colligari debent. In glutinãdo verò corij caro cuti obuertatur, sic enim firmiùs adhæresset. Deinde extendenda hęc habena, magisq; ea quæ est ad mentum, vt quàm maximè vtræq; circa verticem se cõtingant, ea cautione adhibita, ne maxilla in acutũ distorqueatur. Posteaq; circa frontem fascia deuincienda, quæ omnibus aliis iniici debet, vt fieri assolet, quò vincula immota maneant. In maxillam verò sanam decumbendum, nõ maxillæ, sed capiti innitendo. Corpus ad decimum vsq; diem attenuandũ, deinde nõ tardè reficiendũ. Nam si primis diebus inflãmatio non accesserit, viginti diebus maxilla firmatur. Perfectè enim callum obdũcit, nõ secus ac reliqua ossa rara, nisi syderentur. Verùm de syderatione vniuersorum ossiũ, alia longa restat tractatio. Hæc extensio quę per glutinum adhibetur, firmiter hæret facileq; procuratur, & ad multas ac frequẽtes directiones faciendas perquàm est accommodata. At medici imprudenter ad manum procliues, cùm in aliis vulneribus, tum etiam in maxillarum fracturis facilè manum admouent:

Fractam enim maxillam variis modis, tum rectè, tũ praue deuinciũt. Quæcunq; siquidem ita fractæ maxillæ deligatio admouetur, ea ossa ad fracturam tendentia eò potiùs inclinat, quàm in naturalem statum reducat. Quòd si maxilla inferior qua parte ad mentum cohæret diducatur. Vnica autẽ hæc est in inferiore maxilla iunctura, at in superiore multæ. Sed nõ est instituti nostri longiùs à proposito sermone aberrare. In reliquis enim morborum generib. de his dicendum erit. Si ergo dissideat quæ in mento iunctura est, eam quidem componere quiuis potest. Nã quod foras eminet, admotis digitis intrò propellere oportet, quod intrò vergit, in exteriorem partem adducere, digitis annitendo. Id autẽ ea distentione adhibita, vt ossa inter se distent, faciendum. Hoc enim modo faciliùs in suum statum redibunt, quàm si quis illisa inter se ossa compellere conetur. Quod nosse in tota commentatione non est inuenustum. Ossibus verò coaptatis, dentes hinc & inde, velut quoq; priùs dictum est, inter se sunt alligandi, curatioq; cerato & spleniis paucis ac fasciis instituenda. Vinculum autẽ breue aut varium præcipuè hic locus admittit. Etsi enim ex toto æquis non est libratus ponderibus, ad id tamẽ propè accedit. At fasciæ circumuolutio, si quidem dextra maxilla excesserit, dextra parte faciẽda. Id fieri censetur, vbi dextra manus deligationi præest. Quòd si altera maxilla excesserit, ab altera parte fascia ducenda est. At si rectè quidem coaptata fuerit, &, vt debet, quieuerit, breui consanescit, ac dentes integri manent. Sin secus, longiore quidem tempore curatio accedit, eaq; distorta & dentes lædũtur & inutiles existunt.

Ὀπιδέσει γὰρ τὸ γνάθου κατεαγῶσαν ποικίλως, καὶ καλῶς, A
καὶ κακῶς. πᾶσα γὰρ ὀπίδεσις γνάθου ὕτω καλὰ γείσεται, ἐκ-
κλινέα τὰ ὀστέα ταῖς τοῦ κάτιγμα ῥέπουσα μᾶλλον, ἢ ἐς τὴν
φύσιν ἄγηται. ἰὼν δὲ ἡ κάτω γνάθος πρὸς τὸ σύμφυσιν τοῦ πρὸς
τὸ γλῶσσον διαστασιάδη. μόνη δὲ αὕτη ξύμφυσίς ἐν τῇ κάτω
γνάθῳ ὀδόντων ἐστίν. ἐν δὲ τῇ ἄνω, πολλαί. ἀλλ' οὐ βούλομαι ἀπο-
πλανᾶν ἐν λόγῳ. ἐν μὲν γὰρ ἰητροῖσι γε ἐδέσι νουσημάτων χρεὼ τάδε
τῶν λεκτέων. ἰὼν οὖν διαστῇ ἡ πρὸς τὸ γλῶσσον σύμφυσις, κα- B
θορθῶσαι μὲν πάνυ ῥᾴδιός ἐστιν. ὃ μὲν γὰρ ἐξεστὼς ἔσω-
θεν χρὴ ἐς τὸ ἔσω μέρος, τοῖσι δακτύλοις τοῖσι δακτύ-
λοις. τὸ δὲ εἴσω ῥέπον, ἀναγκαίως ἐς τὸ ἔξω μέρος, ἐνερείδοντα τοῖσι
δακτύλοισι. ἐς δ' ἅπασιν μέν τοι ἅπασι διαστειναὶ μὲν τοῖσι χρὴ ποι-
έειν. ῥᾷον γὰρ ὕτως ἐς τὴν φύσιν ἥξει, ἢ εἰ ἐγχείποιεν τις ἐς ἀλλή-
λοισι τὰ ὀστέα πιέζοντα παραγκάζειν τοιαῦτα. τῶν πάντων δὲ τὰ μάλιστα C
τὰ ὑπομνήματα χαίρειν εἰδέναι. ἐκτόσθεν δὲ καθορθώσῃ, ζῶ-
σαι μὲν χρὴ τοὺς ὀδόντας τοῖσιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῖσιν ἀλλήλοισι,
ὡσαύτως καὶ τοῖσιν ἔμπροσθεν εἴρηται. ἐπιδῆσαι δὲ χρὴ κηρωτῇ καὶ σπλήνε-
σιν ὀλίγοισι καὶ ὀθονίοισιν. ὀπίδεσιν δὲ βραχείῃ ἢ ποικίλῃ
μάλιστα τοῦτο τὸ χωρίον ὀπιδέχεται, ἐγγὺς γὰρ τὸ ἰσορρόπου ἐστίν,
ὡς δὴ μὴ ἰσόρροπον ἐόν. τὸ δὲ ὀθονίῳ τὸ περιβολαίῳ ποι-
έεσθαι χρή. ἰὼν μὲν ἡ δεξιὴ γνάθος ἐξεστήκῃ, ὀπὶ δεξιά. ὀπὶ
δεξιὰ δὲ νομίζεται εἶναι, ἰὼν ἡ δεξιὰ χεὶρ ἡγῆται τὸ ὀπιδέσιος. D
ἰὼν δὲ ἡ ἑτέρη γνάθος ἐξεστήκῃ, ὡς ἑτέρως χρὴ τὸ ὀπίδεσιν ἄ-
γειν. καὶν μὲν ὀρθῶς ὡς καθορθώσῃ, καὶ ἐπιτερεμνήσῃ ὡς χρή,
ταχέα μὲν ἡ δήξις, καὶ οἱ ὀδόντες ἀσινέες γίνονται. ἰὼν δὲ μή,
χειμωνιωτέρη μὲν ἡ δήξις, δύσκριτον δὲ ἴσχουσα. καὶ οἱ ὀδόν-
τες οὐκ ἀσινεῖς καὶ ἀχρήιοι γίνονται.

17 καὶ γὰρ προπίπτουσι αἱ γλῶσσαι] Hoc est mentum magis prominet. Sed Celsum secuti sumus qui hoc sic exprimit. At si vtraque (parte maxilla propellitur) totum mentum in exteriorem partem promouetur, inferioresq; dentes longiùs quàm superiores exce- E
dunt, intentique super musculi apparent. Vbi γλῶσσαι mentum vertit, & ἀσραιοῦσι non inclinari dixit, hoc est minimè torqueri, peruerti aut inflecti. Eadem quoque dictione vtitur Hippocrates in μοχλικῷ etsi locus deprauatus videtur. Hic autem apud Paulum mendosus est & inde restituendus.

ἐμβολὰς ὁ τρόπος] Celsus breuissimis verbis hanc repositionem eleganter complectitur. Sin vtraque parte prolapsa est, eadem omnia facienda, sed æqualiter retro maxilla agenda est. Quam repositionis dissidentiam Galenus fusius Commentario explicat.

ἕζει οὖν καὶ θνήσκουσι] Repetuntur ista in μοχλικῷ, & apud Paulum vitiosè leguntur.

ἐγκεκλιμένον ὁ ἐν] Hanc scripturam ex veterum membranarum manu scriptarum assensu retinuimus, etsi exemplarium magna pars ἐγκεκλασμένον legit, quam lectionem secuti sunt alij interpretes. Dicitur autem ὀστέον ἐγκεκλιμένον, cùm fractum quidem in partem aut exteriorem aut interiorem inclinatum vergit & inflectitur, κοιλαίνεσθαι aut κυρτοῦσθαι * dicit Paulus. Hunc autem locum Cel- F
sus elegantissimis verbis expressit. Maxillæ verò semper aliqua parte etiam vexata, ossa inter se cohærent. Igitur in primis digitis duobus vtrinque prementibus, & ab ore, & ab cute omninò ossa in suam sedem compellenda sunt. Deinde si transuersa maxilla fracta est, sub quo casu ferè dens super proximum dentem excedit, vbi ea in suam sedem collocata est, duo proximi dentes, aut si hi labant, vlteriores inter se, seta deligandi sunt.

* *Cap. 29 lib. 6.*

μάλιστα δὲ δεῖ χρυσίῳ] χρυσίον χρυσόλινον aut χρυσόνημα exponit Paulus, aureum linum & aureum filum, huncque locum his verbis subnotat. τοὺς δὲ κατὰ τὸ κλαῦδιν μέσους διεστηκότας ὀδόντας δεῖ συζάξαντας, ὡς μάλιστα Ἱπποκράτης φησί, χρυσίῳ σωδεσμεῖν, δηλονότι τῷ χρυσολίνῳ καλουμένῳ, ἢ χρυσονήματι. ἐπειδὴ ὁ τοῦτο ἐν τοῖς πᾶσιν ἁπλοῦν, λίνῳ ἰσχυρῷ, ἢ βυσσῷ, ἢ σηρικῷ ἰπτιάμις, ἢ ὁμοίῳ τινί. G

πυκνὰ δὲ πάντα τοῦ γλώσσαν ἰσοπάθειαν χρὴ] ἰσοπάθειαν significat Galeno altè quid inuestigare, vel digitis immissis explorare. Est etiam ἁπτοδίαν attrectando & palpando quærere, & ἁπτέομαι, μάσσω, vel μάσσομαι, tango, attrecto, palpo, vnde μασσάζω & μασσᾶσθαι Hesychio ἐφάπτεσθαι & μᾶσαι ζητῆσαι exponitur, quod est velut palpando inuestigare. Quæ certè à μάω, quod est tango, deducta videntur. Et Galenus quoque in Exegesi (in dictione ἐφάψαι) μασσᾶσθαι ξητεῖν explicat, vnde εἰσμασσᾶσθαι aut ἐσμασσᾶσθαι dicitur intus tangere & explorare, vt apud Homerum Il. ρ. (v. 564.) de morte Patrocli dicit Menelaus ἐσεμάσσατο θυμὸν, pro τὴν ψυχὴν καθάψαιτο, hoc est, animo penitus insederat. Potest igitur τοῖσι δακτύλοισι ἐσμάπτειν dici velut digitis immissis explorare, quod videtur innuere Galenus, & τοῖσι δακτύλοισι καθορθοῦται. Est & ματῶν & ματεῖν ζητεῖν καὶ ζητεῖν, & μάτος ζήτησις Galeno & Erotiano, ac ματήσαι τὸ ζητεῖν. Item ματεύειν pro μασᾶσθαι, quærere & inuestigare more puerorum qui mammam palpando & attrectando exquirunt.

ἀφικὲς τοῦ λοπτοῦ χρίειν] λόπτω legit Erotianus, & φλοιῷ λεπίσματι exponit, (haud dubiè hunc locum subindicans) corticem exteriorem ac veluti delibramentum & putamen intelligens, à λέπω vnde λέπος, λέπισμα & λέπασμα, aut λεπὶς deducitur, quæ librum, corticem exteriorem, & squamam significant quomodo sumpsit Cornarius. Est & λόπος Hesychio & Sudæ παὶ λόπος, φλοιὸς, δέρμα λεπτὸν, ξηρὸν. Galenus λοπὸν dixit τὸ δέρματος τοῦ ὀξυτάτου σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον. At vitiosa sunt exemplaria quæ λοιπῷ pro λοπτῷ legunt. H

εὐμενέστερον γὰρ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Sed ἐμμενέστερον lego.

ἀπολιπόντα κὴ ἔσω ἔον] Hic ἀπολιπόντα Erotianus διεστῶτα exponit. Hunc enim locum haud dubiè subindicat.

ὡς ὅτι μάλιστα μὴ ἀποσμιλαίνει ἡ γναθο.] Ea est constans omnium membranarum manu exaratarum scriptio, quam tamen vitiatam puto, Galenus ἀποσμιλαίνειν exponit εἰς ἐξὺ καθάπτεσθαι, exacui, in acutum traduci ac fingi. Sed ἀπομυλλαίνειν legẽdum existimo, tum quod ἀποσμιλαίνειν haud temerè reperiatur, tum verò quod Erotianus hunc omni procul dubio locum subnotans. ἀπομυλλαίνῃ legat, quod fieri scribit ὅταν διάστροφοι καὶ ἐξ ἴσου πάσαμαι καὶ τὴν γλῶσσαν μὴ παρίσεως χρὴ, μάλιστα δ' ὅταν πληγῆς. Sic enim ex ictu distorta aut veluti anulsa maxilla

A xilla,vbi præcipuè musculorum relaxatio contigerit, ὀπομυλλύειν dicitur, hoc est,incuruari aut intorqueri. Est enim μυλλὸν (vnde ista dictio deducitur)Hesychio κυλλὸν,καμπύλον,σκολιὸν,στρεβλὸν. Et Eustathio μυλλὸν τὸ διεστραμμένον τῷ ὄψει significat. Accedit quoque quod Galenus in Exegesi ὀπομυλλώσας, θεραπεύων τὰ χείλη σωτηριωδῶς exponit, cum intelligens qui protensis labris ea adducit & contrahit.Idem quoq; θεραπυλλαίνῃ,θεραπεῦσαι,θεραπεύει εἰς τὸ μέτριον exponit,& θεραπυλλώσας,προτείνας ἔξω τὰ χείλη. Sic Sudæ μύλλειν est τὰ χείλη πρὸς ὀδόντας σωφρόνως. Ex quibus efficitur vt vtraq; lectio sese tueri possit.Nam si negationem addideris,quæ plurima est omnium manu scriptorum exemplarium lectio ὡς ὅτι μάλιστα μὴ ὀπομυλλαίνει ὁ γναθος,sensus erit,habenas inter se in vertice quàm maxime cóuertendas,vt ne maxilla incuruetur,intorqueatur, aut distorta exacuatur,& in acutum traducatur. Quod si negationem tollas, & ὡς ὅτι μάλιστα ὀπομυλλαίνῃ ὁ γναθος legas,quæ est Germanicorum codicum lectio, hunc sensum elicias licet,vt quam maximè protensis labris,fractæ maxillæ extrema inter se adducantur & contrahantur.Sunt certè qui ὀπομυλλαίνῃ, ex Etymologico adducant pro διαφαυλίζειν, & συρράζοντες ἐυτιλίζειν, quod est veluti protensis in acutum labris & distortis irridere,parui facere & contemnere.Tunćq;

B ὀπομυλλαίνῃ retinere licebit eadem notione cũ Galeni lectione seruata, vt sit,ὡς μὴ ὀπομυλλαίνῃ, vt ne in acutum maxilla protendatur aut ducatur,quod fieret non bene intentis habenis,sed relaxatis,idq́ue magis ea quæ ad mentum est remissa. Quod verò ad huiusmodi deligationem attinet, eam admodum presse his verbis describit Celsus. Deinde aut fascia, aut mollis habena media in longitudinem incisa, vt vtrinque mentum complectatur,& inde capita eius supra caput adducta ibi deligantur. Paulus tamen aliam deligationem in huiusmodi maxillæ fractæ restitutione instituit.

ἢ κατάβλημα χρὴ εἶ] κατάβλημα exponit Galenus, τὸ κῆ παίτων ἔξωθεν ἐπιβαλλόμενον siue fimbria sit,siue panniculus, siue aliud quid accõmodatum. In Exegesi verò πρόβλημα ἐξ ὑπομελήσεως ἕνεκα τοῦ συλλεῖν τὰ ὑποκείμενα, vbi vitium forte subesse & pro συλλεῖν πρίλλειν, reponendum videtur. Paulus ὑπόβλημα vocat,eamq; fasciam,quæ fronti inducitur hoc munere fungi aliisque superinnici vult,his verbis quæ apud illum hoc modo legenda sunt: ὑπὶ τούτοις ἢ πάλιν ὑπόβλημα,τοιοῦτοι δεσμοὶ ἕπεσθαι δεήσουσι τὸ μετώπῳ,ὀπίσω τ κεφαλῆς σωματοειδῶ,πρὸς πᾶσαν τοῦ προλεχθέντος δέσεως ἀσφάλειαν. Parum autem refert an hic eam fasciam quæ fronti iniicitur καταβλημα esse

C velit, vti Paulus,an verò aliud omnibus superinducendum existimet.

ὥσπερ ἢ τἄλλα τὰ ἀφαὶ ὀστέα] Erotianus hic τὰ ἀφαὶ ὀσᾶ τὰ διεξῶπα ἀμήλων exponit.Ferè verò intra quartumdecimum, & vnum ac vigesimum diem sanescunt maxillæ,malæ,&c. vt loquitur Celsus. Paulus etiam πωρῶδη ἡ ἕλωσις εἴπω μάλιστα τριῶν ἑβδομάδων, ὅπ τὶ χαυνότητι ἢ μυελοῦ πλήρης ᾖ.

εὐμυλῶς] Sic legunt exemplaria omnia tum scripta tum publicata,& mitem,lenem placidamq; extensionem significant, sed ἰμμύλως,vt prius,lego. Εὐμήχανος autem eam significat quæ facilè procuratur,dispensatur,& facilè reconditur ac promitur, hoc est, expeditam & facilè parabilem,aut quæ medici arbitrio temperatur. διάτασις autem lego,vt & exemplaria manu scripta quædam, omnesq; interpretes,etsi διάστασις ferri potest,vt intelligatur ea ossium distantia,quæ per corij agglutinationem & distentionem fit.

τῇ ἢ ἐντεῦθεν οἱ μὴ σωφρόνως τεμόντες] Ex hoc loco Galenus libro tertio de Administrat.anatomicis,medicos temerè scalpello in dissectionibus vtentes,τ αὐτῶν διχοῦσθαι ὀλκάδας vocat,nisi αὐτῶν ἐυχέρειαν legas, vt referatur ad id quod paulò post de naso dicitur.

ἢ ἐν γνάθων κατοχῆσιν] Exemplaria quædam manu scripta κατοχῆσιν vitiose legunt,pro κατοχῆσιν aut κατάσεσιν. Etsi enim ἕξις Galeno

D sæpè διάθεσιν significat,non temerè tamen κάτοχον reperias.

πᾶσα γὰ ὀδόντος] Pro ὀδόντος ὄνθος habent exemplaria quædam,sed ὀδόντος legunt meliora exemplaria, eamq; lectionem mihi secutus videtur Galenus.

Μοῦν ἢ ὥστε ξύμφυσιν] Hæc est diu nimisq; exagitata Anatomicorum querimonia, qua genam inferiorem in homine vnico osse constare contendunt,non duobus ossibus per vnionem nexis,vt hic vult Hippocrates, & Galenus quoq; in Commentario,& lib.de Ossib.& lib.11.de vs.part.testatur,qui hanc in extremo mento diuisionem non planè perspicuam esse fatetur,quòd hæc ossa in adultis per coalitum ac symphysin firmissimè annexa sint. In fœtu verò & pueris hæc commissura manifesta videtur,& vtrinq; insignis tuberosa eminentia,symphyseos & futuræ fidem aliquam facit,vt hac quoque parte corpus,etiam geminum sit, vt scribit Galenus lib.11.de vsu part.Celso certè maxilla mollis & vna est. Sic enim genam inferiorem vocat.

E ἐς διάσασιν μᾶλ ἢ διαπινάλωμοι] Sensus est ad maxillæ fractæ repositionem ea distentione esse vtendum quæ ossa inter se diducat & distare faciat.Id enim διάσασις significat. Celsus membrum in diuersas partes extendere,donec spatium inter ossa liberum sit, dixit.Sed pro διάσασιν διάτασιν quidam legunt,fortè quoq; ἐς διάσασιν διατεινάμενοι, quoad ossa inter se distent aut diducantur contendentes & annitentes dici possunt,aut omnem ingenij conatum ad id adhibentes. Quam in significationem διατείνειν eleganter & propriè sumitur.

ἢ εἰ ἐγχίπλων τὶς ἐς ἄμηλα τὰ ὀστέα] Hoc est,quam si quis ossa inter se propè admonens & illidens compellere tentet, aut quã si quis impactis & complicatis inter se ossibus,aut mutuo contactu inhærentibus & admotis,ea recondere conetur. Est enim ἐγχίπλειν,aut ἐγχιμπλειν, & ἐγχιπλεῖς, προσπελάζειν, προσεγγίζειν, προσρίζειν,propè admouere,sese offendere,implicare,ac veluti infricare,aut oppãgere & appellere.Id autè dicitur de ossibus quæ mutuo contactu se illidunt & cõtingunt aut implicare.Hesychius ἐγχίπλων προσπελάζων exponit,hunc fortè locũ subindicans,vt solet aliàs plurimas voces ex Hippocrate depromere. Idem quoq; ἐγχίπλαμ, πεπασαμένοι ψαύσαι,ἐγγίσαι explicat,& ἐγχίπλῃ,ἐγγίζει,& ἐγχιπλεῖς, ἐμπελαδεῖς, ἐγγὺς ἠρμένους. Qua dictione vtitur Homer. Il.ν. ἀσπίδι ἐγχιπλεῖς, vbi Scholiastes προσπελαδεῖς & ἐγγίσας exponit,etsi ἐνηρεῖσας melius dicatur,vt sit scuto innixus. Et Il.ε (v.662. ἀίχμὴ ὀστέῳ ἐγχιμφθεῖσα, hoc est,ἐμπαγεῖσα ἢ ἐμπελαδεῖσα,ossi inhærens & infixa.Significat etiã ἐγχίπλειν ἐνηρείδειν, rei alicui inniti & in eã occurrere aut offendere,quomodo sumitur postea,vbi Galenus ἐγχίπλῃ dici solere scribit διὰ τῆς ἐρεθιότητος εἰς ἄλληλα. Sic Hesychius ἐγχιμεθλῶσαι ἐνηρεισθῶσαι exponit,vt χείμπλειν ἐρείδειν,σκελίζειν,cui etiam τὸ ἐκβαλεῖν & τὸ ἐκπίπλειν significationem addit.Et apud Herodotum ἐγχρίψαι ἐμπεσεῖν & προσπελάσαι significat.Erotianus verò ἐγχίπτουσιν,πιλάζουσιν,& ἐγχίπλῃ ἐμπίπλᾶν exponit quam significationem etsi hoc loco accommodare possumus,magis tamẽ eum qui postea sequitur in fine huius libri subindicare videtur,etsi illic προσεγχίπλωσιν,non ἐγχίπλωσιν legitur.Quod attinet ad hunc locum eum quodammodo exponere & innuere videtur Galenus initio Comm.1. in lib.de fract.de partium fractarum extensione & conformatione agens,vbi ἐγχίπλειν apud Hippocratem de ossibus dici significare videtur,quæ τὰ ἄλληλοις παρηλαχότα vocat,vbi alterum sub altero conditur,& inter se implicantur, aut alterum alteri cohæret

G & innititur. Comment.quoq.3.in hunc lib.huius etiam loci explicationem adfert,vbi quod hic dicitur.ἢ εἰ ἐγχίπλων τὶς ἐς ἄλληλα τὰ ὀστέα προσαναγκάζειν πειρᾶτο,ἢ εἴ τις ἐγχίπτοιτο πρὸς ἄλληλα σωφρόνως τὰ ὀστέα, scribit.

τῆδε πάσῃ πάντα τὰ ὑπομνήματα] Istud scriptum in omnibus codicibus tum publicatis tum manu scriptis inuenitur,eamque ob causam restituimus. Quod tamen quidam expungunt, quòd alioqui admonuerit Galenus in Comment.hoc præceptum communiter ad omnia ossa quæ componuntur pertinere. Immò sanè verius Galeni lectio istud fuisse ab Hippocrate scriptum innuit. Admonet autem hic locus hoc præceptum de ossium fractorum per extensionem compositione, in totã tum fractorum tum luxatorum commentatione,in animo & mente diligenter esse reponendum.

H ὀπόσιον ἢ ξεροῖλον ἢ ποικίλον] Breuem aut variam dixi ex Galeno,qui maxillam varias deligationes admittere vult, cùm reliqui interpretes,breuem potiùs quàm variam dixerint.

ἐς ἐπιτρομώτερον ὡς χρὴ] Adeò hac in parte necessaria quies est,vt ad totam curationem plurimum conferat momenti, coganturq; ægri plurimis diebus liquidiore cibo vti & in silentio conquiescere.Quod facit vt rectè cum Cornario apud Paulum legendum existimem. ἢ τῇ προσηκούσῃ χρησαμένους ὀπόσῳ κάλλιον ἡσυχίᾳν. λεπτῆς ἢ ῥοφητατῶσι ξοφῆς χρωμένους. ἢ ὁ κάτοπτος αὐξῆς πολεμία. Sed ἀπρεπῆν quam ἀπρεμῆ malim,quod ea voce vtatur Hippocrates,ex eaq; τρέφειν facilius depravatum videatur. Etsi huic quoq; lectioni vulgatæ sua potest constare sententia. Celsus hûc quoq; quietem imperat his verbis. Sed in maxilla illud quoq; adnitendum est, quòd humidus cibus diu assumendus est. Atq; etiam cùm tempus processit,in lagano similibusq; aliis perseuerandum, donec ex toto maxillam callus firmarit. Item vtriq; primis diebus habendam silentium. Rursus quoque: cùm omnibus verò quorum ossa mota sunt, primo liquidior cibus conueniat, tum his præcipuè,adeò vt sermo quoque,frequenti motu oris per neruos lædat.

Naſo verò fracto, fracturæ modus vnus non eſt. Verùm qui ſpecioſis vinculis imprudenter delectantur, cùm in aliis quidem multis, tum verò in naribus vel maximè turpiter illuduntur. Hoc enim vinculum inter cætera maximè varium eſt, plurimiſq; locis aſciam refert, & relictis in cute aliquot ſpaciis inanib⁹, variè admodum in rhombi formam intermittit. Qui igitur (vt dictum eſt) temerariam manus aggreſſionẽ ſtudiosè affectant, ij nares fractas vt deuinciant auidè arripiunt. Atqui vno aut altero die ſibi quidem medicus placet, deligatus item æger gaudet deinde cito vt moleſtum onus faſtidit, ſatiſq; eſt medico, ſi variam narium deligationem oſtentarit. Hæc autem vinciendi ratio omnia contra quàm oporteat efficit. Etenim ſiue ob fracturam ſimæ nares ſint, ſi quis eas ſuperiore parte potiùs comprimat, ſimæ magis reddentur. Siue etiam quibuſdam in hanc vel illam partem, aut circa cartilaginẽ, aut ſuperiore parte nares diſtorqueantur, manifeſtum eſt quod nullam vtilitatem ex ſuperiniecto vinculo conſequi, quin potiùs lædi conſueuerint. Neque enim ſic ex altera narium parte ſplenia adaptata conuenient, quanquam neque hoc faciunt qui deligationem admouent. Maximè autem mihi deligatio prodeſſe videtur, ſi ad medium naſum acuta ſui parte, caro ſupra os contundatur, aut ſi os quoq; quibuſdam paululum, non autem multum offenſum ſit. In iis enim nares callo obducuntur, & quandam prominentiam oblongiorem habent. Sed neq; hi ſanè multum moleſta deligatione indigent, ſi modò quid vinculo opus eſt. Satiſq; eſt ſplenium quidem inceratum ſupra contuſum extendere, dein qualis deligatio ex duobus initiis fieri ſolet, ita ſemel ductam faſciam circumdare. Optimè autem medetur farina ſitania, eluta, glutinoſa, ſubacta, modica, ex cataplaſmate impoſita. Ac ſiquidem farina ex optimo tritico ſuppetit, & quæ facilè duci poſſit, ea ad hæc omnia vti conuenit. Quod ſi non admodum ducatur, cum pauca thuris mica concuſſu eliſa, in tenuiſſimum pollinem redacta, & aqua diluta, farina eſt ſubigenda, aut paululum omnino gummi ſimiliter admiſcendũ. Quibus igitur nares inferiore parte fractæ ſimæ reddũtur, ſiquidem ex anteriore parte ad cartilaginem deſidunt, poteſt in nares aliquid quod dirigat immitti, ſin minus, excitanda quidem hæc omnia ſunt, digitis in nares, ſi licet, inditis. Alioqui ſpecillo pleniore quo ad illinendum vtimur, non in anteriorem partem, ſed quà deſidunt, in nares digitis impulſo, exteriore verò narium parte hinc & inde digitis comprehenſa, ſimul impellere & ſurſum attollere. Ac ſi omninò anteriore parte fractura fuerit, licet aliquid velut iam dictum eſt introrsùm in nares indere, vel ex linteo deraſam lanuginẽ, vel aliud quid tale linteo conuolutum, aut potiùs Carthaginienſi corio circũſutum, ea figura accõmodatũ, vt aptè hũc in locum immitti queat. At ſi vlterior fractura ſit, nihil introrsùm immitti poteſt. Etenim ſi anteriore parte moleſtũ onus eſt, quomodo interiore nõ ſit futurum? Imprimis igitur interiore parte nares conformandæ, & exteriore parte non remiſſè agendo in ſuam ſedem cõpellendæ & dirigendæ. Nã & tibi maximè naſus fractus reſtituitur, præcipueq; eodem die vel certè paulò poſt. Verùm negligenter agunt medici, & primum molliùs quàm oporteat rem pertractãt. Digitis enim hinc & inde pro narium natura, quoad eius fieri poteſt ad imas nares demiſſis, eas ab inferiore parte

Ἡν δὲ ἡ ῥὶς καταγῇ, ὅπως μὲν ὀχ ἕξει ὀστέον κατήξιος, ἀτὰρ πολλά μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται ἀνθρώπους χαίροντες τῇσι καλῇσιν ὀπιδέσεσιν, αὖθι νόᾳ, ἐν δὲ τῇσι ταῖς ῥῖνα, καὶ μάλιστα. ὀπιδεσίων γὰρ ὀστὶν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλείστους μὲν σκεπτῆνας ἔχουσα, διαῤῥεωγὰς δ' ἐν διαλήψιος ποικιλωτάτας, καὶ χεῶδες ῥομβοειδέας. ὡς οὖν εἴρηται, αἰσχρὸν ἐγχειρέειν ὀπιτηδεύοντας ἄσμενοι ῥῖνός καταξείης ὀπιτυγχάνουσιν ὡς ὀπιδήσωσι. μίαν μὲν οὖν ἡμέρην ἢ δύο, ἀγάλλεται μὲν ὁ ἰητρὸς, χαίρει δ' ἐν καὶ ὁ ὀπιδεδεμένος. ἔπειτα ταχέως μὲν ὁ ὀπιδεδεμένος κορέσκεται. ἀσηρὸν γὰρ τὸ φόρημα, ἀρχέει δ' ἐς τὸν ἴητρὸν ἐσαφανὲς ἐπεδέξεν, οἷα ὀπίσαται ποικίλως ῥῖνα ὀπιδέειν. ποιέει δ' ἡ ὀπίδεσις ἡ τοιαύτη πολλὰ καὶ ἀνάρμοστα καὶ δεόντως. τοῦτο μὲν γὰρ ὀκόσοι σημοιοῦνται διὰ τὴν κατήξιν δηλονότι ἐς αὖθις ἢν μὴ ὦσι μείζους, συμφέρεσθαι ἂν εἶεν. τοῦτο δ' ὅσοισι παραφέρεται ἔνθα καὶ ἔνθα ἡ ῥὶς, ἢ κατὰ χόνδρον, ἢ αὐτέρω, δῆλον οἷα τὰ τοιαῦτα οὐδὲν αὔξεις ἢ αὖθις ὀπίδεσις ὠφελήσει, ἀλλὰ καὶ βλάψει μᾶλλον. ὀχ ὅταν γὰρ συναρμόσῃ ἀπολιώσει τὸ ὀπὶ θατέρου τῆ ῥινός, καίτοι οὐδὲ τοῦτο ποιέουσιν οἱ ὀπιδέοντες. ἀλγήσας δ' ἡ ὀπίδεσις μοι δοκέει αὐλοποιέειν, εἰ καὶ μέσῳ τῇ ῥῖνα καὶ τὸ ὀξὺ ἀμφιφλασθείη ἢ ὀφρὺς καὶ τὸ ὀστέον, εἰ καὶ τὸ ὀστέον μικρὸν ὕσιν ἐόν καὶ μὴ μέγα. τῇσι γὰρ τοιῇσιν ὀπιπτώμασι ἴσχει ἡ ῥὶς, καὶ ὀκοιοσδετερη ὑπὸ χόνδρου. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοῖσι δή που πολλοῦ ὀχλου δέεται ἡ ὀπίδεσις, εἰδὼς καὶ τὸ διαφέρον ὀπιδέειν. ἀρχέει δ' ὀπὶ μὲν τὸ φλάσμα ἀπολιῶσον ὀπιτείνασθαι κεκηρωμένον, ἔπειτα ὡς ἀπὸ δύο ἀρχέων ὀπιδέεται, ὅτεως ὀδοντίῃ ἐς ἄπαξ ἐπιδεδεγμένη. ἀείσει μὲν τοι ἰητρείη, τῷ δηλητῷ τῷ σιτηρίῳ, τῷ πλυτῷ, γλίσχρῳ, πεφυρημένῳ, ὀλίγῳ, καταπλάσσειν τὰ τοιαῦτα. χρὴ δ' ἐὼν μὲν ἐξ ἀγαθῶν ᾖ, τῶν πυρῶν τὸ δηλητον καὶ βύσλιμον. οὕτω φορέεσθαι ἐς πολλὰ τὰ τοιαῦτα. ἐὼν δὲ μὴ πολὺ ὄλκιμον ᾖ, ἐς ὀλίγην μάλιστα ὕδατος διέντα, οὕτω φυρᾶν τὸ δηλητον, ἢ κόμμι πολὺ ὀλίγον ὡσαύτως μίσγειν. ὀκόσοισι μὲν οὖν ῥὶς ἐς τὸ κάτω καὶ ἐς τὸ σιμὸν ῥέπουσα καταγῇ. ἐὼν μὲν ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν μέρεος τοῦ χόνδρου ἴζηται, οἷόν τε ἐστὶ καὶ ἐνθένδε διόρθωμα ἐς τοῦτο μυκτῆρας ἐὼν δὲ μὴ, αὐορθοῦν μὲν χρὴ πολλὰ τὰ τοιαῦτα, τοῦτο δακτύλοισι ἐς τοῦτο μυκτῆρας ἐνθένδε, ἢν ἐνδέχηται. ἐὼν δὲ μὴ, παχὺ ὑπαλείφειν μηδὲν ἔμπροσθεν τῆς ῥινὸς ἀπάγοντα τοῖσι δακτύλοισιν, ἀλλ' ἢ ἴδρυν. ἔξωθεν δὲ τὸ ῥινὸς ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀμφιλαμβάνοντα τοῖσι δακτύλοισι, σιωπαλαίειν τε ἅμα καὶ ἀναφέρειν ἐς τὸ ἄνω. ἐὼν μὲν πολὺ ἐς τὸ ἔμπροσθεν τὸ κάτηγμα ᾖ. οἷόν τε καὶ ἔνδοθεν ἐστὶν ὑπὸ μυκτήρων ἐνθένδε, ὥσπερ ἔδη εἴρηται. ἀγκύλῳ τῷ ἀφ' ἡμιτυβίου, ἢ ἄλλου τευ οὐδενὸς ἐν ὀδοντίῃ εἰλίσσοντα, μανὸν δὲ ἐν καρχηδονίῃ δέρματι ἐρράψαντα, σχηματίσαντα δὲ ἁρμοδίως σχῆμα τῷ χωρίῳ ἵνα ἐγκείσεται. ἐὼν μὲν τοι πρόσω τὸ κάτηγμα, οὐδὲν οἷόν τε ἔνδοθεν ἐνθένδε. καὶ γὰρ εἰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἀσηρὸν τὸ φόρημα, πῶς γε δὴ οὐκ ἐν τῷ ἐσωτέρω, ὃ μὲν οὖν πρόσθεν καὶ ἔσωθεν ἀναπλάσσεσθαι καὶ ἔξωθεν ἀφελόντα χρὴ ἀνάγειν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν διορθοῦσθαι. κάρτα γὰρ ἐστὶν ἃ τε ῥὶς καταγεῖσα ἀναπλάσσεται. μάλιστα μὲν αὐτήμερος. ἐὼν δὲ μὴ, ὀλίγῳ ὕστερον. ἀλλὰ καταβλακεύουσιν ἐνίοισι καὶ ἀπαλωτέρως τὸ πρόσθεν ἄνω ἴωσιν ἢ ὡς χρή. παραβάλλουσι γὰρ τοὺς δακτύλους χρὴ ἔνθεν καὶ ἔνθεν καὶ τὴν φύσιν τῆς ῥινὸς ὡς καλῶς τὰ κάτωθεν

κάτωθεν σωματαλκάζειν, ἢ ὅτω μάλιστα αἰωρθῶν) σωὶ τῇ ἔσωθεν διορθώσει διαρθῶντα, ἔπειτα ἐς τοῦτο ἰὼν ἔχοις ἂν ὁδηγὸς τοιοῦτος ὅστις, εἰ ἕτεροι μηχανὰς ἢ τολμήσαι, ὡς οἱ αὐτοδάκτυλοι οἱ λιχμοί. ὅτοι γὰρ τῇ φύσιν μάλιστα εἰσιν. παραδόντα γὰρ χρὴ τοῖς δακτύλοις ἑκάτερον τοῦτο παῦρα τοῖς ῥῖνα ἐρείσαντα, ἡσύχως ὅτως ἔχειν. μάλιστα μὲν οὖν οἷόν τε εἶναι ἀεί, ἐς αὖ χρατεθῆναι. εἰ δὲ μή, ὡς πλεῖστον χρόνον, ὡς εἰρηται). Εἰ δὲ μή, ἢ παῖδα ἢ γυναῖκα λίνα. μαλθακὰς γὰρ ταῖς χερσὶν δεῖ). ὅτως, ὡς αὖ κάλιστα ἐπιτρυβείη ἡ ῥὶς, οὕτω μὲν ἐς τὸ σκολιὸν, ἀλλ' ἐς τὸ κάτω ἱδρυμένην εἶναι ἰσόρροπος. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδεμίαν πω ῥῖνα εἶδον, ἢ ἧς ὅτω κατεαγείη, οὐχ οἵη τε διορθωθῆναι πρὶν πρωθεῖσαν συναλκαζομένην, ἐκβύειν, εἰ μὴ ὀρθῶς ἕτερον ἐπιτρυβῇ. ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι αἰσχροὶ μᾶλλον εἶ) πολλὰ ἀποδυσφοροῦσι. μηχανὰς δ' ἄμα μὲν οὐκ ἔθιζαν), ἅμα δ' ἃ βούλοιντο, ἐᾶν μὴ ὀδυνᾶν), ἢ θάνατον δεδοίκασι. καίτοι ὀλιγοχρόνιος ἡ πρῶσις τῆς ῥινός, ἐν γὰρ δέκα ἡμέρησι κρατυνθείη, ἐᾶν μὴ ἔθιζοντα ἐκκλίνῃ. ὁκόσοισι δ' ὀστέα ἐς τὸ πλάγιον κατάγνυται, ἢ μᾶλλον ἴσης αὐτῇ. τοῦτο δ' διορθοῦσθαι δηλονότι χρὴ ποιέεσθαι, οὐκ ἰσόρροπον ἀμφοτέρωθεν, ἀλλὰ τὸ τε ἐγκεκλιμένον ἀθέλειν ἐς τὴν φύσιν ἐκλοᾶσθαι ἀναλκάζοντα. ἢν ἐσματτόμενον ἐς τοῦτο μυκτῆρας, καὶ τὰ ἐπιρρύσαντα διορθοῦν ὁκοίως ἔστ' ἂν κατορθώσῃ, δεῖ ἐπιδοῦναι, ὅπως ἐᾶν μὴ αὐτίκα κατορθώσῃ), οὐχ οἷόν τε μὴ ἐς διεστράφθαι τὴν ῥῖνα. ὅταν δ' ἀναγκαίως ἐς τὴν φύσιν, προσοδηγοῦντα χρὴ ἐς τὸ χωλεὸν, ἢ τοῦ δακτύλου, ἢ τι εἶδος δακτύλου ἢ ὀξέτερον αὐτοκωλύειν, ἢ αὖθις, ἢ σμῆγμα ἐναι, ἔστ' ἂν κατωθῇ τὸ πρῶμα. ἀταρ ἐς τὸν μυκτῆρα τὸν μικρὸν δάκτυλον ἀποπωτέοντα, σμῆγμα καὶ σμῆγμα διορθοῦν χρὴ τὰ σκευεόμενα. ὅμοσε δ' ἂν φλεγμονῆς ἐοῦσης τούτοισι, χρὴ τῷ σαπὶ χρέεσθαι. τοῖσι μὲν γὰρ δακτύλοισι προσέχειν. χρὴ ὁμοίως, καὶ ἢν σταλοῦς ὀπτικὸν ᾖ. ἐᾶν δὲ πάχος τὸ χόνδρου ἐς τὰ πλάγια καταγῇ, ἀναλκῆ τὴν ῥῖνα ἀκρίως μετεστράφθαι. χρὴ δὲ ἐᾶν τοῖσι τοιούτοισι ἐς τὸν μυκτῆρα ἄκρον διορθωσάμενον ἐπιμηλώνιον, ἢ ὅ, τι τούτοισιν ἔοικεν ἐναι. πολλὰ δ' ἂν ἕλοις βοηθήματα, ὅσα μή τε ὀσμὴν ἔχει, μήτε σμῆγος πρόσφυσίν ἐστιν. ἐγὼ δέ ποτε πνεύμονος προβάτου ἀποτμῆμα ἐνέθηκα, τοῦτο γὰρ πως προέτυχεν. ἐνίοις δὲ καὶ ἐναλθέμενοι ὑγρασίματα δέχονται). ἔστι δὲ χρὴ καρχηδονίου λοπὸν πλάτος ὡς ἐπὶ μεγάλου δακτύλου τελαμῶνα, ἢ ὅκως αὖ ξυμφέρῃ, προσκολλῆσαι ἐς τὸ ἔκθοδεν πρὸς τὸν μυκτῆρα τὸν ἐγκεκλιμένον. κἀπειτα κατατεῖναι τὴν ἱμάντα ὅκως αὖ ξυμφέρῃ. μᾶλλον δ' ὀλίγον τεύχειν χρὴ, ὥστε ὀρθοῦν ἐς ἀπρὸν τὴν ῥῖνα ἕξει). ἔπειτα, μακρὸς γὰρ ἔστω ὁ ἱμὰς, κάτωθεν τὸ ὠτὸς ἀναγῆναι αὖθις, ἀναγαγεῖν πρὸς τὴν κεφαλήν. καὶ ἐξέστω μὲν καὶ τὸ μέτωπον προσκολλῆσαι τὸ πελυτοῦ τοῦ ἱμάντος. ἐξέστω δὲ μακρότερον ἄγειν. ἔπειτα προσελίσσοντα προὶ τὴν κεφαλὴν καταδεῖν. τοῦτο ἅμα καὶ διαμοῦν τὴν διόρθωσιν ἔχει, ἅμα δὲ βυταμίβουλον, καὶ μᾶλλον ἐᾶν ἕλκη καὶ ἧσσον τὴν αἰωρόπιλον ποιῆσαι τὸ ῥινός. ἀταρ ὁκόσοισι ἐς τὸ πλάγιον ἡ ῥὶς κατάγνυται, τὰ μὲν ἄλλα ἐπιτρυβέειν χρὴ, ὡς προείρηται. προσδέεται δὲ τοῖσι πλείοσι καὶ τὸ ἱμάντος προὶς ἄκρην τὴν ῥῖνα προσκόλλησαι τῆς αἰτιρροπίης ἕνεκα. ὁκοίοισι δὲ σὺν τῇ κατηξῇ καὶ ἕλκεα προσγίνεται, οὐδὲν δεῖ ταράσσεσθαι διὰ τοῦτο. ἀλλ' ὅτι μὲν τὰ ἕλκεα ἐπιθέναι πισσήρεα, ἢ τῷ σαίμωνι ἢ, βούλεται γὰρ τὰ τοιαῦτα. ὁμοίως καὶ ὀστέα, μὴν ἀπέναι

surſum compellere oportet, atq; ita maximè excitatas, ſimul etiã ab interiore parte dirigere. Deinde verò ad eã rem nullus eſt magis idoneus medicus, ſi eo ſtudio contendere, aut id etiam tolerare velit, quàm ipſius digiti indices. Hi enim maximè ſunt à natura accõmodati. Admoto autẽ vtroq; digito totæ nares obfirmandæ ſunt atq; ita in quiete continendæ, maximè quidẽ ſi fieri poſſit aſſiduè, quoad cõfirmentur; vel certè quã diutiſſimè, velut dictũ eſt. Quod ſi iſtud æger præſtare nequit, vel pueri, vel mulieris cuiuſdã digitis vtendum. Molles enim manus eſſe conuenit; ſic vt quàm optimè curentur nares, quibus nõ diſtortæ, ſed æquabiliter ad inferiorẽ partem deſidunt. Equidẽ nullas vnquam nares vidi, quæ ſic fractæ, ſi ſtatim prius quam callo obducantur, cõpellerentur, reſtitui nõ potuerint, ſi modo quis rectã curandi rationem inſiſtat. Atqui homines deformitatem magno quidẽ pretio redimendã æſtimant, eo autẽ ſtudio nniti, niſi dolore aut mortis metu coacti, neq; ſciunt, neq; ſuſtinent, quanquã in naribus callus pauco tempore inducatur. Decẽ enim diebꝰ, niſi ſyderẽtur, cõfirmantur. At quib-os à latere frangitur, curatiõ quidem eadem cõuenit, directio tamen ipſa nõ æquabiliter ab vtraq; parte facienda, ſed quod inclinatũ eſt extrinſecus compellendo, ad naturalẽ ſitum adurgẽdum, & digitis immiſſis nares cõtrectãdo, quæ in interiorẽ partem vergũt impigrè dirigenda, quoad reſtituantur, iſtud animo reputãtes, niſi protinus nares dirigantur, fieri nõ poſſe quin peruertãtur. Quibus in naturalẽ ſedem reductis, admotos ad locum vnũ aut plures digitos, qua eminentia erat, ipſum aut alium quendã continere oportet, quoad vulnus confirmatũ fuerit. Quin & impulſo in nares paruo digito ſubinde quæ inclinata ſunt dirigere cõuenit. Ac ſi quid inflãmationis ſubeſt, iis farina ex aqua ſubacta adhiberi debet. Nihilo tamẽ minus etiã farina impoſita, digiti ſimiliter admouendi. At ſi quãdo ad cartilaginẽ in latus nares fractæ ſint, eas ſummas peruerti neceſſe eſt, tũcq; in extremas nares quiddã ex iis quæ dicta ſunt, quod eas dirigat aut aliquid tale, immitti debet. Multa autẽ ad id accõmodata inueniri poſſunt, quæ neq; odorem moueant, & alioqui mollia nõ ſint. Ego ſanè pulmonis ouilli fruſtũ (quod fortè tunc aderat) aliquando immiſi. Inditæ enim ſpongiæ humorẽ excipere cõſueuerunt. Deinde ex Carthaginienſis corij cortice exteriore, inciſa habena pollicis latitudine, aut quanta cõuenit, exteriore parte naribus, qua parte inclinant, agglutinanda, poſteaq; prout cõuenit intẽdenda. Paulò autẽ ampliùs intendi debet, quoad erectæ & ſuſpenſæ nares eſſe videantur. Tum ita longa habena ſit, vt ſub aurem abducta, ſurſum circa caput adduci queat. Quam quidẽ ſuo extremo fi ori agglutinare, aut etiam vlteriùs ducere, demum circa caput volutã deuincire licet. Hæc ſiquidẽ ratio ſimul iuſtã directionem cõtinet, ſimulq; expeditã habet, ſi quis cupiat maiorem aut minorem narium in contrariũ momentum propenſionem. Etenim quibus nares in latus fractæ ſunt, in reliquis quidem eadem quę propoſita eſt curatio conuenit. In pleriſq; tamen habena inſuper opus eſt, quæ extremis naribus agglutinata, eas in contrarium momentum propendere faciat. At quibus ad fracturam cutis quoq; vulnus acceſſit, eos nihil eam ob rem commoueri neceſſe eſt. Verùm vlceri ceratum quod picem habeat, aut medicamentũ aliquod cruentis vulneribus accommodatum imponendũ. Hæc ſiquidem facilè curationem admittunt. Eodem quoque modo vbi oſſa diſceſſionem parant,

tum primùm directio impigrè omni adhibita diligentia facienda, tum etiam postea digiti ad directionem adhibendi. Hos siquidem & laxiores esse, & admouere tamen oportet. Ex omnibus enim corporis partibus nares facillimè componuntur. Habenarum verò agglutinatione aut in contrarium momentum propensione nihil omninò vti prohibet, neque si vlcus, neque si inflammatio adfuerit, ista nanque nullam molestiam afferre.

τὴν τε διόρθωσιν τὴ ταχυτάτην, ἀόκνως χρὴ ποιέεσθαι μηδὲν ὀπιλείποντα, καὶ τοὺς δακτύλους τοῖσι δακτύλοισι ἐν ᾧ ἔπεται χεῖνται. χαλαρωτέροισι μὲν γὰρ χρεόμενον, χρεόμενον δὲ βύπλασόταλον γὰρ ἡ πᾶσα τῶν σώματος μοῖρα ἐστί. τὴν δὲ ἐμπλοκὴν τῶν τῆ κολλήσει καὶ τῆ ἀντιρροπίῃ πάντα ταῦτα οὐδὲν κωλύει χρῆσθαι, ὅτε μὲν ἐλκώσῃ, ὅτε μὲν ὀπιφλεγμαίνῃ, ἀνύπνους γὰρ ἐᾶσιν.

18 διαῤῥεωγὰς] διαῤῥωγὰς sunt hiatus, rimæ & fissuræ aut interruptiones. Hic vincula significant interrupta & dehiscentia, cùm quædam in medio spatia inania ac veluti hiatum quēdam relinquunt. Galenus τὰ μεταξὺ διαστήματα τῶ ὀδόντων explicat, & διαῤῥεωγὰς legisse videtur. Erotianus vero (si modo vera est lectio) διαφαγὰς. & τὰς τῶν ὀπιδέσμων διαπνοὰς καὶ τὰ μεταξὺ τύπων διαστήματα explicat, velut quasdam vinculorum interspirationes ac intermissa spatia.

ἀσηρὸν γὰρ τὸ φόρημα] φόρημα lego cum melioribus & reconditioribus membranis, onus & gestationem intelligens, gestamen dixit Virgilius. φέρνυμα tamen legunt exemplaria quædam manu scripta & Asulanum, pro consilio, inuento aut commento, de quo tantopere sese efferunt Medici.

ἀγάλλει] μᾶλλον ὁ ἐπτὸς] Erotianus hic ἀγαλλιάσεως γανύσεως exponit, & Bacchium reprehendit qui πέρπας denotare scripserat.

ἄλγησα ἢ ὠφέλησε] Hic ἀνωφελῆ contra bene facere significare videtur & iuuare, quod etiam ὠφελῶν explicat Gal. in Com. Potest etiam denotare morbo resistere aut occurrere, vt sumpserunt interpretes. Potest quoq; hic ἀνωφελῆ indicare noxiam beneficio rependere, quod antea deligatio damnum potiùs quàm vtilitatem attulerit, nunc verò contra iuuet. Sensus autem est, prope esse mihi videtur deligatio vt contra benefaciat. Sed maximè prodesse dixi, cum Erotianus hic ἄλγησα pro μάλησα poni his verbis significet: ἄλγησα. ἴσῃ μὲ ἴλγησα. ἀντὶ τοῦ μάλησα πίθοισι πρὸ λίξιν.

καὶ ὀκριοειδέστερα τὰ ὀστᾶ] Significat in inducendo callo oblongiorem quandam prominentiam enasci, nisi fuerit vinculo coërcita ac repressa ὀκρὶς est Galeno in Exegesi ὀξυκορὴ προμήκης, prominentia oblonga. Sed ὄκρις melius scribatur, quemadmodum Varino, cui ὄκρις est ὀξυκορὴ μείζων προβολὴ τοῦ ὄρους. Videtur dictum ὄκρις vel ἄκρις summum cacumen montium aut rupium, & petrarum eminentia. Sunt enim ἄκραι ὀξυκορεῖς. Suntque inde deducta ὀκριοειδὴς & ὀκρώδης. †Homero ὀκριόεντες λίθοι, & μάρμαρες ὀκριόεντες dicitur, lapis & marmor acutas habens eminentias aut prominentias oblongas, ἔχων ἄκρας καὶ ὀξύτητας. Interpretes ὄκριν asperum exponut, & hic volunt nares callo quodammodo exasperari, quòd ὄκριν τραχὺ λίθον Hesychius exponit, & ὀκριόν· ὀκριάζον idem τραχυόμβρος & ὀκριάδης τραχώδης & ὀκριώντος τὸ τραχύοντος exponit. Sed idem tamen ὀκρυόεν τραχὺ σκληρὸν, στερεὸν, & ὀκρυόντα τραχεῖα, & ὀκρυοῶντο scribit, quomodo & apud Homerum scribitur Dicitur quoq; Hesychio ὀκριόεν φρικῶδες, rigidum, horridū aut horrendum, & ὀκρυόεσσα φρικτὰ, χαλεπὰ ex Homero. Nos Galeni mentem secuti, nares oblongiorem quandam prominentiam habere diximus. Illud enim Galeni verba signant, ὀξυκορὲς γάρ τι ἔπεται κατὰ τὸ πρῶτον ὠφελῆσαν. Quod eleganter dixisse videtur Celsus, paulò vehementius deligandum esse, quia callus eo loco non ad sanitatem tantummodo, sed etiam ad tumorem increscat. Istum autem locum innuit * Paulus cùm scribit: ὅτι τύπων ἢ ὀπιδέσεων ἱπποκράτης παραιτεῖται, σημαίνων μᾶλλον τὴν διαῤῥοφοῦσαν ἐρυσιπελατώδη φλεγμονὴν, πλεονάκις τοῦτο ποιήσαντα κατὰ τὴν μέσην ῥῖνα ἐπικρέμασθαι. Qui locus sanè vt vitiatus apparet, ita non dubium est quin ex hoc loco τὴν ἐπικρέμασθαι, aut τὸ ἐπικρώμενον reponendum sit. Quod certè Cornarium fugisse, & aliam restituisse lectionē, præsertim veteratorem in hac arena nobilissimum & alioqui oculatissimum. per sanè mihi mirum videtur. † *Il.* θ. (*v.*327.) *Odyss.* ι. (*v.*499.) * *Cap* 91. *Lib.*6.

ἀφικὲς ἢ ὅτι τὸ φλέγμα] Hic ἀφικὲς βούλεται exponit Erot. Nemini enim dubium esse potest, quin hac notatione locum istum designet.

πρὸ ὀλίγου σιτανίου] ἄλευρον σιταῖον farinam sitaniam diximus Plinium secuti, farinam ex sitanio tritico intelligentes. Siue sitanium triticum trimestre intelligas, velut ex † Dioscoride & *Theophrasto vocat Plinius (cap.25.lib.22.) Siue etiam sitanium sumas certum quoddam tritici genus in Co & tota Asia Galeni tempore sic dictum, quod vere incunte serebatur, nec secus ac bimestre (quod διμηνιαῖον & τεσσαρακονθήμερον inde dicebatur) in maturitatem adolescereet, & subactam aqua farinam lentam admodum & glutinosam efficeret. Quam certè opinionem videtur amplecti Galenus, etsi postea hac in dictione explicanda anxius videtur, cùm scribit σιτανίους πυροὺς, accipi posse pro quouis tritici genere quod densum & compactum sit. & ex quo optima & valde tenax farina conficiatur, non autē cerū aliquod tritici genus denotari. Hic igitur σιταῖον ἄλευρον dicitur Hippocrati, quod lib. de rat. vict. in morb. ac. σιτάνιον ἄλευρον, & Dioscoridi ὁ ἐκ τῶ σιτανίου ἀλεύρου ἄρτος effertur, Plinius sitanium panem (hoc est è trimestri) vertit. Ex quo rectè sitaniam farinam, aut è trimestri tritico dici probatum volumus. Hippocratis interpretes omnes farinam hornam aut huius anni dixerunt, quòd scribat Gal. doctos Hippocratis enarratores apud eum σιτανίους πυροὺς exponere τοὺς σῖτας ἐπαμφοτέρους. & cū pro σῖτας Attici πῖτας dicant, sic accipi quasi τοὺς ἐν τῷ ἔτει τούτῳ τυθέντας κατὰ τὸ ἔαρ ἐπαμφοτέρους, διαλευκαίνας τε & τεσσαρακονθήμερον ὀνομαζομένους. Eos autē præcipuè in hanc causam imposuit Gal. hunc locum in Exegesi his verbis subindicās: σιταναίῳ, τῷ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἔτι νέῳ πυρῷ, τυθέντι περὶ κατὰ τὸ ἔαρ ἐπαμφοτερίζῳ. Ex quo hornū aut hornotinum frumentum sumpserunt, vt scribit M. Tullius in frumentaria. Sed certè neq; eam amplecti opinionem videtur Gal. in Com. neq; scriptio satis conuenire, cum melius σιτάνιος πυρὸς scribatur & σιταῖον ἄλευρον à σῖτος Ionico aduerbio, quod Dorice σᾶτος effertur, vnde & σατανὸς Atticè verò πῖτος & πιτανὸς, vt sit σιταῖος ὁ ἐπίτευος. At tūc setaniū triticū efferri poterit, velut setania allia, σιταῖα κρόμμυα ex Theophrasto vertit † Plinius. Etsi mihi optimè conscius sum vtranq; scripturam, & σιταῖος & σιταῖος retineri posse. Potest hic quoq; σιταῖον ἄλευρον farina pura intelligi, quod σιταῖον aut σιταῖεον, quidam καθαρὸν significare contendant. Sed σιταῖον aut σιταῖεον potius scribendum duxerim, quod Hesychio σιταῖοι πυροὶ, καθαροὶ dicuntur, & Sudas σιταῖον ἄρτον à σίτου quod est κοσκινίζω deducat, Varinusq; σιταῖον ἄρτον, καθαρὸν exponat. Ad eamq; puræ farinæ opinionem propè accedere videtur Gal. in Exegesi, cùm σιταυγὲς exponit, ἄρτοι ἐκ τῶ σιτανίων πυρῶν, ἢ διεσταλμένων καὶ λεπτῶν ἀλεύρων. Etsi illic quoq; σιταυγὲς malim. Adde quod statim ἐξ ἀμαθῶν τῶν πυρῶν τὸ ἄλευρον subiungit Hippocrates σιταῖον ἄλευρον exponens, vbi etiam Gal. existimare videtur σιτανίους πυροὺς ab Hippocrate pro exemplo poni velut optimum quodq; tritici genus densum & compactum, quodq; subactum optimam & maximè lentam farinam efficiat. Celsus quoq; hoc cataplasmate ad glutinum expresso, similam veluti purissimam farinam exigit. Paulus verò σεμίδαλιν πυελίνην similam aut similaginem triticeam requirit, qui & huius medicamenti etiā vsum exponit, nempe vt conuenienti deligatione adhibitum nares compressas in naturalem statum restituat, & inflammationem arceat. Celsus etsi gummi prætermisit, glutinandi tamē & nares continendi vsum satis idoneum expressit. ἄλευρον autem ἄλφιτον apud Hipp. exponit Erotianus. † *Cap.*107 *lib* 2. * *Lib.*8. *cap.*4. †*Lib.*19. *cap.*6.

χρὴ δὲ λεῖα μὲ ἐξ ἀμαθῶν] Hanc lectionem secuti sumus ex magna codicum scriptorum pluralitate & Galeno. Quædam etiam exemplaria manu scripta. λεῖα μὲ ἀμαθὸν ἢ τῆς πυρῶν τὸ ἄλευρον legunt, quæ lectio etiam probatur Asulano codici.

ὁκόσοισι δὲ ἂν ῥὶς ἐς τὸ κάτω] Sic magna exemplarium pars, quædam etiam ῥὶς ἐς σιμὸν ῥέπουσα legunt.

ἄχρι τοῦ ἀφ' ἡμιτυβίου] ἡμιτύβιον Gal in Exegesi ὀδόντος παχέος μέρος apud Hipp. significare scribit. Hesychius λινοῦν ἔνδυμα. ἢ σινδόνιον δίκροσσον. Aristophanis verò Schol. in Pluto σινδόνιον, ῥάκος ἡμιτριβὲς λινοῦν τι οἷς ἐκμαγεῖον, ἢ δίκροσσον φακιόλιον. Quib° verbis satis patet esse ἡμιτύβιον linteum quoddam indumentum, velut peplum aut sudarium, aut pannum aliquem lineum detritum, quo ad abstergendum velut mantili vtebantur, aut fasciolam lineam vtrinque fimbriatam. Pollux * lib. 7. ἡμιτύβιον lineum esse indumentum Ægyptiū testatur, quale quid tunc σινδόνιον dicebatur, & Aristophanis locum in Pluto annotat. Sed apud Pollucem ἡμιτύμβιον, vt & apud Varinum mendosè (vt opinor) legitur, etsi quædam exemplaria manu scripta hoc loco eam scriptionem retinent. Sed apud Aristophanē & Hesychium, & passim ἡμιτύβιον legitur, cùm sit ἡμιτύμβιον ὁ μικρὸς τάφος. Hanc verò dictionem etiam vsurpat Hippocr. lib. 2. de Morbis, ῥάκια ἡμιτυβίου, crassiores panniculos linteos intelligens. Quo loco præcipuè Galeni expositio quā adscribit in Exegesi quadrat.

A drat. Hîc verò ἄχνη ἡμυτόδια lintei alicuius detriti lanugo, ramentum, aut concerptum linamentum intelligitur, ex quo penicilli vulneribus imponendi concinnantur. In μοχλικῷ ἄχνῃσι ὀδοντιᾷ dicit, quam hîc ἄχνῃσι ἡμιτόδια. Quo ex loco Erotiani explicatio hæc quoque aptissimè accommodabitur, qui ἄχνῃσι ὀδοντιᾷ, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ξύσμα explicat, ἐξ ὧν γίνεται μοῦς ὁ καλούμενος ξυσμός, pro quo fortassè ξυσὸς scribendum esse audacter spondeam. Neque verò dubium cuiquam esse potest, quin locus ille Hesychio subnotetur cum scribit ὁ ᾧ Ἱπποκράτης τῷ λινῷ ἄχνῃσι. δηλοῖ δὲ τὸ λεπτὸν ξύσμα. (Sic enim apud Hesych. legendum existimo.) Ex quibus & ἡμιτόδιον λινὸν exponit, & ἄχνῃσι ξύσμα, vt veluti lintei ramenta intelligat. Hunc autem locum integrum sic mihi expressisse Celsus videtur. Quicquid in cartilaginem excidit, excitandum leniter est, aut subiecto specillo, aut duobus digitis vtrinque compressis. Deinde in longitudinem implicata linamenta, & molli pellicula cincta circunsutaq; intus adiicienda sunt. Aut eodem modo compositum aliquid ex arido penicillo. Aut grandis pinna, gummi vel fabrili glutine illita, & molli pellicula circundata, quæ desidere cartilaginem non finat. Paulus verò proximè Celsum consequi videtur, istumq; locum sic explicare: καταγίνω τοίνυν τὸ ῥινὸς, ἐν μὲν τοῖς κάτω μέρεσι τὸ λιχανὸν ἢ μικρὸν δάκτυλον καθέντα, ποιεῖσθαι τῷ ὀδοῦ τὸ ἐκπίπτον ὀστοῦν. ἐν δὲ τοῖς ἐσθιτέρω καὶ πρὸ τῆς μύλης πυρῷ τοῦτο πρακτέον εὐθὺς καὶ πρώτῳ ἡμέραν, ἢ μηδ' ὁπωσοῦν τοῦτο. ἐπειδὴ καὶ τῷ δευτέρῳ ὑμέραν τὸ ῥινὸς ὀστᾶ κρατύνει. ἔξωθεν δὲ πρὸ λιχανῷ καὶ μικρῷ δακτύλῳ δεῖ ταῦτα δέσθαι τάδε. ἵνα δὲ τὸ δέσμα τὸ μύλον ἀσύμπλωτον φυλάττῃ, χῆμα, δεῖ σφιγγόντας ἐρείδειν ἐπὶ ῥάκος εἰλημένους ἐπὶ τὴν ῥινὸς δύο, ἵνα ἀεὶ ἔχωσι μηχανᾶσθαι. καὶ τὸ ὑπερκείμενον τῆς ῥινὸς μέρος τύχῃ διεσταλμένον, ἐμβύσας εἰς ἄχρις οὗ κρατυνθῇ τὸ ὀστοῦν· ἢ ὁ χόνδρος. πρὸς δὲ τῷ ἁλαμώδει ἀπὸ πυρῶν χλωρῶν ῥάκεσι νήσαντες ἐπιθεῖναι τῇ ῥινὶ χάριν τοῦ τὸ χῆμα φυλάττεσθαι καὶ τὸ ἀναπνοὴν μὴ ἀποφράττειν· ὅπερ ἐκ αἰσχίονος, δεῖ σώματος τὸ δέσμιον γινώσκειν. Dicendũ porrò est quædã exemplaria ἀμφ' ἡμυτόδια legere, quæ secutus est Asulanus, sed ἀφ' ἡμιλυσίᾳ malim, vt meliora habent exemplaria.

ἀσπιδίσκον τὸ φόρημα] Hic quoque vt antea, quædam exemplaria φρόνημα habent, vt excogitatum præsidium intelligas.

ἀφυδέστατα] Hoc est remissè nihil aut molliter agendo, nihil veriti sed audacter contractando, siue diligentiam requiras, siue mollitiem fugias, cui postea βλακεύειν & ἀπαλωτέρως ἅπασι opponitur. διορθώσασθαι autem quædam exemplaria manu scripta habent. Sed διαφρώσασθαι legunt omnes reconditiores codices & publicati, quod & hîc aliàs de naribus pro διορθοῦσθαι vsurpatur, (paulò postea.)

C ἀλλὰ καταβλακεύουσιν] καταβλακεύουσιν καταλιγωρῶσι exponit Gal. in Exegesi hunc locum subnotans. βλακεύῃ ὀλιγωρεῖν Erotianus. Sed & idem addit. βλακεύειν δέ ὅτι τὸ μὴ νωθρείας καὶ ὀλιγωρείας τι προσλέγειν. aliquid supino animo remisso, ignauè, segniter, & languide agere, hebescere ac torpescere. Idem quoq; scribit βλακεύειν dici τὸ ὑπὸ πλείονος δέησιν [illegible] deductum esse à pilce quodam qui βλαξ aut βλακὸς aut etiam βλέννα dicitur, ὃς ἐν τῇ σωτηρίᾳ δυσαπολύτως ἔχει. καταβλακευμένως [illegible] Aristoph. in Pluto. βεβλακευμένως καὶ τρυφερῶς, cunctanter, negligenter, supinè & delicatè significat, cui σωτηριωδῶς opponit. Idem etiam & βλακικῶς dicit in Auibus.

ἧττον μᾶλλον ἀσφαλῶνται] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Quæ lectio stare potest, vt sensus sit: sic enim maximè excitantur. Ac nisi lectionem immutare maxima mihi esset religio, ἀσφαλῶς malim, aut ἧττον μᾶλλον ἀσφάλτου, σὺν τῇ ὑπὸ τὸν διορθώσει διορθοῦσθαι. Sic enim lógè planior sensus redditur. Cornarius certè ἔξωθεν διορθοῦται ex suo exẽplari addidisse videtur. Quod tamen nil est necesse. Superiora enim verba directionem quæ exteriore parte digitis vtrinq; admas nares demissis instituitur, denotãt.

ὅπῳ μὴ ἴς τὸ σκολιὸν] Sic lego consentientibus membranis scriptis fide dignis, & publicatis codicibus. Quædam exemplaria ὅπῃ μὴ
D & κοῖλον pro σκολιὸν habent. Sed σκολιὸν retinui ex melioribus & vetustioribus codicibus.

μᾶλλον ἢ ἅμα μὲ ὑπὸ σαν] ὑπὸ σαν δύσαν exponit Erot. hũc, vt apparet, locũ subindicans, adducto Homeri ex Od. θ. testimonio.

ἀνακωχέειν] Hîc ἀνακωχέειν κατέχειν, κρατύνειν, aut etiam ἀνέχειν significat, quod est continere, sustentare, inhibere, remorari, aut firmare, ac velut obniti, pro quo ἀνακωχίζειν in ωχλικῷ scriptum videtur. Is autem erit sensus, vno aut pluribus admotis digitis, qua parte excesserat, eum ipsum vel alium quemuis, inhibere aut sustentare debere.

διορθοῦν χρὴ τὰ ἐκκριθέντα] Sic legunt quotquot in hunc vsque diem videre licuit exemplaria, pro ἐγκλιθέντα, quam lectionem cum interpretibus retinuimus ἐκκριθέντα tamen quæ defluxerunt, metaphoricè dici possunt.

ὅπῃ δ' αὖ φλεγμονὴς ὑποκινεῖ] Sic legunt exemplaria omnia: ὅ, τι δ' αὖ, aut εἴ τι δ' αὖ malim, quomodo legisse videtur Cornarius.

ἀπὸ τῆς ὀκόβου] Sic legunt multa exemplaria, quædam etiam κατὰ τὸ ὀκόβου, quæ secuti sumus cum interpretibus.

ἴσασι χρὴ καρχηδονίῳ λοπῷ] Hunc etiam locum dissertissimis verbis explicat Paulus, quæ quia nostris in exemplaribus vitiosè adscribuntur, sic mihi legenda videntur: ὅτι διάπερας ἢ τῆς ῥινὸς διεσταλμένης. ὁ μὲν Ἱπποκράτης μὴ τῷ ὑμοζύγῳ δέσασιν κελεύει σφιγγόντες ἐμάντοις δακτύλοις τὸ πάσης, τὸ ἕτερον τῆς ἄκρων ταυτησκόλλῃ ἢ κόμμι χρίσαντα κολλῆσαι τὸ ὄκρῳ μέρει τῆς ῥινὸς ἐκ παχέος καθ' ὃν πέπτωκε. κατὰ μὴ τι ξηρασθὲν ἀφέρειν τῆς ἰμάντα δεῖ τὸ αὐτὸ μέρος ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τὸ μίσπον. κάπειτα αὖτοῦ πάλιν ἕτερα τοῦ ἱμάντος ἀρχὴ ἀσφαλίζειν. ὡσπερ αὐτὸ κυνηγοῦσι τὸ παγίδα πλῶρα πρὸς τὸ αὖθις ἀπευθυνθῆναι χῆμα. ὅπερ ὁ πάνυ πολλοῖς τοῖς νεωτέροις ἤρεσεν. Hoc tamen commentum vt nec multum probat Galenus, sic nec recentioribus Chirurgis arridere scribit Paulus. Istud etiam paulo aliter sic expressit Celsus. Si à latere (cartilago fracta est) crassius esse debet ab ea parte in qua nasus iacet, ab altera tenuius, id quod inseritur. Extrinsecus autem circundandi habena est mollis, media illita mistis inter se similà & thuris fuligine, eaq; vltra aures ducenda, & fronti duobus capitibus agglutinanda est. Id enim corpori quasi gluten inhærescit, & cùm induruit, nares commodè continet.

[18] Ἢν δ' οἷς κατεαγῇ, ὅπως δέσιες πᾶσαι πολέμιαι. ἡ γὰρ
F ὕδατος πῆς χαλεπὸν περιβάλλοι. ἰοῦ δὲ μηδὲν πιέζῃ, πλέον κακὸν ἐργάζεται. ἐπεὶ καὶ ὑγιὲς ὂς ὅπως δέσει περιττὸν ὀδυνηρὸν, καὶ σφυγματώδες, καὶ πυρετῶδες γίγνεται. ἀπαρὰ καὶ τὰ ὅπως πλάσματα κάκιστα μὲν τὰ βαρύτατα ὅπως. ἀπαρὰ καὶ τὰ ὠλφα φλαῦρα καὶ ἀποστατικὰ, καὶ μύζαι τε ὑπὸ ποιεῖ πλεῖστον. καθάπαξ ἀκριβείας ἀσπερεῖς, τούτων δὲ οἷς ἥκιστα κατεαγῇ πρὸς δέσεται. ἀγχιστα μὲν ἐστὶν χρὴ τὸ γλίσχρον ἄλευρον, χρὴ δὲ μηδὲ τοῦτο βαρὺ ἔχειν. φαῦλον δὲ ὡς ἥκιστα ξυμφέρει. ἀγαθὸν γὰρ οὐδέποτε φάρμακον, τὸ μηδὲν φέρειν φάρμακον, καὶ πρὸς οἷς, καὶ πρὸς ἄλλα πολλά. χρὴ δὲ καὶ τῷ ὑπικοίμασιν φυλάττεσθαι. τὸ δὲ σῶμα ἡσυχάζειν, καὶ μᾶλλον, ᾧ αἱ κίνδυνος ἔῃ, ἔμπυον τὸ οἷς γιγνόμενον. ἄμεινον δὲ καὶ μηδαμῶς τὴν κοιλίην. ἰοῦ δὲ καὶ δύσπνοος
H ἔῃ, ἐμέειν ἀπὸ συρμαϊσμοῦ. ἰοῦ δὲ ἐς ἐμπύησιν ἔλθῃ, ταχέως μὲν ἢ χρὴ τομοῦν. πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν δοκεόντων ἐκπυέσαι αἰσχρῶς ἐστὶ ποτε, κἰοῦ μηδέν οἷς καταπλάσῃ. ἰοῦ δὲ αὐλοκαθὴ τομῶσαι, ταχίστα μὲν ὑγιὲς γίγνεται, ἰοῦ οἷς περὶ ὀλίγου καύσῃ. εἰ δέοι μὲν οἱ χρὴ ταφῶς, οὐκ ἔλλοι ὅτι ὃ οἷς καὶ μεῖον ἕτερα, ἢν περὶ ὀλίγου καυθῇ. ἰοῦ δὲ μὴ περὶ χρὴ πα,

At verò auri fractæ vinculum omne inimicum est, Neque enim ita laxo ambitu circundari poterit, & si magis apprimatur, plurimum officiet. Quandoquidem & integra auris sub vinculo adstricta, dolore & pulsatione, & febre vexatur. Sed & ea sunt omnino quidem pessima cataplasmata, quæ grauissima, quin etiam plæraq; noxia, & abscessum procurant, cumq; mucum plurimum, tum deinde molestiæ plenas suppurationes efficiunt. At his ad aurem fractã minimè opus est. Proximùm certè (si modò quid confert) locum habet farina glutinosa, quam neq; grauem esse oportet, ac quàm minimè contingere cõducit. Interdum nanq; bona medicina est, quæ tũ ad aurem, tum ad cætera multa, etiã nulla adhibetur. Vitandus præterea in eã partem decubitus, corpusq; extenuandum, idq; potissimùm in quo auris suppuratio metuitur, præstatq; etiam aluum emollire. Quòd si facilis sit ad vomitum, is ex moderata aliquã purgatione ciendus est. Sed si ad suppurationem veniat, celeriter quidem aperiri non debet. Multa nanq; ex his quæ suppurare videntur, quandoque etiam nullo adhibito cataplasmate resorbentur. At si coactus aperueris, citò quidem sanescet, si in vlteriorem partem candens ferramentum adegeris. Certò tamen scire licet aurem cãdenti ferramento præter traiectam, curtam & altera minorẽ reddi. Si verò huiusmodi ferramentũ reformides

pars in tumorem ſublata non parua admodũ ſectione incidenda. Craſſiore ſiquidem loco quàm quis exiſtimet, pus contineri deprehenditur. Atque (vt breuiter dicam) cæterà quoq; omnia mucoſa & mucos gignẽtia, cùm lenta ſint, vbi contrectantur digitos celeriter hac vel illa parte effugiunt, eamq; ob rẽ medici craſſiore loco quàm exiſtiment, hæc cõtineri deprehendunt. Nam & ex iis tuberculis quæ ganglia nominãt, quæcunq; fluida ſunt & mucoſam carnem cõtinent, plætique aperiunt, in his humorem ſe inuẽturos ſperantes. Ac medicus quidem opinione fallitur, nulla tamen ex huiuſmodi ſectione noxia imminet. Quæ verò loca aquoſa aut muci plena ſunt, & quibus in locis ſingula ſi aperiãtur, vel mortem, vel alia etiam nocumenta afferant, aliàs ſcribetur. Vbi igitur auris ſecta fuerit, omni tum cataplaſmatum, tum linamentorum vſu abſtinendũ. Sed vel iis medicamentis quæ cruentis vulneribus imponuntur curatio eſt inſtituenda, vel alio quopiam quod neque onere grauet, neq; dolorem inferat. Vbi enim cartilago putrefacta incipit, in eaq; purulenta aut mucoſa ſubſident, id moleſtum eſt. Id quod etiam in illis curationibus euenit. In omnibus autem quæ rurſus excandeſcunt, ferramentum candens vtraq; parte traiicere abundè ſuppetit.

τάμνειν χρὴ δὲ μετέωρον, μὴ πάνυ σμικρὴν τομήν. ἀφ' A
παχυτέρου μὲν γὰρ δεῖ τὸν οὖλον ποιέεσθαι, ἢ ὡς ἂν τις δοκέοι.
ὡς δὲ ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ μυξώδεα
καὶ μυξοποιά, ἅτε γλίσχρα ἐόντα, ὑποδιϊζημένα
βραδέως τε καὶ ἰσχνῶς ὑπὸ τοῦ δακτύλου καὶ ἔνθα καὶ ἔν-
θα. ἀφ' τοῦ ἀφ' παχυτέρου δὲ ποιέεσθαι τὰ τοιαῦτα ④
ἰητροί, ἢ ὡς οἴονται. ἐπεὶ καὶ τῶν χαλλιωδέων ἔνια οὐκ ἂν
ῥηϊδίως ἔχοι, καὶ μυξώδεα σάρκα ἔχη πολλὴν τομωδέα B
οἰόρθροι ῥοῦμα αἰθυρήσῃ ἐς τὰ τοιαῦτα. ἢ μὴν οὐκ ἀγνώμη
τῶν ἰητρῶν ἡ ἐξ ἀπάτης. τῶν δὲ φαρμάκων τῶν τοιούτων σφόδρα
μία βλάβη τομωθέντι. ὅσα δὲ ὑδατώδεα χωρία ὄζει, ἢ
μύξης πεπλήρωται, καὶ ἐν οἷσι χωρίοισιν ἔκαστα θά-
νατον φέρει τομούμενα, ἢ κατ' ἄλλοίας βλάβας, ὡς ἐν τού-
τοισιν ἐν ἄλλῳ λόγῳ γεγράψεται. ὅταν δὲ τάμνῃς τὸ οὖς, C
πάντων μὲν καταπλασμάτων, πάσης τε μοτώσιος ἀπέ-
χεσθαι χρή. ἰητρεύειν δὲ ἢ ἐναίμοις, ἢ ἄλλῳ τῳ, ὅ, τι μήτε βάρος, μήτε πόνον παρέχησι. ὧν γὰρ ὁ χόνδρος ἄρξη-
ται φλύειν καὶ ὑποστάσιας ἴσχῃ πυρώδεας ἢ χαλώδε-
ας ὀχληρόν. γίγνε) δὲ ἐν ὀκτὼ δὲ ἐπείνας τὰς ἰήσιας. πάντων
δὲ τῶν παλιγκοτησάντων ἡ παρέμβασις αὐτάρκεστον.

[18] ἀγαθὸν γὰρ ἐστὶ τοῖσι φάρμακον] Hanc ſanè locum Paulus ſubindicat lib. 3. cap 23. cùm ad aures contuſas Hippocratem ſuadere nihil admouendum eſſe ſcribit. Qua in re multis iam retro ſeculis à veteri diſciplina defecimus. Et verò ægrotantium mollitie coacti, multa remedia comminiſcimur, quod etiam ſubindicat Paulus. Et Galenus lib. 3. κῶς ἰητρὸς multa ex Archigene, Aſclepiade, Apollonio, ad aures fractas & contuſas tum emplaſtra, tum cataplaſmata, tum epithemata, cæteraque id genus remedia ſuggerit. Idem quoque ad aurium dolorem cataplaſma ex triticea aut hordeacea farina cum vino cocta ex Apollonio probat. Quod quidem remedium ad id quod Hippocrates commemorat propiùs accedit. Idem quoque Paulus in auribus cataplaſmatum pondus vitandum monet his verbis: ἐλαφρὰ δ' ἔστω τὰ καταπλάσματα καὶ χωρὶς ὀδυνίσεως, ὑγίλαφρῶς ὀδυνίσθω.

χρὴ δὲ τὸ πρὸ ὀδυνίσαντα] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta, quorum aſſenſionem ſecuti ſumus. Interpretes quidam ὀδήκησιν aut ὀδήνησιν legiſſe videntur, aut aliud quid tale. Porrò Galenus lib. 3. κῶς ἰητρὸς ex Apollonio conferre ſcribit ad aurium affectus, προφῆς ἔνδοθεν καὶ λεπτὸν δίαιταν καὶ κοιλίας καθαρὰς ἀξιόλογον, ἔτι δ' ἀναπαύσιν, ἡσυχίαν, σκέπειν τὴν κεφαλήν. Quod iterum illic etiam repetit. Celſus quoque, in his generibus abſtinentiam primi temporis neceſſariam eſſe donec inflammatio finiatur, ſcribit. D E

ἐκκλύσθω δὲτὸ συρμαΐσμιον] Hic συρμαϊσμὸν moderatam purgationem, eam præcipuè quæ per vomitum fieret diximus, ex Galeni ſententia, qui συρμαϊσμὸς antiquis dici ſcribit, τὰς μετρίας κενώσεις, εἴ τε διὰ ἕδρας, εἴ τε διὰ ἐμέτου γίγνοιντο. Idem quoque in Exegeſi συρμαίαν dici ſcribit, τὴν μετρίως γινομένην διὰ τῆς ἀρτηρίας καὶ φάρυγος. συρμαϊσμὸς etiam dici poteſt purgatio per vomitum quæ ex raphano inſtituitur. Sic enim Erotianus hic ἔκκλυσον συρμαϊσμὸν exponit his verbis: συρμαΐα λέγεται ἡ ὀπωρικὴς ῥαφανὶς, ὑφ' ἧς πολλοὶ μεθ' ἅλμης ἐσθίοντες κα-
θαίρονται. διὸ καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος ὁ καθάρσεως τρόπος. Paulus etiam ex † Diocle συρμαϊσμὸν dici antiquis ſcribit, πρὸ τῆς ἐμέτου, & συρμαΐζειν eiuſmodi purgatione vti, quam tenuibus radiculis, naſturtio, ſinapi & portulaca ex aqua tepida procurandam ſuadet. In quam quoque ſententiam diſcedere videtur hic Galenus, cùm ea quæ vomitum mouent accenſet, præcipuèque vbi per radiculam ſolam, aut veratri ſurculis infixis in oxymelite maceratam, vomitum tentat. συρμαίαν quoque raphanum dici quidam teſtantur, quod vomitui ciendo idoneus ſit. Ariſtoph. Scholiaſtes ἐν σφηξὶν συρμαίαν eſſe ſcribit herbæ ſuccum quo vterentur Ægyptij ad ventris profluuium. Videturq; fuiſſe raphani ſuccus, quo cum ſale ad purgandam aluum plurimum vterentur Ægyptij. Rhaphanos nanq; Ægyptiis nobilitatos ſcribit * Plinius. Heſychio verò συεμαΐα dicitur ἅ, ὥσπερ ἐν λακεδαίμονι, ἔπαθλον ἔχων συρμαίαν, & βρωμάτιον δίκην στάτος ἢ σίλλικος. Vnde & συρμαΐσμὸς idem dicitur πρὸς καθάρσιν ὀπτόδρον, ἢ πόμα δι' ὕδατος ἢ ἁλῶν. Qua voce etiam vtitur Herodotus in Euterpe de Ægyptiis loquens. Ex quo annotant συρμαΐζει dici. τὸ καθαίρειν πίνακι τὸ ἐκ ξηῶν ἢ ὕδατος. Quidam etiam συρμαίαν potum ex aqua & hordeo ſignificare contendunt nec non obſonium, vt apud Diodorum Siculum. Et apud nautas facere συρμαίαν eſſe compatare obſonia. μελισσυρμαῖος λεὼς apud Ariſtophanem Ægyptij dicuntur teſte Suda, quos Plinius author eſt hoc genere potus vſos. Varinus etiam συρμαίαν ſcribit, τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων ἢ κοιλίας, ἢ συρμαΐζειν τὸ κενοῦσθαι, ἢ συρμαίαν βλίτον, ἀπὸ τοῦ ἑωπαῖν. Ex quibus ſanè manifeſtum eſt mendoſa eſſe exemplaria quæ hic συρμσμὸν legunt, & συρμαϊσμὸν legendum eſſe, vt & συρμαϊσμὸς apud Galenum.

† *Cap.* 100. *lib.* 1. * *Cap.* 5. *lib.* 19.

μὴ πάνυ σμικρὴν τομὴν] Ideoq; Celſus lunatã plagam conſulit, cùm vt amplior plaga ſit, tũ verò vt natiuæ partis figuræ reſpondeat. G

ἢ ὑποστάσιας ἴσχῃ] ὑποστάσιας hic τὴν ἐνδὸν ὑγρῶν μονὰς exponit Gal. velut humorũ moras, ſtatus, cõcretiones ac conſiſtentias, vbi intrò ſubſiſtunt, ſubſident, ac veluti fundum petunt & morantur, quæ alioqui excerni opus eſt, velut ea quæ ſunt purulenta & mucoſa. Qua notione aliàs quoque apud eundem ponitur hæc dictio, vt lib. κατ' ἴητρ. eiq; ὑποβρύσιν opponit, & Prorrh. 2. & aph. 28. ſect. 3. 6. Epid. ex codicum omnium lectione, etſi illic meliùs ἔκστασιες ſcribitur, vt ibidem adſcripſimus. Ex qua quoque ſignificatione pendere exiſtimo quod non rarò apud Hippoc. in Cois Præſagiis ὑποστάσεις κοιλίης pro alui remoratione & ſuppreſſione ſumitur, vt aliàs ſcripſimus. Apparet autem Gal. ὑποστάσιας πυώδεας ἢ μυξώδεας legiſſe, quem cum interpretibus omnibus ſecuti ſumus, cùm tamen exemplaria omnia quæ ad hunc vſque diem videre licuit πυρώδεας ἢ χαλώδεας retineãt. Quæ lectio etiam probari poteſt, vt intelligamus ea quæ in cartilagine ſubſiſtunt, febrem aut inflammationem excitare, dum in pus vertuntur, & laxitatem quandã facere velut quæ mucoſa ſunt πάντων δὴ τῶν παλιγκοτησάντων] Hæc verba in vno exemplari manu ſcripto Regio deſiderantur, in cæteris adſcribuntur. H

At quibus ſpinæ vertebræ ex morbis gibbum contrahunt, ea quidẽ magna ex parte ſolui nequeũt, præcipuè verò vbi ſuperiore parte qua ſepto annectitur, in gibbum curuantur. Quæ verò infra ſunt, eorum quædam varicibus in cruribus ſubortis ſoluũtur. Magis autem quibuſcunque ſpina in gibbum attollitur,

[19] Σπόνδυλοι δὲ ④ κῦφοι ῥάχιν, ὅσοισι μὲν ὑπὸ νο-
σημάτων ἕλκονται ἐς τὸ κύφον, τὰ μὲν πλεῖστα ἀδυνά-
τως λύεσθαι. τοῖς δὲ καὶ ὅσῳ κατωτέρω τῶν φρενῶν
τῆς προσφύσιος κυφοῦται. τῶν δὲ κατωτέρω, μεθ-
ήκιστα λύσιοι χιρσοὶ γιγνόμενοι ἐν τοῖσι σκέλεσι μᾶλ-
λον δέ τι ἐγκινούμενοι χιρσοὶ ἐν τῇ κατ' ἰγνύην φλεβί.

* οἷσι

A οἷσι δ' αὖ καὶ κύφωμα ἢ, λύουσιν. ἐξαίνονται γὰρ καὶ οἱ τῇ κοιλίῃ βουβῶνα. ἤδη δέ τισιν ἔλυσε καὶ ἡ δυσεντερίη πολυχρόνιος γενομένη. καὶ οἷσι μὲν κυφοῦται ῥάχις παισὶν ἐοῦσιν. πρὶν ἢ τὸ σῶμα τελεωθῆναι ἐς αὔξησιν. ζυτέοισι μὲν οὐδὲ σφόδρα αὐξεσθαι ἐθέλει. κοίλη τοι ῥάχιν τὸ σῶμα. ἀλλὰ σκέλεα μὲν καὶ χεῖρες τελεοῦνται, τὰ δὲ ἐνδεέστερα γίνονται. καὶ ὅσοισι ἂν ἡ ἀνωτέρω τῶν φρενῶν τὸ κύφος, ζυγοῖσι μὲν αἵ τε πλευραὶ οὐκ ἐθέλουσιν ἐς τὸ εὐρὺ αὔξεσθαι, ἀλλ' ἐς τὸ μετεωρότερον. τὸ τε στῆθος οὐ εὐρύ ἐστιν, ἀλλ' ὀξὺ πλατύ, αὐλοί τε δύσπνοοι γίνονται καὶ κερχνώδεες. ἤδη γὰρ ὑπερυφειλῶ ἔχουσιν αἱ χοιλίαι αἱ τὸ πνεῦμα δεχόμεναι καὶ παρεπέμπουσαι. καὶ μάλιστα καὶ ἀναγκάζονται μέγαν ἀσπόνδυλον λορδὸν ἔχειν, ὡς μὴ παρεπετὴς ἐπὶ αὐλοῖσιν ἡ κεφαλή. στενοχωρέῃ μὲν οὖν πολλῷ τῷ φάρυγι πρόσεχε καὶ τοῦτο ἐς τὸ εἴσω ῥέπον. καὶ γὰρ τοῖσιν ὀρθοῖσι φύσει δύσπνοιαι πρόσεχε τοῦτο τὸ ὀστέον, ἐὰν ἔσω ῥέψῃ ἐς ἀναπιεχθῆ. δι' οὗπερ τὸ ζιφῶδες σχῆμα ὄξεγλύφεσθαι οἱ ζιφίαι τὰ ἀνθεφθὰ μᾶλλον φαίνονται, ἢ ὑγιέες. φυματίαι τε ὡς ὅτι τὸ πολὺ καὶ πνεύμονα ἕλκουσιν οἱ ζιφίαι σκληρῶν φυμάτων καὶ ἀπέπλων. καὶ γὰρ ἡ παρέφασις τοῦ κυφώματος, καὶ ἡ ξύστασις ζίσι πλείοσι, διὰ ζιφοειδέας συμφοράς γίνεται, ἢσιν αἱ κοινωνήσουσιν οἱ ζῶντες οἱ σύνεγγυς. ὅσοισι δὲ κατωτέρω τῶν φρενῶν τὸ κύφωμά ἐστι, τούτοισιν νοσήματα μὲν οἵοισι παρεφάνη νεφριτικά, καὶ καὶ κύστιν. αὐτὰρ καὶ ἀποστάσιες ἐς ἐμπύημά τε, καὶ καὶ κενεῶνας, ἐς καὶ βουβῶνας χεῖρον. καὶ δυσπαλέες. καὶ ζυτέων ὅλη ἑτέρη λύεται κυφώματα. ἰσχία δὲ ζίσι τοῦτοισιν ἐπὶ ἀσθενέστερα γίνεται, ἢ ζίσιν αὖθεν κυφοῖσιν. ἢ μὲν ζοὶ σύμπασα ῥάχις μακροτέρη τοῦτοισιν, ἢ ζίσιν αὖθεν κυφοῖσι. κόμη δὲ ἧσσον βραχύτερα καὶ ἀτελέστερα, καὶ ἀγενώτεροι ὅτι τὴν αὖθεν κυφῶν. οἷσι δ' αὖ καὶ ἐξωθοῦσι τὸ σῶμα ἔμπαν κύφωσις, ζυτοῖσιν ἀναπαύει μὲν τῆς νόσου τῆς ζοῦτε παρέσης χρόνον ποιεῖ ἡ κύφωσις. ἀτὰρ χρόνον μέν τι σημαίνει καὶ τῶν αὐτέων, ὥστε καὶ ζίσιν ἑτέροισιν, ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. ἤδον δὲ κακοήθως ὡς ὃ ὅτι πάμπαν μὲν τοιαῦτά ἐστι. πολλοὶ μέν τοι ἤδη καὶ βύφορως ἐνέγκαν ἐς ὑγιηνὰς τὸν κύφωσιν ἄχρι γήρως. μάλιστα δ' οὗτοι οἵσιν αἱ ἐς τὸ βῦσφρον καὶ πυελῶδες παρατάπτηται τὸ σῶμα. ὀλίγοι μὲν ἤδη καὶ τῶν τοιούτων ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἐβίωσαν. οἱ δὲ πλῆστοι βραχυβιώτεροί εἰσιν. ἔστι δ' οἷσι καὶ ἐς τὸ πλάγιον ἐκλιοῦται ἀσπόνδυλοι, ἢ τῇ, ἢ τῇ. πάντα μὲν ἢ τὰ πλῆστα τὰ τοιαῦτα ζῶντ' ὀλίγα συμφορὰς ἔχει ἐπὶσω τὴν ῥάχιος. παρεξυμβάλλεται δ' οἰκείοισι σὺν τῇ νούσῳ καὶ τὰ γήματα, ἐφ' οἷσιά ἂν ἐληλύθωσι κεχλιάδαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖσι χρηστηρίοισι καὶ πνεύμονα νοσήμασιν εἴρηται. ἐκεῖ γὰρ εἰσὶν αὐτῷ χαριέστατα παρεγνώσεις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι.

B

C

D

E

F

G

H

[13] ἀσπόνδυλοι δ' οἱ καὶ ῥάχιν] Huius loci meminit Galenus lib.4.de loc.affect.& Com.4.aph.48.lib.4. & 29.lib.7. ἀσπόνδυλοι autem dicuntur vertebræ,aut verticula,ſpinæ oſſa orbiculata,quæ Plinius vertebrata orbiculatim oſſa vocat. Exemplaria verò manuſcripta quædam εἷσιν habent,alia οἷς, Galenus quoque ἀνοσοι legit.

σφόδρα δὲ καὶ ὅλῃ.] Sic magna pars codicum tum manuſcriptorum tum publicatorum habet. Veruſtum tamen exemplar Regium ἀπὸ legit,quam lectionem agnoſcit Galenus,eamque retinet Aſulanus codex,noſque eam ſecuti ſumus ex Galeno.

καὶ οἷσι μὲν κυφοῦται ῥάχις] Hunc locum videtur innuere * Paulus his verbis: τὸν δὲ κύφωσιν τινὲς ἐκ παιδὸς μικροῦ αὐλισκοῦ γενόμενον, καὶ μὴ ἔχουσάν τινα ἀλλ' ὅτι νόθον ἄγειν καὶ εἰδέναι Ἱπποκράτης ἀποφαίνεται. Hunc quoque locum ſubindicans Erotianus κυφοῦται καμπτόμενα exponit. * Cap.117. lib.6.

καὶ ὅσοισι αὖ ἡ ἀνωτέρω] Hunc totum locum adducit & explicat Gal.lib.3. περὶ δυσπν.

καὶ κερχνώδεες] κερχνώδεις δύσπνοοι dicuntur,qui cum ſtridulo ſono aut ſtertore anheloſi ſunt, & ſpiritum difficulter trahunt. Galenus enim lib.3. περὶ δυσπν. hîc τὸ κερχνώδες, τὸ ῥῖγος. καὶ τὸ ῥίγχος exponit ex Hippocrate lib.de rat.vict.in morb.ac. Et hîc quoque Galenus eos qui repando capite & prominulo gutture dormiunt, κερχνώδη reſpirationem habere, hoc eſt facilè ſtertere ſcribit. Quanquam idem Com.3.in hunc lib. κερχνώδεις hîc legere videtur, ἀπὸ τοῦ κέρχνου quod ſonum in pectore aut ſibilum denotat.

καὶ ἢ μέγαν ἀσπόνδυλον] μέγαν ἀσπόνδυλον ſecundam cervicis vertebram vocat, quæ turbinatum habet proceſſum denti omnino ſimilem & pyrenoeidē dictum, ideóque ὀδόντα nominat Hippocrates lib.2. Epid.vt ſcribit Gal.lib.de loc.affect. & lib.12. de vſu par. & lib.de oſſib. Qua de re plurima ex Galeno adſcripſimus noſtris in lib.2.Epid.comm.

φυμασίας τε] Hic propriè φυμασίας dicuntur quibus tubercula dura & incocta circa pulmones oboriuntur. In Cois præsagiis scribitur, οἷσι δ' ἐν φλεύμονι φύματα γίνεται, tumores omnes ad inflammationem & suppurationem promptos intelligens. φύματα autem quænam hic dicantur; exponit Gal. lib. de loc. affect. huiusq; loci meminit Com. ad aph. 35. lib. 4. συρροὰς verò humorum dici collectiones & coaceruationes ac tumores Hippocrati solenne est, vt scribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. At Gal. lib. 3. περὶ δυσεν. quod hîc οἱ πόνοι οἱ σωζησις legitur, οἱ ξυῶνοι scribit. A

ἥβη ὃ ἢ ἧσσον βραχύτερα] Sic omnia quidem exemplaria tum scripta tum publicata legunt. βραδύτερα tamen ex Galeno legimus cum cæteris Interpretibus.

ὥσπερ ἢ τοῖσι ὑστέροισι] Sic legit exemplarium pars maxima. Quædam etiam manu scripta νεωτέροισιν habent, quæ secutus est Asulanus codex & quidam Interpretes eadem sanè significatione. Nam & per (alios) ij qui iam adultis opponûtur, intelliguntur, qui iuniores sunt, eaque lectio ex μηχανικῷ pendet.

At quibus ex casu spina in gibbũ curuatur, iis sanè paucis in directũ reducitur. Etenim quæ per scalã fiũt distẽtiones, nihil, quod ego quidẽ nouerim restituerunt. Ea enim potissimùm qui vtũtur medici, qui magnifica quadã de se opinione vulgo fucũ facere studẽt. Nã apud eiusmodi homines ista in admirationẽ vertũtur, si aliquẽ pẽdere, proiici, aut tale quippiã viderint, semperq; ista in vulgus spargũt, neq; præterea quicquã pensi habẽt, nũ quid ex huiusmodi manuum aggressione rectum aut prauũ cõsequatur. Medici tamẽ qui hæc studẽt, quos equidẽ noui, inepti sunt. Ná & cõmentũ vetus est, & equidẽ eũ vehementer laudo qui primus excogitauit, tũ hoc, tũ quoduis aliud inuẽtum secũdũ naturã excogitatũ. Neq; enim diffido, quin, si quis eo probè instructo cõcussionẽ moliatur, nõnulla reduci queãt. Ad huiusmodi tamẽ omnia istã adhibere medelã turpe existimaui, quòd hęc curationis ratio impostores magis deceat. Quibus igitur secundũ ceruicẽ gibbus existit, ij hac distẽtione in caput facta minus iuuari posse vidẽtur. Caput náq; & sũmi humeri propẽdẽtes paruũ pond° efficiũt. Sed hos, si in pedes demissi cõcutiãtur, magis reduci cõsentaneũ est. In eam enim partẽ demissi, maius habẽt propẽsionis momẽtũ. At quib. inferiore parte gibb° est, ij capite demisso cõcuti debere magis videntur. Si quis ergo cõcussione vti volet, eã rectè hũc in modũ instituet. Scalæ scorteos puluinos aut laneos in obliquum substratos, paulò ampliori in latitudinẽ & lõgitudinẽ hinc & inde spatio, quàm quantũ hominis corpus occupat, probè adalligare cõuenit. Post hæc homine super scalã resupinato, tũ pedes quidẽ nõ diductos, iuxta malleolos, vinculo sanè bene firmo, molli tamẽ, ad scalã deuincire oportet. Alligare quoq; supra & infra vtrunq; genu itẽq; circa coxas cõuenit. Ad laterũ autẽ inanitatẽ & pectus, fasciæ laxæ sic circũiiciendæ, vt ne cõcussionẽ prohibeãt. Manus vero ad latera extentæ iuxta corpus ipsum, non ad scalã, demittendæ. Scala ita instructa ad turrim aliquã altã aut dom° fastigiũ attrahẽda. Loc° autẽ super quẽ cõcussio fit renitẽs esto. Qui verò attollũt probè edocti esse debent, vt æqualiter, rectè, & æquabili libramẽto repẽteq; demittãt, quò neq; scala in alterã partẽ propendens, ad terrã deueniat, neq; ipsi proni ferãtur. Ex turri tamẽ aut malo defixo, in quo insint carchesia, commodior demissio fiet, si ex trochlea aut axe funes laxẽtur. Sed fortasse molestus est lõgior de his sermo. Per hũc tamẽ apparatũ maximè quis concuti possit. Quod si superiore admodum parte gibbus extiterit, omninoq; cõcussione op° sit, eã in pedes facere, velut iã dictũ est, expedit. Ita enim mai° eã in partẽ fit propẽsionis momẽtũ. Ac obfirmari quidẽ pect° debet validè ad scalã alligãdo, ceruix vero quàm laxissima fascia, eatenus vt dirigi possit. Ipsumq; caput iuxta frontẽ ad scalã alligãdũ. Man° autẽ porrectæ ad corpus, nõ ad scalam deuinciendæ. Reliquũ tamen corpus solutum esse o-

ὅσιοι δὲ ὀλίγα κατωλίσθησι ῥάχις κυφῶται, ὀλίγα δὴ τούτων ἐκρατή. θη ὥσλε ὀξιθωθῶσαι. ὅτε μὲν γὰρ αἱ ἐν τῇ κλίμακι καὶ ἀπάσεις ὀδὲν ἀπεξίθωσαν ὧν γε ἐγὼ οἶδα. χρέον δὲ γὰρ οἱ ἰητροὶ μάλιστα αὐτῇ, ὅτοι οἱ ὀπιθυμέοντες ἐκχαυνοῦντες πολιὼ ὄχλον. τοῖσι γὰρ τοιούτοισι τοῦτο θαυμασιά ὀστιν, ὡς ἢ κρεμάμενον ἴδωσιν, ἢ ῥιπτούμενον, ἢ ὅσα τοῖσι τοιούτοισιν ἔοικε, καὶ τοῦτο κλπίζοισιν ἀεὶ καὶ ὀκέτι αὐτοῖσι μέλει, ὁκοῖόν τι ἀπέβη ἀπὸ τοῦ χειρισματος, εἴτε κακὸν, εἴτε ἀγαθόν, οἱ μὲν ἰητροὶ οἱ τοιαῦτα ὀπιτηδεύοντες, σκαιοί εἰσιν, ὡς ἔγωγε ἔγνων. τὸ μὲν γὰρ ὀπινόημα ἀρχαῖον. καὶ ἐπαινέω ἔγωγε σφόδρα τοῦτον ὀπινοήσαντα καὶ ὅτε καὶ ὅτῳ πῶς ὅτι μηχάνημα κατὰ φύσιν ἐπενοήθη. ὀδὲν γὰρ μοι ἄλλο λέγουσιν, εἴτις καλῶς σκευάσας καθεσείσθε καὶν ὀξιθωθῶσι ἕνια. ἀλλὰ μὲν δὴ καταμάθοι πόλλα τοιαῦτα ἰητρὸν ὄντα, ὡς ὅτε οὐ τοῖς ἀπαλεώνων μᾶλλον οἱ τοιοῦτοι ξυνοῖσι. ὅσοισι μὲν οὖν ἐγκυος ὁ αὐχένος ἢ κύφωσις γίνη, ἧσσον εἰκὸς ὠφελεῖν τὰς καταπάσιας ταύτας, ταῖς ὅτι κεφαλῇ. μικρὸν γὰρ τὸ βάρος ἡ κεφαλὴ, καὶ τὰ ἀκρώμια καταῤῥέποντα. δηλά τοι γε τοιούτοις εἰκὸς ὅτι τοὺς πόδας καταφαθείας μᾶλλον ὀξιθωθῶσαι. μείζων γὰρ ὅτως ἡ καταῤῥοπὴ ὅτι τὰ τοιαῦτα. ὅσοισι δὲ κατωτέρω τὸ ὕδωμα, ὑστέροισιν εἰκὸς μᾶλλον ὅτι κεφαλῇ καταστείλαι. εἰ δὲ ὅλως ἐξελαφ καλάσειέ, ὀρθῶς ἂν ὧδε σκευάζοι. τὰ κλίμακα χρὴ σκυτίνοισιν ἐν ὑποκεφαλαίοισιν πλαγίοισιν, ἢ ἐρινεοῖσι καταῤῥωσαι δὲ πρόσθεν δὲ μᾶλλον ὀλίγῳ πλέον ἢ ὅτι μῆκος, καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἢ ὅσον αὐτὸ τὸ σῶμα τῶν ἀνθρώπων κατάγοι. ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ὕψηλον κατακλίναι ὅτι τὰ κλίμακα χρὴ. καὶ ἅψασθαι πρόσθεν μὲν τοὺς πόδας πρῶτα τὰ σφυρὰ πρὸς τὴν κλίμακα μὴ ὀξυβεβῶτα, ἐν δεσμῷ δύο χῶ μὲν μηθαμῶ δέ. πρόσθεν δὲ καὶ κατωτέρω ἑκάτερον τῶν γονάτων, καὶ ἀνωτέρω. πρόσθεν δὲ καὶ τὰ ἰξία. καὶ δὲ κενεῶνας καὶ τὸ στῆθος χαλαρῆσι ταινίῃσι πρὸς ἀλλήλας ὅτως ὄχως μὴ κωλύωσι τὴν κατάσχισιν. τὰς δὲ χεῖρας πρὸς τὰς πλευρὰς πρὸς τείναντα πρόσκαταλαβόν πρὸς αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ μὴ πρὸς τὴν κλίμακα. ὅταν δὲ τοῦτο κατασκευάσῃς ὅτως, ἀνήκειν τὴν κλίμακα ἢ πρὸς τύρσιν ἣν ἀψηλὴν, ἢ πρὸς δένδρεον ὑψηλόν. τοῦ χρέιον ἵνα ὄχος κατασείσῃ, ἀνάπτυπον ἔχον. δεῖ δὲ ἀνατείνοντας ὑπαγαγόντας χρὴ εἶ), ὄχως ὁμαλῶς, καὶ καλῶς καὶ ἰσορρόπως καὶ ὀξαπινέως ἀφήσουσι, καὶ μήτε ἡ κλίμαξ ἑτερόῤῥοπος εἰς γλῶ ἀφίξε), μήτε αὖτοι πρόπετέες ἔσον). ἀπὸ μὲν τύρσιος ἀφιεὶς ἢ ἀπὸ ἱστοῦ ἢ κατάπεπηγότος καρχήσιον ἔχοντος, ἐπὶ κάλλιον αὖτις σκευάσαιτο, ὥστε ἀπὸ ξυλίνης τὰ χαλώματα εἶ) ὅπλα, ἢ ἀπὸ ὄιου. ἀνδὲς μᾶλλον καὶ μαχρηγορῆν πρόσεστιν. ὅμως δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν τῶν κατασκευῶν, μάλιστα αὖτις κατασφαλείη. εἰ μὲν μὴ κάρτα αὖω εἴη τὸ ὕδωμα, δέοι δὲ κατασείσαι πρῶτος ὅτι πόδας λυσιτελέσ, ὥσπερ ἤδη εἴρη). πλείων γὰρ ὅτω γίγ ἡ καταῤῥοπὴ ὅτι τοῦτο. ἑρμῆσαι μὲν οὖν καὶ μὴ τὸ στῆθος πρὸς τὴν κλίμακα πρόσθεν τὰ ἰσχυρῶς. καὶ δὲ τὴν αὐχένα, ὡς χαλαρωτάτην ταινίῃ ὅσον τῷ καταρροδοθαι ἕνεκα, καὶ αὐτὸν τὸν κεφαλὴν καὶ τὸ μέτωπον πρόσθεν πρὸς τὴν κλίμακα. τὰς δὲ χεῖρας πρόβλαινύσαντα πρὸς τὸ σῶμα πρόσθεν, μὴ πρὸς τὴν κλίμακα. τὸ μὲν δὴ σῶμα ἄδετον εἶ)

χρὴ,

B C D E F G H

A χρὴ, πλεῖόν ὅσον τῶ καθορθοῦσθαι ἕνεκα, ἄλλη δὲ ἄλλη ταινίη χαλαρῇ περιβεβλῆσθαι. ὅκως ἂν μὴ κωλύωσιν οὗτοι ⓓ δεσμοὶ τὸν καθάψιν, σκληρόν. τὰ δὲ σκέλεα πρὸς μὲν τὸν κλίμακα μὴ πρόσδεδεκται. πρὸς ἄλληλα δέ, ὡς κατὰ τὸν ῥάχιν ἰθύρροπα ἔῃ. ταῦτα μὲν τοι τοιαῦτ' ἔχοντα ποιητέα, εἰ πάντ' ἔστι; δεῖ, σὺν κλίμακι καὶ ἀσφαλῶς ἡ. αἰσχρὸν μὲν τοι ἐν πάσῃ τέχνῃ, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν ἰατρικῇ, πολλοῦ ὄχλον, καὶ πολλοῦ ὄψιν, καὶ πολὺν λόγον προβαλόντα, ἔπειτα μηδὲν ὠφελῆσαι.

B portet, nisi quatenus dirigi queat, alia atque alia parte fascia laxa circundari debet. Sed videndum est, ne huiusmodi vincula concussionem prohibeant. Crura verò non ad scalam quidem, verum inter se alligentur, vt ad spinam è directo propendeant. Atque hæc quidem eo modo paranda sunt, si quis omnino ea quæ per scalam fit concussione opus habet. Turpe autem est, cùm in omni arte, tum verò in arte medendi vel maximè, post multum exhibitum negotium, multum apparatum, multamq; de se excitare opinionem, tandémque nihil opis adferre.

[10] ἐκχαυνοῦσι τὸ πολὺ ὄχλον] ἐκχαυνοῦσι τὸ πολὺ ὄχλον eleganter dicuntur, qui vulgum stulta & inani de se opinione imbuunt ac veluti inflant, sicque eludunt & decipiunt, quomodo qui magnificè populo se venditant, falsáque persuasione ei imponunt & fucum faciunt. Sic enim Erotianus istum mihi locum explicare videtur, cùm ἐκχαυνοῦσι ὀξαπατᾶν & ἀπατεῶνας exponit, & si in eo vitiosi sunt nostri codices. χαυώσαν quoque ἀπάτησιν eleganter eadem penè significatione dicit Aristoph. in Nubib. persuasorium verborum lenocinium, aut aptam ad persuadendum facundiam, qua quis iudicibus imponit, vt iudicium effugiat, aut cum sua eloquentia aduersarij rationes ita eleuat, vt futiles, inanes & molles nullíusque ponderis reddat. Scalæ porrò meminit Oribasius libro de Machinamentis, & Paulus in recenti gibbo machinamenta per scalam aut rectam ægri suspensionem, ridicula esse scribit.

C ἀπὸ τοῦ χρείσιμος] Sic habent omnia exemplaria, tum publicata, tum scripta. Galeni exemplaria χρείσιμος legunt, quod ferri potest, & beneficium aut præsidium significat.

ἐν δετικῷ σώματι] σῶμα δετικὸν σῶμα exponit Galenus, hoc est βαστάζοντα καὶ φέροντα, quòd bene gestet, ferat ac sustineat, hoc est firmiter ac sine compressione, ἀσφαλῶς τε ἅμα & ἀβλίβως. Exemplaria quædam manu scripta, σύσχον, εὐρυχάρδιον καὶ εὐρύχωρον exponunt, ea enim verba in margine habent adscripta, quæ laxum quidem, sed tamen bene firmum vinculum denotant.

καὶ πρὸς τύρσιν] Hic τύρσιν Galenus etiam ex Diocle πύργον exponit. In exegesi verò πύργον & μάλιστα τὸν τοῖς πύργοις. Erotiano autem τύρσις est ex Bacchij sententia σκιὰν ἢ πύργος, ἢ περιοχὴν. Hesychio τύρσις, πύργος, ὕπαλξις, περιοχὴν, exponitur. Suidæ τύρσις est περίβολος τοῦ πύργου, quomodo etiam τεῖχος exponitur Hesychio, si modò vera est lectio, ac non τύρσις potiùs legendum. περίβολος autem, περιοχὴν & ὕπαλξις, muri sunt partes Pollux. Varinus annotat τύρσιν apud Lycophronem & Pindarum τὸ πύργος significare, ὃν πρὸ τοῦ περὶ τὰ προπύλαια εὗρον. In exemplaribus quibusdam scriptis margini apponitur. τύρσις, πύργος, περιοχὴν, quæ glossemata quædam esse videntur ex Hesychio adscripta.

D ἢ πρὸς αἴτωμα οἴκου] Hic αἴτωμα οἴκου domus culmen ac tecti fastigium significat, quod Galenus οἶκον τὸ ὑψηλότατον μέρος & τὰς εἰς ὕψος ἀναστάσεις τῶν ὀροφῶν περιλαμβάνειν explicat. In Exegesi verò, τὸ εἰς ὕψος ἀνατεταμένον τῶν ὀροφῶν ὥσπερ πύργον. Erotianus vero αἴτωμα τοῦ στεγαίου τὸ δῶμα exponit. Idem etiam αἴτωμα & αἰτὸν antiquis significare scribitur, & pro tecti culmine & fastigio sumi. Et Varinus annotat αἰετὸν τὴν οἰκοδομικὴν dici τὸ ἐν ὕψει ὄντες ὅπιες αἴτωμα καλοῦσιν. Et αἰτώματα dici τὰ τῶν ἱερῶν στέγασματα. ἃ πύργους τε καὶ αἴτωμα καλοῦσιν, quod ex Suda sumptum est. Qua notione sumendum est quod scribitur apud Aristoph. ὁ ὄρνις, ταὶ γὰ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψουσα ποὸς αἰετόν. Vbi αἰετὸν τὸ στέγασμα ποὸς αἰτώματα positum scribit Scholiastes, διὰ τὰ ἐν τοῖς ναοῖς αἰτώματα. τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πύρας καὶ αἰετοὺς καλοῦσιν. Scribit quoque Eustathius αἴτωμα & αἰτὸν dici μέσον τῆς ναοῦ, διὰ τὸ ἐοικέναι πύργῳ αἰετός. Hesychio vero αἰτὸς κυμάτιον τὸ ἐν τοῖς γείσοις exponitur, cymatium aut prominentia in suggrundis & imbricibus. Galenus quoque in Comment. αἴτωμα αἰετὸν ex Dioclis Carystij sententia exponit. Sic enim illic legendum videtur. Quod etiam indicat tectum medio culmine in altum sublatum & ad latera supra parietes porrectum ac humiliter demissum, alarum expansarum speciem præ se ferre, eaq; ratione πύργους dici. Sic enim accipiendus & legendus hic locus mihi videtur. οὕτως γὰρ οἱ παλαιοὶ καλέσαι τοῦτο τὸ οἰκίας τὸ μέσης. αἰετὸν δὲ καὶ οἶδε.

E καρχήσιον ἔχοντος] καρχήσιον exponit Galenus in Exegesi τὸν τὸ ἄνω τοῦ ἱστοῦ τόπον ἔχοντα τροχιλίαν. (Sic enim mihi legendum videtur) Athenæus vero lib. 11. διστοιχίαν, καρχήσιον esse scribit τὸν ποδὸς τῷ πλοίῳ τοῦ ἱστοῦ, ex quibus summæ malorum nauticorum partes, quæ rudentes & trochleam excipiunt, intelliguntur. Pollux lib. 1. cap. 9. non satis distinctè scribit τὰ πλευστῶν τοῦ ἱστοῦ τὰ ποδὸς τὴν κεραίαν, ἱλακάτην, θωράκιον, καὶ καρχήσιον. Hesychio καρχήσια dicuntur τὰ κέρατα τὰ ἐπάνω τῆς καταρτου, τῆς πλοίου, καὶ τὰ ἄκρα τῆς ἱστοῦ. Carchesium vertunt interpretes, nos carchesia dicere maluimus, quòd sint carchesia Latinis extrema mali nautici foramina, quæ rudentes excipiunt, vt Lucilius apud Nonium mali carchesia summa dicit, quæ verba hoc modo imitatus videtur Catullus. Lucida qua splendent summi

F carchesia mali. Sunt & Carchesia Bacchi † (Virgilio) pocula. Hic igitur καρχήσιον summam illam mali nautici partem indicat, in quam cochlea cum rudentibus inseritur. At καρχήσιοι dicuntur Galeno in Exegesi, οἱ ἐπὶ τὰ καρχησίου πεπωλημένοι κάλοι, vt & in hoc Comment. Vnde καρχήσιος βρόχος deligaturæ genus dicitur Oribasio lib. de laqueis. tum simplex, tum duplex.

† *Lib. 5. Æneid. & lib. 4. Georg.*

τὸ χαλώμενον ὅπλα] ὅπλα hic dicuntur ex Galeno in Exegesi, κάλοι ἀπὸ στυππίου, ἢ λίνου, ἢ καννάβεως. Erotianus verò hunc locum subindicans Bacchium reprehendit, quòd hic ὅπλα τὰ σύμπηνα χοινίκια intellexerit, cum dicantur ὅπλα κοινῶς τὰ ἐκτεινόμενα διὰ πεπωμένου ὁδὸν ἢ ἱστὸν χοινίκια, quod etiam scribit Galenus postea in hoc Comment. Sed & funis nauticus Homero σπεῖρα τορτὴ dicitur Odyss. ξ. & ὅπλα generaliter instrumenta nautica dicuntur, vt & omnium cæterarum artium. Sic * Pollux ὅπλα τὰ συμπαντα σκεύη ex Xenophon. Œconomico dicuntur, & instrumentis nauticis accommodantur. De quibus etiam † Virgilius, Colligere arma iubet validisque incumbere remis. Sic cerealia arma Æn. 1. & quæ sunt duris agrestibus arma Georg. 1. ex armorum bellicorum translatione dicuntur, quòd arma (vt scribit Seruius) quarumlibet artium instrumenta dicantur. Quod ex Eustathio sumptum videtur qui ὅπλα vocari scribit πάσης τέχνης καὶ ὁπουασοῦν ἐργασίας ἐργαλεῖα. Cæterùm hic ἔνιον ἄξονα ex Galeno diximus. qui & ὀνικοὺς ἄξονας etiam vocari scribit in Exegesi & in his Commentariis, vt & Erotianus quoque.

† *Cap. 9. Lib. 1.* * *Æneid. 5.*

[21] χρὴ δ' πρῶτον μὲν γνώσεσθαι τὸν φύσιν τῆς ῥάχιος οἵη τίς ἐστιν. ἐς πολλὰ γὰρ νοσήματα πρόσδεοι αὐτῆς. τοῦτο μὲν γὰρ ὃ πρὸς τὴν κοιλίην ῥέπον, οἱ σπόνδυλοι αὐτοὺς ἀρτίοι εἰσὶν ἀλλήλοισι καὶ δέδενται πρὸς ἀλλήλους δεσμῷ

H μυξώδεϊ καὶ νευρώδεϊ ἀπὸ χόνδρων ἀποπεφυκότι ἄχρι πρὸς μυελοῦ. ἄλλοι δέ τινες τένοντες νευρώδεες ἀφάντων τοῖσι πρόσθιοι πρόσπεπτανται ἔνθεν καὶ ἔνθεν αὐτῆς. αἱ δὲ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν κοινωνίαι, ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδηλώσονται, ὅσαι τε καὶ οἷαι, καὶ ὅθεν ὁρμηθεῖσαι, καὶ ἐν οἵοισιν οἷα δυνάσονται. αὖτις δὲ ὁ νωτιαῖος οἷόν

Imprimis autem spinæ quidem natura cognoscenda est. Ea nanque ad multos morbos opus fuerit. Etenim qua parte ventrē spectat, ab interiore parte vertebræ inter se sunt æquabiles, ac mucoso & neruoso ligamento inter se deuinctæ, quod à cartilaginibus exortum, ad medullam vsque progreditur. Quidam etiam alij nerui neruosi à summo ad imum in longitudinem protensi adnascuntur, & ab vtraq; parte ad earum latera portiguntur. Venarum verò & arteriarum communitates, quotque & quales sint, & vnde initium ducant, quámque in quibus vim habeant, aliàs declarabuntur. Tum ipsa dorsi meduila quibus

At vbi commissura excidit, decliue in exteriorẽ natis partem deferri solet. Inflectere tamẽ crus, si modo dolor non prohibeat, possunt, tibiaq; & pes ferè recta conspiciuntur, neq; in hanc vel illam partem admodum inclinata. Ad inguen verò, præcipuè etiá si quis locum attingat, caro aliquanto mollior sentitur, præsertim cùm articulus alteram in partem prolapsus sit. Ad nates autem, si quis attrectet, femoris caput aliquantò etiam magis protuberare videtur. Atq; hæ quidem notæ sunt, vbi posteriorem in partem femur elapsum est. Cui ergo iam adulto prolapsum, recõditum non fuerit, is quidem, vbi tempus aliquod interceſſerit, & dolor quieuerit, articulusq; in carne volui assueuerit, ambulare potest: inter ambulandum tamẽ vehementer ad inguina eum inflecti necesse est, idq; duabus de causis, tum quòd ob ante dicta crus multò breuius efficitur, tum etiam quia longè abest vt calce terram cõtingat. Si nanq; vel paululum conetur hoc pede ferri, nulli alteri rei innixus, is vtiq; in posteriorem partem decidet, cùm coxẽdices plurimùm præter pedis ingressum in posteriorem partem eminentes, & spina in coxendices incumbens, magno momento illuc ferantur. Vix autem ima pedis planta cõsistit, ac ne sic quidem, nisi seipse ad inguina incuruarit, prætereaq; alterius cruris poplitem inflectat. Quãdoquidem ita necesse est, vt manu quæ est à parte affecti cruris, superiori femoris parti obiecta, ad quemlibet ingressum firmetur. Quæ res certè efficit, vt ad inguina aliquantulum incuruari cogatur. In alterna enim crurum inter ambulandum vicissitudine, super crure affecto corpus ferri nequit, nisi admota manu crus illud terræ obfirmetur, præsertim cùm articulus corpori non substet, sed ad coxendicem posteriorem in partem promineat. Ij tamen absq; baculo incedere, si aliàs assueuerint, possunt, propterea quòd pedis gressus pristinam directionem seruat, neq; exteriorẽ in partem inclinat. Quocirca conto cui innitantur nihil indigent. Atqui si femoris apprehensi loco, alæ quæ ad crus affectum est subiecto scipioni inniti velint, ij lõgiore quidem supposito scipione, erectiores incedent, pede tamen humi non innituntur. Quòd si pede inniti velint, breuiorem esse baculum oportet, eosq; insuper ad inguina inflecti necesse est. At carnium imminutiones iis etiam pro ratione, velut ante dictum est, contingunt. Quibus enim crus suspensum est & nihil laborant, iis vel maximè imminuuntur, minimum verò, vbi plurimùm ingressu vtũtur. Crus tamen integrum non modò nihil vtilitatis consequitur, verumetiam deformius redditur, si affecto crure ad terram innixi vtantur. Illi enim dum subseruit, tum in exteriorẽ partem coxendicem prominere, tum poplitem inflecti necesse est. Quòd si affecto crure terram non cõtingat, sed eo suspenso scipioni innitatur, eo sanè pacto crus integrũ robustius euadet, cùm & naturaliter habeat, & exercitatione magis corroboretur. Cæterùm hæc ad artem Medicã nihil pertinere dixerit fortasse quispiam. Nimirum quid attinet de his quæ nullam ampliùs curationem admittunt, copiosiorem adhuc doctrinæ sermonẽ facere? Istud verò plurimũ refert. Eadẽ enim notione, cùm ista inter se separari nequeant, cõprehenduntur.

ὅταν ὁ ἐξαρθρήσῃ, καὶ ὁ φορὴς τὸ πέφυκεν ὑπὸ τὸ πυγαίου τὸ ἔξω μέρος. ξυγκάμπτειν μὲν τοι δύναται, ὅταν μὴ ὀδυνῇ κωλύοι. καὶ ἡ κνήμη τε καὶ ὁ ποὺς, ὀρθὰ ὑπὸ ἰσχέως φαίνονται, οὐδὲ οὔτε τῇ οὔτε τῇ πολὺ ἐγκεκλιμένα. χρῇ δὲ ὦ βουβῶνα δοκεῖ τι ἡ ἕξις, λαπαρωτέρη εἶ) ποτὶ χαυόμενη. ἅτε τὸ ἀρθρου ἐὸς τὰ ὑπὸ τὰ ἔσω μέρη ὠλισθηκότος. χρῇ δὲ τὸ αὖθ πυγαίου ἀφανέστερον μέρος ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ, δοκεῖ τι ἔξω κεῖσθαι καὶ μᾶλλον. τὰ μὲν οὖν σημήια ταῦτ, ᾧ αἰ ἐς τὸ ὀπίσθεν ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρός. ὁ τοι μὲν οὖν πεπτελφωμένῳ ἤδη ἐκπεσὼν μὴ ἐμπέσῃ, ὁδοιπορέειν μὲν δύναται, ὅταν ὁ χρόνος ἐγγένηται, καὶ ἡ ὀδυνὴ παύσηται, καὶ ἐθισθῇ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ ἐνεσφᾶσθαι. ἀναγκάζεται μὲν τοι ἰσχυρῶς ξυγκάμπτειν χρῇ τοῦ βουβῶνος ὁδοιπορέων, διὰ διαστάσιος τοσῆσδε. ἅμα μὲν ὅτι πολλῷ βραχύτερον τὸ σκέλος γίνεται, διὰ τὰ τοσειρημένα, καὶ τῇ μὲν τοῦ ἔσω τὸ πόδι πολλῷ δεῖ) χαυόνη τῆς γῆς. ἐὼν γὰρ τοσοῦτο καὶ ἔτι ὀλίζον τὸ ποδὸς ὀχηθῶσαι μηδενὶ ἄλλῳ αὐξησειζόμενος, ἐς τὸ ὀπίσω αἰ πέσοι. ἡ γὰρ ῥοπὴ πολλὴ αὐτῇ ἐὴ τοῦ ἰσχίου ὑπὸ πολὺ ἐὸς τοὐπίσω ἐξεχόμενον ὑπὲρ τὸ ποδὸς τὸ βάσιος, καὶ τὸ ῥάχις ἐς τὰ ἰσχία ῥεπούσης. μᾶλις δὲ τοῦ σκέλεος τοῦ ποδὸς καθικνέεται, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐὼ μὴ κάμψῃ αὐτὸς ἐωυτὸν χρῇ τοῦ βουβῶνος, καὶ τοῦ ἑτέρῳ σκέλεϊ χρῇ πλείονι ὑπιξυγκάμψῃ. ἐπεὰν δὲ τοῦτο ποιῇ ἀναγκάζεται ὥστε τῇ χρείῃ τῇ τὸ σιαροῦ σκέλεος ἐρείδεσθαι ἐς τὸ αὖθ τὸ μηροῦ ἐφ' ἑκάτερα ξυμβάσεϊ. ἀναγκάζει οὖν μιν τοῦτο αὐτὸν ὥστε κάμπτεσθαι χρῇ τοῦ βουβῶνος. ἐν γὰρ τῇ μεταλλαγῇ τῶν σκελέων ἐν τῇ ὁδοιπορείῃ, τὸ δύναται τὸ σῶμα ὀχέεσθαι, ὑπὸ τοῦ σιαροῦ σκέλεος, ἐὶ μὴ τοσεσκατερείδε) τὸ σιαροῦ τοῦτο τὸ γλῶ ἐὸν τὸ χρεὸς, ἅτε τοῦ χύφεσῶτος τοῦ ἄρθρου ἐὸν τοῦ σώματος, ἀλλ' ἐς τὸ ὄπισθεν ἐξεσῶτος χρῇ τὸ ἰσχίου. αὐτὸν μὲν τοι τὸν ξύλον δύναται) ὁδοιπορέειν ὦ ῥιοῦσι, ὡὶ ἀγῶνος ἐνιστῶσιν, ὅτι τῶν οὗτοι ἡ βάσις τοῦ ποδὸς χρῇ τὸ ἀρχαίου ἰθυωρίου ἐστὶν, ἀλλ' οὐκ ἐὸς τὸ ἔξω ἐγκεκλιμένη. διὰ τοῦτο οὖν οὐδὲν δέονται τῆς αὐλικῆς τοιαύτης. ὅσοι μὲν τοι βάλλονται αὐτὴν τοῦ μηροῦ ὑπολαβόντες ὑπὸ τὸ μαχάλιον τὸ χρῇ τὸ σιαροῦ σκέλος ὑποθέμενοι σκίπωνα αὐτερείδειν, κρῖνοι ὡὶ μὲν μακρότερον τὸ σκίπωνα ὑποθέντες, ὀρθότεροι μὲν ὁδοιπορήσεσι. τῷ δὲ ποδὶ τοῦτο τὸ γλῶ οὐκ ἐρείδονται. ἐὶ δ' αὖ βούλοιντο ἐρείδεσθαι τῷ ποδὶ, βραχύτερον μὲν τὸ ξύλον ποιητέον. χρῇ ὁ τοῦ βαβῶνας ὑπιξυκάμπτεσθαι αἰ δέοι αὐτὸν τὸ ὑγιὲς αἰ μινυθήσιες χρῇ λάγον γίνονται καὶ τούτοισιν. ὥσπερ καὶ τοσῆσδεν εἴρηται. τοῖσι μὲν γὰρ μετέωρον ἔχουσι τὸ σκέλος καὶ μηδὲν παλαιπωρέουσιν, τούτοισι καὶ μάλιστα μινύθησι. ἐὶ δ' αἰ πλείστα χρόνον τῇ ὑπιβάσεϊ, τούτοισι ἥκιστα μινύθουσι. τὸ μὲν τοι ὑγιὲς σκέλος οὐκ ὠφελέεται, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἀρθμιωτέρον γίνεται, ἐὼ χρόνον τῷ σιαρῷ σκέλεϊ ὑπὸ τὸ γλῶ. σιωυπουργέον γὰρ ἐκείνῳ ὀξίζων τε αὐαλκάζεται ἐὼν καὶ χρῇ τὸ ἰσχίου ξυγκάμπτειν. ἐὼ δὲ μὴ τοσεσχρέηται τῷ σιαρῷ ὑπὸ τὸ γλῶ ἄλλα μετέωρον ἔχων, σκίπωνι αὐτερείδηται. οὕτω δὲ καρτερὸν γλῶται τὸ ὑγιὲς σκέλος, ἔντε γὰρ τῇ φύσῃ ἀφιγμένον καὶ τὰ γυμνάσια τοσεσκευωρέα αὐτό. φαίη μὲν οὖν αἰ τὶς ἔξω ἐπιτεχνᾶσθαι τὰ τοιαῦτα εἶ). τί γὰρ δεῖται ὧδε τῶν ἤδη αὐτοῖσιν ἐόντων ἐὶ τοσεσκευάσεος; πολλοῦ γ' ὧδε οὕτως ἔχειν. τῆς γὰρ αὐτῆς γνώμης καὶ ταῦτα ξυνιέναι, οὐ γὰρ οἷόν τε ἀποδεικνυμένων ἀπ' ἀλλήλων.

ὧδε μὲν

δεῖ μὲν γὰρ τὰ ἄκεστα μηχανᾶσθαι ὅπως μὴ ἀνήκεστά ἐστι, ξυνιέντα ὅσῳ αἱ μάλιστα κωλυτέα εἰς τὸ ἀνήκεστον ἐλθεῖν. δεῖ δὲ τὰ ἀνήκεστα ξυνιέναι, ὡς μὴ μάλιστα λυμήνηται. τὰ δὲ προῤῥήματα καὶ προγνωστικὰ ἀπὸ τοῦ διαγινώσκειν ὅσῳ ἕκαστον, καὶ οἷος, καὶ ὁπότε τελευτήσει, ἵν' τε εἰς τὸ ἄκεστον τρέπηται, ἵν' τε εἰς τὸ ἀνήκεστον. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐκ ῥιζῆς, ἢ καὶ ἄλλως ἐκ αὐξήσεος ἐοῦσιν, οὕτως ὀλισθῇ τὰ ἄρθρα ὀπίσω καὶ μὴ ἐμπέσῃ, ἵν' τε βίῃ ὀλισθῇ, ἵν' τε καὶ ἀπὸ νόσου. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα ἐξαρθρήματα γίνεται ἐν νούσοισιν. οἷαι δὲ λύσεις εἰσὶν αἱ νοῦσοι ἐν ἧσιν ἐξαρθρέεται τὰ τοιαῦτα, ὕστερον γεγράφεται. ἵν' μὲν οὖν ἐκτὸς αἱ μὴ ἐμπέσοι, τὸ μὲν μηρικὸν ὀστέον βραχὺ γίνεται. καικοῦται δὲ πρῶτον τὸ σκέλος καὶ αὐαυξέστερον γίνεται. καὶ ἀσθενέστερον πολλῷ, διὰ τὸ μηδὲν προσχρᾶσθαι αὐτῷ. καικοῦται γὰρ τοῦτοισι καὶ ὁ κνήμη τοῦ ἰγνύου ἄρθρου. τὰ γὰρ νεῦρα ἐντεταμένα γίνεται διὰ τὰ προτέρω εἰρημένα. διὰ οὐ δυνάμενα ὁ κνήμη ἰγνύου ἄρθρου ἐκτεῖναι οἷόν τε ἦν ἐκπέσῃ. ὡς γὰρ ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, πρῶτα τὰ ἐν τῷ σώματι ἀκόσα ὅτι χρῆσιν γίνεται, χρεομένοισι μὲν μέτεισι καὶ γυμναζομένοισιν ἐν τῇσι παλαιστρικῇσιν ἐν ἧσιν ἕκαστα εἴληχε, οὕτω μὲν ὑγιείνα, καὶ αὔξιμα, καὶ εὔχροα γίνεται. μὴ χρεομένοισι δ' ἀλλ' ἐλλιπνύουσι νοσηρότερα γίνεται, καὶ αὐαυξέα, καὶ καχροᾶ. ἐν δὲ τούτοισιν ἧσσα ἥκιστα τὰ ἄρθρα τῶν πεπόηται καὶ τὰ νεῦρα, ἵν' μή τις αὐτοῖσι χρέηται. καικοῦται οὖν διὰ ταῦτα καὶ προφάσιας μὲν ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τὰ ὀλισθήματα ἢ ἐν τοῖσιν ἀγῶσιν. ὅλον γὰρ τὸ σκέλος αὐαυξὲς γίνεται, καὶ τῇ ἀπὸ τοῦ ὀστέου φύσῃ, καὶ τῇ ἀπὸ τοῦ σαρκός, ⓐ οὕτω τοιοῦτοι ὀχετὸν αἱμάτων μετέωρον καὶ συγκεκλιμένον τὸ σκέλος ἴσχουσιν, ὅτι ἢ τὸ ἕτερον ἐκλέονται καὶ ὦ ξύλῳ ἀμφιεπιζόμενοι, ⓐ μὲν, ἐνί, ⓐ ἢ δυσίν.

Danda siquidem opera est, ne quæ curationem admittere possunt, incurabilia euadant, prospicientes quanam potissimum ratione prohibeamus, quò minùs eò deueniant, vt incurabilia reddantur. Quæ verò nullam curationem admittunt, prospicere etiá oportet ne maximè noxia efficiantur. Prædictiones autem splendidæ & laude dignæ ex eo existũt, quòd dignoscimus quonam, & quanam ratione, aut quando, res quæque exitum habitura sit, siue eò tendat vt curationem recipiat, siue curationis spem adimat. At quibus vel à primo ortu, vel alioqui dum adhuc augentur, articulus hoc modo in posteriorem partem prolapsus, ac minimè reconditus fuerit, siue per vim, siue per morbum hic casus inciderit (multę nanque luxationes huiusmodi per morbos fiunt, quibusnam verò in morbis ista contingant paulò post scribetur.) Si prolapsus igitur articulus restitutus non fuerit, os femoris breue quidem redditur, crus autem vniuersũ, eò quòd nulli sit vsui, vitiatur & incremẽto destituitur, longeq; gracilius euadit, quòd nihil ad vsum cedat. In iis etiam poplitis articulus vitium sentit. Nerui nanq; ex prædictis causis intenduntur. Ideò neque poplitis articulum extendere possunt quibus hunc in modum coxa elapsa sit. Quæcunq; enim (vt breuiter dicam) corpori vsum aliquem præstant, ea si quis in eo laboris genere quod cuiq; est consuetum, moderatè exerceat, hac quidem parte bene valent, augentur & ad maturam senectutem perueniunt: sin contra otientur neq; in vsum veniãt, morbis patent, incremento priuantur, celeriterq; consenescunt. Inter quæ maximè id articuli & nerui sentiunt, si in vsionem non veniant. His igitur de causis hoc in luxationis genere, maiorem quàm in cæteris noxiam accipiunt. Crus nanq; totum, tum quòd ad ossium, tum quod ad carnium naturam spectat, incremento destituitur. Ij ergo vbi in viros euaserunt, crus suspẽsum & inclinatum habentes, super altero, baculo vno, aut etiam altero innixi, feruntur.

[29] ἀλλ' ἥκιστα τῷ ἐκ παλαιοῦ] Hæc est codicum omnium lectio, quam etiam ex pluralitate secutus sum, vt sensus sit, hos multo minus crus extendere, quàm quibus vitium inueterauerit, quòd ij inguinis & poplitis articulum magis extendere queant, vbi ex inueterata luxatione callus & lentor quidam ea parte contractus fuerit, qui distentionem doloris expertem faciat, vt scribitur postea. Quod etiã verum est, melior tamen mihi videtur lectio, ἀλλ' ἥκιστα τῷ ἐκπαλαισίων, aut ἢ τὸ ἐκπαλαισίων aut ἐκπαλαισίων hoc est, ἐξαρθρήσεων, hac notione, vt ex omnibus femoris luxationibus, ij præcipuè quibus in posteriorem partem procidit, minimè inguinis ac poplitis articulum extendere queant. Quod sanè vt est rationi consentaneum, eam etiam lectionem sequitur Galenus libr. 6. de loc. affect. hoc modo: ἀλλ' ἥκιστα τῷ ἐκπαλαισίων, οἷοι ἐκτεννύουσι καὶ τὸ κῶλον ἢ βυσσῶνα, καὶ τὸ κῶλον πρὸς ἰγνύου ἄρθρου, Vbi tamen Interpres vsitatam & vulgatam codicum lectionem secutus est, alio tamen sensu. Hanc verò femoris in posteriora luxationem sic exprimit Celsus. Sed & si in posteriorem (prolapsum est) extendi non potest crus, breuiusque est, vbi consistit, calx quoq; terram non contingit. Paulus verò: οἱ δ' ὅτι τὰ ὀπίσω ἐξαρθρήσαντες, ἐκ ἐκτεννύουσι πρὸς ἰγνύαν, οὔτε τὸ γόνυ. ὅτε δ' ὀπισθοκάμψωσι, καὶ τοῖσδε τὸ σκέλος βραχύτερον, ὁ βυσσὸν λοχαρώτερες φαίνεται. καὶ κῶλον τὸ πυγαῖον ἐκκεφαλὲ τοῦ μηροῦ ἀξεσπασμένον.

καὶ κῶλον τοῦ ὑστέρου πάσας] In vteri peruersionibus, vterus huc & illuc oberrare videtur, ideoq; veteribus & Platoni in Timæo animatus creditur, eumq; ζῷον ἐπιθυμητικὸν τέκνων ἐστὶ τὸ πωδοποιίας, καὶ πλανώμενον παντὶ κῶλον τὸ σῶμα, vocat. Qua de re agit Galenus lib. 6. de loc. affect. vbi & hunc locum integrum exponit.

λαπαρωτέρη ἔῃ] λοχαρωτέρη legisse videtur Paulus, qua dictione inguen non distentum nec plenum, sed vacuum significat, quod ὀγκώδει opponitur, ad quod etiam τὸ λαπαρὸν consequitur.

ἵν' γὰρ πιεσθῇ] Sic omnia habent publicata exemplaria. Manu scripta autem πειρήσαιτο legunt, quemadmodum dixit Homerus Il. β. (v. 73.) πειρήσομαι δ' ἐγὼν ὔποιν πειρήσομαι ἠδὲ καὶ ἄλλους.

[30] Οἷσι δὲ αἱ ἐς τὸν μηρὸν ἐξεθεν ἡ κεφαλὴ μηροῦ ἐκπέσῃ. ὀλίγοισι δὲ τοῦτο γίνεται. οὗτοι ἐκτεννύειν μὲν τὸ σκέλος δυνάμενοι τελείως ξυγκάμπειν δὲ ἧκιστα οὗτοι δυνάμενοι τὰ κῶλα ⓦ βυσσῶνα, πονέουσι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ κῶλον ἀναγκάζοντες ξυγκάμπτειν. μῆκος δὲ τοῦ σκέλους βραχύτερον φαίνεται τοῦ μὲν κῶλου τῷ ἑτέρῳ καὶ πόδος. ἄκρος δὲ ὁ πρὸς ἧσσον ἐστὶ προκύπτων ἐθέλοι ἐς τὸν μηρὸν ἐξεθεν. ὅλον δὲ τὸ σκέλος ἔχει τὸν ἰδιωτικὸν κῶλον τὸν φύσιν, καὶ οὔτε τῇ, ὅτε τῇ ῥέπει. ὀδυνᾶνται δὲ αὐτίκα οὗτοι μάλιστα, καὶ οὖρον ἐκτὸς τὸ πρῶτον μᾶλλόν τι ἢ τοῖσιν ἄλλοισιν ἐξαρθρήμασι.

At quibus priorem in partem femoris caput prolapsum est (quod paucis contingit) ij perfectè quidem crus extendere possunt, incuruari verò ad inguen minimè. Quin & laborant si poplitem inflectere cogantur. Crus verò lõgitudine æquale cõspicitur; idq; ad calcem maximè. Sed pes summus minùs aliquanto in anteriorem partem propendere potest. Crus autem vniuersum naturalem rectitudinem seruat, neque in hanc vel illam partem tendit. Dolore quoque ij statim præcipuè afficiuntur, vrinaq; imprimis potiùs quàm aliis in luxationibus supprimitur.

In his enim femoris caput proximè ad insignes neruos incumbit,& ad inguen quidē intumescūt,isq; locus contentus cōspicitur,ad nates autē in rugas magis contractus & summè gracilis. Atq; hæ quidem dictæ sunt notæ eorum quibus hunc in modum femur prolapsum est. Quibus igitur iā adultis, articulus hic elapsus reconditus non fuerit,ij vbi dolor cōquieuerit & articulus eo in loco in quem excidit verti assueuerit,protinus ferè erecti absq; baculo ingredi possunt,idq; admodū erecti, nimirū cùm affectum crus neq; ad inguen , neque ad poplitem facilè incuruare queant. Ideoq; quòd ad inguen flecti nequeant, toto crure ad ingressum magis erecto,quàm cùm valebāt, vtuntur. Interdumq; pedem per terram trahūt,vt qui superiores articulos non facilè inflectāt, & toto pede inambulent. Neq; enim minùs hi calce quá anteriore pedis parte incedūt. Quòd si multū progredi possent,vel planè calci insisterēt. Nam & bene valentes quo longiùs iter faciendo procedunt,hoc magis calci insistūt,pede vno defixo alterū attollentes. Quib. ergo hoc modo luxatio contigit, ij magis adhuc calce quàm pedis parte anteriore impingūt. Pedis enim pars anterior,cùm crus reliquum extentū est,non æquè ac si inflexum fuerit,in priorem partem flecti potest. Neq; contra pes simus reddi potest crure inclinato,velut extento. At crus quidem cùm bene valet, quomodo diximus à natura cōstitutum est. Cùm verò prolapsus articulus repositus non fuerit,ob cōmemoratas causas,velut dictum est inambulāt. Ad nates tamen & carnosam tibiæ posteriorem partem,atq; è regione posterioris partis , crus altero gracilius redditur. At quibus tenella adhuc ætate sic luxatus articulus recōditus nō fuerit,vel à prima origine id cōtigerit,iis quoq; femoris os aliquanto magis quā tibiæ aut pedis imminuitur. Et minimùm quidem in hoc luxationis genere femur imminuitur. Carnes tamen omni ex parte,præsertimq; ex posteriore regione imminuuntur,velut iam supra dictū est. Qui ergo rectè educati fuerint,ij dum augentur,crure quidē, etsi altero aliquantum breuiore, vti possunt, baculo tamen qua parte crus læsum est,innitentes. Neq; enim absq; calce ĩnam plantam ad vsum demittere admodum queunt,quod in aliis claudicationibus quibusdam licet. Cuius rei ea causa est quā paulò antè retulimus. Iccirco igitur baculo insuper indigent. At qui neglecti fuerint,neq; crus in terram demittunt, sed suspēsum habent, iis ossa quidē quòd ad incrementū attinet,potiùs quàm iis qui eo vtuntur,imminuūtur,carnes verò multò etiam magis. Circa articulos autem, quòd ad directionem spectat,crure ij aliquáto magis capti sunt,quàm quibus aliter luxatio contigerit.

ἐγκεῖσθαι γὰρ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐγγυτάτω τούτοισι τῶν ἔνδον A
τῶν ὀπισθίων. ἔνθα καὶ μάλιστα ὄγκος ἐστὶν ἐπιφανὴς καὶ τόπος
ἐντεταμένος ὁρᾶται, καὶ ἰσχνότατος ὁ μηρός. ἔνθα μὲν οὖν σημήια
ταῦτα ἐστὶν, ἐξ ὧν ἄν τις γνοίη τὸν μηρὸν ἐκπεπτωκότα. ὅσοισι μὲν οὖν ἂν ἤδη ἰω-
δρωμένοισι τὸ ἄρθρον ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ, ἤν τε ὀρθὰ
τὰ σκέλεα ἔχωσιν ἡ ὀδύνη παύσῃ, καὶ τὸ ἄρθρον ἐλαφρὴν ἐν τῷ B
χωρίῳ τούτῳ στρέφηται, ἵνα ἐξέπεσεν, ἤν τε δύνωνται ἐφεδὸν
βαδίζειν ὀρθοὶ ὁδοιπορέοντα αὐθημερόν, καὶ πόνου μὲν τι βάρεος.
ὅτι δὲ σιναρὸν ἄτε ἤν τε χεὶρ τὸ βραχίονα βιαιότερον ἐόντες,
ἤν τε τὸ ἰγνύον. ὅμοιον δὲ τούτῳ τὸ βραχίονος τὸ ἀνωτάτω βα-
θυτέρῳ ὅλῳ τῷ σκέλεϊ ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ χρέον), ἢν ὅτε ὑγιαί-
νον. καὶ σύριγγες ἐνίοτε περὶ τὸ μηρὸν τὸ πόδα, ἄτε ῥηϊδίως C
ἐξελκόμπουσαι ἐπὶ αὐτὸ ἄρθρα, καὶ ἄτε πόνῳ βαίνοντες
ἐπὶ ποδί. ὅθεν γὰρ ἧσσον τὴν πέρνην ἤν τε βαίνωσι, ἢ ἐπ' ἔμπροσ-
θεν. εἰ δέ γε ἡδυπαθὲς μέγα προβαίνῃ, καὶ πόνου πέρ-
νοβάταγες. καὶ γὰρ ὑγιαίνοντες ὅσῳ αἰεὶ μέζον προβαί-
νοντες ὁδοιπορέουσι, τοσούτῳ μᾶλλον πέρνοβάταγες εἰσὶν, μι-
γέντες τὸ πόδα. αἴρουσι γὰρ τὸ σκαμμόνιον. ὁκόσοισι δ' ἤν ἄνω
ἐκπεπτωκὼς καὶ ἔλαττον, τῇ πέρνῃ προσεστήκασιν, ἢ τὸ
ἔμπροσθεν. τὸ γὰρ ἔμπροσθεν τοῦ ποδὸς, ὅταν σκεπαμόνιον D
ἔῃ τὸ σκέλος, ὑπὸ ὁμοίως δυνάμενον ἐς τὸ πρόσω καμπυ-
λέεσθαι, ὥσπερ ὅταν ξυγκεκαμμένον ἔῃ τὸ σκέλος. ὅτε δ' αὖ
σιμοῦσθαι δυνάμενον ὑπὸ τοῦ ξυγκεκλιμένου τὸ σκέλεος, ἕως
ὅταν σκεπαμόνιον ἔῃ τὸ σκέλος, ὑγιαίνῃ τά τε οὖν ἡ φύσις
ἔστω πέφυκεν, ὥσπερ εἴρηται. ὅταν δ' ἐκπέσῃ μὴ ἐκπε-
σὸν τὸ ἄρθρον, οὕτως ὁδοιπορέουσιν ὡς εἴρηται, διὰ τὰς
προσφάσιας ταύτας τὰς εἰρημένας. ἀσθενέστερον μέν τι τὸ
σκέλος ἕτερου γίνεται, κατά τε τὸ πυγαῖον, κατά τε γα- E
στροκνημίην, καὶ τὸ ἔμπροσθεν ἰσχνόν. οἷσι δ' ἂν νηπίοισιν
ἐξέλθῃσι τὸ ἄρθρον οὕτως ὀλιγάκτινον μὴ ἐμπέσῃ, ἢν μὴ ἐκ
βλεφῆς οὕτω γένηται, καὶ τούτοισι τὸ τοῦ μηροῦ ὀστέον μᾶλλον
τι μινύθει, ἢ τὰ τοῦ κνήμης, καὶ τὰ τοῦ ποδός. ἧκιστα μὲν ἐν τού-
τῳ τῷ εἴδεϊ τοῦ ὀλισθήματος ὁ μηρὸς μειοῦται. μινύθου-
σι μὲν οἱ σάρκες πάντη, μᾶλιστα δὲ τὰ ἔμπροσθεν ἰσχνόν, F
ὥσπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εἴρηται. ὅσοι μὲν οὖν ὑπολωβῶσιν
ὀρθῶς, ὅτοι μὲν δύνανται προσορρέσσειν τῷ σκέλεϊ αὐξανό-
μενοι, βραχύτερον μέν τι ἴσως τοῦ ἑτέρου ἔσονται. ἧσσον δὲ ἐρει-
δόμενοι ξύλῳ· ὅτι γὰρ ἧσσον τὸ σιναρὸν σκέλος. ὁ γὰρ καρπὸς
δύνανται αὐτοῦ τῷ ἐρείδεσθαι τῷ σφυρῷ τοῦ ποδὸς χρέεσθαι, ὑπο-
καθέντες ὥσπερ ἐν ἑτοίμοις χωλεύμασιν ἔνιοι δύνανται.
αἴτιον δὲ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸ ὀλίζῳ προσθεν εἰρημένον. G
διὰ ταῦτα τοῦτο προσδέονται ξύλου. ὅσοι δ' ἂν κυλα-

λεηθῶσι καὶ μηδὲν χρέονται ὑπὸ τοῦ γόνυ τῷ σκέλεϊ. ἀλλὰ μετέωρον ἔχουσι [illegible] μινύθουσι μὲν αἱ σάρκες ἐς αὔξησιν μᾶλλον, ἢ
τοῖσι χρεομένοισι, μινύθουσι δὲ αἱ σάρκες πολὺ μᾶλλον ἢ τοῖσι χρεομένοι[illegible] καὶ τὰ ἄρθρα ἐς τὸ βάθος προσθεν τούτοισι τὸ
σκέλος μᾶλλον τι, ἢ οἷσιν αὖ ἧσσον ἐκπεπτώκῃ.

30 οἷσι δ' αὖ ἐς τέμπροσθεν] Celsus istud his verbis exprimit. Si in priorem partem (femur prolapsum est) crus extensum est, implicariq́ue non potest,alteri cruri ad calcem par est,sed ima planta minùs in partem inclinatur, doloriq; in hoc casu præcipuus est, & maximè vrina supprimitur. Paulus verò, οἷς δ' ὡς ὀπὶ τὰ ἔμπροσθεν ἐκτέτακται τὸ γόνυ τῆς κνήμης καὶ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς ἀνέχεται, ἐκπεσὸν τὸ ἄρθρον τοῦτο τὰ ἐπὶ τὰ ὀπίσω μᾶλλον ἐκπίπτει. καὶ ὁ μὲν βουβὼν ἔξω κάτεισι. τὸ δὲ πυγαῖον ῥηγνύμενον τε καὶ ἀσαπὲν ταλανοῖ, καὶ πληρουμένων ἐν τῇ περίᾳ. H
Sic enim mihi locus legendus videtur. Quibus in verbis etiã προσκόπτειν ferri rectè potest, προσκύπτειν tamen ex Hippocrate legi debere suspicor. Ij nanq; poplitem inclinare aut demittere ad interiora inter ambulandum nequeunt,quod de summo pede dixit Hippocrates,qui ad interiora inclinari,nisi genu curuetur,nequit.

σολιδωδέστερον] σολιδωδέστερον, ῥυσότερον Galenus in Exegesi explicat,hunc locum subnotans,in rugas & plicas magis contractum,aut rugosius. Sic Paulus, πυγαῖον ῥυσόν scribit. Sic quoq; στολιδώδες μέτωπον & ἕλκος Medicis dicitur ῥυπῶδες, vt & Martialis dixit, Rugosiorem cum stola frontem geras. Et κονδυλώματα σολιδωδέα ἐπανασάσθαι in ano Paulo dicuntur. Et δακτύλιος στολιδώδης Aëtio ὅπου σωισαμίδας ἔχει ῥυπάδας. In Mochlico hunc locum exprimens Hippocrates, τὰ ὄπισθεν σολιδώδεις scribit.

καὶ ἄτε πατὴ βαίνοντες πρὸ ποδί] Toto pede inambulare dicuntur qui totum pedem in terram demittunt,eoq; toto innituntur , tum calce,

A calce,tum ima planta,& digitis,quod Celsus totum pedem esse dixit. Sic enim hunc locum exprimit. Vbi cum dolore inflammatio quieuit,commodè ingrediuntur, totusque eorum pes est.

τὴ πλέρη σεσηλχειτθωιν ἢ τὸ ἐμασσθεν] ἢ τὸ ἐμασσθεν (vt priùs) legisse videntur omnes interpretes,quos etiam secuti sumus , etsi vulgatam lectionem retinent omnia exemplaria,tum publicata,tum manu scripta.

ἐς τὸ σρόσω καμπυλέως] καμπυλέως videtur legisse Erotianus, & κάμπλως exponit,vt & σρόσω ἐμασσθεν , vt sit σρόσω καμπυλέως, in anteriorem partem pedem flecti,incuruari & deprimi.

ΩΣ μὲν οὖν ἐν κεφαλαίῳ εἰρέσθαι, τὰ ἄρθρα τὰ ἐκπίπτοντα καὶ τὰ ὀλισθαίνοντα αἰσίως αὖτα ἑαυτοῖσιν ἐκπίπτει καὶ ὀλισθάνει , ἄλλοτε μὲν πολὺ πλείονα, ἄλλοτε δὲ πολὺ ἐλάσσονα. καὶ οἵσι μὲν πολὺ πλεῖον ὀλισθῇ τι ἐκπέσῃ , χαλεπώτερα ἐκβάλλει τὸ ὑπεπτωκός. καὶ ἰσχὺς μὴ ἐμβιβασθῇ μείζους καὶ ὑπολελειμμένας τὰς πιρώσιας καὶ κακώσιας ἴσχει τὰ τιτρωμένα , καὶ ὀστέων, καὶ σφυρῶν, καὶ σημάτων. ὅταν δὲ μεῖον ἐκπέσῃ καὶ ὀλισθῇ, ῥᾴδιον μὲν ἐμβάλλειν τὰ τιτρωμένα τοῖς ὀστέοις ἤρτηται. ἰσχὺς δὲ καταπορηθῇ ἢ ἀμεληθῇ ἐμπεσεῖν, μείους καὶ ἀσινέστεραι αἱ πιρώσιες γίνονται τούτοισιν, ἢ οἷσιν ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἄρθρα καὶ πάνυ πολὺ διαφέρει ἐς τὸ ὅτε μὲν μεῖον , ὅτε δὲ μεῖζον τὸ ὀλίσθημα ποιέεσθαι. μηροῦ δὲ καὶ βραχίονος κεφαλαὶ σφαιροειδέσταται ὀλισθαίνουσιν αὐτὴ ἑαυτῆ ἑκατέρη. ἅτε γὰρ ἐσγλύλαι μὲν αἱ κεφαλαὶ ἐοῦσαι ἁπλοῦν τὸν ἐσγλύλωσιν καὶ φαλαχρὸν ἔχουσι. κυκλοτερέες δὲ αἱ κοιλίαι ἐοῦσαι αἱ δεχόμεναι τὰς κεφαλάς, ἁρμόζουσαι δὲ τῇσι κεφαλῇσι. διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν αὐτῇσι τὸ ἥμισυ ἐκτρίβεσθαι τῶν ἄρθρου. ὀλισθαίνει γὰρ αὖ διὰ τοῦ σφιγγείου ἢ ἐς τὸ ἔξω , ἢ ἐς τὸ ἔσω. σφίγγος δέ ἐστιν, ὁκόταν ὁ λόγος ᾖσι, ἐκπίπτουσι τέλεως ἤδη, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ ἐκπίπτουσιν. ὄκωσι δὲ καὶ ταῦτα ὅτε μὲν πλείω ἀποσπᾶται ἀπὸ τῆς φύσεως , ὅτε δὲ ἔλασσον. μᾶλλον δὲ ἢ μηρὸς τῶν βραχίονος πέπονθεν. ἐπεὶ ἔνια καὶ τῶν ἐκ γλυφῆς γινομένων ὀλισθημάτων ἰῶ μικρόν. ὀλισθῇ, οἷά τε ἐς τοῦ φύσιν ἄγεσθαι καὶ μάλιστα σφόδρα τὰ τῶν ποδὸς ἄρθρα. ὁκόσοι ἐκ γλυφῆς κυλλοὶ γίνονται, τὰ πλάσια τούτων ἰήσιμα ὅσιν, ἰῶ μὴ σφόδρα μεγάλη ἡ ἔγκλισις ᾖσι, ἢ καὶ σφαιρώσεων γεγενόσθων ἤδη παιδίων ξυμβῇ, ἄριστον μὲν οὖν ὡς τάχιστα ἰητρεῖόν τὰ τιτρωτὰ, πρὶν σφόδρα μεγάλου τοῦ ἔνδειαν τοῦ ὀστέων τοῦ ἐν τοῦ ποδὶ γλυφάσθαι. πρίν τε σφόδρα μεγάλου τοῦ ἔνδειαν τοῦ σφυροῦ τοῦ κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἶναι. τόπος μὲν οὖν κυλλώσιος οὐκ εἷς , ἀλλὰ πλείονες. τὰ πλεῖστα μὲν οὖν ἐξηυρημένα σφόδρα πᾶσιν , ἀλλὰ δι' ἕνος σήματος ἔν τινι ἀπολήγῃ τοῦ ποδὸς κεκυλλωμένα. σφοστέχειν δὲ τῇ ἰητρείῃ τοῖσι δὲ χρή. ἀπτᾶσθαι μὲν καὶ καταρτοῦν τῆς κνήμης τὸ κατὰ τὸ σφυρὸν ὀστέον , τὸ ἔξωθεν ἐς τὸ ἔσω μέρος , ἀπτᾶσθαι δὲ ἐς τὸ ἔξω μέρος τὸ τῆς σφύρης τὸ κατ' αὐτιοῦ τοῦ ἴχνι , ὅκως ἀλλήλοις ἁπτωτήσῃ τὰ ὀστέα τὰ ἐξέχοντα. καταὶ μέσον δὲ καὶ πλάγιον τὸν πόδα. δεῖν δ' αὖ δακτύλους ἀμφοτέρους ἔξω τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐς τὸ ἔσω μέρος ἐγκλίνειν, καὶ σφόδρα ἀναγκάζειν οὕτως. ὑπτιοῦν δὲ χρωτὶ ἐρρινωμένῃ δεῖ, καὶ σπληνέσι, καὶ ὀθονίοισι μαλθακοῖσι μὴ ὀλίγοισι μὴ δὲ ἄγαν πιέζοντα. οὕτω δὲ τὰς σφιαγωγὰς ποιέεσθαι τῆς ὑπτιάσιος ὥσπερ καὶ τῇσι χερσὶν ἡ καταρτωσις ἰῶ τοῦ ποδός. ὅκως ὁ ποὺς ὀλίγον μᾶλλον ἐς τὸ βλασιὸν ῥέπον φαίνηται. ἴσχος δὲ μὴ ποιέεσθαι , ἢ δέρματος μὴ ἄγαν σκληροῦ ἢ μολυβδίνου. σφοστιθεῖν δὲ , μὴ σφοὸς ἰσχνὰ ὑγιέντα , ἀλλ' ὅταν ἤδη τοῖσιν ὑγιαίνουσι ὀθονίοισι μέλλῃς ὑπτιάζειν.

In summa igitur, articuli qui prolabuntur & luxantur, non eodem semper modo excidunt & luxãtur, sed interdum quidem longè ampliùs, interdum verò multò minùs. Et qui quidem longè ampliùs luxantur aut excidunt , maiore molestia in totum reconduntur,ac nisi reponantur,in his ossa,carnes corporis habitus & magis ac manifestiùs debilitantur & deprauantur. At vbi minùs prolabuntur & luxantur, hæc quidem ossa facilius reconduntur, cumque frustra tentata aut neglecta repositio fuerit, iis minores magisque innoxiæ, quàm quibus paulò antè dictum est, debilitates contingunt. Atque in reliquis quidem articulis per sanè multum interest , maiórne interdum an minor luxatio fiat. Verùm tum femoris tum brachij capita,quàm simillimas inter se vtraque luxationes patiuntur. Cùm namque rotunda sint, simplicem ac læuem rotunditatem habent. Sinus autem ea excipientes rotundiores sunt,iisque adaptantur. Quò fit vt articuli dimidiũ in his suo loco excedere non possit. Ob rotunditatem enim, aut exteriorem in partem,aut interiorem luxabitur. Ergo quòd ad præsentem sermonem attinet, in totum iã prolabuntur, alioqui minimè excidunt. Interdum tamen ij magis quidem, interdum minùs à naturali sede exiliunt, magisque id femori quàm brachio vsuuenit. Nonnulla siquidem ex luxatis quæ à primo ortu contigerunt, si parua luxatio fuerit, in naturalem statum redire possunt , præsertimque ad pedis articulos. Quibus à primo ortu crus varum efficitur, eorum pleriq; curari possunt, nisi magna admodum emortio extiterit, aut etiam pueris ætate paulò ampliùs prouectis ista contigerint. Quàm celerrimè his igitur curationem adhibere optimum est,priùs quã & pedis ossium, & carnis in tibia perquam magnus defectus contingat. Vari igitur non vno modo sed pluribus fiunt. Plærunq; siquidem non ex toto sede sua elapso articulo , sed quod re aliqua detentus eo habitu assueuerit,pes varus efficitur. In eorum autem curatione animaduertendum est, vt tibiæ quidem os ad malleolum quod extra spectat,interiorem in partem propellatur & dirigatur,contra verò os calcis è directo exteriorem in partem repellatur , quò ossa quæ extant,tum circa medium , tum circa transuersum pedem,inter se concurrant. Digiti verò vnà cum pollice interiorem in partem repente inclinentur, atque hunc in modum cogantur. Adhibito autem cerato quod copiosam resinam recipiat,& spleniis & fasciis mollibus,neque paucis, neque admodum appressis,deligatio instituenda, neque aliter fasciæ circumducendæ quàm si pes manibus componeretur, quò pes paulò magis ad valgum spectare videatur. Tum solea quædam ex corio non admodũ duro, aut plumbo paranda, eaq; non ad cutem posita adalliganda,sed cum iam postremas fasciis appositurus es.

Vbi iam deuinctus fuerit, vnius cuiusdam lintei ex quibus deligatio constat caput, ad fascias quæ in inferiore parte pedis existunt, è regione parui digiti assuendum, deinde sursum intendendum, vt dum moderatè habere videatur, supra carnosã tibiæ partem posteriorem prominentem circumdncatur, atq; ita firmiter collocatum hæreat. Ad summum, quasi quis ceram fingat, ea ad iustam naturam adducenda, vt & quæ inclinant & quæ præter naturam distenduntur, manibus nec non deligatione in naturalem statum reponantur, neque magna vi sed leniter cogantur. Ita verò fasciæ assuendæ, vt quemadmodum opus est, membrum excipiatur. Nam & aliæ claudicationes alium excipiendi modum postulant. Tum calceus plumbeus parandus, supra vinculum inducendus, eo modulo qualem Chiæ crepidæ habebãt. Verùm neq; eo opus est, si quis rectè, manibus componat, tum rectam fasciarum deligationem adhibeat, tum rectè excipiat. Atque hæc quidem curatio, quæ neque sectionem, neque vstionem, neque aliam varietatem vllo modo postulat. Istanque opinione celeriùs curationi cedunt. Tempore tamen superanda sunt, quoad iusto habitu corpus incrementum acceperit. Cùm verò calcei ratio ineunda erit, accommodatissimi erunt calcei arbylæ dictæ, quibus lutum calcatur. Hoc nanque calceamenti genus minimè à pede superatur, sed ipsum potiùs continet. Maximè quoque accommodata est Cretensis calceamenti ratio.

ὅταν δὲ ἤδη ὀστεοδεδεμένος ᾖ, ἑνὸς λίνου τῶν ὀθονίων χρή, A
οἷσιν ὀστεοδέτησι τὸν ἀγκῶν περισφίγξαι πρὸς τὰ κάτω τοῦ ποδὸς ὀστέα τῷ ἴσῳ τοῦ μικροῦ δακτύλου. ἔπειτα ἐς τὸ ἄνω τείνοντα, ὅκως ἐῶν δοκῇ μετεῖναι ἔχειν, περιβάλλειν ἄνωθεν τῆς γαστροκνημίης, ὡς μόνιμον ἢ κατατεταγμένον οὕτως. ἁπλῶς δ' λόγῳ, ὥσπερ κηροπλαστέονται χρὴ ἐς τὴν φύσιν τὴν δικαίην ἄγειν, καὶ B
τὰ ἐγκεκλιμένα καὶ τὰ σωτεταμένα πρὸς τὴν φύσιν, ἐς τῆσι χερσὶν οὕτω διορθοῦσθαι, καὶ τῇ ὀστεοδέσμῳ ὡσαύτως, προσάγειν δὲ οὐ βιαίως ἀλλὰ πρηγματικῶς. προσέχειν δὲ τὰ ὀθόνια ὅκως αἱ ξυμφέρῃ τὰς ἀναλήψιας ποιέεσθαι. ἄλλα γὰρ ἄλλης τῶν χωλωμάτων δέεται ἀναλήψιος. ὑποδημάτιον δὲ ποιέεσθαι μαλύβδινον, ἔξωθεν τῆς ὀστεοδέσιος ὀστεοδεδεμένον, οἷον αἱ χῖαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον. ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ δεῖ, ἐῶν ὡς ὀρθῶς μὲν τῇσι χερσὶ διορθώσῃ, ὀρθῶς δὲ τῇσιν ὀθονίοισιν ὀστεοδήσῃ, ὀρθῶς δὲ καὶ τὰς ἀναλήψιας ποιοῖτο. ἢ μὲν οὖν ἴησις αὕτη, καὶ οὔτε τομῆς, οὔτε καύσιος οὐδὲν δεῖ, οὔτ' ἄλλης ποικιλίης. θᾶσσον γὰρ ἀκούει τὰ τοιαῦτα τῆς ἰητρείης, ἢ ὡς C
ἄν τις οἴοιτο. προσενικᾶν μὲν τοι χρὴ τῷ χρόνῳ, ἕως ἂν αὐξηθῇ τὸ σῶμα ἐν τοῖσι δικαίοισι ἡλικίοισιν. ὅταν δὲ ἐς ὑποδήματος λόγον ἔλθῃ, ἀρβύλαι ὀστεοδέσιαται αἱ πλοπάλιδες καλεόμεναι. τοῦτο γὰρ ὑποδημάτων ἥκιστα κρατέεται ὑπὸ τοῦ ποδός, ἀλλὰ κρατέει μᾶλλον. ὀστεοδέσιος δὲ ὁ χρηστικὸς τύπος τῶν ὑποδημάτων.

[31] τὰ τοιαῦτα τῶν ἰητρῶν γίνεται] τῶν ἄτερον legunt exemplaria manu scripta, hoc sensu, ij faciliùs quàm cæteri reconduntur. Quam lectionem cognoscunt etiam quædam exemplaria publicata & Asulanum.

κηφαλαχρὺ] φαλαχρὰ τὰ σρογγύλα μὴ λειότητος exponit Galenus, & φαλακροῦσι περιτρίβει Erotianus, quod de ferramentis Hippocrati dicitur in summo capitulatis & lævibus, non acutis. Sic hoc loco simplicem rotunditatem vocat, minimè excedentem, sed lævem & glabram ac lubricam. E

τὸ τὸ πεζοῦ τὸ κατ' αὐτὸν τὸν ἴχνιν] Sic legunt omnia exemplaria, quæ esse vitiata satis constat. τὸ τὸ πέρνης nanque legendum esse constat tum ex rerum natura, tum verò ex Galeno, qui τὸν πέρναν αὐτοῦ ἐκπιὼν iubet. Quod etiam viderunt omnes interpretes.

καὶ τὰ ἐγκεκλιμένα καὶ τὰ σωτεταμένα πρὸς φύσιν] Sic legunt omnia exemplaria, vt & quæ declinant & quæ præter naturam distenduntur significentur. τὰ ἐγκεκλιμένα tamen videntur omnes legisse interpretes.

οἷον αἱ χῖαι κρηπῖδες Vitiosa sunt exemplaria, quæ οἷον αἱ χῖαι, ῥυθμὸν τῆσι χερσὶ ἔχον. legunt, pro οἷον αἱ χῖαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον. Dicuntur autem κρηπῖδες * Gellio crepidæ aut crepidulæ prima tyllaba correpta, calceamenti genus molle & effœminatum, quo ima planta tantum tegebatur. Soleas idem dictas testatur, vnde & Soleatos Senatores à T. Castritio Rhetore reprehensos. Omnia enim fermè id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cætera propè nuda & teretibus habenis iuncta sunt, soleas Romani dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas. Idem Gellius, Gallicas M. Tullio Philipp. 2. crepidas dictas vult. Etsi quidam apud Tullium lacernæ genus esse volunt, quo Galli pluuias arcent, & aëris iniuriam tutantur. F

* *Lib.* 13. *cap.* 20.

ἀρβύλαι πλοπάλιδες] ἀρβύλαι ὑποδήματα τὰ ὅλα exponuntur in Exegesi, & Erotiano ὑποδήματος εἶδος, vt & Hesychio. ἀρβύλη dicitur & Etymologo esse ὑποδήματος εἶδος, ὃ περὶ τὸ ἀμύζειν τοῖς ποσὶν, οἷον ἀμύλη. Quod & à Varino adducitur & Scholiaste Theocriti Idyl. 7. Euripidis autem Scholiastes in Oreste, ὑποδήματος εἶδος κοίλου καὶ ὅλου esse scribit, quod etiam videtur secutus Galenus in Comment. cùm calceamenti genus cauum ponit, quod arctissimè totum pedem ad malleolos vsque constringit, quò securiùs per lutum quis incedere queat. Vnde quod optimè quadrare debeat, περιτεταμένον εἰς χασμῶνα ὑποδήματος εἶδος dicunt. Iulius Pollux tamen cap. 22. lib. 7. ἀρβύλαι ὑποδήματα ἀτελῆ πρὸς ἐργασίαν, calceamentum non admodum operosè confectum ponit. Idem quoq; ex Æschylo in Phœnissis, πλατὺ δ' ἔχουσι συνδέσεις ἐν ἀρβύλαις, adducit. Scholiastes Nicandri in Theriacis Euripidis locum ex Oreste adducens, ἀρβύλας legit. Idemque ἀρβύλαι ὑποδήματος εἶδος facit. Meminit porrò huius loci Galenus lib. ad Thrasybulum, vbi ἀρβύλας πλοπαπίδας G
ponit. Exemplaria tamen manu scripta Regia quædam πλοπαπίδες habent, quam etiam lectionem agnoscit Galenus. Quædam etiam πλοκαπάπιδες habent, quod vitiatum videtur. Et quod ad literam attinet quidam codices, ἐς ὑποδήματος λόγον ἴη legunt, quam lectionem sequi videtur Galenus in Commentario.

At verò quibus tibiæ ossa luxata, accedente vulnere, commissura quæ est ad pedem penitus eminent. ea siue intrò, siue extra vergant minimè reponenda sunt, sed sinenda, vt qui velit ea reponat medicus. Id enim manifestò nosse oportet, eos quibus ista reposita permanserint interituros, pauciscque diebus duraturos. Conuulsione nanque sublati, pauci diem septimum superant. Sed & pes & tibia ad gangrænam deueniunt, eaque fic affore certò nosse conuenit. Ac neque veratrum eodem die exhibitum, iterumque epotum, mihi videtur auxilio futurum, proximè tamen, si quid aliud, facere, quod certè non existimo.

[32] Ὅσοισι δ' αἱ κνήμης ὀστέα ἐξαρθρήσαντα, καὶ ἕλκος ποιήσαντα, τελείως ὀξίσχη τὰ πρὸς Ⓦ πόδα ἄρθρα, εἴτε ἔσω ῥύσαντα, εἴτε μᾶλλόν τι ἔξω, τὰ τοιαῦτα μὴ ἐμβάλλειν, ἀλλ' ἐὰν Ⓦ βουλώμεθα τῶν ἰητρῶν ἐμβαλεῖν. ξαφέως γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι ἀποθανέεται ἐὰν ἐμβληθέντα ἐμμείνῃ, καὶ ἢν ζῶν δὲ ὀλιγημερέες τύχοις γενήσεται. ὀλίγοι γὰρ αὐτῶν τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὑπερβάλλουσιν, σπασμὸς γὰρ ὁ κτείνων ἐστίν. ἀτὰρ καὶ γαγγραινοῦσθαι ἰκνέεται κνήμην καὶ Ⓦ πόδα. τοῦτο βεβαίως εἰδέναι χρὴ οὕτως ἐσόμενα. καὶ ὅσα ἂν μοι δοκέῃ οὔτ' ἐλλέβορος ὠφελήσειν αὐθημερόν τε δοθεὶς, καὶ αὖθις πινόμενος. ἄλγεα δ' εἰ παρὰ τοιοῦτον, οὐ μέν τοι σοὶ τοῦτο δοκέω.

ἐῶ δ'

ἰῶ ὃ μὴ ἐμβληθῇ, μηδ' ἀπ' ἀρχῆς, μηδ' εἰσπεπιρηθῇ ἐμβάλλειν, πρόσεχόντα ④ πλεῖστοι αὐτῶν, χρὴ δὲ ἡρμόσθαι μὲν τιὼ κατὰμικρὸν καὶ Ⓦ πόδα οὕτως, ὡς αὐτὸς, ἐθέλει. μοιῶσαι δὲ, μὴ ἀπαμωρυθμία, μηδὲ κεκινδυμβρία ἔστω. καὶ ἰητρεύειν δὲ πιστρῇ καὶ σπλιώσεσιν οἰνηρεῖσιν, ὀλίγῃσι, μὴ ἄγαν ψυχροῖσιν. ψύχος γὰρ ὀν τοῖσι τοιούτοισι σπασμὸν ἐπικαλέσεται. ἐπιτήδεια δὲ καὶ φύλλα τούτων, ἢ βραχίονος, ἢ ἄλλου ἵνος τῶν τοιούτων ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ἡμέρφθαι ἐπιτεθέντα, ἰητρεύειν ἐπί τε ὃ ἕλκος, ἐπί τε τὰ πρόσεχόντα. κηρωτῇ δὲ χλιερῇ ἐπιχρίειν αὐτὸ τὸ ἕλκος. ἰῶ δὲ ἡ ὥρη χειμερινὴ ἔῃ, καὶ ἔρια ῥυπαρὰ ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καταῤῥαίνοντα χλιεροῖσι αὖθις ἐπιτέλλειν. καταδεῖν δὲ μηδὲν μηδενί, μὴ ὃ πρόσεπλάσειν. οὗ γὰρ ἐπίδηλα χρή, ὅτι πίεζις καὶ ἀχθοφορίη πολλῷ κακὸν τοῖσι τοιούτοισι ὄντι. ἐπιτήδεια ὃ πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ τῶν ἀναίμων μετεξέτερα, ὅσοισιν αὐτῶν ξυμφέρει. ἔρια ὃ ἐπιτιθέντα οἴνῳ ἐπιτέλλοντα πολλὸν χρόνον ἐᾶν. τὰ δὲ ὀλιγημερώτατα τῶν ἀναίμων, καὶ ὅσα ῥηϊδίην προσκαταλαμβάνεται, οὐχ ὁμοίως ἐπιτήδεια ἐκείνοισιν ὄσι. χρονίη γὰρ ἡ κάθαρσις τῶν ἑλκέων γίνεται τούτων. πολλὸν γὰρ χρόνον πλαδαρὴ γίνεται. ἵνας ὃ τούτων ἀγαθὸν ἐπιδέειν. ἐπίδηλα μὲν δή που ⟨φα⟩ χρή, ὅτι ἀνάγκη Ⓦ ἄνθρωπον χωλὸν αἰῶνος γενέσθαι. καὶ γὰρ ὁ πους ἐπὶ τὸ ἄνω ἀνέσπασται τῶν τοιούτων. καὶ τὰ ὀστέα τὰ διηλιθήσαντα, ἔξω ἐξέχοντα φαίνεται. ὥστε γὰρ φιλεῖσθαι τῶν τοιούτων ὀστέων ἔξω, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, εἰ μὴ κῦ βραχύ, οὔτε ἀφίσται, ἀλλὰ προσωτειλεῖσθαι λεπίῃσιν ὠτειλῇσι καὶ ἀσθενέσι. καὶ ταῦτ' ἰῶ ἀτρεμίζοσι πολλὸν χρόνον. ἰῶ δὲ μὴ, ἑλκύδριον ἐγκαταλειφθέν καὶ κίνδυνος αἰτιᾶσθαι. ὅμως ὃ χρὴ εἰδέναι ὁ λόγος, ὅτω μὲν Ⓐ ἰητρεύμενοι σώζονται. ἐμβληθέντος δὲ τοῦ ἀρθρου καὶ ἐμμείναντος ἀποθνήσκουσιν. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος οὗτος ἰῶ καὶ τὰ τῶν πήχεος ὀστέα τὰ πρὸς Ⓦ καρπὸν τῆς χειρὸς ἕλκος ποιήσαντα ἀξίαν, ἰῶ τε εἰς τὸ ἔσω μέρος τῆς χειρὸς, ἰῶ τε εἰς τὸ ἔξω. σάφα γὰρ ἐπίσασθαι χρὴ, ὅτε ἀποβαίνεται ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσι, τοιούτῳ θανάτῳ, οἵῳπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται, ὅτῳ αὖ ἐμβληθέντα τὰ ὀστέα ἐμμείνῃ. οἷσι δ' αὖ μὴ ἐμβληθῇ, μὴ ὃ πειρηθῇ ἐμβάλλεσθαι, οὗτοι πολὺ πλείονες πρόσθεν ἰόν). ἰητρείη δὲ τοιαύτη τοῖσιν τοιούτοισιν ἐπιτήδειη, οἵπερ εἴρηται. τὸ ὃ ἀχθος ἀσχρὸν τῷ χωλώματος ἀναγκη εἶναι, καὶ τοῦ δακτύλους τῆς χειρὸς ἀσθενέας καὶ ἀχρήστους, ἰῶ μὲν γὰρ εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθῇ τὰ ὀστέα, ξυγκάμπτειν οὐ δύναται τοὺς δακτύλους. ἰῶ ὃ ἐς τὸ ἔξω μέρος, ἐκτανύειν οὐ δύναται. ὁπόσοισι δ' αὖ κνήμης ὀστέον ἕλκος ποιησάμενον πρὸς τὸ γόνυ, ἔξω ὀξίαν, ἰῶ τε ἐς τὸ ἔξω μέρος, ἰῶ τε ἐς τὸ ἔσω, τούτοισιν ἰῶ μὲν ἢν ἐμβάλῃ, ἐπὶ ἑτοιμότερος ὁ θάνατος ὄσι, ἢπερ τοῖσιν ἑτέροισι, καὶπερ καὶ ἐκείνοισιν ἕτοιμος ἐών. ἰῶ ὃ μὴ ἐμβαλὼν ἰητρεύεις, ἐλπίδες μὲν σωτηρίης οὕτω μέντοι εἰσίν. κινδυνωδέστερα δὲ τῶν τὰ τῶν ὀστέων γίνεται, ὅσῳ αἰ αὐτότερω, καὶ ὅσῳ αἰ ἰσχυρότερα ἔῃ, καὶ ἀπὸ ἰσχυροτέρων ὀλισθήσῃ. ἰῶ δὲ τὸ ὀστέον τὸ τῆς μηροῦ τὸ πρὸς τὸ γόνατος ἕλκος ποιησάμενον ἐξολισθῇ, ἐμβληθὲν μὲν καὶ ἐμμεῖναν, ἐπὶ βιαιότερον θάνατον Ⓦ θάνατον ποιήσῃ τῶν πρόσθεν εἰρημένων. μὴ ἐμβληθὲν δὲ, πολὺ κινδυνωδέστερον, ἢ τὰ πρόσθεν.

Quod si neq; repositа ; neq; ab initio tentata fuerint, eorum plæriq; supersunt. Tibia vero & pes, eo quo æger velit modo obfirmanda, tantum ne dependeant, néue moueantur. Curatio verò cerato quod picem habeat, & spleniis vino madentibus, paucis, non admodum frigidis, instituenda. Frigus nanque in huiusmodi affectibus conuulsionem accersit. Accommodata quoq; est curatio per betæ folia, aut tussilaginis, aut alterius huiusmodi, in vino nigro austero semicocta, vlceri, adiectisq; partibus impositа. Vlcus autem ipsum cerato tepido illinendum. Quòd si tempus hybernum sit, lanæ quoq; sordidæ, vino & oleo tepido madentes imponendæ, ac desuper irrigandæ. Neque omninò quicquam deligandum aut circumponendum. Probè enim nosse conuenit, huiusmodi affectibus appressionem & pondus omnem afferre noxiam. Accommodata autem ad ea nonnulla sunt ex medicamentis quæ cruentis vulneribus imponuntur, ea nimirum, quibus cõuenit vt lanæ impositæ vino madétes diutius permaneant. Ex iis verò medicamentis quæ cruétis vulneribus admouentur, quæcunq; intra paucos dies soluuntur, & quæ resinam recipiunt, non æquè vt illa accommodata existunt. Horum enim vlcerum purgatio, cum multo tempore madeant, in longius tempus protrahitur, atq; ex iis nonnulli vtiliter deligantur. Nosse tamen certo conuenit, necesse esse hominem turpiter claudicare, cùm pes superiorẽ in partem retrahatur, luxataq; ossa extra eminere cõspiciantur. Neque enim vllum ex his ossibus ferè, nisi paululum quid, nudatur, neq; abscedit, verùm tenuibus imbecillisq; cicatricibus obducitur, idq; si longo tempore quieuerint, alioqui periculum est ne aliquod vlcusculum, quod curationem non recipiat, relinquatur. Verum quod ad præsens institutum attinet, qui hac ratione quidem curantur, seruantur. At vbi repositus articulus remanserit, intereunt. Eadem quoq; ratio est vbi cubiti ossa ad manus articulum facto vulnere, vel interiorem in partem, vel exteriorẽ, emineant. Certò enim tenendum est, eum cui recondita ossa permanserint, supra posito mortis genere intra paucos dies interiturum. Quibus verò neque repositа sunt, neque repositio tentata, eos multo plures superesse. His autem quæ dicta est curatio idonea existit. Claudicationis quoque habitum deformem, manusq; digitos imbecillos & inutiles reddi necesse est. Vbi nanque interiorem in partem ossa luxantur, digiti inflecti, si in exteriorem, extendi nequeunt. At quibus tibiæ os ad genu, accedẽte vulnere, vel ad interiorem, vel ad exteriorem partem foras eminet, id si recondatur, magis quidem eos adhuc præcipitat, quàm cæteros, licet etiam illis periculum intendatur. Verùm si non posito osse curationem adhibueris, hac sola quidem ratione spes salutis superest. Eò autẽ maius coniunctum periculum hæc ossa habẽt, quòd superiora ac validiora, à robustioribusq; prolapsa fuerint. Quod si os femoris ad genu cum vlcere luxetur, id si repositũ quidem permanserit, maiore adhuc vi & celeriùs, quàm supra dicta, hominem præcipitat, non repositum verò, magis periculo caret quàm superiora:

vna tamen hæc ſalutis ſpes eſt. Eadē ratio eſt & in articulis ad cubiti gibbū, & in cubito, & in brachio. Ex his enim, vbi luxata cū vlcere eminēt, ea omnia ſi reconduntur, morté, non repoſita, ſpē ſalutis afferunt. At iis qui euadunt claudicatio adeſt. Articuli autē ſuperiores ſi recondantur, morté magis afferūt. Sed & iidem non repoſiti periculum maius habent. At ſi cui ſuperiores articuli luxati cum vlcere foras emineant, ij vtcunq; recōdantur, morté magis afferunt, non repoſiti quoq; maiori periculo ſunt expoſiti. Sed & quæná curatio mihi maximè accōmodata eſſe videatur, iá expoſita eſt. Iá verò quibus digitorū, aut pedis, aut manus articuli luxati, cute vulnerata exceſſerint, oſſe nō fracto, ſed ab ipſa cōnexione auulſo, iis ſi repoſiti permanſerint, cōuulſionis quidē periculū, niſi recta curatio adhibeatur, impendet. Operæpretium tamen eſt, vbi prædixeris multa cautione & diligentia opus eſſe, ad repoſitionem aggredi. Facillima autē maximeq; efficax & artificioſa eſt repoſitio, quæ per vectis molitionē fit, velut etiá ſupra in oſſibus fractis & eminētibus dictū eſt. Deinde quàm maximè quieſcere conuenit, ac decumbere, modicoq; cibo vti. Præſtat quoq; & leui aliquo medicaméto ſurſum purgare. Vlcus autem aut medicamentis quæ cruentis vulneribus protinus imponuntur, & perfundi ſunt idonea, curandū eſt, aut buphthalmi foliis, aut iis quæ fractis caluariæ oſſibus ſubueniunt, nihilq; quod valde ſit frigidū admouendum. Ac primi quidē articuli minimùm periculo ſunt obnoxij: Superiores maius periculū habent. Eodem autem, vel certè poſtero die recō dendi ſunt, tertio aut quarto minimè. Quarto enim die recrudeſcentis mali notæ maximè eduntur. Quibus ergo non protinus repoſitio contigit, hi dies trāſmittendi ſunt. Quicquid enim intra decē dies reconditū fuerit, contineri ſolet. Quod ſi recondito articulo conuulſio accedat, is protinus expellendus eſt, & calida ſubinde perfundē dus, totumq; corpus, tum præcipuè circa articulos, calidè, bládè ac molliter continendū. Verùm inclinatum magis quàm intentum totum corpus eſſe conuenit. Expectandum tamē eſt vt reconditi digitorū articuli abſcedere debeāt. Plærunq; enim ita contingit ſi vel leuis inflammatio ſubſit. Adeo vt niſi in imperitię culpá apud vulgum medicus incurreret, nihil omninò reponi oporteret. Atque oſſa quidem ad articulos foras eminentia, vbi reconduntur, hunc in modum, velut dictum eſt, periculum adferunt.

ὅμως ἢ μὴ ἐλπὶς αὕτη σωτηρίης. ὁ ὠὸς ἢ λόγος καὶ περὶ A
τῶν χειρῶν ἀγκῶνα ἄρθρον, καὶ περὶ τῶν τὸ πῆχυς καὶ τὸ
βραχίονος. ἃ γὰρ αἱ τούτων ἄρθρων ἐξάρθρηται ἐξίσχη, ἕλκος
ποιησάμενα πρῶτα, ἰὼ ἐμβληθῇ, θάνατον φέρει. μὴ ἐμ-
βληθέντα ἢ, ἐλπίδα σωτηρίης. χώλωσις ἢ τοῖσι περιῤῥωμ-
μένοισι. θανατωδέστερα ἢ τοῖσιν ἐμβαλλομένοισίν ἐστιν. τὰ
ἀνωτέρω τῶν ἄρθρων. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐμβαλλομένοισι κιν-
δυνωδέστερα αὐτὰ τοῦ. εἰ δέ τινι τὰ ἀνωτέρω ἄρθρα B
ἐξαρθρήσαντα ἕλκος ποιήσαντα ἐξίσχῃ, τοῦ δέ τι καὶ
ἐμβαλλόμενα τὰ χυθανατώτατα ἔῃ, καὶ μὴ ἐμβαλ-
λόμενα. κινδυνωδέστερα. ἰητρείη ἢ ἤδη εἴρηται οἵη τις
ἐμοὶ δοκέει ὑπάρχειν τοιαύτη εἶ) ὅσοισι ἢ ἄρθρα δακτύλων,
ἢ ποδὸς, ἢ χειρὸς ἐξαρθρήσαντα ἕλκος ποιήσαντα ἐξέ-
χειν, μὴ κατεπῄρτος τὸ ὀστέον, ἀλλὰ καθ' αὑτὸ τὸ ξύμ-
φυσιν ἄπεσσα ἀδύνατος, τούτοισιν εἰ ἐμβληθέντα ἐμμείνῃ, ἔνι C
μοῦ τοι κίνδυνος ἀσασμοῦ, ἰὼ μὴ χρηστῶς ἰητρεύωνται.
ὄμως δέ τι ἄξιον ἐμβάλλειν, προειπόντα ὅτι φυλακῆς
πολλῆς καὶ μελέτης δέεται. ἐμβάλλειν μὲν τοι ῥηϊτὸν, καὶ
δυσανιήτατον, καὶ τεχνικώτατον ὅτι τῷ μοχλίσκῳ, ὥσ-
περ καὶ πρόσθεν εἴρηται· ἐν τοῖσι κατεαγυμένοισι καὶ ἐξέ-
χουσιν ὀστέοισιν. ἔπειτα ἀτρεμέειν ὡς μάλιστα χρὴ, καὶ κα- D
τακεῖσθαι καὶ ὀλιγοστεύειν. ἄμεινον δὲ ἐς φαρμακεύσαι αὖθι,
κἠφῷ τινὶ φαρμάκῳ. ὃ δὲ ἕλκος ἐπιτρύφᾳ, ἢ σὰρκομοιοι τοῖσιν
ὑπτιέγκτοισιν, ἢ πολυοφθαλμιῇσιν, ἢ οἵοισιν ἐν κεφαλῇ ὀστέα
κατεαγότα ἐπιτρύεται. καὶ ἀψυχρὸν δὲ κάρτα μηδὲν
προσφέρειν. ἥκιστα μὲν οὖν τὰ προσπίπτα ἄρθρα κινδυνω-
δέα ἐστί. τὰ δὲ ἔνδον αὖθι κινδυνωδέστερα. ἐμβάλλειν δὲ χρὴ E
αὐθημερὸν ἢ τῇ ὑστεραίῃ. τριταίῳ δὲ, ἢ τεταρταίῳ ἥκιστα.
τεταρταῖα γὰρ ἐόντα ὑπεσημάνθη τῆσι παλιγκοτίῃσι μάλι-
στα. οἵσιν αὖ οὖν μὴ αὐτίκα ἐμβάλλῃ, ἐπαφᾶσθαι
χρὴ τοῦτας τὰς εἰρημένας ἡμέρας. οὐ γὰρ ἂν εἴσω δέκα
ἡμερέων ἐμβάλλῃ πρὸς καταληπτέον. ἰὼ δὲ ἄρα ἐμβεβλη-
μένῳ ἀσασμὸς ὑπεσημήνατο, ἐμβάλλειν τὸ ἄρθρον δεῖ τάχι-
στα· καὶ θερμῷ τέλειν ὡς πλεισταχῆ, καὶ τὸ ὅλον σῶμα θερμῷ
καὶ λιπαρῷ, καὶ μαθηκῶς ἔχειν, καὶ μάλιστα ἢν τὰ ἄρ- F
θρα. κεκάμφθαι δὲ μᾶλλον ἢ ἐκτετάσθαι πρὸς τὸ σῶμα
χρή. προσδέχεσθαι μὲν τοι χρὴ τὸν δακτύλους τὰ ἄρ-
θρα τὰ ἐμβαλλόμενα ἄπεσσα πικρὰ ἔσεσθαι. τὰ γὰρ πρῆσται
ὕπνῳ γίνεται· ἰὼ καὶ ὁποιῳοῦν φλεγμονὴν ὑπεσήμηνε. ὡς εἰ μή τι
ἀμαθίῃ τῶν δημοτέων ἐν αἰτίῃ ἔμελλεν ὁ ἰητρὸς ἔσεσθαι, G
οὐδὲν ἂν πρώτιστα ὧδε ἐμβάλλειν ἔδει. τὰ μὲν οὖν χεῖρα τὰ ἄρ-
θρα ὀστέα ἐξέχοντα ἐμβαλλόμενα οὕτω κινδυνώδεα ἐστὶν, ὡς εἴρηται.

32 ὁκόσοισι δ' ἂν κνήμης ὀστέα] Hæc tractatio luxationes complectitur, quibus quoq; vulnus acceſſit, de quibus agit Paulus cap. 121. lib. 6. & Celſus cap. 24. lib. 8. Quædam exemplaria Regia manu ſcripta pro τὰ παρὰ ἢ πόδα ἄρθρα, τὰ χεῖρ τὰ παρὰ ἢ πόδα ἄρθρα legunt. Sed apparet pro τὰ παρὰ, quædam τὰ χεῖρ legiſſe.

ἀτὰρ καὶ γαγγραινῶδες] Celſus cancros diſtentioneſq; neruorum oriri ſcribit, ſub quibus in eiuſmodi caſu ſit mors matura. Vbi cancros (vt aliàs ſæpè) pro gangræna, vt & cancerari pro gangræna tentari ponit.

χρὴ δ' ὁ ἁρμόδιος] Hunc locum diſerrè expreſſit Celſus his verbis: Omne autem membrum, quod cum vulnere loco motum, neque repoſitum eſt, ſic iacere conuenit, vt maximè cubantem iuuat, tantum ne moueatur, néue dependeat. Idem in fracturis cum vulnere. Ipſiq; homini permittendum eſt, vt ſic membra collocata habeat, quemadmodum minimè lædunt. Monendum quoque hic eſt, membranas reconditiſſimas Regias ἀπωρημμένα pro ἀπεωρυγμένα legere.

ὑπτιήσια δ' περὶ τὰ τοιαῦτα] Eadem ferè in curatione fracturarum cum vlcere dicta ſunt. Et hic ὅσσοισιν ἁρμόδιον ξυμφέρει, idem ſonat H
quod antea, ὅ, τι ξυμφορόν ἐστιν ὑπτιάζειν. Ea nanque medicamenta ex iis quæ cruentis vulneribus adhibentur intelligit, quæ perfuſionem tanquam conuenientem ac idoneam admittunt, eamq; minimè reſpuunt. ἔναιμα ὑπτιεγκτα paulò poſt vocat, perfundi aut irrigari idonea.

ἀλλὰ ἀδυνατελῶται] Celſus. Nàm & debilitas ſequitur, & tenuis cicatrix inducitur, quæ nec eſſe eſt facilè noxæ pateat. In Mochlico, ἀδυνατελοῦται λεπτῶς.

κινδυνωδέστερα δ' ἐστὶ] Celſus. Hic quoque & ingens periculum eſt, & eò grauius, quò maius membrum eſt, quóue validioribus neruis aut muſculis continetur. Sic lib. de Fract. in oſſibus brachij & femoris, & his quæ medullæ plena ſunt, periculum ſubeſſe dixit, quòd valde inſignes neruos, muſculos & venas continerent.

μὴ ἐμβληθὲν δ' πολὺ ἀκινδυνωδέστερον] Interpretes omnes κινδυνωδέστερον legunt, vt paulò poſt, contra tamen omnium exemplariū & codicum fidem. ἀ πολὺ ἀκινδυνωδέστερον legi aptiſſimè poteſt, vt non repoſitis nihilominus periculi impendeat. Sic enim in fracturis

dixit,

A dixit: ὡὺ ἐμβλητέον ἦ, πυρετοὶ ὀξέες, καὶ ὀπίσθοτονοι, καὶ λιγυώδεες, καὶ ὀπιμελαίνονται. ἄδειν ἴονται ἦ οὐκ ἔστιν οἷσι ὡὺ ἐμβλητέον, μηδὲ πειρητέον ἐπιβάλλειν. Celsus verò istud sic expressisse mihi videtur. Ideóque humeris femoribusq; metus mortis est, ac si reponi ossa sunt spes nulla est. Non repositis tamen, nonnullum periculum est.

ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐμβαλλομένοισιν] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Interpretes tamen μὴ ἐμβαλλομένοισιν legunt, quos secuti sumus vt hîc de solis ac simplicibus luxationibus agatur, postea verò de his quæ cum vlcere coniunctæ sunt.

εἰ δέ πινι τὰ αἰῶτερω] Celsus. Eoq; maior in vtroq; timor est, quò propiùs vulnus articulo est. Paulus. ὅτῳ γὰρ τὸ κυρίων ἐστὶν ἐγγυτέρω, τοσούτῳ τὸ κίνδυνον ὑπερέρχεται μείζονα.

ὅσιοι ἦ ἄρθρα δακτύλων] Celsus. Hippocrates nihil tuto reponi posse, præter digitos, & plantas, & manus dixit, atq; in his quoque diligenter esse agendum, ne præcipitarent. Idem quoq; innuit * Paulus. In Mochlico horum omnium repositionem ac diligentem cautionem breuibus verbis comprehendit, τετρῶν τὰ μέγιστα κινδυνώδεστατα, καὶ τὰ αἰῶτατω. ἐλπὶς ἦ μόνη σωτηρίης, ἐὰν μὴ ἐμβάλλῃ. πλὴν τὰ χερὸς δακτύλους καὶ χεῖρα ἄκρην. τοῦ ἦ σφυγμὸν τοῦ κινδύνου ἐγχείρεον ἐμβάλλειν, ἢ τῇ πρώτῃ, ἢ τῇ δευτέρῃ. ὡὺ ἦ μὴ, πρὸς τὰς δέκα, πλεῖστα τεταρταῖα.

* *Cap. 121. lib. 6.*

ἐμβάλλειν μὲν τοι ῥηΐσον] In Mochlico breuibus admodum verbis, vt in compendio, & per vectes molitio, & tota curatio comprehenditur, ἐμβολὴ ἦ οἱ μοχλίσκοι. ἴησις ἦ ὡς κεφαλῆς ὀστέων. καὶ θέρμη. ἐλλεβόρῳ ἦ καὶ αὐτίκα. ἔπειτα τοῖσιν ἐμβαλλομένοισι βέλτιον χρῆσθαι. Paulus verò, πρεσβυτέρου δὲ διάστασις πολλάκις πλὴν ἐγχείρησιν, κεχρημένοι πρὸς εὐχρησίαν καὶ τῷ μοχλίσκῳ. πλὴν ἦ τὰ ἕλκεα θεραπεῖαν, ὡς ἐν τοῖς σαφῶς ἕλκεσι κατάγμασιν εἴρηται ποιησώμεθα.

ὅ, τι γὰρ ἂν ἔσω δέκα ἡμερέων] Hîc secutus sum interpretum consensum. Sed καταλαμβάνειν mihi sumi posse videtur hac notione, vt quicquid intra decem dies repositum fuerit, conuulsione aut inflammatione corripiatur ac tentetur, vt ideò his diebus repositione supersedendum sit. In Mochlico enim ad diem decimum progrediendum esse disertis verbis monet. Paulus etiam conceptis verbis vbi inflammatio deferbuerit, quod contingit post septimum aut nonum diem, tum prædicto repositionis periculo, citra violentiam aggressionem faciendam iubet. Istud certè his verbis expressit Celsus. Verùm ne digitus quidem, in quo minimum vt malum, sic etiam periculum est, reponi debet, nisi ante inflammationem, aut postea cùm iam vetus res est. (Sic enim legendum existimo.) Atque hoc in loco, vt vulgata lectio optimè constare possit, operæ pretium tamen & membranarum Regiarum lectionem animaduertere, quæ ἂν καταλαμβάνειν legunt, eo sensu, vt quicquid intra decem dies repositum fuerit, conuulsione tentari contingat. Quemadmodum eadem phrasi ex Herodoto annotatur, κατέλαβε ἄπαιδα ἀποθανεῖν.

ὡὺ μὴ ἄρα ἐμβλητέον] ἐμβάλλειν hîc legunt omnia exemplaria, tum scripta, tum edititia, pro quo ἐκβάλλειν legendum censeo cum interpretibus. Primo nanque lib. de Fract. idem ὁκόσα ἐμβάλλειν dixit, pro quo etiam ἐκβάλλειν in quibusdam legitur. Celsus quoque hunc locum his verbis expressit. Si repositio quoque osse nerui distenduntur, rursus id protinus expellendum est. Paulus etiam, εἰ ἦ φλεγμονή τις ἢ ἀσφυξία, ἢ τι τῶν εἰρημένων γένηται, πάλιν ἐκβαλεῖν αὐτὰ δεῖ, ἕως περ ἀδιάστως ὑπενδῷεν. Etsi eo in loco Pauli quidam ἐμβαλεῖν legendum contendant.

D καὶ θερμῶν τείνειν] Hæc certè eo tendunt vt inflammationem abigant & leniant, quod præcipuum est inter initia Hippocratis consilium, vt testatur Paulus. Quod sequitur, καὶ τὸ ὅλον πᾶμα θερμῶς, &c. in quibusdam exemplaribus desideratur, & est ab aliquibus interpretibus omissum.

At verò vbi digitorum articulus exciderit, siue primus qui ad manum est, siue secundus, siue tertius, eadem & æqualis est reponendi ratio. Maximi tamen articuli ægriùs semper restitui solent. Prolabuntur autem quatuor in partes, aut sursum, aut deorsum, aut vtrinque ad latus, sed sursum maximè, minimè in latus, idque dum vehementer mouentur. Ex vtraque verò parte in quam excesserunt, velut supercilioſa quædam eminentia in extrema ora labro similis apparet. Si quidem igitur in superiorem aut inferiorem partem exciderit, cùm hic locus læuior quàm qui ad latera sit, simulque prolapsus articulus parum excesserit, facilis repositio est. Reponendi autem ratio sic habet. Digito extremo, vel fascia, vel alia quapiam huiusmodi ratione obuoluto, ne ea parte prehensus, dum intenditur elabatur, vnus quidem manum supra primam iuncturam, alter digiti partem obuolutam prehendat, tum ad sese probè vterque extendat, vnaq; prolapsum articulum in suam sedem impellat. Quòd si in latus excidit, eadem quidem extendendi ratio adhibetur. Vbi namque lineam tibi excessisse videbitur, simul dum extenditur, protinus in locum suum impellendus. Alius verò quidam ab altera parte digitum repellat, id obseruans ne rursum eam in partem elabatur. Idoneam quoque repositionem præstant lacertæ viminea ex palmis contextæ, σαῦραι Græcis dictæ, vbi in diuersa digitum contendendo, altera manu lacertã, altera primam manus iuncturam prehendas. Repositus articulus linteis tenuissimis, cerato neque nimis liquido, neque nimis duro, sed mediocri consistentia illitis, quàm celerrimè deligari debet. Quod enim durum est à digito abscedit, quod liquidum & molle, digiti calore diffluit, & euanescit. Digiti autem articulus tertio aut quarto quoq; die soluendus, ac (vt in totum dicam) si quidem inflammatio occupauit, crebriùs, sin minùs, rariùs. Atq; hæc communiter de omnibus articulis dicta sunto. Restituitur digiti articulus decimo quarto die. Ac digitorũ manus & pedis eadem est curandi ratio. In omni verò articulorũ repositione, victu tenui & inedia etiam ad septimum diem vtendum, ac siquidem inflammatio subsit, crebriùs, sin minùs, rariùs resoluendum. Semper autem afflictum articulum quietem agere, & quàm optimo habitu collocatum esse oportet. Genu cubiti gibbo ob succinctã & commodam eius naturam benignius est, ideoq; faciliùs excidit. Sæpiùs autem interiorem in partem, sed & in exteriorem & posteriorem prolabitur. Hoc autem reponit subita conflexio aut excalcitratio, aut si ad conuolutum fasciæ globum in poplitem immissum, vt de repente genib⁹ flexis corpus in suras & talos subsidat, permiseris. Potest quoque moderata extensione, non secus ac cubiti gibbus, cum posteriorem in partem prolapsum est suum in locum reuerti. Vbi verò in hanc vel illam partem excidit, conflexione, aut excalcitratione reconditur. At quæ moderata intensione fit restitutio, omnibus communis est. Quòd si non reuertit, neque cùm

posteriorem in partem, neque cùm alias in partes excessit, flecti admodum queat. Femoris verò & tibiæ pars anterior imminuitur. At quibus interiorem in partem excidit, ij valgi magis euadunt, exterioribus autem partibus imminuuntur. Quibus autem exteriorem in partem excidit, ij varij magis, claudi verò minus efficiuntur. Crassiore autem ossis parte gestantur, & interioribus partibus imminuuntur. At quibus à primo ortu, aut dum adhuc corpus augetur luxatio facta est, ij quomodo priùs dictum est se habent.

ξυγκάμπτειν οὐ δυνάμενοι, ἀταρ οὐδὲ τοῖσι ἄλλοισι. πολὺ μινύθει δὲ μηρὸς καὶ κνήμης τὸ μεταφρένιον. ἰὼ ἢ ἐς τὸ ἔσω, βλαισότερον. μινύθει δὲ τὰ ἔξω. ἰὼ δὲ ἐς τὸ ἔξω γαυσότερον. χωλοὶ δὲ πάσιν, ἢν δὲ τὸ παχύτερον ὀστέον ὀχέῃ, μινύθει δὲ τὰ ἔσω. ἐκ γλυφῆς δὲ καὶ ἐν αὐξήσει ἢν λόγῳ τὸ πρόσθεν. A B

[39] Δακτύλων ἢ ἰὼ ἐκπίπτειν ἀφθρον] Digitorum luxationem & repositionem hunc in modum prosequitur * Celsus. At in digitis totidem ferè casus eademque signa sunt quæ in manibus. Sed in his extendendis non æquè vi opus est, cùm & articuli breuiores, & nerui minùs validi sint. Super mensam tantummodo intendi debent, qui vel in priorem, vel in posteriorem partem exciderunt, tum iam palma compelli, atque id quod in latus elapsum est, digitis restitui. † Idem de pedis digitis. In digitis nihil vltra fieri debet, quàm quod in his qui sunt in manu, positum est. Potest tamen conditus articulus medius aut summus canaliculo aliquo contineri.

* *Cap. 19 lib. 8.* † *Cap. 24.*

ὥσπερ ἄμβη ὀβίη] Hic locus mihi subindicari videtur à Galeno in Exegesi, cùm ἄμβη ὀφρυώδης ἐπανάστασις exponitur. C

ἐμβήσεται ἢ ὀπισχέως ἢ αὐ κάρη] Erotianus ὀπισκώς ἰκανῶς apud Hippocratem significare scribit, quod vel hìc maximè quadrat. Idemq; adscribit Atticos ὀπισθῆ dicere † ἰκανόν.

[40] Γάνυ ἢ] Quæ sunt hìc reliqua, quòd ex Mochlico petita, & quadam ex parte libro de Fracturis repetita videantur, à quibusdam interpretibus omittuntur. Ea tamen ex magna codicum pluralitate reliquis attexuimus. Genu autem ἀγκαλὶς succinctam & expeditam aut contractam naturam significat, ob expeditum illius motum, quodque promptiùs ac faciliùs reponatur. Aut certè contracta genu natura dicitur, quòd femore succinctum magis sit & compositum. Sic ἀγκαλὶς τὸ συνηγμένον ὡς ὀλίζον exponit Galenus Comment. 2. in libro κατ' ἰητρεῖον, eique quod est explicatum opponit. Sic genu ἀφυὲς commoda habilisque eius natura dicitur, aut opposita & conueniens. ἐυπειθέστερον autem, quòd mitiorem aut benigniorem repositionem faciat, aut cuius luxatio sit mitior, veluti ἀπιθέστερα ἐλιστήματα antea dicta sunt mitiores * ossium prolapliones. ἐυανδίστερον autem, quod habent quædam exemplaria scripta, vitiosum est & corruptum. * *Lib. de Fract.*

ἢ σκλακήσαι] Hic σκλακησμὸς excalcirationem significare videtur, & per calces elapsi ossis impulsionem, aut eam quæ fit repente calcibus in sublime iactatis & per subitum flexum articuli repositionem. D

ἐς ὄκλασιν] ὄκλασις dicitur cum genibus flexis quis in suras & talos subsidet. ὀκλάσαι λέγει (scribit Erotianus) τὸ θεῖναι τοὺς κνήμας καὶ τοὺς πόδας κάμψαντα τὰ γόνατα καθέζεσθαι. Hunc autem repositionis modum sic exprimit Celsus Et id quidem quod in posteriorem partem excidit, eodem modo rotundo aliquo super poplitem impositò adductoque cò crure reconditur. Solum autem repositionis modum per extensionem habet † Oribasius & Paulus.

† *Cap. 39. lib. de Machinamentis.*

ἰὼ ἢ μὴ ἐκπίπτειν] ἐμπίπτειν legendum quemadmodum in Mochlico, &, ἀταρ ὑδὶ τοῖσι ἄρθροισι πάνυ τι. Hìc tamen interpretes secutus sum, cùm litera sonet, neq; posteriore parte, neq; aliis locis flecti admodum posse.

Articuli circa malleolos luxati, valida intensione, quæ per manus, aut per alia huiusmodi adhibetur, opus habent, ac directione quæ simul vtrumque efficiat. Hoc verò omnibus commune est. At quæ in pede contingunt, velut ea quæ in manu curationem recipiunt. Quæ verò cum tibia consensionem habent, & à primo ortu excidunt, aut etiam dum corpus adhuc augetur luxantur eandem quam in manu repositionem habent. At quibus ex alto desilientibus & in calcem innixis, ossa dissident, venæ subter cutem effunduntur, ac nerui contunduntur, vbi hæc grauia facta fuerint, periculum quidem est, ne ex syderatione, iis per totam vitam negotium exhibeatur. Fluxa siquidem iis ossa euadunt. Quiæ verò nerui inter se consensionem habent, tum vel præcipuè quibus ex fractura vel vulnere in tibia aut femore, aut ex dissolutione neruorum qui cum his communicant, aut ex negligentiore decubitu, calx denigrata fuit, iis etiam ex talibus recrudescere mala consueuerunt, tum verò vbi ad syderationem febres acutæ, singultuosæ, mentem attentantes, & quæ citissimam mortem afferant accesserint, idque cum venarum sanguinem fundentium liuoribus. Recrudescentis morbi indicia sunt, vbi sanguis è venis in cutem effusus, & quæ nigrescunt, quęque his vicina sunt, duritiem & ruborem aliquem contraxerunt. Quòd si cum duritie lineſcunt, vt nigrescant periclitantur. Sin autem subliuida, aut etiam liuida & mollia fugillata fuerint, aut aliquantulum ex virore pallida & mollia, hæc in huiusmodi omnibus bono sunt. Ad horum curationem si quidem febris adsit, veratrum exhibendum, alioqui non dandum, sed in potu aqua mulsa acida (ὀξύγλυκυ dicitur) si opus est, vtendum. Deligatio verò quæ articulis conuenit, & quæ ad omnia magis adhibeatur. Ad collisa pluribus linteis & mollioribus, minoreque compressione vtendum, plurima fascię parte

[41] Τὰ δὲ χεῖρα τὰ σφυρὰ καταγέντα ἰσχυρῆς δέεται, ἢ τῇσι χερσὶν, ἢ ἄλλοισι τοιούτοισι. καταρθώσιος ἢ ἅμα ἀμφότερα ποιεούσης. κοινὸν δὲ τοῦτο ἅπασι. τὰ δὲ ἐν ποδὶ, ὡς καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ ὑγιέες. τὰ δὲ τῆς κνήμης ξυγκοινωνέοντα καὶ ἐκπεσόντα ἐκ γλυφῆς, ἢ καὶ ἐν αὐξήσῃ ὀξαρθρήσαντα, ταῦτα ἃ καὶ ἐν χειρὶ. ἐκ ὑψηλοῦ δὲ πεδήσαντες ἄνωθεν ἐσπείξαντο τῇ πέρνῃ, ὥστε ῥῆξαι ἰῶαι τὰ ὀστέα. καὶ φλέβας ἐκ χυμφθῆναι, ἢ νοῦσα ἀμφιφλασθῆναι, ἐκ τοῦ γλύφεται οἷα τὰ ἕλκεα, κίνδυνος μὴ σφακελίσαντα ἢ αἰῶνα ῥήγματα ποιῆσαι. ῥοικὸς δὲ μὴ γὰρ τὰ ὀστέα. τὰ δὲ νοῦσα ἀλλήλοισι κινωνέοντα. ἐπὴν δὲ καὶ οἷσιν μάλιστα κατιγῇσιν, ἢ ἐκ τοῦ τρώματος, ἢ ἐκ κνήμης, ἢ ἐκ μηροῦ, ἢ νοῦρων ἀπολυθέντων, ἃ κοινωνέῃ τούτων, ἢ ἐκ καταπλίσιος ἀμελέος ἐμελάνθη πέρνη. καὶ τούτοισι τὰ παλιγκοτέοντα ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶν. ὅτε ἢ ἐν τοῖς τοιούτοις σφακελισμῷ γίνονται πυρετοὶ ὀξέες, λοιμώδεες, φωράσιος ἀπόμοιροι, καχυδάνατοι, καὶ ἐξ φλεβῶν αἱμορροίεων πελιώσιες. σημήια δὲ τῶν παλιγκοτησάντων, ἰὼ τὰ ἐκχυμώματα, καὶ τὰ μελάσματα, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπισκληρα, καὶ ἐπώδυνα, ἰὼ τε ξανθὰ σκληρύσματα πελιδνωθῇ, κίνδυνος μελανθῆναι, ἰὼ δὲ ἐπισπέλια ᾖ, ἢ ἐν πέλια μάλα ἐν ἐκχυμώματα, ἢ ἐπὶ χλωρὰ καὶ μαλακὰ, ταῦτα ὅτι πᾶσι τοῖσι τοιούτοισιν ἀγαθά. ἢ ἴησις, ἰὼ μὴ ἀπύρετος ἔῃ, ἐλλέβορον. ἰὼ ἢ μὴ, μὴ. ἀλλὰ πολὺν ὀξύγλυκυ ἢν δέοι. ὅτι δέσις ἢ ἀρθρον. ὅτι ἢ πρὸς τὰ μᾶλλον, τοῖσι φλεγμασι ὀθονίοισι τριέσι καὶ μαλθακωτέροισι. πίεξις ἥσσων. τρὸς τρὶς βάλλειν ἢ τὰ πλέ- C D E F G H

A τὰ πλεῖστα τῇ πέρνῃ. ὃ δὴ μὴ, ὅταν ἡ ὑπόδεσις, ὡς μὴ ἐς τὸν πέρνιον ἀποπιέζηται. ναρθηξὶ δὲ μὴ χρέεσθαι. οἷσι δ' αὖ ὀκνῇ ὁ πους ἢ ἀσθὴς, ἢ ξυὼ τὸ ὑπόφυσιν, ὀκ πίπτει ἰδμὴ μᾶλλον ἐς ὃ ἔδει. ἰὼ δὲ μὴ ἐμπέσῃ, λεπτύνεται αἰὲὶ χρόνον, τὸ, τε ἰσχίον καὶ ὁ μηρὸς, καὶ κνήμης ὃ αὐτίον τῶν ὀλισθήματος. ἐμβολὴ δὲ ἢ ἄλλη ὥσπερ καρποῦ. κατάπασις δὲ ἰσχυρή. ἴπνος δὲ νόμος ἀρίστων. παλιγκοτέει, ἧσσον δὲ καρ-

B ποῦ, ἰὼ ἥσυχάσωσι. διαιτᾶ μείων ἐλινύουσι. τὰ δὲ ὀκ ἡμέρης ἢ ὀκ αὐξήσει, καὶ λήξει ὡσαύτως.

ad calcem circumiecta. Figuratio ea sit quæ deligationi conuenit, vt ne in calcem expressio fiat, neque ferulis vtendum. At quibus pes ipse solus, aut cum adnato osse excessit, interiorem quidem in partem magis excidit, ac nisi recondatur, & coxa, & femur, & tibiæ pars luxationi ex aduerso respondens, temporis successu extenuatur. Repositio eadem quæ primæ iuncturæ manus; contensio vero valida. Curatio autem pro lege articulorum adhibetur. Quod si quiescant, minùs quàm in prima manus iuntura morbus recrudescit. Et quietem agentibus tenuior victus ratio imperanda. Quæ verò à primo ortu, aut cùm adhuc corpus augetur contingunt, eam quæ supra comprehensa est tractationem habent.

ὡς δὲ ἐν τῇ χειρὶ ὑγιέες] Sic certè legunt omnia exemplaria, quæ tamen vitiosa esse apparet, & ὑγιέως lego, vt Mochlici lectioni consentiat, τὰ δ' ἐν ποσὶ, ὡς τὰ ἐν χειρὶ ὑγιέως. Quæ in pede contingunt, velut ea quæ in manu sunt sanitatem recipiunt, aut sanantur. Cornarius certè ὑγιώσεις aut ὑγιάσεις legisse videtur.

ῥευσώδεα μὲν γὰρ τὰ ὀστέα] Sic legunt exemplaria manu scripta recondita & publicata quædam quæ secuti sumus, eaque lectione ossa fluxa aut fluida ex syderatione & corruptione indicantur. Erotianus verò ῥοώδεα legisse videtur, cùm ῥοώδεα ὀστέα exponat τὰ χαλεπῶς ἐμμένοντα

C ἀπ' ἀλλήλων μετατρεπικῶς διὰ τὸ ῥεῖν ἰκμάδα. Dicuntur etiam τὰ ῥοώδεα ὕμματα aph. 24. sect. 2. lib. 6. Epid. oculi fluxione tentati. ῥοώδη δὲ ὀφθαλμὸν vocat Galenus. Exemplaria verò quædam ῥοπώδεα, velut in Mochlico, legunt, quæ secuti sunt interpretes, & distorta ossa ac incurua significant. Quam etiam lectionem ex eo agnoscere videtur Erotianus, quòd statim post ῥοώδεα ὀστέα, ῥικνώδεα etiam adscribit, ἀκὰ δὲ καὶ δὰ καὶ στρεβλὰ ἐκάλεσεν. Vtramque etiam lectionem agnoscit Caluus, cùm diuulsa & distorta ossa dixit. In quo mihi videtur Erotiani explicationem adhibuisse.

πυρετοὶ ἐξίεις, λειποθύμους] Sic legunt plærique exemplaria, tum publicata, tum manu scripta. λυγώδεις autem lego, aut λαγμώδεις, vt antea quoque libro de Fract. & in Mochlico. λυσώδεις etiam quidam legunt, quod λυσώδεις παραφροσύνας exponat Galenus apud * Hippocratem, ac febres intelliguntur quæ mentem soluunt & ad insaniam adigunt. Verum apud Galenum pro λυσώδεις, λυσσώδεις quidam scribunt. λύσσα enim ἡ μανία dicitur, παρὰ τὸ λύειν τὸ νοῦν. λυσώδεις tamen πυρετοὶ dici possunt, quòd animum cum corpore dissoluant. Ad quam lectionem propiùs accedunt vulgata exemplaria quæ λιποθύμους legunt, vitiosè tamen.

D * *In Exegesi.*

ἐξ ἔπ φλεβῶν αἱμορρυσίαν πολλοῖσι] Sic lego ex melioribus exemplaribus manu scriptis & Mochlico. Quædam autem ἐξ ἐπ φλεβῶν αἱμορρόων πολλοῖσιν legunt. Quæ lectio etiam ferri potest. Hic quoque ἢ γαγγραινώσεις quædam addunt exemplaria, vt antea libro de Fract. & Mochlico.

ἰὼ δὲ ὑποπίλια] Sic lego, ἰὼ δὲ ὑποπίλια ᾖ, ὁ πίλια ἢ μελανὰ τὰ ἐκκεχυμμένα, etsi Mochlici lectio ferri potest, vbi ἐκκεχυμένα legitur, quam secuti videntur interpretes. Caluus ὑποτυα pro ὑποπίλια legisse videtur.

ὅπῃ δὲ πάντα μᾶλλον] Ambiguum est quonam istud referatur. Malui ad eam deligationem referre, quæ maiore ex parte toti pedi & magnæ tibiæ parti, vicinisque partibus plurima ex parte adhibetur, qualem supra in collisionibus descripsit. In Mochlico verò, ὅπῃ δὲ τὰ μᾶλλον legitur, quæ lectio ferri potest. etsi mihi suspecta videtur.

ὅπῃ δ' αὖ ὁ πους ᾖ οἷσι δ' αὖ ὁ πους ὀκᾖ lego. In Mochlico verò, ὅτῳ δὲ ὀκᾖ ὁ πούς. Cur verò partes istæ extenuentur magis declarat E libro de Fract.

ἐμβολὴ δὲ ἢ ἄλλη] Sic legunt exemplaria omnia, quæ tamen vitiata esse apparet. Legendum enim ἐμβολὴ δὲ ἢ αὖτη ὥσπερ καρποῦ. In Mochlico legitur, ἐμβολὴ ὡς ἐ καρποῦ.

κατάπασις δὲ ἰσχυρὴ] ἰσχυροτέη melius legatur, vt in Mochlico & lib. de Fract. Cuius etiam rei, vt & tenuioris victus, rationem reddit. Hic verò totus sermo vt parum integer ac imperfectus videtur, ita in Mochlico perfectam habet absolutionem, etsi eam ipsam Lacinia obtinet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΜΟΧΛΙΚΟΝ.

F

HIPPOCRATIS MOCHLICVS,
SEV VECTIARIVS, HOC EST, DE
Ossium per molitionem impellendorum ratione.

G ΟΣΤΕΩΝ φύσις, δακτύλων μὲν ἁπλῆ καὶ ὀστέα ἓν ἄρθρα. χειρὸς δὲ καὶ ποδὸς πολλὰ ἄλλα, ἀλλοίως συναρθρώματα. μέγιστα δὲ παρ' ἀμφοτέρων. τελέρινος δὲ ἐν οἷον ἔξω φαίνεται. τοῖς δὲ αὐτοῖσι, ἃ ὀπίσθιοι τένοντες τείνουσι. κνήμης δὲ δύο ἄνωθεν ἓν κάτωθεν, ξυνεχέμενα, καὶ μέσον δὲ διέχοντα. σμικρὸν δὲ ἔξω-

H θεν, καὶ σμικρὸν δακτύλου λεπτότερον βραχεῖ, παλεῖον δὲ ταύτῃ διεχούσῃ καὶ σμικροτέρῃ ῥοπῇ, καὶ γόνυ. καὶ ὁ τένων δὲ αὐτοῦ πέφυκεν, ὁ παρὰ τοῦτο ἐγγύθεν ἔξω. ἔχουσι δὲ κάτωθεν κοιλιὴν ὑπόφυσιν πρὸς ἰὼ ὁ πους κινέεται. ἄλλῃ δὲ ἄνωθεν ἔχουσιν ὑπόφυσιν ὧν ἡ ὃ τῶν μηροῦ ἄρθρον κινέεται, ἁπλοῦν καὶ ὀξαλέως ὑπομένει. Εἶδος κοιδυλώδες, ἔχει ὑπομηλίδα. ἀμφὶς δὲ ἐγχειρητὸς ἔξω καὶ ἔμπροσθεν. ἡ δὲ κεφαλὴ ὑπόφυσίς ἐστι

OSSA hunc in modũ à natura sunt comparata. Digitorum quidẽ, tum ossiũ, tum articulorum, simplex est iunctura. In manu verò & pede, cùm multa alia variè cõnectuntur, tũ maxima sunt quæ supremo loco cõmittuntur. Calcis vnum os est, quale foras prominet, quo etiã à posteriore parte tendines tendũt. Tibiæ duo ossa sunt supra & infra cohærẽtia, medio verò loco distãtia. Quod exterius tendit, paruũ & iuxta paruũ digitum paulo tenuius. Plurima verò hac parte distantia, minoreq; momento ad genu inclinatio est, ex quo exterior poplitis tendo ortum habet. Inferiore autem parte communem habẽt ossis accretionem, qua pes mouetur, & superiore parte alteram, vbi femoris articulus simplex & longitudine succinctus mouetur, tuberculorum speciem referens, & patellã habens. Ipsum verò femur exteriore & anteriore pãrte incuruatur. Eius caput ossis est accrementum.

rotundum,ex quo neruus qui in coxendicis acetabulo eſt, originem ducit. Cuius aliquantulũ obliqua eſt connexio minùs tamẽ quam brachij. Coxendix autẽ magnæ vertebræ, quæ èſt ad os ſacrũ,ex vinculo cartilaginoſo & neruoſo inhæreſcit. At ſpina à ſacro quidem oſſe ad magnam vertebram vſq; in gibbum curuatur. Veſicaq; & genituræ pars deſtinata, rectiq; inteſtini quod eſt inclinatum,ibi ſedem habet. Inde verò ad ſeptũ tranſuerſum,rectà interiorem in partẽ inclinata tendit, qua parte lũborum muſculi ψόαι dicti, exiſtunt. Ab ea quoq; parte ad magnam vertebrã,quę eſt ſupra ſummã humerorum partem, recta in gibbũ eleuatur, imò verò huiuſmodi magis apparet, quàm ſit. Poſteriores enim vertebrarum proceſſus ea parte maximè eminent. Ipſe autẽ ceruicis articulus anteriorem in partem inclinat. Vertebræ autem interiore parte inter ſe ſunt æquabiles, exteriore verò cartilaginibus & neruis continẽtur. Eæ quoq; in poſteriore medullæ ſpinalis parte, articulorũ modo inter ſe cõmittuntur. Parte autem poſteriore proceſſum acutũ habent,cum adnata cartilagine, vnde exoriũtur nerui qui proni feruntur, non ſecus ac muſculi à ceruice ad lumbos adnaſcuntur, qui coſtarũ & ſpinæ intermedium complent. Coſtæ verò ad vertebrarũ interſtitia, neruo annectuntur, à ceruice ad lumbos interiorem in partem tendentes. Anteriore autẽ parte ad pectus,laxum & molle extremũ habentes,forma præ cæteris animantibus maximè recurua cernũtur. Hac enim parte homo mole eſt anguſtiſſima. Quà coſtæ nõ ſunt, proceſſus obliquus, breuis & latus, ad ſingulas vertebras neruo annexus eſt. At pectus ſibi ipſi cohæret,qua parte coſtæ annectũtur obliqua interſtitia habens,laxũ quoq; & cartilagineum. Clauiculæ parte anteriore rotundæ,ad pectus quidẽ breues motus, ad ſummum verò humerũ crebriores habent. Summus autẽ humerus (ἀκρώμιον dicitur) ex lato ſcapularũ oſſe ortũ ducit,in plurimis non æquabiliter. Latum verò ſcapularũ os ad ſpinã cartilagineũ,reliqua parte laxum,foris inæquabile, ceruicem & cauum cartilagineum habens,ex quo coſtæ motionem ducunt, quod facilè inter oſſa,ſi brachiũ demas, diſſoluitur. Huius caput ex cauitate neruulo annexum eſt,teneram cartilaginem & rotundam adnatã habens. Ipſum autem exteriore parte incuruum,& anteriore obliquum, ad cauitatem rectà non fertur. Quod verò eſt ad cubiti gibbũ, latum, tuberculoſum, oblongas cauitates habens & ſolidũ, poſteriore parte cauũ eſt, in quod cubiti proceſſus adnatus (qui κορώνη dicitur) vbi manus extenditur,inſeritur,quo etiã torpidus neruus,qui ex medio cubiti oſſium interſtitio enaſcitur,terminatur.

τροχίλιν, ἐξ ἧς ὁ νεῦρον ὃ ἐκ τῆ κοτύλη τὸ ἰσχίου πέφυκεν. ἐπιπλάγιον ὀ ἐς τὸν περόνην. ἧσσον ὀ βραχίονος. ὃ δ' ἰσχίον περοσίσχεται πρὸς τῷ μεγάλῳ ἀσονδύλῳ ὃ πρῶτός ἐστιν ἱερὸν ὀστέον, χονδρονευρώδη δεσμῷ. ῥάχις ὀ ἀπὸ μὲν τὸ ἱεροῦ ὀστέου μέχρι τὸ μεγάλου ἀσονδύλου, κυφή. κύσις τε καὶ γονὴ, καὶ ὀρχεὸς ὃ ἐγκεκλιμένον ἐν τούτῳ. ἀπὸ ὀ τούτου ἄχρι φρενῶν, ἦλθεν ἡ ἰθύλορδος, ἐς αἰ ψόαι καλ ὀ τόνος. ἐντεῦθεν ὀ ἄχρι τὸ μεγάλου ἀσονδύλου, τὸ ἐπὶ τῶν ἐπωμίδων, ἰθυκυφής. ἔπι ὀ μᾶλλον δοκέει, ἢ ὀ ἐστίν. αἱ γὰ ὀπίσθεν τῶν ἀσονδύλων ἀποφύσιες ταύτῃ ὑψηλόταται. ὃ ὀ τὸ αὐχένος ἀρξάμενον, λορδόν. ἀσονδύλοισι ὀ ἔσωθεν ἄρθροι πρὸς ἀλλήλους. ἀπὸ ὀ τῶν ἔξωθεν χόνδρων ἐς νεύρων στεινοχώρμοι. ἡ ὀ ξυναφάμοσις αὐτῶν, ἐν τῷ ὀπίσθεν τὸ νωτιαίου. ὀπίσθεν ὀ ἔχουσιν ἔκφυσιν ὀξείαν, ἔχουσαν ὀπίφυσιν χονδρώδεα, ἔνθεν νεύρων ἀποφύσιες καταφερὴς. ὥσπερ ἐς ⓓ μύες πρὸς τὰ πέφυκασιν ἀπὸ αὐχένος ἐς ὀσφύν, πληροῦντες ὀ πλευρέων, καὶ ἀκρώμιος ὃ μέσοι. πλευραὶ ὀ κῆ ταῖς ἀφύσιας τῷ ἀσονδύλῳ νευρίῳ περιπεφύκασιν, ἀπ' αὐχένος ἐς ὀσφύν ἔσωθεν. ὀπίσθεν ὀ κῆ ὃ σῆμος, χαῦνον ἐς μεγαλακὸν ὃ ἄκρον ἔχουσα, εἶδος ῥομβοειδέστατον τῶν ζώων. γενόμενος γὰρ ταύτῃ ὁ ἀνθρωπος ἐπ' ὄγκων. ἢ ὀ μὴ πλευραί εἰσιν, ἔκφυσις πλαγίη, βραχίη, ἐς πλατεῖη, ἐφ' ἑκάτῳ ἀσονδύλῳ νευρίῳ περιπεφύκασι. σῆμος ὀ ξυνεχὲς αὖθ' ἑαυτῷ, ἀφάφυσιας ἔχον πλαγίας, ἢ πλευραὶ περιπτίλωται. χαυῶν δὲ καὶ χονδρώδες. κλισίδες δὲ περιφερέες ἐς τοὔμπροσθεν, ἔχουσαι πρὸς μὲν ὃ σῆμος βραχείας κινήσιας. πρὸς δὲ ὃ ἀκρώμιον, συχνοτέρας. ἀκρώμιον δὲ ἐξ ὠμοπλατέων πέφυκεν, ἀνομοίως τοῖσι πλείστοισιν, ὠμοπλάτη δὲ χονδρώδες τὸ πρὸς ῥάχιν. τῷ δ' ἄλλῳ χαύνη, τὸ ἀνώμαλον ἔξω ἔχουσα. αὐχένα δὲ κοτύλιν ἔχουσαν χονδρώδεα, ἐξ ἧς αἱ πλευραὶ κίνησιν ἔχουσιν. ὃ δ' ἀπόλυτος ἑδόθη ὀστέων, πλὴν βραχίονος. τόνου δὲ ἐκ τῆς κεφαλῆς νευρίῳ ἡ κεφαλὴ, ἐξήρτηται, χόνδρου λευκοῦ περιφερῆ ὀπίφυσιν ἔχουσα. αὖθις δ' ἔκκυρτος ἔξω, καὶ ἔμπροσθεν πλάγιος, οὐκ ὀρθὸς πρὸς κοτύλιν. ὃ δὲ πρὸς ἀγκῶνα αὐτῷ, πλατὺ κῆ κονδυλώδες, κῆ βαλιτοῦδες, κῆ στρογγύλον ἔγκυλον ὄπισθεν. ἐν ᾧ ἡ κορώνη ἐκ τὸ πήχεος, ὅταν ἐκτείνῃ ἡ χεὶρ ἔνεστιν. ἐς τόνον κῆ ὃ ναρκώδες νεῦρον ὁ ἐκ τῆς ἀφύσιος τῷ τὸ πήχεος ὀστέων, ἐκ μέσων ἐκπέφυκε ⓒ περαίνεται.

Hic liber μοχλικὸς indicaturam paſſim in omnibus exemplaribus & apud Galenum præ ſe fert, quod eſt, De oſſium per molitionem impellendorum ratione, aut, De impellendis per molitionem oſſibus. Quibuſdam etiam Vectiarius, ſeu De moliendi ratione, aut etiam, De curandis luxatis, ex argumento inſcribitur. Plurima enim in eo ineſt luxatorum oſſium repoſitio, eamque in rem machinarum & organorum molitionem admouet. Eſt enim μοχλεία aut μόχλευσις, μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τῆ παρὰ φύσιν τόπου εἰς τὸν κατὰ φύσιν (vt ſcribit Definit. Medic. author.) Cuius vſum non eſſe aſpernabilem, ſed valde in tota manu curandi ratione neceſſarium, & quomodo per ferramenta admoueri debeat (quod eſt proprium huius inſtituti argumentum) exponit Hippocrates libro de Fract. Quod cum fuſam habeat & latè ſparſam libris ſuperioribus tractationem, hîc tamen velut in ſumma capita contractam, ac velut compendiariam luxatorum curandorum rationem complectitur. Qualia ſunt permulta alia Hippocratis ſcripta, quæ quod ſummam rerum doctrinam ad memoriam tantum reconditam contineant, ἐξ ἧς τῶν κεφαλαίων ſcripta eſſe perhibentur. Quem in cenſum * Galeno teſte, vel maximè hic Mochlici liber reponitur. Quo certe nomine ad Chirurgiam vt maximè accommodatus, ita valde neceſſarius eſſe videtur. Vt mirum ſubeat, eum tamdiu ab Interpretibus qui vel Chirurgiam totam ex Hippocratis ſcriptis ad eam operam inſtitutis, informarunt, vel abſolutam Hippocraticæ doctrinæ fœturam ediderunt, indeque præclariſſimam laudem reportarunt, tam ſecurè, ne dicam ſupinè fuiſſe præteritum. Quos tamen ad tam iuſti operis cauſam aggrediundam, imprimis Galeni authoritas, & codicum manuſcriptorum ac publicatorum conſtans vbique fides potiſsimum impellere potuiſſet. At videntur ab eo deterriti vel inani quadam (vt videbatur) eorum ferè omnium quæ in ſuperioribus libris de Fractorum & luxatorum curatione ſcripta ſunt, repetitione, cum tamen eo maximè nomine à Galeno commendentur. Aut certè (quod magis reor) operis deformitate & mutilatione in vada & ſyrtes

* *Com. 1. in lib. de Fract.*

coniecti

A coniecti, integritatem totius corporis abiurarunt. Nam & codices Græcos omni ex parte corruptissimos esse constat. Et vt collocationis ordinem præteream, qui ferè quibusque membranis suus est & arbitrarius, in nonnullis quoque non alio quàm sub ὀστέων φύσιος nomine ponitur. Quam sanè vastitatem multo magis luctuosam & deplorandam existimo, quod etiam Galeni tempore eandem calamitatem hic fœtus expertus esse videtur. Nam & quæ de Venis libello περὶ ὀστέων φύσιος attexuntur, τὰ σφηκώματα τῷ μοχλικῷ dici videntur Galeno ἐν γλώσσαις in dictione κοτυλίδα & σφυρόν. Et quod huius libri initio adscribitur de ossium natura, libro περὶ ὀστέων φύσιος in reconditissimis membranis iure optimo apponitur. Etsi suo etiam quodam merito huc quadrare possit, cùm ad luxatorum & fractorum curationem ossium coagmentatio & natura Medico apprimè sit necessaria, atque adeo sanè, vt istum περὶ ὀστέων φύσιος libellum cum Hippocratis scriptis ad Chirurgiam informandam accommodatis, aptissimè coniungi posse existimem. Hunc verò genuinum Hippocratis Magni fœtum, in hanc Asclepiadarum familiam tanquam fugitiuum mancipium aut stigmaticum liberali asserimus manu, ac veluti captis pignoribus coercemus. Quam ad rem Galenum etiam censorem adhibemus,

B qui multis locis, præcipuè verò Comment. 1. in Prorrh. genuinum ac omnibus receptum Hippocratis fœtum Mochlicon palam profitetur. Quod etiam pressa ac breuis scribendi ratio, tum etiam eorum quæ libris de Fracturis & Articulis continentur, concisa & subtilis comprehensio testatur. Hic enim quæ illis in libris latè sparsa diffusiorem cognitionem habent, ad memoriæ subsidium in angustos fines ac veluti pugillares contrahuntur. Ad eam quoque existimationis censuram accedet, quod præter earum dictionum explicationem quæ à Galeno & Erotiano ex hoc libello propriè quodammodo petuntur, ipse quoque Erotianus μοχλικὸν in Librorum Hippocratis recensione, ἐν τοῖς διεσπυκνοῖς nominatim suo loco, hoc est post libros de Fract. & Art. & κατ' ἐξοχὴν, ponit. Quo certè magis miror Cornarium veteratorem hoc in ludo assiduum, libellum περὶ ὀστέων φύσιος istius Mochlici indicatura insignitisse, iustiq; Vectiarij nomine populo venditasse, cùm ne vlla quidem in eo ad impellenda ossa molitio aut machina adhibeatur, ibique ossium quæ excesserunt recondendorum altum omninò sit silentium, nisi & iste illi ad tantam inscriptionis existimationem retinendam velut succenturiatus adiungatur. Quod etiam velle videntur recondita quædam manu scripta exemplaria,

C quæ illum huic præponunt, aut quæ τὰ σφηκώματα τῷ μοχλικῷ Galeno dicuntur, aut (vt etiam habent membranæ quædam) τὰ σφηκώματα. Quæ certè omnia huius libelli insanitatem aut mutilationem præ se ferunt, velut etiam dictio ἴπος, quæ à Galeno in Exegesi ex hoc libello profertur, cuius tamen nulla extat mentio. Vt vel inde huius operis & summam desperationem, & maximam difficultatem facilè agnoscas.

1 ὀστέων φύσις] Hoc principium in librum περὶ ὀστέων φύσιος reiici debet, ex manu scriptorum codicum consensu. Verùm quia tam publicatorum quàm manu scriptorum exemplaria recondita huic libro attexunt, tum quia quædam hîc etiam ex libris superioribus repetuntur, quæ de coxa, spina, & costis dicuntur, huc quoque quadrare posse videtur.

αὐτὰ τὰ τοῦ αἰῶτος] Sic magna pars codicum legit. Quædam etiam manu scripta exemplaria Regia τὰ αἰῶτος legunt, nonnulla quoque, καὶ τοῦ αἰῶτος, eodem vtrobique sensu.

D οἱ ὀπίσθιοι τένοντες] Libro de Fract. calci tendonem posteriore parte annecti scribit, quem neruum durum & intentum vocat Celsus, quòd robustissimus sit, & ex tribus magnis musculis, qui in posteriore tibiæ parte locati sunt, ortus, in validissimum tendonem degenerans, in calcaneum inseratur. Ex gemellis enim ad tibiæ medium cum solea iunctis, tendo vnus longè omnium robustissimus productus, pternæ principio inseritur. Eamque ob rem quod ex plurium musculorum connexione ortum habeat, velut plures tendones, multitudinis nomine donat, aut certè neruos insignes quibus ea pars communicat intelligit. Insignes enim & magni nerui calcaneo consentiunt (τὰ ὀδυνηρὰ νεῦρα dicuntur libro de Fract.) vnde & vehementium dolorum & conuulsionum pericula imminent.

σμικρὸν τὸ ἴζωθεν] Suræ os exterius hoc modo dictum est tenuius & breuius libro de Fract. λεπτότερον βραχὺ melius legatur, quomodo etiam legisse videntur interpretes.

πλεῖον ἢ ταύτη διεκρύσῃ] His subobscuris verbis indicatur suræ os inferiore parte multò longiùs produci, & superiore parte ad

E genu paulò esse breuius, minoreq; quodam momento inclinare ac propendere. Qua enim minimum digitum spectat, tanto longiùs producitur quanto tibiæ os ad genu altiùs porrigitur, ideoq; μακρότερον dicitur libro de Fract. Quod etiam scribitur à Galeno libr. 3. vsus part. & lib. de Ossib. διέκρυσε tamen malim, vt videtur legisse Caluus in principio libelli de Ossium natura.

σμικροτέρη ῥοπῇ] Hæc inclinatio etsi ad suræ inferiorem in genu propensionem refertur, quà tibia paulo inferius fertur: Potest tamen etiam id respicere quod scribitur libro de Fract. de suræ osse, ὑπὸ νεύρου μεγάλου κώλυμα ἐὸν, ἀφ' ἧ πέφυκεν ἐξω τέτραν ὁ σφὺς τῷ ἰγνύῃ. Hic enim tendo exteriore genu parte constringens, paruo quodam momento præsidio est & impedimento, ne exteriorem in partem luxatio fiat. Ideoque magis interiorem in partem genu prolapsio fit, vt scribit Gal. Com. 3. in lib. de Fract.

ἁπλόον δὲ σύσαλίος ὅτι μάλιστα] Istud videtur in comparatione dictum, vt libro de Fract. femoris enim articulus simplex est, nullos habens recessus, & pro magnitudine brachij articulo expeditior, vt explicat Galenus libro de Fract. Hic verò ὅτι μάλιστα longè apertiùs rem ostendit quàm ὅτι μεγέθει, duo capita illa aut condylos inferiores, quibus cum tibia femur per membranosa & valida li-

F gamenta annectitur, expeditumq; eorum motum subindicans. Sic libro de artic. genu τῷ σύσαλίῳ καὶ τῷ σφυρῷ, vt hic quoque postea commemorat.

εἴδος κονδυλώδες] Inferiora femoris capita in medio sinuata, in duos condylos desinunt, adeo magnos, vt capita dici possint, vt scribit Galenus lib. de Ossibus.

ἴσχον ὀπωμυλίδα] ὀπωμυλίδα lego ex Exegesi, vbi τῷ ὀπογαπίδι τῷ μύλῳ explicat Galenus, hunc locum subindicans. Idem ὀπογαπίδα καὶ μύλον dici scribit libro de Ossib. os extrinsecus cartilaginosum rotundumq; subiectorum ossium femoris & tibiæ gibbam partem ac veluti condylosam aptis cauitatibus complectens, eamq; commissuram tegens, patellam vocant Latini, alij rotulam. Quod etiam scribit Galenus lib. 3. de vsu part. Huius verò vsum aliàs explicat Hippocrates lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, ὀπογαπίδα verò dici scribit Galenus Com. 3. in lib. de Fract. καθ' ὅλα τὰ γόνατος ὀπισθεμύλιον.

G ἀυτὸς δὴ ἔγκυρτος] Libro de fracturis scribitur, ὅτι μηδὲν χαῦνος ἔστιν ἐς τὸ ἔξω μέρος, καὶ ἐς τὸ ἔσω, καὶ ἐς τὸ ἐμπροσθεν μᾶλλον, ἢ ἐς τὸ ὄπισθεν. Quod etiam scribit Galenus libro de Ossib. & lib. 3. vs. part.

ἡ τῆς κεφαλῆς] Femoris caput superius ossis accrementum habet, epiphysin dictam, exactè rotundam, ceruici prolongæ adnatam, & ad interiora inclinatam, vt scribit * Galenus, ex cuius medio vertice ligamentum rotundum & robustum in acetabuli fundum prope totum, præsertim parte interiore quà pubis foramen spectat, firmiter inseritur. Quod hîc neruus, vt aliàs sæpe Hippocrati οἱ συνδετικοὶ nerui dicuntur. Hoc vero ligamentum adeo durum est, vt νευρόδης merito dici possit.

* *Lib. de Ossib.*

ὑπόπαχυν ἢ] Id de ligamento rotundo & validissimo, adipe interspersо, tam lato vt pubis foramen etiam attingat intelligi potest, quod ex media ischij cauitate & latere prope toto, paulatim contractius & rotundius, in medium femoris caput inseritur. Alioqui obliquum femoris situm spectat, quo ex cotyle ischij foras secedit, neque rectitudinem totam in externarum corporis partium

H sequitur. Quod quem in vsum à natura comparatum sit scribit Galenus lib. 3. de vsu part. Brachij autem caput ad humerum, cùm magnum sit, nec oblongam ceruicem habeat, in lati scapularum ossis cauum non admodum altum, sed supina neque valde supercilioſa habens labra, obliquè magis inseritur, vt scribitur lib. 2. & 13. de vsu part. Ideóque etiam facilius excidit, vt scribit Hippocrates.

† Caluus ἦσσον explicat, vt femoris caput brachij capite ad humerum minus sit. Quod vt satis constat, ita τῆς legisse videtur ex codicibus manu scriptis in lib. περὶ ὀστέων φυσ.

† *Libro de Fract.*

τὸ δὴ ἰσχίον σφόδρα] ἰσχίον hîc dici videtur ossis ilium pars aspera, inæqualis, & insigniter crassa, quæ ossis sacri apophysibus transuersis, exteriore parte grandibus & patentibus, cauitate glenoide excipitur, eaque tede ossi sacro per synarthrosin committitur. Quod totum os vt Galeno & Oribasio nomine caret, ita Rufo ἰσχίον, fortè à præcipua ischij actione, dicitur. Vinculum autem neruosum & cartilagineum hîc intelligi videtur, plurima cartilago ligamenti naturam adepta, & totam amplitudinem quæ inter hæc ossa intercedit, inuicemque dehiscunt, explens, vbi duo illi sacri ossis processuum sinus conspiciuntur, quibus os ilium

ſuis tuberibus non exactè reſpondet. Aut certè ea connexio accipienda eſt, qua os ſacrum cum oſſe ilium vnitur, & ligamentis plu- A
rimis firmiſſimè colligatur, ſumma autem ſui parte infimo lumborum ſpondylo cartilagine incruſtatum connectitur & adhæreſcit. Hîc autem μέχρι τοῦ ὀσφυϊκοῦ extremam lumborum vertebram intelligit, vt & ſtatim poſtea, & libro de artic. cum ex ea crurum annexionem dependere dixit, quæ etiam iſtis verbis hîc adumbrari videtur, & de neruorum qui ad crura feruntur exortu, ab extrema lumborum vertebra, quæ cum oſſe ſacro committitur, intelligi, vt illic quoque explicat Galenus. Exemplaria verò manu ſcripta Regia, τοῦ ὀπίσθεν τοῦ ἱεροῦ ὀστέου legunt.

ἀρχὴ τοῦ ἐγκεκλιμένου] τὸ χαλαρὸν dixit lib. de artic. eam recti inteſtini partem, quæ laxa eſt & ad latitudinem inclinat, neque muſculis conſtringitur.

ἀπὸ δὲ τούτου] Hæc ferè iiſdem verbis repetuntur lib. de artic.

ὀσφυϊκοὶ δὲ ἔπωθεν] Id quomodo accipiendum eſſet diximus libro de articulis. Hîc autem neruoſum ligamentum & mucoſum in- B
telligit, ex cartilaginibus originem ducens, quod vertebras parte ſua exteriore complectitur, caſque inter ſe connectit vt docet Galenus lib. 13. de vſu part. Exemplaria verò quædam manu ſcripta χόνδρων νώτων legunt, vt extimam vertebrarum partem quæ cartilagine incruſtatur intelligant. Quæ ambæ lectiones etſi ad eandem notionem referuntur, illa tamen quæ codices manu ſcriptos refert, propiùs ad libros de articulis accedere videtur, quod extimam ſpondylorum partem ab interiore regione ſignificare videatur. Aſulanus autem codex hîc nullo merito aſteriſcum, velut corruptionis notam apponit.

αἱ δὲ ξυναρθρώσιες] Spondyli inter ſe per apophyſes ſurſum & deorſum ſpectantes diarthroſi committuntur, vt ſcribit * Galenus. γιγγλυμοειδῆς dixit Hippocrates lib. de articulis, quod velut cardinis modo inter ſe iungantur. Illud verò ἐν τῷ ὄπισθεν τῶν πλατέων, quod ὀπίσω dicit Galenus, quomodo accipiendum ſit, illic apertiſſimè Galenus exponit.

* *Lib. de Oſſibus.*

ὄπισθεν δὲ ἔχεσιν ἴκρυσιν] Aliter paulò legitur lib. de artic. quod etiam à Galeno explicatur.

ὥσπερ καὶ οἱ μύες ὠνομασμένοι] Hîc ῥαχίτας muſculos intelligi ſatis conſtat. Quod etſi lib. de artic. repetitur, hîc tamen meliorem C
quandam fortunam nactum eſt, meliuſque ſcribitur quàm lib. de artic. vbi etiam à Galeno explicatur.

κατὰ ταῦτα δ' ἀρθρώσιας] ἀρθρώσιες hîc intelliguntur vertebrarum interſtitia aut rimæ, cauitates paruæ ac ſuperficiariæ, ſinuſque vertebrarum corporibus inciſi ad apophyſeon tranſuerſarum radices, in quas coſtarum principium tuberculoſo quodam capite & rotundo inſeritur. Aut certè ἀρθρώσιες etiam dici poſſunt, quæ inter vertebras enata ſunt, & ipſi ſpondylorum proceſſus tranſuerſi intelligi cum quibus duplici diarthroſi, vna ad eorum radices, altera ad internam eorum extremitatem, duobus tuberculis coſtæ committuntur, & ad interiora tendunt. Duplex enim & ἀρθρωνὴς (* vt ſcribit Galenus) earum eſt coarticulatio, vt eo quoque nomine, duplices illi ſinus veluti rimæ quædam verticulorum corporibus inſculpti, ἀρθρώσιες rectè dici poſſunt. παρεμφύσιν verò dixit, quod παρεμπροσθοῦσι libr. de artic. quodque Galenus ἐμπροσθοῦται explicat. τόνειον autem vocat nerui productionem & exortum, ad apo- D
phyſeon tranſuerſarum finem vnicuique vertebræ reſpondentem, vt teſtatur † Galenus. Coſtæ nanque cum vertebrarum corpore magna ex parte inarticulantur, inter mutuam ipſarum commiſſuram & foramen neruis deſtinatum. Hîc verò κατὰ ταῦτα ἀρθρώσιας ἤγουν ἀπονδύλων cum interpretibus lego, contra tamen omnium codicum fidem.

* *Com. 3. in lib. de artic.*

† *Lib. 13. de vſu part.*

ὅπῃ παρεμπίπτει δὲ κατὰ τὸ στῆθος] Coſtarum cum ſterno commiſſuram intelligit, quæ parte cartilaginoſa in tuberculum deſinentes, ſingulis ſterni oſſibus ſinum leuiter cauum ſortitis, per diarthroſin iunguntur. Totaque ea coſtarum cum ſterno iunctura, non os, ſed cartilago eſt, (* vt ſcribit Galenus) Ideóque hîc χαυῶνες καὶ χαλαζοειδὲς τὰ ἄκρα ἔχουσι dicuntur. ῥωβοειδέσσαπον autem hic exemplaria omnia legunt, eamque lectionem ſecutus videtur Erotianus. Sed nos libro de artic. ῥιζοειδέσσαπον legendum eſſe diximus. Illud enim incuruam maximè coſtarum figuram innuere videtur. Coſtis nanque (vt ſcribit Galenus) non vna ſimplexq; figura eſt, cùm poſt eam quam E
habent cum vertebris diarthroſin, in anteriora ſimul & inferiora ferantur, multamque ita progreſſæ, rurſuſque ſurſum verſæ, protinus ad ſternum recuruentur.

* *Lib. de Oſſibus.*

στενότατος γὰρ οὗτος] Cùm homo latiſſimum habeat thoracem, ad eum vſum quem indicat Galenus Commentariis de reſpiratione, & lib. 7. & 13. libr. de vſu partium, ideò coſtæ maximè inflexæ ſunt, & ad ſternon interiorem in partem incuruantur, nec vt in cæteris animantibus, in acutum aut tumorem tendunt, quod hic anguſtiſſimam molem habere dixit. πλατυστερνότατος enim ὁ ἄνθρωπος. († vt ſcribit Galenus) cætera verò animalia ὀξύστερνα. Cuius rei etiam rationem ibi reddit. Legi verò poteſt, τῷ ζώῳ τὸ στενότατος οὗτος ὁ ἄνθρωπος. Quam etiam lectionem ſecutus fuiſſe videtur Caluus. ἐπ' ὄγκον autem legendum cenſeo pro ἐπ' ὄγκων.

† *Com. 3. in lib. de artic.*

ἐφ' ἑκάτερα ἀπονδύλῳ] παρεμπεφύκασι habent omnia exemplaria quotquot adhuc videre licuit, ſed παρεμπέφυκε legendum exiſtimo. F

στῆθος δὲ] Hîc ſterni aut pectoris ſubſtantiam fungoſam admodum & mollem, totamque cartilagine indurata & ſiccata ferè conſtantem intelligit, quæ pluribus oſſibus, nec ſemper certo numero comprehenſis, inter ſe ſynarthroſi aut etiam ſymphyſi iunctis, continetur & cohæret. ἀρθρώσιες autem hîc dicuntur diſcrimina quædam & interualla, hoc eſt cartilagines ipſæ, quibus ſynarthroſi ſternum cum coſtis committitur; aut ſinus ipſi cartilagine incruſtati, ad pectoris latera & commiſſuram inſculpti, in quos coſtarum pars cartilaginoſa inſeritur. Qua notione etiam codicum conſenſum ſecutus ſum, ἀρθρώσιας ἔχον πλαγίας, ἢ πλευραὶ παρεμπίπτωσι legens. quanquam etiam, ἢ πλευραὶ παρεμπίπτωσι χαυῶνες καὶ χονδρώδεις, legi poteſt, vt Caluus legiſſe videtur. Sed ea poſtrema verba totam pectoris ſubſtantiam cartilagineam & mollem, totamque ferè cartilagine indurata contectam, mihi innuere videntur. Libro verò de artic. ſcribitur, ἀπὸ γὰρ ἐωυτῷ συνεχές ἐστι τὸ στῆθος, ἢ τῇ ῥάχῃ.

κλεῖδες δὲ] Clauiculæ parte ſuperiore quà ſterno diarthroſi inarticulantur, craſſiores ſunt & rotundæ, ideóque παρεμφερεῖς εἰς τοῦμ- G
προσθεν hîc dicuntur. Vbi etiam paruas motiones habent. μικρὸς γὰρ ὁ κυκλισμὸς τοῦ ἄρθρου τοῦ ἐν τῷ στήθει, vt ſcribitur libro de artic. Ad ſummum verò humerum, cùm per ſumma veluti fluctuent ac fluitent (vnde & Hippocrati, περὶ τοῦ τῶν ὤμων ἄρθρου πλοώδεις εἰσί,) αἰωρεύμενοι καὶ ἀπερείσαντες πυκνοκίνητοι εἰσὶ, διὰ τοῦτο τὴν ἀκρωμίου σύζευξιν (lib. de artic.)

ἀκρώμιον δὲ ἔξ ὠμοπλατέων] Spina in dorſo lati ſcapularum oſſis (quod ὠμοπλάτη dicitur) elata, progreſſa, dilatata fit acromion. Eſt nanque omoplatæ acromion, os illud cartilaginoſum, quà ipſa claui committitur. Quod Hippocrates lib. de artic. ligamentum eſſe ſcribit, iugulum cum lato ſcapularum oſſe colligans, idque firmitatis & ſecuritatis gratia, vt ſcribit * Galenus. Quia verò cartilago iſta oſſea, in commiſſura lati ſcapularum oſſis cum iugulo, interdum accumbit, ſæpius verò media intercedit, vt in ea quæ claui eſt cum ſterno iunctura, & ea quæ cruris cum tibia: Ideo hîc plærique inæquabilem, aut non æquè omnibus connecti ſcribit. Aut certè quod cartilago iſta hominibus tantùm propria Hippocrati & Galeno eſſe ſcribitur. H

* *Lib. 13. de vſu part.*

ὠμοπλάτη δὲ] Hîc ὠμοπλάτη, vt & Galeno libro de Oſſibus, & libris vſus partium latiùs ſumitur, ὦμον & ἐπωμίδα complectens. Huius ima baſis quæ ſecundum dorſi longitudinem thoracis vertebrarum ſpinis proximè exporrigitur, maxima ex parte cartilagine incruſtatur, ac penè cartilaginea eſt. Vnde ſpina quædam primùm humilis & depreſſa, deinde ſenſim elatior facta & amplior, in acromion dilatatur. Ex quo etiam ei magna inæqualitas parte exteriore accedit. Parte anteriore apophyſin quandam habet, quam cerui cem nominant, in cuius extremo cauitas quædam excauatur, in quam brachij caput diarthroſi inſeritur. Quæ cauitas humilis & ſuperficiaria, cartilagine reliquorum articulorum modo incruſtata, non admodum altè cælatur, ideóque glene potiùs quàm cotyle dicenda videatur, hîc tamen vt & libello de Oſſibus à Galeno cotyles nomine exprimitur. Quod autem ad ſcriptionem attinet, illud τὸ περὶ ῥάχιν, ad omoplatæ ſpinam refertur, etſi illius baſim ad longitudinem dorſi & ſpinam pertingentem, reſpicere aliqua ex parte poteſt. ἔχουζα verò pro ἔχουσι (quod paſſim in omnibus codicibus legitur) ſcribo.

ἐξ ἧς, αἱ πλευραὶ κίνησιν ἔχουσιν] πλευραὶ hîc aut ſuperius & inferius lati ſcapularum oſſis latus dicuntur (vt veteribus Græcis) cùm

non niſi

A non nisi humeri articulo emoto, moueri queant: Aut certè humeri articulum, qui ex ceruice & coryle omoplatæ dependet, exporrectum esse & longè à thorace abductum intelligit, vt latissimus esset thorax & facilius moueretur. Quam ad rem etiam clauiculæ articulatio maximè accommodata esse videtur. Quod differtissimè scriptum est à Galeno lib. 13. vsus partium.

σύαπλυτος ἐοῦσα] Summi humeri, quod *ἀκρώμιον* dicitur, auulsionem intelligit. Quod etsi securitatis gratia validis quibusdam ligamentis clauiculæ & omoplatæ impositum, eas inter se connectit; facilè tamen, brachio excepto recedit. Cum enim brachij caput rotundum, parua & superficiaria cauitate condatur, eiusque pars maxima extra sit, crebrò excidit & luxatur, vt scribit Galenus libr. 13. de vsu part. Ideoque Chirurgi acromij auulsionem non intelligentes, brachij caput excidisse autumant, quod in seipso expertum Galenus fatetur Com. 1. in lib. de artic.

πυελία ἡ κεφαλὴ ἐξίστηται] Ligamentum latum, amplum & membranosum totum humeri articulum ambiens, omnibus articulis commune intelligit, quod ex superciliis cauitatis lati scapularum ossis orbiculatim ortum ducens, in capitis interni brachij radicem & initium infigitur. De quo agit Galenus lib. 13. de vsu part.

B *αὐτὸς δ' ἔγκυρτος*] Brachij figura rotunda, nec recta tamen, nec omninò similis. In anteriora enim & exteriora gibba, in posteriora verò & interiora sima, & ad apprehensionem concaua. Melius enim fuit ad se inuicem conuersas fuisse manus, & concauas ossium partes se inuicem aspicere, ipsorum autem conuexitates foras auertere, vt scribit Galenus lib. 16. de vsu partium. Caluus verò *ἔγκυρτος ἔξω μὲν ἐμφαίνει, πάλιν δὲ ἐντὸς κοίλωμα*, loquisse videtur, vt sit, exteriore & anteriore parte incuruum, quemadmodum libr. de ossibus scribit Galenus. Vbi anteriorem partem sumit eam quæ foras spectat. Codicum tamen maxima pars, *ἐμφαίνει πάλιν* habet. Qua scriptione pars anterior & interior obliqua, hoc est, sima & concaua esse indicatur. Etsi hic obliquum gibbum, & anterior pars exteriorem significare potest. Brachium verò non recta ad cauitatem scapulæ committitur, cùm humeri articulus extra promineat, ad thoracis amplitudinem & latitudinem, vt scribit Galenus lib. 13. de vsu part.

τὸ δὲ κάτω ἄκρον αὐτῆς] Inferiorem brachij finem tuberculosum & inæqualem intelligit. *κάτω τὸ βραχίονος ἄκρον* vocat * Hippocra-

C tes. *πλατύνεται γὰρ ἐντεῦθεν* (vt scribit Galenus Comment. in libro de articulo) *πλείους λαμβάνουσι κεφαλὰς ἀπὸ ἴσου, καὶ ἑτεροιάζουσι καὶ δοκοῦσι βαλανοειδεῖς*. Autem oblongas habens cauitates dixi, quod *βαλὸς κοιλότης ἐπιμήκης* dicatur Galeno in Exegesi, aut *βαλανικὴ*, vt legit Varinus. Ea autem cauitas intelligitur quæ est in brachij fine inferno, leuis & rotunda, inter duos condylos medio paruo condylo leuata, & trochleæ similis, quam vlnæ cauitas *πυραμοειδὴς* comprehendit eaque suis processibus aduncis & coronis circa hanc mouetur, & à qua brachij pars inferior caruitem refert, & *γιγγλυμοειδὴς* dicitur Hippocrati libro de Fract. Cùm verò *βαλὶς ἄρθρου* & *ἀφισεῖαι*, aut *χαμαὶ* carceres, aut locum vnde cursores emittuntur, lineam etiam & repagulum, aut etiam *ἐμπέδους. πύλας ἢ πύργους*, flexum, metam, aut terminum significet † Polluci, *τὸ βαλιστοειδὲς* hic quod est repagulo aut metæ simile significare potest, quo modo sumpserunt " Caluus & Cornarius. Eoque sensu sinus in brachij fine inferiore vtrinque exsculpti ad elatiorem rotulæ regionem intelligentur, *βαθυσίδες* proprie dicti, in quos vlnæ processus & coronæ inferuntur, illicque veluti ad metam flectuntur & sistuntur, aut

D tanquam repagulo constringuntur & terminantur. *βαλὶς* quoque cum *βαθυσὶς ἢ ἴσθμια* dicatur Hesychio, & *ἀπὸ τοῦ εἰς βάλλεσθαι* deducatur Eustathio, aut *ὀπὸ τοῦ βαίνειν* Varino, *βαλιστοειδὲς* dici potest inferius brachij caput, eas vtrinque cauitates (quas *βαθυσίδας* dicimus) habens velut sedes in quas vlnæ processus ingrediuntur, immittuntur, insident, ac veluti firmantur. *βαλιδίσκοι* etiam dicuntur Eustathio & Varino *αἱ ἐν ὀφθαλμῷ ἢ ἄλλοις ζώοις τρῆσαι ἢ ἐξοχαὶ δι' ὧν κάπαστρα εἰς ἀντ.* Vnde quoque *βαλιστοειδὲς* apud Hippocratem Hesychius *τὸ ἔχον ἐμπέρασιν ἱππικὰς ἀσπίδος* explicat. Sic enim apud eum legendum, istamque locum ab eo denotari existimo. Qua notione elatiores rotulæ regiones intelligentur ad quas vtrinque sinus, qui *βαθυσίδες* peculiariter dicuntur, in inferiore brachij capite sunt excauati. Ac certè ex his omnibus notionibus ea mihi potior existimanda est quæ ad Galeni mentem propius accedit, & qua cauitas illa trochleæ similis, aut cauitates vtrinque exsculptæ in inferiore brachij capite significantur.

* *Lib. de artic.*

† *Cap. 30. lib. 3.*

" *Lib. de Ossium natura.*

E *καὶ τὸ παρακείμενον νεῦρον*] *παρακείμενον νεῦρον* ligamentum intelligere videtur, quod ligamentorum natura sensu careat. Innuit autem ligamentum illud densum, crassum & validum ac membranosum, quod ex brachij fine inferiore exortum, cubitum cum radio connectit, totamque dearticulationem circumuestiens, maiore tamen parte cubitum annectit, vt scribit Hippocrates libro de Fract. Eamque ob causam cubiti gibbi in posteriorem partem luxatio periculi plena est, nec facile restituitur, febremque, dolorem, ac meracæ bilis vomitionem mouet, vt scribitur libr. de artic. & postea. Per totam autem longitudinem, qua inuicem radius & vlna dehiscunt, ligamentum validum & membraneum habetur, ab anteriore vlnæ linea in radij lineam infertum.

[2] Ῥὶς δὲ κατεαγεῖσα ἀναπλάσσεσθαι δεῖ τε αὐτῶν

F ἐγὼ καὶ ἐμοὶ μὲν δοκέω ὁ χόνδρος ἐντὸς τεταμένου ἀγκίστρου ὀξυτάτου ἀναπεσόντα λοπῷ καρχηδονίῳ, ἢ ἐς ἄλλο τι μὴ ἐρεθιεῖ. παρλοπῷ δὲ ἐμοὶ δοκέει χρῆσθαι λεπτῷ καὶ ἁλαμβαίνῃ. τοῦτο δὲ ὀπίσθοτονον ποιήσει. ἴσως ἄλλη. ἄμα δὲ τῷ ξυμβαλεῖν ἢ ῥῖνα ξυνὼ κηρωτῇ αὐτίκα ἀναπλάσσειν. ἔπειτα ἀνακογχίζειν δεῖσι δακτύλοισι ἐσμαθυόμενον καὶ ἀναστρέφοντα. καὶ τὸ καρχηδόνιον

G πωγεῖτο αὖ. καὶ ἐὼ ἕλκος εἶῃ, καὶ ἐὼ ὀστέα ἀπεῖναι μέλλῃ. οὐ γὰρ παλιγκοτέεται οὕτω ποιητέα.

Nasus autem confractus eodem momento conformari potest. Si quidem igitur cartilago desidit, derasam lintei lanuginem Carthaginiensis corij cortice, aut aliqua alia re quæ non irritet, conuolutam, in nares immittere oportet. Id autem deligatio præstat. Est & alia curatio, vbi simul iniecto sulphure cũ cerato, statim nasus componitur, deinde digitis immissis explorando continetur, & in alteram partem conuertitur. Carthaginiense verò corium linendum, donec callum obduxerit, siue vlcus adfuerit, siue ossa discessionem factura sint. Neque enim committendum vt sic maximè recrudescant.

[2] Ῥὶς δ' ἐπαγεῖσα] Hæc valde compendiosa est nasi fracti curatio, quam diffusioribus verbis explicatam habes libro de articulis. *ἀναπλάσσειν* autem eodem momento aut eadem hora significat, quod etiam Hesychius, *συνιέναι* exponit, quod est continuo. Nasi igitur fracti conformatio eodem die aut pene eodem momento præstari debet, quod scribitur libro de artic. *ἢν τι ῥὶς ἐπαγεῖσα ἀναπλάσσεται, μάλιστα μὲν ἀναίμακτος, ὡς ἧκιστα μὲν, ἐλαχίστη ὑγιείῃ*. Paulus verò, *τῶν σπαστῶν δ' ὀστῶν τὰ τοῦ προσώπου ἀναίμακτα, ἢ μὴ πάνυ βαθέα*. Caluus illud *ἀναπλάσσεσθαι οὐ τι ἀναίμακτον*, deprimitur & deformatur sicuti videre est, dixit, alio longè sensu & contra Hippocratis mentem.

H *κατὰ μὲν ὁ χόνδρος ἐντέτακται*] Sic legunt quotquot in hunc vsque diem licuit videre exemplaria. Verùm legendum existimo, *κατὰ μὲν δὴ ὁ χόνδρος ἐξίσταται, ἐντεταμένου ἀγκίστρου ὀξυτάτου*, ex libro de artic. Hunc autem locum subindicare videtur Erotianus, cùm *ἀγκίστρου ὀξυτάτου* explicat, *τὸ παρὰ τοῖς λεγομένοις ξυσμα, ὃ ξύουσι καὶ ποιοῦσιν ὁ καλούμενος ξυστήρ*. (Sic enim legendum censeo.) Hesychius quoque cùm *τοῦ λίνου ἄγκιστρον* ex Hippocrate adscribit, & *τὸ λεπτὸν ξύσμα* exponit, hunc haud dubiè intelligere videtur. Tenue autem lintei alicuius rasamentum ex quo penicilli contorquentur, corio Carthaginienti, aut aliquo alio molli conuoluitum & conlutum intelligit, quod in nares ad eas dirigendas indatur. Pro quo ponit lib. de artic. *ἄγκιστρον τοῦτο ἀντὶ τοῦ λίνου τοῦ ὀθονίου, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐν τῷ ὀθονίῳ ἐλίσσοντα, μᾶλλον δὲ καρχηδονίῳ ῥήματι ἐρράψατο*. Atque ista mihi ad Hippocratis mentem propius accedere videntur. Sunt verò qui illud *τὸν ὀθόνιον ἐλίσσοντα καθάπερ καλάμην ἢ ἀναλαμβάνοντα* accipiant de ansis quas corio agglutinari velint, quibus extrahi & permutari queat. Sed illud *ἀναλαμβάνειν* alium habere vsum apud Hippocratem videtur.

τῷ λοπῷ δὲ] Istud refertur ad narium fractarum curationem, vbi quæ directa sunt & excitata, tum demum habena ex tenui

corio Carthaginiensi, extremis naribus,aut quà distortæ sunt,adalligata & glutine illita,eas inclinatas dirigit & continet, velut explicatur lib.de artic. ῥᾳδαλλάξιας autem hîc intelligit ossa inter se alternantia & cedentia, vbi alterum super alterum excedit, quod est Hippocrati vsitatum. ἀναλαμβάνειν verò de parte nasi inclinata & distorta dicitur,quæ corio agglutinata,eoque intenso retinetur, excipitur,& suspenditur,vt scribitur lib.de artic. καὶ ἡ ῥὶς καταπίνηται ἢ ἐμάνη ὅκως αὖ ξυμπέρῃ. μᾶλλον δ' ὀλίγου πίπτειν χρὴ, ὥστε ὀρθὴν ἐς ἀκρητὸν πλὴν ῥίνα εἶναι. A

ὑποβρύχιος] Sic certè legunt omnia exemplaria publicè exarata. Regia verò manu ſcripta ὑποβρόχιος. Quæ certè lectiones manifeſtum habent vitium. ὕπονος igitur aut ὑπόνιος legendum videtur. Quam etiam lectionem retinet Caluus, & ſubditam ſuculam aut aſellum ſignificat, quo in extenſione membra quidem abducantur, eamque quæ inferiore in parte ſit extenſionem præcipuè indicat. Sic & ἀείρειν & ἀπάγειν oſſium diductionem in extenſione denotant.

ἐν ᾧ αἱ ἕκαστα χύσεις] Hoc communem vniuerſæ repoſitionis methodum ac viam comprehendit. Neque enim fieri poteſt, aptè vt oſſa ſuam in ſedem reponantur, niſi mutuò à ſe ſuſpenſa diſtent. Iſque eſt extenſionis terminus, vt oſſa mutuò à ſe ſuſpenſa, vbi in ſublime inter ſe attolluntur, tum ab extenſione deſiſtatur. Quod ſignificauit Hippocrates his verbis lib. de fract. ἁπλοῦν ἰκανὸς καταπαύσης, ῥηϊδίως ὅταν ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν. ἀστραγαλοειδὲς γὰρ ἐς ἀνωμαλίην ἐστὶ τὸ ἀρχαῖον ἕδρης. Hic verò Caluus aliam ſecutus lectionem videtur. C

ἢ ἕδρῃ] Id piſtillares fuſtes moræ alicui obiectas, ad quas vincula alligantur, indicat, aut modiolos in terram defoſſos, aut trabeculam lectulo ſubſtratam, ad cuius fines hinc & inde ligna offirmata reducuntur & habenę intenduntur ad extenſionem præſtandã.

ἐπὶ τῷδε τῷ βεγχίονι] Hoc mihi ad rectum angulum referri videtur, vt eo habitu cubiti gibbus ad brachium ad rectum angulum aptetur, qualem efficit in brachio quod manui ſubtenditur. Brachio namq; fracto, mitella quæ totam manum excipit eique ſubtenditur, rectum angulum efficit. Poteſt & id ad ἕρεδρον illud & ſtabile referri, quod ſuperiectis puluinis ſcorteis manui ſupponitur in brachio fracto, vt ea ſit altitudine qua cubitus ad rectum angulum obliquetur, velut ſcribitur lib. de fract. Ideoq; τῷδε τῷ βεγχίονι, vt eſt in impreſſis, lego, etſi codices Regij manu ſcripti, ἐπὶ τῷ βεγχίονι legunt, qualis eſt Calui & Aſulani lectio. D

κατωκλίσιος ὁ] Hic Erotianus ἢ ἑδρίου, ἢ οἰκείου τόπου exponit. ὀκλὶς autem rem aliquam velut obicem renixus cauſa ſignificat, ſupra quam pars luxata collocata firmiùs reſtituitur, velut eſt lignum validum & latum in terram defoſſum, aut columna querna quadrangula, ſupra quam pronus homo collocatur in ſpinæ obliquatione reſtituenda.

κἢ ὃ πίπτειν] Haud dubiè locus iſte corruptus eſt, cuius rei ſuſpicionẽ auget aſteriſcus in codice Aſulano huic præfixus. Sic igitur legi poteſt: κἢ ὃ πὶ ἔπτειν μίσωρ χρὴ ὠθέειν ὀπίσω κἀκάτω. Vt μίσωρ peritum quendam artificem ſignificet, quem ἐυπαλίδοτον, καὶ μὴ ἀμαλὴν vocat Hipp. lib. de artic. μίσωρ autem βαλάπτης, ἴμπληξ exponitur Heſychio, & φείσιμος, eſtque dictio Homero vſitata, vt cum Hectora μίσωρα φίλβιον vocat, hoc eſt, ἴμπληξιν πολίμου, qui ſua virtute & conſilio in fugam hoſtes vertat. Idem heroas Græcos μίσωρας αὐτῆς dicit, pro ἐρηράτους μάχης, quod eſt belli peritos & pugnæ. Deductum autem videtur à μῶσθαι quod eſt βούλεσθαι Heſychio, aut μήσασθαι quod idem εἰρήσασθαι ἐπιχειρήσασθαι exponit.

δεῖ δὲ καὶ τὴν κατάσασιν] Sic legunt exemplaria omnia publicata. Sed ex Regiis membranis κατάθεσις lego, quod etiam fecit Caluus, qui vtramq; lectionem appoſuit. Indicat autem diſtenſione aliqua eſſe opus, neq; aliter inclinatum intro ſpinam reſtitui poſſe, quã concuſſione per ſcalam & diſtenſione. Quod etiam ſcribitur lib. de artic. Quòd verò neq; per ſternutationem, neq; tuſſim, neque flatu per vtrem immiſſo, neq; cucurbitulis admotis interna ſpinæ luxatio reſtitui poſſit, ſcriptum etiam eſt lib. de artic. E

καὶ ὃ ἀπάτη] Senſus eſt eos qui exiſtimant ſpinæ introrſus luxationes ſe curaſſe, ideo decipi, quòd fractis oſſium proceſſibus qui in ſpina & dorſo eminent, cùm locus depreſſior videatur, exiſtiment ſpinæ vertebras interiorem in partem luxationem feciſſe. Quam etiam hallucinationem fuſiùs explicat lib. de artic. Secuti autem ſumus vulgatam codicibus omnibus lectionem quoad fieri potuit, etſi pro οἷόν τε, οἷόν τε non malè legi poſſe exiſtimem.

δεῖ δὲ τὸν ὀδυώλεα] Id cum habet ſenſum, vt ob dolorem luxatæ intrò eſſe videantur vertebræ. Nam fractis ſpinæ in dorſo prominentibus oſſibus, ſi incuruari conentur, dolore magis afficiuntur, quòd oſſa fracta hoc modo carnem intus pungant. Adde quòd ſi quis parte læſa eos attrectet, in anteriora inclinati magis cedunt, iſque locus attrectanti mollis & vacuus apparet, quod ſpeciem præbet luxatarum intrò vertebrarum. Quod igitur hîc τὸν ὀδυώλεα dicit, lib. de art. τὰ σήματα τῶν πτερυγίων errorem facere ſcribit. F

τοῦτο δὲ τὰ χύσεως] Libr. de art. ὑγιέες δὲ ταχέως καὶ ἀσινέως ἰητὰ μᾶλλον οἱ ἰητοὶ γίνονται. ταχέως γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ὀστέα ὅπως ἂν ἕκαστα χαιῦσα ᾖσι.

τὰ δὲ ἔξω] Hic κατὰ κλῖμα intelligit, quæ diſtenſione & per ſcalam cõcuſſione reſtituuntur. Quæ igitur in collo aut ſuperiore in parte fiunt, ea in pedes dequaſſatio reſtituit, quod ὅτι τοὺ πόδας καταπάσιος dicitur lib. de art. Quæ verò inferiore in parte & iuxta os ſacrũ contingunt, contrario modo facta diſtenſio & dequaſſatio, hoc eſt in caput, iuuat, dicitur; Hippocrati ὅτι κατὰ κλῖμα καταπάσιος Caluus illud ὅτι πόδας aliter ſumpſit, & ad ea quæ infra diſtenduntur retulit, contra Hippocratis & literæ ſenſum, ad id etiam immutata lectione. κλιναίσιος ὁ] Hic gibbi impulſionem & depreſſionem, quæ vnà cum diſtenſione fieri debet, intelligit. Fit autem compulſio, cum gibbo aliquis inſidet ſimulq; dum diſtenſio fit, ſublimem ſe attollendo, ſecundum quod ὑπερθέσθαι τὰ κατωκλίσια dicit Hippocrates hic ἕδρῃ vocat) aut pedibus ſupra gibbum inſiſtit, eoq; fertur, ac labitur, quod ὑπόνωσαι τῷ ποδὶ καὶ ἐκπλῆξαι ὀλίγον τὸ κύφωμα dicitur. Fit etiam depreſſio per aſſerem tiliaceum, quem modum explicat Hipp. lib. de artic. G

Quæ ad vſum ſunt accommodata ea omnia lata, blanda, ſpecie valida eſſe oportet. Neq; lintea ante cõuoluta eſſe debent, præparata tamẽ antè, quàm vis adhibeatur, omnia, moderata tũ longitudine, tum latitudine, tum craſſitudine. Velut in femoris diſtẽſione, quod eſt ad malleolum & ſupra genu deligari debet, & per hæc quidẽ eodem diſtenſio fieri. Iuxta lũbos autem & circa axillas, & ad interfœmineũ, & femur, vincula iniici debent, ac media ſui parte, partim quidẽ ad pectus, partim verò ad dorſum tẽdere. Hæc verò ad id quod ſubter eſt, quò omnia extenduntur, deliganda, ſiue ad piſtillares fuſtes, ſiue ad aſellum. In lecto igitur ſi iſtud moliare, hæc quidem lecti fulcra ad ianuę limẽ offirmare oportet. ad altera verò lignũ validum tranſuerſum obiicere, piſtillaribus autẽ fuſtibus qui ſupra ſunt ad hæc obnixis, diſtenſionẽ fa-

[20] Τὰ ἀρμόσια πρῶτα εἶναι πλατέα. τὰ ἐσχυρὰ ἰσχυρὰ ἐόντα. ἐμπλάσσεσθαι πρὸ τοῦ ἐπιβάλλεσθαι. ἐσκυβάλους τοὺς ἐν ἕδρῃσιν ἀναλήψεσι. πρὸ τοῦ συμμετρεομένους, τὰ μήκεα, καὶ εὖρος, καὶ βύρσα. ἐσβάσεις δὲ μετὰ τὸ τὰ σφυρὰ σφιγγεσθαι δεῖν, καὶ ἄνω τὰ γόνατος. τοῦτο μὲν ἐς τὸ ἰσχίον τείνοντα. τὰ σφυρὰ δ' ἐξοῦν, καὶ τὰ ἀγκαλίδας, καὶ χρὴ τὰ ἀγκαλίδια, καὶ μηρόν, τὰ μεταξὺ τῆς ἀρχῆς. τοῦτο δὲ τὸ ἕδος. τὸ δὲ ὅπισθεν ὦμον τείνοντα. τοῦτο δὲ ἐς τὸ ὑπὸ ἄκρωλα τείνοντα. πρὸς δὲ τὰ ἢ πρὸς ἀσφοδέλους, ἢ πρὸς ὄνον. ὅτι μὲν δεῖ κλίνης ποιεῖσθαι, τόνδε μὲν τῶν ποδῶν πρὸς τοῦδε χρὴ ἔρεισαι. πρὸς δὲ τὸ ἕτερον, ξύλον ἰσομεγὲς πλάγιον παραβεβλῆσθαι, τὰ δὲ ὕπερθεν ἀσφοδέλους πρὸς τοῦτ' ἀντιτείνοντας δεσμεύειν. ἢ πλίνθους καὶ ὀρύζας. ἢ κλίμακα δεδεμένην, ἀμφοτέρωθεν ὠθέειν. δεῖ δὲ κοινὸν σανὶς

δεσπη-

A ἑξάπηχυς. βῦρος δίπηχυς. πάχος τοιοῦτος, ἔχουσα ὀ-
νους δύο ταπεινούς, ἔνθεν & ἔνθεν. ἔχουσα δὲ τὸ μέσον
σκολίσκους ξυμμέτρους, ἐξ ὧν κλιμακτῆρες πεσσοί.
ἐστιὼ ὑποστάσιν τῷ ξύλῳ, ὥσπερ τῷ κατώμῳ. κοί-
λους δὲ, ὥσπερ λίνους λείους ἔχειν; τετραδακτύλους
βῦρος καὶ βάθος. καὶ ἀφαλιπεῖν τοσοῦτον, ὅσον αὐτῇ τῇ
μοχλεύσει ἐς διόρθωσιν. ἐν μέσῳ δὲ τετράγωνον κατα-
B γλυφίδα, ὥστε σκολίσκον ἐνδῆσαι, ὃς τοῦδε τοῦδε ἐόν,
ἀποῤῥέπειν τὸ κωλύσειεν, ὅ, τε ὑποκαλαθεὶς ὑπομο-
χλεύσει. χρὴ δὲ τῆς σανίδος, ἣ ἐν τῷ τοίχῳ τὸ ἄκρον κα-
ταγεγλυμμένον τι ἐχούσης τοῦ ξύλου, ὥσαν ὀκρόν. ὅπῃ δὲ
θατέρα καταναγκάζειν. ὑποδήσεται μαλθακὰ ἕνος
σύμμετρα.

sex cubitorum, latitudinis bicubitalis, crassitudinis dodrantalis, duos humiles asellos hinc & inde habens. In medio quoq; columellas habeat, in quas velut scalæ gradus expoliti infiguntur, quæq; ad subsistendum moderata ad lignum magnitudine se habeant, velut in demisso humero contingit. Caua quoque læuia exsculpta veluti quosdam alueos habere oportet, quatuor digitorum latitudine & altitudine, tantumque inter se distare, quantum ad directionem, in ipsa per vectem molitione, satis esse videatur. In medio verò cauum in quadratam figuram exsculptum esse debet, in quod columella immittatur, quæ iuxtà interfœmineum posita, defluere corpus vetet, quando aliquanto laxior immissa, molitionem quandam faciet. Oportet autem tabellæ ligneæ, aut quæ summum in pariete quodammodo insculC ptum habeat, extremum protrudere, & in alterâ partem vi impellere, suppositò molli aliquo quod conueniat.

[20] τὰ ἄρμυα] ἄρμυα dicuntur quæ ad Chirurgi vsum sunt accommodata & necessaria, quæque ei ad opus sufficiunt, velut quæ ad parandum balneum sunt necessaria, τὰ ἄρμυα vocat Hippocrates lib. de rat. vict. in morb. ac. Sic lib. κατ' ἰητρεῖον, τὰ ἄρμυα dicuntur, quæ ad opus chirurgicum sunt conuenientia & accommodata, velut instrumenta, alueoli, labra, pelues, rotæ, cæteraq; id genus, quæ ex domestico apparatu ad curationem sunt vtilia. Hic verò τὰ ἄρμυα dici videntur, fasciæ aut lintea ad deligationes & distensiones faciendas accommodata. Ad distensionem autem faciendam lib. de artic. ἱμάντα μαλθακὸν ἑκατόν, πλατέα καὶ μακρὰ, δωδεκα, ταινιοειδέα requirit Hippocrates.

ὧδε ἢ ἰξύι] ἰξύι ὀσφύι exponit Erotianus apud Hippocratem, hunc himirum (vt opinor) locum subnotans: etsi idem ὀξύι ὀσφύι exponit, quod vitiosum esse apparet.

τὰ μεταξὺ τοῦ ἀγκῶνος] Istud de vinculo longo, duplicato, leni & valido intelligi videtur, quod interfœmineo circumiectum, atque à
D posteriore parte ad spinam, ab anteriore ad iugulum porrectum, vtrinque femoris distentionem facit, vt scribitur lib. de art.

ὅπῃ μὲν οὖν κλίνη] Hic ea quæ per lectum sit distendendi ratio explicatur quam describit lib. de art. Vbi etiam distensionis modus per scalam lecto suppositam describitur.

τὸ δὲ κοινὸν] Hic ἱπποκράτειον βάθρον describitur, quod ξύλον peculiariter vocat Hippocrates lib. de artic. Vbi illud egregiè describit, in vsuque esse vult in percelebri ciuitate medicinam factitanti.

ἔχουσα δὲ τὸ μέσον] Hic locus omnino obscurus & aliqua ex parte vitiatus videtur. σκολίσκους autem intelligit postes duos pedales à lateribus infixos (φλιὰς vocat lib. de artic.) transuersum lignum tanquam scalæ gradum excipientes, in quod læsum crus transferatur. Sed quid hic πεσσοὶ indicet mihi satis compertum non est, existimoque vitiatam esse dictionem, & ξεσταὶ legendum, vt tanquam scalæ gradus læuigati & expoliti ad insessum inaudiantur. ξεσταὶ enim dicuntur οἱ καλῶς ὀξεσμένοι. Quod sequitur quoque, ἐς τὸν ὑποστάσιν
E τῷ ξύλῳ, valde est obscurum. Hoc mihi ad postes referri videtur qui conuenienti magnitudine ad lignum se habeant, vt facilè quis in eo subsistere possit, sano crure inter postes traiecto, & læso supra gradum aptato. Horum namque conuenientem esse vult altitudinem lib. de artic. his verbis, ὕψος δὲ ὅκως δοκέει ξυμφέρειν, τὸν μὲν ἔνθεν, τὸν δὲ ἔνθεν. Aut ad gradus conuenientem altitudinem referri potest, quam moderata paulò ampliorem esse vult, vt ei aliquid desuper faciliùs accommodetur, aut stragulum multiplex, prout congruere videbitur, substerni queat. Ea namque de causa expolitum & læuigatum scalæ gradum expetit, vt quis in eo facilè insideat. Potest & ὑπόστασις substerniculum & stragulum multiplex quod supponitur indicare, vt quod subeat & supponatur, velut etiam antea vsurpauit: vel certè ὑπότασις legi, velut lib. de art. scribitur. ἢ γὰρ κλιμακτῆρα ὑψηλότερον χρὴ ποιέειν τοῦ μηροῦ, καὶ ἱμάτιον πολύπτυχον ὡς ἂν ἁρμόσῃ ὑπὸ πίνειν ὑπὸ τὸ σῶμα. Illud verò ὥσπερ τῷ κατώμῳ, hunc mihi sensum habere videtur, vt velut quidam scalæ gradus accommodetur, quemadmodum in humero interiorem in partem luxato & demisso reponendo, faciendum præcepit lib. de artic.
F κάτωμος enim demissum humerum, aut eum qui demissis est humeris significare videtur. Caluus certè longè aliam habuit mentem, vt & postrema ista verba præteriit, quæ tamen omnibus in codicibus leguntur.

καταγλύφους δὲ] Hic καταγλύφους vocat, quos κάπτους dixit lib. de artic. meliùs autem καταγλυφὰς (vt hîc paulò post & lib. de artic.) fossulas aut cauitates per totum scamnum excauatas & incisas, quatuor digitorum interiecto spatio, quas trium digitorum latitudine & altitudine esse vult lib. de artic. hîc verò quatuor (si modo lectio est integra.) Læues autem esse iubet ac læuiter incisas, velut alueos aut loculos quosdam. Sic enim ὥσπερ λίνους significare videtur. Sunt enim λίνοι Hesychio σορεῖ πίσσει, ἢ τῷ ὑρυσσίων δίφροι αἱ κοιλίσκαι, loculi, alueoli, aut labra quædam & conceptacula, aut cauitates in sellis curulibus, in quibus fustes reponebantur. Sic apud Eustathium χοάνη & λινὸς dicitur τὸ κοῖλον τῶν ὑρυσσίων δίφρου. εἰς ὃ ταῖς μάστιγας οἱ ἡνίοχοι ἀπετίθεντο. Quin & mali nautici conceptaculum λινὸν appellant. Pollux verò lib. 7. cap. 5. & lib. 10. cap. 24. in panificis & coqui vasis λινὸν reponit, & ex Menandro τὸν κεφαλοῦν seu πλὴν μαγίδα, πλὴν μάκτρου (quæ & σκάφη dicitur) λινὸν dici scribit, hoc est alueum in quo farina subigitur. Idem lib. 10. cap. 31. in θεσ-
G πιδῶν vasis, σορὸς, σύελος, κιβωτὸς, λινὸς reposuit. Ex quibus satis constat λινὸν dici alueum, aut loculum, aut cauum quoddam, ἔρυμα, & excauatum, ligneum siue lapideum, aut reconditorium & conceptaculum quoddam. Qua dictione fossulas has excauatas & læuigatas velut alueos vocat Hippocrates. Dicitur & λινὸς Varino περὶ τὰ λιαίνω, τὸ λεπτύνω. Dicitur & λινὸς Hesychio & Polluci ὅπου αἱ σαφύλαι ἐμπατοῦνται, id in quo vuæ calcantur, & lacus præli torcularij, quod nihil hic commune habere videtur, etsi Caluus de eo locum intellexit. λείας verò læues cauitates intelligo, non asperas & complanatas. Sic Hesychius λείας ὁμαλὰς, εὐθείας exponit, & idem λεῖα, εὐσεπῆ καὶ καλὰ dicit.

ὥστε σκολίσκους ἐνεῖναι] Lib. de artic. ξύλον dicitur, & Rufo scalmus aut priapiscus. Est autem lignum longitudinis pedalis, & crassitudinis ligni quod ligonum foraminibus immittitur * Paulo. Hoc verò erectum defixum, & iuxta interfœmineum collocatum, corpus prohibet quominus concedat cùm à pedibus trahitur, quod hic ἀποῤῥέπειν defluere & delabi dicitur. Interdum verò lignum istud laxiùs demissum, cùm crus vtrinq; trahitur, satis est vt molitione quadam femoris caput impellat, vt veram ac germanam lectionem
H esse existimem, ὅς τε ὑποκαλαθεὶς ὑπομοχλεύσει, vt his verbis libri de art. quadret. ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ μέσον τὸν σκέλεος ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἀπὸ τοῦ ξύλου τοῦτο καλεῖν ἐγκείμενον ὃ τῇ ὀλισθάνουσι ὅπῃ δέον αὖ ἐπὶ τὸν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐς τὸ ἔξω μέρος. Etsi tamen potest ista quoque lectio stare. Quæ postrema verba mihi omisse videtur Caluus.

* Cap. 118. lib. 6.

χρὴ δὲ τὸ σανίδος] Hæc est per spatham depressio, quam ὀλίσθησιν σανίδος ἵππων Galenus Comment. 4. in lib. de art. Paulus quoque ὀλίσθησιν σανίδος πλατυσμὸν vocat, eamque celebrat Hippocrates in femoris exteriorem in partem prolapsi repositione.

[21] Οἷσιν ὀφθὸν ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε, μέσην ἴζει ἐς τα-
τέοισιν. ⓐ οἷ φλώμβοι κεφαλὰς ἀνθ' ἕλκεος, ἢ πεσόντος, ἢ
καπάξαντος, ἢ πιέσαντος, τούτεων οἷσι τὰ δριμέα ἔρχε-
ται, ἀπὸ κεφαλῆς καὶ βρεγμάτων καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος οἷσι τὰ κε-

Quibus ex palato os discessit, iis medius nasus desidit. Quibus verò caput circa vlcus colliditur, aut re aliqua incidente, aut frágente, aut apprimẽte, eorũ nonnullis ex capite in fauces acria veniunt, & ex capitis vul-

nere. Ac ad iecur & femur partium, vbi alia ſuper aliá effertur,& luxationem fecerunt, notæ redundant, & quatenus,quaq; ratione,quantumq; inter ſe differant conſiderandum. Quibus quoq; acetabulum perruptũ eſt, & quibus neruus aliquis diuellitur, & quibus os adnatum perfractum,tum quibus & quanam ratione vnum etiam,aut duo, (in quibus os geminum eſt) & quænam eos pericula circumſtent,aut ſpes affulgeát, quibus deſperatio,& quando triſtis exitus impendet, aut certa ſalus imminet,& quænam repoſitionem aut manus tractationem, & quando poſtulent, & quænã minimè,aut quando non. In his tum ſpes,tum pericula prædicenda, tũ qualia & quãdo ſub manus tractationẽ veniant ſpectanda. Tum quæ à primo ortu luxata adhuc incrementum accipiunt, aut iam acceperunt,& quodnã citiùs,& quodnã tardiùs,quodq; claudum & quanam ratione,quodq; minimè exiſtat. Tum quam ob cauſſam & quodnam imminutionem ſentiat,& quanam parte, & quonam modo, ac quibus iſta minùs contingit. Eſt etiam animaduertendũ quòd fracta citiùs aut tardiùs coaleſcunt, aut peruerſiones & oſſiũ ferruminationes fiunt, eorumq; curationes, quibus vlcera ſtatim, aut quibus poſtea contingunt, quibus etiam oſſa fracta minora euadunt, quibus minimè, quibus fracta cute emineant & quanam parte magis extant, quibus loco emoti aut exerti articuli compingantur,& quaſnam ob cauſas in quibus ſenſui patent,in quibus mentis agitatione comprehenduntur. Ad affectiones & curationes ſpectant quæ legitimis de deligatione præceptis cõtinentur,præparatio, exhibitio,diſtenſio,directio,frictio,deligatio,ſuſpenſio,collocatio,habitus, temporũ & victus ratio. Quæ laxa ſunt citiſſimè coaleſcunt, contrà verò quæ contrario ſe habent modo. In peruerſionibus incurui fiũt, carne priuantur & neruis. Quod repoſitum eſt longiùs multò locũ vnde exceſſit ſuperabit, quàm quod loco motum eſt. Nerui qui in motu ſunt & loco humore flacceſſente,ij facilè cedunt,qui verò non, minùs. Optimum vbi quid excidit, citiſſimè reponi. Si febris occupauerit,non tentanda repoſitio,neq; quarto die,minimè verò cubiti gibbum quinto die. Quæcunque etiam torpidũ habent ſenſum, vbi inflammatio remiſerit,quàm citiſſimè reponere optimũ. Diuulſa in neruis aut cartilaginibus, aut adnato oſſe, aut diſſidentia circa iuncturas, in priſtinũ ſtatum reſtitui nequeunt,ſed in pleriſq; celeriter callum contrahunt, vſus autem ſeruatur. Partes extremæ facilè excidunt. Quæ facilè excidunt minimè inflammatione tentantur. Quæ verò minimè incaleſcunt,iis, ſi diligens curatio non adhibeatur, maximè rurſus excidunt. Extenſio eo habitu quo maximè ſuperattollentur fieri debet, natura & loco in conſiderationem adhibito. Qua parte exceſſerunt directio fiat, retro rectà & in obliquum, propellenda autem celeri reuulſione adhibita. Iam verò citò reuellere per circumactionem licet. Quæ frequentiſſimè excidunt nullo negotio reponuntur. In cauſa eſt neruorũ aut oſſium ſolutio, neruorum quidem longitudinis aut incrementi, oſſium verò,acetabuli æquabilitas, capitis læuitas. Conſuetudo vſum facit. In cauſa quoque eſt corporis diſpoſitio & habitus,& ætas,& mucus qui ſine inflammatione ſubeſt.

φαλῆ. καὶ ἐς τὸ ἦπαρ, καὶ ἐς Ⓚ μηρόν, σημεῖα παλλαγμάτων καὶ ἐκπτωμάτων, καὶ ἢ καὶ ὅπως, καὶ ὅσον διαφέρῃ τοῦ πρὸς ἄλληλα. καὶ οἷσιν ἡ κοτύλη πρέαται, καὶ οἷσι νεῦρον ἀπεσπάσθη, καὶ οἷσιν ὀπίφυσις ἀπέαγε. καὶ οἷσι, καὶ ὡς, καὶ ἐν ᾗ δύο ὀστέ ἐστιν, ὁκόταν τυτθοῖσι κίνδυνοι. ἐλπίδες. οἷσι καὶ καὶ ὅτε κακώσιες θανάτου, ὑγιείας ἀσφαλείας, καὶ ἀμβλητέα, ἢ χειρίστεα. καὶ ὅτε, καὶ ἃ δ', ἢ ὅτε δ'. ὁκόταν τυτθοῖσιν ἐλπίδες, κίνδυνοι οἷα καὶ ὅτε χειρίστεα. καὶ τὰ ἐκλυόμενα, ἔξαρθρα, τὰ αὐξανόμενα, τὰ ἠυξημένα, καὶ ὁ, μ διάτασον, καὶ ὁ, μ βραδύτερον, καὶ ὁ, μ χωλόν, καὶ ὡς, καὶ ὅσον. καὶ δι' μ καὶ ὅτι μινυθείσιν, καὶ ἢ, καὶ ὡς, καὶ οἷσιν ἧσσον. καὶ ὅτι τὰ κατὰ γλῶτα διάτασον καὶ βραδύτερον φύονται. ἢ αἱ διαστροφαὶ καὶ ὁκόταν ῥῶσιν γίνωνται, καὶ ἄκρη τυτθῶν οἷσιν ἕλκεα αὐτίκα ἢ ὕστερον γίνονται. οἷσι καὶ ὀστέα καταγεῖσι, μείω. οἷσιν δ'. οἷσι κατὰ γλῶτα ἔξεργεν, ἢ ἧσσον ἐξίσχει μᾶλλον, οἷσιν ἐκβαίνει, ἢ ἁρμονίαι ἔξιμοι παγῶνται. καὶ δι' ἃ ἐν οἷσιν ἐρῶσιν, ἐν οἷσι διαφυόμεναν ἀμφὶ τὰ παθήματα, ἀμφὶ τὰ θεραπεύματα, νόμοισι τοῖσι νομίμοισι. περὶ ὀπιδέσιος, παρασκευή. πάρεξις. κατάτασις. διόρθωσις. ἀνάτειψις. ὀπίδεσις. ἀνάληψις. θέσις, σῆμα. χρόνοι. διαιταν. τὰ χαυνότατα τάχιστα φύεται. τὰ δ' ἐναντία ἐναντίως. διαφοραί. Ⓛ κυρτοί. ἄγκροι. ἀνθυφεῖ. τὸ ἐμπεσὸν ὡς πορρωτάτω ἢ τὸ ἐκπεσὸν ἔξω, τῷ χωρίῳ δ' ἐξέπεσε. νεύρων τὰ μὴ ἐν κινήσει, καὶ ἐν πλάδῳ ὀπιδυκά. τὰ μὴ ἧσσον. ἄμεινον ἢ αἰ ἐκπέσῃ, ἢ ἐμπέσῃ τάχιστα. πυρετῳαίνοντι μὴ ἐμβάλλειν, μηδὲ τεταρταίῳ. πεμπταῖα ἥκιστα ἀγκῶνα. καὶ τὰ ναρκώδεα πρῶτα, ὡς τάχιστα ἀρίστα, τῷ φλεγμονὴ παρέντα. τὰ ἀποπαυόμενα, ἢ νεῦρα, ἢ χόνδρια, ἢ ὀπίφυσιν, ἢ διϊσάμενα καὶ συμφύσῃς. ἀδυνατα ὁμοιωθῆναι. διαπωρᾶται τάχεως τοῖσι πλείοσιν. ἢ ὑγρῆσις σώζεται. ἐκβαίντων τὰ ἔξαπα, ῥᾷον. τὰ ῥᾴστα ἐκπεσόντα ἥκιστα φλεγμαίνει. τὰ δ' ἥκιστα θερμαίνοντα, καὶ μὴ ὀπιθεραπεύοντα μάλιστα αὖθις ἐκπίπτει. καταστείνει ἐν σήμαϊ τοιούτῳ, ἐν ᾧ μάλιστα ἐκτερεωρηθήσεται, σκεπόμενον ἐς τὴν φύσιν, καὶ Ⓜ τόπον, ἢ ὀξέως. διόρθωσις ὀπίσω ἐς ὀρθὸν καὶ ἐς πλάγιον. παρωθέντα δ' τάχεως ἀντιπαράσαντα. ἀντιπαράσαν τάχεως ἤδη ἐκ πολιαγωγῆς τὰ πλάγιος ἐκπίπτοντα ῥᾷον ἐμπίπτει. αἴτιον νύσις. ἢ νεύρων, ἢ ὀστέων. νεύρων μὲν, μήκιος ἢ ὀπιδύσιος. ὀστέων δ' κοτύλης ὁμαλότης. κεφαλῆς φαλακρότης. τὸ ἔθος πείθει. αἰτίη, καὶ ἕξις, καὶ ἡλικίη. τὸ ὑγρὸν ἀφλέγμαντον.

[21] οἷσιν ὀστέον] Hæc quæ ſequuntur ſunt veluti ſumma quædam capita eorum quæ ad Chirurgiam pertinent, ad eam quæ manus curationem requirit medicinæ cognitionem neceſſaria, in qua ex quibuſdam notis ad ea quæ interdum oculos fugiunt & aperta non ſunt inueſtiganda, velut manu ducimur. Quorum exempla primum in capite & naſo proponit. Huius autem ſententiæ prima pars lib. 4. Epid. & lib. 6. repetita, à nobis fuſiſſimè eſt explicata.

οἱ δ' ὀλώδηκοι] Colliſa caluaria abſque vlcere, interdum in fauces ſuæ noxiæ notas emittit, ex acrium humorum & ἰχωρώδους influxu. Id quod etiam in capitis vulneribus interdum contingit.

σημεῖα παλλαγμάτων] παλλαγματα dicuntur alternata, aut partium inter ſe alternationes, immutationes & peruerſiones, vbi alia ſuper alia effertur, aut inter ſe ceſſerunt. Sic παλλαγαὶ τῶν μυῶν καὶ νεύρων, cùm à priore ſitu & naturali in alium transferuntur, lib. de artic. Ibidemque παλλάγματα, aut τὰ παραλλαγμένα dicuntur partes inter ſe cedentes & alternantes. Earum autem notas, quænam redundent, aut quantum inter ſe & quanam ratione diſtent, conſiderandas eſſe Medico præcipit. Ambigua autem admodum eſt iſta lectio, ſed nos membranarum reconditarum authoritatem ſecuti ſumus, etſi alius quoque ſenſus conſtare poteſt.

A ἐν ἢ δύο] ἐν ἢ δύο lego. Quam etiam lectionem secutus videtur Caluus. Spectanda hæc autem omnia Medico propo quænam manus tractationem aut repositionem postulant, diligenter attendat, ex hisque pe cula aut certam salutis spem pro & quænam tentata successu careant accuratè præuideat. Vt verò certius ista prædicat, on tolum os fractum considerandum, fracturæ qualitas & species, & num vnum, numve duo (in quibus os est geminum) fracta sint attendendum. Lego autem ὑγιείας ἀσφαλείας. pro ὑγιείας ἀσφαλείας.

ἔστ' ἐκ χρυσῆς ἴξαφρα] In luxatorum ratione, quæ à primo ortu luxationem sentiunt, ea plurimam & exilissimam membrorum et ossium imminutionem & peruersionem experiuntur: deinde verò ea quæ adolescunt: minimam autem ac tardissimam, quæ iam adulta ætate luxantur. Quæ omnia Medico tum prædicenda, tum cognoscenda. tum etiam quenam claudicationis ratio membrum obsideat. Hic autem lego ἔστ' ὀν, etsi aliter legunt omnia exemplaria. ἄκρα ἴξιγια] ἴξιγια ἄκρα dici videntur natura prominentes & exerti articuli, quos ἴξαφρας vocat (lib. de artic.) τοὺς ἐκκείμενα ἔστ' ἀκρίχτα καὶ ἐξαφρα. Sunt enim quidam quibus

B natura extant adeo, ac exerti sunt articuli, vt loco emoti videantur. Quod maximè Chirurgo in luxatorum repositione, aut fractorum curatione est animadvertendum, idq; attendendum monet Hippocr. lib. de art. ἐν εἶναι ὁρᾶσθαι] Istud de his luxationibus quæ sensui & oculis patent intelligendum videtur. Quædam namque manifestas & aspectabiles prolapsionis notas habent, quæ non etiam intelligentia & cogitatione comprehendi debent, quales sunt vertebrarum spinæ ad interiora luxationes in quibus etiam plærique decipiuntur, vt scribit Hippocr. lib. de art. Caluus ὁρᾶσθαι legisse videtur.

παρέξις] παρέξις est cum se Medico ad exactam morborum dignotionem exhibet æger, vt scribitur ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, vbi etiam summa ista capita quodammodo explicantur.

τὰ χαυώματα] Istud de ossibus intelligi videtur, quemadmodum scribitur lib. de artic. συμβαίνει ἢ ἰσχίου κλισὶ ἢ πάλαι πάσχειν τὰ χαυώματα ὀστέα. ἰσχίων γὰρ πλὴ ὀλίγων πάντων πάσχειν τὸ τοιοῦτον.

C ἀλγεῖ] In membrorum peruersionibus & luxationibus carnes imminuuntur laxæ & fungidæ euadunt, nerui emolliuntur & effœminantur, neque robur pristinum seruant, idque præcipuè in mollioribus & humidioribus naturis, in quibus faciles sunt & crebrimæ articulorum elapsiones. De quibus hic locus planè intelligendus videtur.

τὸ ἐμπεσὸν ὡς ἐκπεπτωκότων] ὡς ἐκπεπτωκότων longiùs multò dixi, quod in luxatis reponendis in diuersa contentio fieri debeat, quæ longe à loco vnde excessit os abducit. Etsi mihi optimè sum conscius aliter sumpsisse interpretes.

νεῦρα τὰ ἁπλᾶ] Nerui & ligamenta in mollioribus naturis humore diffluant & flaccescunt, ideoq; articulorum laxitatem faciant. quòd facilius elabantur. Quod scribitur lib. de art. σκέπειν ἢ ἀγαθὸν ἐν ἀφύκτοισι, τῶν μὲν ὑπὸ πόνου ἐόντα, τῶν ἢ ξυμπαλυνθέντα. ἀφίσιν ἢ αὖ ἐκπίπτειν] ἐν ἐμπίπτειν τάχιστα lego. In luxatorum autem legibus, quam citissime repositio tentanda, ipso aut postero die, antequam inflammatio occupet. Quod scribitur lib. de artic. ἐνδέχεται ἢ χρὼς ἀνθρωπείου, ἢ τὸ ὑπόστεγον, πρῶτον ἢ ἢ πεπαρμένον ἦσαν. πεπαρθὲν ἢ ἐστὶ. ὅστις ἐπιμελέως τῶν παλαιουμένων κάλλιστα ἐπ lib. de fract. ἐνδέχεται κάλλιστα ἀφίσιν ξυνιέναι, ὅσῳ τάχιστ' ἐπιλαμβάνῃ τὴν νεῦσιν. Si quis enim luxata ante inflammationem reponat, facilius repositioni cedunt. Quod etiam his verbis significat Hipp. ἐπειδὰν ἢ βαρεῖαι ἐμβάλωσι τὰ τοιαῦτα ὀλισθήματα, ἰὼ σοι ἐπιλάβωμαι ἐμβάλειν πῶς. Ac neque articulus, vbi febris inualit reponendus, vt scribit Hippocr. ὡς ἢ ἐν καλαῖσιν ἀσθενέσι, κ. τ. ἄλλοι χρὴ τὸν ἰητρὸν πειρᾶσθαι τοιοῦτον ἐπιβάλλειν, ἵνα ἢ ἀλγεῖν. Quod facit vt hic libenter legam, μηδὲ πειρᾶσθαι, ἵνα ἢ ἀλγεῖν, etsi codicum omnium consensum secutus sum. Caluus cubitum statim reponi vult cum iis quæ sensum habent torpidum, cùm tamen cubiti gibbus prolapsus grauissimos casus afferat, fœbribusq; ac doloribus intentissimis periculum interdum creet maximum, vt antea scriptum est.

ἢ τὰ παραύδεκα ταῦτα] τὰ παρεύδεκα legamenta intelligere videtur, quod sensu careant, quæ in articulorum dimotionibus aut peruersionibus magnam faciessant negotium. Etenim in violentis articulorum luxationibus & repositionibus inflammationes suboriuntur, neque tendones aut musculi ad extensionem aut flexionem concedunt, sed ex duritie quam contraxerunt renituntur, & ἀτρεμὲς τὸ ἄρθρον γίνεσθαι, vt loquitur Hippocr. lib. de fract.

E τὰ ἀποπτώματα] Sic lego ex reconditis membranis, quamuis publicata exemplaria superioribus ita annectant. Sunt autem τὰ ἀποπτώματα, quæ ἀποπτάσματα alias dicuntur Hippocrati, auulsa, cum claustris ea quæ ossa colligant quæ mutuo se contingebant, plurimùm inter se dissidentes, quale quid de summo humero scribit vr lib. de artic. Hæc verò in pristinam sedem restitui nequeunt, vt de acromio, ac in vniuersum de iis scribit Hippocr. ὡς γὰρ ἄλλο οὐδὲν ὑγιὲς ἐπὶ τὸ αὐτὸ καθίζανται, ὅστις ἐπίπαν ὄπτα, ἢ σχιστοειδὲς ἀποπτῶδες ἀποπτῶδες τὸ ἀρχαῖον φύσιος.

ἢ ἐξαρθρήματα καὶ συμφύσεις] καὶ φύσεις legunt exemplaria manuscripta, quam lectionem etiam secutus videtur Caluus. συμφύσεις autem intelligo ξυμφύσιας aut ξυμφυσήσεις, ossium iuncturas & commissuras. De dissidentibus autem inter se ossibus quomodo ægerrimè ad pristinum statum redeant, scribitur lib. de fract. ὅσοι γὰρ ἄλλῳ ὀδυνηρῷ ῥήγνυται ξυμφυσέα κινεῖσθαι ὑπὸ ὀδύνης κινεῖται ἐς τὸ αὐχμῶδες φυσιν ἰσχυρὸν ὀδύνας, ἀλλ' ἀναγκαίη ἐστὶν ἰσχνὸν ἰσχνὸν τὸν ὄγκον ἔσεσθαι. Ideoq; etsi deformitas quædam accedit, vsus tamen remanet, vt de auulsio acromio

F scribit Hipp. ἐκδύνειν τὰ ἰσχία] In magnorum articulorum luxationibus magni tumores fiunt, ideoq; difficiles sunt repositiones, eaq; præmollire & extenuare conantur, quod in paruis articulis & extremis partibus, quæ in angustum declinant, nihil est necesse. Eæ enim vt facilè ictus aut offensiones excipiunt, ita & facilè reponuntur & eruditur, neque admodum incalescunt aut inflammescunt. ἀνὴρ ἢ ἐμβαλὼν δεῖ (vt scribit Hipp.) πάντα τὰ ἐκτὸς τοῦ ἄρθρα, μάλιστα μὲν ὑγιὲς σῶμα ἐν σαρκῶν ἐόντων. ἐν ἢ μὴ, ὡς τάχιστα. ἐν γὰρ τῷ ἐμβάλλοντι ῥᾴστη ἡ διάγνωσις ὀξεῖα ἐμβαλεῖν, ἢ τῷ ἀδενώδεϊ πολὺ ἀσφαλέστερον ἢ ἐμβαλεῖ, ἢ ὀφις διαδῦναι ἔοικε.

κατατεῖναι] Sic ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον ἀσφάσματα ἐν ἄρθρωσιν τοῖσι χείλεσι, κατατάσεις, κατ' ἐπὶ διαδύσεις ἢ κατακύψεις πλείονι curam præcipit.

ἐπεξοδεῦσαι] Hic membranarum pluralitatem secutus sum facili notione. Caluus istud superioribus iunxit. In luxatis autem distentio adhibenda, deinde directio, quæ manuum palmis fieri debet, quod excessit propellendo, deinde contranitendo, demum deligatio & curatio adhibenda. Hic autem ἀπόπτασις ἐκ περιαγωγῆς eam quæ per articulorum circumuectionem fit indicare videtur. Lego autem ἔδει ἐκ περιαγωγῆς. Caluus ἢ δεῖ legisse videtur.

G τὰ πλησίαλα ἐκπίπτοντα] Crebræ luxationis duæ sunt causæ, ossium dearticulatio cùm sinus altè non defixerit, sed supina ac retusa habet supercilia, & partium quæ iuncturam ambiant humiditas, quæ facit vt laxæ sint & remisse ac facilius extendantur. Eaque ob causas faciliores etiam sunt articulorum repositiones. Quod his etiam verbis expressit Hippocr. lib. de artic. ἐπὶπλα μὲν οὖν χρὴ, ὅπ σύσις φυσιν μέγα ἀφέστηκεν, ἐς τὸ ῥηϊδίως ἐμπεσεῖν τὰ ἐκπίπτοντα. διαφέρει ὧν γὰρ ἂν ἢ κατὰ τὴν κοτύλην κοτύλης, ἢ ὧν εὐπετέστερα ἔσται, ἢ ἧσσον. πλεῖστον ἢ ἀφέστηκε ἢ τῆν νεῦρον ὁ σιμὸς ὦν, ἔστι μὲν ἢ ἐπὶ ἢ ξυμπαλυνθὲν ἐόν. ἔστι ἢ γὰρ ἐν ὑγιέσι πάσι ἀνθρώποισι γίνεσθαι ἢ ἐν τῷ ἄρθρῳ, ἀφ' ἧς νεῦρον πλὴ ἀπόπτωσι, ἰὼ χαλαρὰ τὰ περὶ φύσιν, ἢ παῖ ἐπιτάσιος ἐν γίνεσθαι φύσει. ἐστὶ δὲ ὅτε ἰσχνὸς ἐὼν ἀνὴρ ὑγιὴς ἐπὶ πολλὸν ὑγιὴς ἐπὶ φύσιν, ἐστὶ ὅτε ἐπὶ πολλοῖσιν, ὅτε ἀνθρώπων τὰ ἄρθρα ἀφίστανται ἀλλήλων, ἢ ἐξίστανται ἀλλήλων. λύσις autem νεύρων lego ex facili lapsu & ex veteribus membranis cum Caluo, etsi omnia ferè exemplaria νῶτος habent, vt sit neruorum ac articulorum solutio, hoc est remissio & laxitas. λύσιν namque μαλακότητα καὶ χαλὰν exponit Galenus ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, & αἰτίαν τοῦ τόνου ἢ εὐεξίαν παῖειν. lib. 2. salub. quod de carnis mollitie & laxitate dicitur. Solutionem autem dixi quasi dissolutionem, quomodo M. Tullius Chrysippum ipsam ægritudinem λύσιν, quasi λύσιν, id est solutionem totius hominis appellatam putasse scribit Tusc. 3. Quo nodione etiam solui frigore membra dixit Maro. Eoque etiam pertinere videtur quod scribit Galenus in Exegesi λύσιν dici Hippocrati ἔξαρσιν ἀφ' ἁπάντων ἢ ἀλλήλων τὰ ἄρθρα.

μικρὸς ἢ ὀπὸ ὀξίσιος] ὀξὺς & ὀπὸς legit Caluus planiore sensu. κοτύλης ἀκαλὸς autem dicitur acetabuli & cauitatis ossis lubricitas & æquabilitas, & κεφαλῆς φαλακρότης capitis ossis æquitas & glabrities, aut caluaria rotunditas, vt de brachij aut femoris capite φαλακρὴν σφηνόλασιν dixit lib. de artic.

πλέον πλέον] πλέον vsum dixi, velut Fabius πλεῖν vsum dicendi Rhetoricem ex * Critolao vocat. hoc est tritam consuetudinem. Sensus autem est, articulis elapsis ipsam consuetudinem callum inducere. Est etiam πλέον Hippocrati lib. de artic. tritus locus in quo articulus affecerit aut moram fecerit.

* Cap. 16. lib. 2.

ἀπὸ τῆς χρόι.] Hic verumq; cõprehendit Hip. tum solidarũ partium, tum humorum corporis compagem & constitutionem, eùm χρόιν & ξιν ponit; ξις enim ἀφέσεως est ἐλάττων ἢ μᾶλλον γε scribit Galenus lib. ad Thrasib. & partes solitas cõplectitur. χρὼς verò ἀφέσεως est ἐλάττων, humores & venosum genus complectens, quibus ἕξις opponitur Gal. lib. 4. salub. Aut certè hic χρὼς corporis habitudinem affectumq; significat velut capitis Gal. lib. 3. de caut. pulf. ἕξις verò ἢ τῶν σώματος ἢ παντὸς μορίου humidioris à natura initio inclinati.

Vtramque verò comprehendit per χίσιν lib.de art.cùm scribit: διαφέρει μὲν τοι ἡ χίσις τὸ σώματος. τοῖσιν μὲν γὰρ εὖ ἔχουσι τὸ γῆρας & σταρκωμένοισιν ἐκπίπτει τι ῥᾷον, ἐμπίπτει τι χαλεπώτερον, ὅταν ὑπὸ ἀωρίῃ τι λεπτύνεται ἡ ἀζαρκότερα ἔωσι, τότε ἐκπίπτει τε μᾶλλον, ἐμπίπτει τε ῥᾷον. Illic enim χίσις corporis constitutionem significat,quæ in gracilitate aut crassitudine spectatur. Ætas autem puerilis quæ plurimo humore madet,faciles articulorum luxationes facit. A

τὸ ὑπόμυξον ἀφλέγματον] Hoc duplicem habere sensum potest. Superioribus namque iunctum, articulos quibus mucus subest sine inflammatione facilè excidere significat, velut in carne expertibus & macilentis contingere scribit lib. de artic. ἀπὸ γὰρ ἡ μύξα πλείων ὑπάρχει τῷ μεταξὺ μὴ ξυῷ φλεγμονῇ, ἡ ὅτως αὖ ὀλεθρὸν ἔπι. μυξωδέστερα γὰρ τὰ πίπτοντα τὰ ἄρθρα τοῖσιν ἀσάρκοισιν, ἢ τοῖσι σταρκωμένοισι ἔστιν. ἀφλέγματον autem additur,quia inflammatio quodammodo articulos vincit & constringit. Quod etiam scribitur lib. de artic. ἐνίοισι μὲν τοι ξυῷ φλεγμονῇ μύξα ὑπερῤῥύηκε, ἡ φλεγμονὴ δι' ὅλου ἔχει τὸ ἄρθρον. διὰ τοῦτο μάλα ἐκπίπτει τὰ ὑπόμυξα, ἐκπίπτοντα δὲ εἰ μὴ, ἧσσον, ἢ ἐλάσσων φλεγμονῆς ὑπεγένετο. At si secùm istud legatur, τὸ ὑπόμυξον ἀφλέγματον, vt fecit Caluus,hunc sensum habebit, quod mucore redundat,nulla inflammatione tentari,velut humidioribus partibus contingit. Scribit namque lib. de art. ἔστιν ὅτε πλεγμαίνουσι τοῖσιν ὑγροῖσιν ἢ πίοσιν ἀσάρκοισιν, ἢ τοῖσι σκιληροῖσι ἢ σταρκωμένοισι. B

Quibus vlcera statim facta sunt, aut ossibus cute extãtibus,aut postea ex pruritu aut asperitate,ea quidem vbi senseris confestim soluito, vlceri cerato picato impositoq; fasciæ initio super vulnus iniecto, ac in reliquis perinde te gerito ac si ea parte læsio nulla existeret. Hoc namq; modo ea pars maximè extenuabitur,& citissimè circumabrupta excidet, & repurgata vlcera celerrimè coalescent. Ferulæ verò neq; ad ipsum vlcus admouendæ, neq; apprimendæ. Et in quibus non magna ossa absunt ita se gerendum, & in quibus magna ossa absunt, & cùm multa suppuratio adsit, non ampliùs ista neq; eodem modo facienda, sed nudatur pars recrementorum quæ moram traxerunt gratia. At quæcunque magna ossa cute eminent, iis, siue reponantur, siue non, deligatio quidem nõ conuenit sed distensio. Orbes conficiuntur quales compedes, quorum vnus quidem iuxta malleolum, alter ad genu in crure adaptetur. Hi lati, leues & validi sunto,circulos habentes. Virgæ autem corneæ eam conuenientem,tum magnitudinem,tum crassitudinem habeant, vt distensionem moliantur. Habenas verò vtrinque in extremis finibus habeant, quibus ad annulos alligentur,ita vt extremi fines orbibus innixi, vim adhibeant. Curationem perficiunt ceratum picatum calidum,habitus corporis, pedis & coxendicis positio,exquisita victus ratio. Quæ supereminent ossa,eodem aut postero die reponito,quarto aut quinto die minimè,sed vbi gracilia euaserint. Repositio verò per vectium molitionem facienda est, aut ossis quod reponitur, si firmamẽtum non habeat, impedimenta præcidenda. Quinetiam nudata ossa decident, & breuiora membra euadent. At articuli partim quidem magis, partim verò minùs luxantur, & qui quidem minùs,facilè reconduntur. Quibusdam quoque maiora tum ossium,tum neruorum, & articulorum ac carnium vitia contingunt. Femur autem & brachium quàm simili inter se modo excidunt. C D E F

Οἷσιν ἕλκεα ἐγήμετο, ἢ αὐτίκα, ἢ ὀστέων ἐξιόντων, ἢ ἔπειτα, ἢ κνησμῶν, ἢ τηκεδόνων. τοῖσι μὲν οὖν οἷσι μὲν αἰσθῇ βύθεως λύσας πιαστρὸν ὅτι τὸ ἕλκος ὀπιθεῖς, ὀπιθεῖν ὡς ὅτι τὸ ἕλκος πρῆγμον τοῦ ἀρχοῦ βαλλόμενος. καὶ τ' ἄλλα ὡς οὐ ταύτη τὸ σύνεος ἐόντες. οὕτω γὰρ ἂν τὸ ἰχνιότατον, καὶ ἐκπέσῃ τάχιστα καὶ ἐπιῤῥήξει), καὶ καθαρθέντα τάχιστα φύσει). ναρθηκες δὲ μήτε κατ' ἀσθενὸν πρήσσειν, μήτε πιέζειν. καὶ ὧν ὀστέα μὴ μεγάλα ἀπέπεσεν. ὧν δὲ μεγάλα, ὅτω ποιεῖν. πολλὴ γὰρ ἐμπύησις. ἐς ταῦτ' οὐκ ἐπὶ ὕστερον, ἀλλ' αὐέψυκε) τὴν ὑπόστασίων ἕνεκα. τὰ δὲ τοιαῦτα ὁπόσα ἀξέχει. καὶ εἴ τε ἐραδληθῇ, εἴ τε μὴ, ὀπιθεῖσις μὲν οὐκ ὀπιτήδειον. διάτασις δὲ, σφαῖραι πεπηγυῖαι, οἷα πέδαι. ἡ μὲν πρὸς σφυρὸν, ἡ δὲ πρὸς γόνυ ἐς κνήμιον. τὰ λαβίδια. πρόσωπα. χρίκοις ἔχουσαι. ῥάδδοι τε σύμμετροι κεφαλῆς, καὶ μῆκος καὶ πάχος, ὥστε διατείνειν. ἐμπίπτια δὲ ἐξ ἄκρων ἀμφοτέρωθεν ἔχοντα ἐς τὸν χρίκοις ἐνδεδέσθω. ὡς τὰ ἄκρα ἐς τὰς σφαίρας ἐνσπειζόμενα διαναγκάζῃ. ἴσοις δὲ πιαστρὴ θερμὴ. σχήματα καὶ ποδὸς θέσις καὶ ἰσχίου. δίαιτα ἀτρεκὴς. ἐμβάλλειν τὰ ἰσχία τὰ ὑποβρίχοντα αὖθημερὸν, ἢ δευτεραῖα. τεταρταῖα δὲ ἢ πεμπταῖα μὴ, ἀλλ' ἐπὶ ἰσχνά ἢ. ἡ δὲ ἐμβολὴ τοῖσι μοχλίσκοισιν, ἢ ὃ ἐμβεβλημένον τὸ ὀστέου ἐῶ μὴ ἔχη ἀποστήριξιν, ἀποτρίσας τὴν κωλύοντα. ἀτὰρ καὶ ὡς τὰ φιλωθέντα ἀποπέσῃ τε καὶ βραχύτερα τὰ μέλεα. τὰ δὲ ἄρθρα, τὰ μὲν πλέον, τὰ δὲ μεῖον ὀλισθαίνει. καὶ τὰ μὲν μεῖον, ἐμβαλεῖν ῥᾴδιον. τὰ δὲ μέζοις τοῖς τὰ κακώσιας. καὶ ὀστέων. καὶ νεύρων. καὶ ἀρθρέων. καὶ σαρκῶν. καὶ χηλῆς. μηρὸς δὲ καὶ βραχίων, ὁμοιότατα ἐκπίπτουσιν.

[22] οἷσιν ἕλκεα ἐγήμετο] Ista ad curationem & deligationem fracturarum vbi cutis vulnus accessit referenda sunt, de quibus agitur lib.de fract.easq; velut simplices fracturas absque vlcere curari præcipit. ἢ κνησμῶν, ἢ τηκεδόνων]Hæ sunt vlcerum causæ.Vlcus enim fit(vt scribitur lib.de fract.) ἢ ὅτῳσιν ὀθονίοισιν μᾶλλον πεχθέντος, ἢ ὑπὸ ναρθηκος ἐπέδρης, ἢ ὑπὸ ἄλλης πιέσιος. πιαστρὸν ὅτι τὸ ἕλκος] Sic lib.de fract.in vlceribus,aut pruritu,aut ex deligatione,aut alioqui vehementiore adstrictione excitatis,statim resolutis fasciis,ceratum picatum admoueri vult.Alioqui ceratum picatum in vlceribus cum fracturis ad pus mouendum & dolorem sedandum in inflammationis metu conuenit,& in fracturis cum vlcere adhiberi præcipit Hip. Notas autẽ vlceris deprehendendi ponit lib.de fract.

ὀπιθεῖν ὡς ὅτι τὸ ἕλκος] Istam deligationem prosequitur lib.de fract. καὶ τ' ἄλλα ὡς ἐ ταύτη] Hæc eo mihi sensu dici videtur,vt in reliquis perinde te geras ac si simplex fractura & absq; vlcere foret. Sic enim passim eam curationem probat Hip.Potest & ad fasciarum deligationem referri,quas vlceri primùm impositas,vlcere ipso longè latiores esse,& vlteriùs procedere oportet.Quod his verbis scribitur lib.de fract.καὶ ὧ ἂν πρόσῃτῳ ὀπιθέντι,συνκωΐζεσι τὸ ἕλκος πλατύτερον. τὰ γὰρ στενώτερα τοῦ ἕλκος ζώσαντα ἔχει τὸ ἕλκος. τὸ δὲ χρὴ, ἀλλ' ἀωρίῃσι πρόσθολὴ ὅλον κατέχειν τὸ ἕλκος. Istumq; sensum secutus videtur Caluus. ὅτῳ γὰρ ἀπὸ τῶν ἰσχνότατον] Hoc de partibus quæ vlcus ambiunt intelligendum,quas proba deligatione & curatione maximè extenuatas esse conuenit: alioqui si malè deligentur aut curentur,intumescunt & inflammantur. Scribit namque lib.de fract. ἀνάγκη γὰρ μὴ ὀρθῶς ὀπιθεωθῆναι τὸ οἴδεος ἐξαείρεσθαι ἐς ἀπὸ τὸ ἕλκος. Et rursus: ἐς ἓν κῆ λόγον τὰ εἰκότα ξυνῆκται, ἰσχνότερον μὲν αἰεὶ εὐεδώσεται τὸ κῆ τοῦ ἕλκος. ἰσχνὸν δὲ καὶ τὸ ἄλλο πᾶν τὸ ὑπὸ τοῦ ὀπιθέσιος κατεχόμενον. Et ibidem quoque : πάντων δὲ τούτων αἴτιον ὅτι ἰσχνὸν μὲν τὸ κῆ τοῦ ἕλκος χρεῖον γίνεται, ἰσχνὰ δὲ τὰ περίοντα. ἐκπίσῃ τάχιστα] ἐκπίσῃ malim. Istud autem de carunculis denigratis aut emortuis,quas in vlcere suppurari & decidere oportet intelligendum. De quibus scribitur lib.de fract. ὅσα τε σαρκία ἐν τῷ τρώματι ἐμαλάχθη καὶ ἐδυνατώθη, τοσοῦτον προῤῥήγνυται καὶ ἐκπίπτει ὅτι ταύτῃ τῇ ἰητρείῃ, ἧσσον τῆσιν ἄλλῃσιν. Et rursus:λυῶ τε γὰρ σαρξ, λυῶ τε νεῦρον μελαινόμενα προσκεπσείται. Ibidem quoque: εἰ δέοιτ' ἂν χρὼς, ἢ τε σαρξ, εἴ τε νεῦρον τὸ ἐκπεσούμενον ἔστιν, ὅπ ὅτῳ πολλῷ μᾶλλον ἧσσον νέωνται ὁπὸ πλεῖον, πολλῷ δὲ ἧσσον ἐκπεσέται, πολλῷ δὲ ἰσχνότερα τὰ προσίχοντα ἔσται, καὶ ὅπως ἀσπαλιῶς τὰ ὀδόντια, ὅταν ἐκ τοῦ ῥιζέων τὰ φαρμάκων ὅτι τὸ ἕλκος. καὶ ὅτι καὶ ἐκπίσῃ, τὸ ἐκπυησούμενον ἧσσον τε σαρκῶται ἐκείνως ἢ ἑτέρως ἐπιτευόμενον, καὶ ἧσσον ὠτειλᾶται.

καὶ καθαρθέντα] Vlcus medicamentis nutritum & repurgatum facilè coalescit & ad cicatricem perducit. σαρκᾶσθαι καὶ ὠτειλᾶσθαι dicitur lib.de fract.& ὠτειλαὶ ὁρμᾶσθαι, quod hîc φύεσθαι.

ναρθηκας] ναρθηκας lego. De his autem scribitur lib.de fract. τοὺς δὲ ναρθηκας δεῖ προσπήγνυσθαι. Et rursus : ναρθηκας δὲ μὴ προσπήγνυσθαι, ἀπρεμέως δὲ ὅτι μάλιστα ἢ τὸ προσῆκον. Illud autem μήτε πιέζειν, ad ferularum appositionem referri potest, quas neque è regione vlceris, neque vehementiùs apprimendas, sed laxiores admouendas præcipit lib.de fract.

A ἐν ὧν ὀστέα ὠὶ μείζονα] Hic ossium abscentiam πάθος ὀστέων ἀπόστασιν & discessionem vocat. Sensus autem est, & quibus paruorum ossium, & quibus magnorum discessio futura est, eodem modo tum in distensionibus membrorum, tum in cerati picati admotione ac deligatione se gerendum, nisi quòd quibus magna ossa discessionem factura sunt, cùm multa suppuratio subeat, laxiores multo fasciis ad puris emissionem esse oporteat, vlcusque ad curationem nudatum, & vinculis relaxatis, medicamentis nutriendam & recreandam. Id enim αἰκαψύχειν τὸ ἕλκος dicitur. Lib. verò de fract. in quo ea curatio variet satis indicatur. Hic quoque ἔκπυσις dicuntur, puris & sordium quas vacuari oportet, concretiones & moræ, velut ἔκπυσις πυώδης vocat lib. de artic. τὰς ἐνδεῦν μονὰς τῆς ὠχλήσεως, ἃ περιέμενε ἐκκρίνεσθαι. Quid enim sedimenti aut suppuramenti causa hic velit Caluus, non satis intelligo.

πολλὴ δὲ ἐμπύησις] Ea est abscessuri ossis nota certissima quæ scribitur lib. de fract. σημεῖον δὲ πότε μὲν μέλλει ὀστέων ἀπόστασις ἔσεσθαι ἐπὶ τῷ πρόσθεν τύπῳ τὸ ἐντρέφεται. πύον γὰρ συχνὸν ῥεῖ ἐκ τοῦ ἕλκεος, καὶ ὀρθὰ φαίνεται.

B τὰ δὲ μέγιστα] In magnis ossibus cute eminentibus & fractis distensio conuenit, non deligatio, qualis fractaris est idonea, κατάγματα vocant, sed splenia & plagulæ.

σφᾶραι πεπαθεῖσαι] Hanc distensionem in cruce per virgas corneas orbibus scorteis ex aluta Ægyptia compactis insertas, describit lib. de fract.

εἶαι πέδαι] Istud explicatur lib. de fract. his verbis: ἀνάγκη δύο σφᾶρας ῥάψαντα ἐκ σύριγγος αἰγυπτίης, μέγεθος οἷας φορέουσιν οἱ ἐκ τῶν μεγάλων πέδησιν παῖδες χρόνον πεπαιδευμένοι. Vt mirum subeat cur Caluus istud de pueris intellexerit, cum quales pueris conficiendas dixerit, nisi si οἷα παῖδες legisse videtur, quæ tamen lectio nullum satis idoneum sensum efficit, & Galenus Comm. 3. in lib. de fract. diuersis verbis scripserit, pilas istas non tales esse debere neque omninò rotundas, quales sunt eæ quibus pueri ludere solent. Hic verò manuscripta exemplaria cum Asulano πέδαις legunt, vt sit, quales compedibus conueniunt.

C κρίκους ἔχουσι] Hic annulos & circulos vocat, quæ ansas lib. de fract. & sinus vtrinque à lateribus binos orbibus insertos, velut retinacula quædam ex duplici aut simplici loro vtrinque appensa.

ῥαβδοὶ δὲ συμμετροι] Lib. de fract. æquales inter se virgas corneas magnitudine esse vult, crassitudine verò digitali, eásque longitudine, vt inflexæ in appensa retinacula aptè inserantur.

ὡς τὰ ἄκρα] Lib. de fract. eam vult adhiberi diligentiam, vt extremi fustium fines in cutem ipsam non incumbant, sed suspensi in appendicibus spirarum infixi innitantur.

σχήματα δὲ ποδὸς θέσις] σχήματα vocat membri fracti habitum, quo rectè disponitur & collocatur. Pedis autem ea est positio, vt sursum magis quam deorsum vergat. Huc verò spectat quod scribitur lib. de fract. ὅσους δὲ μὴ οἷόν τε ὀρθοῦσθαι ἀνάγκη δέκα τινὰ τῶν ὑπνωμένων τρόπων, ἢ τὸν ὑπτιάζοντα, τούτους δεῖ πλείστης χρόνου πειρᾶσθαι, ἕως εὑρίσκωσι τὸ κατηγὲς τοῦ σώματος, κατ' ἰδιωτείαν θεραπεύοντα ἕκαστον, καὶ τοῦ αὐστέρου δὲ μᾶλλον ἢ καταστέρου.

D ἀλλ' ἐπὶ ἰσχνὰ δέ] ἰσχνὰ legunt codices manuscripti cum Asulano, quam lectionem secutus est Caluus, sed ἰσχνὰ malim, vt sit, vbi inflammationis tempus præterijt, quo tempore, quæ per inflammationem intumescebant partes, dolore irritata flexione, subsidunt & graciliscant, eoq; etiam tempore ossa laxiora & ad repositionem accommodata magis existunt, vt scribitur lib. de fract. ἐν γὰρ τῇ φλεγμονῇ τὸν ὀδυνῶντα μάλιστα παυλαύσειν, καὶ τὰ ὀστέα χαλατὰ καὶ εὐθέτα καὶ ταύτας τὰς ἡμέρας αὐτά. Hic verò locus ad eos spectat qui primis diebus dolorem mitigantibus medicamentis ad fracturas vtebantur, tertio verò aut quarto die distētionem & deligationem accommodabant, quam curationis rationem improbat Hippocrates lib. de fract. πάσῃ γὰρ χρὴ (vt scribitur) τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ συνελίζειν πάντα τὰ ἄκρα, ὡς ἐπὶ κεφαλαίῳ ἐρῆσθαι καὶ μηλώσεις καὶ πόσις φυλάσσεσθαι χρὴ, ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι, καὶ ἐκβάσιος ἄλλοισι τρώμασιν ἀρεστῶ. τὸ δὲ ἐπὶ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τοῖσι πλείστοισιν ἤδη τρώματα τίκτει πολλὰ πολυπόδεα, καὶ ἕλκεα ἐς φλεγμονὰς ἀναβαρύτερα ἐμοὶ, καὶ ἕλκεα αὖ ἐς συντηξίας. ἓν. Ἐμοὶ μᾶλλον πολλῷ ἄξιον τοῦτο μάθημα ἢ πρὸ τοῦ ἄλλο. Codices verò manuscripti Regij ἀνθημερεινὸν pro ἀνθημεραῖα habent.

ἢ δι' ἐμβολῆς] Istam per vectium molitionem repositionem exponit Hippocrates lib. de fract.

ὠὰ μὴ ἰσχνὰ ἐπιδέξιά] Non dexia vocat, firmam sedem vbi ossa firmari aut resondi nequeunt, & aliquid repositionem impedit, aut

E vbi ossa subleuantur, & subnascente carne multoq; redundante pure fluctuant, quod in discessuris ossibus manifestum est. ἐν γὰρ τῷ ἀποφυσιοῦσθαι σάρκας καὶ πύον ἀνω, κύτα μετεωρίζουσι τὰ ὀστέα, ὥστε δεῖ τὸ πολύ. Deciduorum verò ossium causas explicat lib. de fract. his verbis: ἔστι γὰρ ὅτε ἐξίσχει δεῖ τῶν ἄκρων χρὼ, ὠὰ μὴ δυνάμενα ἐμβάλλειν. μαρτυρέει δέ μοι ἀπὸ ὀστέων ἀπορρηγνυμένων, ὠὰ τε ἀσπὶς ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπιβάλλεται, καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισι ἐπιγίνεται ἔλκεα ἀνάντεα καὶ δύσκολα ἰήσασθαι. ἐπὴν δὲ ἐκπέσῃ τὸ ὀστέον, ἐπιγίνεται ἐπὶ τῷ ἕλκεϊ σὰρξ ὑγρὴ καὶ ἀνώμαλος, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐπιρρεῖ ἰχὼρ πολύς. Deciduorum autem ossium discedere opus est: ἀπιέναι γὰρ χρὴ (vt scribitur lib. de fract.) ὅπῃ περ ἀνάγκη θερμύτερα τὰ τύματα. ταῦτη γὰρ ἀμείνω, ὧν ἀμφότερα τὰ ὀστέα καταπυόμενα καὶ παρηλαγμένα ἐκπίπτει, καὶ οἷς ὅλως καὶ ὁκόσῳ τῷ ὀστέῳ ἄπεστι.

τὰ δὲ ἄρθρα] Articulorum luxationes non paruo differimine inter se discrepant, dum magis & minus contingunt, quippe cùm aliæ multum præter naturam, aliæ parum recedant, magisque & minùs alterutræ id patiantur. Integer verò locus scribitur lib. de artic. qui alioqui hic diminutus videtur. ὡς μὲν οὖν ἐν κεφαλαίῳ ἀρίστῃς, τὰ ἄρθρα τὰ ἐκπίπτοντα καὶ τὰ ἐλισθάνοντα, αἵπερ αὐτὰ ἰσοπίπτειν ἐκπίπτει

F καὶ ἐλισθάνει. ἄλλοτε δὲ πολὺ πλείονα, ἄλλοτε δὲ πολὺ ἐλάσσονα, καὶ οἵσι μὲν αἰεὶ πλέον ὀλισθάνῃ καὶ ἐκπίπτῃ χαλεπώτερα ἐμβάλλειν πέφυκεν ἐς ταῦτα ἐκ ὠὰ μὴ ἐμβιβάσῃ, μᾶλλόν τε καὶ ἐπιδηλότερα τοῖς περιοῦσι καὶ ἰσχνότερα ἴσχει τὰ τύματα, καὶ ὀστέων, καὶ σκελέων, καὶ χειμάτων. ὅταν δὲ μέσον ἐκπέσῃ καὶ ὀλισθάνῃ, ῥᾴδιον δὲ ἐμβάλλειν τὰ τοιαῦτα τῷ ὀστέῳ γίνεται.

μηρὸς δὲ καὶ βραχίων] Humeri & coxæ articulus simili inter se modo excidunt, & cùm eorum articulorum capita globosa ac rotunda, in cauitates orbicularibus supercilijs circumdatas inferantur, in iis luxationem omninò, non subluxationem fieri necesse est. Necesse enim est, vt statim vbi è cauitatibus aliquo modo excidunt, extra ipsas omninò elabantur. Sed tamen in his quoque contingit, vt modò multum, modo parum, præter naturam articuli excedant. Istud hic scribitur lib. de fract. τὰ μὲν ὠὰ ἄλλα αἰεὶ ἐκ πολλοῦ ἀφεστήκασι ἐς πόσον μὲν μείζον, ὅτε δὲ μᾶλλον τὸ ἐλισθῆναι πάντας μηδὲ δεῖσθαι βραχίονος κεφαλὰς ἐκβαλεῖν ἀπὸ ἑωυτῶν τὸ ἐκπίπτειν. ὅ τε δὲ τρογγύλαι μὲν αἱ κεφαλαὶ ἔασιν, ἁπλοῦ δὲ τρογγύλωσιν καὶ φαλακρὸν ἔχουσι. κυκλοτερεῖς δὲ αἱ κοιλίαι εἰσὶ, αἱ δεχόμεναι τὰς κεφαλάς, φυάζεται δὲ τῇσι κεφαλῇσι, ἀφ' ἑκάστου ὠὰ ἐσιν ὠυτῇσι τὸ ἥμισυ ἐκτετμῆσθαι τὸ ἄρθρον. ὀλισθάνει γὰρ αἰεὶ ἀφ' ἑκάστου τοιούτου ἐς τὸ ἔξω, ἢ ἐς τὸ ἔσω.

G

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΛΚΩΝ.

HIPPOCRATIS LIBER DE VLCERIBVS.

H Ἕλκεα ξύμπαντα ἀνάγκη τέλεον, πλὴν εἰ ὑπὸ ὠὰ μὴ ἐν ἄρθρῳ εἴη ὃ ἕλκος. ἐν γὰρ ξηρῷ τοῦ ὑγιέος ἐλευθερώτερόν ἐστι, καὶ ἐν ὑγρῷ τοῦ μὴ ὑγιέος. ἐν γὰρ ἕλκος, ὑγρὸν ἐστι. ἐν γὰρ ὑγιὲς, ξηρόν. αἰεὶ πιθανὸν ἐάν τι μένειν ἐστίν. οὐ γε μὴν καταπλάστου. ἐνθὲ καταπλάσσειν ἀνάγκη μάλιστα ἐστὶν ἔνια τῶν ἑλκέων. μᾶλλον γὰρ νεότροφα τῶν παλαιοτέρων, καὶ ἐν ἄρθροισιν ἀνάγκη. ὀλιγοσιτέειν τε ὡς μάλιστα καὶ ὕδωρ ξυμφέρει πᾶσι τοῖσι ἕλκεσι. μᾶλλον δὲ τοῖσι νεωτέροισι τῶν παλαιοτέρων. χωὶ ὅ, τι ἄλλο φλεγμαίνει ἕλκος, ἢ

VLcera quæcunq; ea sint, præter quàm vino madefieri nõ debẽt, nisi si art culos vlcus occupet. Quod enim siccum est ad sanũ, quod humidum ad vitiatum propius accedit. Est namq; vlcus humidum, sanum autem siccum. Præstat autẽ vinculo abstinere, nisi certè vbi cataplasma imponitur. Neq; in quibusdã vlceribus cataplasmate vti licet, idq; magis in recentibus quàm vetustis, & iis quæ articulos occupant. Paucus autẽ cibus & aquæ potio quam maximè omnibus vlceribus, magis tamẽ recẽtibus quàm vetustis cõfert, tum sicubi in vlcere inflammatio adest, aut

metuitur, aut vbi periculum est ne quid vitietur, vel cum articuli vlcera inflammatione tentantur, aut vbi conuulsionis metus impendet, & venter vulnus accepit: tum verò vel maximè, si caput & femur, vel quæuis alia pars fracturam senserit. Stare autē vlceri minimè cōuenit, idq; præsertim si in crure vlcus sit, immo neq; sedere, neq; ambulare. Verùm quies & ociū plurimùm conducunt. At recentia vlcera omnia, tum ipsa, tum ambientes partes, minimè inflammatione tentantur, si quis quàm celerrimè ad suppurationem adducat, neq; pus vlceris osculo interceptum supprimatur, aut si quis inhibeat ne ad pus nisi necessarium idq; paucissimum deuenient, sed quàm maximè siccet medicamento non molesto. Igneum namq; feruorem concipiunt, vbi horror ac pulsatio accesserit. Inflammatione siquidem tunc vlcera tentantur, cùm ad suppurationem tendunt. Suppurant autem alterato & calefacto sanguine, ita vt putrefactus in huiusmodi vlceribus in pus cōuertatur. At vbi cataplasmate opus esse visum fuerit, non ad ipsum vlcus, sed ad ambientes partes admouendum, quo via puri fiat, & quæ induruerunt emolliantur. Quod verò vlcus acuto telo incisum aut dissectum fuerit, medicamentum quod cruentis protinus imponitur, (ἔναιμον Græci vocant) & siccans quoddam quod suppurare vetet, admittit. Quæ caro à telo collisa aut cæsa est, ea ita curāda est, vt quàm celerrimè in pus vertatur. Nam cùm minùs inflammatione tentetur, tum necesse est carnes quæ collisæ cæsæq; sunt, putrefactas & in pus versas tabescere, deinde nouas carnes renasci. Omni recèns facto vlceri, præter quàm si in ventre sit, ex eo ipso vulnere sanguinem statim plus minúsve effluere expedit. Nam tum ipsum vlcus, tum quæ ipsum ambiunt partes minùs inflammatione vexantur. Quin & ab inueteratis vlceribus vt crebrò sanguis effluat, provt opportunum videbitur, tā ab ipsis vlceribus quàm à circumstantibus vlcus partibus, efficere conducit, tum præcipuè si in crure, aut pedis, aut manus digito vlcus sit, magis quàm in alia corporis parte. Exhausta enim sanguinis effluxu, sicciora ac minora euadunt. Eiusmodi namq; vlcera præcipuè quidem sanescere prohibet, tum demum verò reliqua etiam omnia, sanguinis putredo, & quod ex sanguinis mutatione est ortum. Post sanguinis effluxum, in his vlceribus spongiam densam, mollem, incisam, sicciorem, non humidiorem alligare conducit, aut spongiæ folia gracilia superimponere. Oleum verò & quæcumque mollitudinem & olei vim habent medicamenta, huiusmodi vlceribus minimè conferunt, nisi iam prorsus ad sanitatem tendant. Neq; recentibus vlceribus oleum, neque mollia, neque pinguia medicamenta conueniunt, tum vel maximè cùm vlcus copiosiore purgatione indigeat. Atque, vt vno verbo dicam, olei litu tum æstate, tum hyeme ad ea quæ huiusmodi medicamenta requirunt, vtendum.

μέλλει. καὶ ὅ, ἢ σφακελίσαι κίνδυνος. καὶ τοῖσιν ἕλκεσι καὶ φλέγμασι τοῖσιν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι. καὶ ὅκου A
ἀσπασμὸς γένεσθαι κίνδυνος. καὶ τοῖσιν ἐν κοιλίῃ τρώμασι. πάντων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ καὶ μηρῷ, καὶ
κατεαγόσι, καὶ ἄλλῳ ᾧ κατήξις γένηται. ἐξαίφνης δὲ ἐν τῷ ἕλκει ἥκιστα ξυμφέρει. καὶ μᾶλλον ἢν ἐν τῷ σκέλει
ἔχῃ ὁ ἕλκος. ἀλλ' οὐδὲ καθῆσθαι οὐδὲ περιβλέπεσθαι. ἡσυχίη γὰρ καὶ ἀτρεμίη ξυμφέρει μάλιστα. τὰ γὰρ νεότρω- B
τα ἕλκεα πάντα ἥκιστα αὐτὰ τε φλεγμαίνει αὐτά τε καὶ τὰ περιέχοντα. εἴπερ ἀφανίσει ὡς τάχιστα. καὶ ὃ
πῦον μὴ ἀπολαμβανόμενον ἀπὸ τοῦ ἕλκεος τοῦ σώματος ἴαχιτο. ἢ εἴ τις ἀποτρέποι ὅκως μὴ ἐς μέλλησει
ἀφανιοῦσαν, πλὴν τοῦ ἀναγκαίου πύου ὀλιγίστου. ἀγλαὸν ξηρὸν εἶναι ὡς μάλιστα φαρμάκῳ μὴ περισκελεῖ.
πυρώδεες γὰρ γίνεται ἐπὶ πολὺ φεῖκη ἐγγίνεται. καὶ σφυγμός. φλεγμαίνει γὰρ τὰ ἕλκεα ὅτε, ὁκόταν ἀφανιοῦσα μέλλῃ. ἀφανιεῖν δὲ ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος καὶ θερμαινόντος, ἕως ἂν πέπον πῦον γένηται τῶν τοιούτων ἑλκέων. ὅταν δοκέῃς δεῖσθαι καταπλάσιος, οὐ χρὴ ἀλλὰ τὸ ἕλκος καταπλάσσειν. ἀλλὰ τὰ περιέχοντα. ὅκως τὸ πῦον ἀποχωρέῃ, καὶ τὰ σκληρωθέντα μαλαχθῇ. τῶν δὲ ἑλκέων, ὅταν μὲν αἱ ὀξεῖ βέλει D
ἀφανισθῇ ἢ ἀφαιρεθῇ, ἐνδέχεται ἔναιμον φάρμακον. καὶ τὸ κωλύον ἀφανιεῖν αἰσχρηρὸν ἢ ἢν τις ὑπὸ τοῦ βέλεος ἐφλάσθη καὶ σκόπει ὀρθῶς. ταύτῃ δὲ ἰητρεύειν, ὅκως ἀφανὲς ὡς τάχιστα γένηται. ἥσσον τε γὰρ φλεγμαίνει, καὶ αἱ ἀνάγκαι τὰς ὀρθὰς τὰς φλαθείσας καὶ κοπείσας, καὶ ταπείσας, καὶ πῦον γλωμώδεας, ἐκτακεῖσαι. ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας. ἕλκεϊ νεοτρώτῳ πάντι πλὴν ἐν κοιλίῃ ξυμφέρει, αἷμα ποιέειν, ἀπορρέειν πυκνά, ὅκως αἱ δοκέῃ χαλεὸς εἶναι. καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἑλκέων τῶν περιεχόντων ὁ ἕλκος. ἀγλαὸς τε καὶ ἢν ἐν κνήμῃ ἢ ὁ ἕλκος, ἢ ἐν δακτύλῳ ποδὸς, ἢ χειρός. μᾶλλον ἢ που ἀγλαὸν τὸ σῶμα. ἧσσον γὰρ ἀπορρέοντος τοῦ αἵματος, ξηρότερα καὶ μείονα ἰχναινόμενα. κωλύει μὲν γὰρ μάλιστα τὰ ἰσχνὰ ἕλκεα ὑγραίνεσθαι. ἔπειτα ἢν καὶ τὰ σύμπαντα αἵματος σπιδὼν, καὶ ἐξ αἵματος μεταστάσιος γένηται. ξυμφέρει δὲ μὴ τὸν τοῦ αἵματος ἀπορρόον, ὅτι τῶν τοιούτων ἑλκέων καὶ ἀσύγλον ὀπίσθειν, πυκνὸν καὶ μαλθακὸν τελμηνῶδον, ξηρότερον ἢ ὑγρότερον. ἢ ὅτι τὰ ἀσύγλα ἄνωθεν φύλλα ἰσχνὰ πίπτουσι. ἔλαιον δὲ καὶ ὅσα μαλθακώδεα, ἢ ἐλαιώδεα ὅτι φάρμακα, ἃ ξυμφέρει τοῖσι τοιούτοισιν ἕλκεσιν, ἢν μὴ πάνυ ἤδη πρὸς ὑγείην τείνῃ. οὐδὲ τοῖσι νεοτρώτοισιν ἕλκεσι ξυμφέρει ἔλαιον, οὐδὲ μαλθακώδεα, οὐδὲ θεατώδεα φάρμακα. δηλοῖ τε καὶ ὅτι ἂν δέῃ ἕλκος πλείονος καθάρσιος. ὃ δὲ ξύμπαν εἰπεῖν, ἐλαίῳ τὴν χρῖσιν ποιέεσθαι, καὶ ἐν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι, πρὸς ἃ τῶν τοιούτων φαρμάκων δεόμεθα.

Ἕλκος cùm dicatur * Galeno omnis in quacumque parte ex erosione continuitatis solutio, præter eam quæ in osse fit, & πρηδὼν nominatur, hoc libro omnium vlcerum curatio, tam eorum quæ causa interna, quàm quæ causa externa excitauit, comprehenditur. Quibus peculiare nomen τρώματος imponitur, etsi sæpe τραῦμα & ἕλκος in eandem appellationis notionem incidunt, ac eam quæ in carne fit vnitatis solutionem significant. Cuius certè omnis curatio propriè hoc libro continetur, & à Galeno libro 3. & 4. Meth. medendi explicatur. Quanquam non desunt qui existiment, hic recentium, vt libro de vulneribus, inueteratorum & diuturnorum vlcerum curationem institui, his verbis inducti, quæ ex veteribus membranis Galeni Exegesi adscribuntur, ἕλκεα ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν τὰ πρόσφατα ἰατρεύσεται κατὰ τὸν τῷ περὶ τραυμάτων καὶ βέλεων, τὰ χρόνια. Quæ etiam verba ex Scholio quodam in manuscriptis membranis huc adscribuntur. At vlcerum in vniuersum curationem proponit Hippocrates libro 1. περὶ γυναικείων, & paucissimis verbis comprehendit, ἰᾶσθαι δὲ τὰ ἕλκεα, ἀφλέγμαντα χρὴ ποιέειν, καὶ ἀνακαθαίρειν, καὶ ἀναπιμπλάναι, ἐς εἰς ὠτειλὰς ἄγειν, διδόναι δὲ ὕδωρ ἐς πόσιν. εἶναι δὲ μὴ σιτία πολλῆς. πολλὰ δὲ μή. Quæ fanè verba velut ἐν τύπῳ proposita, in hac vlcerum curatione imprimis sunt animaduer-

A maduertenda. Hunc autem esse germanum Hippocratis fœtum res ipsa clamat, & Galeni monimenta testantur, qui in hunc librum à se scriptos Commentarios sæpiùs inculcat, ac integros ex eo locos libris Methodi medendi explicat. Idem quoque scribit Com. 4. in lib. de art. hoc in libro curationis scopum ad siccitatem non adeo intendi, vt quæ libro de capitis vulneribus instituitur, siccitatem tamen hîc conuenire, quàm quæ fracturis debeatur. Hunc etiam libellum Erotianus in θεραπευτικοῖς numerat, & post librum de artic. collocat. * *Lib. de Constit. art.*

ἕλκεα ξύμπαντα] Hîc vlcus solum & ἀσαρκώδεα primum curandum suscipitur, eiusque sanandi prima indicatio proponitur. γὰρ ἦ ἕλκος ἐστὶν ἄνευ αἵματος τὸ ξηραίνεσθαι μετρίως, vt scribit † Galenus. ἦ ἕλκος autem addit, vt solius & simplicis vlceris hic curationem Hippocrate institui intelligamus. Est autem vlcus solum ab omni alio affectu liberum, neque vllum symptoma habet adiunctum. vlcus tantum est, cui nec cauitas adest, nec dolor, nec sordes, quodq; ipsum tantum vlceris sanationem desiderat, eamque (vt scribit †† Galenus) scopus est ἕνωσις, ἢ κόλλησις, ἢ σύμφυσις, ἢ σωτήρια. Quod certè probè præstare vinum potest, quod adstringat & B cat. Est igitur vinum (vt scribit ††† Galenus) ἄριστον φάρμακον ἑλκῶν ἁπάντων ἦ ἕλκη. Quale autem vinum esse debeat, nempe nigrum & adstringens, ac substantia crassum indicat Galenus Comment. 3. in lib de fract. & Comm 4. lib. de artic. vbi etiam in vlcerationibus cum vlcere, plagulas vino imbutas, aut humidum ceratum adhibet Hippocrates, lanasque sordidas vino & oleo imbuendas, iisque hyeme tepidis perfundendas consulit. πήγνυσθαι autem & ἐπιπήγνυσθαι δύσκριτον exponit Galenus Com. 4 in librum de artic. quod est madefacere, perfundere, irrigare. At verò libro de vulner. cap. capitis vlcera scribit, ἀσχημονέστερον συνίστασθαι, ἐάν τε ὑγρὸν. Hoc porrò initium explicat Galenus lib. 4. Meth. med.

† *Lib. 4. Meth.* †† *Lib. 3. Meth.* ††† *Lib. 3. Meth.*

τὸ δ' ἕλκος ὑγρὸν] Demonstratio est ex rei natura vlcus siccantibus indigere. Vlceratæ namque partes madent, sana & integra cutis sicca est. Ideoq; cùm sicca sint quæ sana sunt, siccantibus quæ vlcerata sunt curanda. Quam sanè mentem non assecutus videtur Caluus, cùm dixit humidum vlcus sanum non esse.

C ἀδύνατα καταπλάσσειν ἐνδεχόμενον] Cataplasma cùm leniat, relaxet, pus moueat & resoluat, quibusdam vlceribus ac præcipuè recentibus quæ glutinationem postulant, non admouendum. Et quemadmodum in aure fracta, πάντων καταπλασμάτων, πάνυ τε μαλθακῆς ἀπεχέσθαι præcipit Hippocrates libro de Fract. sed vel ea medicamenta quæ cruentis adhibentur admouet, vel aliquo alio medicamento mediocriter exiccante curationem aggrediendam præcipit: ita certè in vlceribus quæ siccari postulant, cataplasmate abstinendũ. Cataplasmata enim humores superuacuos præcipueque lentos & crassos concludunt, & digeri prohibent. Eadem quoque vt κίκι & βάρυτατα, καὶ φλαῦρα καὶ ὀσφραντικὰ, καὶ μύζαν τὸ ἔσω τοιοῦτον πλεῖον, κἀπιτήδεια σκιρρώσεως ἀσπρᾶς, cauet. " Hippocrates. Idem " quoque in fracturis cum vlcere, cataplasmata quæ ob inflammationem admouentur, ob inutile pondus, velut incommoda respuit. Cataplasmata autem ea intelligenda, quæ ex oleo, farina & aqua compositæ, relaxant & resoluunt, partemque quodammodo emolliunt ac effœminant. Alioqui certè lentum ex farina subactum quod siccat & lene est nari & auri fractæ cataplasmate adhibet Hippocrates. Et D Galenus similia ferè cataplasmata, quæ ex alica, aceto quoad intumescat, macerata, deinde trita, in palæstra adhibentur, probat Com. 2. in lib. de artic.

" *Lib. de Artic.* "" *Lib. de Fract.*

καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισιν] In articulis cataplasmata cùm emolliant & laxent, non probantur, sed eorum curatio exiccantibus perficitur. Ideoque Hippocrates lib. de artic. ad eorum curationem ea præcipuè ἔνιαυμα admittit, quæ cùm post longius tempus soluantur, irrigari inter solutiones queunt, qualia sunt, quæ magnam vim exiccandi habent. ὀλιγημερώτατα verò ἧσσ' ἐσαίωνα, καὶ ὅσα ῥηϊνὴν σφῆν καταλαμβάνεται, vt minùs idonea cauet. Sic quoque in articulorum curatione, non tantum cataplasmate, sed omni prorsus vinculo quod appressum & pondus inducit, abstinendum censet his verbis, καταδεῖν δ' μηδὲν μηδενί, μηδὲ ἐπιπλάσσειν. δι' γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι πίεζει καὶ ἀχθοφορεῖν παῦει κακοήθεσιν τοιούτοισιν ὄζει.

E Ὃ δὲ πάνυ φλεγμαίνει ἕλκος] Ex inflammationis magnitudine oritur gangræna, ex qua deinde σφάκελος & puris corruptio, vt fertur Galenus Com. 4. in lib. de artic.

Ὃ φλέγμαση] Articulorum vlcera, ac præcipuè quidem, si luxatio aut fractura adsit, inflammatione, gangræna & conuulsione periclitantur, quibus inedia & vini abstinentia consulendum. φλέγμα autem hîc, vt & aliàs in Prognost. flammeũ ac igneum præter naturam, calorem significat. θερμασίαν παρὰ φύσιν exponit Galenus. ὅ γὰρ δὴ τὸ χυμὸν μὲν τὸν φλεγματικὸν ἡκιδθαι χρὴ νῦν ἐπ' αὐτοῦ λεγόμενον, καὶ τῷ λεξιν ἐν ᾗ φησιν. εἰ δ' αὖ καὶ τὸ ἔσωθεν ἐόν πλέγματος ἐγγίνεσθαι. πολλῷ γὰρ ἄμεινον ἀκούειν ὅτι τὸ παρὰ φύσιν θερμασίας τὸ φλογώδους σημεῖόν ἐστι τὸ φλέγμα. Idem quoque φλέγμα τῶν φλεγμονῶν indicare scribit in Exegesi, ὑπάρχειν δ' χυμὸν τῶν τὰ λοιπὰ ζῷα ψυχρὸν, de quo agitur amplissimè lib. 2. de differ. feb.

καὶ ἐν τοῖσιν ἐν κοιλίῃ τραύμασι] Hîc κοιλίη, vt & postea, ex Galeni explicatione venter tum superior, qui thorace, tum inferior, qui abdomine circumscribitur, intelligitur. Non paruum autem periculum adferunt tum thoracis tum ventris vulnera, ac præcipue si quod F interiorum viscerum sit vulneratum.

καὶ ἐν τοῖσιν ἐν κεφαλῇ καὶ μηρῷ καταγεῖσι] In capitis fracturis, propter partis præstantiam. femore autem, propter ossis magnitudinem, inflammationis metus impendet, ideoque victus tenuis imperandus. Sic lib. de Fract. vbi magna ossa, vt brachij & femoris, fracta sunt & cute eminent, in biliosis naturis mellam aqua dilutam imperat Hippocrates: In aliis verò naturis aquæ potum consulit. Ac si febris adsit, in ea victus ratione diebus quatuordecim, sin minùs, diebus septem perseuerandum monet. Ad summum, in fracturis cum vlcere, tenuem victus rationem multis diebus imperat, tum verò vel maximè si ossa magna fracta sint aut cute eminent. τὰ μὲν δὴ διαίτας ἀκριβεστέρας καὶ πλέω χρόνον χρὴ ποιέεσθαι, οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἕλκεα γίνεται, καὶ οἷσιν ὀστέα ὀξέα ἔχει, καὶ τοῖσιν ἰσχυρῶς ἐπιπολῆς τοῖσι τραύμασιν ἀκριβεστέρας καὶ πολυχρονιωτέρας εἶ χρὴ τὰς δίαιτας.

ἑστάναι δ' ἐν τῷ ἕλκει] Stare & sedere vlceribus inimica sunt, quòd motus sint. Multa namque ad sensum immota videntur, quæ moueantur tamen. Quod indicat Galenus libro de tremore & palpit. vbi hunc locum his verbis explicat, τοῦτ' οὖν ὁ Ἱπποκράτης διδάσκει εἰπών. ἑστάναι ἕλκεσιν ἥκιστα συμφέρει, καὶ ἧσσον, ἐὰν ὀκνηρὸν ἔχῃ τὸ ἕλκος. οὐδὲ καθέσθαι. οὐδὲ παράπαν ἀναπαύεσθαι ἔχειν καὶ ἀτρεμίζειν ὡς ἥκιστα συμφέρει. τὸ γὰρ ἀτρεμίζειν καὶ ἡσυχάζειν, ὡς ὠφελοῦν ἐπαινῶ. τὸ δ' ἑστάναι καὶ καθῆσθαι φησὶ, ἥκιστα συμφέρειν. ἕτερον δὲ τὸ ἀτρεμίζειν καὶ ἡσυχάζειν ὑπάρχειν. ἐνταῦθα γὰρ καὶ τὸν μὲν βαστάζοντες τὸν κάμνοντα, καὶ ὀρθοῦντες, τὸ σῶμα, καὶ τὸν δ', τὸ δεξιώτατον ὦλένιον ἔλκον πεισάτωσαν, ὡς ἂν καὶ ἀκίνητος εἴη.

Ὃ τὰ νεύρωσα] Hîc etiam primam omnium sananderum vlcerum indicationem proponere videtur, nempe exiccationem, atque indicare velle ea omnia vlcera recentia siccari oportere, præter ea in quibus caro collisa est, & quàm celerrimè in pus verti debent. Quæ cùm ad suppurationem per medicamenta calida & humida, qualia sunt cataplasmata, ducantur, exiccationi maximè repugnant. Siccari autem maximè postulant, quæ sine contusione partes vulneratæ sunt, vt etiam postea dicet. Atque ea curatio, vt vlceris propria, maximè inflammationem arcet, si per medicamenta siccantia & quæ pus auertant fiat. Soli namque ij partium affectus siccandi sunt, in quibus pus fieri prohibemus. Quod etiam postea contendit Hippocrates, eamque sententiam probat Galenus lib. H 4. Meth. In qua certè explicanda, quòd admodum sit obscura, mirum in modum se torquent nonnulli. Mihi certè simplex omninò notio probatur vt vlcera recentia in quibus pus quàm celerrimè mouendum sit, minimè inflammatione tententur, tum etiam ea in quibus nullę partes contusæ sunt, ideoque ab his suppurantia summouemus: nec nisi paucum & necessarium pus habent, sed siccantibus medicamentis nutriuntur, maximè idoneis, non asperis aut mordentibus, sed blandis & lenibus: Id enim σκιρωτικὸς φάρμακον significat Galeno lib. 2. Curat. ad Glauconem, vbi huius quoque loci notionem his verbis adumbrat, ὁ δὲ τοῦ σκίρου. τῶν σκληρύνειν χρὴ, πάντες ἕλκους εἴτ' αὐξομένους, εἴτ' ἤδη συνιστωμένους, εἴπερ καὶ τραυματίαις εἰκὸς ἐγχωρεῖν. ὡς ξηραίνοντος μὲν αἱ ἐρύθεται. φάρμακον δ' ὡς Ἱπποκράτης φησὶ μὴ σκληρύνει, δυνάμει μὴ δάκνοντι μηδ' ἐρεθίζοντι σφοδρῶς πάλιν ἡκαλόντός τε καὶ μὴ σηπεδόνος εἶη. Est & σκιρωτὸς. σκληρὸς δυσκίνητος. Hesychio, & durum, asperum, intractabilem & molestum significat. Quò magis miror quod de medicamento vinculum non postulante & de perisceli de hîc multa adfert Vidus, & locum istum accipit, aut quod de crure nescio quid hîc nugatur Calius. Ea enim Galeni explicatio mihi vel proximè Hippocratis mentem exprimere videtur.

πυρώδεες γὰρ] Istud indicat solam & verè propriam esse vlcerum curationem quæ per siccantia non pus mouentia instituitur: quòd

pus μὴ σήψεως πύης γίνηται (vt loquitur * Galenus) quæ ſiccitati maximè repugnat. Putreſcentia namque & ſuppurantia à calido & humido ita affecta ſunt. Cum autem in puris ex ſanguine generatione, pars ferueat & inflammatione tentetur, ac pullet ex aphor. 21. lib. 7. neceſſe eſt tum dolorem ac vehementem febrem accedere, ex aph. 47. lib. 2. Quæ alteratio cùm partim à natura, partim à calido præter naturam fiat, hîc ab Hippocrate putredo, vt & Galeno Com. 1. in Progn. nominatur. Eidem tamen lib. 1. de diff. feb. & lib. 5. de fac. ſimpl. medic. & Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. πῆξις dicitur, vt & πέπασμὸς aph. 7. ſect. 5. lib. 6. Epid. Mixta autem dicitur quodammodo eſſe mutatio & media ex ea quæ à natura & quæ præter naturam ſit lib. 5. de fac. ſimpl. medic. vt & Com. ad aphor. 47. lib. 2. ἡμιμόχθηρος μεταβολὴ vocatur. Qualis verò & quomodo alteratio in ſuppurantibus fiat, docet Galenus libr. 5. de facult. ſimp. medic. πυρώδεις autem ἕλκος idem quod πυρετώδεις ſignificat lib. de Fract. & σφυγμώδεις ob inflammationem, quæ ex mala deligandi ratione & compreſſione orta eſt. Illic enim πυρετώδεις pro πυρώδεις dici ſcribit Galenus.

* *Lib. 4 Meth.*

ὅταν δὴ κοίλης ἕλκεος] Cataplaſmata quæ per ὑπόπλασιν fiebant, cùm calefacerent, humectarent, lenirent, emollirent, puri mouendo erant idonea; ſed partibus vlcus ambientibus admouenda ſunt, non ipſi vlceri, ne viam puri præcludant. Qua in re multum vulgo peccatur à noſtris Chirurgis, qui etiam in omnibus vlceribus vt plurimùm puri mouendo elaborant. Quomodo autem pus mouentia emolliant, & quà ab emollientibus diſcrepent, docet Galenus lib. 5. de facult. ſimp. med. B

ἢν δ' ἐν ἕλκεϊ] Hunc locum bis adducit Galenus lib. 4. Meth. med. cumq; explicat. Sed primo loco vitioſa ſunt noſtra exemplaria, vt ſatis patet. Hîc autem ἀναξηραίνον τι lego ex Galeno. ὕπο ὑπὸ τὸ βίλεος] ὅπως legit Galenus lib. 4. Meth. Idem verò ferè ſcribitur libro de vulner. capitis cùm in vulnere capitis cum colliſo ſtatim ſuppurationem conſulit his verbis, κακὸν δ' ἢν ὑγρόν τι ᾖ) τὸ σάρκα ἐν τῷ ἕλκει ἢ μυδάσαν, ἢ ὑπὸ πολὺν χρόνον καθαίρεσθαι· ἀλλὰ χρὴ δέρτυνον μὲν ποιῆσαι τὸ ἕλκος· ὡς τάχιστα. ὅταν δὲ αὖ ἄνισα φλεγμήνῃ τὰ χείλεα τοῦ ἕλκεος, ἢ τελέσῃ καθαρὸν ἐὸν. αὐάνειν δὲ ἔχει ταῖς σάρκας ταῖς κοπείσας ἢ φλαδείας ὑπὸ τῶν βίλεος, ὑπὸ πύος, ἡμορρυΐας, ἐκπυκλώσεως. ἐπὶ δ' αὖ ὃ καθαρθῇ, ξηρότερον χρὴ ποιέειν τὸ ἕλκος· οὕτω δὲ αὖ τάχιστα ὑγιὲς γίνοιτο ξηρὴς σάρκος βλαστούσης ἢ μὴ ὑγρῆς. ἢ ὅπως ἂν αὖ ἐπισαρκίσῃ τὸ ἕλκος. C Ibidem quoque, αὐάνειν δὲ χρὴ ταῖς σάρκας ταῖς φλαδείσας ἢ κοπείσας πόσον ἡμορρυΐας ἐκπυκλώσεως.

ἕλκεϊ νεοτεύτῳ παντὶ] Hunc locum hunc in modum legendum eſſe & reſtituendum ex Galeno libr. 4. Meth. med. ſatis patet, hicque indicationem ſanandi vlceris ab affectus natura & magnitudine deſumi. Quare mirum vehementer ſubit codices omnes, tum manu ſcriptos tum publicatos, quos adhuc videre licuit, vitiatam iſtam lectionem magno conſenſu retinuiſſe, eamque contagionem ad codices Italicos peruenisse vt ſatis ex Caluo patet. Quonam enim alio loco quod de inueteratis vlceribus à Galeno ter refertur lib. 4. Meth. hic verò magno errore omittitur, aptiùs collocabitur? Deinde Galenus etiam ipſe ſtatim poſt ea quæ de recenti vlcere dicta ſunt ab Hippocrate, ſubiungi monet, vt cuiuis ſit facile hanc lectionem integram ex his Galeni verbis elicere. ἕλκει νεοτεύτῳ παντὶ, πλεῖω ἐν κοιλίῃ, συμφέρει ἐκ τῶν τρώματος αἷμα ῥυῆναι ἀωπὸς πλέον ἢ ἔλασσον. φλεγμαίνει γὰρ ἧσσον αὐτῷ τὸ ἕλκος, ἢ ἧττον ποιεῖται. μὴ δὲ παντελῶς ἐκ τοῦ πόρου ἕλκεϊ γε καμμυθρίου, ἀναμασθεὶς ὧν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι συγγράμμασι πολλάκις ὑπὲρ ἐμοῦ, μιμητέον ἀξιῶ εἶναι· ἢ ἰατρὸν, ἢ τὴν φύσεως μόνον, ἀλλὰ κἀκείνων ὅσα αὐτοματίζεται ὠφελεῖ, σαφῶς αἰσθόμενον τοῦ παλαιοῦ θερμοῦ τε καὶ ξηροῦ ἔχυρόν τε καὶ αὐστηρόν. ὡ γὰρ δὴ συμφέρει μὲν αἷμα ῥυῆναι τοῖς τοιούτοις, ἐκ ἐρρύη δ', τὸ λεῖπον αὖτὸν χρὴ θεραπεύειν. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ αὐτῷ ὧν ὑποφέρῃ. συναπτέον γοῦν τῷ θεραπεύοντι ῥητῷ τῷδ' ἢ φησὶ, ἢ ὅσα τῶν παλαιωμένων ἑλκέων ξυμφέρει αἷμα ποιεῖν ὑποῤῥέον πυκνά· ὅπως αὖ δύκιὴ καὶ ῥώς ἔῃ). ἢ ἀπ' αὐτῷ τῶν ἑλκέων, ἢ ὅσα τῶν θερμοτέρων τόπων τὸ ἕλκος. ὑπεδέ γὰρ θερμότερα, ἕλκει νεοτεύτῳ παντὶ ξυμφέρῃ αἷμα ῥυῆναι, γινώσκων ὡς ἐν μὲ τῷ πεπεπονισμένῳ μᾶλλον ἐσται, οἷόν τ' ἂν ποιῆσαι τὸν ὅτι τῶν τεσσάρων μόνον ἢ τῶν αὐτῶν ὑποῤῥυέντος· ἐξὸ τούτου δείκτεος τεθέικε τὸ, ὅσα τῶν παλαιωμένων ἑλκέων ἐξαιρεῖν τὸ αἷμα δεῖ. D

κωλύει μὲν γὰρ μάλιστα] ὑγραίνειν legunt exemplaria omnia tum manu ſcripta, tum publicè exarata, eamque lectionem ſecuti ſunt omnes interpretes, vt ſanguinis efflluxus vlcera huiuſmodi madeſcere prohibeat. Quod etſi verum eſt, Galeni tamen mihi magis lectio arridet, quam hîc ſecutus ſum, & pro ὑγραίνειν ὑγιαίνειν legendum eſſe cenſeo facili quidem lapſu. Eam enim quæ ab affectus κακοηθείᾳ aut malè affectæ partis natura indicatio ſumitur, ſecutus Hippocrates, vitioſi ſanguinis vacuationem ad vlceris curationem moliendam cenſet. Hic enim huiuſmodi inueterata vlcera vel maximè ſaneſcere prohibet, tum demum verò reliqua etiam omnia, nempe quod putreſcat & inflammationem excitet, & in pus tranſmutetur. Atque ea mihi videtur eſſe Hippocratis mens à Galeno his verbis lib 4. Meth. explicata, ἢ ὅσα τῶν παλαιωμένων ἑλκέων ξυμφέρει αἷμα ποιεῖν ὑποῤῥέον πυκνά, ὅπως αὖ δύκιὴ καὶ ῥώμος ἔῃ). ὑ τ' παλαιότητος δήπουθεν ἐνδειξαμένῳ τὸν θεραπείαν, ἀλλὰ τ μοχθηρίας τοῦ αἵματος. ὑπεῖρον γοῦν αὐτὸς εὐθὺς κωλύει γὰρ μάλιστα μὲν τὰ τοιαῦτα ἕλκεα ὑγιαίνειν, ἔπειτ' ἢ ἂν τ' ἄλλα σύμπαντα αἵματος σπανίσῃ, ἢ ὃ π' ἐξ αἵματος μεταβάσεως γένηται. E Non me latet alium eſſe longè Interpretibus ſenſum, nempe omnia à putrefacto ſanguine & in pus verſo mala oriri. Sed hic mihi ſenſus ad Hippocratis mentem proximè accedere videtur, præſertim cùm Galenum aſſertorem habeat, & magis ſit explicatus. Adde quòd primam & generalem vlcerum ſanationis indicationem, nempe exiccationem, ſemper ad oculos intendit.

ξυμφέρει δὲ μὴ τῷ τὸ αἷμα ὑποῤῥοῇ] Et id quoque maximè generalem vlcerum curationem ſpectat. Quo etiam refert Galenus lib. 4. Meth. med. qui ἢ particulam vim negandi hîc habere ſcribit (vt & aliàs Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον ex Homero probat) & ſiccantia omnia remedia ab Hippocrate adhiberi. Nam & ſpongia denſa, mollis, ſicca, & folia gracilia, aut verbaſci, aut trifolij, aut betæ, aut tuſſilaginis, vim ſiccandi habent. Hîc verò φύλλα συκῆ Cornarius (vt poſtea) legiſſe videtur, pro ἰσχνά. F

ἔλαιον δὲ ὃ ὅτι μαλθακώδεα] Hæc quoque ad curationis vlcerum ſummam indicationem ſpectant. Sunt autem hîc μαλθακώδεα, quæ mollitudinem & pinguedinem oleique naturam habent, qualia ſunt lenientia & mitigantia medicamenta, in quibus pinguedines, adipes, medullæ & reſinæ reponuntur. Ceram & ceratum quoque annumerat Galenus Comm. 4. in lib. de art. vbi huius etiam loci meminiſſe videtur. Sic quoque Galenus lib. 4. Com. pharmac. general. μαλθακώδη φάρμακα, quæ ſunt oleoſi generis ab Hippocrate dicta exponit, in quibus adipes, reſinas, ceram, ſebum etiam & œſypum reponit, nimirum hunc quoque locum ſubindicans, vbi etiam ea à malacticis diſtinguere videtur. Capite verò 6. lib. eiuſdē μαλθακώδη vocari ſcribit Hippocrati, medicamenta quæ innatam habent humiditatem, qualis eſt in pinguibus & oleoſis medicamentis, & in ipſo quidem oleo & aqua. Olei autem litus, tum hyeme, tum æſtate, quomodo in iis quæ huius generis facultatem requirunt, adhibendus ſit, docet Hippocrates, eius vſum in lanis ſordidis ad luxationes cum vlcere conſulens, quem etiam explicat Galenus Com. 4. in lib. de art. G

In magna vlcerum parte inferiorem aluum purgare conuenit, tum etiam in vulneribus capitis, & ventris, & articulorum, tum in quibus partis corruptela imminet, itemque in his quæ futuram poſtulant, & in his quæ excedunt & ſerpunt, tum aliàs in his vlceribus quæ inueterauerunt, & quæ deligationē poſtulant. At neq; vbi deligatione vti, aut medicamenta vlceri imponere voles, id priùs quā vlcus valde ſiccum reddideris, moliaris oportet, tum verò vtiliter imponas. Sæpiùs verò vlcus ſpongia abſtergendum, itemque linteum ſiccum & mundum crebrò adhibendum, tum demum medicamentū quod vtile videatur impoſitum alligandū, aut ſine vinculo relinquendum. Vlceribus plærisque calidum anni tempus magis quàm hyems conducit, præter quàm iis quæ ſunt in capite & ventre, magis tamen æquino-

* Ὑποκάθαρσις τῆς κάτω κοιλίης ξυμφέρει τοῖσι πλείστοισι τῶν ἑλκέων καὶ ἐν τρώμασιν ἐν κεφαλῇ σιδοῦσι, καὶ ἐν κοιλίῃ καὶ ἐν ἄρθροισι, καὶ ὅσα σφακελίσαι κίνδυνος ἢ ὀστᾶ ῥαγῆναι, ἢ τοῖσιν ἐαθισμένοισι καὶ ἑρπητικοῖσι. ἢ τοῖσιν ἤδη πεπαλαιωμένοισιν ἕλκεσι. ἐν ὅπῃ αὖ μέλλῃ ὑπιδεῖν, ἢ χρή. οὐδὲ ἐμπλάσσειν τὰ φάρμακα, πρὶν ἂν πολὺ ξηρὸν ποιήσῃς τὸ ἕλκος. ὅτε δὲ δεῖ προσπλάσσειν, αἰεὶ σοβλίζειν δὲ τὸ ἕλκος πολλάκις σοβλῶ. ἢ αὖθις ὀθόνιον ξηρὸν καὶ καθαρὸν προσέχων πολλάκις. ὅτω δὲ ὑπιδεῖς τὸ φάρμακον τὸ δυκέον ξυμφέρῃ, ὑπιδεῖν, ἢ μὴ ὑπιδεῖν. ἕλκεσι τοῖσι πλείστοισιν, ὥρη ἡ θερμοτέρη ξυμφορωτέρη τοῦ χειμῶνος, πλεῖστοισιν ἐν κεφαλῇ καὶ κοιλίῃ. μᾶλλον δ' ἡ ἰσημεριή. τὰ

A ρίνη. Τὰ ἕλκεα ὑπόξηρα αἰεὶ καθαρτέον, καλῶς τε καὶ ἐς ὃ δέον ἀεί, ὅπῃ ὃ ξηροτέρου ποιῆται τὸ βλάστημα. Τοῦ δὲ ὑγροῦ μὴ ὑπερθερμότερα ὡς ὅπιστα πολύ. Διὸ ὑπόγειον οὖν ὀστέου ἀφίσταται, ἢ καυθῇ, ἢ τριωθῇ, ἢ ἀηδόνα τῶν ὀδόντων αἱ ὕλαι ποιλότεραι γίνωνται. Ἕλκεα δὲ κεκαθαρμένα, οὐκ ἐθέλει ξυνιέναι, ξυναρμόζειν, ἢ σὰρξ ἀύξεται. Διὸ τὰ πεπιεγμένα τῶν ἑλκέων, ἐς ἃ μὴ παύσηται τὸ

B φλεγμαίνειν, οὐκ ἐθέλει ξυνιέναι. Οὐδὲ ὧν τὰ περέχοντα τῶν ἑλκέων μελανθῇ, καὶ αἵματος σπιτώδεος, ἢ κύκλῳ περέχοντος τὸ ὑπερῤῥοῦν τοῦ αἵματος. Οὐδὲ τοῦτο ἐθέλει ξυνιέναι, διὸ μὴ τὰ πεπιεγμένα τῶν ἑλκέων, ὑγιέα ποιήσῃς.

dium. Vlcera quæ neq; probè neq; vt conuenit priùs assiduè repurgata, carné producere incipiunt, ea plurimùm carne superexcrescunt. Quæ verò probè & vt decet repurgata semper ad siccius, nisi sint cõtusa, curatione tendunt, iis ferè caro nõ excrescit. Quacunq; ex parte os aut vstũ, aut sectũ, aut quauis alia ratione secesserit, in huiusmodi vlceribus cicatrices cauæ fiũt. Non repurgata vlcera, neque si inter se adducantur, coire solent, neq; sua sponte coalescunt. Neque item coire solent quorum vlcus ambientes partes inflammatione vexantur, quandiu inflammatio perseuerat. Nec si quæ vlcus ambiunt nigredinem contrahant, aut sanguine putrescente, aut etiam varice sanguinis influxum suppeditante, id genus vlcera coire solent, nisi vlcus circumstantes partes sanas effeceris.

ὑποκάθαρσις] In vlcerum curatione affectus naturam & magnitudinem ad indicationem plurimùm valere hic locus indicat. Quem in sensum hunc locum Galenus fatissimis verbis explicat lib. 4. Meth. med. Ex quo huius loci integritas sic eruenda est: ὑποκάθαρσις τ' ἐστὶ τοῦ κοιλίης ξυνιόντος τοῖς πλείστοις τῶν ἑλκέων, ἢ ἐν τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἰσόπυοι, ἢ ἐν κοιλίῃ ἢ ἐν ἀρθρώσιν, ἢ ἔτι σπλάγχνοισι κατὰ ὧντ. ἢ ἔτ' ἐν μαπλεῖ, ἢ τοῖς ἐκτὸς ἐμφύσιν, ἢ ἔμπυον, ἢ τοῖσιν ὀγκώδεσι τοῖσι παλαιοῖσι ὠθώδεσι. τὰ ἕλκεα, ἢ ὁκόσα δ' ἂν μέλλῃ τις ὑποδήσειν, ὑποκάθαρσιν τ' ἐστὶ τοῦ κοιλίου.

C ἢ ὅπῃ ἂν μέλλῃ] Hanc lectionem etsi vitiosissimam retinent constantissime exemplaria omnia, tum manu scripta, tum publicata. Sed μέλλῃς aut μέλλοις ὑποδεῖν lego.

πολὺ τοῖσιν ἐν κεφαλῇ] Quod anni tempus æstate calidum putredinem magis & febres excitet in partibus venis, arteriis ac sanguine redundantibus, quale est caput & venter tum supremus, tum medius, in quo viscera continentur. Ideoque capitis vulneribus febris ad decimum quartum diem hyeme subolescit, eoque tempore diutius trahunt ægri quam ætate, in qua febris septimo superuenit, vt scribit Hippocrates libro de cap. vulner. & testatur Paulus cap. 90. lib. 6. Neque ideo tamen vulnerum capitis curationem aeri frigido committimus, quòd frigidum cerebro & neruis sit aduersum, sed qua arte possumus in aere calido curationem exercemus linteis calidis & ignita aut candente lamina propiùs capiti admotis.

Τὰ ἕλκεα ὁκόσα] Hæc lectio omnibus in codicibus, tum manu scriptis, tum publicè exaratis est diminuta, caque ex Galeno libr. 4.

D Meth. med. integra hunc in modum adscribenda: Τὰ δ' ἕλκεα ὅσα μὴ κακοήθη ἐστὶ καθαίρεσθαι ἢ ἐς τὸ δέον ἀεί. πρότερον ἐξηρᾶναι δεῖ ὑποξηράνασι μάλιστα ὁκοῖα δ' ἂν καθαίρειν τὰ κακοήθη ἐς τὸ δέον ἀεὶ δεῖ τὸ ξηρότερον θεραπεύοντ', πολὺ εἰ θλασθῇ, δεῖ οὐχ ὑφεστηκὸς ὑπῆσαι. Vlcerum autem generalem curationem nempe siccationem indicat in vlceribus cauis & sordidis, quorum curatio ad siccius semper tendere debet, præterquam vbi caro contusa est, quam in pus conuerti necesse est. Quem in sensum hic locus exponitur à Galeno lib. 4. Meth. med. vbi hic locus bis adducitur. Indicatur etiam obiter in vlceribus non satis vt decet abstersis aut repurgatis, medicamentis quàm conueniat siccantibus medicamentis admotis, carnem excrescere, quod non contingit vbi conuenienter siccantibus medicamentis nutriuntur, & ad sicciora semper curatio promouetur. Quem in sensum ea verba ex Hippocratis & Galeni mente accipienda videntur, ἀεὶ δεῖ τὸ ξηρότερον θεραπεύειν. Potest etiam vulgata lectio retineri & sensus constare quem secutus est Cornarius. Sed locus ad Galeni trutinam examinandus mihi visus est.

διὰ σκληρότητα] In vlceribus diuturnis in quibus ossis est corruptio & os abscedere necesse est, cicatrices cauas fieri scribit Hippocr.

E aph. 45. lib. 6. Tam enim cauas cicatrices fieri contingit, quanta est abscessuri ossis crassitudo.

ἕλκεα ὑπερθερμότερα] Vlcerum sordidorum ac diuturnorũ, quæq; coire non possunt, & cum affectu coniuncta sunt curatio indicatur, quæ non nisi curato affectu, ac partis natura in pristinum statum restituta, obiri potest. Quem in sensum hunc locum adduxit Galenus lib. 4. Meth. med. vbi τὸν ὑπερῤῥοῦν simpliciter legit Galenus, exemplaria verò nostra omnia ὑπερῤῥοῦν τὸ αἷμα habent.

F Τῶν ἑλκέων τὰ κυκλοτερέα, διὸ ὑποκοιλαίνεται, ὅταν κύκλῳ πρώτην ὅπῃ ἁμάψῃ χρὴ, τὰ ἀφεστῶτα, ἢ πρῶτα, ἢ τὰ ἡμίσεα τοῦ κύκλου. Τῆς μήκεος ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου. ὅταν πρῶτα ἕλκεα ἐρυσιπελατώδεα ὅπιθεν γένηται, καθαρσιν δὲ ποιέεσθαι τοῦ σώματος. ἐφ' ὁκότερα αὖ ξυμφέρῃ ἐφ' ἕλκει, ἔν τε ἄνω, ἔν τε κάτω. ὅτῳ αὖ οἴδημα γένηται περὶ τὸ ἕλκος, ἀφλεγμάντου ἐόντος τοῦ ἕλκεος, χεσὶν ὑστέρῃσι, πύου ὑποστάσιν ἴσχει τὸ οἴδημα. καὶ ὅ, τι αὖ τῇ φλεγμασίῃ οἰδήσασι μὴ καθίσῃται, τῶν ἀηδόνων καθισαμένων, ὅτε ἄμα ἤρξατο φλεγμαίνειν καὶ οἰδίσκεσθαι, καὶ τοῦτο κίνδυνος, μὴ σὴ ἄμα ξυνιέναι. ὅταν ὑπολίπωνται, ἢ ἀηδόνα τῷ ἄφατι ἀφαιρήσεται ἢ θλάσῃ, καὶ αἰσοίσκει), τὰ πεπιεγμένα τὸ ἕλκος, καὶ ἀφαυήσαντα πῦον ἀπὸ τῶν οἰδημάτων, ἀποχωρέει τοῦ ἕλκος. Τῶν τοιούτων ὅ, τι ἂν δοκέῃ δεῖσθαι καταπλάσιος, χρὴ αὐτὸ τὸ ἕλκος καταπλάσσειν. Ἀλλὰ τὰ πεπιεγμένα, ὅκως τὸ πῦον ἀποχωρέῃ, καὶ τὰ σκληρωθέντα λαπάχθῃ. ἐπειδὴ δὲ λαπαχθῇ, καὶ ἡ φλεγμασίη παύσηται. ἔπειτα ἀφεστῶτα σπογγοις ὑποθεσιοισι. ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ ὑγιέος ὀλίγον περιχρώτων. ὅτι δὲ τῷ σπόγγῳ αἴρονται φύλλα ἐπέτω συχά. ὅ, τι δ' ἂν μὴ δύνηται περιεῖναι, ἢ ἀρξῇ ὑγρὴ ἐοῦσα αὖθις ὅτι τοιοῦτον ἐκβάλλειν. διὸ ὑπὸ βαστῇ ἀρχὴ τὸ ἕλκος ἔῃ κατ' ἄμφω, καὶ τῆς ὑποθέσιος, καὶ τὸ περιπίεζοντος ὑποκυρτοῦται. Τὸ δὲ τοιοῦτον; αἰ μὲν ἐς ἁμὴν περὶς μέλλει διὸ ὀδὴν ἔσεσθαι, ἀπὸ τοῦ στόματος τὸ

In rotundis vlceribus, si cauitatem nacta sint, quæ abscesserunt, in orbem vndiquaque, aut ex toto, aut ex dimidio circuli, secundum hominis naturalem longitudinem præcidere oportet. In omni vlcere cui erysipelas accessit, corporis purgationem quamcunque in partem vlceri conducit, siue sursum, siue deorsum, instituere oportet. Quoties circa vlcus tumor accesserit, absque vlceris inflammatione, in eo temporis progressu pus subsidet. Quod verò ex inflammatione intumuit, neque aliis quæ vna inflammari & intumescere cœperunt conquiescentibus cõquiescit, hoc etiam ne vnà non coalescat metus est. Quæcunque ex casu, aut alio pacto discinduntur, colliduntur, aut circum vlcus intumescunt, iisque suppurantibus pus ad vlcus se recipit, in his, si quis vsus cataplasmatis esse videatur, id non ad vlcus, sed ad ea quæ ipsum ambiunt imponendum, vt pus decedat, & quæ indurata sunt emolliantur. At vbi emollita sunt & inflammatio conquieuit, demum spongiis alligatis ea quæ abscesserunt affirmato, orsus à parte sana paulumque progressus. Super spongiam autem folia multa imponito. Quòd si quid affirmari nequit, cuius causa est caro humida, eam eiicere oportet. Si vlcus in carne ãltius insederit, vtraq; ex causa, tũ ex deligatione, tum ex eò quod præterea comprimit, in quendam tumorem assurgit. Hoc sanè si quis secare velit supra specillum immissum, quatenus licet, vt ad effluxum pateat, ab orè vlce-

ris est resecandum, vbicunq; videbitur opportunũ, sicq; quæcumque necessaria videbitur curatio admouenda. Ferè autem vlcus omne quod cauitatem habet, in quam rectà conspici possit tumore non præsente, in eo siquidem putredo, aut caro nimio humore marcida & putris subsit, tum ipsum vlcus, tũ quæ iuxta sunt, nigra aut subliuida conspicientur. Et inter vlcera exedentia, quacunque in parte phagedæna adfuerit, & valde depascitur & absumit, ea quoque in parte, quæ vlcus circumstant, colorem habebunt nigrum ac subliuidum.

ἕλκος αἰὰ τέμνειν, ἕως ἂν δοκέῃ καθαρὸς εἶναι. καὶ ὅπως ἐπὶ πλεῖον τοῦ σφέρειν, ὁκοίης δ' ἂν δοκέῃ τοῦ δεῖσθαι. ὡς ὃ τὰ πολλὰ ὅπου πομφὸν ἕλκει ὅ, τι καὶ κοιλίλιον ἔχῃ, τοῦτο δ' ἰδεῖν καθαρέα ἰδέῃ, οἰδήματος μὴ παρεόντος. ἰῶ μὲν οὖν ἐπὶ ἂν αὐτῷ σπεδῶν, ἢν ἡ σὰρξ ὑποπεπυδωκυῖα καὶ σαπρὴ ἔῃ, τόν τε ἕλκος καὶ τὰ περέχοντα τὸ ἕλκος, ἰδεῖν μέλανα ὑποπελιδνά. καὶ τῷ ἐαθιομένων ἑλκέων, ὅπῃ καὶ ἂν φαγέδαινα ἐνέῃ. ἰσχυρότατά τε νέμει) καὶ ἐαθέν. καὶ ταύτῃ τῷ ἕλκεος τὸ περέχον, χροιὴν ἔξει μέλαιναν ὑποπέλιον

[A] [B]

[3] ἧσσ ἰκνέων τὰ κυκλοτερέα] Indicatio hæc ab vlcerum affecta sumitur & affectæ partis natura. Vlcera enim quæ dura & calloſa habent labra, callum excindendum indicant, eumque affectum priùs submouendum esse, vt ad sanitatem redeant. Sic enim hunc locum explicat Galenus lib. 4 Method. med. vbi pro ὑπτέμνειν, περιτέμνειν legit.

ὅπῃ παυὶ ἕλκει] Et hic quoq; affectæ partis natura ex vitioſi & bilioſi succi redundantia attenditur ad vlceris curationem. Quomodo hunc etiam locum explicat Galen. lib. 4. Meth. med. eumq; bis illic adducit. Meminit quoque Galenus huius loci Com. in libr. 1. de Humor. ſi modò verè Galeno adſcribuntur Commentarij illi. ὅτῳ ἂν οἴδημα] Hic agitur de tumoribus cum vlcere coniunctis, siue ex inflammatione, siue absq; ea orti sint, quos certè priùs curare ac subsidere, quàm vlcus saneſcat, oportet. Id cataplasmatis [C] pus mouentibus & malacticis præstari debet. Hunc quoq; locum subindicat Galenus lib. 4. Meth. med.

ἐπειδὰν ᾖ λαπαχθῇ] Hic de tumoribus vlceri coniunctis & suppuratis agens, ſedata inflammatione & emollita duritie, abſceſſus & ſinus qui relictus eſt glutinationem attingit. Quæ enim abſceſſerunt, cùm ita ſuſpenſa ſint, vt minimè ſeſe attingant, ita cogenda ſunt & comprimenda, vt inter ſe applicentur, firmentur, & inhæreſcant, quod περισσᾶσαι & περιστῆσαι dixit Hippocrates, quod ſignificat affirmare, firmiter collocare & adurgere. In abſceſſibus enim qui nulla inflammatione, ſorde, aut carnis tabo, nulloque humore infeſtantur, agglutinatio & contactus eſt neceſſarius. Quod ſcripſit Hippocrates lib. καθ' ἑπτεῶν, ἀφιστᾶτα μὲ ὡς τὰ μετώπεα, ἕδρη: φαίνειν μέν. Quibus innuit vt quæ ita abſceſſerunt, vt ſuſpenſa ſint, ſedem attingant, ſedem ſcilicet appellans, quod abſcedenti corpori eſt ſubditum, cui adhæreſcere, firmari & inſidere quod applicatur debet, quod περισσᾶσαι hic dicit Hippocrates. Galenus σκεπασθῆναι καὶ ἑδρασθῆναι explicat Com. in lib. καθ' ἑπτεῶν. Poteſt & hic περισσᾶσαι inhibere, ſiſtere & compeſcere ſignificare, vt humorem in abſceſſibus redundantem per ſiccantia inhibeat & propellat, eamque in rem ſpongiam & folia deſuper admoueat, [D] quomodo ſumpſerunt reliqui omnes interpretes. Hic autem τὰ ἀφεστηκότα dicuntur (vt exponit Galenus) ἐὰ κατὰ φύσιν ἔχοντος σώματος, διὸ τὸ ποιὰ μοιρείοις ἑτέροις, ἢ ἐπίφυσιν αὐτῷ, ἐν ᾧ πρὸ τοῦ φύσιν ἴσχειν, ἐκεῖ φυλάττῃ τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν ἕδρυσιν.

ἀφ' ᾗπερ ἀρὸ τὸ ὑγιὲς] Hanc vinculi rationem ad ſinuum glutinationem idoneam his verbis commendat lib. καθ' ἑπτεῶν. ἤρχθαι ᾧ ἐκ τοῦ ὑγιὲς, τελευτᾷν ᾧ πρὸς ἕλκος, ὡς τὸ μὲ ὑπὸν ὀξυδιάλυτον, ἵπερον ᾧ μὴ ὀπυονιάσῃ).

ἔ, τι δ' αὖ μὴ δύνηται περιτῆναι] περιτῆναι legit Galenus hunc locum adducens lib. 4. Meth. med. ita vt περιτείνειν pro προσιτᾶναι legiſſe videatur. Quod etiam noſtram interpretationem comprobat, vt ea quæ abſceſſerunt inter ſe apponere & adhæreſcere iubeat & adducere, quod dixit ἐν τῷ καθ' ἑπτεῶν ἀφιστᾶτα προστεῖναι.

ὑποκυρτοῦν] ὑποκιρνᾶσθαι legunt Vidius & Caluus, vt ſit in varicem attollitur. Sed ὑποκυρτοῦσθαι pro ὑποκυρτοῦν ponitur, quod eſt in gibbum allurgit & incuruatur. Hic vero de ſinu agitur quem ſupra immullum ſpecillum, vt fluxui exitus pateat, ab ore ſecandum [E] eſſe præcipit, ſi alioqui exitus non datur. ἢ ἡ σὰρξ ὑπὲρ μυδῶσα] μυδᾶν de his dicitur quæ ſuperfluo humore madent & diffluunt, ac vligine vitiantur, putrent & mareſcunt. Vnde caro μυδῶσα dicitur hebes & fluxa, ex nimio humore contracta, indeq; marcida & putris, qualis in vlcere inflammato colligitur. ὑγρὸν καὶ μυδᾶσαν vocat lib. de vulner. cap. μύδησιν ſcribit Iſagoges author, κοινὸν ἕνομα ἧς ἐκ σήψεως ἀπολλυμένων, propriè tamen palpebris attribui, vbi humore ſuperfluo redundantes & adipe tumentes aſſiduè defluunt. μυδᾶν exponunt quidam διυγραίνεσθαι, σήπεσθαι. Heſychius μυδᾶσα, βεβραχῶσα, ἐῤῥυῶσα, σαπῶσα. & μυδαλέον, ὑγρὸν καὶ ἀναίσθητον καὶ κάθυγρον, & μυδαλέας διεφθαρμένας. Item μυδαίνει. σήπει. Sunt qui μυδᾶν pro μαδᾶν ſumant. Et in manu ſcriptis Regiis membranis ex Scholio quodam μυδᾶν, ἐκρίνειν exponitur, deinde adſcribitur, μυδᾶν λέγεται τὰ ἐκρέοντα τὰ στερεὰ σώματα ὡς οἷ μαδᾶν, ὡς περιχαλᾶν ἐκπίπτοντων τῶν σωμάτων. Quod certè ſumptum videtur ex Corintho, aut eo qui de Dialecticis ſcripſit.

ὅπου αὖ φαγέδαινα ἐνέῃ] Hic propriè φαγέδαινα ab vlcere exedente diſtinguitur, vt dicatur φαγέδαινα vlcus tumidum, profundum, vicinas partes erodens, eoque nomine ab herpete differt, qui ſummam cutem exulcerat, & à nomis, quę ſine tumore exedunt. Phage- [F] dænæ autem vlceri tumor coniunctus eſt, qui vlceris labra circumſtat, & cum cute ſubiectam etiam carnem abſumit. Quod his verbis ſcribit Galenus Com. ad aph. 45. lib. 6. ἀλλ' ἡμῖν ἀφίσει τῷ μὲ ὑπολαμβανομένων τὰ περὶ χοείου, τὰ μὲ ἕρπητας ὀνομάζειν, ὅταν ὑπερπλῆς ᾖ καὶ αὐτὸ τὸ δέρμα. τὰ δὲ φαγέδαινας ὅταν καὶ τῶν ὑποκειμένων διαφθείρῃ σάρκα. Longè verò apertiùs libro de Tumor. præter nat. id ſic exprimit: τὰ δὲ ἐξ ἀμφοῖν συνθέτα τέτε ἔλκεις αὐτὸ καὶ τὸ περὶ ὄγκου, φαγέδαιναν ὀνομάζουσι. ὑπερπλῆσαι μὲ οὖν καὶ ὁ ἕρπης αἱματώδεσιν τὸ περὶ, ἀλλ' ἔτι μόνον τὸ δέρμα τὸ ἕλκωσις. ἡ φαγέδαινα δὲ συν τῷ δέρματι καὶ τῶν ὑποκειμένων ἅπαντα. Interdum verò φαγέδαινα generis nomen aſſumit, & vlcus quod depaſcitur & vicinum corpus ſanum perrodit, quodque deterius & maius ſemper efficitur, ſignificat, quemadmodum etiam huiuſmodi vlcera phagedænica dicuntur, vt ibidem ſcribit Galenus, quomodo etiam Definit. Medic. authori φαγέδαινά ἐστιν ἕλκος αἱματῶδες καὶ διεφθορὸς τὰ ὑπόγεια καὶ σαρκοειδῆ. Oritur autem φαγέδαινα ex vitioſi ſuccopia & humore bilioſo vſto & iam ad melancholiam inclinante, qui ſua malignitate & acrimonia vicinas partes arrodit φαγέδαιναι in cole inter cancri genera reponit [G] Celſus lib. 6.

Partibus verò circa poſitis tumore & inflammatione laborantibus, vtiliter cataplaſmate imponitur verbaſcum coctum, & trifolij folia cruda, ac epipetri folia cocta & polium. Eademq; hæc omnia ſi vlcus purgari poſtulet, purgandi quidem vim habẽt. Quinetiam & fici folia & oleæ, & marrubium, quæ omnia incoquere oportet. Inter hæc autem maximè viticem, ficum, oleam, decoquito. Eodemq; modo mali punicæ folia incoquẽda ſunt. Crudis verò vti licet, maluæ foliis ex vino tritis, item rutæ atq; origani viridis foliis. Quibus omnibus lini ſemen torrefactum ac quàm tenuiſſimè tritum immiſceto. Vbi verò eryſipelatis metus vlceribus imminet, glaſti folia trita cruda cum lini ſemine ex cataplaſmate impoſito, aut lini ſemen ſolani aut glaſti ſucco maceratũ in cataplaſmate adhibendum. Cùm autem vlcus quidem

Καταπλάσματα οἰδημάτων καὶ φλεγμασίης ἢν ἐν τοῖς περιέχουσιν. ἢ ἔφ. ἢ φλόμος, καὶ ἢ τριφύλλου τὰ φύλλα ὠμά. καὶ τὸ ὑπολέρου τὰ φύλλα ἑφθά, καὶ τὸ πόλιον. ἰῶ δὲ καὶ καθαίρεσθαι δεῖ τὸ ἕλκος, πρῶτα μὲν καὶ τοῦτο καθαίρει. ἀταφακὴ ἢ συκῆς τὰ φύλλα καὶ τῆς ἐλαίης, καὶ τὸ περσέον. ἕψειν δὲ τοῦτο πρῶτα, μάλιστα δὲ τούτων ἕψειν, [H] ἄγνον, καὶ τῷ συκίνῳ, καὶ τῷ ἐλαίῳ, καὶ τῆς σίδης τὰ φύλλα ὡσαύτως ἕψειν. ὠμοῖσι δὲ τοῖσι σὺ χρέεσθαι. ἢ μαλάχης τὰ φύλλα. τερίνθου ξὺν οἴνῳ. καὶ τὸ πηγάνου τὰ φύλλα. καὶ τῆς ὀρίγανου χλωρῆς. πᾶσι τούτοισι χρὴ τὰ λίνου καρπὸν φρύξαντα καὶ λέπαντα ὡς λειότατον, μιγνύναι. ὅκου δὲ ἐρυσίπελας κίνδυνος ἐφ' ἕλκεσι γενέσθαι, τῆς ἰτέης τὰ φύλλα τερίνθου. ὠμὰ καταπλάσσειν σὺν τῷ λίνῳ, ἢ τὸ λίνον δεύων τρύγος χυλῷ, ἢ ἰσάλιδος καταπλάσσειν. ὅταν δὲ τὸ ἕλκος καθαρὸν μὲ

Α ρον μὲν ἐῇ, φλεγμαίνῃ δὲ τὸ τε ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος, φακὸν ἐν οἴνῳ ἑψήσας καὶ πεῖλας λεῖον, ἐλαίῳ ὀλίγῳ φυρήσας καταπλάσας ἐπιδεῖν. ἐπὶ δὲ τοῦ κυνοσβάτου ἑψήσας τὰ φύλλα ἐν ὕδατι πεῖλας λεῖα καταπλάσσειν. ὀφθίνιον δὲ καὶ τερέβινθον λεπτὸν καθαρὸν, οἴνῳ δὲ ἐλαίῳ τέγξας. καὶ ὅταν ξηρανθῇ βάλῃ τοῦ κυνοσβάτου τὰ φύλλα, ὥσπερ τὸ φακὸν σκευάζῃ. σαυρίδιον. οἶνος καὶ λίνου καρπὸς τοῦ δημίνου) λεπὶς, δὲ τόδε, ὁ τοῦ λίνου καρπὸς, καὶ

Β ἄγνος ὠμὸς, καὶ μηλεία συπλησία, ὄξει τοῦ δριμέος.

purum fuerit, ipsum verò & ambientes partes inflammatione vexantur, lenticulam ex vino coctam & læuigatam, pauco oleo admixto, ex cataplasmate deligato, & rubi canini folia ex aqua læuigata cataplasmate imponito, superdato linteo tenui, puro, vino & oleo madente. At vbi oras vlceris committere voles, rubi canini folia eo modo quo lenticulam præparato vel nasturtium (σαυρίδιον dicitur) vinum & lini semen contritum commiscentur. Hoc quoque, lini semen, vitex cruda, & alumen Melinum, hæc aceto macerato.

[4] καταπλάσματα οἰδημάτων] Cùm tumorum omnium præter naturam communis indicatio vacuatio sit, inflammatioque ex humorum affluxu pendeat, breuis ac propria ipsius curatio instituitur per ea quæ affectum ipsum summouent, qualia sunt quæ rarefaciunt, extenuant, digerunt, euacuant, resoluunt & discutiunt, siccandique facultate valent. Quæ enim cataplasmata calefacientia & humectantia phlegmonis adhibentur, ad dolorem demulcendum spectant, symptomaque ipsum, non affectum respiciunt. Quem in sensum hunc locum exponit Galenus lib. 4. Meth. Idem quoque lib. 13. Meth. vbi phlegmones feruorem subtedit mitigaturus cataplasmatis dimissis, ad ea quæ digerunt paulatim transeundum esse censet. Hæc autem omnia quæ hìc recensentur, desiccandi ac dirigendi, quædam etiam detergendi vires habent, vt Galenus etiam fatetur.

καὶ τὸ ὀπιπέρου] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum scripta, tum publicata. Caluus κυπέρου legisse videtur

C cùm iunci quadrati folia dixerit. Sed cyperi radices, non folia ad vsum medicum, & vlcera quæ propter nimiam humiditatem ægrè coalescunt, itemque ad oris vlcera, Dioscorides & Galenus commendant. Cornarius κύπερου φύλλα legit, & ligustri folia vertit, quæ absque morsu desiccare scribit Galenus, habereque quiddam digerens cum aquea substantia, modicè calida, tum etiam adstringens quiddam ex terrena substantia frigida, ideoque mistæ esse facultatis. Quorum vsum aduersus phlegmonas & carbunculos, oriquè vlcera commendant Dioscorides & Galenus. Hic autem Galenus ὀπιπέρου legit lib. 4. Meth. quem secuti sumus. Epipetrum autem Aristot. lib. 4. de part. animal. cap. 5. inter plantas annumerat quæ absolutè & per se viuunt, & in Parnasso nasci, diuque viuere clauis suspensum scribit. Plinius cap. 15. lib. 21. Epipetron acinon vocari scribit, quæ certè ocimo & specie & viribus similis est, ideoq; siccandi, detergendi, ac digerendi facultate prædita est. Hic quoq; quidam ἐμπίτρου pro ὀπιπέρου legunt, cuius magna vis est siccandi ac detergendi, pro quo Crithamum & quam Crettam marinam dicunt substituunt, quæ potenter desiccat.

ἅτε ἐν τῇ συκῇ τὰ φύλλα] Hæc cataplasmata mixtarum admodum sunt virium. Habent enim aliquid adstringentis, potenter tamen extergent, digerunt, discutiunt & siccant. In quibus sanè marrubium reponitur, quod lib. 5. κ᾽ ἡφὼν Galenus in Heræ Panacia,

D solum etiam ad ea vlcera quæ carnem humidam & sordidiorem habent, valere scribit.

μάλιστα δ᾽ ἂν οὕτων ἕψειν τὸ ὄξυνον] Hoc etiam cataplasma cùm potenter digerat & siccet, incoqui vult, quò magis induratas partes digerat, & acrimoniam ac calorem temperet, quo nomine etiam oleæ folia & mali punicæ adduntur.

ὡμοῖσι δ᾽ οὖσι] Hoc præter cætera emollientem & lenientem habet facultatem, & inflammationem discutit, quo nomine eo crudo etiam vtitur. Torrefactum autem lini semen admiscetur, vt excrementitia humiditate deposita valentiùs siccet.

σαυρίδιον] σαυρίδιον ἡ καρδαμὶς βοτάνη ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι τὸ σῶμα ὁμοίπλευρος, ἡ αὐτὴ καὶ κάρδαμον ὀνομαζομένη. Galenus in Exeg. vocum Hippocratis Erotianus quoque hunc locum subindicat cùm scribit, σαυρίδιον τὸ ἴνιον καρδαμίδα καλοῦσιν, κάρδαμον ἰσχυρὸν. ἔστι δὲ θερμαντικὸν τῇ δυνάμει.

καὶ μηλεία συπλησία] Melinum alumen Ægyptio proximum esse scribit Plinius cap. 15. lib. 35. & Dioscorides. quod ex Melo insula

E Cycladum vna aduehereturcuius etiam meminit Celsus & Galenus lib. 3. κ᾽ τόν. ex Charixeno, etsi codices Græci sunt deprauati. Ibidem quoq; alumen Melinum ad vlcera in naso ab Archigene adhibetur. Melius autem συπλησία μηλία scribatur, quemadmodum μηλία γῆ terra Melia dicitur Theophrasto libro de Lapidibus, & Dioscoridi, quæ & μηλιάς. Hucque referri videtur quod in Exegesi scribitur quibusdam in exemplaribus. μηλία, ἡ ἀπὸ μήλου τῆς νήσου. Vbi & μηλίας legunt exemplaria quædam vitiosè pro μηλιάς, vt scripsimus aliàs.

[5] Ὄμφακα λευκὴν ἐς χαλκεῖον θλίψας ἐρυθρὸν δι᾽ ἠθμοῦ τρηχεῖ ἡλίου πιθέναι τὰς ἡμέρας τρεῖς· τὰς δὲ νύκτας αἴρειν, ὅκως μὴ δρόσιζηται. αὐτὸν δὲ τρίβειν τῆς ἡμέρης αὐ-

F παύστως, ὡς ὁμαλῶς ξηρανθῇ. καὶ ἀπὸ τοῦ χαλκείου ὡς ὀλίγιστον αὐαλαμβάνειν. πιθέναι δὲ ἐς ἥλιον τοσοῦτον χρόνον, ἕως ἂν παχὺ γένηται, ὥσπερ μέλι. ἔπειτα ἐς χύτρειον χαλκεῖον ἐγχέας, καὶ μέλι ὡς κάλλιστον, καὶ οἶνον γλυκὺν, σταφίσας πρότερον ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, ἔψειν δὲ τὸν ῥητίνην σὺν τῷ οἴνῳ, ἕως ἂν σκληρὸν γένηται ὥστερ μέλι ἐφθόν. ἔπειτα τὸν μὲν ῥητίνην ἀφελεῖν. καὶ τὸ

G οἶνον ξυγχέαι. ἔστω δὲ πλεῖστος μὲν ὁ χυλὸς τῆς ὄμφακος. δεύτερος δὲ ὁ οἶνος. τελὸν δὲ τὸ μέλι. καὶ σμύρναν τὴν ἀκτὴν, καὶ σπόδιον ὡς βελτίστην τρῖψαι λείην, καὶ διεσθαι τοῦ οἴνου τοῦ αὐτοῦ πρεγχέοντα καθ᾽ ὀλίγον. ἔπειτα ἔψειν αὐτὸν ἐφ᾽ ἑαυτῆς τὴν σμύρναν ξυὸν τῷ οἴνῳ ἀναχυνέοντα. ὅταν δὲ δοκῇ ἤδη καλῶς ἔχειν τὸ πάχος, ξυγχέαι

H ἐς ἥλιον χυλὸν τῆς ὄμφακος. καὶ νίτρου ὡς ἄριστον φρύξας, ἠσύχως μιγνύναι ἐς τὸ φάρμακον. καὶ αἶγος χαλκοῦ ἕλκεσιν τοῖσι νέοισιν. τοῦτο δὲ ἐπειδὰν μίξῃς, ἔψειν, μὴ ἔλασσον τριῶν ἡμερέων, ξύλοισι συκίνοισιν ὡς ὀλίγιστα ὑποκαίοντα, ἢ ἀνθρακιὴν ὡς μὴ φρύγῃ). ἐμβαπτόμενα πτερὰ, ἢ ἄνθρακα ἔστω, ἐς τὰ ἕλκεα μὴ τελεώσῃ, ὅπῃ ἂν ἐπαλεί-

Vuam acerbam albam in vas æneum rubrum per colum transmissam interdiu insolato, noctu deponito, ne rorem sentiat. Interdiu autem assiduè terito, vt æquabiliter siccescat, & ex æneo vase quàm plurimùm contrahat. Tantisper verò soli exponatur, dum mellis crassitudinem adepta sit. Deinde in ollam æneam transfundatur, cum melle quàm optimo & vino dulci, in quo priùs resina terebinthina incoxerit dum ad instar mellis cocti dura euaserit, qua postea exempta vinum affunditur. Sit autem succi vuæ acerbæ maxima pars, secundo loco, vini, tertio mellis. Myrrha quoque stacte, vel alioqui quàm optima bene trita, ex eodem vino sensim affuso diluitur, dein ipsa per se in vino agitando incoquitur. Vbi verò iustam crassitudinem nacta esse videatur, in vuæ acerbæ succum affunditur. Tum nitrum quàm optimum torrefactum, paulatim medicamento admiscetur, & floris æris minor quàm nitri modus. Quæ vbi inter se mixta fuerint, non minùs quàm per triduum coquantur, lignis ficulneis paulatim succensis, vel carbonibus, ne torreantur. Quæ immittuntur omnia humoris sint expertia, vlceráque minimè madeant, vbi hoc medica-

mentum illinitur. Eo vtitor ad inueterata & recentia vlcera, tum ad cutem quæ colis glandem tegit, tum capitis atque auris vlcera. Aliud medicamentum ad eadem vlcera. Fel bubulum aridum, mel quàm optimum, vinum album ex quo loti ramenta deferbuerint, thus, myrrha, æqua portione, croci, floris æris tãtundem. Ex liquidis plurima sit vini portio, deinde mellis, fellis pauciſſima. Aliud. Vinum, mel cedrinũ pauca quantitate, ex aridis autem, flos æris, myrrha, malicorium ſiccum. Aliud. Floris æris vſti pars dimidia, myrrhæ duæ partes dimidiæ, croci tres partes, mellis exiguum, ex vino incoquuntur. Aliud. Thuris pars vna, gallæ tantundẽ, croci triplum. Singula arida quàm læuiſſimè trita, deinde mixta, ad ſolem feruentiſſimum, vuæ acerbæ ſucco affuſo, dum viſcoſa euadant, per tres dies teruntur, demum vino auſtero, nigro, odorato, paulatim inſtillato, macerantur. Aliud. Ilicis radices ex vino dulci, albo, incoquuntur, atque vbi probè habere videbitur, vini transfuſi duæ partes ſumuntur, & amurcæ quàm ſucciſſimæ vna. Deinde agitando, vt ne vrantur, incoquuntur leni igne dum iuſtam craſſitudinem habere videantur. Aliud. Reliqua quidem eadem, verùm vini loco acetum albũ acerrimum ſumitur, in quod lanæ quàm maximè ſuccidæ intinguntur, tum ammixta amurca & affuſo caprifici ſucco decoquitur, & alumen Melinum, ac nitrum, æriſq; flos, vtraq; vſta admiſcentur. Hoc priore vlcera magis purgat, ſiccat tamen illud non minùs. Aliud. Lanæ pauciſſimæ aqua intinguntur, deinde vini tertia pars affunditur, coquuntur dum ad iuſtam craſſitudinem peruenerint. Hæc recentia vulnera citiſſimè ad ſuppurationem deducunt. Iſta verò maximè ab his ſuppurationem auertunt.

φησ) τῶν δ' φάρμακον. χρῆσθαι δ' τούτῳ τῷ φαρμάκῳ, A
πρὸς πεπαλαιωμένα ἕλκεα, καὶ πρὸς τὰ νεότρωτα καὶ ἐς
πόδιον, καὶ ἐς κεφαλῆς ἕλκεα καὶ ὠτός. Φάρμακον ἕτερον τῶν
αὐτέων ἑλκέων. χολὴ βοὸς ξηρή. μέλι ὡς κάλλιστον. οἶνος
λευκός. σμύρνα ἴσα. κέδρος ἴσος. αἴθος τὸ χαλκοῦ. ὁμοίως
δὲ ὑγρῶν. οἶνος πλεῖστος. μέλι δεύτερον. ὀλίγιστον ἡ χολή.
Ἕτερον. Οἶνος. μέλι κέδρινον, ὀλίγον. τὰ δὲ ξηρά, αἴθος B
χαλκοῦ. σμύρνα, σίδιον αὖον. Ἕτερον. αἴθος χαλκοῦ ὠτόν,
ἡμιμοίριον, σμύρνης, δύο ἡμιμοίρια. κέδρου τρεῖς μοῖρας.
μέλι ὀλίγον σὺν οἴνῳ ὠτώματα. Ἕτερον. Λιβανωτοῦ μοῖ-
ρα. κηκίδος μοῖρα. κέδρου τρεῖς. τούτων ἕκαστον ξηρὸν τρί-
βας ὡς λειότατον. ἔπειτα μίξας, τρίβειν ἐφ' ἡλίῳ ὡς
θερμοτάτῳ, ἐν χαλκέων χυλὸν ὄμφακος ἕως ἂν ἰξώδες
γένηται, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. ἔπειτα ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ μέλαν C
βοώδει τρίβειν κατ' ὀλίγον διέσθαι. Ἕτερον. Ἐν οἴνῳ
γλυκεῖ ἕψειν λευκῷ. πρίνου ῥίζας. ἐπιδεῖν δὲ δοκῇ κα-
λῶς ἔχειν, ἀποχέας τὸ οἴνου δύο μοίρας, ποιῆσαι τοῦδε. καὶ
ἀμόργης ἐλαίου ὡς αὐστηροτάτου μοῖραν μίαν. ἔπειτα
ἕψειν ἀκινήτων ὡς μὴ φρυγῇ, μαλθακῷ πυρὶ ἕως ἂν δο-
κῇ τὸ πάχος καλῶς ἔχειν. Ἕτερον. τὰ μὲν ἄνθη, τὰ D
αὐτὰ αὖθις τὸ οἴνου, ὅσος ὑπερέχει τοῦ λευκοῦ. ἐμβάλλειν
ὀπὸς ἀνθὲ ἐλαίου ὡς οἰσυπώδεα. κατασείειν δεύσας τῇ ἀ-
μόργῃ ἕψειν. καὶ ὅπου ἐλαιεοῦ ξυγχέαι. καὶ συπηρίλλου μη-
λείλλου. καὶ νίτρου. καὶ αἴθος χαλκοῦ, μίξαι ὁπόσα ἀμφοτέ-
ρα. τῶν μᾶλλον τὸ πρότερον καθαιρεῖ τὰ ἕλκεα. ξη-
ραίνει δὲ ὁ πρότερον οὐχ ἧσσον. Ἕτερον. τὰ ἐλαία βάλλειν
ὡς ἐν ὀλίγῳ ὕδατι. ἔπειτα οἶνον ξυγχέας μέρος τρίτον, E
ἕψειν ἕως αὖ καλῶς ἔχῃ ὁ πάχης, ἀπὸ τοῦδε λαμβάνεσθαι ἐξέσται τὰ νεότρωτα τὰ ἕλκεα.

5 ὄμφακα λευκὴν] Veterem omphacij præparandi modum iſtiq́ue non abſimilem deſcribit * Dioſcor. ex ſucco vuæ acerbæ & immaturæ. Ante canis ortum expreſſa melligo in rubro ære, linteo cooperto, inſolabatur, vſque dum cogeretur, ſemperq́ue quod vaſi adhæreſceret reliquo humori permiſcebatur, noctuque à ſubdialibus locis in tectum referebatur. Quandoquidem nocturni rores ipſum concreſcere non ſinebant. Huius quoque duplicem conficiendi modum ſcribit Plinius cap. 27. lib. 12. atque ære Cyprio ſeruari tradit, vnde maiores ſtringendi & ſiccandi vires habet. Hoc autem medicamentum valenter glutinat, ſiccat, adſtringit & cicatricem contrahit. Quæ etiam vires reſina terebinthina admixta & myrrha, nitro quoque & æris flore, valde intenduntur. Quapropter id ad aures & capitis vlcera, tum cutis quæ glandem tegit, valde eſt accommodatum.

* *Cap. 5. lib. 5.*

ἐπὴν δ' ἐπιδὴ αὖ μίξῃς, ἕψειν] Sic codicum manu ſcriptorum magna pars legit, quædam etiam ἕψῃ eodem ſenſu. F

ξύλεια συκίνοισιν] Ficulnea ligna vt ἄκανθα & ſicca eligit. Vitiata ſunt autem exemplaria manu ſcripta, quæ hîc medicamenti confectionem interrumpunt, aliamque eſſe cenſent, cùm ἕτερον interponant.

φάρμακον ἕτερον] Hæc medicamenti indicatura in manu ſcriptis codicibus quibuſdam vitiosè adſcribitur hoc modo, φάρμακον πρὸς παλαιὰ & νεότρωτα ἕλκεα πρὸ ἀνθρώπ ἑλκέων. Hoc verò medicamentum mollioribus corporibus eſt idoneum. Nam illius acrimonia thure quod mitigat & lenit, coquit & digerit, & vino retunditur. Crocus etiam ſubadſtringit & concoquit. Mellis ſatis magna copia ſiccat, digerit, & mixta huiuſmodi & putredine conſeruat. Myrrha tenuium eſt partium & ſiccat.

μέλι κέδρινον] Mel cedrinum dicitur, quod ex cedris roris modo defluit & colligitur, cuius magna eſt copia in Libano monte, quodq́ue coriis ſuper terram extenſis & excuſſis arboribus, in ollas acſictilia excipitur, melque roſcidum & aërium vocari teſtatur Galenus lib. 3. de aliment. facult. Iſtud autem quod ex cedris colligitur ſiccat magis ac deterget, tenuiorumq́ue eſt partium. At G
medicamentum iſtud ſuperiore valentius ſiccat ac deterget, ideoq́; durioribus corporibus conuenit, & dyſepulotis vlceribus ac malignis eſt idoneum, quibus medicamenta adſtringendi & repellendi facultate prædita adhibentur, vt nihil in partem affectam, dum curatur, influat, quædam etiam digerentia, vt ſanies in laborante particula contentæ per habitum digerantur & vacuentur, vt ſcribit Galenus lib. 4. Comp. med. gener. Malicorium autem ex vino præſertim auſtero incoctum, potentiſſimè deſiccat, reliqua ſiccant, detergunt, digerunt.

ἕτερον λιβανωτοῦ Hoc medicamentum rectè facit ad dyſepulota quod validè adſtringat & ſiccet, propter gallam, ſuccum vuæ acerbæ, & vinum auſterum. Ex huiuſmodi autem vino macerata & trita ad cicatrices ducendas præſtant, omniaq́ue iſta ſole æſtiuo multis diebus trita, meliora euadunt.

ἐν οἴνῳ γλυκεῖ] Hæc compoſitio adſtringit & ſiccat propter Ilicis radices. Quin & amurca cùm terrenæ ſubſtantiæ plurimùm habeat, adſtringit etiã & ſiccat, ideoq́ue vulneribus cum aceto, vino, aut mulſo commodè illinitur Dioſcoridi, & ad interiora humani H
oris vlcera efficax eſt, vt ſcribit †Plinius. Ex igne autem molli concinnatur medicamentum, hoc eſt, lento ne torreatur & acrimoniam acquirat, aut prunas & minimè fumantem ignem intelligit, qualem mollem ignem vocat Galenus in Andromachi arteriaca lib. 7. κ) πιπ. Vetuſtate autem amurca melior fit & ſiccior, ideoq́ue præfertur quæ quàm maximè aquæ expers eſt. Eandem etiam vlcera ſiccorum temperatura corporum curare ſcribit Galenus lib. 6. ſimpl. med. † *Cap. 8. lib. 15.*

αἴθ' ὁ τῶ οἴνου] Hæc aceto acerrimo albo incocta ſubtiliora ſunt & efficaciam acquirunt, ideoq́ue meliùs purgant, tenuant, ſiccant & digerunt, altiuſq; penetrant. Ideoq́ lana eo aceto imbuta, quæ plurimam ſordem habeat concoquit magis & digerit. Exemplaria autem manu ſcripta μίξαι vbi cætera μίξῃ legunt, & ἐλαία pro ἐλαία. Vtraque lectio tamen probatur.

τὰ ἐλαία βάλλειν] Hæc compoſitio lenit, concoquit, maturat, ideoq́ue recentibus vlceribus ſuppurationem accelerat. Reliqua cùm digerant & ſiccent, eam prohibent. Eoq́ue nomine ex codicibus manu ſcriptis eam indicaturam appoſuimus. Sic enim legunt, πάνυ μάλιστα δύναται τὰ νεότρωτα ἀφίστασθαι. Quam etiam lectionem agnoſcit Caluus.

A ᾽Αλλο. ἄρεως ξηρὸν ὑποπάσσειν, καὶ σέλλεως κράδης ἐν ὀστρώῳ φλοιὸν χλωρὸν τρίβων ἐν οἴνῳ ἐπιτέλλειν, καὶ ἄλοης οἴνου ἄλοη, καὶ ξυὸς μέλιτι. ἕτερον. Ὄξος ἀφεψῶν, λοτῆς τρῖμμα. ἔστω δὲ λύκιον ὄξος. καὶ πίττα μίξας ἀμόργῃ ἐλαίου, καὶ ὄρρον πίσσης ὠμῆς. καὶ ἐπαλείφῃ καὶ καταξαίνειν. καὶ ὑποδεσμεῖν. ξηρὰ ἀποτρέπει τὰ νεότρωτα φλεγμονῶδες θαι. ἢ ὄξει ἀπονίψας. οἴνῳ ἀποσαπογγίσας.

Aliud. Arum ſiccum inſpergito, & ficulnei rami corticem viridem cum ſucco ex vino tritum immittito, quem vel ſine vino, vel per ſe cum melle immittere licet. Aliud. Ex aceto albo loti ramenta incoquito, deinde amurcam & ſerum picis crudum immiſceto, illinito, inſtillato, & alligato. Hæc ſicca recentia vulnera ſuppurare prohibẽt, aut loco ex aceto abluto, aut ex ſpõgia vino madente deterſo adhibita.

B * ἄρον ξηρὸν] Hoc medicamentum valenter ſiccat & deterget. κράδη verò ramum ficulneum ſignificat, & κράδαι dicuntur Galeno in Exegeſi, συκῆς οἱ ἀκρέμονες. Erotianus etiam κράδας, οἱ μὲν τὰ ἅπαλα τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δέ, τοὺς κλάδους (vt ſcribit) accipiunt. κράδη etiam Heſychio & Sudæ pro ficu ſumitur, vt & apud Nicandrum pro ficu ſylueſtri. Iſtud autem aliter legiſſe videtur Cornarius, & hoc medicamentum diuiſiſſe.

ἢ ὄρρον πίσσης ὠμῆς] ὄρρον πίσσης, τὸ ὑγρότατον τῆς πίσσης exponit Erotianus hunc locum ſubindicans, ſeroſum picis recrementum, aut liquorem aquoſum, qui pici liquidæ ſupernatat, ſicut ſerum lacti, intelligens. Cum enim pix coquitur, expanſa ſupra cortinam vellera pura eius halitu madefiunt, deinde in vas exprimuntur. Id πισσέλαιον † Dioſcoridi dicitur. Galenus verò lib. 1. κῆ πτ. quod pici liquidæ ſupernatat & incumbit πίσσανθος, florem picis vocat, quod tenuium magis partium quam ipſa pix exiſtit, tum compage, tum etiam facultate. †† Idem lib. 2. de ſimpl. fac. quod oleoſum in pice liquida ſuperne fluitat πίσσανθος dici ſcribit. ††† Sic Scribonius Largus picis florem πισσέλαιον dici teſtatur, idque eſſe explicat quod excipitur dum pix coquitur, lana ſuperpoſita eius vapori.

C Id autem ὀριστικὸν eſſe videtur, quæ medicis eſt vſui, & quam * Paulus ad vteros concluſos adhibet, quodque πίσσης ὄρρὸν auribus exulceratis & purulentis inducat Apollonius apud Galenum lib. 3. κῆ πτ. πισσέλαιον autem ** Galeno dicitur mixtura ex pice liquida & oleo, qua ad radices capillorum vtebatur, longè à piſſantho differens. Porrò hunc quoque picis florem Scribonius Largus dolorem ſedare, & in auribus ſuppurationem prohibere fatetur.

† *Cap.79.lib.1.* †† *Cap.21.* ††† *Cap.40.* * *Cap.74.lib.3.* ** *Lib.1. κῆ πτ.*

ξηρὰ ἀποτρέπει] Hæc, velut incluſa parentheſi, ad ſequentia etiam pertinere poſſunt, vt ſit eorum facultatis velut indicatura. Nam cùm ſicca adhibeantur, & cruentis vulneribus conueniant, probè glutinant cicatricemque contrahunt, ideoque pus fieri prohibent.

D ᾽Αλλο. τὸν μόλιβον ⟨ϟ⟩ λεῖον ξυὸν τῇ σποδῷ τῇ κυαρίῃ λεαίνειν τὰ ὑποπάσσειν. καὶ τῶν λοτῶν τὰ ἐμπλάσματα ὑποπάσσειν. καὶ τίλου λεπίδα τῶν χαλκοῦ. καὶ τῶν φυσητηρίων, καὶ τῶν χαλκίτιν μὴ τῶν χαλκοῦ. καὶ μόλιον. καὶ μὴ τῶν τῶν λοτῶν ἐμπλασμάτων. καὶ ἄλλως, ὅταν δέηται ξηροῖσι τοῖσι τοιούτοισι χρῆσθαι. καὶ τῇ σποδῷ τῇ ἰλλυριστῇ λείῃ μὴ τῶν ἐμπλασμάτων. καὶ αὐτοῖσι μύροισιν ἐμπλάσμασι. καὶ ἀνθῆ ἀργύρου μόλιβος, ὡς λειοτάτη. καὶ

Aliud. Plumbum tritum cum ſpodio Cypria læuigatum inſpergito, tum loti corticum fragmenta, tum æris ſquamam, & alumen, & Chalcitidem cum ære, & ſolam, & cum loti corticum fragmentis. Alioquin ſi aridis opus ſit, his vti licet, & ſpodio Illyrio cum corticum fragmentis læuigato, aut ipſis corticum fragmentis per ſe. Flos item argenti per ſe quàm tenuiſſimè tritus, & Ariſtolochia, tum eraſa, tum bene trita inſpergitur. Aliud cruentis vulneribus idoneum. Myrrha, thus, galla, ærugo, flos æris vſtus, alumen Ægyptium vſtum, œnanthe, lanæ ſordidæ, plumbi recrementum. Singula pari pondere vino diluuntur, vt ſupra. Alia etiam mixtura ad eadem. Acetum album quàm acerrimum, mel, alumen Ægyptium, nitrum quàm optimum leuiter toſtum, fellis exiguum, ſimul coquito. Hoc ſuper exereſcentem carnem detrahit, excauat, & morſus eſt expers. Aliud. Parthenium quod μικρόφυλλον dicitur, & herba eſt minuta habens folia, quæque cutis glandem tegentis thymia aufert, alumen, chalcitis, melini crudi portio, elaterium tenue aridum inſpergitur, eodemque modo malicorium tenue aridum.

E τῶν ἀριστολοχίας, ξύων τε καὶ τρίβων λείως ὑποπάσσειν. Ἕτερον ἔναιμον. Σμύρνα. λιβανωτός. κηκίς. ἰός. ἄνθος χαλκοῦ ὀπτόν. ⟨φυ⟩πτικὴ ἀφρυτὴν ὀπτήν. οἰνάνθην. σὺν πίσσῃ. μολύβδαινα. τούτων ἴσον ἑκάστου ἡ δίεσις σὺν οἴνῳ ὥσαρ τὸ πρόσθεν. καὶ ἄλλη ἐργασίη κῆ τὰ αὐτά. ὄξος ὡς ὀξύτατον λύκιον. μέλι. ⟨φυ⟩πτικὸν ἀφρυτὸν ὀπτόν. νίτρον ὡς ἄριστον. χύσις φρύξας. χολῆς ὀλίγον

F σωτικόν. τοῦτο τὰ ὑπερσαρκέοντα καταίρει καὶ κοιλαίνει, καὶ ἀδηκές. ἄλλο. Ποίη ἡ μικρόφυλλος, ἢ ὄνομα πάρθενιον τὸ μικρόφυλλον, ἣ τὰ θύμια τὰ ἀπὸ τῶν ποδῶν ἀφαιρεῖ. καὶ ⟨φυ⟩πτικὴ ἡ χαλκῖτις, ⟨ἐ⟩μηλιάδος ὠμῆς, ἐλατήριον λεπτὸν ξηρὸν ἐπιτρῖψαι, καὶ τὸ σπόδιον λεπτὸν ξηρὸν ὡσαύτως.

7 ξυὸν τῇ σποδῷ τῇ κυαρίῃ] Spodios ſiccat & adſtringit. Probatur autem Cypria Dioſcoridi cap. 46. lib. 5. & Plinio lib. 34. cap. 13. Et ad oculos ſæpè adhibetur, vt teſtatur Galenus in Exegeſi, & lib. 4. κῆ πτ.

τὰ ἐμπλάσματα] ἐμπλάσματα λεπίσματα φλοιοῦ, corticum fragmenta exponit Galenus in Exegeſi ex hoc loco, corticis loti ramenta aut ſcobem, aut præſegmina intelligunt, velut piſcium ſquamas. Erotianus etiam λοτῶν ἐμπλάσματα, ἀπὸ τῶν ῥιζοτομιῶν, ἃ σχίσματα ponitum

G contendit, hunc locum ſubindicans.

τῇ σποδῷ τῇ ἰλλυριστῇ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum manuſcripta, tum publicata. Hermolaus Barbarus λευκοπτῇ hic legendum contendit, & ſpodon intelligi vult quæ ex argentariis fodinis eruitur. Fit enim ſpodos (vt ſcribit Plinius) in argenti fornacibus quam vocant Lauriotin. Eſt autem Laurion in Attica locus argenti fodinis nobilitatus teſte Pauſania. Sed hæc ſpodos vt quæ oculis ſit vtiliſſima, priore lenior & infirmior cenſetur. † *Cap.13.lib.34.*

ἢ ἀνθοῖσι μύροισιν] Exemplaria Regia manu ſcripta, ἢ ἀνθοῦ μύρου legunt, ἢ ἐμπλάσματα quædam etiam μείζονα vitioſè.

εἰνοτίδες] εἰνοτίδας θερμάσαι ῥύπου, ὄγκων ἕνεκα ῥυπαρῶν exponit Galenus in Exegeſi. Vbi & in quibuſdam exemplaribus additur. εἰνοτίδες θερμάσαι ῥύπου σωτηρικώτερον. δοκεῖ δ' ἡ εἶναι ῥυπαρὸν μᾶλλον. Qui locus hunc procul omni dubio ſubindicat. Ex quibus hic lanarum ſuccidarum ſordes intelliguntur, aut quod magis malim, lanarum ſuccidarum tomentum & glomeratus cumulus. Hoc enim μᾶλλον (ſi modo ſcriptio vera eſt) ſignificare videtur, niſi ſi μᾶλλον ſcribendum videtur, vt lana ſuccida promiſſior concinnata & carpta, aut veluti vellus cincinnatum intelligatur. Videtur autem lana ipſa ſordida vſta intelligenda, cuius vſturæ modum docet

H * Dioſcor. Sic enim deſiccat potentiùs, & crematarum lanarum cinerem cruſtas obducere, & vlcera ad cicatricem perducere teſtatur Dioſcorides. Eadem quoque ad oculos vtuntur, quòd acrimoniam & morſum depoſuerit.

* *Cap.67.lib.2.*

ἢ ἄλλη ἐργασίη] Arbitrarium eſt num hæc ad præparandi modum ſuperioribus ſimilem referantur, num verò alium mixturæ apparatum, ex ſequentibus intelligat, quod mihi ſit magis vero ſimile.

παρθένιον] Cùm multis Parthenij nomen attribuatur, vt Perdicio † Celſo, (quod etiam teſtatur Plinius ††) & Linozoſtidi & Artemiſiæ, non facile eſt cuinam hoc nomen competat coniicere, tum quòd vnius tantum Parthenij meminerit Dioſcorides. Idem cap. 155. lib. 3. Anthemida hoc nomine vocari ſcribit, & cap. 191. lib. 4. Linozoſtin & amaracum. Quod etiam teſtatur Galenus in

Exegesi,hunc nimirum locum subindicans cùm scribit, παρθένιον τὸ σμικρόφυλλον, καλεῖται δὲ παρθένιον καὶ ἡ αὐθημὶς, καὶ ἡ ἑλξίνη, καὶ ἡ λινόζωπις, καὶ ἀμάρακον. ἀλλὰ καὶ ὁ Διοσκουρίδης μή ποτε φησὶν, ἀκουσίον, ὅτι τῆς ἑλξίνης, ἢ τὸ λιποζώστεως τὸ εἶδος τὸ σμικρόφυλλον. Ex quibus satis apparet quàm deprauata sint Galeni exemplaria. A

† *Cap.vlt.lib.2.* †† *Cap.30.lib.21.& 5.lib.25.& cap 17.lib.22.*

τὰ θύμια] Θύμια nominatur (vt scribit " Celsus) quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue,supra latius, subdurum & in summo perasperum. Idque summum colorem floris thymi repræsentat,vnde ei nomen est,ibique facile finditur & cruentatur, nonnunquam aliquantulum sanguinis fundit , ferèque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ est,rarò maius , interdum perexiguum, modo vnum,modo autem plura nascuntur,vel in talis vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscœnis sunt, maximeq; ibi sanguinem fundunt. Thymi dicuntur cæteris & Galeno lib.14. Meth. & libro de Tumor. præter naturam. Θύμοι quoque " " Paulo Æginetæ sunt σαρκώδεις ὑπερσχαι, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς βαλάνου. ποτὲ δ' ἐπὶ τῆς πόδης συνιστάμενοι, ἐμφερεῖς τοῖς τῶ θύμου κορύμβοις. Hoc igitur medicamentum quod thymos his in partibus sanat, potenter exiccare oportet. B

" *Cap.28.lib.5.* " " *Cap.58.lib.6.*

καὶ μηλιάδος ὠμῆς] μηλιάδος ὠμῆς, τῆς ἀπὸ μήλου χαλκίτιδος, ἢ συμπηγείας exponit Galenus in Exegesi hunc sanè locum subnotans. Vnde alumen aut Chalcitidem subintelligi vult , quòd ex Melo insula vna Cycladum vtrunque præstantissimum aduehatur. Hermolaus Barbarus hoc loco alumen Melinum significari vult , quod Chalcitis dicitur, quia ex lapide fiat. Sed fortasse hîc non malè Melia terra accipiatur , quam per Melinum cum Latinis authoribus & * Plinio subaudimus. μηλία γῆ Dioscoridi dicitur , & μηλὶς & μηλιὰς Theophrasto lib. περὶ λίθων. Hæc vim habet aluminosam , adstringentem & detergentem † Dioscoridi, ideóque pictoribus in vsum ad perpetuandos colores & ad pigmenta cedit. Quod testatur Plautus Mostell. Non istanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere , neque ceruſam , neque melinum , neque aliam offuciam. Cùm verò Eretriensem terram imitetur, & viribus affinis sit, poterit sua facultate quoque cruentis vulneribus adhiberi & cicatricem ducere , ad quæ Eretriensem terram valere scribunt †† Galenus & Dioscorides. Eam autem terram Meliam hìc subintelligi coniecturam auget , quòd antea συμπηγείαν μηλείαν semper dixerit Hippocrates , nunc verò apertissimè distinguatur , deinde quod crudum Melinum desiderat ad maiorem adstringendi & glutinandi vim. Demum quoque cùm μηλιάδος ὠμῆς scribatur , ista casus mutatio distinctionem auget cum phrasi Græca , quæ solidioris cuiusdam rei, vt lapidis, aut terræ, portionem denotat. Ambiguitatem etiam adiuuat quod scribit Galenus in Exegesi , μηλίας ἢ ἀπὸ μήλου τῆ νήσου. C

* *Cap.6.& 7.lib.35.* † *Cap.180.lib.5.* †† *Lib.9.simpl.med. Cap 171.lib.5.*

Caua autem & pura maxime implet herba Lagopyrus nomine , furfures vbi inaruit referens , paruo instar oleæ folio , sed longiore , & marrubij folium cum oleo. Aliud. Caricæ quam ficciſſimæ pars interior pinguis,mellis instar,aquæ partes duæ seminis lini non admodum tosti & tenuissime triti , pars vna. Aliud. Caricæ & floris æris triti exiguum,& fici succus. Tum caricæ pars interior, chamæleon niger, fel bubulum aridum,reliqua quidem eadem. Arida vero,nasturtium tenue crudum, irio, par vtriusque modus. Caricæ partes duæ , seminis lini tantundem, fici succus. Vbi horum medicamentorum aliquo vti voles , splenia aceto imbuta superimponito , spongia spleniis superposita & alligata,ac paulò magis appressa.Quod si partes ambientes inflammatione laborent, quod conferre videbitur circumlinito.

§ Πλεῖστα δὲ μάλιστα τὰ κοῖλα τὰ καθαρά, ποία, ἡ λαγώπυρος ὄνομα. ἔστι δὲ πίτυρίσιν ὁμοία ὅταν αὐαίνεται, μικρὸν τὸ φύλλον, ὡσαύτως καὶ τὸ τῆς ἐλάτης, καὶ μακρότερον, καὶ τραχύτερον τὸ φύλλον, σὺν ἐλαίῳ. Ἕτερον. Ἰχάδος τὸ ἔσω, τὸ πίαρ, τὸ μελιτῶδες, ὡς ξηροτάτης, ὕδατος δύο μέρη, καὶ λίνου καρπὸν φρύξας μὴ σφόδρα, ὡς λεπτοτάτου μέρη μίαν. σήσ. τὸ ἰχάδος. καὶ ἄνθος χαλκοῦ ὀλίγον λεπτόν. καὶ συκῆς ὀπὸν. τὸ δὲ ἐκ τῆς ἰχάδος. χαμαιλέων μέλας, χολὴ βοὸς ξηρή. τὰ λοιπὰ τὰ αὐτά. τὰ δὲ ξηρά. καρδαμον λεπτὸν, ὠμόν. ἐρύσιμον. ἑκάτερον ἴσον. τῆς δὲ ἰχάδος δύο μέρη, λίνου καρποῦ, δύο μέρη. ὀπὸν συκῆς. ὅταν τούτων τινὶ χρῇ τῶν φαρμάκων καλῆναι αὖθις ἐξηρανθέντα, ἐπιθεὶς, ἐπίδησον αὖθις τῶν καλλιῶν ἐπίθες, καὶ ἐπίδησον, καὶ προσαπόσσεσθαι ἐλίγῳ μᾶλλον. τὰ δὲ προσέχοντα ἰῶ φλεγμαίνῃ, ὅτι αἱ δοκέῃ ξυμφέρειν, προσπλάσαι. D E

§ ποία ἡ λαγώπυρος] λαγώπυρος ἡ λαγωνάτη καλουμένη βοτάνη apud Galenum dicitur in Exegesi, si modo vera est scriptio, quam certè suspectam arbitror. Nam & Varinus, qui etiam alioqui γλάσσαν illas & Galeni vocum Hippocratis expositionem mordicus retinet, λαγώπυρον scribit esse ὅπερ καλουμένου βοτάνου παρὰ τοῦ Ἱπποκράτ. Et pro λαγώπυρος quidam λάμπυρος apud Galenum legunt. λαγώπυρος leporis triticum sonat,& lagopum herbam quidam esse volunt,quæ fistit alaum * Plinio,è vino sorbita, & nascitur in segetibus.Galeno facultatis est desiccantis,adeò vt alui fluxus probè desiccet. Cornarius hîc & Caluus pro πιότητα, πυρίτην legisse videntur. Idem Cornarius σὺν ἐλαίᾳ legit, exemplaria tamen omnia σὺν ἐλαίῳ legunt. F

* *Lib.26.cap.8.*

ἰχάδος] Hoc medicamentum sarcoticum est cùm detergat sine morsu & mediocriter exiccet. Quod autem emolliat per se ideò sicco vtitur & semine lini leuiter tosto. Ideóque aqua suspecta est, & eam quidam auferunt , quod nullum medicamentum humectans,tum primariò tũ ex accidenti,vlceribus sit accommodum,vt scribit Galenus lib.1. Comp.pharm. κγ' γλίν, & lib.3. Meth.med.

τὰ προσέχοντα ἰῶ φλεγμαίνῃ] Vide Galenum lib.4. Comp.pharm. κγ' γλίν.

Si liquido vti lubet , etiá caricum medicamentum illinito, ac velut antea scriptum est eodẽ modo adalligato.Ex his autem cõficitur medicamẽtum,veratro nigro,sandaracha,æris squama, plũbo eloto, cũ multo sulphure,auripigmento,cantharidib. His prout videbitur cõpositis vtitor,cedria dilutis.Postquam verò abundè illitũ fuerit,medicamentum summoueto,aro cocto læuigato inspersо,aut cõtrito arido melle subacto.Quòd si carico sicco opus sit,his remotis medicamentum inspergendũ. Facit quoq; siccum ex veratro solo & sandaracha. Aliud liquidũ. Herba est cui[9] foliũ ari naturam refert,album tamẽ,lanuginosum, folij hederæ magnitudinẽ æquat, ea herba ex vino imponitur , aut quod circũ ilicis caudicẽm inhæret, ex vino tritũ illinitur. Aliud. Vuæ acerbæ succus, acetũ quàm acerrimum, flos æris , nitrum, caprifici succus

§ Ἦν βούλῃ ὑγρῷ χρήσασθαι , καὶ τὸ καυκὸν φάρμακον ἐπαλείφῃ. ὅπισθεν δὲ ὥσαυτως τὰ πρότερα γέγραπται, καὶ ᾧ αὖθις λέγω, ἔστι δὲ ἐκ τῶνδε τὸ φάρμακον ποιούμενον. ἐλλέβορε μέλανος. σανδαράχης. λεπίδος. μολίβδου πεπλυμένου, σὺν πολλῷ θείῳ, ἀρρενικοῦ, καὶ χαλκανθοειδοῦς. τούτῳ ὁποίῳ δοκέῃ τῳ τεθέντι χρῆσθαι, ἢ δὲ δίεσις, κεδρίνῳ ἐλαίῳ. ἐπιφόρημα δὲ ἄλις ἔχει ἐπαλείφοντι, ἐκβάλλειν τὸ φάρμακον. ὅπισθεν προσπλάσαι ἄγαν ἐφθόν. λῶον. ἢ τελέων ξηρὸν, τῷ μέλιτι διαλύων. καὶ ὡς ξηρῷ χρὴ τῷ καυκῷ. τούτων χρὴ ἀφεσάντων, τὸ φάρμακον ὅπισθεν προσπλάσαι. ποιέει δὲ τὸ ξηρὸν ἀπὸ τοῦ ἐλλεβόρου μόνου καὶ τῆς σανδαράχης. Ἕτερον ὑγρόν. Ποίη, ἧς τὸ φύλλον ὅμοιον ἄρῳ τὴν φύσιν. λευκὸν δέ. χνοώδες καὶ καυκὸν φύλλον τὸ μέγεθος. αὕτη ἡ ποίη σὺν οἴνῳ ὅπισθεν προσπλάσσεται. ἢ τοῦ πρίνου τὸ ἐκ τοῦ [illegible] τέλεχος τρίψας σὺν οἴνῳ, ὅπισθεν προσπλάσαι. Ἕτερον. Ὀμφακοῦ χυλός. ὄξος ὡς ὀξύτατον. ἄνθος χαλκοῦ. νίτρον. ὀπὸς ἐλατίνου. G H

A ἐς ὄμφακος χυλὸν ςυπτηρίαν τὲ ἐμβάλλειν ὡς λεπτότατον, καὶ θεῖναι ἐν χαλκῷ ἑρυθρῷ ἐς ἥλιον, καὶ αἰωρεῖν. καὶ αὖ ἑτέρῳ ὅταν δοκῇ καλῶς ἔχειν τὸ πάχος.

In vuæ acerbæ succum alumen optimè læuigatum, & in vas æris rubri coniectum, soli exponito & dimoueto, ac vbi iustam crassitudinem nactum fuerit, tollito.

καὶ τὴν κάρειαν] Caricum hoc medicamentum sordidis vlceribus conuenit, & cathæreticum est, carnemq; exedit. Paratur autem liquidum cedrino oleo subactum, aut si arum addatur ad sordes detergendas, melle exceptum. Aridum verò liquoribus abiectis inspergitur. Huius meminit Galenus in Exegesi scribens, κάρειον τι σκεύασμα ἐκ τῶν ἰσχάδων, ὃ καὶ πλεῖστα συνεστῶσιν ἐν τῷ τῶν ἑλκῶν χρίσει. Sic enim legendum apparet, cùm passim ἔλεσμα scribatur. Sunt qui carycum scribant, & è nucibus nomen habere contineant, cùm tamen nuces nullas recipiat. Varinus etiam κάρειον scribit, & σώδινον σκευασίας esse vult apud Hippocratem, sed scripturam vitiatam esse appa-
B ret, pro κάρειον. Erotianus ex hoc loco καὶ ἐλαίῳ ἐλαίῳ, τῷ κεδρείᾳ exponit. Cornarius quoque arum oleo subactum non melle ponit.

ποίη ἡ τὸ φύλλον] Non est facile diuinare quamnam herbam intelligat ari natura acrem & detergentem, ex qua aliquam medicamentum vlcera sordida repurgans paret. Quidam bechij folium intelligunt, quod tamen mediocriter acre est, & habet aliquid subadstringens, qua inflammationes repellit, ideoque cruentis vulneribus adhibetur Hippocrati lib. de arte. Non tamen ari naturam acrem & detergentem refert, neque verò lanugine obducta habet folia, etsi alba quà terram lambunt. Arbitrarium quoque est quod sequitur, an corticem ilicis truncum ambientem, an verò muscum cortici adhærentem intelligat. Quorum certè neutrum acrem aut exedentem vim habet, sed potiùs adstringentem ac mediocriter deficcantem. Qua ratione inflammationes potius arceri, quàm sordes detergeat præcipuè ex vino adhibitum. Quod certè locum non leuiter suspectum facit.

ὀμφακὸς χυλός] Hoc medicamentum mixtas habet vires valdè adstringentes & extergentes, vnde siccat potentissimè. Caius alumen in acetum immissum omisisse videtur, atque hunc locum aliter legisse.

C [10] Ἔναιμα ξηρὰ πάσσε. Ἐλλεβόρου μέλας ὡς λεπτότατος διαπάσσειν, ἕως ἂν ὑγρὸν ᾖ· ἔπειτα ἐπιδεῖσαι. Ἄλλο. Ἀφρὸν νίτρου ἐν ὄξει ἐμπλάσσειν. Ἕτερον ὁμοίως. Ἀλὸς χόνδρους ὡς ξηροτάτους, ἐς χυτρίδιον χαλκοῦν ἢ κεραμεῦν καινὸν ἐμβαλόντα, ἴσους ὡς μάλιστα τὸ μέγεθος, μὴ ἀνδρός. Εἶτα μέλι ὡς κάλλιστον διπλάσιον τοῦ ἁλὸς εἰσχέαντα διαπλάσσειν ὅτι ξηρότατον, καὶ ἐπιδεῖν. Ἄλλο. Ἔπειτα διαπλύνειν ὅτι ξηρότατα τὰ ἕλκεα. Ἔπειτα ἀφρὸν νίτρου τὸ χυτρίδιον, εἶτα ἐὰν ἕως αὖ κατακαυθῇ πρῶτον. Ἔπειτα αὖ ἀποσμήξαντα τὸ ἕλκος καὶ ἀποκαθήραντα, διπλόον ὥσπερ τὸ πρόσθεν. καὶ πίσσῃ ὀλίγῳ μᾶλλον. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, ὅπως ἂν μὴ λάβῃ τὸ φάρμακον διαπάσαντα, πρόσωπον ἔχειν καὶ διπλοῦν. ὅταν δὲ βάλῃ ἀφιέναι τὸ φάρμακον, ὄξος θερμὸν διαχέειν, ἕως ἂν ἀπορρύῃ, καὶ αὖθις τὰ αὐτὰ ποιέειν, ἕως δὲν ἀποσμήξας. ἀνὴρ ξηρὸν δάκνον. Μύσιος ὡς λειοτάτου
E διαπάσσειν, ὅτι τὰ ὑγρὰ καὶ σαπρὰ, καὶ αὖθις λευκὸν, μὴ πάνυ τελέως λεῖον. ἀνὴρ ξηρὸν ὁμοίως δάκνον. ἀποσμήξας ὡς οἷόν τε πρώτιστα θέρμα, ἔπειτα ὀρφάνου καταπλάσσειν διαβὰς προσέχων ἕως ἂν πάνυ παύσηται. τοῦτο λεῖον τελέων καὶ διαπάσσων, πλὴν αὐτίκα διαδεῖν διαδέσιν. Ἕτερον ξηρὸν ὅτι τὴν αὐτὴν ἕλκεων. χαμαιλέων μέλας.
F συπτηρίαν ἢ τὰ ὀστᾶ τὰ συκῆς δεδουμένα. δοῦναι δὲ ὀστέον, καὶ ἀλφιτώσαι μίσγειν. ἀναγαλλὶς καὶ συπτηρία αἰγυπτία ὁμοίη, διαπάσσειν ὀρχομήνιον διαπάσσειν. τοῦτο δὲ τὰς νομὰς συπτηρίαν, ἢ τε αἰγυπτία ὁμοίη, καὶ ἡ μηλεία. τοῦτο δὲ ἀπονιπτοῦσαν ὀπίσω καὶ ἀποσμήξασα. καὶ ἡ χαλκῖτις συπτηρία ὁμοίη. σπλὰν δὲ ἕως ἂν φλεγμαίνῃ γλήχωνα.

Alia arida hæc sunt. Veratrum nigrum quàm optimè læuigatum inspergitur, quandiu humoris aliquid & depascentis inerit. Deligatio autè eadem quæ emplastris adhibebitur. Aliud eandè virium. Salis grana quàm siccissima, pari propè magnitudine nõ crassa, in ollam æneam vel fictilem nouam coniiciuntur, & mel optimum duplum ad sales coniectura facta, affunditur, tum olla prunis imposita sinitur dũ totum cõburatur. Deinde spongia detersum vlcus & repurgatum, vt priùs deuincitur, & paulò magis comprimitur. Postridie verò qua parte medicamentum nõ admissum est, inspergitur, apprimitur & alligatur. Vbi autè medicamentũ amouere voles, acerũ calidum dũ abstrahatur affundito, eadè rursus faciens ac si opus est spongia detergẽs. Aliud aridum mordens. Mysi optimè læuigatũ, ad humida & putrida aspergito & æris florem tenuè, non prorsus cõtritum. Aridum aliud eodem modo mordens. Vlcere per spõgiam detersо, lanæ quàm maximè sordidæ in testa vrũtur, tæda admota dum totæ exurãtur. Hoc medicamentũ læuiter tritum inspergitur, eodemq; vinculo alligatur. Atidũ aliud ad eadè vlcera. Chamæleo niger, alumẽ fici succo subactum. Vstum autẽ subigendũ, & anchusa immiscenda. Vel anagallis & alumen Ægyptiũ vstum, & Orchomenium puluillo inspergitur. Ad vlcera depascentia, nomas vocãt. Alumen tũ Ægyptium, tũ Melinum vstũ, priùs tamen nitro vsto inspergẽda, & spõgia detergẽda. Valet & Chalcitis (συπτηρία dicta) vsta. Vrere autem conuenit donec flammam concipiat.

[10] ἔναιμα ξηρὰ] procul omni dubio suspectus est locus iste. Cùm enim ἔναιμα dicantur Medicis medicamenta glutinantia, quorum opus est coniungere & diuisas partes glutinare, vt in pristinam vnitatem particula reducatur cumq; ea siccantia, non abstertoria esse debeant, (vt scribit Gal. Com. 3. in lib. de Fract. & libro 2. κατὰ γλῶτ.) ista quæ hic adhibentur cùm acria sint & exedant, in illorum
G albo recenseri nequeunt, sed potiùs ad sordida vlcera, velut prius descriptum caricum, adhiberi debent. Igitur pro ἔναιμα ἔπειτα ξηρὰ potiùs adscribere m, cùm liquida quædam interposuerit, aut (vt volunt quidam) πειλήσας pro ἔναιμα legendum. Etsi in veteri scriptura constantissimè retinenda mirum in modum consentiunt exemplaria omnia, tum manuscripta, tum publicè exarata.

ἐς χυτρίδιον] χυτρίδιον χύτραν ex hoc loco exponit Galenus in Exegesi. Sic & χυτρίδιον καινὸν, olla pura ac noua dicitur, in quam nihil dum coniectum fuit, vt καινὸν πινακίδιον tabella pura Aristoteli dicitur, in qua nihil scriptum est.

ἀποσμήξας πίλλος] Hic quidam διαπάσσειν addunt, vt detersо per spongiam vlcere, medicamentum aspergatur. In vlceris autem maligni curatione Galenus linteo molli, puro & lecto vlcus detergit, dein vlceris cauitatem medicamentis implet, diatyrisma ex emplastro labris accommodat, post hæc linteum frigida madens vndique medicamento superiniicit, postremo spongiam mollem fascia ex linteo in orbem semel aut bis circumdata exceptam admouet. Interdum vero linimentum simplex medicamento
H inducit. spongiam autem ex aqua aut vino madentem superinicit. Quam certe deligationem ipsam ex Hippocrate libro de fracturis expressam sæpè meminerat, quod hic etiam ipse facere videtur Hippocrates. Paulo autem arctius vinciendum apprimi iubet, vt medicamentum quod inspergitur tenaciùs adhæreat.

ἐς ἀγχούσαν αἴσιον] Anchusæ radix capienda quæ Onochiles & Alcibiadia dicitur. Hæc enim gustu ipso plus habet acrimoniæ, calidior est & magis medicata, vt scribit Galenus, etsi quæ Onoclea dicitur, desiccat, extenuat & abstergit, sed subadstringentem habet facultatem. Eodem modo velut discutiens, medicamentum anchusæ radicem vitam & tritam cum oleo, dum detergentissimam acquirat crassitudinem, ad pustulas vlcerosas capitis & achoras admouet Galenus lib. 1. κατὰ τόπ.

ὀρχομήνιον] De Orchomenio nihil certi statuere licet. Incertum enim est an adarce, quæ & adarcon & λιμνῆς † Galeno dicitur, & λιμνῆσις †† Actio, quòd plurima in lacustribus aut palustribus locis & arundinetis proueniat, aut in Orchomenio lacu, de quo agit Theophr. lib. 4. de hist. plant. An verò calami corticis cinerem vstum & pulueriam intelligat, qui plurimus in Orchomenio

lacu innaſcitur, vt teſtatur ††† Plinius. Arundinis autem cortex combuſtus tenuium eſt admodum partium & digerentis facultatis, potenter exiccat abſtergit & calfacit, adeò vt Cypriæ arundinis cortex alopecias exterat Dioſcoridi & Plinio. Adarce verò tantam habet acrimoniam & vehementiam, vt dropacibus efficaciter addatur Aëtio, & ad alopecias adhibeatur. Cornarius autem hoc medicamentum diſtinxit. A

† *Lib.* 1. *Comp. phar.* κ τόπ. †† *Lib.* 3. *Tetrab.* 1. *cap.* 180. ††† *Lib.* 16. *cap.* 36.

ἡ χαλκῖτις συπλητέον] Hîc Chalcitis aluminis ſpecies intelligitur quibuſdam. Galenus autem in Exegeſi chalcitida ſimpliciter intelligit, cùm ſcribit, συπλητέον χαλκῖτις, ὡς ἁπλῶς οὕτως ὀνομάζοντα χαλκῖτιν. Et χαλκῖτις συπλητέον, ἴσον τῷ χαλκίτιδι. Sunt qui tum Chalcitida, tum etiam alumen intelligunt. Vtendi autem aluminis modum docet Aëtius Tetrab. 3. lib. 1. cap. 49.

At vetuſta vlcera quæ fiunt in anteriore tibiæ parte, ſanguine autem manant & nigra euadunt. Sertulæ campanæ flos tritus, melle ſubactus illinitur. Ad neruos præciſos. Myrti agreſtis radices contuſæ & cribro tranſmiſſæ, oleoq; ſubactæ ex vinculo adhibendæ. Et quinquefolium herba quę alba eſt & lanuginoſa, altiuſq; à terra attollitur quàm quinquefolium nigrum, oleo ſubacta adalligatur, & poſt triduum reſoluitur.

" Τῶν παλαιῶν ἑλκέων τῶν ἐν τοῖσι αἰτίκνημίοισι γινομένων. αἱματώδεα δὲ τοῖσι τοιούτοισι ἡ μέλαινα. Μελίλωτου ἄνθος τείψας, μέλιτι φυρῶν, ὀπτιπλάσσω χρῆσθαι. ὀπτὶ νεῦρα ἢ ἀγχιμηδέντα, ὀπτιδεῖν μυρρίνης ἀγρίης ῥίζας κόψας καὶ ἀφέψησας, καὶ φυρήσας, ἐλαίῳ. καὶ τὸν ποίην τὸν πεντάφυλλον. λευκὴ δέ ἐστι καὶ χλοώδης, καὶ ὑψηλοτέρα ἀπὸ τῆς γῆς ἢ ὁ μέλας πεντάφυλλον. Τοῦτον τείψας ἐν ἐλαίῳ ὀπτιδεῖν. ἀπολύειν δὲ τριταῖον. B

" τὸν πεντάφυλλον] Quidnam intelligat per pentaphyllon album difficile eſt ſtatuere, cùm vnum tantum pentaphylli genus agnoſcat Dioſcorides. Sunt qui Tormentillam dictam intelligunt, cùm his quidem viribus ſit efficax, & ſiccet ſine morſu & adſtringat, etſi ſeptem non quinque foliis conſtet. Quod tamen non omnino eſſe alienum à Dioſcoride videtur, qui quinquefolio quina ex ſingulis pediculis folia attribuit, rarò etiam plura. Sunt qui in Italia contendant quinquefolium ſe vidiſſe pluribus quàm quinque foliis præditum. Cæterùm pro χλοώδης, quod habent omnia exemplaria publicata, & quædam etiam manu ſcripta, Interpretes omnes χνοώδης legunt. Quæ lectio etiam in reconditiſſimis membranis inuenitur. C

Emollientia quibus quidem hyeme potiùs quàm æſtate vti conuenit. Emollientia medicamenta quæ etiam decoras cicatrices efficiunt. Scillæ partem interiorem mucoſam conterito, aut piceam cum ſuillo adipe recenti, cum pauco oleo, & reſinæ ac ceruſſæ exiguo. Tum adipem anſerinum & ſuillum recentem, & ſcillæ & olei exiguum. Cera quàm albiſſima, adeps recens purgatus. Aut ſcilla, oleum album, reſinæ modicum. Cera, adeps ſuillus vetus ac recens, oleum, ærugo, ſcilla & reſina. Veteris autem adipis duplo maior ſit portio quàm recentis, reliquorum verò quantum opportunum eſſe videbitur. Adeps recens liquatus in alterâ ollam transfunditur, & plumbagine læuiſſimè trita & cribrata immixta coquitur & primùm agitatur. Vſque eò autem coquendum dũ inſtillatum in terram indureſcat, dein igne ſublatum reliquum transfunditur, præter lapideum illud ſedimentum, tum reſina immittitur & agitatur, paucaq; adiecta cedria, quod ablatum fuit permiſcetur. At omnibus emollientibus quibus reſinam admiſces, ſublato ab igne medicamento, & adhuc calido, reſina immiſcenda & agitanda. Aliud. Adeps ſuillus vetus, cera, & oleum. arida verò loti ramenta, thus, plumbago, vt ſit thuris pars vna, plumbaginis & loti ramentorum tantundem, adipis autem veteris partes duæ, ceræ vna, adipis recentis tantundem. Aliud. aut adeps ſuillus ſolus, cum eo adeps caprinus recens, qui repurgatus quàm minimum membranarum habeat. Quibus parum tritis & bene contuſis oleum affunditur, & plumbum cum ſpodio inſpergitur, itemq; loti ramentorum pars dimidia. Aliud. Adeps caprinus, ſpodium, chalcitis, cyaneus lapis, oleum.

" μαλθακώδεα. Τοῖσι μὲν χρὴ τοῖσι φαρμάκοισι χρῆσθαι, ἐν χειμῶνι μᾶλλον, ἢ ἐν θέρει. Φάρμακα μαλθακώδεα, ἃ ποιεῖ ὀλκὰς καλὰς ποιεῖ. Σκίλλης τὸ ἔσω τὸ μυξώδες τείψας, ἢ πίτυϊνον σὺν συείῳ στέατι νέῳ, ὀλίγον ἔλαιον καὶ ῥητίνης ὀλίγον, ἢ ψιμυθίου. καὶ στέαρ χοιρεῖον, καὶ συὸς νέον, καὶ σκίλλαν, καὶ ἔλαιον ὀλίγον. κηροῦ ὡς λευκότατος, στέαρ ποιήσαντα καθαρόν. ἢ σκίλλαν καὶ ἔλαιον λευκὸν, ῥητίνης ὀλίγον. κηροῦ, στέαρ συὸς παλαιὸν ἢ νέον, ἢ ἔλαιον, καὶ ἰὸν καὶ σκίλλαν, καὶ ῥητίνην. ἔστω δὲ δύο μοῖραι τοῦ παλαιοῦ στέατος πρὸς τὸ νέον. τὸ δὲ ἀνὰ μέσον ὀκτάσον δοκεῖ κηροῦ εἶναι. στέαρ σωτήξας ποίησαν ἀπέχειν εἰς ἕτερον χυτρίδιον. καὶ τὸ μολυβδαίνης τείψας ὡς λειότατον ἀφέψησας, συμμίξας ἐφεῖν καὶ κυκᾶν τὸ ποιηθέν. ἐφεῖν δὲ, ἕως ἂν ὀπτίσαιεν ὅτι γῆς πήνην. ἔπειτα καθελὼν ἀπόχεε τὸ ἄνω, πλὴν τοῦ λίθου τοῦ ὑποσάσης. καὶ ἐμβάλλειν ῥητίνην καὶ ἀσαχινέα. καὶ κέδρινον ἔλαιον ὀλίγον ξυμμίξας τὸ ἀφηρημένον. πᾶσι χρὴ τοῖσι μαλθακοῖσιν ὅκου ἂν ῥητίνην ξυμμιγνύῃς, ἐπειδὴ ἀφέλῃς ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ φάρμακον, ἐς θερμὸν ἔλαιον καθεῖς τὴν ῥητίνην κυκᾶν. Ἕτερον. στέαρ συὸς παλαιὸν, καὶ κηροῦ, καὶ ἔλαιον. τὰ δὲ ξηρὰ ἰητρεύματα τοῦ λωτοῦ. λιβανωτοῦ. μολύβδαινα. ἤτριον τοῦ μὲν μοῖρα, καὶ τῆς δὲ μοῖρα, καὶ τοῦ ἰητρεύματος μοῖρα. ἔστω δὲ τοῦ παλαιοῦ στέατος δύο μοῖραι. κηροῦ δὲ μία, καὶ νέου στέατος μία. Ἕτερον. ἢ στέαρ μόνον παλαιὸν ὕειον. σὺν τῷδε, στέαρ αἰγὸς ποιήσαντα. ὡς ἤκουσα ξυὶ παρ' ὑμῶν καταχαθήσας μικρὰ, τείψας ἢ καταθήψας λάβα, ἔλαιον τοδαχέῳ, καὶ τοδαπάωρ (Ⓜ) μόλιβδον, ξυὶ τῇ ἀσοδῷ, καὶ λωτοῦ ἰητρευμάτων τὸ ἥμισυ. Ἕτερον. Στέαρ αἰγὸς. ἀσοδὸς. χαλκῖτις. κυανέη, ἔλαιον. D E F G

" μαλθακώδεα] Hæc emollientium indicatura hîc ſuſpecta eſt, cùm ad ea quæ ſequuntur referri debeat. Incertum autem eſt an quæ ſequuntur de medicamentorum per hyemem vſu, ad ſuperiora referri debeant, cùm oleis ſubigantur, an verò ad emollientia quæ poſtea ſcribuntur. Certè ad vtrunque id ſpectare poteſt. Emollientia hîc verò enumerantur, quæ cùm calida ſint ex ſecundo & interdum tertio ordine, leuiter etiam exſiccant, ideóque cicatrices ſcabras, aſperas & induratas, emolliunt, complanant & læuigant. Et certè exiſtimo hîc μαλθώδεα Galenum legiſſe, cùm μαλθακώδεα habeant paſſim exemplaria omnia, quod in Exegeſi μαλθώδεα μαλακτικὰ ἅμα κηροῦ explicet Galenus, quod ſit μάλθη ὁ κηρὸς, καὶ μάλιστα ὁ πεπαλαγυμένος, cera præſertim emollita. Qua de re ſcripſimus in noſtra Hippocratis OEconomia. H

σκίλλης τὸ ἔσω τὸ μυξώδες] Scillæ pars interior mucoſa & glutinoſa intelligitur, reſectis ad viuum tunicis. Huncque locum mihi ſubindicare videtur Erotianus, apud quem vitioſè σκύλλης ἡ κραῖδες: legitur, quod exponit ἡ ῥίζης ἡ κυλέν. Apud Erotianum tamen τὸ κηραῖδες quædam habent exemplaria, pro quo τὸ ὑγραῖδες reponit Henricus Stephanus. Ac certe neſcio an τὸ νιτρωδες ſcripſerit Erotianus, vt ſuccus acris ſcillæ & mordens vt nitrum ſubaudiatur.

A ξυμμίξας τὸ ἀφηρημμένον] Id mihi videtur intelligendum de eo quod transfusum fuerat permiscendo adnixta pauca cedria, quo crassitudo iustior insit medicamento, tum etiam vt efficaciores plumbaginis vires ad læuigandas & contrahendas crassiores accipiat.

ὅλου τοῦ μολιβδαίνου] Istud longè aliter videtur legisse Vidius.

ξυὼ τῇ σποδῷ] Istud quoque omisit Vidius.

κυανίνη] Incertum est an Cyaneum lapidem intelligat, an verò chalcitim cæruleam aut coloris cærulei velut quidam exponunt. Cyaneus verò lapis extergentem & acrem ac καθαιρετικὸν habet facultatem, digerentem & subadstringentem, vt & Chalcitis.

[13] Περὶ πυρικαύτου, Ἐφεῖν χρὴ ῥίζας ἀπαλὰς, ὧν εἰ ὀφλοιὸς ὀξὺ παχύτατος καὶ χλωρώτατος, καταπλασθὲν μικρὰ, οἴνου λευκοῦ ὀπτέας, μαλθακῷ πυρὶ καθεψῆσθαι, ἕως ἂν δοκῇ καλὰς ἔχειν τὸ πάχος, ὡς ὑποαλφῆσαι, καὶ ἐν ὕδατι ᾧ ἂν ᾖ ὄψον. Ἕτερον μὴ δάκνον. ὑὸς γὰρ μόνον παλαιὸν ὑποαλείφειν, τῆξαι ἀπὸ ἀνθρακιῆς ἀφ' ἑστίης σκίλλης, τὴν ῥίζαν ἀφελόντα καὶ τορήσαντα καταδῆσαι. τῇ δὲ ἑξῆς ἐπαλεῖψαι τῆξαι, γὰρ τευτλίου παλαιὸν, καὶ κηροῦ, καὶ ἔλαιον συμμίξαι, καὶ λιβανωτὸν, καὶ λωτοῦ ἐξυσμάτια, καὶ μίλτον τρίψαντα ὑποαλείψαι. ἄρτι φύλλα ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἑψήσαι, τορήσαντα καταδεῖν. Ἕτερον, ἐπιξύσαντα τῷ συείῳ γέατι ὑποαλείψαι τῷ παλαιῷ, καταλείφειν ἀσφοδέλου ῥίζας ἐν οἴνῳ τρίψαι καὶ λιάσαι. Ἕτερον. τῆξαι γέαρ συὸς παλαιὸν, συμμίξαι ῥητίνην καὶ ἀσφάλτου, καὶ αὖθις ἐπαλείψαι ἐς ὀδόντιον, θερμαίνοντα πρὸς πῦρ, ὀπτᾶσθαι ὀπτιδεῖν. ὅταν δὲ τῷ νάρτῃ ὑποπληγίων, ἢ ἄλλως ἕλκος γένηται, τῇ σκίλλῃ διέφθῳ τρίψαι καὶ ἐσ' ὀδόντιον ἀλείψαι ὀπτιδεῖν. ὕστερον δὲ γέαρ αὖθις, καὶ συὸς νέου, καὶ σποδοῦ. ἔλαιον καὶ λιβανωτὸν ἐπαλείφειν.

De eo quod igne ambustum est. Ilicis radices tenellæ incoquendæ. Harum cortex maximè crassus & viridis in tenues partes concisus, vino albo affuso, lẽto igne decoquitur, dum idoneam crassitudinem habuerit, vt illini possit. Potest & ex aqua eodem modo coqui. Aliud minimè mordens. Suillus adeps vetustus per se illitus, & supra liquatus per scillæ radicem discissam impositam & alligatam. Postridie locus foueatur, adipe suillo vetere liquato, cera & oleo admixto, thure, loti ramẽtis & rubrica. Hoc illinitur. Arifolia vino & oleo incocta imposita adalligãtur. Aliud. Post litum ex adipe suillo vetusto, asphodeli radices ex vino tritæ & læuigatæ illinũtur. Aliud. Adeps suillus vetustus liquatus resinæ & bitumini admiscetur. Et linteolum illitũ, igne calefactũ admouetur ac deligatur. Quum in dorso ex plagis aut alia ex causa vlcus subortum fuerit, scilla cocta, cõtrita, & ex linteolo illita, adalligatur. Postea verò adeps caprinus & suillus recens, spodium, oleum & thus superlinuntur.

[13] περὶ πυρικαύτου] πυρίκαυστα igne ambusta dicũtur, vt quæ feruente aqua ambusta, πυρίκαυστα Galeno lib. 1. Comp. pharm. κατὰ γένη ad quæ phœnicinum emplastrum rosaceo liquatum, vt cerati spissitudinem habeat, vino aut aceto adiecto, nullo non tempore accommodatum esse scribit. Cum enim in ambustis calor, vstio, & excoriatio insint, per initia quæ inflammationem refrigerant & pustulas cohibent conueniunt, deinde quæ moderatè detergent & citra mortium exsiccant, absque frigori aut calefactione aut refrigeratione, vt scribit * Galenus & Paulus. Ideoq; ad exteram Selinusiam, Chiam & Samiam accommodata esse scribit medicamenta. Curantur verò ambusta leuibus pharmacis, & emplastris citra mortium exsiccantibus & digerentibus, qualia sunt ex lithargyro, cerussa, & qualia sunt alba apud † Galenum, quæ neque thus neque resinam recipiant, & quod ἐκ κεφαλῆς inscribitur †† Gal. Atque ideo omnis terra leuis, continuò ex aceto aut oxycrato illita, optimum est ad igne ambusta remedium, bullasq; excitari prohibet ex Galeno & Paulo. * *Lib. 9. de simpl. med. Cap. 11. Lib. 4.* † *Lib. 1. κατὰ γένη.* †† *Lib. 2 κατὰ γένη.*

ὑποαλεῖψαι] ὑποαλεῖψαι lego ex Gal. qui in Exegesi ὑπάλειμμα ἐγχριστὸν σκληρὸν exponit, hoc nimirum rubricato loco, etsi omnia exemplaria ὑπαλεῖψαι legant. Significat autem ὑπάλειμμα instrumentum omne quo medicamentum illinitur, vt spatha, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. de artic. quo etiam illic vtitur Hippocr.

τὸ μίλτον] μίλτον vocant Græci Minium, vt scribit * Plinius, & rubricam. Ea verò exsiccantem emplasticam & adstringentem facultatem habet, ideoq; optimè vulnerariis & pastillis emplastris exsiccantibus & adstringentibus admisceri scribit ** Dioscor. Hoc verò medicamentum superinducitur, vt si quid à scilla exasperatum sit leniatur & siccetur. * *Cap. 7. lib. 33.* ** *Cap. 111. lib. 5.*

[14] Οἰδήματα ἐν τοῖσι ποσὶ γινόμενα, αὐτόματα καὶ μὴ αὐτόματα, σώζει ὑπὸ τῶν καταπλασμάτων καταψήματα, τά τε οἰδήματα, καὶ ἢ φλεγμασίη. καὶ ἢν ἀπάγωγος ὀπτιδὴ ἢς ἢ ἕλκεα, ἢ ἢν ἄλλο ὁπότ' οὖν ἰκνέηται, ἔπειτα αἱ διῆκται αὐτόματον καὶ αἱ φλεγμασίαι, καὶ φλέβας ὑπερρώξας αἵματος ὡς ἥκιστα μὴ φλέσαι αἵματον ὁτιοῦν ἐστί. καὶ αὖ τῶν ἄλλοθι τοῦ σώματος ἑκάστου ἢν γένηται, ὁ αὐτὸς λόγος. ἀλλὰ τοῦ αἵματος χρὴ ἀφιέναι. μάλιστα μὲν καὶ φλέβας τὰς ὑπερρεούσας, ἵνα καταφανέες ἐῶσιν. ἵνα μὲν, καὶ ταχρώδη τὰ οἰδήματα βαθύτερα καὶ πυκνότερα. καὶ ἄλλοπόθι ὅ, τι ἂν καταχρῇς, ὅτῳ χρὴ ποιέειν. καὶ ὡς ὀξυπάτοισι σιδηρείοισι καὶ λεπτοπάτοισι. καὶ ὅταν ἀφαιρῇς τὸ αἷμα τῇ μυλῇ, μὴ κάρτα πιέζειν, ὡς μὴ φλοίσις παρασγίνηται. ὀξεῖ δὲ καταντίζειν, καὶ ἀθρόον αἵματος ἐν τοῖσι χάσμοισι μὴ ἐᾶν ἐγκαταλείπεσθαι, καταχρίσας τῷ εἰρημένῳ φαρμάκῳ, ἑλκία οἰσυπώδεα, καὶ τεξάσμυρνα, μαλθακὰ, καὶ ὑπὸ σπόγγου, ῥηϊδίως οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ. καὶ ἐχέτω τὸ χαλκεῖον ὄκως ἀπάρρυς ἔσται τοῦ αἵματος, καὶ μὴ καταῤῥύσῃ. καὶ μὴ τεγγέσθω ὅλως. καὶ ὀλιγοσιτείτω. καὶ πινέτω ὕδωρ. ἢν δὲ ἀπολύων διείσῃς τὰ χάσματα φλεγμαίνοντα, καταπλάσσειν ὠμῷ ἀλφίτῳ καὶ λίνου καρπῷ καταπλάσματι. ἢν δὲ ἕλκωθῇ τὰ χάσματα καὶ συῤῥαγῇ, σχῆμα ὀρέων, ἔπειτα τοιοῦτον ὁκοῖόν σε δεῖ, τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν.

Pedum tumores sponte & non sponte prouenientes, vbi neque ipsi tumores, neque inflammatio, ex cataplasmatis vsu subsidunt, tum si spongiis aut lanis adhibitis, aut alio quopiam ad sanam partem alligato, postea sua sponte intumescant & inflammationem concipiant, in his sanguinis per venas influxus in causa est, si cui collisio non sit. Eademq; ratio est si tale quid quauis alia corporis parte accidit. Verùm sanguinem mittere oportet, præcipuè ex venis quidem per quas fit influxus, si modò conspicuæ sint, alioqui tumores altioribus & crebrioribus vulnusculis pertundendi. Id quod in eo quodcumq; scalpello pertundis eodem modo fieri debet, idq; ferramentis quàm acutissimis ac tenuissimis præstari. Vbi sanguinem detrahis, specillum non admodum apprimito, ne collisio accedat. Aceto autem perfundito, neque sanguinis grumum in cutis hiatibus remanere permittito, illitoq; medicamento cruentis vulneribus accommodato, lanas sordidas, bene carptas, molles, vino atq; oleo respersas alligato. Locus scalpro pertusus eo sit habitu vt sanguis sursum refluat, non deorsum defluat, neq; vllo modo madefiat, inediamq; toleret æger, & aquam bibat. Quòd si vinculo resoluto cutis incisuras vexatas inflammatione deprehendas, cataplasma ex viticis ac lini semine inducendum. Sin verò vlcerentur ac simul committantur, pro occasione, vt res postulat, cætera curanda.

[14] οἰδημάτων] Hic tumorum omnium,qui τῷ ῥύμῳ τῶ αἵματος habent pro cauſa (vt aliàs loquitur Hippocrates)curatio adumbratur,ac per eorum occaſionem vlcerum quoque quæ per ſcalpellum fiunt, curatio inſtituitur. Præcipua verò hîc cauſæ ratio habetur, vnde & ſanguinis detractio pendet, quòd τὰ μὲν φύματα (vt ſcribit † Hippocrates) τεχνικώτατον ὑπεκλυφίσαι ἐς δυώδεις δίοδους, καὶ τὰς συστάσεις αὐτῶν κωλύειν. οἴδημα autem nomen (quod ſæpe ſolet Hippocrates) τὴν ὅλην φύσιν ὅτου ἂν ᾖ παντὸς complectitur, vt ſcribit Galenus Com.1.in Progn.& Com.ad aph.65.& 66.lib.5. alioqui verò tumorem laxum, fungoſum & indolentem recentioribus indicat,cuius curationem deſcribit Galenus 14.meth.med.& lib.2. Curat.ad Glauconem. A

† *Lib.* περὶ ἑητῆς.

καταχρέειν τὰ οἰδήματα] καταχρέειν καταχίζειν Erotianus & Galenus exponunt, quod de adacto ſcalpello & cute diſciſſa & pertuſa dicitur. Quidam etiam hac voce ſcarificationem intelligunt, vt καταχάζειν legere videantur. Inflammationi autem ac tumori quando ſcarificatio debeatur, docet Galenus lib.2. ad Glauconem, vt & in ſcarificatione tentanda quando leues omninò in ſuperficie inciſuras,quando etiam altas, aut quando tertias inter has longitudine & altitudine medias eſſe oporteat. Qua de re ſcripſit etiam Paulus cap.41.lib.6. & Aëtius ex Antyllo cap.20.lib.3.tetrab.1.

καὶ συῤῥαγῇ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta. Quam lectionem in tanto conſenſu ſecuti ſumus, vt ſignificet cutis inciſuras ac plagas exulceratas eſſe, ſimulque committi ad vlcerum magnitudinem. συνεγωθῇ verò legiſſe videtur Vidius, cùm in fiſtulas verti dixit,quidam etiam πυορροῇ legunt, vt vlcera pure manantia intelligant. σχῆμα autem hic exaſperatarum ſcalpro partium ſtatum ac rei occaſionem ſignificat, cuius inita ratione, accommodatum medicamentum, & quod idoneum videatur adhibendum, ſiue glutinandum, ſiue nutriendum vlcus ſit, ſiue cicatrice obducendum. σχῆμα figuram aut rei formam ſumunt interpretes. σχέρημα etiam quædam legunt exemplaria. Qua voce quod magis idoneum videtur medicamentum,ac velut delectum, ſignificari poteſt. B

At vbi varix anteriorem tibiæ partem occupat,aut conſpicuus eſt, aut carne tegitur, nigricatq; anterior tibiæ pars, & ſanguinis detractionem expetere videatur, iſta ſcalpello nullo modo pertundi debent. Plerunque enim ex inciſuris ob influxum ex varice magna vlcera fiunt. Verùm varix ipſe multis locis, prout opportunum videbitur,compungendus eſt.

[11] Ὁκὸ δὲ κιρσὸς ἔνεστιν ἐπ' αὐτήκνημίῃ, ἢ φλεβαντὴς, ἢ κρὺ τῆς σαρκὸς, καὶ ἔστι μέλαν τὸ αἰμάτιον, καὶ δοκέῃ διαφθαρῆναι αἷμα ἀπ' αὐτοῦ ἀποῤῥυέντος, οὐ χρὴ τὰ τοιαῦτα καταχρᾶν οὐδαμῶς, ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἕλκεα μεγάλα γίνεται ἐκ τῶν φασμάτων. ἀλλὰ τῆς κιρσοῦ τὴν ὑπόῤῥοιαν. ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν τὸν κιρσὸν ὑποκεντέειν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ὅπῃ αἱ δοκέῃ κάμνοις εἶ). C

[15] Ὁκὸ δὲ κιρσὸς] Varicis curationem per vlceris occaſionem aggreditur. Interdum enim varix vlceri accedit, eiuſque curatio vlceri præponenda,alioqui arte immedicabile vlcus efficit.Qua de re ſcriptum eſt antea,& à Galeno lib.4.Meth.med.& lib.4.Comp. pharm. κατὰ γένη. Etſi quandoque ſanato priore vlcere,cuius cauſa varicis curatio inſtituitur, vulnus quod ex ſectione varicis illatum eſt, diutiùs apertum manet, ægreq; curatur, vt ſcribit Galenus lib.de atra bile. Eſt vbi varix per ſe naſcitur, manuſque curationem, quam hîc aggreditur, poſtulat. Eſt autem varix vena à ſanguine tum craſſo, tum copioſo, tum melancholico diſtenta, & in toros aſſurgens. * Quod in cruribus,pedibus,teſticulis & imo ventre contingit. Interdum etiam in temporib. †. Paulus accidere teſtatur. ** Aëtius etiam in palpebris. Propriam verò & exactam varicum ſectionem docet Celſus cap.31.lib.7.& Galen.eo libello qui Medicus inſcribitur, & Paulus lib.6. & Aëtius tetrab.4.lib.2.cap.84. D

* *Lib.*13.*Meth.& lib. de atra bile.* † *Cap.*82.*lib.*6. ** *tetrab.*2.*lib.*3.*cap.*84.

ἢ ἔστι μέλαν τὸ αἰπκνήμιον] Galenus in lib.de atra bile ſcribit à ſanguine melancholico plærunque venas in cruribus dilatari & varices fieri, temporiſque ſucceſſu cutem nigreſcere.

ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν τὸν κιρσὸν ὑποκεντέειν] Hîc non vult varicem altioribus plagis pertundi Hippocrates, hæmorrhagiæ metu,& vlcerum difficilis curationis, ſed quibuſdam locis compungi ad ſanguinis vacuationem. Sic in libello περὶ ἑητῆς varicum ac venarum ſectiones tenuibus & acutis ſcalpellis fieri præcipit,ob ſanguinis impetum. E

Vena ſecta vbi ſanguinem detraxeris, vinculumque ſolueris, neq; ſanguis ſiſtitur, contrariam in partem vt ſanguis fluxus fiat, ſeu brachium,ſeu crus collocetur, velut retracto ſanguine, eoque ſtatu plus minuſve temporis decumbens perſeueret, deinde ita iacens deligetur, dum ne quis ſanguinis grumus in ſectione relictus ſit. Tum demum ſplenium duplex vino madens, ac ſuper lana munda oleo imbuta apponatur. Fluentis namque ſanguinis quamuis vehemens eruptio, ſiſtitur. Ac ſi ſanguinis grumus in ſectione concreſcens ſic inflammetur, in pus verti ſolet. Liberalius autem aut parcius pranſo & poto vena ſecanda,& leuiter concalefacto, calidiore potius die quam frigidiore.

[16] Ὅταν δὲ φλέβα τάμνῃς, ἐπιδεδὺ τὸ αἷματος ἀφῆς καὶ λύσῃς τὸν ταινίον, καὶ μὴ ἴσῃται, τὰ αὐτὰ ὅκως ἂν ὀρθὸς γένηται, καὶ αἷματος ἐχέτω, ἐπὶ τε χεὶρ, ἐπὶ τε σκέλος ᾖ, ὡστὲ χρέοντος τὸ αἷματος ὀπίσω. καὶ ὅτως ὑπομείνας χρόνον πλείω ἢ ἐλάσσω καταχείμβυος. ἔπειτα ἐπιδήσας αὖθις ἔτως ἔχοντα, μὴ ἐνεόντος ἰνὸς ἐμβεβυσμένου ἐν τῇ τομῇ. ἔπειτα σπλήνιον διπλόον περιθεὶς, τείνας οἴνῳ καὶ ἀνύδρῳ ἐλαιῶνα ἐλαίῳ καθαρῷ. καὶ ἐπὶ γὰρ ὑπόῤῥυσις τοῦ αἵματος ἐὴ βιαίη, ἐρεῖς γὰρ ὑποῤῥέοντος. καὶ ἐπὶ ἐμβεβυσμένου ἐν τῇ τομῇ γινομένου ὅτω φλεγμαίνῃ, ἐρεπυήσεται. ἢν μὲν οὖν χρὴ πλέον ἢ ἔλασσον, καὶ πεπωκότα φλεβοτομέειν, καὶ ὑποθερμασθέντα, καὶ ἡμέρης θερμοτέρης ἢ ψυχροτέρης. F G

[16] ὅταν δὲ φλέβα τάμνῃς] Sanguinis fluentis ſiſtendi rationem docet, membro ex quo ſanguis fluit, alio quàm cùm flueret ſtatu collocato,demumq; ligato,ac ſplenio vino madente,ac lana deſuper oleo imbuta adhibita.Quod conſilium ferè ſecutus videtur * Hippocrates lib.6. Epid.his verbis, αἵματος φλεβὸν τάσιες, λειποθυμίη, σκῆμα ἄλλη, ἀπόλειψις, μετάστασις ξυντροφὴ, περίδεσις, ὑπόδεσις. figuram enim aliorſum tendentem,ac alium membri ſtatum,quàm cùm ſanguis flueret, hæc mihi verba ſignificare videntur, τὰ αὐτὰ ὅκως ἂν ὀρθὸς γένηται, ἐς αἵματος ἐχέτω, potiùs quàm ſanguinis ex aduerſa parte fluxum, quem hîc intelligi quidam volunt. Quod etiam in Medicinæ præceptis eſt, vt ſcribit † Celſus. Auertitur quoque interdum ſanguis,vbi alia parte prorumpens,alia emittitur. Deſinit enim fluere quà volumus, inde obiectis quæ prohibeant,alio dato itinere.

* *Sect.*7. † *Cap.*10.*lib.*2.

ὡστὲ χρέοντος τὸ αἵματος] ὡστὲ ῥέοντος lego, contra tamen omnium codicum fidem, eamq; lectionem ſecutus videtur Cornarius. H

καὶ ὑποθερμασθέντα] Concalfactum frictionibus ac fotibus intelligit, quò concretus ſanguis fluxilior reddatur. Quod etiam præcipit ἐν τοῖς πνευμάτων διαλήψεσι lib.4.de rat.vict. in morb.ac. Hippocrates & Galenus.

Vbi ſanguis influit admota cucurbitula,ſi ea ablata is copioſè,aut ſeros[o] humor effluit,ea citò priùs quã impleatur,locis ſcalpro exaſperatis affigẽda eſt,& quod reſtat inſuper extrahẽdũ. Alioqui ſanguinis grumi in

[17] Σικύου ἢ προσβαλλόντα χρὴ, ἐὰν ὑποῤῥέῃ τὸ αἷμα ἀφιεμένης τῆς σικύης, καὶ ἐὰν πολὺ ῥέῃ, ἢ ἰχὼρ ῥέῃ, αὖθις ἐπιτιθέναι ταχέως πρὶν ἢ πλησθῇ, αὖθις προσβάλλων, ἐπεξελκέειν τὸ λελειμμένον. ἐὰν δὲ μὴ, ἐμβολοὶ ἐνέχωνται ἐν

τοῖσι

A ῥῖσι χάσμασιν. ἔπειτα ἀναφλεγμαίνοντα ἕλκεα γίνεται ἢ οὐ. ὀξεῖ δὲ χρὴ πάντα τὰ τοιαῦτα κατακρίζειν, καὶ ὕστερον μὴ τέτλῃ, μὴ δὲ κατακεῖσθαι ὅπως τὰ χάσματα. πρῶτον μὲν οὖν ἀλείφειν χρὴ φαρμάκοις καταχείουσι τὰ χάσματα. ἢν δὲ ὀπίσω κάτωθεν τοῦ γόνατος δέῃ προσκλίνειν ἢ πρὸς τὸ γόνυ, ἐς ὀρθὸν ἰόντα, ὡς δυνατὸν ἐστάναι.

ipsis cutis incisuris inhærent, indeq; postea vlceribus inflammatio contingit. Eiusmodi autem omnia acceto elui debent, neq; postea madefieri, cauendumque ægro est, ne in loca scalpro pertusa decumbat. Ea autem aliquo ex medicamentis cruentis vulneribus accommodato illinenda sunt. Quòd si vel infra genu, vel ad genu admouenda cucurbitula est, id homini erecto & stanti, si stare potest, procurandum.

B σικύαι δ'] Post sanguinis missionem, eadem via per vlcerum occasionem, affigendarum cucurbitularum rationem ex instituto attingit. Vult autem si sanguis copiosè influat, aut tenuis & serosus humor, ablatam cucurbitulam citò locis scalpro exasperatis affigi, priùs quàm sanguine impleantur. Alioqui sanguinem ipsum diutiùs cutis incisuris infixũ, & calore ex longa cucurbitulæ mora destitutum, concrescere & inflammationem concipere. Cui rei consulit tepido aceto (vt priùs) elutis locis scarificatis, vt sanguis liquetur & detergeatur, vlceribusq; medicamentis glutinantibus adhibitis. Illud autem ἀυτῶν ad χάσματα referendum videtur, vt & illud πρὶν ἢ πλησθῆναι. Nam locis scalpro exasperatis affigendam cucurbitulam priùs quàm sanguine compleantur aut turgeant, significat. Etsi illud πλησθῆναι priùs quàm cucurbitula impleatur intelligi potest. Quem sensum cum interpretibus secutus sum. Hic autem locus vniuersam cucurbitulas affigendi rationem per se celebrat, etsi hunc quidam, vt & cum qui de sanguinis missione præcedit, in varicis sectione accipi volunt. Animaduertendum autem est cucurbitulam vbi ad genu, aut infra admouetur, homini erecto, & stanti affigi debere. Erecto enim homine cutis naturali statu manet, meliusq; cucurbitula affigitur, & sanguis ad fluxum magis est comparatus.

C Quod tamen secus factitatur à Chirurgis nostris.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΥΡΙΓΓΩΝ.

HIPPOCRATIS LIBER DE FISTVLIS.

D Σύριγγες γίνονται μὲν ὑπὸ φλεγμονῆς καὶ φυμάτων. γίνονται δὲ καὶ ὑπὸ ἐρεσίης, καὶ ἱππασίης, ἐπὰν ἀθροισθῇ ἐν τῇ γλυκυτῇ αἷμα πλησίον τοῦ ἕδρης. σηπόμενον γὰρ νέμεται ἐς τὰ μεσόγαια. ἀτειλῆς δ' ἐούσης τὸ μὲν ἀρχὴ, καὶ τὸ σαρκὸς μαλθακῆς ἐν ᾗ νέμεται, ἐς δ' ὃ φλὴψ ῥήξῃ, καὶ κάτωθεν τὸ ἀρχὴν διαστήσῃ. ἐπίωσι δὲ ὀδύναι, συνεχέσται καὶ ἰχωρέες. ἐς κόπρος ῥεῖ δι' ἐωυτῆς. καὶ φύσα. καὶ βδελυγμίη πολλή. ὑπὸ μὲν δὴ τοῦ φλεγμονῆς γίνεται, ὁκόταν μὴ πάνυ ἐν ἀρχῇ χωρίων φλεγθῇ ὑπὸ πληγῆς, ἢ ὑπὸ πώματος, ἢ ὑπὸ τρώματος, ἢ ἱππασίης, ἢ ἐρεσίης, ἢ ὅσα τοιαῦτα ἔστι. ξυνίστα) γὰρ αἷμα, σηπόμενον ὑπεπύησε). ὑπὸ δὲ τοῦ ὑπεπυήσαντος πάσχει ἀπὸ ὅτου τὰ φύματα ἔρηται.

FIstvlæ partim quidé ex collisis, partim ex tuberculis fiunt. Oriuntur etiam vel ex remigatione, vel equitatione collecto in natib⁹ iuxta sedé sanguine. Putrescens enim quæ mollia sunt depascitur, cùm nimirũ anus humidus sit, & caro mollis in quæ pabulatur dum tuberculũ rumpatur infraq; ad rectũ intestinum computrescat. Quod cùm fit, in fistulam abit, sanie manat, indeq; stercus & flatus, teterq; fœtor copiosè effluit. Ex collisione autẽ nascitur fistula, vbi ex ictu, aut casu, vel vulnere, vel equitatione aut remigatione, aut aliis huiusmodi rebus, pars aliqua circa rectum intestinũ colliditur. Collectus enim sanguis & putrescens suppurat, & ex suppuratione quæ de tuberculis dicta sunt, contingunt.

E

Hic libellus de Fistulis suo quodam iure libro de vlceribus annectitur. Est enim fistula (vt scribit Celsus) vlcus altum & callosum, cuius hîc etiam curatio optimè instituitur. Cùm verò fistula in omni ferè corporis parte fiat, habeatq; quædã singulis in locis propria, hic ex instituto quodammodo fistularum ani curationem aggreditur Hippocr. quòd ex propriam eamq; difficillimam animaduersionem desiderent. Sinus autem cauernosaq; aut cuniculosa vlcera, ferè in fistulas abeunt. Fistula nanque * Galeno oblongus & angustus sinus dicitur, aut sinus callosus, oblongus & obliquus, ex abscessibus plærunq; conflatus, os habens cui cicatrix obduci nequit, ex quo humor tenuis certis temporibus effluit, † Paulo & Authori Definit. Med. Nomen autem ab organis musicis & arundinum fistulis translatum est, quæ cauitates habent oblongas. Sic enim vbi abscessus longum sinum facit, & exitus viam producit, συρίγγωδες dicitur ** Hippocr. Fistularum quibusdam cùm plura sint genera, aliis duo tantum referuntur. Cæca enim dicitur quæ osculum in profundo, sinum in superficie habet, occulta, quæ tum os, tum sinum in profundo obtinet. In fistularum verò curatione inprimis animaduertendum prælagium quod ab Hippocr. scribitur in Coacis Prænot. Ex fistulis maximè molestiam afferunt, quæ in cartilaginosis aut carne vacuis locis fieri solent, cauæ sunt, laborem faciunt, assidueq; sanie manant, & in quarum osculo caruncula inest. Faciliùs autem curantur quæ in mollibus & carnosis locis & minimè neruosis oriuntur. Quæ omnia vt ferè à Celso expressa esse diximus, ita ab eodem accuratam intelligentiam desumunt. †† Aurelianus quoq; fistulas in recentes curatu faciliores, & in inueteratas curatu difficillimas diuidit. Integrã verò fistularum tractationem habet Celsus cap. 28 lib. 5. & cap. 4. lib. 7. Paulus cap. 49. lib. 4. & cap. 77. lib. 6. Aëtius cap. 55. & cap. 11. lib. 2. tetrab. 4. Hanc autem esse germanam Hippocratis Coi fœturam satis indicat celebrata illa per linum fistulæ ani curatio, quam Isagoges author, & *** Paulus Hippocrati imprimis acceptam ferunt. Celsus quoque etsi tacito Hippocratis nomine, in vsum transtert. Eoq; nomine hunc librum quidam de fistulis ani inscripserunt. Eo quoq; accedit fidelissimum Erotiani testimonium, qui hunc librum in Hippoc. librorum recensione, inter διφθέρας accenset.

F

G

* *Lib. de Tumor. præt. nat.* † *Cap. 49. lib. 4.* ** *In Progn.* †† *Fen. 4. lib. 4. tract. 3. cap. 11.* *** *Cap. 78. lib. 6.*

1 ὑπὸ φλεγμάτων καὶ φυμάτων] Nonnunquam (inquit Celsus) ex eiusmodi abscessibus, & ex aliis vlcerum generibus fistulæ oriuntur. Paulus quoque fistulam vocat sinum callo obductum, qui magna ex parte ex abscessibus malè curatis ortum duxit. Hic verò φύματα (quod nomen etiam retinet Celsus) tumores omnes pus colligentes, & abscessus indicant.

H βδελυγμίη πολλή] Tetrum fœtorem istud indicat & execrandum. Hesychius nanque βδελυγμίαι διαπνοίαι exponit. Intelligitur autem grauis ille fœtor qui ex ventris recrementis & alui solutione expirat. βδελύσσει γὰρ enim κινεῖ τὴν κοιλίαν significat Hesychio. Aut execrandus ille fœtor, qui ex saniei corruptela, & varia putrilagine, qua assiduè manant fistulæ, efflatur. Quò etiam μολυσμὸν) in Coacis pro μολυσμῶ) retulimus, abominandam illam virulentiam designantes.

ἀπερ ὅτι ἐκ φυμάτων εἴρηται] Hoc est, ex suppuratione vlcus fit cuniculosum & fistulosum, multa sanie & putrilagine manans.

2 Πρῶτον μὲν δὴ ὧν ὅτου ἂν τοιοῦτον αἴσθῃ φυόμενον φλέγμα, τάμνειν ὡς τάχιστα ὡμὸν σιδήρῳ πρὶν ἢ σκληρυνθῆναι ἐς τὸ ἄρχον. ξυνιέντα δὲ νοστοῦντα ἤδη τῷ σύριγγι προσβάλλοντες, λαβὼν σκεπάσμα φύσιγγα νεαρὴν, ἀναπλήσας τὸ αἰσθητὸν ὑπτίου, τὰ

Ante omnia igitur cùm eiusmodi tuberculũ suboriri senseris antequam ad rectum intestinum suppuratio perueniat, crudũ quàm celerrimè secare oportet. Quòd si iam factam fistulam in manus sumpseris,

homine ſupino reclinato, cruribus huc atque illuc reductis, ſumptum allij recentem caulem, dum ad aliquid offendat immittere oportet, eoq; fiſtulæ altitudinem metiri. Tũ ſeſelis radice quã tenuiſſimè cõtrita quatuor diebus aqua affuſa macerata, admixto melle, aquam ad tres cyathos ieiuno propinato, eoq; tempore tenues lumbricos aſcaridas dictos purgato. Qui verò ſine curatione relinquuntur, pereunt.

σκέλεα. Δ φαγαγών, ὃ μὲν ἔνθα, ὃ δὲ ἔνθα, τὸ φύσιγξα καθίει αὐτὸ ἐς αὖ τὸ ἐσκύψῃ, μετρῆσαι τὸ βάθος τοῦ συρίγγος τῇ φύσιγξι. καὶ σεσέλεος ῥίζαν κόψας ὡς λεπτοτάτω, ὕδωρ ὀπτίχεας, βρέχειν τέσσαρας ἡμέρας. καὶ τὸ ἐσγνηχεύσας πιέτω, μέλιτι τὸ δαμίσιον τὸ ὕδωρ, κυάθους τρεῖς. ἐν τούτῳ καθαίρειν τὰς ἀσκαρίδας. ὁκόσοι δ' ἂν καταλειφθῶσιν ἀθεράπευτοι, θνήσκουσιν.

A

² λαβὼν σκοτίδα φύσιγξα] Allij recentem caulem veluti ſtylum intelligit, quo fiſtulæ altitudinem exploret. Allij autem caules recentes ad inſtar ſpecilli, fiſtulæ cauitatem promptè ſubeunt, & obſequenti facilitate ſinus explorant, neq; ſua rigiditate aliquid perrumpunt, aut ſeuerè nimis obniituntur. Hi enim recentes in frondem luxuriant, ideoq; matureſcentes in terram depreſſi obruuntur aut intorquentur, vbi caput validius fiat ſationis gratia. Atq; eo modo hic φύσιγξα ſumi ſatis teſtatur Galenus in Exegeſi, qui φύσιγξα τὸ καλάμινον ἐκκαύλημα, ἢ μάλιστα τὸ κοῖλον exponit, hunc locum ſubindicans, ſcapum illum qui in caulem exit & cauus eſt intelligens, quo pro ſpecilli ſtylo vtitur. Verùm illic φύσιγξα pro φύσιγξα vitiosè ſcribitur, vt hic locus ſatis teſtatur. Quod etiam vitium ad Varinum eodem modo permanauit, φύσιγξ autem dicitur τὸ ἐκπὸς λέπισμα τῶν σκορόδων Ariſtoph. Scholiaſtæ. Qua notione Erotianus φύσιγξα τὸ ἔξωθεν λέπισμα exponit. Heſychio φύσιγξες, οἱ δοὺς σκορόδου, aut σκορόδων κεφαλίδες. Vnde fortaſſis moti quidam hic allij nucleum & capur exponunt, voluntq; ſpecilli capitatum extremum intelligi, quod alliorum nucleis ſit ſimile. Sed alliorum capita & nuclei ἀγλίδες dicuntur Hippocrati (vt teſtatur Galenus) & † Dioſcoridi, aliis ῥᾶγες, & Theophraſto γάλυκες. Columella ſpicas vocat, vt Plinius nucleos. Quod verò ſpecillo experiri iubent Celſus & Paulus, id per allij recentem ſcapũ explorat Hippocrates, non ſecus ad albucum aut ferulaceum ſcapum ad capitis fracturas dignoſcendas, dentibus conteri iubet in Cois Præſagijs Hippocrates. Guidus verò cum recentiorum Chirurgorũ turba, petroſelini aut betæ radice fiſtulæ cauum explorat. Quod vt eſt difficile, ita facilè ſera ſuilla in fundã inditur Paulo. Ex eo verò quod recentem caulem ſumi vult, ſatis apertè indicatur, allij non ſpecilli ſtylum intelligi, præter quã quòd recens allij caulis firmior matureſcente exiſtit, & propriam quandam vim habet ad fiſtularum vitia. † *Cap.* 182. *lib.* 2.

B

C

℔ στοτέλεως] Hoc ſeſeleos decoctum admixto melle ad παροχέτιδας, vt vrinas deducat exhibetur, non ſecus ac ad ἀπόστασιν, ſi longiùs fiſtula eſt à præcordiis, ex interuallo ieiunum radiculas ediſſe, deinde vomere, neceſſarium eſſe ſcribit Celſus.

καὶ τὰς ἀσκαρίδας] ἀσκαρίδες ſunt Galeno in Exegeſi ἕλμινθες ἰσχναὶ καὶ μικραὶ, ἐν τῷ ἀπὸ δυσεντερίου ὑστέρῳ γινομένου, tenues & minuti lumbrici in imo recto inteſtino, qui facilè & ſæpè in ani fiſtula, ob variam putrilaginem ſuppeditatam oriuntur. Paulus quoque teſtatur in fiſtulis quæ ſunt ad inteſtinum, ſtercus & lumbricos per earum oſculum efferri, quos ἑλμινθια vocat.

Poſt hæc byſſinum linteum magni tithymalli ſucco imbutũ, vſto æris flore & trito aſperſum, in collyrij formam fiſtulæ longitudini æqualé intorque, filo per extremum linamentum, rurſuſq; per ſummum caulem traiecto, hominéq; ſupino reclinato, vbi adhibito inſtrumento ad ſedem diducendam idoneo (quod καθετὴρ dicitur) in ano quid perroſũ ſit cõſpexeris, eo allij caulem demittito, atq vbi in anũ demiſſus fuerit, præhenſum trahito, donec linamentũ impulſum ſuperiori ac inferiori parti adæquatũ fuerit. Quo intro impulſo, glandem corneã in anum inditã podice creta cimolia illito, ibi ſinito, cumq; deſidendi cupiditas adfuerit, eximito, rurſuſq; immittito in quintũ diẽ vſq;. Sexto verò eximito, foras linamento è carne educto, poſteaq; glãdẽ alumine trito impletã in anũ immiſsã, ibi dum alumen liqueſcat, ſinito. Podicẽ vero quoad cõuenire videatur, myrrha illinito.

D

³ Ἔστω δὲ ὀθόνιον βύσσινον ἠθυμάλλῳ ὀπτῷ τῷ μεγάλῳ δδύσας, καταπάσαντα ἄνθος χαλκοῦ, ὀπτὸν τετριμμένον. στρόβιλλον ποιήσας ἴσον τῇ συρίγγι τῷ μήκει. ῥάμμα διείς δι' ἄκρου τοῦ στροβίλου. καὶ αὖτις ἀπὸ τῆς φύσιγγος ὑπτίου καταγκλίνας Ⓦ ἀνθρώπου, καταστήσει καθιδὼν τὸ ἀφεδρωμένον τοῦ ἕρκους, ταύτῃ τῇ φύσιγγα δίειναι. καὶ ὁκόταν τὸ βδελυγμὸν ἐς Ⓦ ἕρκον, ὑπολαμβανόμενος ἕλκειν, ἄγειν δή στρόβιλον διωθεῖν, καὶ ἰσωθῇ τοῦ τε ἄνω, καὶ τοῦ κάτω. ἔπειτα δὲ ἐσωθεῖν, βάλανον σὺν εἰς κεφαλὴν ἐς τὸν ἕρκον, γῆ ἀπὸ χείσας σμηκτείδι Ⓦ ἕρκον ἔξω. ἐᾶν δὲ ὑποπατεῖν, ἐξαιρεῖν, καὶ αὖθις τοιοῦτον, ἕως ἂν πεπυκάσθαι ἡμέρας. ἕκτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐξαιρεῖν, ἕλκειν τὸν στρόβιλον ἔξω τῆς σαρκός. καὶ τελέως ὑπηνείου καὶ ταῦ. καὶ πλήσας τὸν βάλανον καὶ ἐς Ⓦ ἕρκον ἐμβαλὼν, ἐᾶν ἄγειν δή τοῦ ὑπηνείου καὶ ἡμέρας. Ⓦ δὲ ἕρκον σμύρνῃ ἀλείφειν, ἄγειν δ' ἂν δοκῇ ξυμπεφωνηκέναι.

E

F

³ στροβίλλω] στρόβιλλον hîc linamentum intortum aut penicillum turbinis in formam implicitum ſignificat, collyrium vocat Celſus. Ac neq; cuiquam dubium videri debet, quin hic locus à Galeno indicetur in Exegeſi, vbi στρυβλω pro στροβίλλω vitiosè legitur, cùm στρυβλὸν π ex hoc libello explicet, hoc eſt linamentum aut penicillum intortum. Quod idem vitiosè quoque apud Varinum legitur. Byſſinum autem linteum vt mollius & firmius, quodq; faciliùs in penicillum torqueatur ſumendum cenſet, ſucco tithymalli characiæ imbutum, quo promptiùs callum exterat, fiſtulis nanq; tithymalli characiæ ſuccum idoneum eſſe ſcribit Dioſcorides. Etſi eadem vis dendroidi tithymallo eſſe poteſt. Quin & tithymalli magni ſucco ad fiſtulas exterendas vtuntur recentiores Chirurgi. Adiicitur celeritati vt tormento quoque (inquit Celſus) ſi id quod ex penicillo eſt aliquo medicamento illinitur, ex his quibus callus exedi poteſt. Ideoq; æris flore trito linteum reſpergitur, ſed vſtione acrimoniam remiſit. Paulus [illegible] penicillum præfi nomine, aut aliquid eiuſmodi inſpergit.

G

καθιεῖσι] καθιεῖσι, τῷ καλαμῷ ἐδροδίαιτοι. ὥσπερ γε καὶ διόπτρα ὁ γυναικῶν διαστολεύς, Galenus explicat in Exegeſi, hunc locum ſubnotans, vt ſit καθιεῖσι inſtrumentum Chirurgicum dilatandæ ſedi idoneum, vt quæ recondita ſunt & latent, in conſpectum veniant, quẽadmodum inſtrumentum quo vterus diducitur διόπτρα aut διοπτὴρ dicitur. Speculum ani & ſpeculum matricis noſtri vocant. Erotianus καθετῆρα hic legiſſe videtur, & κάτοπτεσι ἢ μηλωτῇ ei exponitur, ſi modò vera eſt lectio, & nõ μηλωτὴς potiùs legẽdũ venit, vt μήλωσι διαστομωτείδα (τὰ διαστολεῖα explicat Galenus) intelligat, ſpecillum quo aliquid dilatatur, διόπτριον vocat Paulus ex Leonide inſtrumentum ad diducendam ſedem aptatum, quod ἐδροδιαστολεὺς dicitur. Eo quoq; ad dilatandum ſinum mulicbrem vtebantur.

H

ὑποκύψῃ εἰς τὸν ἀγκῶνα] Hoc de allij caule dicitur, vt ſit, vbi in anum incubuerit, inciderit, demerſus fuerit aut decubuerit. ὑποκύψῃ enim αὐτὸ τὸ κατακύψῃ ſumitur, alioqui ὑποκύψῃ cùm ſe inclinarit aut incuruarit ſignificat. Ea autẽ phraſi in anũ penetraſſe ſignificatur.

γῆ διαχείσας σμηκτείδι] Cretam Cimoliam ex Galeno diximus. Hic enim in Exegeſi hunc locum indicat, & γῆ σμηκτίδι τῇ κιμωλίᾳ exponit. Ex quo hîc σμηκτίδι legiſſe apparet, vt & σμηκτίδα γλῶ idem τῇ κιμωλίᾳ explicat, quod etiam facit Erotianus, etſi apud eundem σμηκτείδα habent quædam exemplaria, quemadmodum apud Hippoc. lib. 2. περὶ γυναικείων, quomodo hic quoque σμηκτείδι habent omnia exemplaria. Hic verò cretam detergendi vi præditam ſignificat, quæ facultas cum deſiccatione terræ cimoliæ cum reliquis eſt communis, prætereaque mixtæ eſt facultatis vt ſcribit Galenus, cum partim refrigeret, partim etiam digerat, eoq; nomine hoc loco ad propulſandum inflammationis periculum adhibetur. Nam ferè quæ circa fiſtulam ſunt habent aliquid inflammationis. Quidam hîc per σμηκτείδα γλῶ cretam albam intelligunt: ſed cùm Cimolia Creta duorum ſit generũ, candida vna, altera ad purpureum inclinans, malim Cimoliam ſimpliciter ex Galeno intelligi. Cæterùm glandis corneæ in rectum inteſtinum immiſſæ, hic eſſe vſus videtur, vt podicem diſtendat & dilatet, quo collyrium intrò faciliùs ſubeat, viqué medicamentorum callum exedat, quod alioqui clauſo ano foras expelleretur, tum etiam vt ad fiſtulæ fundum via medicamentis per glandẽ pateat, per quam quoque fiſtulæ excremen-

A ta exitum habent, ne medicamentorum vim diluant. Demum etiam æqualiter dilecta per glandem pollicis rumpet, meatumq; vim per collyrium in ambitum explicatis omnibus rugis facile amplectatur vt omnis ex ea pro callis excidatur.

ξυμπεφυκυίαι] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Celsus & Cornarius ξυμπεσοῦσαι legisse videntur, quæ quoniam videtur esse lectio, quòd eius etiam medicamenti meminerit libello de hæmorrhoidibus postea ut denique & vlcus cancri reddendam. Myrrha autem additur ad deficcandum vlcus, alumen vero præter quàm quòd [illegible] infiuit reprimat. Glaciem vero dum autem & siccandum vlcus, dum coalescere videatur. Hunc autem alumini vim vt cicatricem inducat, [illegible] Medici author.

B ἑτέρη θεραπεία. ὠμόλινον λαβὼν ὡς λεπτότατον, συμβάλλειν ὅσον πενταπλάσιον τοῦ μήκους, καὶ ξυμπλέκειν λαβόντα ἰσοπαχὲς τοῦ μήκους. ἔπειτα ποιησάμενος μήλινον καὶ πτερνώδη ἐπὶ ἄκρῳ τετρημένον, εἰρᾶσαι εἰς τὸ μήλινον τὸ ἀρχικὸν τοῦ ὠμολίνου συμβεβλημένου, καθιέναι τὸ μήλινον εἰς τὸν σύριγγα, καὶ ἅμα τὸν ἀριστερᾶς χειρὸς τὸν δακτύλιον τὸν λιχανὸν καθιέναι εἰς τὸ ἕδρον. ἐπειτα δὲ λαβοῦσαν ἡ μήλην τοῦ δακτύλου, ἄγειν ἔξω ὦν δακτύλου, ἀποκάμπτειν δὲ μήλης τὸ ἄκρον, καὶ τὸν ἀρχικὸν τὸν ἐν τῇ μήλῃ. καὶ τὸν μὲν μήλινον πάλιν ἐξαιρεῖν, τοῦ δὲ ὠμολίνου τὰς ἀρχὰς ἀφάπτειν δὶς ἢ τρὶς. καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ ὠμολίνου ὑπερτείνειν, ὑπιδοῦσαν τοῖς τὸ ἄμμα. ἔστ' ἂν κελεύῃ ἀπελθόντα, ἀφαιρήσεσθαι τὰ ἑαυτοῦ. δεῖ δὲ θεραπείαν. ὀκέζειν δὲ σπουδαίως τὸν σύριγγα χαλῶντα τοῦ ὠμολίνου, τοῦτο ὑπιτείνειν καὶ ὑπιστρέφειν ἀεὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ἐὰν δέ σοι τὸ ὠμόλινον ὀλίσθαινον τῇ τροφῇ, ἢ τὸν σύριγγα ὀλισθραινούσας, τοῖς τὸν τέγα προσάπτειν ἕτερον ὠμόλινον διεῖναι καὶ ἀφάπτειν. ἢν δὲ φλὶξ ἀφῇ τοῦτο προσβαλέσθαι τῷ ὠμολίνῳ, οὐκ ἄσπιλος ἔστιν. ἐπειδὴ δὲ ὀλισθαίνειν ἢ σύριγξ, ἀναιρεῖν χρὴ αὐτὸν ταχὺ ὡς λεπτότατον προσφέρεται. ἔπειτα ἐσιδεῖν τὸν σύριγγα, αὐτὸς χλιαρῷ ὄπιον συχνὸν τῇ μήλῃ ἐνθεῖναι. τὸν δὲ αὐτὸν ἀλλᾶναι μήλῃ καὶ ὑποδῦναι μέσῳ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τὸν ἀριστερᾶς χειρός, ὥσσον τοῖσιν τὸν ἐντὸς ἕτερον αὐτὸν, καὶ τὸν ἐκτὸς αὖ ἐπιδεῖσαι, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ τὴν ἀπὸ τῆσιν αἱμορροΐσιν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀπολύσας, ὠσειδεῖναι ὕδατι θερμῷ. καὶ αὐτὸν τῷ δακτύλῳ τὸν ἀριστερᾶς χειρὸς τρῖψαι. ἁψάμενος δὲ τὸν σύριγγα. καὶ αὖθις πάλιν τὸν αὐτὸν ὑπιδῆσαι. τοῦτο ποιεῖν ἐπὶ ἡμέρας. ὁ δὲ τοῦτον μάλιστα ὁ χειτὼν τὸν σύριγγος σήπεται. τὸ δὲ λοιπὸν ἐς αὐτὸ ἰᾶται. δεῖ τοίνυν τοῦτο ὑπιδεῖν. χρὴ γὰρ τοῦτον τὸν ὄγκον, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀλισθαίνοντα καζομένη καὶ ἀναστρωννυμένη ἡ σύριγξ, ὅτε πάλιν ξυμπίπτει αὖ, ὅτε δὲ μὴ αὐτὸς ὑγιαίνειν αὖ. τοῦ πάλιν ξυμπληροῦσθαι. ἀνὰ δὲ ἑωυτὸν παρὰ φύσιν ἔσεσθαι. ὁ δὲ τὴν θεραπείην ὑπερσυνάγει ὕδατι πολλῷ ἔνδον, καὶ λιπαρῷ.

Alia curatio. Linum crudum quam tenuissimum quincuplex palmi longitudine in vnum complicatũ, seta equina cicumuoluitur, tum stanneum specillum extrema parte perforatum, ita comparatum vt in id lini cõplicati caput inseratur, in fistulam demittitur, simulq; sinistræ manus index in sedem iniicitur. Atq; vbi specillum digitũ contigerit, id extrema parte inflexum, vnaq; lini caput quod per specillum traiectũ est digito educitur, & specillum quidem iterum extrahitur. Lini verò capita bis térve connectuntur, & quod dependet ex lino intortum in nodũ alligatur. Postea æger ad suas res obeundas dimittitur. Reliqua curatio. At eatenus linum singulis diebus intendere ac intorquere semper oportet, quatenus putrescente fistula laxatur. Quòd si tibi ante quam fistula exedatur, linum crudum computrescere videatur, alterum item ad setam alligatum traiiciendum & connectendum. Eo nanque nomine seta lino crudo adiicitur, quòd minimè putrescat. At postquam fistula computruit, spõgiam mollem quàm tenuissimè incisam apponere conuenit, tum copiosum æris vsti florem per specillum quidem in fistulam iniicere. Spongiá verò melle illitam, inditam medio sinistræ manus indice introtrudere, additaq; altera spongia, eam deligationem quæ fit cum ora venarum sanguinem fundere sunt solita, apponere. Qua postridie soluta, fistula aqua calida perluenda, tentandumq; vt per spongiam sinistrę manus digito perpurgetur, rursusq; iniecto æris flore vinculum alligandum, idemq; septem dieb⁹ faciendum. Intra hos enim ferè dies fistulæ tunica consumitur. In reliquo dum sanescat hic deligationis modus asseruandus. Hac enim ratione, fistula per spõgiá coacta & expansa, neq; rursus committetur, neq; hac quidẽ sui parte curabitur, hac verò rursus implebitur, sed ipsa vniuersa sanescet. In hac verò curatione copiosa calida perfundere iuuat, & inediá imperare.

ὠμόλινον λαβὼν] Hic curandæ fistulæ modus per ἀπόλυσιν Paulo dicitur fieri, hoc est lini aut fili deligationem, eamque ex Hippocrate celebrat, in iis qui sectionem metuunt. Eam quoq; Celsus elegantissimis verbis describit cap. 4. lib. 7. Huius etiam meminisse videtur Medici author. eamq; imprimis Hippoc. attribuit. Curationis autem summa est ve linum in fistulam immissum, connexis capitibus sæpius ductum, paulatim cutem quę supra fistulam est incidat, quod aliqui scalpello supra specillum in fistulam indicum directo fieri volunt. Post sectionem verò recentiores Chirurgi ferro candenti callum abluunt, aut pyroticum adhibent, eam quoque in rem puluere alphodeliorum aut arsenico vtuntur. Auicennas quoque hydrargyrum sublimatum adhibet. Hac quoq; lini deductionem recentiores Chirurgi celebrant, eaq; callum exterunt, & cutim quæ supra fistulam est incidunt. aut fidæ fistulæ secundis accommodata amputant, ἀφίστασιν συριγγώδων vocat Paulus, eiusque rei meminisse videtur. Linum verò crudum vt sit firmius magisque deficcet, & quincuplex, vtitur Hippoc. Celsus duplex triplexve, sic tortum vt vnus facta sit, quem etiam inijciunt recentiores Chirurgi, nisi quod linum byssinum aut fericum quod minus putrescit adhibent. Quam in rem seta equina linum inuoluunt Hippocrates.

μήλινον καὶ πτερνώδη] Specillum quoq; stanneum duo capitula habens. πτερνώδη dictum, vbi ratio ἀστερώδων vitiosè legitur aut ex ære tenuissimum, quo facilius flecti possit adhibet Paulus. Recentiores Chirurgi plumbeo in id specillo in acus modum perforato vtuntur, quo faciliùs extrema sui parte inflexum, & digito in anum immisso, attractum linum secum educat. Plumbeo quoque specillo aut stanneo Aëtius fistulam pertentat. ἐπὶτὸν ἕδρον καὶ αὐλὸν] Id de fistula intelligendum, cuius sinus in sedis profundum desinit. Alterius nanq; manus quæ affecto cluni est opposita indice prius oleo illito, & vnguibus abscisis in anum indito, specilli per osculum immissi caput inflexum & linam trahens educitur, quod si in profundum ducta fistula, nõdum perforata reperiatur, immisso in anum digito, quo specilli extremum occurrat exploratur, tum paruo interuallo interposita quædam membranosa ac squamosa corpuscula, specilli extremo violentius adacto exoluuntur, ac per sedem specillum educitur. Aut linus fundum ad sedem per fidem fistulis secundis accõmodatam inciditur, vt scribit Paulus. Celsus quoque demisso in anum specillo, ad vlcerum eius caput autem incidit. dein nouo foramine specillum lino sequente educit, quod in aliam eius partem ob ipsum perforatam, coniectum sit. Idem verò manus præsidium his verbis celebrat Iagoges author: ἢν δὲ ὦσι πολλὰ συμπεφυκότα εἰς τὸ ἔνδον τοῦ μηλωτίδος εἶναι τὸν αὐτὸν τρόπον ἰᾶσθαι εἰς τὸν ἕδρον, ἢν πάσχῃ ὃ ἕτερον ἄκρον τὸ μηλωτίδος, καὶ σφίγγεσθαι κρύσθαι ἀγκύλως, ἐμπίνειν δὲ ἢν ἐθέλῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐμπίνειν δὲ ἢν μὲν ἐθέλῃ ὁ ἄνθρωπος ἐμπίνειν, τὸ δὲ ἄκρον τὸ μηλωτίδος ἐξαιρεῖν ἅπαντα τὰ ὑγιαίνοντα καὶ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐξαιρεῖν τὰ αὐτὰ ἐξαιρεῖν τὰ πυκνότατον λίνον διπλοῦν συνδοῦντα ἐν ἄκρῳ τὸ μηλωτίδος ἔχοντα τὰ διπλοῦντα, τὸ ἕτερον κατεσχηματισμένον τὰ ἀπὸ τοῦ ἄκρου τὰ μηλωτίδος, ἐξαιρεῖν τὸ αὐτὸ, καὶ ἐκτυλίσσοντα τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκτυλίσσειν. Sic enim hic locus legendus mihi videtur, contra nostrorum codicum fidem.

τὸν δὲ ὠμολίνου τὰς ἀρχὰς] Id sibi significat lini capita bis terve suis extremis intorquenda & connectenda, ne ferum fistulam iubeant. Quod reliquum ex lino dependet, eum altero capite intortum in nõdum vinciendam, vt laxe enim quæ supra fistulam est teneat

διαπρήσεως τὰ ἰωϋτῦ] Id sua obire negotia & conficere significat, phrasi Ionica & populari, pro διαπράξεως. Quod Celsus his verbis expressisse videtur. Interim autem licet negotia agere, ambulare, lauari, cibum capere perinde atque sanissimo. Vidus certè alio sensu sumpsisse videtur atque pro διαπρήσεως διαπρίζεως aut διαπρίσεως legisse. A

ἄλλη διαφορὴ] Id in omnibus exemplaribus adscriptum, reliquum curationis persequitur. Priore nanque modo fistulæ callus tantum absumi videtur, lino bis die saluo nodo ducto, sic vt subeat fistulam pars quæ superior fuerit. Hæc verò curatio media interposita fistulæ corpora per linum secat. Istud tamen ad lini deligationem consequitur, ideoq; à quibusdam rectè hæc verba omittuntur, quorum ne mentionem quidem ex codicibus Italicis Caluus fecisse videtur. ὁκόταν ἢ σπαρμὸς] Fistula exesa, linum paulatim cutem quæ supra fistulam est incidens, quatenus laxatur, eatenus singulis diebus intendendum & adstringendum, semper intorquendo, vt pars quæ extra fistulam est in eam subeat. Sic enim fistulæ intermedia spatia paulatim inciduntur, simulq; & id sanescit quod à lino relictum est, & id quod ab eo mordetur, inciditur. Sed hic curationis modus tardus est, & eorum qui præ timore Chirurgiam recusant, eamq; vt doloris plenissimam & conuulsionibus obnoxiam respuit noua Chirurgorum disciplina, quæ totum id corpus quod in medio duorum osculorum situm est, falce fistulari aut scalpello resecandum iubet, ex Pauli sententia. B

ὧν μὴ δεῖ τὸ ὠμότατον] Neq; committendum est (scribit Celsus) vt id linum putrescat, sed tertio quoq; die nodus resoluendus est, & ad caput alterum recens linum alligandum, eductoq; vetere, id in fistulam cum simili nodo relinquendum.

ἐπὴν ἢ διαβρωθῇ] Exesa fistula, callus exterendus & absumendus, sordes detergenda, & medicamentis exitus dandus. Quam in rem spongiam mollem quàm tenuissimam, vt fistulæ sinum subeat, melle intinctam, in collyrij modum imponit, callum exedens medicamentum specillo auerso respergitur, dein altera spongia apponitur, quæ manantem saniem excipiat, & deligatur. Quod etiam in sinibus curandis faciendum præcipit * Galenus. Spongia autem mollis inditur, ne asperitate lædat, sed vt totum fistulæ spatium æqualiter impleat, & deficcet, quod vt efficaciùs præstetur, melle intingitur. Sic Celsus tenuia quædam penicilla intus demittit, vt cutis hoc ipso extenuetur, quo extenditur. Linamenta quoq; si purgandum aliquid videtur, melle intincta imponit. Vinculum autem quo vtitur, vt hæc omnia contineantur, postea explicabitur. * *Lib.2.ad Glauc.*

ἢν αὖθις πάλιν τὸ αὖθι ὑπόδησαι] Illud ὑπόδησαι de spongia supra posita vinculo alliganda & retinenda intelligendum videtur. C

ὁ χρὼς τὸ σύριγγος σήπεται] ἐσήπη legunt duo exemplaria Regia manu scripta, non obscuro sensu, vt intus tunica fistulæ calllosa intra hoc tempus his remediis consumatur. Est verò fistulæ tunica Hippocrati, quod corium callosum Chirurgis dicitur, aut callus, solida quædam & alba, & humoris expers caro, dolorem non sentiens (vt scribit Paulus) quæ vetustate in fistula colligitur, & neminem fallit (scribit Celsus) Callum istum medicamentis idoneis exterendum docent * Celsus, † Paulus, & ** Aëtius, in quem vsum calcem etiam aut saponem, aut auripigmentum adhibent recentiores Chirurgi Quidam etiam ferro candenti callum eximendum censent. At Vidus in recenti Chirurgiæ disciplina imprimis grauis author, callum eximi nihil esse necesse existimat, quin potius ad cicatricem ducendam plurimùm facere. In quo certè tum veteris, tum recentioris Chirurgiæ decretis, non parum aduersatur.

* *Cap.28.lib.5.* † *Cap.49..lib.4.* ** *Cap.85.lib.2.tetrab.4.*

τὸ δὲ λοιπὸν] Illud τοῦτο ὑπόδησιν magna interpretum pars de spongia externa alliganda accipit. Per hanc enim compressa fistula, ac velut explicatis rugis expansa, neque quibusdam sui partibus agglutinabitur, aut quibusdam implebitur, sed ex æquo vniuersa sanescet. Mihi verò illud de spongia intrò immissa intelligendum videtur, quæ ex æquo vniuersas fistulæ partes cogat, explicet, diducat & aperiat, efficiatque vt in vniuersum ipsa in sese sanescat, neq; hac parte glutinetur lateribus in sese commissis, alia verò carne impleatur. Est autem curationis ordo, vt exeso callo sordes repurganda & detergenda sit, deinde purum vlcus implendum & glutinandum, eamque ad rem multa in hac disciplina tum à veteribus, tum à recentioribus scribuntur. Celsus verò puro vlcere maiorem glutinandi quàm implendi diligentiam esse vult. Cuti autem exteriori circumponenda sunt medicamenta, quæ valde quidem exsiccent nec mordeant. quale est medicamentum Galeni Cirrhum dictum à fuluo colore, quo se vsum in fistulis testatur, & describitur † lib.2 comp.pharm. κατὰ χρῶν, aut Phœniciuum & Diachalciteos, quo se in fistulis efficaciter vsum scribit lib.1. κατὰ χρῶν. Admonẽdum porrò videtur hunc locum in membranis quibusdam Regijs longè aliter hunc in modum legi: τὸ δὲ λοιπόν ἐστι αὐ ὑγιαινῆ τυτίῳ ἐπιβεῖν· λαβὼν μέλιτος ὅσον ἡμικοτύλιον, αἴθος χαλκοῦ κεκαυμένου κυάθους τρεῖς, ὑπίστα λειώσας ἐπάλειφε τοῦ ὀστοῦ τὸν, καὶ φάκτύλῳ ὑγιηθαίρων, τύτῳ πλεῖ σύριγγα καταιόνει διασείζων καὶ ὑπιέναι Quibus verbis medicamenti mixtura indicatur, vt sit mellis hemina dimidia floris æris vsti cyathi tres, eo læuigato spongiæ illinuntur, fistula per digitum repurgata perfunditur medicamento, spongia abstergitur, demum alligatur. Atq; eo medicamento post extritum callum repurgatur fistula ad curationem vsque, quemadmodum collyriis ex ærugine & melle cocto, ad repurgationem vtendum præcipit Aëtius, in eamq; rem spongiam melle cocto illitam, aut linamenta in collyrij modum composita, melle tincta adhibet Celsus. Quò magis hic locus de intromissa spongia intelligendus venit. Ac simile ferè est medicamentum quod expeditissimum esse & ex primis medicamentis Megeti attributum scribit Celsus. Recipit æruginis rasæ contritæ denarios duos (* Paulus denarios 12. adscribit) ammoniaci thymiamatis denarios duos, aceto liquatur, coq; infuso ex ærugine colligitur, & collyria oblonga illinuntur. Hîc autem pro ξυμπαρωθείη, συριγγωθείη videntur legisse Caluus & Vidus Vidius. D

† *Lib.2.ad Glauc.* **Cap.49.lib.4.*

ὧν δὲ μὴ διαβεβρώκῃ ἡ σύριγξ, πρὸς μηλώσας μήλῃ, τέμνεέως ἂν διέλθῃ, ἢν ὑπὸ πάσαν ἄνθος χαλκοῦ. καὶ ἐὰν ὑπὸ πέντε ἡμέρας. καθαίρειν ὕδωρ θερμόν. καὶ ἐπιπολῆς ὕδατι φυρῶν, σήφιτον καθαπάσας καὶ φύλλα τοῦτλων ὑπόθες. ἐπὴν δὲ ἐκπέσῃ τὸ ἄνθος τοῦ χαλκοῦ, καὶ καθαρὸν ᾖ τὸ ἕλκος τῆς σύριγγος, ὧν ὥσπερ τὸ ἐμπροσθεν. ὧν δὲ ἐν χοιλίῃ ᾖ, ὁ μὲν οἷόν τε, καθεῖναι δι' ἧς ἡ σύριγξ, αὐτῇ χαλκοῦ καὶ σμύρνης, καὶ λίπῃ ὕδωρ διεὶς, κλύζειν, καὶ ἐς τὸ σῶμα τῆς σύριγγος μολύβδῳ ἐμβάλλειν. ὅπως μὴ ξυμφύηται. κλύζειν δὲ πρὸς σύριγγα περιθέσθαι πρὸς κύστιν. καὶ καθεὶς ἐς τοῦ σύριγγα, πρὸς τῷ ἄκρῃ κλύζων. ὑγιὴς δ' ἔσῃ, ὧν μὴ τμηθῇ.

Quòd si fistula minimè exesa fuerit demisso ante specillo, ferro quoad penetrarit aperienda, & æris flore respergenda, & per dies quinq; sinenda. Tum aqua calida affundẽda, & farina aqua subacta superimponenda foliaq; betæ alligan da. Atq; vbi æris flos deciderit, purumq; fistulæ vlcus fuerit, eadem, quæ priùs, curatio adhibenda. Sin locus ferramentum ferre nõ potest, alteq; penetret fistula, flore æris, myrrha, & nitro ex vrina dilutis colluitur, & in fistulæ osculum plumbeũ aliquid immittitur, vt ne coalescat. Abluere autem fistulam conuenit per pennam vesicæ alligatam, & in fistulam demissam, vt per hanc infusum transmittatur. Verùm non nisi sectione sanescit. E F G

ὡς ὥσπερ τὸ ἔμπροσθεν] Eam certè curationem intelligere mihi videtur, quam in exesa per linum fistula extrito callo adhibuit sinũ repurgando & detergendo, tum demum glutinando & desiccando. Quam in rem betæ folia moderatè siccantia accommodantur, quæ etiam eadem ratione luxationi cum vlcere lib. de art. apponuntur.

ἢν δὲ ἐν χοιλίῃ ᾖ] Si fistula intus procedit, quò ferramentum tutò peruenire non possit, aut si duplicem aut multiplicem fistulam esse existimamus, adeò vt in anfractuosos illos cuniculos collyrium immitti nequeat, quod vnam partem curet, reliquas omittat, medicamenta callos exedentia ex aceto aut alio liquore ad rem accommodè per oricularium clysterem intro infunduntur, vt scilicet omnes multiplicis fistulæ sinus permeent. Eadem quoque (vt scribit Celsus) ex vino interdum liquanda, vel si sordidior fistula est, ex mulso, si callosior ex aceto sunt, atque intus infundendum quicquid inditum est. Eadem etiam medicamenta aridа in cauernum scriptorum iniicienda sunt, isque ori fistulæ aptandus, inspirandumque vt ea medicamenta intrò compellantur. Eam verò in rem recentiores Chirurgi aquam Chymica arte extractam, qua aurifices vruntur adhibent, fistulas colluunt, aut Ægyptiacum & sublimatum cum arsenico, lixiuio & aqua plantaginis diluunt, indeque collyria per oricularium clysterem infundunt, quibus etiam nitrosa & fellea medicamenta ex Arnoldi præcepto dissoluunt. Galenus † verò in fistula angusti oris & profunda, necdum tamen cal-

A losa sed sordida,primùm immisso lixiuio sordem detersit,postea medicamentum Cirrhum dictum imposuit, quod etiam test Paulus & Aëtius. † *Lib.2.ad Glauc.*

μολίβδου ἐνπάσαι] Plumbeum aliquid in fistulam immittendum significat quod latera distendat ne cocant, internaque ficcet, plumbum.Quidam plumbeam glandem aut collyrium esse volunt.

κύλικα ὀφθαλμικήν] Ad perluendos sinus † Galenus pyulcum aut fistulam æneam aut corneam recto ductu perforatam exhibet.Quòd si medicamenta paulò crassiora aut magis emplastica immittenda sint,suillæ vesicæ fistulam lati foraminis admit.

† *Lib.2.ad Glauc.*

B ὦ ὁ ἕρκος φλεγμαίνῃ, καὶ ὀδυνᾶται ἔχει καὶ πυρετὸς, καὶ ἐς ἄφοδον θαμινὰ καθίζῃ, καὶ μηδὲν ἐκκωρέῃ, καὶ ἐκκοπῇ τῶ φλέγματος δοκέῃ ἐξιέναι ἢ ἕδρη, καὶ σπότε γραμβαίνῃ ἐπιλαμβάνῃ. τῦτο τὸ νόσημα γίγνεται, ὅταν φλέγμα ἐς τ' ἕρκον καταπεσεῖται ἐκ τ' σώματος. ξυμφέρει δὲ τὰ θερμὰ, δυσὶ δὲ τάδε προστιθέμενα λεπτύνει καὶ ἐκτήκει τὸ φλέγμα, καὶ ἅμα παρδραμεῖν, ὅ δὴ μυελὸν ἐξυδατῶν. ὥστε μὴ ἐπὶ τὸ καῦμα, μηδ' ὀδύνην μᾶλλον ἐν τῷ ἑτέρῳ. θεραπεύειν δὲ χρὴ ὧδε. καθίζειν ἐς ὕδωρ θερμόν. καὶ τεύτλων τὸ κόκκον τὸ κριθίνου ἑξήκοντα κόκκους, διφύας ἐν οἴνῳ κοτύλῃ, καὶ ἐλαίου ἡμικοτυλίῳ χλιλιώας, κλύζειν. ἄλλο δὲ τοῦ φλέγμα καὶ κόπτειν. ὅταν δὲ μὴ ἐν ᾧ ὕδατι καθίζῃ, ὠὰ ἑφθὰ ἐν οἴνῳ μέλανι βύθιζε, προστιθεὶς τοῖς τ' ἕδρῃσι. ἐκπιέζοντας δὲ κάτωθεν θερμὸν. ἢ κώειον ὕδατος θερμοῦ πλήσας. ἢ λίνου σπέρμα πεφωσμένον ἀλέσας, τρίψας, καὶ μίξας ἴσον ἀλεύρου ἐν οἴνῳ μέλανι βύθιζε, καὶ ἐλαίῳ, καταπλάσειν ὡς θερμοτάτῳ. ἢ κεγχρὰς μίξας, ἢ τριπτηρίου ἀλευρίου τετειμωθέου. ἔπειτα πλάσας βάλανον μακρὴν ἐκ χλιαίνων τοῖς πυέσι, καταπλάσειν τε καὶ πυελῶ. καὶ τοῖσι δακτύλοισι προσπλάσειν. ἔπειτα ἀκεσχλίνῃσι ποιέων, ἐκλιθήναι ἐς τ' ἕδρῃσι. ταῦτα ἑζόμενον ὑπὸ κηρωτῆς προσιζῆσθαι. ἐκ καταπλάσειν σκεβόδοισιν ἑφθοῖσιν ἐν οἴνῳ μέλανι κεχρημένῳ. ἐπιὼν δ' ἀξαιρεῖς ἐς ὕδωρ θερμὸν ἐφίζειν. καὶ συμμίξας χυλὸν τρύγος, καὶ χλωὸς καὶ ὑὸς τέαρ, καὶ χρυσοκόλλαν, ἐκ ῥητίνης, ἐκ κηρὸν λευκὸν. ἔπειτα δ' ἐπιτήξας ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ ξυμμίξας, τρύσιν ἐγχρίειν. καὶ ἕως ἂν φλεγμαίνῃ, καταπλάσειν τοῖσι σκεβόδοισι θερμοῖσι. καὶ ἐπὶ μὴ προσὶ τοῦ ἀπαλλάσσηται τ' ὀδύνης, ἐρκεῖτω. ἐπὶ μὴ, πίσαι τὸ μηκώνιον τὸ λευκὸν. ἐπὶ μὴ, φάγῃ ὅ, τι φλέγμα καθαίρει. ἐξιέναι δ' ἕως ἂν φλεγμαίνῃ ξυφήμασι κυφοῖσιν.

Si verò rectum intestinum inflámatione tentetur, dolor ac febris teneat,crebraq; sit desidendi cupiditas, nihil tamen deiiciat,præ inflámatione videatur sedes procidere, interdúq; vrinæ stillicidiũ prehendat,quod morbi genus oritur, cũ pituita ex corpore in rectum intestinum incubuerit. Confertur autem calida,quæ certè pituitam extenuare & eliquare valent,simulq; quod acre est & salsum in humorem soluere,ita vt neq; æstus,neq; morsus aliquis in intestino sentiatur.Hæc igitur est curatio.Ægro in aqua calida desidere iusso,grani Cnidij sexaginta grana trita, vini hemina diluũtur,adiectaq; olei dimidia hemina, tepido aluus subluitur.Hęc pituitã & stercus educũt. Vbi verò in aqua nõ desider,oua vino nigro odorato incocta,ad sedem admouentur,inferne substrato calido aliquo,vel vesica aqua calida referta, aut lini semine tosto,trito,& in tenuissimũ puluerem redacto, cũ pari farinæ modo,vino nigro odorato & oleo subacto,ex cataplasmate quàm calidissimè imposito.Aut ex hordeo alumini Ægyptio cõtrito mixto,glans oblonga cõficitur,eoq; ex igne tepido cataplasmate aut fotu adhibito,digitis glãs effingitur, deinde omnino tepida in sedem immittitur.Exterioribus partibus ceratum oblinitur,& allia vino nigro diluto incocta,ex cataplasmate admouentur.Hoc verò sublato,æger in aqua calida desidere permittatur, admixtoq; solani succo, anserino adipe & suillo,chrysocolla,resina & cera alba, his deinde simul liquatis & inter se mixtis illinitur,& quoad inflammatio perseuerauerit, cataplasma ex alliis coctis admouetur. Ac siquidé his remediis dolor cedat,satis est præsidij. Sin minùs, meconium album potui exhibeatur, aut aliud quodpiã quod pituitam purget, dumq; inflammatio manet, leuibus sorbitiunculis vtatur.

C ὦ ὁ ἕρκος φλεγμαίνῃ] Fistularum podicis aggressionem plærunque ani inflammatio,procidentia,febris ac dolor comitantur, interdum crebra & irrita desidendi cupiditas(tenesmum dicunt) aut vrinæ stillicidium succedit.His malis ritè & ex ordine succurrendum docet Hippocrates,ab ani inflammatione exorsus. Ferè enim quæ circa fistulam sunt habent aliquid inflammationis, vt scribit Celsus. Cæterùm θαμινὰ πυκνὰ exponit hoc loco Erotianus,etsi libri περὶ ὠμορρόιδων testimonio vtitur,vt huius libelli cum eo qui sequitur tantam connexionem indicet,vt eadem designatione comprehendantur,quod etiam facit Gal.in Exegesi.

καθίζειν ἐς ὕδωρ τὸ θερμὸν] Fomentum ex aqua calida præter quàm quòd pituitam recto intestino affixam eliquat & extenuat,etiam quod salsum est diluit,acrimoniam diffundit,temperat,lenit,dolores quoque & distentiones mitigat,ex eaque insessus patantur, adiectis maluæ,fœnigræci & lini seminibus. Sæpe verò vbi aliquid inflammationis est,irrigationes ex vino aut oleo omphacino,myrtheo,aut rosaceo fiunt. Celsus quoque ferè in ani vitiis desidere in aqua calida ægrum præcipit,interdumque ex aqua in qua verbenæ decoctæ sunt ex reprimentibus.

D ὠὰ ἑφθὰ ἐν οἴνῳ μέλανι] Celsus in ani rhagadiis & condylomatis columbina oua cocta ad fotum adhibet.Quæ vbi purgata sunt & testa nudata,magnam calefaciendi vim & leniendi retinent. Ea vino nigro,austero & odorato incocta adstringendi & firmandi vim habent,aqua ad fotum Celsus incoquit,& oua columbina vt calidiora adhibet.Gal.lib.9. κγ πότ. ad ardentes sedis dolores oui assati vitellum vino albo terit,& cerato myrtheo exceptum illinit.

ἢ κώειον ὕδατος θερμοῦ] Vesicam aquæ plenam adhibet Hippocrates pro fomento,quæ diutiùs calorem retineat.Eam in rem quoque ad tenesmum,glomerem ex staminibus calidis sedi apponunt,aut furfures calidos in fasciculum deligatos, aut spongiam, aut aliud quid in genus, ex *Pauli præcepto. Cataplasma verò ex lini semine & farina vino odorato & oleo subacta, molliendi, lenendi & mitigandi doloris vim habet. * *Cap.41.lib.3.*

E ἢ σπέρματος λίνου ἀλεύρου] Glans ista ex alumine supposita anum laxatum reprimit & firmat. Sic ad id alumen lana circundatum & ita appositum,idemque ex inferiore parte inditum,esse idoneum medicamentum scribit †Celsus. Hic verò quidam καταπλάσειν τε καὶ πυελῶ omittunt,quæ tamen de cataplasmate & fotu adhibendo intelligenda videntur.

† *Cap.18.lib.4.*

F ἔξωθεν δ'] Exterioribus partibus ceratum illinit,vt inflammationem arceat & dolorem mitiget. Exemplaria verò quædam manu scripta Regia θερμαλύφαι pro θερμαλείφαι legunt. Cataplasma ex alliis ad pituitam huius affectus causam adhibetur, quam calefaciendo discutit, sed acrimoniam aqua calida postea diluit.

ἐκ συμμίξας χυλὸν τρύγος] Hoc medicamentum mixtas habet facultates digerendi, discutiendi, repellendi & leniendi. Moderatum quoque est & minimè mordet ex adipum & resinæ mixtura,vnde etiam emollit. Hæc quoque chrysocollæ acrimoniam, quamuis non valentem (vt vult Gal.) frangit & diluit.

μηκώνιον πῶλικὸν] Hîc Meconium (vt alias) diximus, peplum intelligentes, quo vtebantur antiqui ad pituitam & bilem deturbandam. Et Hippocrates lib.7.epid.& lib.4.de rat.vict. in morb. acut. Meconium ad aquas educendas exhibet. Meconium autem peplum intelligi testatur Galenus in Exegesi, exponens μηκώνιον † πέπλον καλούμενον, ὃν δὲ μηκωνίτιν ὀνομάζει. Quo nomine papauer spumeum quidam vertunt, peplum subaudientes, quam Meconium aphrodes dici scribit † Plinius ex Dioscoride cap. 168. lib. 4. eademque ratione μηκωφεσίτιν ab Aëtio vocari, & contra viperas commendari quidam scribunt. A

† *Lib.27.Cap.12.*

ῥοφήμασι κούροισιν] ῥοφήμασι legit Caluus quam lectionem veram existimo. Quidam etiam codices τρυφήμασι habent, & delicias aut delicatum cibum accipiunt. Neque temerè apud Hippocratem τρόφιμα αὖτὰ τροφῆς accipitur. etsi τρόφιμα sint quæ ad victum necessaria dicuntur. Victum autem tenuem, vtpote sorbitiunculas, rectè inflammationis metu exigit. Celsus quoque in ani vitiis per primos dies ægrum sorbitionibus sustinendum præcipit.

At vrinæ stillicidium ex his succedit, cùm vesica à recto intestino incalescente, calore pituita adducitur, vrinæ verò stillicidium ex pituita gignitur. Hoc igitur vnà cum morbo plærunque finitur, alioqui medicamenta quæ ad vrinæ stillicidium faciunt exhibentur.

[7] ἢ δὲ στραγγουρίη, ὅταν ἐπὶ τοῦτο ἔλθῃ ἐκ τῶνδε. θερμαινομένου ἡ B
κύστις ἐκ τοῦ ὀρθοῦ, προσάγεται τὴν θερμότητα φλέγμα.
ἐκ τοῦ δὲ τοῦ φλέγματος, στραγγουρίη γίγνεται. ἰῶ μὲν οὖν ἅμα
τῇ νούσῳ παύεται. φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οὕτως γίνεσθαι. ἰῶ
δὲ μὴ, δίδου τῶν φαρμάκων τῶν στραγγουρικῶν.

[7] ἢ δὲ στραγγουρίη] Ad recti intestini inflammationem vrinæ stillicidium & stranguria vicinitatis ratione succedit, quod consortij lege facilè ad vesicam inflammatio & intemperatura transmittantur ex aph.58.lib.5. Pituita verò calore liquata & transmissa, facilè adhæresci, & crassitudine vrinæ viam obstruit, interdum quoque sua acrimonia ac putrilagine vesicam mordet & ad excretionem incitat. Est vbi vrinæ stillicidium vnà cum ani inflammatione cessat, interdum etiam diutiùs perdurat, quo casu præsidiis ad stranguriam vtendum, ex aph.36.& 48.lib.7. C

Si verò anus procidat spõgia molli sursum impellendus, & cochlea illinendus, manibus deuinctis homo pauco temporis interuallo suspenditur & intus reponitur. Quod si ampliùs prolabatur, neque intus maneat, ilibus præcinctis, & submissa retro fascia, ano intro propulso, spongia mollis aqua calida, in qua loti scobes incoxerit, madefacta admouetur, spongiaq; expressa eadem aqua anus perfunditur: tum fascia, inter media crura subiecta, ad vmbilicum religatur. Vbi verò deiiciendæ alui cupiditas fuerit, id super quâ maximè angustos asseres fiat. Sin puer sit, intra mulieris pedes, ad genua reclinatus, desidat. Cumq; aluus deiicitur crura distenta habeat. Hoc enim pacto sedes minimũ prolabitur. At si anus humore madeat & sanie diffluat, aqua ex myrtho & fæce vini vsta eluitur, & adiantum tritũ, cribratũ inspergitur. Si sanguis profluat, vbi iisdem elutus fuerit, chalcitis & cupressi, vel cedri, vel pini, vel terebinthi scobes trita, pari ad chalcitidem portione ammixta inspergitur. Exteriores partes cerato crasso oblinuntur.

[8] ἰῶ δὲ ὁ ἀρχὸς ἐκπίπτῃ, ἀνώσας αὐτὸν ὦ μαλθακῷ.
καὶ καταχείσας κογχλίη, τῶν χηρῶν δήσας, ἐκκρέμασον
ὀλίγον χρόνον, καὶ ἔσιθι. ἰῶ δὲ μεῖζον ἐκπίπτῃ καὶ μὴ
ἔνδον, ἁμάζωσας ἐν τῇσι λαγόσι, καὶ ὑφεὶς ὄπιθεν ταινίη,
ὦσας ἔσω τὸν ἀρχὸν, προσθεῖναι αὐτῷ μόγλακον σπόγγον D
ὕδατι θερμῷ, ἐκθλίψας λαιτὸν πρίσματος. καταχέαι δὲ καὶ
τὸν ἀρχὸν ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος, τὸν δὲ αὐτὸν ἐκπιέσαι. ἔπειτα ἐπὶ τοῦτο ἰνὸς τείνας τὴν ταινίην ἁμφὶ μέσων τῶν σκελέων
ἀναδῆσαι πρὸς τὸν ὀμφαλόν. ὅταν δὲ θέλῃ ἀφοδεύειν, ὅπως
σανίσιν ὡς γενόμενοισιν ἀφοδεύηται. ἰῶ δὲ παιδίον ἢ, ὅπως
γυναικὸς τῶν ποδῶν πρὸς τὰ γόνατα προσκλινέες. ὅταν
δὲ ἀφοδεύῃ, τὰ σκέλεα ἐκτεινάτω. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα E
ἐκπίπτοι ἡ ἕδρη. ἰῶ δὲ ὑγραίνηται ὁ ἀρχὸς, καὶ ἰχὼρ ἀποῤῥέῃ, πρόσινίσαι τευτλοκεκαυμένῃ καὶ ὕδατι, ἀπὸ μυρσίνης. καὶ
ἀδίαντον ξηράσας καὶ λεπτὸν, διαπάσας καταπάσσειν. ἰῶ δὲ
ἀμορῥοΐῃ, πρόσινίσας τοῖσι αὐτοῖσι χαλκῖτιν καὶ πρίσμα κυπαρίσσου, ἢ κέδρου, ἢ πίτυος, ἢ τερμίνθου τρίψας, συμμίξας τῇ χαλκίτιδι ἴσον, καταπλάσσειν. τὰ ἔξωθεν δὲ κηρωτῇ παχείῃ πρόσαλείφειν.

Si verò anus procidat spõgia molli sursum impellendus, & cochlea illinendus, manibus deuinctis homo pauco temporis interuallo suspenditur & intus reponitur. Quod si ampliùs prolabatur, neque intus maneat, ilibus præcinctis, & submissa retro fascia, ano intro propulso, spongia mollis aqua calida, in qua loti scobes incoxerit, madefacta admouetur, spongiaq; expressa eadem aqua anus perfunditur: tum fascia, inter media crura subiecta, ad vmbilicum religatur. Vbi verò deiiciendæ alui cupiditas fuerit, id super quâ maximè angustos asseres fiat. Sin puer sit, intra mulieris pedes, ad genua reclinatus, desidat. Cumq; aluus deiicitur crura distenta habeat. Hoc enim pacto sedes minimũ prolabitur. At si anus humore madeat & sanie diffluat, aqua ex myrtho & fæce vini vsta eluitur, & adiantum tritũ, cribratũ inspergitur. Si sanguis profluat, vbi iisdem elutus fuerit, chalcitis & cupressi, vel cedri, vel pini, vel terebinthi scobes trita, pari ad chalcitidem portione ammixta inspergitur. Exteriores partes cerato crasso oblinuntur.

[8] ἰῶ δὲ ὁ ἀρχὸς ἐκπίπτῃ] Procidentis ani quædam scribuntur causæ ab Hippocrate Prorrh.2. Procidítque anus interdum inflammatione & fluxione, interdum intemperie frigida humida, vt in pueris, aut ob nimiam mollitiem & humiditatem laxatis corporibus neruosis & imbecillioribus redditis membranis, quibus ossi sacro & lumbis connectitur. Prolabitur quoque ab aliquo præter naturam humore acrimonia irritante, aut ob nimiam egerendi contentionem, vt in dysenteriis & tenesmis. Velut hîc quoque à pituita in rectum intestinum decumbente anum exire scripsit Hippocrates, aut ex inflammatione, ad quam perpetua irritatio ad excretionem, aut vrinæ stillicidium sequitur. In hac curatione siqua sordes ano inhæsit, primùm detergenda, deinde fotus ex rebus adstringentibus & exsiccantibus adhibendi. Demum vnctiones, insperſiones puluerum, infusiones, & denique balnea vsurpantur. Inflammationis materia laxantibus medicamentis & resoluentibus digeritur, partim repellentibus & roborantibus admixtis. Tandem anus intrò manu propellitur, decoctis præscriptis fouetur, & spongia medicamentis imbuta adhibita conuenienti deligatione detinetur. Quam in rem scribuntur nonnulla à Galeno lib.9. comp.pharm. κζ πτ. & Paulo cap.59.lib.3. & Aëtio cap.7.& 8. lib.2.tetrab.4. & Celso cap.18.lib.6. Ad extremum etiam, vbi neque medicamentis, neque victus ratione malum superatur, Leonides vstionem præcipit apud Aëtium. F G

ἀνώσας τὸν σπόγγῳ μαλθακῷ] Hîc secuti sumus omnium exemplarium fidem ἀνώσας legentes, vt intrò retrudi sedem spongia molli detersam consulat Hippocrates. Alij ἀφανίσας legisse videntur, ac ani fotum ex mollis spongiæ perfusione intelligere, quò anus sordibus & crassioribus humoribus ante perluatur & detergatur. Quam ad rem hydromelite, muria, aqua marina multi vtuntur, Hippocrates verò aqua calida. Caluus verò vtranque lectionem secutus videtur.

κὴ καταχείσας κογχλίη] Incertum est an cochlearum carnes læuigatas, an verò earum mucum (μύξαν κογχίου vocat * Galenus) intelligat. Hæc enim valentissimè deiccant & glutinant, idque citra aspritudinem & morsum, qua ratione sedi sunt accommodatissima medicamenta, vt scribit † Galenus. Quin & detergendi vim habent, adeò vt etiam inter smegmata ad lentigines, varos & faciei maculas eluendas, cochlearum magnarum terrestrium mucum (quem ἰχῶρα vocat) vsurpet ** Aëtius. Cochleæ etiam vnà cum testis læuigatæ eandem vim habent, ac præterea valenter discutiunt, vnde toti ventri aqua intercute laborantium & arthriticis tumoribus impositæ commendantur Dioscoridi & Galeno. κοχλίας autem dicitur Dioscoridi & Galeno, quæ hîc κογχλίη Hippocrati, aut vt habent omnia exemplaria κόγχλιη, idq; fortasse quòd eadem κόγχος dicatur. Nam quem †† Dioscorides κοχλίαν σπόλον, Epicharmus apud Athen. (lib.2.) κόγχον σπόλον appellat. Indeque etiam factum esse opinor, vt Caluus concham acceperit, perperamq; hunc locum de spongia aqua calida ex concha imbuta & deligata acceperit. H

†*Cap.1.lib.11.simpl.med.* **Lib.9.Comp.Pharm.κζ πτ.* ††*Cap.10.serm.4.tetrab.2.* ***Cap.11.lib.2.*

τῶν χηρῶν δήσας] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, vt hominem alligatis manibus suspendi iubeat, & ad latera extensis, quod sæpè aliàs fieri præcipit lib.de artic. cùm præsertim ita collocandus homo sit, vt pedes sursum vergant. Caluus istud de spon-

A spongia manibus expressa & alligata accipit. Sed cùm illud τῇ χερσὶν δήσας è manibus deligatum & suspensum hominem indicet, mihi suspecta quodammodo hæc lectio videtur, pro qua κοχλίαν τῇ χερσαίῳ non male legi posse existimo, cum præsertim terrestris cochleæ muco aut saliua illinendam sedem præcipiat.

Ἢ σείσθω] Sic quoque legunt exemplaria omnia quæ secutus sum, cum magno interpretum consensu, vt sit intrò redit anus ac reponitur. Vidus ἔστω aut σῖσθω legisse videtur, vt de homine suspenso concutiendo intelligat.

δεδεμένος ἐν τῷ λαγόνι] Sic etiam legunt omnia exemplaria, ἐν τῷ tamen malim. Hæc autem vinculi ratio duabus fasciis geminetur, vna ad ilia cingitur, altera priori mediæ alliuitur, quæ in dorsum per posteriora ad anum recta ducatur, inde que per interstitium & naturale ad vmbilicum porrecta religatur, T literæ figuram referens, ei iuncturæ fere similis, quam Soranus [illegible] pitibus ad scroti vitia accommodat libro de fasciis. Eandem habet vim quo Celsus ad ani condylomata vtitur. Vt linteolum aut panniculus quadratus est, qui ad duo capita duas ansas, [illegible] vtrò parte totidem fascias habet, B est, ansis ad ventrem datis a posteriore parte in eas adductæ fasciæ [illegible], quæ vltimæ sunt, dexteri[illegible] riori dextra procedit, circundatæque circa aluum inter se nonnihil nodo deliguntur. Hic porro [illegible] exemplaria ἢ δὲ μέση, gunt, pro ἢ ἐ μέση, quam lectionem magno interpretum consensu retinuimus, cam[illegible] genuinam esse existimantes, & à C[illegible] codicibus Vaticanis asseruatam. Vidus tamen κἂν ὦσιν ἔνδον legisse videtur.

ἢ ὑγρὰς ὄπισθεν] Ἢ ὑγρὰς ὄπισθεν πυρίλῳ, legisse videntur omnes interpretes, contra tamen exemplarium omnium fidem. Quin & membranæ omnes manu scriptæ ὑγρὰς ὄπισθεν ἐκ τῶν διῃζωμένων legunt. Quam etiam lectionem planiorem existimo, vt ex cingulo alvina fascia per dorsum & posteriora submittatur & per intermedia crura porrigatur. Eamdem etiam approbasse videntur interpretes, hoc modo, ἢ ὑγρὰς ὄπισθεν ἐκ τῶν διῃζωμένων πυρίλῳ. Mihi verò sic quoque posse constare videtur, ἢ ὑγρὰς ὄπισθεν ἐκ τῶν διῃζωμένων πυρίλῳ ἴσον τῷ ἀμφοῖν, vt fascia sedes intrò compulsa reponatur, quæ spongiam quoque modicam aqua decoctione adstringentis & fæces intrò maceratam & expressam, ad anum appositam contineat, simulq; eam firmet. Monendum quoque est exemplaria manu scripta Regia, C gia, δεξιὰ δ' ὑμφαλόν, non ὦσι legere. Hanc verò zonam Hippocraticam in vteri prolapsu vsurpant practici ad vterum repositum suo loco continendum, & semisphæras figura mali cera obductas in muliebrem sinum immissas retinendas.

ὅταν δὲ ἕλκη ἀποδοῦναι] Eiusmodi deiiciendi habitus anum qui inter deiiciendum ob nixum facile prolabitur, maximè continet, si assideribus angustissimis & minimè perforatis anus comprimatur & introrsum propellatur. Codex regius vnus manuscriptus, pro ὅτι πάσιον, ἐς λασανίσιον, vitiosè pro λασάνισιν habet. Duo quoque alia Regia exemplaria manu scripta, ἐς πασανίσιον habent, in quo vitiosè priorem scripturam imitantur. λάσανα autem Hesychius ἀφοδεύσεις διὰ ξύλων, sellas fanales exponit. Vitiosa quoque sunt exemplaria manu scripta quæ ἀμφοδῦσαι pro ἀποδῦναι habent, vt & suspecta facit adscriptus asterisco.

ἰὼν δὲ ὑγραίνηται ὁ ἀγκὼν] In ano procidente considerari debet, purumne id sit quod protuolutum est, an mucoso humore circundatũ. Si purum est, in aqua desidere homo debet, aut salsa, aut cum veronensi, vel malicorio incocta. Si humidum, vino austero subluendum est, illinendumque vini fæce combusta. Aëtius per muriam aut marinam aquam priùs anum fouere solet aliquando etiam salem tritum inspergit, siccque deterget donec destillantes humiditates extra processerint. Quo tempore vbi sanie madet metusque corruptionis inest, valdè detergentia & siccantia non inutiliter admouentur. In quibus fæx vini vtta accentetur. Deinde anus retrudendus & insessa aut infuso adstringente ex vino austero, in quo myrtus, aut oleæ folia, aut malicorium decocta fuerint, perfundendus. Adstringentium autem vsum & mordentium, ob loci naturam subtili sensu præditam, remi tere oportet, vt scribit * Gal. Ideoque adiecti puluerem sine morsu siccantem adhibet Hipp. Reliqua materia adstringens plurima describitur Galeno, Aëtio & Paulo.

ἢ τερμίνθου] Terebinthi scobes adstringit & siccat, vt & eius cortex, folia & succus. Exemplaria Regia quædam manu scripta τερεβίνθου legunt, qua dictione vinum ex bacciferis terebinthi ramis intelligi potest, quod similiter adstringit & ad fluxiones sedis insessione probatur † Dioscoridi. Potest & terebinthinum oleum intelligi, vt ex his cataplasma apparetur. Deinde sub eo curatione ceratum foris ad inflammationem cohibendam, idque crassius, vt diutius adhærescat, adhibetur. Cæterum χαλκίτεως pro τῇ χαλκίτει legendum nobis videtur, vt in Oeconomia nostra scripsimus, ac locus iste à Galeno in Exegesi subnotatus, cum scribit: τὸ χαλκίτεως, ὅ ἐστιν πάσης δηλονότι τῆς χαλκίτεως, vt per terram Chalcitiden nil aliud quàm Chalcitis intelligatur, quæ & potenter deterget, adstringit & siccat, siue inspergatur, siue cataplasmate adhibeatur.

E

* *Lib.* 9. κῦ τέτ. † *Lib.* 5 *cap.* 19.

Cùm rectum intestinum prolabitur, neque suo loco contineri potest, laserpitium quàm optimum & densissimum tenuiter derasum ex cataplasmate imponitur, & medicamento quod sternutamentum moueat ad nares admoto, homo commouetur, aut aqua calida in qua mali punici putamina maduerint, & alumine ex vino albo contrito, anus perfunditur. Deinde iniectis panniculis femora tribus diebus inter se vinciuntur, & inedia imperatur, vinum verò dulce potui exhibetur. Quod si ne sic quidem procedit, minium melle permixtum illinitur.

[9] σίλφιον ἐπὶ ἀκρον] Laserpitium cùm acre sit & insigniter calefaciat (vt scribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac.) hic non alio nomine admoueri videtur, quàm vt pituitam adhærescentem eliquet simulque tenuitate discutiat & exiccet. σίλφιον autem laserpitij radicem vocari scribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. & in Exegesi, ἐκλεῖ δ' σίλφιον ἐκ τῶν ὀζῶν ὑγρόν. At medicamentum sternutamentum mouens ea ratione adhiberi videtur, vt eo corporis successu egressum intestinum omnino detergeatur, purgetur, & medicamentorum fotu eluatur & confirmetur, vt repositum firmiùs contineatur, non secus ac in cholera morbo veratrum exhibet † Hippocr. Hic ergo πρὸς ξυσμὸν τῆς ἀκρης de irritando ac excitando sternutamento intelligendum videtur, eo medicamento quod nares mordeat, & ad totius corporis concussionem sua acrimonia commoueat. † *Lib.* 5 *Epid.*

Ἢ τοὺς μηροὺς ξυνδῆσαι] Femora inter se vincta & colligata, vt & extenta, anum stringunt & comprimunt, curuata & diducta relaxant. Sic Celsus ad anum procidentem intus repositum, imponendam plantaginem contritam præcipit, vel folia salicis in aceto cocta, tum linteolum, & super lanam æquè deligandam, cruribus inter se deuinctis.

ἰὼν δὲ μηδ' ὅπως διαχωρήσῃ] Διαχωρέειν αὖτε τὸ ἀναχωρέειν positum videtur, vt ad anum referatur, qui intrò redit aut recedit, ideoq; procedere diximus. Potest & ad alui deiectionem referri, cuius soluendæ gratia vinum dulce exhibet. In ani nanque procidentia id sæpe accidit, vt post vsum adstringentium aluus sistatur, nec nisi coacta laxetur. Mel ergo ad excretionem aluum soluentem, præcipuè si crudum adhibeatur, vt hic volunt quidam, qui ὠμῷ μιλτῳ legunt. Minium verò adstringendo & siccando, vique sua emplastica rectum intestinum cohibet.

H

[10] Anus si procidat & sanguine manet, ari radicis detractus cortex aqua incoquitur, deinde tritus cum farina mixtus, calidus ex cataplasmate imponitur. Aliud. Vitis agrestis (quam nonnulli psilothrion vocant) radices tenerrimæ concisæ, vino nigro austero meraco incoquuntur, dein contusæ ex cataplasmate tepidæ imponuntur.

Immiſcetur autem farina ex vino albo atq; oleo tepido ſubacta. Aliud. Cicutæ ſemen vino albo odorato affuſo tritum, dein tepidum ex cataplaſmate imponitur.

ξυμμίσγειν ὁ καὶ ἄλφιτα. καὶ φυρῆν ἐν οἴνῳ λευκῷ, καὶ A
ἐλαίῳ χλιηρῷ. ἄλλο. κωνείου καρπὸν τείοντα, ὀξυμέλιτι
ζειν οἴνου λευκοῦ βώδεα. ἔπειτα καταπλάσσειν χλιηρόν.

1° ἄρου ῥίζας] Arum terrena ſubſtantia & calida conſtans, extergendi vim poſſidet, primo ordine exſiccat & calfacit, ideóque inflammationem lenit & digerit farinæq; admixtum vi emplaſtica ſanguinem cohibet. Exemplaria quædam manuſcripta ἀρνὸς pro ἄρου habent, quam lectionem legiſſe quoq; videtur Caluus. Verùm vitex calfacit valenter & exiccat, tenuiumq; admodum eſt partium, modicamq; habet adſtrictionem, & foliis, ſemine & floribus tantùm, non radice commendatur.

ἡ ἀμπέλου ἡ ἀγρίης] Cataplaſma hoc exterget, deſiccat, inflammationem diſcutit & lenit.* Dioſcorides & † Galenus vitem albam aut bryoniam Philothron dici teſtantur, quam hic quidam ſumunt, non vitem agreſtem. Vtraque autem vim habet inſignem extergendi & digerendi. * *Cap.* 184. *lib.* 4. † *Lib.* 6. *ſimpl.* B

κωνείου καρπὸν] Hoc cataplaſma ſanguinem ſiſtit & inflammationem repellit cicutæ ſemine. Vinum autem odoratum album inſtillatur, quod tenuium eſt partium, vt inflammationis materiam craſſiorem diſcutiat, & extremè refrigerantem cicutæ vim emendet. Tepida etiam iſta omnia admouentur, habita inflammationis cauſæ ratione.

Quòd ſi inflammatione vexetur, hederæ radix bene contrita, ex aqua cocta, farina optima ex vino albo ſubacta admixta, adiectoq; ad hæc oleo, ex cataplaſmate imponitur. Aliud. Mandragoræ radix præcipuè quidem viridis, vel certè arida: viridis igitur elota & conciſa, vino diluto incoquitur, & ex cataplaſmate adhibetur, arida verò trita ſimiliter admouetur. Aliud. Cucumeris maturi interiora trita ex cataplaſmate imponuntur.

ἢν δὲ φλεγμαίνῃ, κισσοῦ ῥίζαν ἑψήσας ἐν ὕδατι πεί- C
ψας λῶον, ἄλφιτον ξυμμίσγων ὡς κάλλιστον ἐν οἴνῳ λευ-
κῷ φυρήσας, καταπλάσσειν, ἢ ἄλφα τρώγοντι ξυμ-
μίξας. ἄλλο. μανδραγόρου ῥίζαν μάλιστα μὲν χλωρὴν. εἰ
δὲ μὴ ξηρὴν. τὴν μὲν οὖν χλωρὴν ἀποπλύναντα καὶ τα-
μόντα, ἑψῆσαι ἐν οἴνῳ κεκραμένῳ, καὶ καταπλάσσειν. τὴν δέ
γε ξηρὴν τείψαντα, καταπλάσσειν ὁμοίως. ἄλλο. σικύου
πέπονος τὸ ἔνδον τείψας λῶον καταπλάσσειν.

11 ἢν δὲ φλεγμαίνῃ] Hoc cataplaſma mixtarum eſt virium, adſtringentis nanque eſt facultatis & digerentis, inflammationeſque cohibet & lenit, humoresq; temperat, præſertim ſi oleum adhibeatur. ἄλφιτα enim ἔλαιον ἢ ἴσχαρ exponit Gal. apud Hipp. in Exegeſi, idemque eſt quod ἄλειφαρ, & pro eodem ponitur Herodiano apud Euſtathium, & ἄλφιμα ſignificat. Cæterùm Vidus hederæ radicem vino incoqui vult, vbi pro ὕδατι οἴνῳ legiſſe videtur.

σικύου πέπονος] Hoc quoque cataplaſma mixtarum eſt virium. Refrigerat quidem & tenuium eſt partium, vnde incidentis & abſtergentis eſt facultatis. Quapropter cucumis maturus, præter quàm quod vrinas ducit, in ſmegmata etiam tranſit, corporiq; nitorem affert, vt ſcribit Galenus, præcipueque ſemine eius arefacto & contuſo vice pulueris abſterſorij vtuntur. Interiora autem carnem & ſemen intelligit. D

At ſi dolor ſit citra inflammationem, nitrum rubrum vſtum & bene tritum, alumen & ſales torrefacti & diligenter triti, pari vtraque miſcentur pondere, deinde pice quàm optima ammixta, linteo illita imponuntur & alligantur. Aliud. Capparis folia viridia in ſacculum coniecta adalligantur, & vbi vrere videbuntur, ſummouentur, ac rurſus apponuntur. Quod ſi folia capparis non adfuerint, radicis cortex contuſus, vino nigro ſubactus, eodem pacto alligatur, quod etiam ad ſplenis dolorem valet. Ex his cataplaſmatis quæ refrigerant, influxum prohibere valent, quæ molliunt & calefaciunt digerere, quæ ad ſe attrahunt, ſiccare & extenuare. Oritur autem hic morbus, vbi bilis & pituita ad ea loca decubuerit. Ad rectum inteſtinum inflammatione tentatum illinitur medicamento quod reſinam, oleum, ceram, plumbi recrementum, & adipem accipit. Hæc calida liquata cataplaſmate imponuntur.

12 ἢν δὲ ἀλγῇ ὀδυνῶν καὶ μὴ φλεγμαίνῃ, λίτρον ὀπτήσας E
ἐρυθρὸν, καὶ τείψας λῶον, καὶ στυπτηρίαν, καὶ ἅλας
φώξας, καὶ τείψας λείους, συμμίξαι ἴσον ἑκάστου. εἶτα
πίσσῃ συμμίξας ὡς βελτίστῃ ἐς ῥάκος ἀναλείψας, ἐνδῆ-
σαι καὶ καταδεῖν. ἄλλο. καππάριος φύλλα χλωρὰ τεί-
ψας ἐς μύραινον ἐμβαλὼν προσκαταδεῖν. καὶ ἐπὴν κάμῃ
δοκέῃς, ἀφαιρεῖν καὶ αὖθις προσιδεῖναι. εἰ δὲ μὴ ἢ φύλλα
καππάριος, ἢ φλοιὸν τῆς ῥίζης κόψας, φυρήσας ἐν οἴνῳ
μέλανι ἢ ὕδατι ὄξους καταδεῖν. τοῦτο καὶ πρὸς σπληνῶν
ὀδύνην, ἀγαθόν. τούτων τῶν καταπλασμάτων, τὰ μὲν ψύ-
χοντα κωλύει ῥεῖν, τὰ δὲ μαλάσσοντα καὶ θερμαίνοντα,
ἀγαγεῖν. τὰ δὲ ἐσιέναντα ἕλκοντα, ξηραίνειν καὶ ἰσχναίνειν.
τοῦτο δὲ τὸ νόσημα γίνεται, ὅταν χολὴ καὶ φλέγμα ἐς τοῦ F
τοπους καταστηρίξῃ. ἄρχουσι δὲ φλεγμαίνοντες ἀγαγεῖν
τῷ φαρμάκῳ, ὅπῃ ἡ ῥῆψις καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ ὁ κηρὸς, καὶ ἡ
μολύβδαινα, καὶ τὸ πίσσινον ὡς θερμότατον, διέρρηψαν καταπλάσσεσθαι.

12 λίτρον ὀπτήσας ἐρυθρὸν] Hæc pituitam recto inteſtino adhærescentem & craſſam eliquant, abſumunt & deterunt, valenterque ſiccant & abſtergent.

καππάριος φύλλα] Hoc medicamentum mixtæ etiam eſt facultatis. Incidendi enim vires habet, extergendi, digerendi, & nonnihil contrahendi. Radicis quoque cortex hæc omnia valentiùs præſtat. Capparis verò quæ in admodum feruentibus regionibus prouenit, vt quam fert Arabia, valde acris eſt, multumque habet adurentis facultatis, vt teſtatur * Galenus, quemadmodum quæ à Lybico & rubro mari adfertur, ſiquidem puſtulas in ore excitat, gingiuaſq; oſſe tenus exeſt, vt ſcribit Dioſcorides, ideoque cibis damnatur. Quod etiam innuere videtur Hippocrates, dum ſummouendum medicamentum præcipit, ſi vrere videatur. μυρσίνου autem & μαρσύπιον idem quod μάρσιπος, marſupium aut ſacculus. Dicitur etiam μάρσιππος Tralliano ſacculus quo pars dolens fouetur. Capparim verò ad lienis dolorem valere teſtatur Dioſcorides & Galenus. G

* *Lib.* 7. *ſimplic.*

ἄρχουσι δὲ φλεγμαίνοντες] Hoc cataplaſma emolliens & relaxans ad inflammationem valde eſt accommodatum, hanc enim lenit & mitigat, præterquàm quòd abſque morſu deſiccat.

H

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΙΜΟΡΡΟΙΔΩΝ.

HIPPOCRATIS DE HÆMORRHOIDIBVS LIBER,

Hoc eſt,

De venis in ano ſanguinem fundere ſolitis.

Αἱμορῤῥοίδων τὸ μὲν νόσημα, ὧδε ἔχει. ὠὴ χολὴ ἢ φλέγμα ἐς τὰς φλέβας τὰς ἐν τῷ ἄρχῳ κατασηπεύξῃ, θερμαίνῃ τὸ αἷμα τὸ ἐν τοῖσι φλεβίοισι. θερμαινόμενα δὲ τὰ φλέβια ὑπισταται ἐκ τῶν ἐγκοίλια φλεβίων τὸ αἷμα. καὶ πληροῦμενα ὀξοιδέα τὸ ἔντερον τῦ ἄρχου, καὶ ὑποῤῥήγνυσιν αἱ κεφαλαὶ τῶν φλεβίων. καὶ ἄμα μὲν ὑπὸ τῦ κόπρου ὀξιούσης φλώζωνται, ἅμα δὲ ὑπὸ τῦ αἵματος ἀθροιζομένου βιαζόμενα, ὀξαχνοπίζουσιν αἷμα. μάλιστα μὲν ἔξω τῶν ἀποπάτων. ἐνίοτε δ' ἐν τοῖσι ἀποπάτοισι θραυσθῆναι δεῖ, ὧδε.

ORa venarum hoc modo ſanguinem fundere ſolent. Bilis aut pituita ad venas quæ in ano ſunt decumbens, ſanguinem qui in his eſt calefacit. Incaleſcentes autem venæ, ſanguinem ex proximis venis attrahunt, eoq; impletæ, recti inteſtini partem interiorem in tumorem attollunt, & venarum capitula conſpicua ſunt, quæ dum partim à ſtercore exeunte contunduntur, partim à ſanguine coaceruato perrumpuntur, ſanguinem eiaculantur, idque maximè cum ſtercore, interdum verò ſine eo. Curantur autem hoc modo.

[1] αἱμορῤῥοίδες] (quæ Celſo ora venarum ſanguinem fundentia dicuntur) interdum ſanguinis effluuium per eas venas quæ in ano ſunt, interdum etiam venas ipſas ſanguine turgentes & impletas ſignificant. In quibus cum tumor & inflammatio, ac fluxio, perſæpe etiam vlcus adiunctum ſit, earum tractatio propriam manus operam deſiderat. Ideoque hic ordine quodam poſt vlcerum curationem, cum fiſtulis adiungantur, quòd earum medela neglecta, aut non ſatis diligenter adhibita, plærunque in ani fiſtulas tranſeat: Atque vt hæmorrhoides parum tuto ſupprimuntur, ſic nimium profluentes ad miſeram vitam, nonnunquam etiam aquam inter cutem & cachexiam præcipitant, eoq; nomine manus opera adhibita tollendæ & extirpandæ, quod etiam Hippocrates hoc libello docet. Chirurgia verò vruntur, ſecantur, ligantur, conſuuntur, ſiccantur & tabeſiant, vt præcipiunt † Celſus, * Paulus, & †† Aëtius. Etſi ligandi & ſuendi modus hîc ab Hippocrate omittitur, & ab aliis petendus eſt, aut obiter ex lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. huc transferendus. Hæmorrhoidum autem duæ ſummæ ſunt differentiæ. Aliæ enim cæcæ, aliæ apertæ dicuntur. Quinque etiam aliæ earum differentiæ Definitionum Medicarum authori adſcribuntur, à magnitudine, numero, figura, loco & conſtitutione. Recens autem Chirurgorum diſciplina quatuor alia hæmorrhoidum genera facit, nominibus ab earum forma expreſſis. At verò hunc libellum genuinum eſſe Hippocratis Magni fœtum, res ipſa & tractationis connexio clamat vt & Galeni & Erotiani ex eo petita teſtimonia fidem faciunt: adeò vt aſſiduo hunc libellum cum ſuperiore coniungant, vt ex Erotiano patet in dictione θραυσθῆναι, & Galeno in dictione πίεσις & σφύξαι, etſi harum dictionum altera in his deſideratur, & locus ſuſpectus videtur. Quò maior me admiratio inceſſit Vidum Vidium hac in Chirurgica palæſtra veteratorem exercitatiſſimum, hunc exiguum libellum in Chirurgiæ ſuæ cenſum non adſcripſiſſe, cùm haud ſcio an vllus ſit hoc nomine in tota iſta diſciplina dignior. Et verò deligationis ratio libello ſuperiore deſignata, hîc quoque diſſertis verbis expreſſa, eundem eſſe vtriuſque authorem teſtatur. Adde quod Erotianus in librorum Hippocratis recenſione, hunc libellum inter διαφθορικὰ χρηστομυθίαν enumerat, & cum ſuperiore connectit. Aëtius quoque non parum ad huius libelli authoritatem commendandam facere videtur, cum medicamentum ad diſſipandas hæmorrhoidas nominatim ex hoc libello expreſſis ponderibus adſcribit. Neque tamen id ſuſpicionem mouere debet, quod Celſus, Paulus, Aëtius, aut etiam Iſagoges author, in hæmorrhoidum per linum obligatione, aut vſtione & extirpatione, nullam huius libelli mentionem fecerint, cùm alias quoque plurima ex Hippocrate, tacita eius authoritate, ſibi vendicarint. Varius eſt autem horum librorum ordo multis in exemplaribus manu ſcriptis, vt apud Caluum videre licet.

† *Lib. 6. cap. 29.* * *Lib. 6. cap. 79.* †† *Cap. 6. ſerm. 2. tetrab. 4.*

ἐξοιδέα ὑποῤῥήγνυσιν αἱ κεφαλαὶ] Diſtentis ſanguine & plenioribus venis, earum ora tanquam ex capitulis quibuſdam ſurgentia ſupereminent & conſpicua ſunt. Indeque membrana, quæ venarum orificiis prætenditur, intenſa & compreſſa, plærunque acutiſſimi dolores ab inflammatione & plenitudine excitantur, qui interdum ad ſeſe totam curationem transferunt. Coactus verò ſanguis fluxionis copia interdum perrumpit, vique exitum molitur, interdum quoque ſtercoris preſſu venæ perrumpuntur & colliduntur, ſanguinemque effundunt.

[2] Πρῶτον μὲν ὑπαρχέτω εἰδέναι ἐν οἵῳ χωρίῳ γίνονται. ἄρχοι γὰρ καὶ ῥάμνων, καὶ ἀποπάμνων, καὶ αἰδοίων, καὶ δέων, καὶ ἀποσήπτων, ᾗσιν γὰρ δοκεῖ διὸ πάντα τοῦτ', οὐδὲν αἱ αἰσιοι. πολλαπλασιάσαντα δὲ κελεύω ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ σιδήρεια, σπιθαμιαῖα τὸ μέγεθος, πάχος δὲ, ὡσεὶ μίλης παχείης. ὀξὺ ἄκρου δὲ καταγκεκλασμένα. καὶ ὅτι τῶν ἄκρων τὸ πλατὺ ἔχω, ὡς ὅτι ὁλοσχοῖ μικροῦ. τοῦτο κατθήσεις δὴ φαρμάκῳ τῇ τρίτῃ, αὐτῇ δὲ ἢ αὔριον ὑποχρήσεις καῦσαι, ἀναπλίνας τ' ἄνθρωπον ὕπτιον, καὶ τρυφερώτατον ὑπὸ τ' ὀσφῦν ὑποτείνας. ὀξέως ἀναγκάζειν ὡς μάλιστα τοῖσι δακτύλοισι τῶν ἑδρῶν ἔξω. ποιέειν δὲ καὶ ταῦτα φανερὰ τὰ σιδήρεια, καὶ καίειν ἕως αὖ ἀποξηραίνῃς, καὶ ὅκως μὴ ὑπολείψῃς. καίειν δὲ καὶ μηδεμίαν ἐᾶσαι ἀκαυσον τῶν αἱμορῤῥοίδων, ἀλλὰ πάσας ἀποκαίσεις. γινώσκειν δ' χαλεπὸς τὰς αἱμορῤῥοίδας, ὑπάρχουσι γὰρ ἐς τὸ σκοτος τῦ ἄρχου, οὐ ῥᾴγες πελιδναί, καὶ ἅμα ὀξαναγκαζομένου τῦ ἄρχου, ὀξαχνοπίζουσιν αἷμα. καταχέοντων δ' αὐτὴν ὕστερον

Inprimis certè noſſe oportet, quo in loco contingant. Nam & anum incidendo, reſecando, conſuendo aut vinciendo, aut putrefaciendo, etiáſi grauiſſima eſſe iſta videantur, nullâ inferes noxiam. Ferramenta ſeptem octóve parari iubeo, quæ magnitudine palmum, & craſſum ſpecillum craſſitudine æquent, extrema parte recurua, & in ſummo ad oboli parui formam lata. Poſt exhibitum pridie medicamẽtum purgans, eodem quo ad vſtionem aggredieris die, homo ſupinus reclinatur, puluinoq; lumbis ſuppoſito, ſedes digitis quàm maximè [illegible]ras educitur, tum candentibus admotis ferramentis vruntur, quo ad reſiccentur, ita vt ne contingas. Vrere verò ita oportet vt earum venarum quæ ſanguinem fundunt nulla inuſta relinquatur, ſed omnes adurantur. Has nullo negocio deprehendes, quòd interiore ani parte conſpicuæ ſint, velut acini vuæ liuidæ, ſimulque cùm foras anus cogitur, ſanguinem eiaculantur. Inter vrendum autem

à quibuſdam caput & manus detineantur, ne moueatur, ſed clamet qui inuritur. Hoc enim pacto anus magis prominet. Peracta vſtione lentes & eruum tenuiſſimè trita, & ex aqua decocta, quinque aut ſex diebus imponũtur. Septimo die ſpongia mollis quàm tenuiſſimè inciditur. Spongia autem omni ex parte ſex digitorum latitudinẽ æquet. Tum linteum quod ſpongiæ magnitudinem non excedat, tenue & leue, melle illitum ſuperimponitur, dein ſubdito ſiniſtræ manus indice, media ſpõgia intrò per inferiora quàm penitiſſimè in ſedem propellitur, demum ſupra ſpongiam lana apponitur, vt in ſede immota permaneat. Cingulo verò per ilia ducto, faſcia ſubmittitur, exceptumque à poſteriore parte per crura vinculum, ad cingulum iuxta vmbilicum religatur. Tum medicamentum, quod dixi carnem denſam facere ac validam producere, alligatur. Quæ non minore quàm viginti dierum ſpacio deuincire oportet. Sorbitio autem ſemel die ex farina aut milio, aut furfuribus, & potui aqua exhibenda. Vbi ad deiiciendam aluum deſidet, calida proluitur. Tertio quoque die balneum adhibeatur.

καὶ ἡπᾶται, τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς χεῖρας, ὡς μὴ κινέηται, βοάτω A
χαμόθυρος. ὁ γὰρ ἕρχος μᾶλλον ἐξίσχει. ἔπειτα δὲ καύσις,
φακοὺς ἢ ἐρεβίνθους ἑψήσας, ἐν ὕδατι τελείας λείους, καὶ
πάσας πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας. τῇ δὲ ἑβδόμῃ σπόγγον μαλθα-
κὸν τρίψας ὡς λεπτότατον. πλάτος δὲ εἰς τὸ σπόγγου, ὅσον
ἓξ δακτύλων πάχη. ἔπειτα ὑπτιῶσαι ὅτι Ⓦ σπόγγον
ὁλόκληρον ἴσον τῷ σπόγγῳ λεπτὸν, καὶ λῶον, ἀλείψας μέλι-
τι. ἔπειτα ὑποβαλὼν τῷ δακτύλῳ τῷ λιχανῷ τῆς B
ἀριστερῆς χειρὸς, μέσον Ⓦ σπόγγον ὅσον κάτω τῆς ἕδρης
ὡς προσωτάτω. ἔπειτα ὅτι Ⓦ σπόγγον προσωθεῖναι εἰς ἕλιον,
ὡς ἂν ἐν τῇ ἕδρῃ ἀτρεμίζῃ. διαζώσας δὲ ἐν τῇσι λαγόσι
καὶ ὑφὲς ταινίῃ, ἐκ τῶν ὀπισθεν ἀναλαβὼν ἐκ τῶν σκε-
λέων Ⓦ ὑπίδεσμον, ἀναδῆσαι ἐς τὸ διάζωσμα τοῦ
Ⓦ ὀμφαλόν. τὸ δ' φάρμακον ὃ εἶπον ὑπιδεῖν πυκνὸν πλὺ
ἔριον ποιέων, καὶ ἐμπλάσσειν φῶτι. τοῦτο δὲ δεῖ ὑπιδεῖν, μὴ C
ἔλασσον ἡμερῶν εἴκοσι. ῥοφέειν δ' ἄπαξ τῆς ἡμέρης ἄλφιτον,
ἢ κέγχρον, ἢ ὀπὸ τῶν πυρῶν. καὶ πίνειν ὕδωρ. λοῦν δ' ἐς
ἀφοδὸν ἵζηται, ὕδατι θερμῷ διαμένιζειν. λούειν δὲ διὰ
τρίτης ἡμέρης.

[a] ἀρχὸν γὰρ ἐν τούτῳ] Extrema recti inteſtini pars, cùm inter principes non annumeretur, dum vritur, ſecatur, aut conſumitur & tabeſit, nullam læſionem inducit, quod etiam ex Leonide ſcripſit † Aëtius. In inueteratis tamen hæmorrhoidibus & diuturnis periculoſa ſectio, qua vel moriuntur ægri, vel in acerbiſſimum dolorem & caſum incidunt. Δεῖν verò etiam legunt exemplaria quædam D
manu ſcripta vt & Italica, quod ſatis ex Caluo apparet quæ etiam ſecuti ſumus, & ſi hìc nulla fit obligationis mentio. Pro quo δεῖαν Interpretes & exemplaria duo manu ſcripta Regia legunt, quod hìc magna curationis pars in vſtione conſumatur.

† *Cap.8. ſerm.2. tetrab.4.*

πυρέειν δὲ ἢ διαφανέα τὰ σιδήρεια] Hunc enixè mihi locum exprimere videtur Erotianus, cùm τὰ διαφανέα σιδήρεια, τὰ διάπυρα καυτήρια exponit, ignita aut candentia cauteria, vt in OEconomia noſtra ſcripſimus.

ἢ ὁκως μὴ ὑπαλείψῃς] μὴ ὑράψῃς lego cum Cornario, alioqui ὑπαλείψῃς leuem & ſuperficiarium ferramentorum contactum ſignificabit. Iubet ergo non leuiter & ſuperficie tenus ferramenta candentia induci, ſed ita affigi vt vrant & hæmorrhoidas ſiccent, conſumant & tabefaciant.

κρίνειν δ' ἢ μηδεμίαν εἶναι] Vt non temerè ſiſtendæ ſunt hæmorrhoides & curandæ, ita perdifficilis & diu agitata eſt quæſtio, num vna relinquenda ſit, an verò omnes tollendæ, vrendæ, & ſiccandæ, vt hìc conſulit Hippocrates, quam eius opinionem etiam ſequi- E
tur " Aëtius. Paulus certè vnam aſſeruari vult ad ſanguinis redundantis euacuationem in hæmorrhoidum obligatione, idque ex Hippocratis conſilio aphoriſm. 12. lib.6. & extremo lib. de rat.vict. in morb.ac. Qua in re plurimùm diuturnitati & conſuetudini tribuendum. Nam etſi periculoſa eſt hæmorrhoidum conſuetudo, in diuturnis tamen & aſſuetis, habenda eſt ratio indiuidui, & eorum qui grauioribus morbis ſunt opportuni, quibus niſi vna diutiùs aſſeruetur, intempeſtiuè curatis grauiſſima mala impendent, vt patet ex lib.6. epid. & Alcippo lib.4. epid. qui curatis hæmorrhoidibus, in maniam incidit. Quod etiam plurimis accidiſſe ſcribit Galenus lib. de atra bile, vt ſectis varicibus aut hæmorrhoidibus, in melancholiam incurrerent. Intempeſtiuè autem curati dicuntur † Galeno, qui neque ſanguinis miſſione certis temporibus & periodis, neque medicamentis purgantibus, neque item exercitationibus corporis redundantiam vacuant, neque etiam vnam relinquunt, ſed omnes in vniuerſum tollunt. Ex quibus ſatis conſtat, eos qui adeò grauiter hæmorrhoides ferunt, vt ſiſtendi conſilium ineatur, longo temporis interuallo, per circuitus, phlebotomiæ, purgationi & totius corporis exercitationi eſſe obligandos, dein non ſimul atque vniuerſim tollendas eſſe hæmorrhoidas, ſed vnam relinquendam, quæ paulatim iam aſſueta ad vacuationes natura, & optima victus ratione ad naturalem habitum reuocata, tandem ita ſupprimi poſſit, vt nulla relinquatur, quod etiam eſt Aëtij conſilium. Et certè non eſt in conſuetudinem trahenda per hæmorrhoidas vacuatio, cùm toto genere ſit præter naturam, & periculoſam habeat vtranque immoderantiam, vt ſcribit * Galenus. F

" *Cap.5. ſerm.2.tetrab.4.* † *Com.3.in lib.6.Epid.* * *Com.ad aph.25.lib.4.*

οἵ τε φλέβας πελιδνὰς] Indèque recens Chirurgorum diſciplina inter quatuor hæmorrhoidum genera, quaſdam vueas ponunt, vuarum acinis ſimiles & liuidas, ex affluentis ſanguinis copia tumentes. Cùm verò περικάζῃ de vuis matureſcentibus aut nigreſcentibus propriè dicatur, non malè περκνὰς pro πελιδνὰς legiſſe Galenum ſuſpicor, quod eius expoſitio apprimè huic loco quadret, quæ eſt μελαίνουσαι, πελιδνοῦσαι, hoc eſt, nigreſcentes, liueſcentes. G

φακοὺς ἢ ὀρόβους] Hoc cataplaſma deſiccantis, extergentis & ſubadſtringentis eſt facultatis, ideoq; inflammationem lenit. Spongia verò etiam eam in rem adhibetur quàm latitudine ſex digitorum quaquauerſus in tenuiſſima fruſta inciſam, quò faciliùs in anum ſubeat, introrſum quàm penitiſſimè propellit, linteo tenui & leni ſuperpoſito, ne exaſperando dolorem moueat, melléque illitam, quò magis deſiccet & detergeat. Quæ vt firmiùs in ſede permaneat, lana exteriùs appoſita continetur, demumque vinculo, quale in ſedis procidentia deſcriptum eſt, ſtabilitur.

τὸ δ' φάρμακον ὃ εἶπον] Medicamentum ex alumine & myrrha intelligere videtur, quo vſus eſt libello de fiſtulis ad denſandam & contrahendam cutem.

ῥοφέειν δ'] In inflammationis metu ſola ſorbitione eaq; ſemel die exhibita, vt tenui victu vtitur. Farinæ verò loturam aut decoctum, vt tenuem victum, in febre ardente (pla- m coxeno exhibet Hippocrat. lib.7. epid. & ἀκύρῳ πάνυ ἰφθὸν vocat. Tenuius quoq; alimentum exhibet furfurum decoctum, quo [illegible] vtitur Hippocrates. Fomentum verò ex aqua calida inflammationem mitigat & dolorem le- H
nit, quod etiam facit balneum. Id tertio tantum quoque die adhibet, ne vſtionem & ſiccandi adhibitam rationem perturbet.

Alia curatio. Foras educta quàm maximè ſedes, calida perfunditur, tum venarum ſanguinem fundentiũ extrema præciduntur. Hoc verò medicamentum antea præparatum ad ſectionem habere oportet. Vri-

ἑτέρα θεραπεία. ἐκβαλὼν τὴν ἕδρην ὡς μάλιστα ὑγιαίνῃ ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα ἀποτάμνειν τὴν αἱμορροΐδων τὰ ἄκρα. φάρμακον δὲ προσπαρασκευάσαι πρὸς τὸν τόμον, τόδε. χρήσας ἐς χαλ-

Ἀ ἐς χαλκεῖον ὀπίπαστον ὀπὶ δ' οὖρον, χαλκοῦ ἄνθος ὀθόνῃ, καὶ τετριμμένῳ λείου, ἔπειτα δὲς ἢ τρὶς κινήσας δ' χαλκεῖον, ξήρανον ἐν τῷ ἡλίῳ. ὅταν δ' ξηρὸν γένηται, σπυδήσας τέλυφον λῆον. καὶ τροφεῖ τῷ δακτύλῳ. καὶ παλιῶια ἐλαιώσας τροφεῖε. καὶ σπόγγον ἐπάνω ὀπιδέ.

na in vas æneum immissa, flos æris vstus optimè læuigatus inspergitur, tum vase agitato maceratur & in sole siccatur. Siccatum eraditur, teritur & læuigatur, ano admouetur, splenia oleo madida apponuntur spongiaq; superimposita deligatur.

[3] ἐκθαλὼν τῇ ἕδρῃ] Extracta sedes calida perfunditur vt dolor leniatur, summa venarum capitula & ora præcidantur, tum pharmacum admouetur potenter desiccans & subadstringens, quod & contrahit, & sanguinem fluentem coërcet, simulque tenui substantia & vstione exsiccat. Splenia oleo imbuta inflammationis metu adhibentur & leniendi doloris causa. Spongia forte adhibita medicamentum continet & exsiccat.

B

τροφεῖ τῷ δακτύλῳ] δακτυλίῳ lego cum Cornario, vt ano medicamentum admoueatur, etsi δακτύλῳ habent omnia exemplaria, vt per digitum admotum ano medicamentum intelligatur, aut δάκτυλος ἀπὸ τοῦ δακτυλίου vsurpatur, vt paulò post.

[4] ἕτερος τρόπος. τροφύεται πρὸς τῇ αἰματίδι τῇ κονδυλώδει, ἧς συναμύνει καιρός. καὶ ἐν μηρῷ ἔξω σφόδρα ἢ κονδύλωσις, τροπέφυκεν αὐτῇ καλυπτὴρ ὁ τῆς ἕδρης. καθίσας οὖν ἀνθρωπον ὀκλάζοντα ὀπὶ ὄλμοιν δύο, σκόπει. σύριγξ γὰρ πεφυσημένα ἐστὶ μεσηγὺ τῶν γλουτῶν τῇδε τῇ ἕδρῃ. δεῖ δὲ αἷμα ἐκχωρέειν ἔνδοθεν. ἰὼν χρὴ ἐνιδεῖν ὑπὸ τῷ καλυπτῆρι, ἢ δὲ κονδύλωμα τῷ δακτύλῳ ἀφελεῖν. ῥᾷον γὰρ καὶ ἀπώτερον, ἢν προβάντα διαφανέα ᾖ δάκτυλον μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῆς ἕδρης προσιόντα. καὶ ἔστι διαλεπτύνεσθαι, αἷμα λάνθανε ποιέον, ἐστὶν δὲ ἀφέλῃς τὸ κονδύλωμα, ἀνάγκη ῥέεσθαι δρόμοις αἵματος ἀπὸ πάσης τῆς ἀφαιρέσιος. τάχα χρὴ ἀποπλῦναι οἴνῳ αὐστηρῷ κηκίδας ἀναποδρέξας. καὶ ἤν τε αἱματῖτις οἰχήσεται σὺν τῷ κονδυλώματι. καὶ τὸ κάλυμμα καθαρθήσεται, καὶ ὅσῳ αἰ παλαιότερον ᾖ, ῥηϊδίως ἐς αἵματος ἴησις.

Alter curationis modus. Venæ sanguinem fundenti & tuberosam quandam eminentiam habenti, veluti mori fructus adnascitur, & si quidem tuberosa eminentia foras valde prominet, ei circumcirca operculum carnosum adhæresci. Homine igitur in genua super duos lapides teretes inclinato, anum inspice. Inuenies nanq; loca inter nates medias circa sedem tumefacta, sanguinemq; ex interioribus partibus procedere. Si ergo tuberosa eminentia sub tegumento mollis sit, digito ea auferenda est. Neque enim maiore negotio id fiet, quàm si dum pellis oui detrahitur, digitum inter pellem & carnem medium immittas. Idq; inter loquendum simulque non aduertente ægro faciendum. Sublatum tuberculum sanguinis cursus omni ex parte ablata necessariò consequitur. Vino austero in quo gallæ maceratæ fuerint, citò locus perluendus est, venaq; sanguinem fundens vnà cum tuberculo recedet, & operculum in pristinum statum restituetur. Quoque vetustior morbus est, eò facilior curatio futura est.

C

D

[4] τῇ αἱματίδι τῇ κονδυλώδει] κονδυλώσει legunt exemplaria Regia manu scripta: vt & Italica, vt satis ex Caluo apparet. Dicitur autem hîc κονδύλωμα, eminentia quædam tuberculosa, qua tument hæmorrhoides. Hæc interdum mori fructum repræsentat, crassiore sanguine illuc coacernato vnde & Morales recentioribus dicuntur.

E

ὀπὶ ὄλμοιν δύο] ὄλμος Hesychio τροφεῖον λίθος dicitur ἐν ᾧ τις θυπάνας τρίβουσι, & lapidem teretem cylindri forma significat, interdum etiam pilam culinariam aut mortarium. Sed videndum est hîc tenuari, cùm apud cæteros densetur. Iubet igitur homine genibus super duos lapides teretes inclinato, anum introspicere Hippocrates, & rem ipsam considerare.

ἰὼν χρὴ ἐνιδεῖν ὑπὸ τῇ καλυπτῆρι] ὑπὸ τῷ καλυπτῆρι τὸ κονδύλωμα, τῷ δακτύλῳ ἀφελεῖν, lego.

ἀνάγκη ῥέεσθαι ὀρόμοις] κύμασι pro ῥέεσθαι legunt exemplaria quædam manu scripta cum Aldino. κύμασι verò metaphoricè dicitur, pro intus concipi sanguinis fluxum ac pullulare. Pro quo etiam exemplaria quædam manu scripta δύεσθαι habent. Condyloma verò Hippocrates digitis apprehensum extrahit aut eradit. Celsus tuberculum vellicella distentum, iuxta radices scalpello excindit, quod etiam faciunt Paulus & Aëtius, aut medicamentis quòque absumunt.

τάχα χρὴ ἀποπλῦναι] χρὴ legunt exemplaria quædam manu scripta.

ἢν τε αἱματῖτις οἰχήσεται σὺν τῷ κονδυλώματι. καὶ τὸ κάλυμμα καθαρθήσεται, καὶ ὅσῳ αἰ παλαιότερον ᾖ] Vetus condyloma vbi iam induruit, neque sub his medicationibus desidit, medicamento absumi, aut scalpello excindi potest. Et ani vitia vbi medicamentis non vincuntur manus auxilium deiderant. Si quando autem ex inflammatione pus in his oritur, vbi primum id apparuit, incidendum est, ne anus ipse suppuret. Neque tamen ante properandum est. Nam si crudum incisum est, inflammationis multùm accedit, & puris aliquantò ampliùs concitatur.

F

[5] ἰὼν δὲ ἀνώτερος ᾖ ἡ κονδύλωσις, ᾧ καροπῆι σκέπτεσθαι. καὶ μὴ ἕκαπαταῖος ὑπὸ δ' καροπῆος. διημέριος γὰρ ὁμαλοῖ τὸ κονδύλωμα. ξυαμέριος δὲ πάλιν, δείκνυσιν ὀρθῶς. ἀφαιρέειν δὲ χρὴ ἐλλεβόρῳ μέλανι ὑπὸ λείφοντα καὶ δακτύλου. ἔπειτα τριταίῳ οἴνῳ κλύζειν αὐστηρῷ. ὃ δὲ αἷμα ὅταν ἀφέλῃς, τῷ κονδύλωσιν ὅτι οὐ ῥέει μὴ θαυμάζειν. οὐδὲ γὰρ ἰὼν ἐν τοῖσιν ἀρθρίοισι σαπραίνῃς τὰς χεῖρας ἢ τὰ σκέλεα, οὐ ῥύσεται αἷμα. ἰὼν δ' ἀνώτερα ἢ κάτωθεν τομῆς τῶν ἀρθρίων, θρήσεις χείλεας φλέβας καὶ αἱμορροίς. καὶ χαλεπῶς ἂν ἴσχοις θύπορος. οὕτω καὶ τῷ ἐν τῇ ἕδρῃ αἱμορροΐδα, ἰὼν μὲν ἀνώτερα ἢ κάτωθεν τομῆς τῆς ἀφαιρέσιος τοῦ κονδυλώματος, αἷμα ῥύσεται. ἰὼν δὲ αὐτῷ ἀφέλῃς τῷ κονδύλωσιν ἐν τῇ προσφύσει, οὐ ῥύσεται. ἰὼν μὲν οὖν οὕτω καθίσατα, καλῶς ἂν ἔχοι. ἰὼν δὲ μή, καῦσαι, φυλασσόμενος ὡς μὴ ἅψῃ τοῦ σιδήρου, ἀλλ' ἐγγὺς προσφέρων τὰ σιδήρια ἀποξηράνειν, καὶ προστιθέναι δ' τὸ χαλκοῦ ἄνθος δ' ἐν τῷ οὔρῳ.

At si altiùs insederit tuberosa eminentia, per instrumentum dilatandæ sedi accommodatum, catopterem dictum, inspicere oportet, neque ab eo decipi. Vbi enim aperitur tuberculum exæquat, vbi verò rursus in sese adducitur, rectè conspicuum facit. Auferre autem conuenit, veratro nigro ano illito, tum tertio die vinum austerum ex infuso immittendum. At verò vbi tuberosam eminentiam abstuleris, si sanguis non effluat, mirandum non est. Neque enim si in articulis manus aut crura feces, sanguis effluet. At si supra aut infra articulos sectio fiat, cauas & sanguine manantes venas deprehendes: neque facilè promptè sistas. Eodem modo si venam in sede sanguinem fundentem, supra quidem aut infra detractum tuberculum feces, sanguis effluet. Sin verò ipsam tuberculosam eminẽtiam vbi annectitur abstuleris, non profluet. Si igitur hoc pacto quidem ad pristinum statum reducitur, bene se res habet: sin minùs, vstio adhibenda, ea cautione, vt ne ferro attingatur, sed prope admotis ferramentis exsiccetur, & flos æris ex vrina adhibeatur.

G

H

[5] διηρύμβυ & γδ] Vitium ſuſpicor, & διοιδώμενος aut διηρυμβμος malim. Nam διοίγειν & σωάγειν, vt & διοίγειν & σωάγειν oppo- A
nuntur apud Ariſtotelem. Alioqui διηγόμβυ de diducto & explicato catoptere ſcribendum videtur.

ἐλλεβόρῳ μέλανι] Veratrum nigrum potenter exterget & exſiccat, ideóque carnem in vlceribus excreſcentem abſumit, vitiliginibus, ſcabiei & impetigini medetur, & erodentibus medicamentis commiſcetur Dioſcoridi. Parum autem eſt an eo illitus digitus in anum immittatur, an verò anus illinatur.

Alius venarum ſanguinem in ano fundentium curationis modus. Cauterium parare oportet in modũ paruæ arundinis vallatoriæ (phragmiten vocant) & in ipſum ferramentum probè congruẽs accommodare, deinde immiſſa in ſedem fiſtula, candens ferramentũ in eam demittere, crebroq; eximere, quò magis calorem toleret, neq; vlcus ex calore contrahat, & venulæ exſiccatæ conſaneſcant. Quod ſi neq; vſtio, neque ſectio placeat, ſedes multa & calida priùs fouetur & euertitur, tum myrrha probè læuigata, galla, & alumẽ Ægyptium vſtum, quod reliqua vna parte & dimidia ſuperet, & melanteriæ tantundem accipiendum, iiſq; aridis vtendum. Sub his medicamentis vena ſanguinem fundens, velut corium vſtulatũ decidit, eademq; facienda donec omnes diſſipaueris. Idemque efficit chalcitidis vſtæ dimidium. At ſi per glandes curationem inſtituas, ſæpiæ teſta, plumbaginis tertia pars, bitumen, alumen, floris æris exiguum, galla, æruginis modicum cõmiſcentur, his melle cocto affuſo, glans oblongior conficitur, ſupponitur, donec deleantur.

[6] ἕτερος δ᾽ πος ἱπσιος αἱμορροίδων. καυτῆρα χρὴ ποιήσασθαι, οἷ καλαμίσκου φραγμίτιδος. σιδήριον δὲ ἁρμόσαι καλῶς ἁρμόζον. ἔπειτα ⟨ϟ⟩ αὐλίσκον ἐνθεὶς ἐς τὸν ἕδρον. ἀμφαίνου τὸ σιδήριον καθέναι. καὶ πυκνὰ B
ἐξαιρέειν, ἵνα μᾶλλον ἀνέχηται θερμαινόμενος. καὶ οὔτε ἕλκος ἕξει ὑπὸ τῆς θερμασίης, ὑγιέα τε ξηραινθέντα τὰ φλέβια. ἰῶ δὲ βούλῃ μήτε καῆναι, μήτε ἀποτάμνειν, τρῖψαι καταγόνησας ὕδατι πολλῷ θερμῷ, καὶ ἐκτρέψας τὸν ἕδρον, σμύρναν τρίψας λείην, καὶ κηκίδα, καὶ χυτρηείου ἀγυπτίου κατακαύσας, ἓν καὶ ἥμισυ τρῖψαι τ᾽ ἀλλα, καὶ μελαντηείης ἀλὸς ζωστὸν, ζυτέοισι ξυρῆσι χρῆσθαι. C
ἡ δὲ αἱμορροὶς ζυτέοισι τοῖσι φαρμάκοισιν ἀποστήσεται, ὥστε σκύτος κατακεκαυμένον. τοῦτο ποιέειν μέχρις αὖ πάσας ἀφανίσῃς, καὶ χαλκίτιδος ἥμισυ κεκαυμένον τ᾽ αὐτὸ ἀναξηράζεται. ἰῶ δὲ βούλῃ βαλανίοισιν ἰῆσθαι σπίνης ὄρυκτον. μολυβδαίνης τρίτον μέρος. ἄσφαλτον. χυτρηείου. αἶλος ὁλίζον. κηκίδα. χαλκοῦ ἰὸν ὁλίζον.
ζυτέων μέλι ἐφθὸν καταχέας, βάλανον ποιήσας μακροτέρην τρεφίνῃ, μέχρις αὖ ἀφανίσῃς. D

[6] καυτῆρα χρὴ ποιήσασθαι] καυτῆρα legunt exemplaria omnia publicata, vt & Italica manu ſcripta, vt patet ex Caluo, quædam vero Regia καυτῆρα, vt & Galenus in Exegeſi, qui καυτῆρα exponit χάλκιον καλαμίσκον πρὸς πυτιημένον κῦ ϟ πυθμένα, δι᾽ ὃ καὶ ἡμῖν ἔστι καυτηείδιον ὄξυτερὲς καθιέν. Sic enim legendum exiſtimo, vt indicet æneum quendam paruum calamum in fundo perforatum, per quem immiſſo candenti ferramento vſtio fit. Quibus verbis hic mihi ſanè locus ſubindicari videtur. Quò me maior inceſſit admiratio, quomodo κλυσῆρα Cornarius pro καυτῆρα legerit, cùm & Hippocrates ipſe ſtatim poſtea αὐλίσκον & fiſtulam vocet, pro eáque ſumi indicet. καυτὴρ autem cauter dicitur Palladio, & Plinio cauterium; ferrumq; ignitum quo fit vſtio ſignificat, quod etiam καυτήριον dicitur. Hîc verò legendum οἷ καλαμίσκου φραγμίτιδι ſatis patet, cùm arundo φραγμίτης Dioſcoridi dicatur arundo vallatoria, quæ ad hortorum ſepta & opera topiaria commendatur. φαρμακίτιδι tamen habent omnia exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta. Quod vitium etiam ad Italica permanauit, vt patet ex Caluo.

σμύρναν τρίψας λείην] Hoc medicamentum valenter exſiccat & potentiſſimè adſtringit, prætereaque tenuium admodum eſt partium, vnde hæmorrhoidas ſiſtit, abſumit & tabefacit, ac citra morſum & vlcerationem diſſipat, vt refert * Aëtius, qui hoc medicamentum nominatim ex ipſo Hippocrate expreſſit, ſeruatis etiam ponderibus. Idem addit ſe in melanteriæ penuria, ſori adieciſſe, quod parem ferè habet facultatem, niſi quod craſſiorum eſt partium, & pro melanteria quibuſdam faiſo vſurpatur, vt ſcribit Dioſcorides. Aëtius verò anum vino præluit, Hippocrates tamen hic calida fouet, vt emolliatur & faciliùs educatur, ad inſpergendum medicamentum. μελαντηείοισιν autem pro μελαντηείης vitiosè adſcriptum eſt. E

* *Cap. 6. ſerm. 2. tetrab. 4.*

κὴ χαλκίτιδος] Hæmorrhoidas inſigniter conſumunt & deſiccant quæ ab Aëtio deſcribuntur medicamenta. Sandarachæ drach. 8. auripigmenti drach. 8. cum lixiuio diluta impone, ægro probè collocato in ſole, aut apud ignem, & eo ſitu permanente, donec pharmacum abluatur. Hoc medicamento tabefit hæmorrhois & promptè excidit reſiccata & à fundamento deuoluta: Eſt & aliud hæmorrhoidas excindens. Chalcitidis vſtæ, miſyos vſti, atramenti ſutorij vſti, diphrygis, ſoreos, ſingulorum drach. 4. ſquamæ æris vſtæ drach. 2. Vtere ipſo ſicco, & inſtar teſtæ induratæ decident. Celſus per medicamenta adurentia hæmorrhoidum capitula abſumit. Ac ſi iam vetuſtiora ſunt, ſub authore Dionyſio inſpergendam ſandaracham ſcribit, deinde imponendum quod ex his conſtat, Squamæ æris, auripigmenti ſingulorum drach. 5. ſaxi calcis denar. 8. Paulus ad perfectam aduſtionem paſtillo Fauſtino vtitur (quem deſcribit cap. 12. lib. 7.) aut inſtrumenti quo ad vuulæ vſtionem vtuntur cauitatem, adurente medicamento explet, & quemadmodum vuam, ſic etiam hæmorrhoidas adurit. Recentiores medicamenta cauſtica ex ſale gemmeo, nitro & tartaro fæcario vſto, melle excepta adhibent. F

ἰῶ δὲ βάλῃ βαλανίοισιν] Hoc medicamentum ad penitiores hæmorrhoidas per glandem, adhibetur, & ſuperiori probè æqualem habet facultatem exſiccandi, detergendi, adſtringendi & abſumendi.

Vena ſanguinem fundens in mulieris ano ſic curatur. Multa calida in qua ex odoratis aliquid incoxerit, perfunditur, tum myrica trita, ſpuma argenti vſta & galla additur, vino albo, oleo & anſerino adipe affuſo, omnia ſimul conteruntur, poſt perfuſionem vtenda dantur. Sedes autem quàm maximè educta perfunditur.

[7] γυναικείου αἱμορροίδα ὧδε θεραπεύειν. πολλῷ ὕδατι θερμῷ ἀλόησας, σεύσας δὲ ἐντὸς θερμῷ τῶν βώδεων τρίψας μυρσίνου, λιθάργυρον ὀπωλιοῦ, καὶ κηκίδα, οἴνου λευκοῦ κοτύλην, ἔλαιον, καὶ χηνὸς στέαρ, τρίψας ὁμοῦ πάντα. διδόναι ὅκοτ᾽ ἂν αἰσθῇ, ἀμαχήσασθαι. ἀλοιᾶν δὲ ἐς τὸν ἕδρον ἀξώσας ὡς μάλιστα. G

[7] γυναικείου αἱμορροίδα] Natura muliebris lenia exigit medicamenta & minimè mordacia, quale hoc eſt. Sedes multa aqua calida in qua aromatica & odorata incoxerint, perluitur, quò faciliùs euertatur, dolor mitigetur, & acrimonia temperetur. Myrica fluxionem inhibet ac reprimit, abſterget & incidit abſque manifeſta deſiccatione, & nonnihil adſtringit. Cortice verò & fructu non paruam ſortita eſt adſtrictionem. Lithargyrus deſiccat ſine manifeſto calore, moderatè adſtringit & abſterget, eiuſque vrendi modum docet * Dioſcorides. Galla potenter deſiccat & adſtringit, fluxiones reprimit. Hæc igitur trita, oleo & adipe anſerino admixta aſperitatem remittunt, molliunt, leniunt, & temperatas vires habent. Vinum autem affuſum medicamento vires addit. Etſi verò myricæ radices odoratæ ſunt, eam tamen malim ad medicamentum addi, quàm aquæ incoqui. ἀμαχήσασθαι verò retinent omnia exemplaria, pro quo tamen ἀμαχήσασθαι legiſſe videntur interpretes. H

* *Lib. 6.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΦΑΛΗ ΤΡΩΜΑΤΩΝ.

HIPPOCRATIS LIBER DE CAPITIS VVLNERIBVS.

A

B Τ ΩΝ ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ οὐδὲ ὁμοίως σφίσιν αὐτῇσι, οὐδὲ αἱ ῥαφαὶ τῶν κεφαλῶν πάντων τῷ αὐτῷ πεφύκασιν. ἀλλ' ὅστις μὲν ἔχει ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν τὴν κεφαλὴν προβολήν. ἡ δὲ προβολὴ ὅτι, τὸ τοῦ ὀστέου ἐξέχειν τροχοειδέως ἀπὸ τοῦ ἄλλου, τοῦτον εἰσὶν αἱ ῥαφαὶ πεφυκυῖαι ἐν τῇ κεφαλῇ, ὡς γράμμα τὸ τοῦ, Τ γράφεται. τὸ μὲν βραχυτέρῳ γραμμῇ ἔχει τοῦ τὴν προβολὴν ὀπισθαφόρῳ πεφυκέναι. τὸ δὲ ἑτέρῳ γραμμῇ ἔχει διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς καὶ μήκος ἐς τὸ πρόχειλον αἰεί. ὅσῳ ἂν ἡ ὀπίσθιον τῆς κεφαλῆς τὸ προβολὴν ἔχῃ, αἱ ῥαφαὶ οὗτοι πεφύκασιν τοιῶδε ἢ ὧδε τοιοῦτον. ἡ μὲν γὰρ βραχυτέρη γραμμὴ, τοῦ τὴν προβολὴν πέφυκεν ὀπισθαφόρον. ἡ δὲ μακροτέρη, διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς πέφυκεν καὶ μήκος ἐς τὸ μέτωπον αἰεί. ὅσῳ δὲ ἀμφοτέρωθεν τῆς κεφαλῆς τὸ προβολὴν ἔχῃ, ἔκ τε τοῦ ἔμπροσθεν καὶ τοῦ ὀπίσθεν, τούτῳ αἱ ῥαφαὶ εἰσὶν ὁμοίως πεφυκυῖαι ὡς γράμμα τὸ Η. Η γὰρ φαίη). πεφύκασι δὲ τὰ γράμματα ταῦτα, αἱ μὲν μακραὶ, τοῦ τὴν προβολὴν ἑκατέρου ὀπισθαφόρου τοιοῦδε. ἡ δὲ βραχεῖα διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς καὶ μήκος ἐς ἑκατέρῳ τελευτῶσα τὰ μακρῷ γράμματι. ὅσῳ δὲ μήδ' ἑτέρωθι μηδεμίαν προβολὴν ἔχῃ, ὅσῳ ἔχει τὰς ῥαφὰς τῆς κεφαλῆς, ὡς γράμμα τὸ χι, Χ γράφεται). πεφύκασι δὲ αἱ γραμμαὶ, ἡ μὲν ἑτέρη, ὀπισθαφόρῳ τοῖς ⟨Ψ⟩ κεράτων ἀφίκνεται. ἡ δ' ἑτέρη, καὶ μήκος διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς.

C

D

E

HOMINVM capita neq; inter se similiter habent, neq; futuræ capitis in omnibus eodem loco sitę sunt. Verũ cuicunq; parte anteriore caput prominet, quod fit cùm ossis pars rotunda plus reliquo eminet, huic futuræ in capite ad literæ T similitudinem à natura sunt accommodatæ. Breuiorem nanque lineam transuersam ad ossis prominentiam à natura productam habet, alteram verò per medium caput in lõgitudinem ad ceruicem perpetuò tendentem. At cui posterior capitis pars prominet, huic futuræ contrà quàm in priore naturaliter se habent. Breuior nanq; linea transuersa ad ossis prominentiã naturaliter producitur, longior verò per medium caput in longitudinem ad frontem perpetuò tendens à natura constituta est. Cui autem vtraque corporis parte, tum anteriore, tum posteriore os prominet, huic futuræ ad literæ H similitudinem à natura sunt accõmodatæ. Lineę verò longiores ad vtranq; prominentiam tráfuersæ à natura productæ sunt, breuis autem per mediam capitis longitudinem in longam vtranque lineam desinit. At cui neutra parte caput prominet, hic futuras literæ X similes habet. Lineæ verò ita à natura productæ sunt, vt altera quidem transuersa ad tempora perueniat, altera per medium caput in longitudinem feratur.

Hoc libro agitur vulnerum capitis tractatio, quæ osse detecto, ac nudato, aut etiam perforato fieri solent, aut cornè quæ læsa membrana caluam tegente inferuntur. Ideoque longè alia multoque siccior curatio instituitur, quam libro de vlceribus, quo vniuersa vlcerum medicatio continetur. Nam & hic cephalica præcipuè nominata conueniunt, quæ etiam si omnibus aliis denudatis ossibus adhibentur, ossibus tamen capitis detectis præcipuum vsum adiferunt, quod maximè desiccantia postulent, vt innuere videtur Galenus libr. 5. comp. pham. & lib. 6. Meth. med. Ideoque idem Comment. 4. in lib. de artic. hic longè siccriora medicamenta requiri palam profitetur quàm in libro de vlceribus, atque iis vlceribus quæ ad articulos contingunt. τρώματα verò cum valdè sit ambigua dictio, interdumque ad vlcus referatur & vulnus. Ionibus tamen in communi omnes offensas & nouas, infigneſque læsiones quæ ab externo quopiam fiunt, etsi citra vulnus factæ sint, significat, vt scribit Galenus Comment. 5. in libr. 6. epid. & Comment. 2. in lib. de artic. Sic τρώματα ἀ ὀλκάδι, & τρωθῆ, ὀλκάδι χρησθῆ, exponitur Galeno in Exegesi vocum Hippocratis. F τρώματα ergo hic dicuntur capitis contusiones, etiamsi sine vlcere sint, & insignes læsiones, quæ ad ossa fracta & forata pertinent, vt & πώματα hic capitis pertusiones aut perforationes significent. Vt verò hic liber propriè quidem ad eam Medicinæ partẽ, quæ manum requirit administram, spectat, ita germanum esse magni Hippocratis & ex Asclepiadarum familia, tum res ipsa clamat, tum Galeni testimonium pluribus in locis testatum facit, maximeque libr. 6. Meth. vbi etiam scriptorum ab eo Commentariorum in hunc librum meminit, vt & initio Comment. 2. in lib. 3. epid. Erotianus quoque in librorum Hippocratis recensione hunc librum inter χρησιμώτατα reponit, & περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων inscriptionem facit. At plurima ad huius libri calcem τοποθετούμενα, adiecta esse idem testatur Galenus initio Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb ac. & in Exegesi in dictione ἐπιτόνως & πλαγίως. Quare per sanè mirum est membranas quasdam Vaticanas peruetustas hunc tam necessarium & ad Chirurgiam accommodatum libellum omnino tacitum prætermittere. Post autem communem fracturarum aliarum partium corporis & vlcerum doctrinam, hanc propriam vulneribus capitis & fracturis tractationem destinauit hoc libro Hippocrates, tum quod quæ capiti admiscetur Chirurgia, inter G eas quæ in carne & in reliqua ossibus fiunt, medium locum obtinet, tum quod caluaria omnes corporis partes supereminet, vt scribit Paulus.

1 ἦ ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ] Hoc libri huius principium instituitur in omnibus exemplaribus, cum manu scriptis, tum publicatis, quorum maximum consensum secuti sumus. Capitis autem naturalis figura, sphæræ prælongæ, & ad latera paululum compressæ assimilatur. Variæ sunt etiam aliæ capitis figuræ, neque vtique futurarum certa sedes est, sed pro capitis figura, futurarum numerus & positura variat, vt docet Gal lib. 9. de vsu part. & libello de ossibus.

ἢ ὅσῃ μὲν ἔχει] σχῆμα κεφαλῆς cùm tria genera facit Gal. lib. 9. de vsu partium, hic primus modus tertius à Galeno numeratur cùm scilicet occipitis eminentia deperditur. Sed libello de ossibus hunc primum σχῆμα modum, vt hic quoque esse fatetur.

ὅσῃ δ' ὀπίσθιον τὴν κεφαλὴν] Hic modus quoque secundus † Galeno annumeratur, cùm scilicet frontis eminentia perit.

† *Lib. de vsu partium, & lib. de ossibus.*

H ὅσῃ δὲ ἀμφοτέρωθεν] Hæc capitis figura quæ hìc tertia numeratur, Galeno secundum naturam habere dicitur, cùm caput est sphæricum, prælongum, & ad vtranque autem quasi compressum. Hic verò πλαδαρὸς lego, non πλατὺς, vt habent omnia exemplaria vitiosè.

ὅσῃ μὲν δὴ ἐπίκωφοι] Hæc quoque tertia species σχήματος κεφαλῆς, & eorum quæ præter naturam sunt, constituitur Galeno lib. de Ossibus prima verò lib. 9. vsus partium, nempe cùm capitis vtraque pene eminentia. Præter quas quarta quoque fastigiati capitis species affertur † Galeno, quæ cogitatione tantum fingi, reapse præstari non potest. Sunt autem αἱ σχηματικαὶ κεφαλαὶ, capita fastigiatum habentia verticem, quæ deficientem habent alterutram, aut vtranque eminentiam, vel plus quam decet auctam. Nam & acuta alterutra, vel etiam vtraque capitis eminentia, σχῆμα fieri scribit * Galenus, fiuntq; eæ omnes σχήματος species permutata optima capi-

tis conformatione, quæ oblongam vtrinque sphæram depressam refert, ideoque præter naturam esse dicuntur. Animaduertendum autem est quatuor hic descriptas capitum differentias,ad offensarum capitis curationem satis esse, easdemque à Galeno libr. de Ossibus annotari. Nam & aliæ capitis figuræ, quæ ab Aristot.recensentur,ad vulnerum capitis curationem parum faciunt. Atque ea etiam est futurarum in summa caluaria varietas quam hic depingit Hippocrates,& obiter attingit lib.de locis in homine.Etsi quædam capita sine futuris videantur,vt etiam scriptum reliquit †† Aristot.& testatur Pollux lib.2. Et Herodotus (lib.9.)Persarum capita ex osse vno solido, & nullis futuris interstincta reperta commemorat. Quod etiam etsi rarum,locis tamen æstuosis facilius inueniri fatetur ** Cornelius Celsus. Sunt tamen salubriora capita, quæ plures habent futuras, vt scribit Hippocr. lib. de loc. in homine, adeò vt mirum subeat quanam ratione à Celso dictum sit id caput firmissimum atq; à dolore tutissimum esse, quod sine futuris esset, & quo futuræ pauciores essent, eò commodiorem esse capitis valetudinem, nisi id iniuriis externis minùs patere intelligat. Cæterùm in capite sphærico ac rotundo, & in quo vtraque eminentia est deperdita, futuras ad literæ X similitudinem se habere hîc scribit Hippocrates, vt & Galenus lib.9. vs. part.& lib.de Ossib. cùm vna à posteriore parte capitis per mediam longitudinem in priorem rectà fertur, altera verò ab aure vna ad alteram transuersa per temporum longitudinem tendat. Eas autem lineas ad angulos rectos se inuicem intersecare scribit Galenus lib.de Ossibus,cùm tamen X litera angulos internos acutos, externos obtusos habeat. Aut ergo X aliter descriptum fuisse, aut Ψ literæ similitudinem potiùs referre satis apparet, quod etiam annotauit Galenus lib.9. de vsu part. Has porrò quatuor capitum figuras hic ab Hippocrate celebratas esse & pro earum figura immutatas, futuras commemorat Galenus lib. de vsu partium,quod etiam huic loco testimonium facit amplissimum. Harum verò capitis figurarum vitia ab Hippocrate & Galeno descripta, haud ita crebrò in craniis nostris apparent, præter quàm quòd etiam futuræ coronalis situs in his maximè variat. Et recta futura crebrò ad nasum vsque per os frontis medium descendit. Vidimus cranium præaltum,& acuminatum, in quo pro lambdoide multæ erant futuræ in fine occipitis, & in toto cranio vna erat futura per medium cranium ab aure vna ad alteram delata. †*Lib.9.vs.part.* *Com.1.in lib.6 epid.* ††Cap.7.lib.1.hist.anim.* **Lib.8.cap.1.*

Ad medium autem caput duplex os est, idq; tum summa sui parte & æquabilitate, quà carne tegitur, tum infima quà membranam contegit,& inferior est ossis æquabilitas,durissimum & densissimum est à natura constitutum. Quodq; recedit à supremo & infimo osse, à durissimis & densissimis,ad molle & minùs densum quodq; magis cauum est accedit, ad interiora vsque quibus inter se connectuntur. Eaque maximè caua & mollissima,plurimumq; peruia sunt. Ac totum capitis os, si supremam atq; infimam partem admodum exiguam demas,spongiæ simile,multasq; carnes humidas similes in se habet, quas si quis digitis conterat,ex ipsis sanguis prodeat. Insunt quoque in osse venulæ tenues & cauæ sanguinis plenæ. Quòd quidem ad duritiem mollitudinemq; ac cauitatem spectat, sic se res habet,quòd verò ad crassitudinem & tenuitatem,hoc modo.

[15] ῥήγνυται δὲ τὸ ὀστέον] Tria hîc ponuntur offensionum genera sub quibus os frangitur, colliditur, aut medium desidit. Ictus enim infligitur vbi quis alterum de industria potiùs quàm imprudens vulnerat, velut in pugilibus aut luctatoribus accidit, siue ex sublimiori aut complanato loco id fiat, siue cominus aut eminus, & manu telum quis continens feriat, aut iaciat, aut validior imbecilliorem sauciet. Offenditur quoq; æger vbi ex sublimi in durissimum & obtusissimum quidpiam impingit, potiùs quàm ex complanato loco in molle quiddam. At quæ in ægrum illabuntur, si è sublimi incidant, & durissima sint, valde grauia & obtusa, ea magis os rumpunt & collidunt, quàm leuia, acuta & mollia, aut quæ ex complanato & æquabili loco incidunt, tum præcipuè si è directo ossi occurrant, siue cominus, siue eminus vulnus infligatur. In Coacis Præsagiis huiusmodi capitis noxiæ breuibus verbis sic comprehenduntur:

ῥήγνυται δὲ τὰ κεφαλῆς ὀστέα ὅσα τῶν βαφέων καὶ προπύλων βελέων μάλιστα, καὶ ὅκ τῶν ὀξὺ ὑπαντίη φερομένων, καὶ μὴ ὀξὺ ἰσοπέδως.

H

ὅπῃτυχὼς πᾶσαι βαλόμενος] Βαλομένῳ malim vt planior sit sensus.

τὰ δὲ πλάγιον τὰ ὀστέα] ὠθούμενα βέλεα tela intelliguntur quæ in latus ducuntur & ex obliquo feriunt. ὠθούμενα tamen malim, vt quæ in latus distrahunt, vellicant, & lancinant significentur. Illud autem εἴσω εἰς κεφαλὴν, ὡδὲ ἔσω ἐσφλάσιος sumit Vidius, & de osse quod medium desidit.

A [14] Τῶν δὲ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, τά τε φανερὰς ῥωγμὰς ἔχοντα καὶ ἀφανέας, καὶ φλᾶται καὶ ἐσφλᾶται ἔστιν ὅτε καὶ τῆς φύσεως τῆς ἑωυτῶν τὸ ὀστέον, τά τε τρογύλα τε καὶ πλατέα, καὶ σκληρά. καὶ τὰ μὲν ὄγκια τοῦ φλᾶται, καὶ πεπλῆγεν ποιεῖ, καὶ κώφωσιν. καὶ τὰ ἕλκεα ἧσσον τῶν τοιούτων βελέων ἐς τὸ πλάγιον. καὶ ἐν κύκλῳ ἐστὶ κοιλα καὶ ἀφεψυά τε
B μᾶλλον ἧσσον, καὶ ὑγρά ἐστι, καὶ ὅτι πλέον αἰῶνα χρόνον καθαίρεται. ἀνάγκη γὰρ τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας πύον ἡμοιρίας ἐκτακῆναι. τὰ δὲ βέλεα καὶ πεπλήκεα ὅτι πολὺ λεπτὰ ἔοντα, καὶ ὀξέα καὶ κόφα, τῷ τε σάρκα ἀφαιρεῖται μᾶλλον ἢ φλᾷ τὸ ὀστέον ὡσαύτως. καὶ ἔδρην μὲν ἐμποιεῖ αὐτὸ καὶ ἀφανῆ. ἀφαιροῦσι γὰρ τὸ ἔδρη τοιοῦτον
ἐστί. φλᾷ δὲ μάλιστα τὸ ὀστέον τὰ τοιαῦτα βέλεα σχεδὸν ῥήγνυσιν, ὅσα ἐκ τῆς φύσεως ἐστὶ ἐσφλᾶ.

[14] κατάπαν] ἄπαν exponit Galenus πανταχόθεν ἴσα, omni ex parte plana & æqualia in Exegesi, hanc planè locum subindicans, hoc est, non aspera, aut altera parte eminentia, quemadmodum sunt aculeata quædam. Telorum vero differentias duas ponit Paulus lib. 6. † Hippocrates hic duo tantùm facit telorum genera, quæ fere figura, & pondere continentur. Vtrumlibet autem generis plures sunt species.

† *Cap.* 88.

ἐν κύκλῳ ἐστὶ κοιλα] Caua fiunt huiusmodi vulnera in circuitu ob contusionem. Contusa enim caro, quæ magna sui parte à telo retuso, aut graui aut duro attingitur, in pus vertitur ac colliquescit. Humida vero reddantur propter carnis excrementa & humores qui aliunde ad partem læsam confluunt. Diutiùs etiam repurgantur & seriùs curantur ob magnam puris copiam.

ἄφαντον γὰρ ἡ ἔδρη] Hic esse locus videtur quem Erotianus profert in dictione ἴχνος, vt satis pateat ex his verbis quæ postea corruptè apud eum leguntur. Hinc enim vitiosè esse translata apparet.

D [15] Ἀλλὰ χρὴ προσέχειν τὴν ὄψιν τῇ ἑωυτοῦ ὅ, τι ἂν ἔνι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ ἐρωτῆσαι πολλὰ τῶν τοιούτων. τῷ γὰρ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον πρωϊζέντος ταῦτ' ἔστι σημεῖα. καὶ ἰὼ ὁ πρωϊζὴς καρωθῇ. καὶ σκότος παρέχηθῃ. καὶ δίνος, ἢ καὶ πέση.

Cæterùm præter id quod oculis tuis subiicitur, quicquid in osse tibi apparere videbitur etiam ex ægro requirendum: (Etenim magis aut minùs vulnerati hæc sunt indicia.) Tum si æger alto sopore detentus fuerit, aut tenebræ oculis offusæ, aut si vertigo prehenderit, aut ipse conciderit.

[15] ἀλλὰ χρὴ προσέχειν τὴν ὄψιν] Capitis aut cerebri affectiones vbi tactis oculis non parent, aut etiam præter ea quæ cernuntur & conspicua sunt, ex aegrotantibus inuestigantur. Quod Prorrhetico secundo elegantèr his verbis præcepit, πυνθανόμενος ὁ χρὴ ὅτι πάσχει ξύν τε ἄλλοισι πολλοῖσι, καὶ ἢν νεύσῃσι τὰ ὄμματα, καὶ ἢν ἀκούσῃ ἐπιτεταμένως, ἢ ἐλάσσονα ἢ μείζονα, ἢ ἀκριβῶς, καὶ ἢν τὰ ἐναντία ἢ μὴ ὁρᾷ, καὶ ἢν ὀνείρατα ἴδῃ, καὶ ἢν τὰ ἐπιτήδεια ἐπιτήδεια νομίσῃ, καὶ ἢν τὸ ἐγκέφαλον ἐσκοπέσῃ τὸ πρόσωπον. Idq; ex his locis sic translulit Cornelius Celsus. Igitur vbi cerebra pertusa, protinus requirendum est num bilem is homo vomacerit, num oculi eius obducti sint, num obmutuerit, num per nares aut ris, sanguis ei effluxerit, num concíderit, num sine sensu quasi dormiens iacuerit. Hæc enim non nisi osse fracto eueniunt. Atq; vbi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si vero etiam torpor accesserit, si mens non constat, si nervorum vel relaxatio, vel distentio secuta erit, verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam, eoq; in angusto magis spes est. Reliqua quæ hic non annumerantur signa, ex aphorismis & lib. 1. de Morb. petita, in Cois Prælectis adscripta, nobis alias abunde sunt explicata. Paulus quoque in magnis capitis fracturis vertiginem, vocis interceptionem, repentinam collapsionem apponit. Vbi verò ad membranam noxa peruenerit, biliis vomitum, conuulsionem, mentis perculsionem, & febrem acutam.

[16] Ὅστ' ἂν δὲ τύχῃ ψιλωθὲν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ἐκτὸς τοῦ βέλεος, καὶ τύχῃ καθ' αὐτὰς τὰς ῥαφὰς ἡμοιρηκὸς τὸ
F ἕλκος, χαλεπὸν γνῶναι τὸ ἔδρην τοῦ βέλεος φαίνεσθαι τὸ ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὸν γεγονός. εἴτ' ἔνεστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστιν. ἰὼ τε τύχῃ γεγονὼς ἡ ἔδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι. συμβλέπει γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ πεπχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου, καὶ δ' ἀφανὲς ὅλη τε αὐτὴ ῥαφὴ ὅση, καὶ ὅλη τοῦ βέλεος ἔδρη, ἰὼ μὴ κάρτα μεγάλη γέγονεν ἡ ἔδρη.
G προσγίνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ ὡς ὅτι τὸ πλεῖστον αὐτῇ ἐν τῇσι ῥαφῇσι γεγονὼς, καὶ γὰρ καὶ αὐτῇ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φαίνεσθαι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου, ἀφ' οὗ, ὅλη κατ' αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἡ ῥῆξις γέγονεν. ἰὼ ῥηγνύνται ὡς ὅτι τὸ πολύ. ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον, καὶ ἀφαλαὶ ἀφ' ἧς ἀπέφυσαν φύσεως τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ ἀραιότητα, καὶ
ἀφ' οὗ τε τῆς ῥαφῆς ἕτοιμης ἐούσης ῥήγνυσθαι, καὶ ἀφαλαῖ. τὰ δὲ ἄλλα τὰ ὀστέα τὰ πεφυκότα τὴν ῥαφὴν ἰὼ
H ἐν ἀρραγέα, ὅτι ἰσχυρότερά ἐστι τῆς ῥαφῆς. ἡ δὲ ῥῆξις ἡ ἐν τῇ ῥαφῇ γεγονὼς καὶ ἀφαλαὶ ὀστέου τῆς ῥαφῆς, καὶ φαίνεσθαι οὐκ εὐμαρὴς ἡ, ὅτε ἐκτὸς ἕδρης τοῦ βέλεος γεγονυῖα ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐτράφη μὲν ἀφαλαίη ἀλλ' ἔστι χαλεπώτερον φαίνεσθαι τὴν ἀπὸ τῆς φλασθείσης ῥωγμήν. συγκλείεται γὰρ τὸ γεγονὸς καὶ τὴν ὀλίγην τῶν ἐν τῷ αὐτῷ αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι, καὶ πεπχυτέραι ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου. ὅλη μὲν γὰρ ἰσχυρὰς διέστηκε, καὶ ἀφαλαίη

At vbi osse à telo nudato vulnus ad ipsas futuras fieri contigerit, teli vestigium, quod in alio osse relictum necne fuerit conspicuum est, si in futuris ipsis extiterit, asserere est difficile. Fallit enim futura ipsa reliquo osse asperior, neque constat sitne illic futura, an teli vestigium, nisi admodum magnum teli vestigium relictum sit. Accedit quoque ad teli vestigium plærumque rima ipsa in futuris existens, fractoque osse rimam asserere ideo difficilius est, quòd vbi plurimùm frangi contingit, ad futuram ipsam rima existat. Promtè enim os hac parte, ob eam quam à natura habet imbecillitatè frangitur & elaxatur, aut quia futura promptè frangi ac elaxari solet. Reliqua verò ossa futuram ambientia, quòd futura sint robustiora, citra fracturam permanent. At fractura ad futuram existens, futuræ etiam laxatio est, quam vbi fracta fuerit & elaxata, num id à teli vestigio in futura existente contingat, asserere non est facile. Verùm rimam vbi ex collisu contigerit, difficilius est asserere. Suturæ enim rimæ speciem referentes, & reliquo osse asperiores, medici iudicium & visum fallunt, nisi os vehementer dissectum sit & elaxatum.

Præcisio autem & teli sedes eodem referuntur. Sed vbi futuras vulnus attigerit, & in osse telum insederit, mentem adhibere oportet, vt qua noxa os afficiatur inueniamus. Ab æqualibus enim magnitudine telis aut similibus, aut longè etiam minoribus, similiter ac multò leuiùs vulneratus, longè grauiùs offenditur qui osse ad futuras telum excepit, quàm qui alia parte, ex iisq; plærumq; sectione indigent. Ad ipsas tamen futuras non est sectio adhibenda, verùm vbi ab his recesseris, si sectionem adhibes, in osse proximo facienda. De capitis autem vulneribus eorumq; curatione, quaque ratione latentes ossis affectiones deprehendi debeant, sic censeo.

ἐν τῷ ὀστέῳ γινομένας τὰς μὴ φανερὰς, ὧδέ μοι δοκέϝ.

A ἀλλαχοῦ ἢ ἔδρη τ' ὠὸν ὄστεον. ἀλλὰ χρὴ εἰς τὰς ῥαφὰς τὸ πρῶτον γένεσθαι καὶ τοῦτο γε τὸ ὀστέον σπείρασθε τὸ βέλος, προσέχοντα νοῦν ἀνευρίσκειν ὅ, τι πέπονθεν τὸ ὀστέον. ἀπὸ γὰρ ἴσων βελέων τὸ μέγεθος καὶ ὁμοίων, καὶ πολλὸν τε ἐλάσσοσιν καὶ ὁμοίως προῳθεῖς καὶ πολυ ἧσσον, πολλῷ μεῖζον ἐκτήσατο τὸ κακὸν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος τὸ βέλος, ἢ ὁ μὴ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος καὶ τῶν τὰ πολλὰ σπείσθαι δεῖ. ἀλλ' ὅ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς σπείρειν, ἀλλ' ἀποχωρήσαντα ἐν τῷ πλησίον ὀστέῳ τοῦ B πέρην ποιέεσθαι, ἵν' σπείρῃς. σπεῖρε δὲ ἰσχνοῖς σπάσιος τὴν ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ ὡς χρὴ ἀφελέγχειν τὰς πάσας τὰς

16 "Οτ' ἂν ᾖ τύχῃ φυλάσσειν τὸ ὀστέον] Grauissima sunt vulnera quæ ad futuras contingunt, vt scribit Hippoc. Prorrh. 2. eademq; cognitu difficilima, vt his verbis exprimit in Coacis Prænotionibus, τῷ ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων χαλεπώτατον γνῶναι τὸ κῦρ τοῖς πολλοῖς ῥηγνυμένοις. Caluus verò hic non satis est Hippocratis mentem assecutus.

συγκλείπει] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria tum manu scripta tum publicata. συγκλείπει rectè legi potest, C quemadmodum legisse Cornarium apparet (qua etiam phrasi paulò post vtitur, vt sit, simul fallit ac dolum adiuuat futura ipsa, ita vt dolum non animaduertas, hoc est, in causa est, vt teli vestigium visum & specillum effugiat, aut lateat, aut quasi furtim & latenter surripiat, supprimat, & occultat, cùm sit reliquo osse asperior, ita vt non satis constet sitne illic futura, an teli vestigium & sedes ibi relicta. Potest enim futura (inquit Celsus) eo nomine fallere, quæ æquè aspera est, vt aliquis hanc esse, etiam si rima est, existimet eo loco quo subesse hanc est verisimile. At certè συγκλείπεται hic Erotianum legisse apparet, cum scribit, συγκλείπεται ἡ ῥαφὴ αὐτὴ τῷ ὠῷ ὁμαλιζεται. Vt furtim & latenter surripiatur aut subducatur futura, itaque fallat & fallis rationibus decipiat, vt dolum minimè animaduertas. Sic enim occultatur futura, vt non satis liquidò appareat, sítne illic futura an teli sedes, quomodo à futuris deceptum se esse Hippocratem memoriæ prodidisse scribit Celsus. Hanc enim locum ab Erotiano subinde dicari existimo, quam etiam plurimum iterum in κλείπεσθαι exprimit. Nam κλείπεται ἡ ῥαφὴ αὐτὴ τῷ ὠῷ ὁμαλιζεται apud Hippocratem positum exponit. Vt certè facilè coniicias Erotianum κλίπεται aut potiùs συγκλίπεται hic legisse. Adde quòd Vidius συμβλίπεται legisse videtur, vt dictionis aut scripturæ affinitate vitium facile subortum sit. Quod etiam Caluo imposuit, qui nescio qua ratione hic capillum in futuris magis fructificare dixit. D

τ' ἄλλα τὰ ὀστέα] Locus hic in exemplaribus asteriscō subnotatus vitium arguit, ideoque Caluo errandi occasionem præbuit. Mihi sic legendus videtur, ἄλλα ᾗ τὰ ὀστία τὰ σπείροντα τοῦ ῥαφοῦ μὴ ἀῤῥαγία, aut vt in exemplaribus quibusdam manu scriptis legitur, ἄλλα τι ὀστέα.

συγκλίπουσιν δὲ τοῦ γνάμου] Elegans est phrasis qua etiam vsus est li. 5. Epid. ἐκλιψαν ὁ μὲν τοῦ γνάμου αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν ὁρίσιν ἑαυτῆσιν τὸν βίλεον τὸ σῖνον. Quem etiam locum bis annotat Erotianus.

ἀνευρίσκειν ὅ, τι πέπονθεν τὸ ὀστέον] Vt qua noxa os afficiatur, diximus, aut quodnam os afficiatur, intelligi potest, aut quanam parte, vt ἔπι etiam arrideat.

ἢ τούτων τὰ πολλὰ σφίσιν δεῖ] Horum magna pars sectionem postulat, nempe rima ex inciso & colliso osse, ἔδρη verò quæ ex inciso fit, sectione minimè indiget, vt supra dictum est. E

ἀλλ' ὅ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς σφίειν] Ad futuras cùm os sit tenuius, rarius, & imbecillius, ferramentum imponi non debet, tum quia venæ, arteriæ & membranæ illuc subeunt, quas ferro attingi periculosum est, tum quòd etiam illic exciso osse subnatus callus excrementorum fuliginosorum expirationem impediret. Declinandum igitur in sectione à futuris, & os futuris proximum secandum, vt à nostris Chirurgis in dies factitatum in opere medico experimur, dum vulnere ad futuras existente, modiolum intactis futuris vtrinque ad latera imprimunt, quò via libera puri & saniei fiat. Sic Hippocrates libr. 5. Epidem. in Autonomo, vulnere lapide in medio syncipite ad futuras inflicto, sectionem decimo quinto, etsi tamen seriùs quàm oportuerit, adhibet. Idemque in famula vulnere ad futuras existente, vbi os collisum & fissum fuerat, casu sectionem postulante, bis eam adhibitam commemorat. F

Capitis vlcus nulla re madefaciendum, ac ne vino quidem, aut quàm minimùm. Neque verò cataplasmata, neque per linamenta curationem postulat. At neque comprimendum capitis vlcus est, nisi in fronte sit, aut in parte pilis nudata, aut circa supercilium & oculum. Harum enim partium vlcera cataplasmatis & deligationis vsum magis requirunt, quàm quæ alia reliqui capitis parte fiunt, cùm à reliquo capite frons vniuersa contineatur, vlcera verò quacunque in parte fiant, ob sanguinis fluxum, ab iis quibus continentur, ad inflammationem & tumorem adducantur. At neque in his quæ in fronte sunt, toto tempore cataplasmate & deligatione vtendum, sed vbi inflammatio cessarit, & tumor conquieuerit, ab his desistendum. In reliquis autem capitis vlceribus, neque linamentis, neque cataplasmate, neque deligatione vtendum, nisi sectione opus sit.

ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ χρὴ τέγγειν θερμῷ, χρὴ δὲ οἴνῳ, ἄλλως ἥκιστα, θωρηκίζειν δὲ καταπλάσσειν, θωρηκίζειν δὲ μοτὸν τοῦ ἕλκεος ποιέεσθαι. χρὴ δὲ πιέζειν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ, ἢν μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ᾖ τὸ ἕλκος ἢ ἐν τῷ φιλῷ τῷ περὶ τὸν, ἢ περὶ τὸν ὀφρῦν καὶ τὸν ὀφθαλμόν, ἐνταῦθα δὲ γινόμενα τὰ ἕλκεα, καταπλάσιος καὶ ὑπιδέσιος μᾶλλον G χέζηται ἢ ποσὶ σὺν τῇ σαρκὶ τῆς κεφαλῆς τῆς σαρκὸς. περιέχει γὰρ ἡ κεφαλὴ ἡ σαρκὶ τὸ μέτωπον πᾶν ἐκ τῶν περιεχόντων τὰ ἕλκεα, καὶ ἐν ὅτῳ αὖ ἢ τὰ ἕλκεα φλεγμαίνει καὶ ἐπῳδοιδίσκεται δι' αἵματος ὑπῤῥοίην. χρὴ γὰρ θωρηκίζειν τὰ ἐν τῷ μετώπῳ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου καταπλάσσειν καὶ ὑπιδεῖν, ἀλλ' ἐπειδὰν παύσηται φλεγμαίνοντα, καὶ τὸ οἴδημα κυτασθῇ, παύσασθαι καταπλάσσοντα καὶ ὑπιδέοντα. ἐν δὲ τῇ σαρκὶ κεφαλῇ ἕλκος οὔτε μοτοῦν χρὴ, H

ὅτε καταπλάσσειν, οὔτ' ὑπιδεῖν, εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο.

17 Ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ] Vlcus capitis simplex maximè siccari postulat, eoque magis vbi carne nudatum est, aut membrana calluariam tegens læsa aut lacerata, cui certè eadem quæ detecto aut nudato osse remedia adhibenda esse testatur * Galenus. Atque eo nomine hoc libro longè siccior curatio quàm libro de vlceribus requiritur, teste Galeno Comm. 4. in libro de articul. quòd vulnera capitis quæ detecto osse fiunt, hîc ab Hippocrate tractentur. Quibus etiam proprio quodam nomine cephalica à veteribus medicis accommodantur, vt scribit Galenus libr. 3. Comp. pharmac. gener. Eaque curatio est quam Meges Sidonius plurimùm laudabat, vt testatur Galenus libr. 6. Method. & Eudemus in vsum continuum vsurpabat, quaque in Asia se vsurum fuisse pollicetur Ga-

* *Lib. 2. Com. pharm. κῦ πίν.*

A tur Galenus, & ab ea plurimos seruatos egros facetur. Quam ob rem vnus ille dies plurimis Cataplasmatis medicamentis & Cephalicis celebratur, inuictissimè, est quod ** Austa aduersus emplastrum nigrum deferibunt, & quod ad Mithridatem referatur, vel quod Dolleonti tribuitur, vel his empastrum Epigonis dictum. Aut quales arida † Cephalica ex veteribus † Galeno celebrantur, aut quæ propterea quidam ad Sesos [illegible] essent, veteque cephalica dicuntur, ex libro Illyrici erui, earum & lapinorum farina, mucus, tragacantha gummi, bryoniæ & panacis Heracleæ radice, magno vinum [illegible] constant. Quibus ex Auicennæ consilio, myrrha, sarcocolla, sanguis draconis, aliaque huiusmodi detergere & siccare absque morsu nata, adiiciuntur, vt caluariæ medeantur, deinde etiam reliqua ossa carne contegant. Alia verò est curatio quam blandissimam vocat Galenus † †, eaque plærosque vti, Romæque præcipue à multos vsurpari fatetur, quæ superfluum [illegible] est aduersis, quod per medicamenta fomentia, dolores lenientia, ac inflammationes arcentia obtinuatur, quale est rosaceum incipiens, quod describit libr. 2. ᾗ πάν, & lib. 2. de fac. simpl. medicam. "Sic ibidem lib. 10. nihil melius in capite posse inueniri posse, docuit Galenus,

B quàm vt rosaceo probe vtare. Eodem quoq; modo ad capitis affectiones, vbi detecta esset dura membrana sanguinem cohibendum cum rosaceo mero affundebant † (teste Galeno) qui seruatos Romæ eorum quibus periniuria facta capitis esset, nos quoque ab vsu rosacei contra [illegible] sanguinem offensos nouisse scribit. Idem etiam lib. 2. Comp. ᾗ πάν. Cassia cerebri vulnera nudæ oblatum rosaceum, quemadmodum in his quibus caluariæ os exciditur esse fieri consueuit, [illegible] imperfectum adhibitum probat. Sic quoque membranam cerebri vulneratam egregiè conglutinare consuetum [illegible] inspersa, & [illegible] addita insperso ex Archigene sebum, deinde butyro & rosaceo, ac adipe tandem vtrisque admixto, vsum [illegible] & [illegible] Vtrum eiusmodi curatio cum superiori, quæ per valde siccantia medicamenta præstatur plurimùm aduersetur, simplici vulneri non adhibetur, sed doloris & inflammationis præcipuam rationem habet, quibus etiam carnis contusio & membranæ laceratio adiuncta est. Ideoq; blandis huiusmodi medicamentis ad lenientibus, moderatéq; temperatis, aut [illegible] exantiquorum medicorum præscripto. Celsus certè detectam membranam acri aceto respergit, vt siue aliquid sanguinis ex ea

C profluat, coëbeatur, siue intus concretus cruor tenuetur, dissoluatur. Tum medicamentum aliquod ad cephalica, aut mollitum ipsi membranæ imponit. Super id linamento latius quàm vulnus est, eodem medicamento illinito & prædicta lanam succidam aceto tinctam adiicit, ægrum loco tepido collocat, & curandum quotidie vulnus, bis etiam æstate præcipit. Quod si membrana per inflammationem intumuerit, rosam tepidam infundit. Si usque eò tumebit, vt super ossa quoque emineat, eam coercet bene trita lenticula, vel fabis vna comminutis, & cum recenti vel butyro vel adipe anserino mistis [illegible] ex iis [illegible] emollit. At si parum pura membrana videbitur, parem modum [illegible] super inijcit, eiusque contusi sui cassiæ vnum aut alterum linamentum imponit, & super lineola cum medicamento illitum, ea contegit. Vbi plus pura membrana est, eadem ratione medicamento ceratum ex rosaceo adhibet, quod carnem [illegible] præcipiat. Paulus verò aperta caluaria lineolum simplex pro magnitudine vulneris, rosaceo imbutum, membranæ integit, & lanæ flocculum paruum rosaceo similiter [illegible] per dictæ lineolo imponit. Deinde complexum duplex linteolum vino & aceto subactum, aut etiam ipsum [illegible] cum vulnere circumpsit, omnia deinde vt ne membrana putrescat, aut inflammationem vincula. Tertio autem die facta solutione & per spongias detersione, cruentis vulneribus dicata curatione vtitur, aut etiam inflammationem

D arcente, & membranæ pusillum aliquem siccum ex cephalicis inspergit, & vulnus siccantibus nutrit ad carnis generationem vsque. Quòd si membrana inflammatione [illegible] cum rosaceo tepidum, & perfusione ei facta [illegible], aut seminis lini, aut chamæmeli & similium vtitur. Cataplasmatis etiam ex cruda hordeacea farina, & semine lini cum prædicto decocto, & adipe gallinaceo. Iniectionibus quoque per lotium in capite & occipite [illegible] instillando etiam auditoriis meatibus oleum quodam ex his quæ inflammationem arcent. At [illegible] Chirurgi nouæ etiam illidem curationis vestigia inflant, dum detecta membrana rosaceum per se, aut etiam lineolo excepto respergunt, & medicamentum ex ouo vitello, cerebrinis & rosaceo repente temperatum, ad alii quot dies imponunt. Cassia quidem exsiccandi vis facultate mixti & blandi inflammationes arcet, & dolores

E lenendo prohibeat. & quicquid ad suppurationem tendit, pus leniter mouendo, breuiter respergunt & abstergunt, ex nudo cephalicis quibusdam respersis, vlcus auctum, & carnem generant. Quod si vlcus minimè purum fuerit, aut pure se tumidet, linamenta sicca adhibentur, aut magis detergente medicamento vtamur, quod ex farina hordeacea, mulle rosato & vitello ouino constat, adiecto interdum rosaceo, aut horum vice tunda cephalica admiscentur, & super membranam modò rosaceum collectum adiecto rosaceo aspergitur. Tunc etiam vino austero rubro cum rosaceo immisto abstinentium est antiquorum [illegible] aliaque genus lineolum madens & expressum calidam superimponitur. Demum ad emplastra cephalica, aut quod ex betonica in officinis profitetur, vnguentaria dei vulgo dicitur, aut ad cætera eiusdem generis excogitata medicamenta [illegible] quæ vi exsiccante & roborante, ossa [illegible] implent, cicatrice claudant, tandemq; curationem absoluant. Hæc sunt veteris ac recentioris disciplinæ experimenta, in quibus magna medicamentorum copia luxuriant, nidemque curationis scopis adhibitis, ad capitis vulnera & affectiones non [illegible] conuenient. Quòd ad literam attinet, ἀλλ' ὡς ἔστιν lego cum exemplaribus quibusdam manu scriptis.

F

** *Lib. 2. ᾗ πάν.* † *Lib. 5. ᾗ πάν. Cap. 27.*

†† *Lib. 6. Meth.*

† *Ibidem.*

ἀνακατασκευάσεων] Cataplasmata quæ vim suppurandi & emolliendi habent, vlceribus simplicibus sunt inimica. Sola enim vlcus sordidum & putulentum reddunt, cum concoquant & collectam materiam in se vertant, parem etiam elaborent, & vitio quodammodo exhibeant. Sunt alia cataplasmata quæ lenendi ac resoluendi facultatem habent, & vbi à [illegible] est, aut inflammatio, aut tumor metuatur, adhiberi possunt. Eodem quoque modo capitis vlcera quæ medicamentis [illegible] sunt, linamentum curationem immutè requirunt. Pinguia enim & quæ ἁπαλὰ Medicis dicuntur, quia inuncta linamenta adhærent, nodatis [illegible] in capitis [illegible] vtimur, præcipueque capitis, sunt inimica, vt scribit * Galenus. Aliquando [illegible] & linamenta vtimur vbi [illegible] illinitur, & nimius est hæmorrhagiæ, aut vbi vulnus vt pus educatur est ampliandum, vt paulò post scribemus. Sic [illegible] capitis [illegible],

G vbi sanguis fertur, spongia subinde in aceto tincta eum cohibet, occupandumque obductis linamentis prædictis, & caput altius excitandum.

* *Lib. 5. ᾗ πάν.*

δεσμοὶ καὶ ὅλως ἐπιδέσεις] Deligationis vsum aut curationis quæ fit per fasciam in capite retinet. Duo namq; cùm sint deligationis genera, [illegible] vt scribitur ἐν τῷ περὶ ἐπιδέσεων eademq; partim medeatur aut medicaminibus inditum, inuolutis in capite vsus est. Vincula verò partibus adhibentur vt vulneris ora inducta commodiùs [illegible] partim retinant, partim expellant, quales in ossium fractionibus adhibentur, vnde deligatio [illegible] medicaminibus vtilis in capite inutilis est. Eam quoque in [illegible] sit positum, neque fluxioni aut inflammationi sit opportunum, neq; vt cæteris partibus vincula conuenienter adhiberi queant. Ac neq; cùm cataplasmata aut linamenta requirat, deligationem quæ contineat adhibere oportet, nisi vbi inflammationis aut suppurationis causa medicamentis opus sit. Tum enim fasciis aut deligatione opus est, in quibus [illegible] vsus est, ex quibus [illegible] ratio ab antiquis deprehensa est. Galenus etiam lib. 2. Meth. cum de deligationum quam in aliis tradit, tum [illegible] rationem inuenit, capiti adaptari non posse testatur, neq; quod affluxum reprimat, nec quod in aliis partibus [illegible] præstat. Idem, ossis sectionem esse necessariam, quò videlicet detergere & abluere saniem à membrana liceat, post verò cum phlegmones tempus præcerit, omniaq; ad vnguem sunt carnem producere, ac cicatrice claudere.

ὑπὸ μὲν τῶν αἰσθητῶν ἢ τῶν ὀστῶν] Frons cum detecta sit & toto reliquo capite carendum, eademq; vtilitas quæ à capite illæso ferantur, recipiat, fluxionibus ac inflammationibus est opportuna magis, quod venæ [illegible] & [illegible] & [illegible] & finus se componerent. Atque eo nomine remedia inflammationibus dicata recipiendo [illegible] & deligationem. Deinde cùm frons [illegible] capite contineatur, illuc à capite materia transmittitur & confluat, velut à superioribus [illegible] vbi tum [illegible] humorum impetus fertur, vnde & inflammationes & tumores oriuntur.

Sectionem autem postulant capitis & frontis vlcera, vbi os quidem carne nudatum fuerit, aut sub telo noxiam aliquam sensisse videatur. Ipsa verò vlcera vbi non satis idoneam habent longitudinem & latitudinem qua perspici possit nunquid os sub telo malè affectum sit, aut qualemnam noxiam senserit, aut quantum quidem carnis collisum sit, & quantum offensionis os senserit, contraq; num os à telo inuiolatum manserit, nihilque mali senserit, & quanam curatione tum vlcus, tum caro, tum ossis offensio opus habeat. Eiusmodi sanè vlcera sectionem postulant. Atque etiam vbi os quidem carne nudatum fuerit, vlcera autem obliquam quandam cauitatem habeant, abundè cauum incidere oportet, vbi medicamentum, quodcunq; opus fuerit, non facilè peruenire potest. Sed & vlcera orbiculata & admodum caua eiusmodi quoque incidere oportet, vt orbe in longitudinem bifariam diuiso, prout est hominis natura, vlcus longum efficiatur.

[18] Τάμνειν δὲ χρὴ τῶν ἑλκέων τὸν ἐν τῇ κεφαλῇ A
μυρμηκώδεων, καὶ ἐν μετώπῳ, ὅπη ἂν τὸ μὴν ὀστέον ψιλὸν ᾖ
τῆς σαρκὸς, καὶ δοκέῃ τι σῖνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος. τὰ δὲ
ἕλκεα μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος τοῦ μήκεος καὶ τοῦ βάθεος,
ἐς τὸ σκέψιν τοῦ ὀστέου εἰ ἢ πέπονθεν ὑπὸ τοῦ βέλεος κακὸν, καὶ ὁποῖόν τι πέπονθεν, καὶ ὅσον ἡ μὴν σὰρξ
πέφλασται. καὶ τὸ ὀστέον ἔχῃ τὸ σῖνος. καὶ ἢν αὖ τε εἰ ἀσινὲς τέ ἐστι τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος, καὶ μηδὲν πέπονθε κακὸν. καὶ ἐς τὴν ἴησιν, οἵης δεῖται ἰητρικῆς τὸ τε ἕλκος, καὶ ἡ σὰρξ. B
καὶ ἡ πάθη τοῦ ὀστέου. τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν ἑλκέων τομῆς
δεῖται. αἰ καὶ μὴν ὀστέον ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς, ὑποκοιλα-
δὲ ἢ ἐς πλάγιον ὀφείλει ἐπανατέμνειν τὸ κοῖλον, ὅ-
κου μὴ δύχρεὲς τῷ φαρμάκῳ ἀφικέσθαι, ὁκοίῳ ἂν τινι
χρῇ. καὶ τὰ κυκλότερα τῶν ἑλκέων. καὶ ὑποκοιλα ὅτι πολὺ,
καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπανατέμνων ⟨ω⟩ κύκλον διχῇ κατὰ μῆκος, C
ὡς πέφυκεν ἄνθρωπος, μακρὸν ποιέῃ τὸ ἕλκος.

[18] τάμνειν δὲ χρὴ] Hîc agitur de sectione quæ fit per scalpellum, vbi certè incisa plaga ampliatur & vulnus dilatatur. Cuius tria genera facit. Primum vbi os nudatum conspicitur, verisimileque est sub telo vitiatum esse, sed vulnus angustius, quam vt vitij genus pateat, aut curationem per medicamenta recipiat. Alterum vbi vlcus intus cauum est & cauernosum, exitus autem ita angustus, vt neque repurgari, neque intus nutriri per medicamenta possit, ideoq; transuerso ducto scalpello via amplianda est. Tertium est vlcus rotundum & orbiculatum, cuius orbem duabus lineis diuidit, prout est hominis natura, vt vlcus in longum extendatur, eoque modo angulum faciat, ex quo faciliùs carnis initia ducantur, ea impleatur, & callus generetur. Sic libro de vlceribus vlcera orbiculata, aut per totum, aut per circuli dimidium incidere præcipit, pro hominis longitudine, vbi quod hîc scribitur, ὡς πέφυκεν ἄνθρωπος, dicit, κατὰ μῆκος τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου. Celsus quacunque de causa curatio necessaria sit, si nondum satis cutis patefacta est D
latiùs aperiendum præcipit, donec quicquid læsum est in conspectu sit. Plagam si ex vulnere est, talem necesse haberi qualem acceperimus. Si manu facienda est, eam ferè commodissimam esse, quæ duabus transuersis lineis literæ X figuram acceperit. Paulus etiam cutis sectionem fieri iubet per duas lineas transuersas ad rectos angulos se intersecantes, ad literæ X similitudinem.

ὑποκοιλα ὃ δεῖ πλάγιον] Hîc codicum pluralitatem sequimur, vt vlcera in latus & obliquam quandam habeant cauitatem. Potest & accipi ἐς πλάγιον ὀφείλει ἐπανατέμνειν, quomodo in quibusdam exemplaribus scribitur, vt in latus aut transuersa abundè sectio fiat, quem sensum secutus est Vidius. Cæterùm lubenter lego, κἂν ᾖ τι τοῦ ὀστέου, velut in quibusdam exemplaribus manu scriptis legitur, & ἐρικόσι pro ἀφικέσθαι, vt & ὁκοίου ἂν τινος χρίηται non malè legi posse existimo.

At in capitis sectione cæteræ quidem capitis partes tutò secari possunt, tempus verò & quod adhuc supra est, iuxta venam quæ per tempora fertur, hæc inquam regio secari non debet. Neruorum enim distentione prehenditur qui sectus est. At si sinistra tempora secta fuerint, dextra conuulsio prehendit, sin ad dextra sectio fuerit, sinistra conuelluntur.

[19] Τάμνοντι δὲ κεφαλὴν, τὰ μὲν ἄλλα τῆς κε-
φαλῆς, ἀσφαλείην ἔχει τεμνόμενα. ὁ δὲ κρόταφος, καὶ
ἄνωθεν ἐπὶ τὸν κρόταφον, καὶ τὴν φλέβα, τὴν παρὰ τὸν E
κροτάφου φερομένην, τοῦτο δὲ δὴ χωρίον μὴ τάμνειν.
ἀσπασμὸς γὰρ ὀπισθοτονικὸς ⟨ω⟩ τιμηθέντα. καὶ ἢν μὲν
ἐπ' ἀριστερὰ τμηθῇ κρόταφον, τὰ ὀπίσθια ὁ ἀσπα-
σμὸς ὀπισθοτονικός. ἢν δὲ ὀπὶ τὰ δεξιὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ὁ ἀσπασμὸς ὀπισθοτονικός.

[19] Τάμνοντι δὲ κεφαλὴν] Sectio in temporibus, tum cutis, tum ossis, admodum periculosa est, conuulsionemq; accersit, ideoque in incisione cutis caluariam tegentis, à temporibus scalpello abstinet Hippocrates, ob eas causas quas supra adduxit. Ex venis enim iugularibus magna pars post aures fertur & ad tempora tendit, arteriæque καρωτίδες ex magna arteria sub clauicula iuxta asperam arteriam intrò & extra latæ, per ossa temporum vario complexu in cerebrum disperguntur, vnde & metus hæmorrhagiæ impendet. Est & connexio maxillæ inferioris cum capite, quæ iuxta tempora cum musculi temporalis tendine validissimè committitur. Musculus quoque temporalis multum validus ac neruosus in cauitate temporum reconditur, à cerebri tertio & quinto neruorum pari surculos recipiens, propeque ipsum contingens, solo osse eoque infirmissimo, à cerebro ipsiusque membranis diremptus. Iisque ex causis nil mirum est temporum sectiones periculum hæmorrhagiæ, tum conuulsiones, tum delirij, tum febrium, tum resolutionis ac soporis adferre, διότι παντελῶς κακόηθες καὶ κερσώδεις αἱ κροταφίτιδες γίνονται, vt scribit Hippocrates libro de artic. καρώδεες γὰρ εἰ μούνης ἅπτοιτο τῆς ἀλλοιοτάτης τῶν ἐντεινόμενοι φύσιν. Conuulsionis verò metum temporum vulnera adferre testatur Hippocrates in Prorrhetico. ἆρα γε καὶ ἀπὸ κρόταφον ὀστέων διαχωρεόντων ἀσπασμὸν ὀπισθοτόνους; Et in Coacis Præsagiis, ἦσσον αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαφορήσεις ἀσπασμώδεες; At conuulsionem ex contraria vulneris parte in temporum sectione ibidem commemorat his verbis, ὁκόσοισι κρόταφος τέμνεται, ἀσπασμὸς ἐκ τῆς ἐναντίων τῇ τομῇ ὀπιγίνεται. Cuius quidem rei causa vt subobscura est, ita magnam habet in re medica quæstionem. Quam etiam minimè explicatu facilem indicauit Hippocrates in Prorrhetico, cùm huius conuulsionis in temporum præcisione causam exquirens, tria posuit ex quibus nata videretur conuulsio, τὸν ἀπὸ τὸ κρόταφον ὀστέων διαχωρίσιν, τὸ πάθος, καὶ τὸ αἱμορραγίαν. Verùm illud certè maximè referri posse videtur, ad partium inter se cognationes & germanas quasdam necessitudines, quas ἀδελφίξιας vocat Hippocrates libro de artic. & plurimæ visuntur in neruorum extensionibus & musculoso genere, adeoque inter se contentientes habent affectiones, vt vno læso alterum compatiatur ac condoleſcat. Sic musculis vnius partis præcisis aut resolutis, alterius partis musculi velut conuulsi in sese colliguntur & contrahuntur. Eodemque modo musculis ab altera maxillæ parte resolutis, sanam partem breuiorem fieri & contrahi, ad eamque læsam sequi velut musculis ad sua initia collectis, scribit Galenus Comment. 3. in librum de artic. Temporum igitur sectio, siue ossis, siue cutis intelligatur, cùm multis de causis suspecta sit, iure optimo ex Hippocratis consilio vitanda est. Etsi vbi fractura ea ossa occuparit, paulatim declinato musculo & ab osse di- H
ducto, vitatis quoque venis & arteriis carotidibus, os extrema parte & superiore, ne cerebrum deorsum excidat, aperire licet. Sic Galenus in fine lib. 6. Meth. med. luculenta fractura in temporis osse longissimè pertinente, syncipitis osse tantùm excisò, hominem sanati restituit. Celsus quoque in hac arte eximius, cutis sectionem ad tempora non penitus refugit, neque hæmorrhagiæ periculum omninò reformidat, cùm scribit. Neque id vitium vllum metum nisi inter musculos, qui tempora continent, adfert, sed ibi quoque nil tutius fit.

A [20] Ὅτ' αὖ οὕτω τάμνης ἕλκος ἐν κεφαλῇ ὀστέων ἕνεκα τῆς σαρκὸς ἐψιλωμένων, ἤλων εἰδέναι εἰ ἢ ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ὑπὸ τοῦ βέλεος. ἢν μὲν οὖν ἔχῃ, τάμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τοιοῦτον, ὅσον αὖ δοκῇ αὖτῳ χρῆναι. τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἢ πρὸς τῇ μυΐσκῃ καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκεν. ἔπειτα ξαμμοτῶσαι τὸ ἕλκος πολλῷ μοτῷ, ὅτι μὴ αὖ θυρώσαντα τὸ ἕλκος πρέξῃ

B ἐς τὴν ὑστεραίην ξυὺ ἐλαχίστῳ πόνῳ. μοτώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι ὅτῳ αὖ χρῄσιμον ᾖ τῷ μοτῷ, μάζῃ ἐκ λεπτῶν ἠφίτων, ἐν ὄξει ξαμμάσειν ἢ ἕψειν καὶ γλίσχρῳ ποιέειν ὡς μάλιστα.

Vbi igitur ossium carne nudatorum causa vlcus in capite secatur, vt cognoscas, sub telo os aliquod vitiũ senserit necne, vulnus ea magnitudine superiore parte, quanta opus esse videbitur, secari debet. Cum autẽ inciditur, carnem quæ ossi & membranæ adhæret, ab osse diducere oportet. Tum linamentis vlcus implendum, quæ in posterum diem quàm minimo labore vlcus amplissimum exhibeant. Admotis linamentis, cataplasmate quamdiu linamenta adhibentur vrendum, maza ex tenuissima polenta ex aceto subacta & incocta, vt quàm maximè glutinosa reddatur.

[20] Ὅτ' αὖ οὕτω τάμνης ἕλκος] Celsus. Quacunque autem de causa curatio hæc necessaria est, si nondum satis cutis patefacta est, tutiùs aperienda est, donec quicquid læsum est in conspectu sit. In quo ipso videndum est, ne quid ex ipsa membranali quæ ossa circumcaluariam cingit, super os relinquatur. Siquidem hæc scalpro terebrisve lacerata, vehementes febres cum inflammationibus excitat. Itaq; eam commodius est ex toto ab osse diduci. Paulus vulnere duabus sectionibus ampliato, deinde quatuor angulis in vertice excoriatis, vt os quod perforandum est totum denudetur, siquidem sanguinis eruptio fit, linamenta postea imbuta imponit, sin minus sicca. Caro autem & membrana, quæ per ligamenta & fibras ossi & membranæ cerebrum tegenti adhæret, specillo buxeo aut osseo diducitur, & ab osse sustollitur. Alioqui ea dilaniata hæmorrhagiæ metum iniicit, ideoq; linamentis vlcus impleri præcipit, tum vt sanguis cohibeatur, tum vt vulnus amplietur. Quam in rem medicamenta ex albumine oui, bolo Armena, & puluere myttillorum ac rosarum chirurgi comparant. Eo quoq; nomine hic cataplasmata quæ siccent & reprimant adhibentur, ex farina hordei tosti aceto subacta & incocta, sic vt maxime adhæreat & emplastica fiat (quam hic mazam vocat) quò magis fluentem sanguinem cohibeat, nonnihilq; doloris leniat, & inflammationem propellat. Est enim μάζα Hippocrati, vt testatur Erotianus, σύγκριμα ἐξ ἀλφίτων ἢ ἀνόμφων, ποτὲ μὲ μὴ ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μὴ ὀξυκράτου ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μετ' ὕδατος.

[21] Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπειδὴ ἐξέλῃς μοτόν, καὶ ἴδῃς τὸ ὀστέον ὅ, τι πέπονθεν, ἐὰν μή σοι καταφανὴς ᾖ ἡ τρῶσις, ὁποίη τίς ἐστιν ἐν τῷ ὀστέῳ. μὴ δὲ ξαγινώσκῃς εἰ τε τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ἐν ἑαυτῷ, ἢ καὶ οὐκ ἔχει. τὸ δὲ βέλος δοκῇ ἀφικέσθαι ἐς τὸ ὀστέον καὶ συνάσσειν. ἐπιξυστέον χρὴ τοῦ ξυσῆσι καὶ τῇ βαθυσκαφέϊ καὶ τῇ μήκεϊ τοῦ αὐλοφθόου ὡς πέφυκεν. καὶ αὖτις εἰ ἢ καφσιν τὸ ὀστέον τῶν ῥηξέων ἕνεκα τῶν ἀφανέων ἰδεῖν, καὶ τῆς φλάσιος ἕνεκα τῆς ἀφανέος τῆς οὐκ ἐσφλωμένης εἶσω οὐκ ἢ φύσιος

D E ἢ κεφαλῆς τὸ ἀληθὲς ὀστέον. ἀξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μᾶλλον, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἐῶσιν αὖται αἱ πάθαι ὅσαι ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ βέλεος. καὶ ἢν ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ βέλεος, ἐπιξυστέον χρὴ αὐτοῦ τε τοῦ ἕδρου τῷ βέλεος, καὶ τὰ περιέχοντα αὐτοῦ ὀστέα, μὴ πολλάκις τῇ ἕδρῃ περιξήνηται ῥῆξις, καὶ φλάσις, ἢ μοίνη φλάσις. ἔστι δὲ λανθάνη ἃ καταφανέα ἐόντα.

Postridie exemptis linamentis vbi os affectum conspexeris, si cuiusmodi plaga in osse fuerit non sit tibi conspicua, neque diiudices os mali aliquid in se receperit, necne, telum autem ad os peruenisse ipsumque offendisse videatur, id scalpro rasorio in altitudinem & longitudinem, prout ex hominis natura, radendum est, atque etiam si transuersum os fuerit, ob rimas quæ in conspectum non veniunt, aut collisionem non apparentem, vbi os medium non defederit, neque sua natura ab altero capitis osse intrò recesserit. Vbi nanque os deraseris, magis deprehendes ossis ex telo affectiones, si alioqui in conspectum non venerint. Ac si teli vestigium in osse conspiciatur, ipsum quoque eradendum est, tum circum ambientia ossa, ne cum sæpè ad teli vestigium fissum & collisum, aut collisum tantum accedat, ea postea lateant neque in conspectum veniant.

F [21] Ἢ αὖτις εἰ ἢ καφσιν] Hæc verba indicant non solum os in longitudinem & altitudinem scalpro deradendum, sed etiam obliquum & transuersum, vbi os fissum est & collisum, neque ossis vitium satis conspectui patet. Has enim ossis excauationes antea plærunque latere scripsit. Est autem ξυσὴρ scalpellus rasorius, quo in explorando ossis vitio vtitur Hippocrates. † Galenus ξυσῆρας στενοὺς simplici fracturæ adhibet, & scalpellos angustos multorum generum accommodatos requirit, donec ad angustissimos deueniat. Iis quoque in simplici fractura vtitur †† Paulus. Et Celsus in rima non satis manifesta, inductum super os atramentum sutorium scalpro deradendum suadet, quod etiam postea fieri præcipit Hippocrates. Hunc autem locum valde certè obscurum aliter sumpsit Caluus. Et certè non malè sic mihi constare posse videtur, etti acutissimas doctissimorum virorum coniecturas hic non improbo.

† *Lib. 6. Meth.*

†† *Lib. 6. cap. 90.*

G καὶ τῆς φλάσιος ἕνεκα] Hoc est, vbi collisum non apparet, neque ita collisum os est vt medium os desidat, aut intrò à suo statu & altero capitis osse recedat. Sic enim collisum, cùm intrò deprimatur, volsellis forficibus, forcipibus & vectibus, non radula, indiget.

ἀξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μᾶλλον] Os vitiatum aridum fit & colorem immutet necesse est. Et in eradendo eousque perseuerandum donec ossis vitium detegatur, aut color pristinus redeat, aut iam aliquid cruoris se prodat, quæ integritatis nota est, vt scribit Celsus.

ἢν δὲ ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ] Vbi teli vestigium in osse impressum relinquitur, scalpri duplex vsus incidit, vt & fissum & collisum, aut collisum tantùm (quæ plerunque ad sedem accedunt) deregantur, aut asperitas ossis, quæ quibusdam velut aculeis pungentibus dolores mouet, & medicamentorum vsum impedit, tollatur. Circumradendæ igitur læuandæque sunt oræ, & os quoque totum læuandum, vt sine noxa postea caro increscat, quæ aspero osse innascens, protinus non sanitatem, sed nouos dolores mouet.

[22] Ἐπειδὴ δὲ ξύσῃς τὸ ὀστέον τῷ ξυσῆρι, ἢν μὲν δοκῇ ἐς τρῖσιν ἀφίκειν ἡ τρῶσις τοῦ ὀστέου, τρίειν χρὴ καὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν ἀπείρονα, ἀλλ' ἐν τούτῃσι τρίειν, ὅπως τε καὶ τῆς θερμῆς ὥρης, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς

Postquam autem os scalpro eraseris, si quidem ossis vulnus ad sectionem tendere videatur, intra triduum ad sectionem veniendum, nequo id spatium citra sectionem superandum, idque præcipuè si calida anni tempestate ab initio curationem

fuſceperis. At ſi os quidem fiſſum ſuſpiceris, aut colliſum, aut vtrunq; ex vulnerati ſermonibus de vulneris magnitudine coniecturam faciens, quod à robuſto vulnus illatũ ſit, ſi alter ab altero vulneratus fuerit, quodq; telum quo vulnus eſt inflictum ex eorum eſt genere quę noxam inferunt, tũm quia æger vertigine correptus fuerit, aut tenebræ oculis offuſæ, aut alto ſopore detentus conciderit. Quæ quidem vbi inciderint, niſi dignoſcas osne fiſſum ſit aut colliſum, aut vtroque modo vitiatũm, neque alia ratione conſpicere liceat: ſuper os atramentum ſcriptorium medicamento aliquo nigro liquato maceratum inducendum, vlcuſq; ſubiecto linteo oleo madefacto, deinde cataplaſmate ex maza impoſito deligãdum, poſtridie verò vlcere reſoluto ac repurgato os deradendum. Et ſi integrum non fuerit, ſed fiſſum & colliſum, reliquum quidem os eraſum album erit. At fiſſum & colliſum, in ſe medicamentum nigrum dilatum recipiens, reliquo oſſe albo exiſtente, nigrũ conſpicietur. Verùm iterum rimam ipſam in conſpectum venientem altè radere oportet. Ac ſi quidem radendo rimam eiuſmodi nigram viſam exemeris & deleueris, colliſum quidem os plus aut minùs fuit, ex quo rimam accepit quam ſcalper raſorius deleuit. At rima deleta res minùs terret minuſq; negotij exhibet. Vbi vero altiùs deſcendit, neq; radendo eximi poteſt, in hoc caſu ad ſectionem deueniendum eſt. Cæterùm ſectione vtentem in reliquo ad vlceris curationẽ intentum eſſe oportet, cauendumque eſt ne os à malè curata carne aliquid vitij contrahat. Os enim ſectionem expertum, & alioqui nudatum, integrum tamen, aut quod à telo offenſionẽ accepit, ſed integrũ videtur, magis periclitatur ne purulentũ euadat, quamuis id aliàs futurum non ſit, tum ſi caro os ambiens malè curetur, tum inflammationem concipiat, & conſtricta ſit. Igneum enim euadit multoq; ardore redundat, ſaneq; os ipſum ex ſuperiectis carnibus calorem, incendium, perturbationem, pulſum, cæteraq; vitia quibus caro vexatur, in ſe inducit, ex hiſque hoc modo purulentum euadit.

τὸ ῥῆμα. ὧν δὲ ἐπιπολάσης μὲν τὸ ὀστέον ἐρρωγμένον, A
ἢ πεφλασμένον, ἢ ἀμφότερα ταῦτα, τεκμηριούμενος
ὅτι ἰσχυρῶς πέπτωκεν ἐκ τῶν λόγων τοῦ τρωματίου.
καὶ ὅτι ὑπὸ ἰσχυροῦ τοῦ τρώσαντος, ὡς ἕτερος ὑφ' ἑ-
τέρου τρωθῇ. καὶ τὸ βέλος ὅτῳ ἐτρώθη, ὅτι τῶν κα-
κοήθων βελέων ὦν. ἔστιν ὧν καὶ ἄνθρωπον ὅτι δίνος
τε ἔλαβεν, καὶ σκότος, καὶ σκαφώδη κατέπεσεν.
τούτων δὲ οὕτω γινομένων, ὡς μὴ διαγινώσκῃς εἰ ἐρ- B
ρωγε τὸ ὀστέον, ἢ πέφλασται, ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα, μήτε
ἄλλως ὁρῶν, δεῖ δηλονότι τὸ ὀστέον τήκειν τῷ μελάνατον
διδόντα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ. τὸ τε
ἕλκος ὑποτείνας ὀθονίον ἐλαίῳ τέγξας, εἶτα καθα-
τώλασιν τῇ μάζῃ ἐπιδήσας. τῇ δ' ὑστεραίῃ, ἀπο-
λύσας καὶ σκαφίδας τὸ ἕλκος ὑπιζύσας. καὶ ὡς μὴ ἢ
ὑγιές, ἀλλ' ἐρρωγὸς καὶ πεφλασμένον ἢ, τὸ μὲν ἄλ- C
λο ἔσται ὀστέον λευκὸν ξυόμενον. ἡ δὲ ῥωγμὴ καὶ ἡ
φλάσις καλαχίνης τοῦ φαρμάκου δεχομένη τὸ φαρ-
μακον ἐς ἑωυτὴν μέλαν ἔσται, ἔσται μέλαινα, ἐν λευ-
κῷ τῷ ὀστέῳ τῷ ἄλλῳ, ἀλλὰ χρὴ αὐτὴν τὴν ῥωγμὴν
ταύτην φανῆσαι, ὑπιζέειν χρὴ βάθος· καὶ ὡς μὴν ὑπι-
ζύων τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανῆσαι μέλαιναν ἐξέλης D
καὶ ἀφανέα ποιήσῃς, φλάσις μὲν γεγένηται τοῦ ὀστέου
ἢ μᾶλλον ἢ ἧσσον, ἥλις μὲν ἔρρηξε καὶ τὴν ῥωγμὴν τὴν
ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ξυσῆρος. ἧσσον δὲ φοβερὸν
καὶ ἧσσον αἱ φλέγματα ἀπ' αὐτῆς ἧκιστ' ἀφανισθείσης τῆς
ῥωγμῆς. ὡς δὲ καλὰ βάθος ἢ καὶ μὴ ἐθέλῃ ἐξιέναι
ὑπιζυομένη, ἀφίκει ἐς φρένας ἡ τοιαύτη ξυμφορή. ἀλλὰ
χρὴ φρόνιμα τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν τὸ ἕλκος. φυλάσσε- E
σθαι δὲ χρὴ ὅπως μή τι κακὸν ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον ἀπὸ
τῆς σαρκός, ὡς κακῶς ἰητρεύσηται. ὀστέου γὰρ καὶ πε-
φρισιμένου, καὶ ἄλλως ἐφιλωμένου, ὑγιὴς δὲ ἐόντι, καὶ
ἔχοντί τι σῖτος ὑπὸ τοῦ βέλεος, δοκέουσι δὲ ὑγιὴς εἶ,
κίνδυνός ἐστι μᾶλλον ὑπόπυον γενέσθαι· ὡς καὶ ἄλ-
λως μὴ ὑέλλῃ, ὡς καὶ ἡ σὰρξ ἡ περιέρχουσα τὸ ὀστέον
κακῶς ἠρεθισμένη, καὶ φλεγμαίνη, καὶ περιστοιχίζη. πυρετώδεες γὰρ γίνονται, καὶ πολλοῦ φλεγμοῦ πλέον. καὶ δὴ τὸ ὀστέον ὑπὸ F
τῶν περιεχουσῶν σαρκέων ἐσίεσθαι τε καὶ φλεγμαίνειν, καὶ ἄσηδον ἐμποιεῖν καὶ σφυγμόν. καὶ ὅσα σὰρξ ἡ σὰρξ ἔχει κακὰ ὑπ'
ἑωυτῆς, ἢ ὑπ' ἄλλων ὧδε ὑπόπυον γίνεται.

[22] ἐπιδεῖν τῇ ξύσῃς τὸ ὀστέον] In omni fiſſo fractóve oſſe protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id excideret. Sed multò melius eſſe ante emplaſtra experiri, quæ caluariæ cauſa componuntur, & glutinant, ſiccant, & carnem gignunt, ſcribit Celſus, in eaque curatione ad diem quintum perſeuerandum, vbi caruncula increſcere cœperit, & febricula aut ſoluta erit aut leuior, & cupiditas cibi reuerterit, ſatiſque ſomni accedet. Qua ratione ſæpè rimæ callo quodam implentur, eſtque ea oſſis velut cicatrix, & latiùs fracta oſſa ſi quæ inter ſe non cohærebant, eodem callo glutinantur, eſtque aliquantò melius velamentum cerebro, quàm caro quæ exciſo oſſe increſcit. Si verò ſub prima curatione febris intenditur, breueſque ſomni & iidem per ſomnia tumultuoſi ſunt, vlcus madet, neq; alitur, & in cerui cibus glandulæ oriuntur, tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt. In eaque curatione veteres perſeueraſſe eſt credibile, cùm cephalica multa emplaſtra in fracturis quæ ad laminam vſque peruenirent, ad oſſa glutinanda & callo firmanda, ſuis ſcriptis celebrarent, qualia ex Aſclepiade aliiſque multis deſcribuntur Galeno libr. 2. comp. pharm. κῆ ῥώμ. Hanc quoque curandi rationem ſecuti ſunt quidam recentiores Chirurgi, vt Lanfrancus, & Theodoricus, qui ad eam rem potionibus etiam vulnerariis ſe vſum profitetur. Sed eam velut lubricam & periculi pleniſſimam reiicit Vidus Cauliacenſis, inter recentes Chirurgos non ignobilis author. Etſi in leui nec altiùs procedente caluariæ fractura aut rima rectè poſſumus emplaſtris cephalicis eſſe contenti, neq; ad ſectionem veniendum ſit, quod etiam paulò poſt innuere videtur Hippocrates. Verùm vbi ſectio eſt neceſſaria, intra triduum ad ſectionem oſſis deueniendum cenſet Hippocrates, idque æſtate præſertim. Paulus quoque æſtate ante ſeptimum diem, hyeme ante decimum quartum, omninò oſſis ablationem conſulit, ante quàm hic enumerata ſymptomata inualeſcant.

δεῖ δηλονότι τὸ ὀστέον Hic locus aſteriſco ſubnotatus vitium ſubolet, & mendoſus apparet, aliquidque deſiderari videtur, vt ἐγχέειν, aut ὑπιδεῖν, aut quid ſimile, aut certè quemadmodum ſcripſimus legi debet, τὸ μελάνατον autem atramentum ſcriptorium ſumi poteſt, quo eam in rem vtitur Celſus & Paulus. Nigrum autem aliquod medicamentum liquidum, vt hoc loco, requirit Paulus, quò faciliùs rimam ſubeat & imbibatur. Atque hic videtur eſſe locus quem indicat in Exegeſi Galenus, cum μέλαν φαρμακον exponens ſcribit, τοῦτο πῶς σκιάζεται ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν αὐτὸς ἐδίδαξεν, vt mihi hic conceptis verbis medicamentum iſtud nigrum cuius etiam bis fit mentio, non leui coniectura intelligendum videatur, quod etiam non temerè expreſſit Paulus. Etſi huius medicamenti incerta eſt & indefinita præparatio, nec ſatis libello de Vlceribus expreſſa, vt eo nomine non admodum integer libellus ille videatur, aut aliquod ex his medicamentis quæ illic deſcribuntur ſumendum ſit, aut caricum, aut aliud quoddam. Deſcribitur tamen μέλαν φάρμακον aliud in Nothis quæ libr. 1. περὶ γυναικείων adſcripta ſunt. Linteum verò oleo imbutum ſubtenditur, vt do-

A vt dolorem leniat, cataplasmaq; ex tenui polenta diluta imponitur, ad inflammationem arcendam. Neque certè me latet quid doctissimis vitis de hoc loco videatur, quorum iudicium non possum non vehementer probare in tam celebrato loco refutando. Sed tamen temerariam medicamenti nigri scriptionem non satis mihi persuadere possum, cum eam diserrimis verbis concepisse Galenus, & ex hoc loco in Exegesi expresserit.

ἀλλὰ χρὴ αὐτῷ πιὸ ῥωγμῶ] Vbi fissura nigra apparet, inquit Paulus, in radendo perseverare oportet, donec fissuræ signum obsolescat. At si ad membranam vsque fissura tendit, à radendo abstinendum, & ad dignotionem veniendum, num ab osse discesserit membrana, aut affixa adhæreat. Intelligit autem rimam nigredinem ostentantem & nigram apparentem, quod indicant exemplaria quædam manu scripta, quæ φαινῆσαι μέλαιναν etiam hîc legunt.

πιὸ ῥωγμῶ παύτῳ φανῆσαι μέλαιναν] Eiusmodi rimam in conspectum venientem vocat, quæ nigra apparet, quam quidem rursum altè radere iubet vt scalpro eximatur aut deleatur, itaque dispareat neque amplius in conspectum veniat. Iterum autem radere iubet, quia fissuræ collisum adiungatur, ideoque os totum radendum donec album appareat, deinde radenda rima est quæ nigra conspicitur, donec fissuræ signum deleatur & a conspectu eximatur, quam ἀφανίσαι & ἀφανισθῆναι vocat. Quæ si tam alte infedit vt ad membranam pertingat, ad sectionem veniendum.

B

ἀλλὰ χρὴ σφίσαντα] Adhibita sectione ossis ad reliquam vlceris curationem attentum esse conuenit, vt cauitas vlceris impleatur, & aridis cephalicis vlcus nutriatur, deinde impleatur & glutinetur. Interim tamen accuratè animaduertendum, ne quid inflammationis aut nouæ iniuriæ subnascatur, & si quid collisum fuit, vt ad suppurationem tendat. Quod fiet adhibita totius corporis ratione & partis affectæ natura in considerationem adducta. In medicamentis enim quæ fractæ calui æ adhibentur, ossis natura spectanda est. Caluaria namque media sui parte, & in diploe antrosa est, spongiosa & mollis, ideoq; neq; tam valida siccantia perferit, quam quæ in summitate est ossis & in superficie durior conspicitur.

πυρετάδες γὰρ γίνει] Sic libro de Fract. πυρετάδες ἕλκος ἢ σφυγμώδες ex inflammatione, quæ ex praua deligatione & nimia compressione oritur, dicitur, & libro de Vlceribus πυρετάδες ἕλκος ἢ συγκαίειν ἐγγίνεσθαι, vbi ex inflammatione suppuratio oritur, πυρετάδες autem pro πυώδεις dici testatur † Galenus. Vbi igitur superposita caro per medicamenta non satis desiccantia malè curatur, aut praua deligandi ratione constringitur, os vitiat & igneum reddit ac incendi sum. Inflammationem enim & perturbationem quandam ac pulsationem in sese concipit, cæteriſque malis quibus caro vexatur. Purulentum namque euadit & abscessionem facit, vt patet ex aphor. 79. lib. 7. & libro de Fract. ἀνεσμὸς autem hic σκλήρωσιν aut φλόγωσιν, ardorem ac flammam significat. Pulsatio autem interna in ossibus per inflammationes sentitur, siue per ambientem membranam, siue per venas per os pertingentes contingat, siue propter commotum spiritum & aërem cauernis ossium conclusum, ex quo agitatione quadam & perturbatione concuti videtur, quam ἄρασσον hoc loco vocat. Erotianus ἄρασσον, παραχώρησιν τῆς σάρκος exponit. Libro verò de ratione victus in morb. ac. eam turbationem significat quæ fit in ventriculo, dum diuersæ facultatis cibi concoquuntur, τὴν ἐν τῇ κοιλίᾳ ταραχὴν explicat Galenus. Pulsatio autem internaque agitatio velut manifestè sentitur in dolore dentium, sic & in osse per inflammationem inesse dicitur, certissimumq; C D ossis vitiati indicium Hippocrati dicitur ossis interna pulsatio. Hîc autem quædam exemplaria manu scripta, ἢ ἄρασσον ὑπαπτῆς ἢ τρυγῶν omittunt, vt & Asulanum, quæ secutus est Cornarius.

† *Com. in lib. de Fract.*

Vitiosa autem est vlceris caro humida & nimia vligine marcescens, idque longo tempore repurgari. Sed quàm celerrimè quidem vlcus ad suppurationem adducere oportet. Hac enim ratione vlcus ambientes partes minimè inflammatione vexabuntur, ipsumque purum citissimè euadet. A telo namque tum concisas, tum collisas carnes, in pus verti ac tabescere necesse est. At vbi repurgatum vlcus fuerit, siccius euadat oportet. Sic enim citissimè sanescet, & caro sicca minimeque humida succrescet, neque hoc pacto in vlcere caro modum excedet. Eadem quoque est ratio membranæ cerebrum ambientis. Ea enim protinus osse fecto & exempto denudata, quàm citissimè purgari & siccari debet, ne si diutius madescat, tum nimia vligine marcescat, tum in tumorem assurgat. His enim ita se habentibus, periculum est ne ipsa putrescat.

[23] Καχὴν δὲ καὶ ὑγρὸν τε εἶναι τὴν σάρκα ὑπὸ τοῦ ἕλκει, καὶ μυδῶσθαι. καὶ ὅτι πολλὴν χρόνον καθαίρεσθαι. ἀλλὰ χρὴ ὡς τάχιστα ποιῆσαι τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα. οὕτω γὰρ αἱ ἥκιστα φλεγμαίνουσαι τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος, καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη. ἀνάγκη γὰρ ἔχει τὰς σάρκας τὰς κοπείσας καὶ φλασθείσας ὑπὸ τοῦ βέλεος ὑποπύους γλυφίδας ἐκτακῆναι. ἐπὴν δὲ καθαρθῇ, ξηρότερον χρὴ γίγνεσθαι τὸ ἕλκος. οὕτω γὰρ αἱ τάχιστα ὑγιεῖς γίνοιτο ξηρᾶς σαρκὸς βλαστούσης καὶ μὴ ὑγρᾶς. καὶ οὕτως ὀλίγη αἱ ὑπερσαρκίσει τὸ ἕλκος. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ὑπὲρ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ἐπὶ γὰρ αὐτῆς ἐκτεμόντα τὸ ὀστέον καὶ ἀφελόντα ἀπὸ τῆς μήνιγγος ψιλώσας, αὐτὴν καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρήν. ὡς μὴ ὅτι πολὺν χρόνον ἐοῦσα μυδήσῃ τε καὶ ἐξαίρηται. τούτων γὰρ οὕτω γινομένων, σαπῆναι αὐτὴν κίνδυνος.

[23] ἀλλὰ χρὴ ὀξύπυον Eadem ferè libro de Vlceribus scripta sunt, vbi & hunc locum adduximus.

ὁ δ' αὐτὸς λόγος] Exempto caluariæ osse & detecta membrana quæ cerebrum ambit, protinus siccantia exhibenda sunt, & membrana repurganda, sanieque aut cruore abstergenda, antequam certa phlegmone occupet. Quam curandi rationem ex Erasistrato & Megete Sidonio exceptam probat Galenus lib. 6. Meth. med. qua illico nudatæ membranæ veluti murrat siccantia medicamenta, quanta ex cephalicis emplastris permulta, & quod Isis proprie vocatur, imponebantur. Eamque Curationem à Critone fuisse celebratam satis constat, vt paulo antea probauimus. At si doloris aut inflammationis metus est, ad lenientia veniendum, deinde decutria & detergentia. Ideoque Galenus & Paulus primis diebus rosaceum tepidum sæpè affusum, aut omni lana linteaue imposita prius; tum ad medicamenta cephalica & pulueres exiccantes deueniunt. Quam curationem ἀσπασμίαν ἢ παρηγορικωτάτην vocat Galenus, quod blanda sit ac leniendo dolori maximeque ægri voluptati subseruiat. In quo egregiè animaduertendum ne in leui huiusmodi ac miti curatione nimia mora fiat, sed statim post tertium diem (vt consulit Paulus) cruentis vulneribus dicatis medicamentis vtamur, & facta per spongias detersione, puluillum aliquem ex cephalicis aridis membranæ inspergamus, & vulnus siccantibus nutriamus, ne si longiore tempore membrana huiusmodi sanie madeat, inflammationē contrahat, putrifica vligine vrgeatur, nimioque humore marcescat, fluxa & flaccida reddatur, atque intumescat, tandemque computrescat. Atque hîc est horum verborum sensus, quæ quidem omnibus in codicibus vitiosè scribuntur. Sic enim mihi legenda videntur. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ὑπὲρ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ἐπὶ γὰρ αὐτῆς ἐκτεμόντα τὸ ὀστέον καὶ ἀφελόντα ἀπὸ τῆς μήνιγγος ψιλώσας, αὐτὴν καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρήν. ὡς μὴ ὅτι πολὺν χρόνον ἐοῦσα μυδήσῃ τε καὶ ἐξαίρηται. Quanquam non ingratiis amplector post has nostras lucubrationes doctiss. Scaligeri lectionem ἀλλὰν μυδήσῃ τε καὶ ἐξαίρηται, qui etiam rectè ψιλώσας legit.

E F G

[24] Ὀστέον δ' ὅ, τι δὴ ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου ἕλκεος ἐν κεφαλῇ γλυφίδα τε ἐοῦσαν τοῦ βέλεος ἐν ᾧ ὀστέῳ. ἢ ἄλλως ὅτι πῃ λύσῃ ψιλωθέντος τοῦ ὀστέου, ἀφίσταται ὅτι πολὺ ἔξαιμον γινόμενον. αἰσχήνεται] γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τοῦ ὀστέου ὑπό τε τοῦ χρόνου καὶ ὑπὸ φαρμάκων τῶν

At verò in capitis vulnere os quod ab alio quouis osse absessurum est, siue reli vestigium in osse relictum sit, siue alioqui os plurimùm nudatum sit, plærumque abscedit, vbi exangue redditum fuerit. Resiccatur enim sanguis in osse tempore, & sub plurimis

H

medicamentis. Abſcedet autem celerrimè, ſi quis quàm citiſſimè repurgato vlcere; in reliquo, tum vlcus, tum os ſiccet, idque plùs aut minùs. Quod enim citiſſimè reſiccatum eſt, & in teſtulam abiit ideo ab alio oſſe vitam & ſanguinem habente potiſſimùm abſoluitur, & cùm exangue & ſiccum reddatur, ab eo quod vitam & ſanguinem habet valde abſcedit.

πλείσων. Ταχίσα δ' αὖ ἀποσαίη, εἰ λις τὸ ἕλκος ὡς ταχίσα καθήρας ξηράνοι) λοιπὸν ὅτε ἕλκος καὶ τὸ ὀστέον. καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἧσσον. τὸ γὰρ ταχίσα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακὸς, οὐκοῦτω μάλιστα ἀφίεται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ὑγροῦ τε καὶ ζωντος αὐτέου, ἐξαιμόν τε γινόμενον καὶ ξηρὸν τῷ αἵματι καὶ ζωνλι μάλα ἀφίσαται. A

24 ἢ ἀποστρακὸς] ἀποστρακὶς ὀστέον os in teſtulam abiens ac verſum dicitur, quodq; teſtula ſua ac ſquama ab integro oſſe dimittitur. Quod præſtatur medicamentis exſiccantibus & aridis cephalicis, quæ non ſolùm capitis oſſibus nudatis eximiè conferunt, ſed etiam aliarum partium vt ſcribit † Galenus. Hæc verò quæ abundè exſiccant, nudatis oſſibus optimè conueniunt, eaq; velut exucca, ſanguine exhauſta, & tanquam emortua, ab alio oſſe quod vitam habet & ſanguinem, promptè diſcedere faciunt. Quorum certè latiſſima differentia eſt, cum non omnibus æquè ſiccantia conueniant, ſed quæ ſicciora ſunt natura magis ſiccantia poſtulent, & vt os carne magis ſiccari, it rex oſſibus aliud alio ſiccciora medicamenta poſtulat, ideoq; hic plùs aut minùs additur. At verò non poſſum non valde probare doctiſſimi Scaligeri acumen, qui hic ἀποστρακὸς pro ἀφιστακὸς Ionice legit, pro oſſe quod abſceſſionem fecit. Sed certe τῷ αἱαίμων καὶ ζωντος μάλα ἀφίσαται hîc legere malim, & ſi facilè his verbis ſenſus carere poteſt. B

† *Lib.* 8. *Comp. pharm. gener.*

Oſſa quæ à ſuo naturali ſtatu recedunt & media deſidunt, fracta aut latè admodum præciſa, hæc minùs habent periculi vbi membrana integra fuerit, quæque rimis pluribus & latioribus intus fracta ſunt, minùs etiam periculo ſunt obnoxia, & faciliùs eximuntur neque horum quicquam ſectione indiget, neque cum periculo oſſa auferre tentandum priùs quàm ſponte ſurſum cedant. Surſum autem os educi priore laxato & carne ſubnaſcente eſt conſentaneum, quæ ex oſſis meditullio, vbi oſſa inter ſe connectuntur, & ab eo quod ſanum eſt ſuccreſcit, ſi ſuperior tantùm oſſis pars corrupta ſit. Hac verò ratione tum caro celerrimè ſuccreſcet & pullulabit, tum oſſa ſurſum educentur, ſi quis vlcus quàm citiſſimè in pus mutatum repurget. Quòd ſi os totum vtraque ex parte tam ſuperiore quàm inferiore deorſum ad membranam inſederit, ſub eadem curatione & vlcus citiſſimè ſaneſcet, & oſſa deorſum inſidentia celerrimè ſurſum educentur.

25 Ὅσα δὲ τῶν ὀστέων ἐσφλᾶται ἔσω, ἢν τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν καταῤῥαγῆ τε καὶ ἀμαχητέη πάμυ βυρέα, ἀκινδυνότερα ταῦτα γίνεται. ἐστὶν ἢ μείων ξυγὴς ἢ. καὶ τὰ πλέοσι ῥωγμῆσιν ἐσκαταῤῥαγέα καὶ βυρυτέρησιν, ἧσσον ἀκινδυνότερα καὶ βυμπρέσχερα ἐς τὸ ἀφαίρεσιν γίνεται. καὶ ἥκιστα χρὴ περιεῖν τῶν τοιούτων ὀδέν. ἥκιστα δὲ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν, πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπαμῆ. Εἰκὸς πρόσω γὰρ ἰόντα. ἐπαμέρχεται δὲ τῆς σαρκὸς ὑποφυομένης. ὑποφύεται γὰρ ὀκ ἐκ διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ὀκ ἐκ τοῦ ὑγιέος, ἀλλ' ἢ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μοίνη σφακελίσῃ. οὕτω δ' ἂν ταχίστα ἥκιστα σὰρξ ὑποφύοιτο ἐς βλαστάνοι, καὶ τὰ ὀστέα ἐπαμοῖ, εἰ λις τὸ ἕλκος ὡς ταχίστα καθαρὸν ποιήσας καθαρὸν ποιήσηται. καὶ ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὀστέου ἄμφω αἱ μοῖραι ἐσφλαθῶσιν ἔσω ἐς τὸ μεσόγαια, ἥ τε ἄνω μοίρη τοῦ ὀστέου καὶ ἡ κάτω, ἐπιτιθοῦσι ὡσαύτως ὁ ἕλκος ὑγιὲς ταχίστα ἔσται. καὶ τὰ ὀστέα ταχίστα ἐπαμῆσιν ταὶ ἐσφλαθέντα ἔσω. C D E

25 ὁκόσα δὲ ἡμιὀστέων] Caluariæ oſſa quò magis abrupta ſunt & præciſa, eò minoris periculi plena ſunt, dummodo membrana cerebrum ambiens inuiolata permaneat, tum quòd nulla ſectione opus eſt, & ſaniei facilè exitus patet, tum quòd oſſa facilè & ſine vlla vi educuntur, nihilque intus latet quod medico exhibere negotium poſſit. Sic quoque magna vulnera paruis plærunque tutiora euadunt. Quod etiam his verbis teſtatur Hippocrates lib. de artic. πολλὰ δὲ ἄλλα ἐν ἰητρικῇ αἱ πῆς διάνοιτο, ὧν τὰ μὲ ἰχυρὰ ἀσπέα ἔστ', καὶ δ' ἐκ τοῦ κείνη ὅλιν λαμβάνοντα τὸ νοσήματος, πᾶ δὲ ἀσθενίστερα σινόμενα, καὶ ὑποτόκους νοσημάτων χρονίους ποιέοντα, καὶ κακοηθίσοντα, καὶ τῶ ἄλλῳ σώματι ἧσσον πιστόν. F

εἰκὸς πρόσω τον χαλάσαντος] Hic locus procul omni dubio corruptus eſt, & in omnibus exemplaribus deprauatus, ἰπανιέναι & ἰπανίρχεθς hîc dicitur de oſſe quod ſurſum educitur & emergit, ſponteque ac nulla vi cedit. Quod fit priore oſſe fracto & emortuo cedente & à carne ſuccreſcente expulſo, quæ ſemper ab integra parte pullulat, & oſſis fragmentum expellit, velut in pueris dentes, nouis aliis ſuccreſcentibus expelluntur. Atque integer horum verborum is ſenſus erit ſi ita leguntur, εἰκὸς ἢ πρόσω χαλάσαντος ἰπανίρχεθς ἐς ἡ σαρκὸς ὑποφυομένης, etſi non mihi diſplicet Scaligeri lectio. Cornarius εἶδος πρόσω χαλάσαντος legit contra omnium exemplarium fidem. Quædam etiam exemplaria manu ſcripta εἰκῶς legunt, vt εἰκῶς πρόσω χαλάσαντος, quæ lectio non omninò improbanda eſt. Hîc autem non aliter ſolicitum eſſe vult Medicum Hippocrates de euellendis oſſium fragmentis aut ſquamis quæ abſcedere natæ ſunt, quàm maturè ſuppurando. Sub ea enim curatione caro citiſſimè ſubnaſcetur, & oſſa promptiſſimè recedent. Paulus oſſium aſperitatem per ſcalpros raſorios, aut ſcalpros exciſorios ſpecilli formam habentes explanat, aculeos remanentes ſubiecto membranæ cuſtode educit. Quod & Celſus ante faciendum præcepit. Deinde ſi qua labent, & ex facili remoueri poſſunt, forfice ad id facta colligenda ſunt, maximeque ea quæ acuta membranam infeſtant. Si id ex facili fieri non poteſt, ſubiicienda lamina eſt, quam cuſtodem eius membranæ eſſe propoſui, & ſuper eam quicquid ſpinoſum eſt, & intus eminet, excidendum eſt, eadem lamina quicquid deorſum inſedit attollendum. Idem quoque, Vbi os eiectum eſt, circumradendas læuandaſq; oras præcipit, & ſi quid ſcobis membranæ inſedit, colligendum. Vbi ſuperiori parte ſublata, inferior relicta eſt, non ora tantùm, ſed os quoque totum læuandum eſt, vt ſine noxa poſtea cutis increſcat, quæ aſpero oſſe innaſcens, protinus non ſanitatem, ſed nouos dolores mouet. G

At puerorum & oſſa tenuiora ſunt, & ob eam cauſam molliora, quod ſanguine magis redundát & caua ſunt, non dura, non denſa, non ſolida, & ſi ſub telis æqualibus & imbecillioribus, æquale aut etiam leuius vulnus acceptum ſit, iunioris pueri os magis & citius minorique ſpatio purulentum euadit, quam ſenioris, ac ſi alioqui ex vulnere moriundum ſit, iunior ſeniore citius perit.

26 Τῶν δὲ παιδίων τὰ ὀστέα καὶ λεπτότερα ἐστὶ καὶ μαλθακώτερα διὰ τοῦτο, ὅτι αἱματώδεά ἐστι καὶ κοῖλα. ὔτε σπεραγγώδεα. καὶ οὔτε πυκνὰ, οὔτε στερέα. καὶ ἐκ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ ἀσθενεστέρων, καὶ πρωθέντων ὁμοίως τε καὶ ἧσσον, ὁ τοῦ νεωτέρου παιδὸς καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον ἐκπυίσκεται, ἢ ὁ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ. καὶ ὅσα αὖ ἄλλως μέλλη ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὁ νεώτερος τὸν πρεσβυτέρου θᾶσσον ἀπόλλυται. H

20 καὶ οὔτε σπεραγγώδεα] Exemplaria manu ſcripta Regia quædam reconditiora σκληρώδεα habent, vt & Aſulanum, eaque cum Vidio ſecuti ſumus. Quanquam καὶ συραγγώδεα dici poſſunt puerorum oſſa minimè cauernoſa & fiſtuloſa, quod licet laxa ſint & moilia,

A mollia, nullis tamen inanitatibus sunt pertia, sed sanguine redundantia, quæ per siccitatem & senum deplentur & exeuantur. Molliora autem sunt & teneriora puerorum ossa, non dura, non densa, aut solida, sed porosa & laxiora, quòd humore multo redundent, & calore ac spiritu, qui sua efficacitate quacunque permeans, poros facit & laxitates implet, ideoque multo promptius putrescunt cuadunt. In senibus contra omnia sunt duriora, densiora & solidiora, quòd per siccitatem, quæ cauernosam ossium continentiam, exhausta fuerint.

27 Ἀλλὰ χρὴ ὦν ἀϊλωθῆς τῆς σαρκὸς τὸ ὀστέον, πρόσχορα νόον πειρᾶσθαι διαγινώσκειν εἰ μὴ ὅτι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν καὶ γνῶναι εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον καὶ εἰ πέφλασται, ἢ μοιῶσον πέφλασται. καὶ εἰ ἔδρης ἡμισείης τῆς βέλεος προσεστι φλάσις ἢ ῥωγμὴ, ἢ ἄμφω ταῦτα. καὶ ὧν ἢ τούτων πεπόνθῃ τὸ ὀστέον, ἀφεῖναι τὴν αἱμαλγῆ τυπτῶντα τὸ ὀστέον σμικρῷ τυπτήρι φυλασσόμενον ἐπ' ὀλίγον. λεπτότερον γὰρ τὸ ὀστέον, καὶ ὑπὸ πολαιότερον τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων.

Verùm vbi os carne nudatum fuerit animi intentione adhibita conandum est vt cognoscas, si minutè id licet oculis videre & cognoscere, num os fissum sit & collisum, an collisum tantùm, vel num ad teli vestigium collisio vel rima, vel vtrunque accesserit. Ac si quid horum senserit, per exiguam terebram perforato osse sanguis detrahendus, subinde adhibita cautione, quòd os iuuenum quàm senum tenuius sit & per summa magis feratur.

B

27 φυλασσόμενον ἐπ' ὀλίγον] Id subinde adhibendam cautionem in adigenda terebra significat, ac sæpiùs attollendam manum reuocata terebra, ne membrana violetur, in considerationem adhibita ossis altitudine, quod in tenera ætate tenuius est, minus alte procedit, sed in summo extat, & in superficie apparet non ita crassum ac in prouecte ætate. Hanc cautionem his verbis celebrat Celsus. Sed tam maiore cura agendum est, cùm iam aut simplex os dimidium perforatum est, aut in duplici superius. Illud ipatiam ipsum, hoc, sanguis significat. Ergo tum lentiùs ducenda habena, sustinendaque magis sinistra manus est, & sæpiùs attollenda, & foraminis altitudo considerauda, vt quandocunque os perrumpitur, sentiamus: neque periclitemur, ne matrone cerebri membrana lædatur. At in ossibus puerorum, cauitates internæ sanguine redundantes osse perforato cum offendunt, tam etiam demittit qui ad membranam receptus est. In reliquis sanguis per phlebotomiam detrahitur, vbi per ætatem licet, idque in inflammationis metu.

C

28 Ὅσιος δὲ μέλλει ἐκ τρωμάτων ἐπ κεφαλῆς ἀποθνήσειν, καὶ μὴ δυνατὸν αὐτὸν ὑγιᾶ γενέσθαι, μὴ δὲ σωθῆναι, ἐκ τῶνδε τῶν σημείων χρὴ τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι τῶν μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ προσλέγειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι. πάσχει γὰρ τάδε. ὁκόταν μὲν ὀστέον κατεαγὸς, ἢ ἔρρωγὸς, ἢ πεφλασμένον, ἢ ὅτῳ χρεὼ ξυσῶν κατεαγὸς ἐνόησας αἱμάρτῃ, μήτε ξύσῃ, μήτε ἀρίσῃ, μήτε δεόμενον, μή τε δὲ ὡσὶν ἐόντος τοῦ ὀστέου, περὶ τὰ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων πυρετὸς ὑπολήψεται ὡς ὑπὸ πολὺ ἐν χλιδῶσι. ἐν δὲ τῷδε μὴ τοῖσι ἐπὶ ἡμέρας ὁ πυρετὸς ὑπολαμβάνῃ. καὶ ἐπισταθμὴ τοῦτο γίνηται, ὃ ἕλκος ἄχεον γίνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέοι σμικρὸς. καὶ φλεγμαῖνον ἐκτείνηται ἐξ αὐτοῦ, ἐς γλισχραδὲς γίνεται, καὶ φαίνεται ὥσπερ τοῖσιν, χρῶτα πυῤῥὸν, ἀκροπέλιον, ἐς ὃ ὀστέον σφακελίζειν τὸ ἀκρωτήριον ἄρχῃ. ἢν δὲ ἀφρῶδες, λῷον ὄν, τελευταῖον ἐπιχέον γλωμῶδες ἢ ἐχλυῶδες. ὅτ' ἂν δὲ ἤδη ἀκόπυον, ἢ ὅτι τῇ γλώσσῃ φλυκταίνας γίνον, καὶ τὰ διαφεγγέα τελευτᾷ. καὶ ἀσπασμὸς ὑπολαμβάνῃ τοῦ πλείστους τῶν ὑπὸ θάτερα τοῦ σώματος. ἢν μὲν ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ὑπὸ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ ἀσπασμὸς λαμβάνῃ. ἢν δὲ ἐν τῷ ὑπὸ δεξιὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ ἀσπασμὸς ὑπολαμβάνῃ. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ἀπόπληκτοι γίνον. ὃ δ' ἂν ἀπόλλυται περὶ ἑπτὰ ἡμερέων ἐν θέρει, ἢ τεσσάρων καὶ δέκα ἐν χειμῶνι. ὁμοίως δὲ καὶ σημεῖα ταῦτα σημαίνει, καὶ ἐν πρεσβυτέρῳ ἐόντι τῷ τρώματι, ἢ καὶ ἐν νεοτέρῳ. ἀλλὰ χρὴ εἰ ἐνοίης τὸν πυρετὸν ὑπολαμβάνοντα, καὶ τῶν ἄλλων τὰ σημεῖα τούτῳ προσγράφοντα, μὴ διατείνῃ, ἀλλὰ πρίσαντα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν ἰδίην γλῶσσαν, ἢ καταξύσαντα τῷ ξυστῆρι. βέλτιστον δὲ καὶ ξύσιν. ἔπειτα τὰ λοιπὰ οὕτως ἐπισκέπτεσθαι ὅτῳ ἂν δοκῇ ξυμφέρειν πρὸς τὸ γιγνόμενον ὁρῶν.

Verùm vbi quis ex capitis vulneribus periturus est, neque vlla ratione sanitatem recipere, neque seruari potest, hunc ex his notis moriturum dignoscere licet, & ex his quæ ei contingunt, quod euenturum est prædicere. Vbi os fractum, aut fissum, aut collisum, aut quocunque modo fractum esse quis intellexerit, neque per errorem raserit, aut secuerit, tanquam sectionem non postulet, aut os integrum existat, ante decimum quartum diem hyeme plærunq; febris inuadet, æstate verò post septimum. Quod vbi contigerit, vlcus coloris expers euadit, ex eoque sanies parua effluit, & quod in eo inflammatum est emoritur, glutinosumque fit, ac salsamentum refert, colore fuluum & aliquantulum liuidum, tuncque os corruptione vitiari incipit, & nigrescit, læue existens, ad extremum autem subpallidum & exalbicans euadit. Cùm verò iam purulentum extiterit, pustulæ in lingua exoriuntur, & cum delirio mors contingit, plærosque etiam altera corporis parte neruorum distentio inuadit. Si quidem ünistra capitis parte vlcus fuerit, dextram corporis partem conuulsio prehendit. Sin verò dextra capitis parte vlcus fuerit, sinistra corporis pars conuulsione corripitur. Quidam etiam attoniti fiunt, eoque modo æstate ante septimum diem, aut decimum quartum hyeme pereunt. Idem quoq; hæc indicia significant, tum in senioris vulnere tum iunioris. Cæterùm vbi febrem occupasse, vel aliquod aliud signum huic adesse cognoueris, minimè differendum est, sed os ad membranam vsque secandum, aut scalpro eradendum, facilè autem secatur & eraditur. Tum in reliquis ea curatio adhibenda quæ commoda videbitur, ad id quod fit oculos intendendo.

D E F G H

28 ἐνοήσῃς ἁμάρτῃ] ὦν ἐνοήσῃς quidam legunt. Sed ἐνοήσῃς retineri potest, vt tandem ex notis quæ postea sequuntur, & os fractum esse indicant id ita esse quis intellexerit, quod prius non animaduerterat, ideoq; recte egere tanquam integrum non existimarat. Os autem fractum esse indicant suborta inflammatio & febris, delirium, informia, colore atrento, vlcus diu madens, deiecta appetentia, cæteraque id genus, vel ut carnis ab osse discessio, os lucescens, corruptum & alienatum, quæ addantur in Coacis Prænot. Hunc autem locum ita perturbauit Caluus, vt genuinum sensum vix elicias.

πρὸς τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων] Ante decimum quartum diem febris plærunque occupat hyeme in vulneribus capitis, vt nono & vndecimo, interdum etiam post decimumque tertium, vt vigesimo, vigesimo septimo, trigesimo, nonnunquam & trigesimo quar-

to. Sed priores dies efficaciſſimi ſunt. Primis quoque diebus febrem accedere in capitis vulneribus tutius eſſe, paruoque tempore perſeuerare ſcriptum eſt Prorrh. 2. idq; vulneris ratione, vbi per initia humorum fluxiones mouentur. A

πᾶ ἕλκος ἀχρεῖον γίνεται] Id etiam commune eſt vlceribus reliquarum partium, non capitis tantum. In morituris vlcus colorem naturalem amittit ex ſanguinis penuria & caloris imminutione. Idem ſaniem nullam aut modicam, eamque crudam & tenuem emittit, quod eſt facultatis naturalis imbecillæ aut emortuæ indicium, quod in eo inflammatum eſt emoritur, inflammatione in gangrænam & ſphacelum tranſeunte, glutinoſum euadit, extincta facultate naturali, & parte ad tabem & putredinem tranſeunte. Deinde aridum fit, neque ampliùs alitur, ſed carnem ſale maceratam refert; & calore ad extinctionem & exitum properante, colore fuluum aut pallidum, efficitur, tum demum ſubliuidum. Hoc autem loco γλιχώδες pro γλιχρώδες legiſſe mihi videtur Erotianus, vt in OEconomia noſtra ſcripſimus. In Prognoſtico verò & Cois Præſagiis vlcus aridum, pallidum & liuidum damnatur. Vbi ἀχρὸν aut χλωρὸν, quod hîc χειλὺ πυῤῥὸν dicitur.

ἐς γίνεται περκνὸν] περκνὸν μέλαν exponit Erotianus apud Hippocratem hunc (opinor) locum ſubindicans. Heſychius μελανὸν ἢ ποικίλον, cui περκνὸς μέλας & γλαυκὸς exponitur. Sudæ autem & Varino περκνὸς μέλας καπίττης dicitur, nigris diſtinctus maculis. Nigreſcit autem os ob inflammationis calorem eiuſque magnitudinem. Læuor autem fit in oſſe cùm caro tabeſcens & liquata, ob corruptelam glutinoſa euadit. Quidam cum oſſis læuorem intelligunt, qui antea aderat, cùm ſecundum naturam haberet, ſed exaſperatur vbi ob inflammationem purulentum euadit & vitiatur. Tandem verò procedente tempore os purulentum ſubpallidum & albidum euadit, vt & ſordes quæ in oſſe colligitur, qui eſt puris color. Quidam etiam hæc verba λεῖον ὀν omittunt, vt Cornarius, quæ tamen omnibus in exemplaribus extant. Quod ſequitur ſic lego, ὅτ' ἂν δὲ ἤδη ὑποπυον ᾖ, ὅτι τῇ γλώσσῃ φλυκταίναι γίνονται. B

ἢ ἀσφαλὲς ὀπιλαμβάνει] In vulneribus capitis in anguſto magis eſſe ſpem ſcribit Celſus, ſi torpor acceſſit, ſi mens non conſtat, ſi neruorum vel reſolutio vel diſtentio ſecuta eſt.

ἐν τῇ ἐπὶ τὰ δεξιτερὰ] Sic famulæ in Omilo lib. 5 Epid. ex capitis vulnere conuulſio ſiniſtram manum occupauit, cùm vulnus dextra capitis parte acceptum eſſet. C

εἰσὶ οἳ ἢ ὀπόπληκτοι] In magnis cerebri offenſionibus interdum corporis ſtupor accedit, & attoniti fiunt, ὁποπληξίῃ πάντας dixit in Cois præſagiis, interdum etiam partis cuiuſdam reſolutio contingit, ὁποπληξίῃ ἢ μελέων dicit Prorrh. 2. Celſus quoq; torporem & neruorum reſolutionem adiicit.

μὴ διατείνειν] διατείνειν ἐν χρονίζειν exponit Erotianus, hunc (vt opinor) locum ſubnotans, quod eſt procraſtinare, differre & tempus prorogare. Vult ergo, ſtatim ad ſectionem eſſe veniendum, vbi primis diebus febris inuadit, aut aliquod ſignum ex ſupradictis adeſt. Quod etiam dixit Celſus. Si ſub prima curatione febris intenditur, breueſq; ſomni, & iidem per ſumma tumultuoſi ſunt, vlcus madet, neque alitur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores ſunt, cibique ſuper hoc faſtidium increſcit, tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt. Exciſo oſſe in reliquo curatio inſtituenda prout conferre videbitur, rem vt ſeſe offeret in conſilium adhibendo, eiuſque quod præſens eſt ratione habita, tota curatio perſequenda. Hunc autem locum non videtur aſſecutus Caluus, aut certè aliter legiſſe. Cæterùm quædam exemplaria manu ſcripta hoc loco ſuſpectam lectionem faciunt & aſteriſcum apponunt. Receptam tamen omnibus lectionem ſecuti ſumus. D

At vbi in capitis vulnere, ſiue ſerra fuerit adhibita, ſiue non, nudato tamen oſſe, tumor rubicundus ad eryſipelatis naturam accedens, in facie & oculis vtriuſq;, vel altero ſubortus fuerit, quiq; ad contactum doleat, ac febris & rigor corripiat, vlcus verò ipſum quod ad carnem oſque attinet, ad aſpectum rectè habeat, quæq; vlcus ambiunt bene habeant, excepto faciei tumore, eiq; nullum aliud peccatum in reliqua victus ratione acceſſerit, medicamento quod bilem moueat hŏmini aluus purganda eſt. Quo ſic purgato, tum febris remittit, tum tumor ſubſidit, ſanuſq; euadit. Medicamentum autem exhibendum pro hominis robore, virium illius habita ratione.

29 Ὅταν δ' ὀπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ ἀνθρώπου ἢ περιωμιδίου, ἢ ἀπορίου, ἐνιλωμένου ἢ τοῦ ὀστέου, οἴδημα ἐπιγένηται ἐρυθρὸν καὶ ἐρυσιπελατώδες ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀμφοτέροισιν, ἢ τῷ ἑτέρῳ. καὶ ἐάν οἱ πρόσθοιν τοῦ οἰδήματος ὀδυνᾶται. καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνῃ, καὶ ῥῖγος. Ὃ δὲ ἕλκος αὐτὸ ὃ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς καλῶς ἔχοι ἰδέσθαι, καὶ τ' ἀπὸ τοῦ ὀστέου, καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἔχῃ καλῶς, πλὴν τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ. καὶ σηπεδόνα μηδεμίαν ἔχει τὸ οἴδημα ἢ σηπεδὼν φαίνηται, τούτου χρὴ τὸν κάτω χειλίου ἐπισχεῖν φαρμάκῳ, ὅ, τι χαλιὸν ἀγαθὸν καθαρτήριος, ὅ, τε πυρετὸς ἀφίησιν. ἢν τὸ οἴδημα καθίσῃ, καὶ ὑγιὴς γένηται. τὸ δὲ φάρμακον χρὴ διδόναι πρὸς τὸν δυνάμιν τοῦ ἀνθρώπου ὁρῶν, ὡς ἂν ἔχῃ ἰσχύος. E F

29 Τότε χρὴ τὸν κάτω χειλίου] Huius loci meminit † Paulus, in membranæ cerebri inflammatione. Quòd ad victus rationem attinet, ea imperanda eſt quæ cibi abſtinentiam facit & inflammationem arcet. ἀφλέγματον καὶ πυρετικὴν δίαιταν vocat Paulus, quæ quidem leuiter eſt ab ipſo Hippocrate libro de Vlceribus adumbrata. Eam verò in genere his verbis comprehendit Celſus. Quod ad abſtinentiam verò & primos vlterioreſque cibos potioneſque pertinet, eadem quæ in vulneribus præcepi, ſeruanda ſunt, eò magis, quò periculoſiùs hæc pars afficitur. Quòd ad literam attinet, etſi quoquomodo ferri poteſt, non poſſum tamen non valde probare Scaligeri acumen, qui ἴσημα pro εἴδημα legit. † *Cap. 90. lib. 6.*

At verò de ſectione, vbi eam in homine vſurpare neceſſe fuerit, ſic ſtatuendum. Si per exordia ſuſcepta curatione ad ſectionem venias, non protinus os ad membranam vſque ſecari debet. Neque enim expedit membranam diutiùs oſſe nudatam malè affici, verùm demum putreſcit, & nimio humore marceſcit. Aliud quoque periculum ſubeſt, ſi os ad membranam ſectum protinus auferatur, ne in ipſo opere terebra membranam vulneret. Verùm inter ſecandum, vbi parum admodum abeſt vt os ipſum totum ſectum ſit, iamque os labat, ab ipſa ſectione deſiſtendum, permittendumque vti os ſponte ſua diſcedat. Secto enim oſſi & inter ſecandum relicto, mali nihil contingere poteſt. Tenue namque iam fit quod relictum eſt. In reliquo ea curatio inſtituenda, quæ vlceri conferre videatur.

30 Περὶ δὲ τρήσιος. ὅταν καταλάβῃ ἀνάγκη τρῆσαι ἄνθρωπον, ὧδε γινώσκειν. ἐὼν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ οἴημα τρήσῃς, ὃ χρὴ ἐκτρῆσαι τὸ ὀστέον πρὸς τὸν μηνίγγα αὐλίκα. ὃ γὰρ συμφέρει τὸν μηνίγγα φυλάσσειν ἐστὶ τὸ ὀστέον ὅτι πολλὸν χρόνον κακοπαθῆσαι, ἀλλὰ τελευτῶν σαπῇ καὶ διεμύδησεν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος κίνδυνος ἐὼν αὐλίκα ἀφαιρέῃς πρὸς τὸν μηνίγγα ἐκτρήσας τὸ ὀστέον, πρῶσσον ἐν τῷ ἔργῳ τῷ τρήσαι τὸν μηνίγγα. ἀλλὰ χρὴ τρήσαντα, ἐπειδὰν ὀλίγον πάνυ δέῃ διατετρῆσθαι, καὶ ἤδη κινέεται τὸ ὀστέον, παύεσθαι τρήσαντα, καὶ ἐᾶν ὅτι τὸ αὐτόματον ἀποστῇ τὸ ὀστέον. ἐν γὰρ τῷ διατετρῆσθαι ὀστέῳ καὶ ὑπολελειμμένῳ τῆς τρήσιος, οὐκ ἂν ὑπομένοι κακὸν γενέσθαι. λεπτὸν γὰρ τὸ λειπόμενον ἤδη γίνεται. τὰ δὲ λοιπὰ ἰῆσθαι χρὴ ὡς ἂν δοκῇ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει.

A [32] ὑ γὰ συμφύσει] Membrana enim ossi [illegible] diutius nudata intumescit, & multo humore madens corrumpitur, madefactaque putrescit, vt supra scriptum est. Isque huius loci sensus esse mihi videtur, qui in omnibus exemplaribus asturalico notatus, [illegible] ctus est. Quidam tunc demum nudatam membranam esse volunt, vbi putrescere eam ac madefacta corrumpi parte ossi [illegible] facilius pus effluat. Sed tunc legendum erit, ἀλλὰ πλυτῶν ὅταν σάπι & διαμόλυνται, quam lectionem secutus videtur Cornarius. Nos receptam lectionem retinuimus, etsi in multis exemplaribus ea vitiosa est, nisi quod τρίνις pro τρύπις lubenter amplectamur, [illegible] etiam videtur Vidius.

πρόσθεν δὲ τῷ ἔργῳ τῷ τρίνει] Facilè mihi persuadeo Galenum hic legisse ὀρθοτρίνει pro τῷ τρύπει, cùm τὸ χειρίδι exponat: [illegible] si, vt etiam monuimus in nostra Oeconomia Hippocratis.

λεπτὸν γὰρ τὸ λειπόμενον] Os inter secandum parte aliqua sine sectione relictum, tenuatur assidue nutrimento destituitur, & [illegible] expellitur, medicamentisq; cephalicis aspersum resiccatur, tandemq; sua sponte discedit. Deinde primis diebus tumefacta [illegible]
B na caluariæ adhæresci, postea verò subsidet & detumescit. Ideoque os ex toto secari vetat, ne vel membrana diutius nuda [illegible] cetur, aut aëre etiam externo vitietur aut corrumpatur.

[33] Πρίονται ὁ χρὴ πυκνὰ ὀξαιρέειν ⟨W⟩ τρίονα τῆς θερμασίης ἕνεκα τῶ ὀστέου, καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐναποβάπτειν. θερμαινόμενος γὰρ ὑπὸ τῆς τρυπάνου τρίων, καὶ τὸ ὀστέον ἐκθερμαίνων καὶ ἀναξηραίνων, κατατήκει. καὶ μεῖζον ποιέει ἀφίστασθαι τὸ ὀστέον τοῦ περιέχοντος τὴν τρίσιν, ἢ ὅσον μέλλει
C ἀφίστασθαι, καὶ ἰὼν αὐτίκα βάλῃ ἐκτρίσας τὸ πρὸς τὴν μηνιγγα, ἔπειτα ἀφελέειν τὸ ὀστέον, ὡσαύτως χρὴ πυκνὰ τε ὀξαιρέειν ⟨W⟩ τρίονα & ἐναποβάπτειν τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ, ἰὼν ὃ μὴ ὀξὺ ἀρχῆς λαμβάνῃ τὸ ἴημα, ἀλλὰ παρ' ἄλλα πολλὰ δέχηται ὑστερίζειν τὴν ὀπὴν, τρίνοντα χρὴ χαρακτῷ ἐμπρέπειν μὴν αὐτίκα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μηνιγγα. θαμινὰ ὃ ὀξαιρεῦντα τὸν τρίονα σκοπεῖσθαι καὶ ἄλλως καὶ
D τῇ μήλῃ πρὸς ἃ τὴν ὁδὸν τοῦ τρίονος. & γὰρ πολὺ θᾶσσον διατρήσει τὸ ὀστέον, ἰὼν ὑποπύου τε ἐὼν ἤδη καὶ διάπυον τρίνῃς. καὶ πολλάκις τυγχάνει ὑπὸ πάχεος ἐὸν τὸ ὀστέον. ἄλλως τε καὶ ἰὸν ζώντι τὴν κεφαλὴν ἢ τὸ πρῶτον, ἢ τυγχάνει λεπτότερον ἐὸν τὸ ὀστέον ἢ παχύτερον. ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ ὡς μὴ λάθῃς προσβαλὼν ⟨W⟩ τρίονα, ἀλλ' ὅπη δοκέῃ παχύτατον εἶ τὸ ὀστέον, ἐς τοῦτο
E αἰεὶ ἐνεμίζειν ⟨W⟩ τρίονα, θαμινὰ σκοπούμενος, καὶ πειρᾶσθαι ἀναχινέων τὸ ὀστέον ἀναβάλλειν. ἀφελὼν ὃ τὰ λοιπὰ, ἐπεύδειν ὡς αὖ δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει. καὶ ἰὼν ὀξὺ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα αὐτίκα βουλῇ ἐκτρίσας τὸ ὀστέον ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μηνιγγος, ὡσαύτως χρὴ πυκνά τε σκοπεῖσθαι τῇ μήλῃ καὶ πεδιόδοι τοῦ
F τρίονος, καὶ ἐς τὸ παχύτατον αἰεὶ τοῦ ὀστέου ⟨W⟩ τρίονα ἐνεμίζειν, καὶ ἀναχινέων βούλεσθαι ἀφελέειν τὸ ὀστέον. ἰὼν δὲ πυθμένα χρὴ, πρὸς δὲ τὴν μηνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι, ἰὼν ὀξὺ ἀρχῆς λαμβάνῃ τὸ ἴημα πυκνᾶς, ἀλλ' ὑπολιμπεῖν τοῦ ὀστέου λεπτὸν, ὥστε μὴ ἐν τῇ τρίσει γέγραπται.

Inter secandum autem terebra sæpiùs, ne os incalescat, auferenda, & in aquam frigidam demergenda. Terebra enim dum circumagitur incalescens, os calefaciendo & resiccando incendit, efficitque vt plus eius ossis quod sectionem ambit, abscedat, quam quod abscedere debuerat. Quòd si protinus os ad membranam secare velis, ipsumque postea eximere, eodem modo sæpiùs terebra extrahenda est, & in aquam frigidam immergenda. At si per initia curationem non aggressus fueris, sed eam ab altero tibi traditam tardius susceperis, terebra caua & serrata statim os ad membranam excidendum, eaq; sæpiùs exempta, cùm alias, tum specillo per ambitum demisso, terebræ via exploranda. Nam & longè citiùs os secatur, si vbi suppuratum existit & pure manat sectio adhibeatur, sæpiusq; in summo fluitans apparet, idq; vel maximè si ea capitis parte vulnus inflictum sit, qua os tenue potiùs quàm crassum existit. Quare adhibenda cautio est, ne te in admouenda terebra ista lateant, sed qua parte os crassissimum esse videbitur, in eam semper adigenda terebra est, sæpiùs considerando, osq; dimouendo educere tentandum. Quo educto, reliqua curatio prout vlceri conferre videbitur adhibenda. At si per initia susceptam curationem, protinus os excisum à membrana auferre velis, eodem modo per specillum terebræ circuitus subinde considerandus, & in ossis partem crassissimam terebra semper adigenda, osq; dimouendo educere tentandum. Vbi terebræ vsus inciderit, si ab initio susceptam curationem os perforandum est, non est ad membranam perueniendum, sed tenuis ossis pars, velut in sectione scriptum est, relinquenda.

[33] τρίνονται ὃ χρὴ] Celsus idem præcipit, terebramq; ne nimis incalescat, in aquam frigidam demitti iubet.

ἢν μᾶλλον ποιέει ἀφίστασθαι] Quò magis os incalescit & resiccatur, eò plus quoque abscedit. Quam minimum autem ossis demi oportet tantumq; abscedere satis est, quantum ad puris exitum sufficiat, quòd plus in osse propugnaculi cerebrum habeat, quàm hic tutum sit eo excisio.

τρίνει χρὴ κατατῶ] τρίονα κατατὸν vocat Hippocrates, quem Celsus modiolum aut χειρίνιον, reliqui Græci χειρίδα dicunt, eiusque terebræ caua species, serrata & dentata, cuius vsum describit Celsus, trepanis nostris, quibus Chirurgi his temporibus vtuntur, non absimilis, ὀρθοτρίονα χειρίδα exponit Galenus in Exegesi, & pro terebra caua accipit, quam rectæ & acutæ (quæ περόνιον dicitur) opponit. Ideoque hic τρίον κατατὸς melius terebra caua & exsculpta dicitur, quàm acuta. Quæ cùm terebræ & serræ vsum habet, os excidit, cùm terebra solum perforet. Eamque ob causam tenuibus ossibus & imbecillis facilè adaptatur, in quibus partua terebra antea vsus est Hippocrates, τρίον κατατὸς etiam dici potest, quod ea terebra impressa circumagatur, faciatque simulem ei ambitum qui in angustiorem orbem modiolo imprimitur. Est enim quidam premendi modus (inquit Celsus) vt foretur & circumagatur, quia si leuiter imprimitur, parum proficit, si grauiter, non mouetur. Annotantur autem duo serrarum genera apud Galenam, κατατὸν vnum, pro serra quæ ad formam machæræ facta est, & polit aut læuigat, ὀδοντωτὸν alterum, pro serra quæ incidendo altiora crenularum vestigia relinquit.

θαμινὰ ὃ ὀξαιρεῦντα] In circumagenda terebra metuendum ne dum imprimitur, & ipsa & os ad cerebri membranam vrgeatur, eamq; mucrone violet. Quare ea sæpiùs exempta foraminis altitudinem, tum specillo, tum alia ratione considerandam monet, & terebræ viam in ambitu explorari vult, ne in ipso vsu nimis altè descendat, aut mucrone cerebri membrana lædatur. Ex quo graues inflammationes non sine mortis periculo exoriuntur. Ideoq; quidam quò minùs viquam aberrent (inquit † Galenus) exiliores terebellas excogitarunt, quæ quod mergi aut altius descendere non possent, ἀδυσώπητοι dictæ sunt. Nam supra terebræ acutum mucronem, circulus quidam aut supercilium extat, quod prohibet ne terebra altiùs infigatur aut demergatur. Cuius generis complures terebras præparatas ad omnem caluariæ crassitudinem, præcipit Galenus. Huic simile est alterum terebræ genus apud Celsum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subito latius fit, atque iterum ab alio principio paulò minus quam æqualiter sursum procedit.

† *Lib. 6. Meth.*

& πολλάκις τυγχάνει ὑπὸ πάχεος ἐὸν] Hoc est, os fractum per summa extare & fluitare apparet, ideóque faciliùs educitur cùm à membrana discesserit & vacillet, vbi suppuratum sit & pure manat, idq; tum vel maximè si ea capitis parte vulnus contingat, qua os tenue est potiùs quàm crassum. Quod etiam in iunioribus potiùs quam senioribus fieri antea dixit.

καὶ πειρᾶσθαι ἀναπινέων] Os excisum vbi demendum est leuiter commota serra dimouendum, volsella aut forfice molliter agitandum, vt maturius, vel sponte sua, vel leui commotione excidat, alioqui medicamentis res procuranda est. Reliqua curatio pro legibus vlceris instituenda, medicamentis quæ phlegmonem arceant, quæ siccent & impleant. Quæ post hæc plurima in omnibus cochleis interseruntur, etsi variè sunt transposita, optimo iure in librum de aëre loc. & aq. transferuntur, vt patet ex Galeno lib. quod animi mores temp. corp. seq. & Com ad aph. vbi ex his quamplurima adducuntur. Ac ne in his quidem etiam membranæ scriptæ inter se consentiunt. A

καὶ ὣν ὀξ ἀρχῆς λαβὼν πίπτωμα] Hæc ad calcem adiecta quibusdam in membranis adscribuntur, ideóque, etsi quodammodo reperti videantur, quòd non sint hoc loco aliena, adiicienda duximus. Sæpè autem casus incidit, vt ab initio os ex toro excidendum sit, vbi ex vehementi ictu magna membranæ pars ab osse discesserit, ruptis aut laniatis vinculis quibus ei connectitur, vnde & inflammatio & dolor, cæteraque symptomata oriuntur, plerunque sanies ad membranam confluit, cui exitum protinus patefacto osse necesse est. Atque tunc in eo excidendo eædem leges quæ supra obseruandæ sunt.

ὣν ὃ τρυπάνῳ χρὴ] τρύπανον hic τρύπανον εὐθὺ καὶ ὀξύ, quod περιπήκτον Galeno dicitur, intelligitur, & pro terebra acuta & recta sumitur, qua os foratur, non secatur, σκέλον verò terebra teres est & cauta cum serra, cuius antea magnus vsus in excidendo osse semper fuit, ideoq; pro serra quidam capiunt. Hîc verò χρὴ pro χρὴ & τρυπᾶς, aut τρυπάνης pro τρυπᾶς legendum videtur. B

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΓΚΑΤΑΤΟΜΗΣ ΕΜΒΡΥΟΥ.

HIPPOCRATIS LIBER DE FOETVS IN VTERO MORTVI EXECTIONE.

C

DE fœtibus qui non conuenienter in vtero gestantur, sed intrò excisi educuntur, sic statuo. Imprimis iniecto in mulierem tenui linteo & supra mammas præcincto, caput etiã linteo velandum est, ne, si quod facturus es videat, perterreatur. Si fœtus igitur in obliquum prolapsus, manum eduxerit, eam apprehensam, vt quàm maximè foras educas conandũ. Brachio verò excoriato eiusq; osse denudato, squatinæ marinæ pellem aridam circum duos manus digitos obligato, vt ne caro sua lubricitate elabatur. Post hæc autem detracta circa humerũ carne, ipsum iuxta articulum eximito. Deinde fœtus caput naturaliter protrusum, foras educito. Fœtũ verò intrò digito retrudito, vel scalpello per costas vel iugulum adacto, quo flatu emisso, & concidat fœtus, & facilior ei exitus pateat. Caput, si quidem fieri possit secundum naturam extra protrudito, sin minùs, in partes comminuito, sicque fœtum foras subducito. Deinde calida multa affusa, oleo illitam decumbere iubeto, pedibus alternatis. Postea vinum album dulce bene meracius infusum propinato. Quinetiam resinam cum melle tritam, vino ammixtam, in potu exhibeto. In reliquis verò, curatio (velut dico) iuxta ea quæ relata sunt procedat. Cùm verò parturienti mulieri transuersus fœtus ceciderit, quod fit vbi ipse vertitur, & vmbilicus circa collum obuoluitur, fœtusq; exitum cohibet, & caput in coxendicẽ inserit, manusq; vt plurimùm foras eminet, quod quidem iam mortui fœtus significationem præbet. At quibus manus extra non apparet his vt plurimùm fœtus vitalis est. Periculum autem etiam hoc modo imminet. Quædam enim partus purgamenta ante fœtum emittunt, ex quo partionem siccam & laboriosam fore necessario cognoscas. Quibus autem puerperij purgamenta non ante repurgantur, eæ faciliore partu defunguntur. Concutere autem hoc modo oportet. Super tenui linteo substrato mulier reclinanda, alio superiniecto, quo eius pudendum obueletur, & vtrunque crus tenui linteo circuntegendum, & vtraque manus. καὶ ὀπίσω. ὅσαι δὲ τὰ λόχια μὴ προσκαθαίρονται, ὧδε σινδόνα ὑποστρέσασαι, ἀναπλίνας τὴν γυναῖκα. καὶ ἑτέρωθι ὀπιβαλεῖν, ὅκως αὖ αὐτῆς ὃ αἰδοῖον κεκρυμμένον ᾖ. καὶ περιπαλύψας περὶ ἑκάτερον ὃ σκέλος τὴν σινδόνα, καὶ περὶ ἑκάτερον τὸ γῆρον.

γυναῖκας

1 Περὶ ὃ τῶν μὴ κατὰ φύσιν κυϊσκομένων. ἀλλ' ἐγκατακεκλεισμένων, ὅτως, προῆκτον μὲν ὅπως τὴν γυναῖκα σινδόνα ὑπιβαλών, καταζώσας 2 αὐτέρω τῶν μαζῶν. καὶ τὴν κεφαλὴν καταπαλύψας χρὴ τῇ σινδόνι, ὅκως μὴ ὁρῶσα φοβῆται, ὅ, τι ἂν ποιήσῃς. ἐὼν οὖν ἐξίσχῃ τὴν χεῖρα τὸ ἔμβρυον, προσπλάγιον προσπέσον 3 καὶ τῆς χειρὸς ὑπολαβόμενος, προσάγειν ἔξω ὑπιχείρει ὡς μάλιστα. προσδεῖται ὃ καὶ τ' βραχίονα, καὶ ἀποψιλώσας αὐτοῦ τὸ ὀστέον, 4 ἰχνεύων προείδησιν προσὶ σὸν δακτύλους τῆς χειρὸς σὸν δύο ὅκως μὴ ἀπολιποῦσαι ἡ ὀρξ. μὴ ὃ ῥᾳδίῃ, ᾗ ὦμον προσιόντα. καὶ ἄφελε μὴ ὃ ἀρθρον. ἔπειτα τὴν κεφαλὴν μὴ φύσιν πρώσας, ὑποάγειν ἔξω τὴν κεφαλὴν τὸ ἐμβρύου. τῷ ὃ δακτύλῳ ὃ ἔμβρυον ἔσω ἀπῶσαι ἢ μαχαιρίῳ ἀφ' τῶν πλευρέων, ἢ ἀφ' τ κληῖδος, ὅκως τὴν φύσιν ἀφῇ, καὶ ξυμπέσῃ ὃ ἔμβρυον, καὶ ἡ ἔξοδος αὐτέῳ διπετεστέρη ᾖ. 5 τὴν ὃ κεφαλὴν. ἐὼν μὲν δυνάσαι μὴ φύσιν ἔξω ὦσαι. ἐὼ ὃ μὴ, ξυμφλάσαι. καὶ ὅτως ὑποεξαγαγεῖν ἔξω ὃ ἔμβρυον. ἔπειτα τῷ θερμῷ πολλῷ καταχέας, καὶ ἀλείψας ἐλαίῳ, καταπείθῃ κελεύειν 6 ἐπαλλάξασαν τὼ πόδε. καὶ μεταπίσας οἶνον γλυκὺν κεράσας, 7 βύζωστέρην, καὶ λιβυκήν. ἀλλὰ μὴν καὶ ῥητίνην, μέλιτι διατρίψας, μίξας τῷ οἴνῳ, διδόναι πιεῖν. τὰ δ' ἄλλα θεραπεύειν ὥσπερ λέγω, καὶ τὰ ἐπιτήδεια. ὅταν ὃ τὴν ὀκτάδα γυναικὶ πλάγιον προσπέσῃ ὃ ἔμβρυον, 8 γίνεται ὃ ὀκτάδα τρέφηται τὸ βούβδε, καὶ ὁ ὀμφαλὸς περὶ ᾧ περιελίσσηται, ὃ ὑπιχῃ τὴν ἔξοδον τῶ ἐμβρύου, καὶ ἐς ὃ ἰξίον ἐπεμβάλλῃ τὴν κεφαλὴν καὶ ἡ χεὶρ ὡς ὑπιτοπολὺ ἔξω γίνεται. ἐὼν μὲν οὖν ἤδη τεθνηκὸς ἔξω γένηται. τῶτο προσημαίνει. ἢν ὃ μὴ ἔξω ἡ χεὶρ τῶ ἐμβρύου, ὡς ὑπιτοπολὺ ζῇ τὸ ἔμβρυον. κίνδυνος ὃ καὶ ὅτως. ἔνιαι ὃ καὶ τὰ λόχια προὶ τῶ ἐμβρύου ἀφιᾶσιν. ἀναγκαῖον δὲ γινώσκειν εἰ ὃ τὴν ὠδῖνα ξυνεργὸν ῥᾷον ἀπαλλάσσουσιν ἐν τῷ τόκῳ. 10 ἀναστρέφειν δὲ δεῖ

A γυναῖκας ὑπὸ δύο λαβέσθαι τῶ σκέλεοσ ἑκατέρω, καὶ τὰ χέρεε ἑκατέρης, ἑτέρας γυναῖκας δύο. ἔπειτα σφᾶσ σείειν λαβούσας ἐγκεφαλῶς, μὴ ἔλασσον ἢ δεκάκις. ἔπειτα ὑπὲρ ἐς κλίνην αὐαπλίναι πλὴν γυναῖκα ὕπτι κεφαλήν. τὰ δὲ σκέλεα αὖω ἔχειν. καὶ τὰς γυναῖκας πάσας λαβέσθαι τῶν σκελέοιν, ἀφείσας τὰς χέρεας. ἔπειτα σείειν πολλάκις ποιεῖν τὰς γυναῖκας ὕπτι τὸν ὦμον, καὶ ποιεῖν αὐαβολὰς

B ὕπτι τὴν κλίνην, ὅκως ἐς πλὴν ὑρυχοείδεα ἐπθυασφαθῆν ὁ ἔμβρυον σραφῆ, καὶ δυύηται ὕπτι φύσιν ἰέναι. ἐς δὲ ἔχης δίκταμνον κρητικὸν, μεζοπότην ὁδός. ἐὰ δὲ μὴ καίτοιγε ἐνεφῆται τῶ αὐτῶ χρῶ. ἐὰν δὲ αἱ ὑστέραι ἔξω χωρέωσι, καὶ τε ὀκνέωσι, καὶ τε ὀκνέωσι ἐὰν δὲ ὑγρὴν δοῦναι ἐλαφόβοσ νέας, ἄξιον ὕπτι χειρῆναι. ἐὰ δὲ μὴ, ἐᾶν. ὕπτι χειρῆναι δὲ χρὴ ὧδε.

C ὕπτι ταμεῖν ὑμένα τὴν ὑστέρης, καὶ φῦσαι, ἐς καὶ πλέον, τρίψαι ὀδοντίῳ ὡς φλεγμαίνῃ, καὶ καταλείψας φάκης ἐλαίῳ, ἢ πίσσῃ καταπλάσας, ἢ κυτίνοισι, καὶ μαζηκὰς σιτοφάγους ἐν οἴνῳ ῥοιὰς τρεφαθεὶς αὐαδῆναι ὀκνέωσι τὸν ὦμον καὶ αὐαχείλωσι ὡς αὐωτάτω τὰ σκέλεα ἔχωσι. ἐαθιέτω δὲ σιτία μίτεια.

